BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
M 8
23 — F
12

SANCTI

BONAVENTVRAE

EX ORDINE MINORVM,

S. R. E. EPISCOPI CARD. ALBANEN.

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Operum

TOMVS SEXTVS,

Complectens primam, & ſecundam partem Opuſculorum.

AD S. D. N. CLEMENTEM VIII.

PONTIF. MAX.

Opuſcula tomi huius indicat Pag. 518.

CVM PRIVILEGIIS.



ROMÆ

Ex Typographia VATICANA.

M. D. XCVI.

SANCTISSIMO PATRI ET DOMINO NOSTRO CLEMENTI VIII PONT. MAXIMO.

QVI Doctoris munere in Eccleſia fungitur, Pater Sanctiſsime, is cum ſana doctrina opera iuſtitiæ coniungit, vt ſimul verbo & exemplo auditores inſtruat: ne ſi dixerit & non fecerit, illius dicta factis deficientibus erubeſcant. Quod optime perpendens Bonauentura Sanctiſsimus, vt egregie vtrumq. præſtaret, iuxta Eccleſiaſtici documentum, excogitauit vias ſapientiæ, & abſcondita ipſius cognoſcens, quaſi inueſtigator proſequutus eſt eam, & conſtitit in vijs illius. Nam diuina præcepta, & cæleſtia ſacramenta, quæ ſapientiæ vias, eiusq. arcana vere poſſumus interpretari, ita diligenter didicit, & ſtudioſe meditatus eſt, vt quod ſana fide intellexit, & docuit, hoc ipſum opere perfecerit. Per ſanctitatem vitæ, ac merita virtutum, quibus momentaneum, & leue tribulationum huius ſæculi patienter ſuſtinuit, conſequutus eſt præmia cæleſtia: per doctrinæ veritatem, quam eius docent ſcripta, illuminauit Eccleſiam, & ex fructibus, quos inde fideles colligunt, non nihil etiam accedit, ſeu potius accidit, ad illius gloriam. Sed cum clariſsima hæc doctrinæ lux, quam Deus in Sancto Bonauentura ſplendere fecit, iniuria temporum obſcurata quodam modo, & in angulum redacta, quaſi ſub modio lateret; eam felicis recordationis Sixtus Quintus præceſſor Tuus in eminenti velut candelabro conſtituit, vt Catholicis omnibus eluceret. Quam ob rem Sanctorum Doctorum conſortio Bonauenturam Sixtus aſcribens, inter præcipuos & primarios, qui Theologicæ facultatis magiſterio excelluerunt, habendum, & venerandum eſſe decreuit. Collegium nomine Sancti Bonauenturæ in hac alma Vrbe in Baſilica duodecim Apoſtolorum inſtituit; in quo ex huius præcipue operibus Theologiæ præcepta traderentur. Vniuerſos quoque eiuſdem libros, commentarios, & opuſcula omnia impenſe vndique conquiſita, in Typographia Vaticana quàm emendatiſsime imprimi iuſsit: vt his omnibus præclare geſtis ſplendidiſsimum Seraphicæ doctrinæ lumen nullis obrueretur tenebris, ſed miris potius radiaret fulgoribus. Prodierant iam ante Sixti obitum, operum S. Bo- Eccli. 14.

nauenturæ tomi aliquot, quibus edendis communis mihi fuit cum alijs labor; ſed poſt eius e vita diſceſſum, propter ſequentium Pontificum immaturam mortem opus diu intermiſſum, ne bene cœptum ſuo fine fraudaretur, cum primum Clemens Sanctiſsime, ad Petri Sedem electus es, idipſum prudenter reſtituiſti. Cuius iuſſu ad id ego laboris reuocatus, integritatis ſuæ reddendis, & quantum pro mea tenuitate fieri potuit, S. Bonauenturæ opuſculis ornandis (vt mihi ab Illuſtriſsimis Cardinalibus Typographiæ Vaticanæ præfectis iniunctum fuit) operam dedi. Suſcepi quidem imparem meis humeris prouinciam; ſed ne eam recuſarem, Seraphici ipſius Doctoris merita prohibuerunt. Nam quantum mea me imbecillitas ab officio retardabat, tantum ad id præſtandum, quæ in Bonauentura excellit, Sanctitatis magnitudo impellebat. Quare eius patrocinio fretus, quos labores in ſuis opuſculis libenter pertuli, eoſdem nec Tibi ingratos, nec reipublicæ inutiles futuros ſpero. Ipſa vero hæc opuſcula, quæ Tua liberalitate, & magnificentia emittuntur, cum omnem bene agendi contineant diſciplinam, non ſolum priuatim vnumquemque dirigunt ad vitam ſecundum Deum inſtituendam; ſed erudiunt eos etiam, qui præſunt, & ſubſunt, vt illi præcipiendo proſint, hi vero obediendo non deſint. Iure igitur optimo, Tibi, qui in ſuſcepto totius Eccleſiæ regimine bene regendi ſolum flagras deſiderio, Tuoq. Clementiſsimo nomini, Bonauenturæ opuſcula nuncupantur. Etſi enim alij eius tractatus ad illud, quo ardes, ſtudium plurimum conferant: præcipue tamen vnus eſt, & is quidem breuiſsimus De ſex alis Seraphim inſcriptus; in quo ſex connumerat vere Pontificias virtutes, zelum ſcilicet iuſtitiæ, pietatem, patientiam, vitæ exemplum, diſcretionem circumſpectam, & deuotionem ad Deum. De quibus per comparationem ad ſex alas Seraphim, quæ vidit Iſaias, ita ibi artificioſe diſſerit; vt nec in ſumma claritate breuitas, nec in compendioſa breuitate copioſa dicendi vbertas deſideretur. Hæc igitur, Clemens Sanctiſsime, qua ſoles clementia, & benignitate, ſuſcipe, & quae ad omnium ſtatuum communem vtilitatem ſpectant, Tibi, cui vigilantiſsima de omnibus ſollicitudo eſt, ita probentur, vt ductu Tuo fideles omnes Bonauenturæ opuſcula ſibi ob oculos ponant, & in aſsidua eorum lectione verſentur; quatenus inde vberrimos fructus percipiant ad intellectus lumen, & affectus ardorem, ipſumq. Seraphicum virum patronum habeant, qui ſuis meritis & precibus impetret, vt Te maiori in dies gratiarum cumulo augeat Omnipotens, qui incrementum dat, Deus. In Vaticano Anno Domini M. D. XCVI.

Sanctitatis Veſtræ

Humillimus & deuinctiſsimus ſeruus

Franciſcus Lamata
Doctor Theologus.

FRANCISCI LAMATAE
DOCTORIS THEOLOGI
IN S. BONAVENTVRAE OPVSCVLA
PRAEFATIO
AD LECTOREM.

ET ſi ex multis alijs S. Bonanenturæ ſcriptis, eius doctrina mirabilis apparet; ex opuſculis tamen, quæ multa & varia compoſuit, tam excellens & ſingularis eſſe cernitur, vt luculentiſſimum inde præbeat teſtimonium, quantum inter alios ætatis ſuæ ſcriptores in hoc genere is vnus excellat. Nam cum in libris ſuis omnibus ad eum omnino ſcopum collimet, vt flammantibus non inflantibus verbis, legentis affectum in Dei amorem accendat, eiuſdemq. intellectum ſanctiſſimis documentis illuminet, in opuſculis, ſi vſquam alibi, huic potiſſimum curæ totus incumbit. In his enim tamquam verus doctor, qui iuxta Pauli doctrinam ſapientibus & inſipientibus debitor eſt, nihil prætermittit eorum, quibus vel eruditum Theologum imbuat, vel pro ſui ſtatus ratione vnumquemque fidelem ſiue ad vitæ inſtitutionem, ſiue ad ſpiritualia ſtudia, progreſſioneſq. virtutum ita informet, vt perfectus ſit homo Dei, & ad omne opus bonum inſtructus.

Doctrina. — *Rom. 1. b*

Porro qui Bonauenturæ ſanctiſſimi opuſcula diligenti ſtudio perlegerit, & deuotæ ac piæ mentis oculis perluſtrarit, intelliget profecto, quàm ſit amplexus eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem. Is vero ſermo omni acceptione dignus ſenilem illam redolet eloquentiam, quæ ex Auguſtini ſententia, viros ſumma auctoritate digniſſimos, planeq. diuinos decet. Atque hinc fit, vt Auctor noſter, Trithemio teſtante, profundus ſit non verboſus, ſubtilis non curioſus, diſertus non vanus. immo quanto eius ſermo videtur humilior, (vtar Auguſtini verbis) tanto altius alios non ventoſitate, ſed ſoliditate tranſcendit. Eſt enim ſermone parcus, vbertate ſenſuum facundus, ſententiarum pondere grauis, doctrinæ claritate illuſtris, affectu feruens, mente ſingularis. Denique ea pollet eruditione, vt pleraque in diuinis Scripturis difficilia, in antiquis Patribus abdita, in Philoſophia & Theologia occulta, in ſæcularium litterarum magiſtris huc illucq. diſperſa, ea coniunctim omnia in breui aliquo S. Bonauenturæ opuſculo liceat intueri.

Stylus & eruditio. — *Aug. lib 4. de Doctri. Chriſt. c. 6. tom. 3.* — *Trithem. de ſcriptorib. Eccleſiaſt.* — *Aug. vbi ſup.*

Vtilitatem vero opuſculorum eius nullus non experietur, qui in eorum aſſidua lectione diu multumq. verſatus quamcumque ex ipſis veritatem intellectu perceperit, eamdem quoque affectu ruminauerit. Sapit inquit Richardus, ſupra modum cordis palato, quod charitate conditur.] Cuius materiam non minus vtilem, quàm iucundam atque copioſam Bonauentura ſæpiſſime inculcans, cor penetrat, & affectum inflammat, animamq. ipſam eo medullitus transfigit, vt eius ſermonibus & doctrinis, quaſi quibuſdam ſtimulis incitata, rapiatur mirifice in diuinos amores ſponſi Chriſti. Neque eſt in re perſpicua diutius immorandum, præſertim cum paſſim occurrant clariſſimorum virorum illuſtria teſtimonia, quibus Auctoris noſtri opuſculorum adeo probatur doctrina, laudatur ſtylus, commendatur

Vtilitas. — *Rich. de S. Vict. de 4. gradib. violentæ char. cap. 1.*

datur vtilitas; vt ijs facile quiſque conuictus tantum virum admiretur, qui tamquàm lucerna ardens, & lucens, luceat ardenter, ardeatq. luculenter.

Cum igitur, Lector humaniſſime, S. Bonauenturæ opuſcula inter alios eiuſdem libros ob inſignem doctrinam cum ſumma pietate coniunctam a doctis & pijs magnó ſemper in pretio habita, neſcio qua vel oſcitantia vel indiligentia ſine vlla ordinis ratione hactenus in vulgus emiſſa mendis pene innumerabilibus ſcaterent, & priſtini ſui ſplendoris parum aut nihil omnino retinerent: operæpretium ſuit, vt cum alijs eiuſdem operibus, ordine diſpoſita, emendata, aucta & illuſtrata ex Typographia Vaticana prodirent. Itaque hæc mihi ab Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus Typographiæ Vaticanæ congregationi præfectis cura commiſſa eſt, vt conquiſitis vndique tam impreſſis, quàm manu ſcriptis exemplaribus, eisq. diligenter collatis ad S. Bonauenturæ opuſcula reſtituenda & ornanda omni ſtudio incumberem. Iuſſis obtemperaui, vt poſtulat officij ratio: ſed ob tenuem facultatem meam difficile penitus fuit iubentium animo pro dignitate ſatisfacere. Quare manum labori admouens perquiſiui diligenter, quotquot potui, Auctoris noſtri opuſcula; (deſunt enim iniuria temporum multa, ſi tercenta, vt apud quoſdam legitur, ab eo ſcripta ſunt) & cum nulla inter ſeſe methodo colligarentur, ſed veluti confuſa congeries ἀταξίαν quamdam præſeferrent; non abs re eſſe exiſtimauimus, ſi ijs primum in claſſes aliquot diſtributis ad illorum ſtudium te, Lector, alliceremus. Idq. eo nobis facilius fuit, quò animaduertimus poſt plenam, quoad licuit, horum tractatuum diſcuſſionem, quattuor potiſſimum in eis a S. Bonauentura egregie præſtita. Nam & ſanam doctrinam docuit, & de Chriſto eiusq. Sanctiſsima Matre pleraque ſcribens, fidelium deuotionem accendit; actionis præterea & contemplationis, multis hac de re editis tractatibus, ſtudia promouit; ac denique religioſos præſertim ſui Ordinis non ſolum ad vitæ perfectionem inſtituit; ſed vt eoſdem ab aduerſariorum calumnijs defenderet, ſtylum exacuit, & calumniatores ipſos contra humilis & pauperculi Franciſci inſtitutum ſuperba colla erigentes prorſus confodit. Iuxta hanc igitur quadripertitam officij rationem in quattuor quoque partes S. Bonauenturæ opuſcula omnia diuiſimus. quarum prima pars continet illa in primis quæ magis vel ad ſpeculatiuam, vel ad practicam doctrinam ſpectant. Secunda vero de ijs eſt præcipue, quæ de Chriſto Redemptore noſtro, eiusq. beatiſsima virgine matre Maria, Auctor deuote meditatus, & ſoluta & ligata oratione compoſuit. Tertia autem ea maxime comprehendit, quæ ad exercitia ſpiritualia attinent, quibus actiuorum & contemplatiuorum vita inſtruitur. Quarta denique varios & diuerſos complectitur libros, qui religioſis viris præſertim ordinis Minorum vtiliſsimi ſunt ad ſtudium vitæ perfectionis. Quia vero de nonnullis opuſculis controuertitur Bonauenturæ ſint nec ne, ea, vt ſepararentur certa ab incertis, ſtatim poſt quartam partem in appendicem redegimus. Ex his quattuor opuſculorum partibus prima & ſecunda tomum ſextum S. Bonauenturæ operum conſtituunt, tertia vero & quarta cum appendice tomum ſeptimum & vltimum. Fuerunt autem ab hac ſerie tria tantum opuſcula diſiuncta, quæ quia alicuius libri ſacri, vel partis eius expoſitionem continebant, aut aliàs ad ſacram Scripturam ſpectabant, in alios tomos reiecimus. Etenim, Principium ſacræ Scripturæ, in quo de ſacræ Scripturæ præſtantia abunde & copioſe Auctor ſermonem inſtituit, initium dat tomo primo, vbi expoſitiones S. Bonauenturæ in libros aliquot Veteris Teſtamenti collocantur. Huic vero proxime ibidem ſuccedit opuſculum inſcriptum, Illuminationes Eccleſiæ in Hexaemeron.

Brulifer in prolog. 1. lib. ſentēt. S. Bonau. Ann. veter. Franciſcan.

Diuiſio opuſculorum.

Libellus

Libellus præterea, cui titulus eſt, Expoſitio orationis Dominicæ, pro explicatione ſexti capitis Euangelij ſecundum Matthæum, tertio tomo continetur, in quo libri commentariorum in Nouum Teſtamentum a S. Bonauentura compoſiti, apponuntur. Cuius rei te Lector monitum volui, ne in ſexto & ſeptimo tomo hæc opuſcula deſiderares. Adiunximus vero huic Vaticanæ editioni tria alia opuſcula, quæ ſeorſum ab his opuſculorum tomis vagabantur, vt ſuis locis cernes, videlicet in quarta parte, Legendam S. Franciſci, & Biblia pauperum; in appendice autem, Compendium Theologicæ veritatis. Atque hæc in vniuerſum de diuiſionis ordine; quo quidem facilior poſthac erit vnicuique aditus ad inueniendum ea, quæ iuxta propoſitas materias ſibi videbuntur magis opportuna.

Verum vt ſic in claſſes diſtributa Bonauenturæ opuſcula ſuam integritatem, quantum fieri poſſet, retinerent, contuli ea diligenter cum antiquis exemplaribus impreſsis, & manuſcriptis quæcumque reperiri potuerunt. Neque id ſolum fuiſſet ſufficiens, quominus multa loca vel mutila, vel minus integra, aut deprauata, & quæ nullum prorſus ſenſum redderent, in eiſdem opuſculis remanſiſſent, niſi conquiſitis fontibus ſanctorum Patrum, aliorumve, ex quibus Bonauentura deſumpſit, huic malo aliquod attuliſſem remedium. qua in re pro communi vtilitate non parum laboris ſuſcepimus. Crebro namque citat Auctor Gregorium, Ambroſium, Auguſtinum, Hilarium, Hieronymum, Baſilium, Chryſoſtomum & alios huius & inferioris ætatis ſcriptores quamplurimos, nullo præfinito, aut præſcripto libro; ſed generatim, & vniuerſim, his verbis: Ait Gregorius, Ait Ambroſius, &c. quandoque autem ex ijſdem auctoribus ſuam orationem texit ſuppreſſis non ſolum libris, ſed etiam proprijs ſcriptorum nominibus: vbi coniecturis niti oportuit, & ex materia ſubiecta, ſtylo ſeu forma dicendi conijcere, an a Gregorio, vel Ambroſio, Auguſtino, vel Hieronymo, Bernardo vel Anſelmo, Hugone ſeu Richardo Bonauentura mutuatus ſit. In quibus euoluendis, quouſque occurreret locus ad ſui originis exemplar reſtituendus, te Lectorem iudicem conſtituo diligentiæ meæ. Hos vero ſcriptores, quibus frequenter noſter Auctor vſus eſt ad rem, de qua agitur comprobandam, fere omnes in ſuis proprijs ac peculiaribus locis ita ad marginem citatos reperies, vt & tuum iuuetur ſtudium, & Auctoris doctrina non mediocriter illuſtretur. Denique adhibitis argumentis ſingula opuſcula non nihil ornauimus, vt quaſi præuia quadam & compendioſa inſtitutione introduceretur legentis animus ad ipſius opuſculi penitiora, & diffuſiora. Interdum ſiquid contigit obſcurum, adhibita notatione explicauimus, vt hæc omnia legendo quiſque perſpiciet. Duos etiam Indices adiunximus tomis ſexto & ſeptimo deſeruientes; quorum alter locorum ſacræ Scripturæ eſt, paſſim ab Auctore explicatorum; alter vero verborum, & rerum. Quare Lector humaniſſime, quod ex noſtro labore ad vtilitatem tuam transferre poteris, gratanter ſuſcipe; quod autem minus aptum tibi videbitur, ita noſtræ aut inſcitiæ, aut negligentiæ tribuas, vt vbi ego muneri, tu non deſis animo. Vale & bene nobis in Chriſto precare.

EX IOANNE TRITHEMIO
De Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

MVlti doctrinam proferunt, deuotionem prædicant multi, pauci ſcribendo libros, docuerunt vtramque: Bonauentura autem, & multos ſuperauit, & paucos, dum eius doctrina deuotionem, deuotio inſtruit doctrinam. Si ergo & doctus vis eſſe, & deuotus, illius opuſculis eſto intentus.

INDEX

INDEX LOCORVM
SACRAE SCRIPTVRAE,
QVI A SANCTO BONAVENTVRA in tomo ſexto & ſeptimo ſuorum operum explicantur.

Ex Geneſi.

Cap. 1. IN principio creauit Deus cælum, & terram. pag. 16. col. 2. tom. 6. & pag. 214. colum. 1. tom. 7.
Diuiſit Deus lucẽ a tenebris. pag. 454. colum. 2. tom. 6.
Fecit Deus firmamentum in medio aquarũ, & diuiſit aquas ab aquis. pa. 284. col. 2. to. 7.
Congregationes aquarum appellauit maria. pag. 462. colum. 2. tom. 6.
Sint in ſigna, & tempora, dies, & annos. pag. 16. colum. 1. tom. 6.
Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. pag. 251. col. 2. to. 7.
Creſcite, & multiplicamini. pag. 20. col. 1. to. 6.
Dominamini piſcibus, & volucribus. pag. 274. col. 1. tom. 7.
Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. pag. 332. col. 2. to. 6.
Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat. pag. 332. col. 1. to. 6.
Fons aſcendebat e terra. pag. 326. col. 2. to. 6.
Cap. 2. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis. pag. 469. colum. 1. tom. 6.
De ligno ſcientiæ boni, & mali, ne comedas. pag. 20. colum. 1. tom. 6.
De omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni, & mali, ne comedas. pag. 308. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis, & cetera. pag. 21. col. 2. to. 6.
Eritis ſicut dij ſcientes bonum, & malum. pag. 375. col. 2. to. 6.
Domine audiui vocem tuam, & timui. pag. 244. col. 2. to. 6.
Mulier quam dediſti mihi ſociã dedit mihi de ligno. pag. 304. col. 2. to. 6.
In dolore paries filios. pag. 478. col. 1. to. 6. & pag. 452. col. 2. to. eod.
Maledicta terra in opere tuo. pag. 12. col. 2. to. 6.
Puluis es, & in puluerem reuerteris. pag. 288. col. 1. & 316. col. 1. & 323. col. 1. & 453. col. 1. to. 6. & pag. 162. col. 1. to. 7.
Collocauit Cherubim, & gladium flammeum, atque verſatilem. pag. 271. col. 1. to. 7.
Cap. 4. Si recte offeras, non recte autem diuidas peccaſti. ſec. lxx. pag. 96. col. 2. to. 7.
Et interfecit eum. pag. 326. col. 1. to. 6.
Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. pagin. 336. col. 2. to. 6.
Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. pag. 477. col. 1. to. 6.
Omnis, qui inuenerit me, occidet me. pag. 319. col. 1. to. 6. & pag. 289. col. 1. eod.
Cap. 6. Pœnitet me feciſſe hominem. pag. 351. col. 1. to. 6.
Cap. 7. Cataractæ cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuia magna. pag. 290. col. 2. to. 7.
Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime. pag. 326. col. 1. to. 6.
Cap. 8. Columba reuerſa eſt, portans ramum oliuę. pag. 298. colum. 1. tom. 6.
Cap. 9. Cumq. obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus. pag. 286. colum. 2. tom. 7.
Dic ergo obſecro te, quòd ſoror mea ſis, vt bene ſit mihi propter te. pag. 461. col. 1. to. 6. Cap. 12.
Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo. pag. 317. colum. 2. tom. 6. Cap. 13.
Da mihi animas, cetera tolle tibi. pag. 286. col. 2. to. 6. Cap. 14.
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. pag. 314. col. 2. to. 6. Cap. 15.
Eijce ancillam, & filium eius. pag. 407. col. 2. to. 6. Cap. 16.
Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. pag. 266. col. 1. to. 7.
Ambula corã me, & eſto perfectus. pa. 269. col. 1. to. 7. Cap. 17.
Benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium cui benedicturus ſum. pag. 477. col. 1. to. 6.
Afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri. pag. 271. col. 1. to. 7. Cap. 18.
Abſit a te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio. pag. 179. col. 1. to. 7.
Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis, & cinis. pag. 312. col. 2. to. 6. & 324. col. 2. eod.
Veneruntq. duo Angeli Sodomã. pag. 269. col. 1. to. 7. Cap. 19.
Princeps Dei es apud nos. pag. 267. col. 1. to. 7. Cap. 23.
Nec ſtes in omni circa regione. pag. 309. col. 1. to. 6. & 278. col. 2. to. 7.
Deditq. Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac: filijs autem concubinarum largitus eſt munera. pagin. 308. col. 2. to. 6. Cap. 25.
Palæſtini omnes puteos, quos foderant ſerui patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerũt. pag. 326. colum. 1. to. 6. Cap. 26.
Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. pag. 312. col. 2. & 463. col. 2. & 475. col. 1. & 479. col. 1. to. 6. & 170. col. 2. to. 7. Cap. 27.
In pinguedine & in rore cæli deſuper erit benedictio tua. pag. 288. col. 1. to. 7.
Viditq. in ſomnis ſcalam, &c. pag. 307. col. 2. to. 6. & 333. col. 2. eod. & 266. col. 1. to. 7. Cap. 28.
Et os eius grandi lapide claudebatur. pag. 326. colum. 2. tom. 6. Cap. 29.
Tetigit neruum femoris eius. pag. 178. col. 2. to. 7. Cap. 32.
Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. 168. col. 1. to. 7.
Anna inuenit aquas caldas pag. 294. col. 1. to. 6. Cap. 36.
Accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo. pag. 17. col. 1. to. 7.
Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui. pag. 36. col. 1. to. 7. Cap. 37.
Fera peſſima deuorauit eum. pag. 289. col. 1. to. 6.
Scyphus argẽteus in ſacco Beniamin. p. 288. co. 1. to. 7. Cap. 44.
In conſilio eorum non veniat anima mea. pag. 320. colum. 2. to. 6. Cap. 49.
Maledictus furor eorum, quia pertinax & indignatio eorum, quia dura. pag. 477. col. 1. to. 6.

Ex Exodo.

Apparuit Dominus in Flamma ignis de medio rubi. pag. 266. col. 1. to. 7. Cap. 3.
Solue calceamenta de pedibus. pag. 182. col. 1. to. 7.
Ego ſum qui ſum. pag. 4. col. 1. to. 7.
Qui eſt miſit me. pag. 184. col. 1. to. 7.
Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, hoc nomen mihi eſt in æternum. pag. 340. col. 2. to. 6.

& pag. 183. col. 2. & pag. 185. col. 1. to. 7.
Ibimus viam trium dierum. pag. 135. col. 2. to. 7.
Cap. 12. Percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti. pag. 303. col. 2. to. 6.
Cap. 14. Quid clamas ad me? pag. 396. col. 1. to. 6.
Tollens ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael, &c. pag. 265. col. 1. to. 7.
Cap. 15. Fiant immobiles quaſi lapis. pag. 306. col. 1. to. 6.
Dominus regnabit in æternum, & vltra. pag. 465. colum. 1. to. 6.
Reduxit ſuper eos Dominus aquas maris. pag. 454. colum. 1. to. 6.
Cap. 17. Cũ eleuaret Moyſes manus vincebat Iſrael. pag. 298. colum. 1. to. 6.
Cap. 18. Vltra vires tuas eſt negotium, ſolus ſuſtinere non poteris. pag. 274. col. 2. to. 7.
Eſto tu populo in his, quæ ſunt ad Deum. pag. 98. colum. 1. to. 7.
Cap. 19. Vos ipſi vidiſtis quid fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum. pag. 340. colum. 2. to. 6.
Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te. pag. 277. col. 2. to. 7.
Cap. 20. Non habebis deos alienos. pag. 308. col. 1. to. 6. & 2. col. 2. & 3. col. 2. & 4. col. 1. to. 7.
Et faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me. pag. 4. col. 2. to. 7.
Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. pag. 2. 3. & 4. per totum, to. 7.
Memento, vt diem Sabbati ſanctifices. pag. 8. col. 1. to. 6. & pag. 37. col. 1. to. 7.
Honora patrem tuum, & matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terrã, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. pag. 303. col. 2. to. 6. & 9. col. 2. & 10. col. 1. & 2. to. 7.
Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies. pag. 11. col. 1. to. 7. & pag. 37. col. 2. to. eod. & pag. 304. col. 1. to. 6.
Vt probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. pag. 319. col. 2. to. 6.
Non aſcendes per gradus ad altare meum. pag. 84. colum. 2. to. 7.
Cap. 22. Qui immolat dijs occidetur, præterquam Domino ſoli. pag. 249. col. 2. to. 6.
Maleficos non patieris viuere. pag. 11. col. 2. to. 7.
Si pecuniam dederis mutuo populo meo pauperi, non vrgebis eum, quaſi exactor. pag. 38. col. 1. to. 7.
Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. pag. 278. col. 1. to. 7.
Cap. 23. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti reduc ad eum. pag. 268. col. 2. to. 7.
Nec accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes. pag. 275. col. 2. to. 7. & 49. col. 2. to. eod.
Præcedet te Angelus meus. pag. 266. col. 1. to. 7.
Cap. 24. Sub pedibus eius, quaſi opus lapidis Sapphirini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt. pag. 281. col. 2. to. 7.
Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas. ibidem.
Cap. 25. Duos quoque Cherubim facies ex vtraque parte oraculi. pag. 270. col. 1. to. 7.
Reſpiciantq. ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium. pag. 143. col. 2. to. 7.
Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. pag. 202. col. 1. to. 7.
Cap. 27. Et tres cubitos in altitudine. pag. 325. col. 1. to. 6.
Cap. 28. Poneſq. in eo quatuor ordines lapidum. pag. 325. colum. 1. to. 6.
Et geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper. pag. 96. col. 2. to. 7.
Cap. 32. Aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. pag. 179. col. 1. to. 7.
Cap. 33. Loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. pag. 325. col. 2. to. 6. & 99. col. 2. to. 7.
Si ergo inueni gratiã in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te. pag. 266. col. 2. to. 7.
Ego oſtendam omne bonũ tibi. pag. 143. col. 1. to. 7.
Nõ enim videbit me homo, & viuet. p. 169. col. 2. to. 7.
Et fecit illi coronam auream per gyrum. pag. 214. colum. 1. to. 6. Cap. 37.
Ipſum autem altare non erat ſolidum, ſed cauum. pag. 298. col. 2. to. 6. Cap. 38.
Fecit, & labrum æneum. pag. 328. col. 1. to. 6.

Ex Leuitico.

Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano: de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento conſperſo oleo, & lagana azyma oleo lita. pag. 270. col. 2. to. 6. Cap. 2.
Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet. pag. 301. col. 1. to. 6.
Ignis eſt iſte perpetuus, qui numquam deficiet in altari. pag. 100. col. 1. to. 7. Cap. 6.
Omne, quod habet pinnulas, & ſquamas, tam in mari, quam in fluminibus, & ſtagnis, comedetis. pag. 254. col. 1. to. 6. Cap. 11.
Anima carnis in ſanguine eſt. pag. 85. col. 1. to. 7. Cap. 17.
Non facies, quod iniquum eſt, nec iniuſte iudicabis. pag. 49. col. 2. to. 7. Cap. 19.
Coram cano capite conſurge. pag. 277. col. 1. to. 7.
Sumetiſq. vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ. pag. 479. col. 1. to. 6. Cap. 23.
Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte morietur. pag. 8. col. 1. to. 7. Cap. 24.
Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum. pag. 480. col. 2. to. 6.
Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, &c. pag. 2. col. 1. to. 7. Cap. 26.

Ex Numeris.

Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo veſtimento. pag. 278. col. 2. to. 7. Cap. 4.
Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum, & qui ſemine fluit, &c. pag. 98. col. 1. to. 7. Cap. 5.
Audiebat vocẽ loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos Cherubim. pag. 271. col. 1. to. 7. Cap. 7.
Si quis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis. pag. 72. col. 2. to. 7. Cap. 9.
Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus ſpiritũ ſuum. pag. 270. col. 2. to. 7. Cap. 11.
Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? pag. 371. col. 1. to. 7. Cap. 23.
Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael. pag. 454. col. 2. to. 6. Cap. 24.

Ex Deuteronomio.

Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus, ac iurgia. pag. 93. col. 2. to. 7. Cap. 1.
Nec accipietis cuiuſquam perſonã. pag. 42. col. 1. to. 7.
Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. pag. 313. colum. 1. to. 6. Cap. 4.
Ego ſequeſter, & medius fui inter Dominum & vos. pag. 100. col. 1. to. 7. Cap. 5.
Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. pag. 142. col. 2. to. 7. Cap. 6.
Non tentabis Dominũ Deum tuum. pag. 32. col. 1. to. 7.
Rerum omnium abundantia perfrueris. pag. 337. colum. 1. to. 6. Cap. 8.
Deditq. mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei. pag. 301. col. 2. to. 6. Cap. 9.
Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus tuus petit a te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius? pag. 1. col. 2. to. 7. Cap. 10.
Oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna, Cap. 11.
quæ

quæ fecit, vt cuſtodiatis vniuerſa mandata illius. pag. 1. col. 1. to. 7.
Omnis locus, quem calcauerit pes veſter, veſter erit. pag. 308. col. 2. to. 6.
En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem, & maledictionem. pag. 2. col. 1. to. 7.
Cap. 15. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. pag. 274. col. 1. to. 7.
Cap. 16. Non accipias perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum. pag. 275. col. 2. to. 7. & pag. 42. col. 2. to. eod.
Iuſte quod iuſtum eſt exequeris. pag. 11. col. 2. to. 7.
Cap. 17. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem. pag. 49. colum. 1. to. 7.
Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a ſacerdotibus. pag. 268. col. 2. to. 7. & 276. col. 1. to. eod.
Cap. 18. Perfectus eris, & abſque macula cum Domino Deo tuo. pag. 245. col. 1. to. 6. & 174. col. 2. to. eod.
Cap. 21. Quando inuentum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus; egredientur maiores natu, &c. pag. 7. col. 2. to. 7.
Cap. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt; nec Ægyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. pag. 49. col. 1. to. 7.
Cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere. pag. 91. col. 1. to. 7.
Quod autem ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, &c. pag. 7. col. 2. to. 7.
Cap. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, &c. pag. 267. colum. 1. to. 7.
Non accipies loco pignoris inferiorem, & ſuperiorem molam. pag. 315. col. 2. to. 6.
Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi non ingredieris domum eius, &c. pag. 50. colum. 1. to. 7.
Cap. 25. Pro menſura peccati erit & plagarū modus. pag 64. colum. 2. to. 7.
Cap. 27. Maledictus qui dormit cum vxore proximi ſui. pagin. 478. col. 1. to. 6.
Cap. 28. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cælū, vt pluuiam tribuat terræ, &c. pag. 286. col. 2. to. 7.
De cælo deſcendat ſuper te cinis. pag. 287. col. 1. to. 7.
Cap. 30. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſitum. pag. 2. col. 2. to. 7.
Cap. 32. Incraſſatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem ſuum. pag. 292. col. 2. to. 6. & pag. 308. col. 1. to. eod.
Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus. pag. 5. col. 2. to. 7.
Vtinam ſaperent, & intelligerent, & nouiſſima prouiderent. pag. 102. col. 2. to. 7.
Videte, quòd ego ſum ſolus, & non ſit alius Deus præter me. pag. 187. col. 1. to. 7. & 241. col. 1. to. 6.
Cap. 33. Perfectio tua, & benedictio tua a viro ſancto. pagin. 269. col. 1. to. 7.
Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph. pag. 477. col. 1. to. 6.
Benedictus in filijs Aſer, ſit placens fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuum. pag. 327. col. 2. to. 6. & 324. col. 1. to. eod.
Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. pag. 286. colum. 2. to. 7.
Cæliq. caligabunt rore. pag. 282. col. 2. to. 7.

Ex Ioſue.

Cap. 1. Confortare, & eſto robuſtus. pag. 316. col. 2. to. 6.
Cap. 3. Ingreſſis eis Iordanem, &c. Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant, &c. pag. 288. col. 2. to. 7.
Solue calceamentum de pedibus tuis. pag. 419. colum. 2. to. 2. Cap. 5.
Da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, &c. pag. 49. col. 2. to. 7. Cap. 7.
Non fuit ante, & poſtea tam longa dies obediente Domino voci hominis. pag. 307. col. 2. to. 6. & pag. 277. col. 2. to. 7. Cap. 10.
Terram Auſtralem, & arentē dediſti mihi. pag. 326. colum. 1. to. 6. Cap. 15.

Ex Iudicum libro.

Da mihi benedictionem, &c. dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius, & irriguum inferius. pag. 477. colum. 1. to. 6. Cap. 1.
Aſcenditq. Angelus Domini de Galgalis ad locū flentium. pag. 267. col. 1. to. 7. Cap. 2.
Terra mota eſt, cæliq. ac nubes diſtillauerunt aquis. pag. 282. col. 2. to. 7. Cap. 5.
Cor meum diligit principes Iſrael, qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini. pag. 277. colum. 1. & 278. col. 1. to. 7.
De cælo dimicatum eſt contra eos; ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſaran pugnauerunt. pag. 468. col. 1. to. 6. & 283. col. 1. to. 7.
Extendit Angelus Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & panes azymos. pag. 265. col. 2. to. 7. Cap. 8.
Quod me facere videritis, hoc facite. pag. 95. colum. 1. to. 7. Cap. 7.
Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructusq. ſuauiſſimos, & ire, vt inter cetera ligna promouear? pag. 485. col. 2. to. 6. & 91. col. 1. to. 7. Cap. 9.
Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. pag. 289. col. 2. to. 6.
Abimelech inde proficiſcens venit ad oppidum Thebes, &cet. accedensq. Abimelech iuxta turrim. pag. 295. col. 1. to. 6.
Obſecro Domine, vt vir Dei, quem miſiſti, veniat iterum, &c. pag. 266. col. 1. to. 7. Cap. 13.
Ab omnibus, quæ locutus ſum vxori tuæ abſtineat ſe. pag. 265. col. 1. to. 7.
Angelus Domini pariter in flamma aſcēdit. pag. 266. colum. 1. to. 7.

Ex Ruth.

Ne vocetis me Noëmi, ideſt pulchram; ſed vocate me Mara, ideſt amaram; quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. pag. 454. col. 1. to. 6. Cap. 1.
Inueni gratiā apud oculos tuos domine mi. pag. 459. colum. 1. to. 6. Cap. 2.
Benedicta es a Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. pag. 466. col. 2. to. 6. & 475. col. 1. to. eod. Cap. 3.
Sit virtutis exemplum in Ephratha, & habeat celebre nomen in Bethlehem. pag. 466. col. 1. to. 6. Cap. 4.

Ex primo Regum.

Affligebat quoque eā æmola eius. pag. 66. col. 2. to. 6. Cap. 1.
Cum eſſet Anna amaro animo orauit ad Dominum. pag. 326. col. 2. to. 6.
Donec ſterilis peperit plurimos. pag. 308. col. 2. to. 7. Cap. 2.
Nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. pag. 288. col. 2. to. 6. Cap. 3.
Vt eruam omnium veſtrum oculos dextros. pag. 313. colum. 1. to. 6. Cap. 11.
Melior eſt obedientia, quàm victimæ. pag. 307. colum. 1. to. 6. Cap. 15.
Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius. pag. 276. col. 1. to. 7. Cap. 16.

Cap. 17. Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo, vel vrſus, &c. pag. 275. col. 2. to. 7.
Cap. 21. Si mundi ſunt pueri maxime a mulieribus, manducent. pag. 278. col. 2. to. 7.
Cap. 23. Benedicti vos a Domino, quia doluiſtis vicem meã. pag. 93. col. 1. to. 7.
Cap. 25. Eratq. mulier illa prudẽtiſſima, & ſpecioſa. pag. 464. colum. 2. to. 6.
Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti. pag. 90. col. 2. to. 7.
Ipſe eſt filius Belial, ita vt nemo poſſit ei loqui. pag. 94. colum. 2. to. 7.
Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem. pag. 477. col. 2. to. 6.
Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. pag. 325. col. 1. to. 6. & 467. & 468. col. 2. to. eod.
Cap. 30. Eruit Dauid omnia, quæ tulerant Amalechitæ, &c. pag. 275. col. 2. to. 7.

Ex ſecundo Regum.

Cap. 1. Quomodo ceciderunt fortes in prœlio? pag. 24. colum. 1. to. 7.
Cap. 6. Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum eius. pag. 474. col. 2. to. 6.
Cap. 7. Si inique aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorũ, & in plagis filiorum hominũ. pag. 94. col. 2. to. 7.
Cap. 12. Ouem reddet in quadruplum. pag. 275. col. 2. to. 7.
Dominus quoque tranſtulit peccatũ tuum: non morieris. pag. 49. col. 2. to. 7.
Cap. 14. Ne penitus pereat, qui abiectus eſt. pag. 93. col. 1. to. 7.
Sicut Angelus Domini, ſic eſt Dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur. pag. 266. col. 1. to. 7. & 275. col. 1. to. eod.
Cap. 16. Dimitte eum, vt maledicat me. pag. 325. col. 1. to. 6.
Cap 18. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te Abſalom fili mi. pag. 133. col. 1. to. 7.
Cap. 19. Tu autem Domine mi rex, ſicut Angelus Dei es. pag. 265. col. 2. to. 7.
Cap. 23. Sicut lux auroræ Oriente Sole, mane abſque nubibus rutilat. pag. 249. col. 1. to. 6. & 468. col. 2. to. eod. & 292. col. 2. to. 7.

Ex tertio Regum.

Cap. 1. Quæramus Domino noſtro regi doleſcentulam virginem. pag. 348. col. 2. to. 6.
Cap. 3. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum, & malum. pag. 96. col. 2. to. 7. & 276. col. 1. to. eod.
Cap. 6. In ingreſſu oraculi fecit duo oſtiola de lignis oliuarum. pag. 328. col. 1. to. 6.
Cap. 8. Intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum. pag. 462. col. 1. to. 7.
Impleuerat gloria Domini domũ Domini. pag. 463. colum. 1. to. 6.
Dixit Dominus, vt habitaret in nebula. ibidem.
Firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum. ibidem.
Si cælum & cæli cęlorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui? pag. 458. col. 1. to. 6.
Cap. 10. Ingreſſa Hieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, &c. pag. 472. col. 2. to. 6. & 473. col. 1. eod.
Videns regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, &c. non habebat vltra ſpiritum. pag. 276. col. 1. to. 6. & 147. col. 2. to. 7.
Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebore grandem. pag. 309. col. 2. to. 6. & 453. col. 1. to. eod. & 291. col. 2. to. 7.
Non eſt factũ tale opus in vniuerſis regnis. pag. 463. col. 1. to. 6.
Deprauatum eſt cor eius per mulieres. pag. 293. colum. 2. to. 6. Cap. 11.
Derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederant, locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum. pag. 320. col. 2. to. 6. Cap. 12.
Viuit Dominus exercituum ante cuius conſpectum ſto. pag. 101. col. 1. to. 7. Cap. 18.
Vſquequo claudicatis in duas partes, ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eum. pag. 468. col. 1. to. 6.
Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum & ligna, & lapides. pag. 283. col. 1. to. 7.
Tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. pag. 265. col. 1. to. 7. Cap. 19.
Grandis enim tibi reſtat via. pag. 291. col. 2. to. 6.
Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. p. 298 col 2. to. 6.
Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum. pag. 339. col. 2. to. 6.

Ex quarto Regum.

Percuſſit aquas, & diuiſę ſunt huc, atque illuc, & tranſijt Eliſeus. pag. 288. col. 2. to. 7. Cap. 2.
Cum plena fuerint, tolles. pag. 462. col. 2. to. 6. Cap. 4.
Vir Dei Sanctus eſt iſte, qui tranſijt per nos frequenter. Faciamus ergo ei cenaculum. pag. 272. colum. 2. to. 7.
Lauare ſepties in Iordane. pag. 328. col. 2. to. 6. Cap. 5.
Melius eſt, vt accipias duo talenta. pag. 23. colum. 2. to. 7.
Videbis oculis tuis, & inde non comedes. pag. 84. col. 1. to. 7. Cap. 7.
Transferam vos in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vuarum, terram oliuarum, & olei, ac mellis. pag. 483. col. 2. to. 6. Cap. 18.
Quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum. pag. 481. col. 1. to. 6. Cap. 19.

Ex primo Paralipomenon.

Tonet mare, & plenitudo eius. pag. 462. col. 2. to. 6. Cap. 16.
Te Domine benedicẽte benedicta erit in perpetuum. pag. 476. col. 2. to. 6. Cap. 17.
Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerunt in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Idithun, qui prophetarent in citharis, & cetera. pag. 100. colum. 1. to. 7. Cap. 25.
Aurum puriſſimum dedit, vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ Cherubim. pag. 270. col. 1. to. 7.
Omnia venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. pag. 267. col. 2. to. 7. Cap. 28.

Ex ſecundo Paralipomenon.

Roboam erat rudis, & corde pauido. pag. 96. colum. 2. tom. 7. Cap. 13.
Vos ergo confortamini, & non diſſoluantur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro. pag. 94. colum. 2. to. 7. Cap. 15.
Non eſt apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec cupido munerum. pag. 272. col. 2. to. 7. Cap. 19.
Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. pag. 64. col. 1. to. 6. & 101. col. 2. to. 7. Cap. 20.
Vocauerunt locum illũ vallis benedictionis. pag. 476. col. 1. to. 6.

Ex ſecundo Eſdra.

Nos ipſi faciemus opus, & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu auroræ donec egrediantur aſtra. pag. 470. col. 1. to. 6. Cap. 4.

Ex

Ex Tobia.

Numquam concupiui virum. pag. 21. col. 1. to. 7.

Cap. 3. Numquam cum ludentibus miſcui me. pag. 287. colum. 2. to. 6. & 99. col. 2. to. 7.

Cap. 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat. pag. 297. col. 2. to. 6.

Superbiam numquam in tuo ſenſu dominari permittas. pag. 274. col. 2. to. 7.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. pag. 304. col. 1. to. 6. & 308. col. 1. eod.

Cōſilia ſemper a ſapiēte perquire. pag. 320. col. 2. to. 6.

Cap. 5. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo. pag. 281. col. 2. to. 6.

Cap. 6. Fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. pag. 100. col. 1. to. 7. & 279. col. 1. eod.

Cap. 8. Raphael Angelus apprehendit dæmonium. pag. 275. col. 2. to. 7.

Cap. 9. Dicatur benedictio ſuper vxorem tuam. pag. 479. col. 1. to. 6.

Cap. 11. Benedico te, Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſanaſti me. pag. 21. col. 2. to. 7.

Cap. 12. Qui faciūt peccatum, & iniquitatem hoſtes ſunt animæ ſuæ. pag. 303. col. 2. to. 6.

Quando orabas cum lacrymis. pag. 297. col. 2. to. 6. & pag. 100. col. 1. to. 7.

Ego ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum. pag. 279. col. 2. to. 7.

Cap. 13. Ex Sapphiro, & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioſo. pag. 272. col. 1. to. 7.

Per vicos eius halleluia cātabitur. pag. 276. col. 1. to. 6.

Ex Iudith.

Cap. 6. Non derelinquis præſumentes de te, & de ſua virtute gloriantes humilias. pag. 338. col. 2. to. 6.

Cap. 8. Habens ſuper lumbos ſuos ciliciū ieiunabat. pag. 297. col. 1. to. 6.

Et erat hæc in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde. pag. 466. col. 1. to. 6.

Indulgentiā eius fuſis lacrymis poſtulemus. pag. 326. col. 2. to. 6.

Et nunc fratres, quoniam vos eſtis presbyteri in populo Dei, ex vobis pendet anima illorum, &cet. pag. 271. col. 1. to. 7.

Cap. 9. Humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. pag. 325. col. 2. to. 6.

Deus cælorum, Creator aquarum, & Dominus totius creaturæ. pag. 464. col. 1. to. 6.

Cap. 11. Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborū. pag. 460. col. 1. to. 7.

Cap. 12. Bibe nunc & accumbe in iucunditate, quoniam inueniſti gratiam coram me. pag. 457. col. 1. to. 6. & 130. col. 1. to. 7.

Cap. 13. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam. pag. 214. col. 2. to. 6.

Benedixit te Dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. pag. 475. colum. 2. to. 6.

Cap. 15. Benedixerunt eam omnes vna voce dicentes, Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri. pag. 476. col. 1. to. 6. & pag. 478. colum. 2. to. eod.

Ex Eſther.

Cap. 2. Adamauit eam rex pluſquam omnes mulieres, &c. & poſuit diadema regni in capite eius. pag. 459. col. 1. to. 6. & 461. col. 2. eod.

Cap. 4. Non enim erat licitum indutū ſacco aulam regis intrare. pag. 320. to. 6.

Cap. 13. Cum plurimis gentibus imperarem, & vniuerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſem, &cet. pag. 276. colum. 2. to. 7.

Et non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. pag. 464. colum. 2. to. 6.

Et ſuper vnam quidem innitebatur quaſi pre delicijs. pag. 455. col. 2. to. 6. *Cap. 15.*

Vidi te Domine quaſi Angelum Dei. pag. 266. colum. 1. to. 7.

Aures principū ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes callida fraude decipiūt. pag. 99. col. 2. to. 7. *Cap. 16.*

Nec putare debetis ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate, & neceſſitate temporum. pag. 99. col. 1. to. 7.

Ex Iob.

Et erat vir ille ſimplex, & rectus. pag. 153. col. 1. to. 7. *Cap. 1.*

Ibant filij eius, & faciebant conuiuia. pag. 238. colum. 1. to. 6.

Circuiui terram, & perambulaui eam. pag. 287. colum. 1. to. 6.

Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. pag. 290. col. 1. to. 6.

Obtenebrētur ſtellæ caligine eius. pag. 468. col. 1. to. 6. *Cap. 3.*

Antequam comedam ſuſpiro. pag. 175. col. 2. to. 7.

Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſte accipies. pag. 94. col. 2. to. 7. *Cap. 4.*

Porro ad me dictum eſt verbū abſconditum, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. pagin. 156. col. 1. to 7.

Virum ſtultū interficit iracundia. pag. 190. col 1. to. 6. *Cap. 5.*

Increpationem Domini ne reprobes: quia ipſe vulnerat, & medetur. pag. 278. col. 1. to. 7.

Viſitans ſpeciē tuam nō peccabis. pag. 324. col. 2. to. 6.

Et hęc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat. pag. 278. col. 1. to. 7. *Cap. 6.*

Militia eſt vita hominis ſuper terram. pag. 84. colum. 1. to. 7. *Cap. 7.*

Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. pag. 144. col. 2. to. 7. & 161. col. 1. & 200. col 2. & 203. col. 1. to. eod.

Quis reſtitit ei, & pacem habuit. pag. 329. col. 1. to. 6. *Cap. 9.*

Verebar omnia opera mea. pag. 318. col. 2. to. 6.

Tædet animam meam vitæ meæ. pag. 176. col. 1. to. 7. *Cap. 10.*

Loquar in amaritudine animæ meæ. pag. 157. colum. 1. to. 7.

Manus tuæ fecerunt me. pag. 1. col. 1. to. 7.

Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. pag. 335. col. 1. to. 6. & 303. col. 2. eod.

Longior terra menſura eius, & latior mari. pag. 322. col. 1. to. 6. *Cap. 11.*

Auris verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem. pag. 296. col. 2. to. 6. & 190. col. 2. to. 7. *Cap. 12.*

Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur. pag. 288. col. 2. to. 7.

Etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. pag. 203. colom. 1. to. 7. *Cap. 13.*

Qui quaſi putredo conſumendus ſum. pag. 287. colum. 2. to. 6.

Quaſi flos egreditur, & cōteritur. pag. 471. col. 2. to. 6. *Cap. 14.*

Quis enim mundus erit a ſorde? at nemo, & ſi vnus dies ſit vita eius ſuper terram. ſec. lxx. pag. 351. colum. 1. to. 6. & 85. col. 2. to. 7.

Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi. pag. 268. colum. 2. to. 7. *Cap. 17.*

Teneatur planta illius laqueo. pag. 287. col. 2. to. 6. *Cap. 18.*

Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas eius. pag. 189. col. 1. to. 7.

Conſumat brachia illius primogenita mors. pag. 288. col. 1. to. 6.

Obſederunt in gyro tabernaculum meum. pag. 214. col. 2. to. 6. *Cap. 19.*

Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. pag. 131. col. 1. to. 6. & 123. col. 2. to. 7. *Cap. 20.*

Caput aſpidum ſuget, & occidet eum lingua viperæ. pag. 49. col. 2. to. 7.

Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri. pag. 188. col. 2. to. 7.
Cap. 22. Excelſior cælo eſt, & ſuper ſtellarum verticem ſublimatur. pag. 285. col. 2. to. 7.
Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. pag. 481. col. 2. to. 6.
Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. pag. 242. colum. 1. to. 6.
Cap. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. pag. 49. colum. 1. to. 6.
Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem. pag. 469. col. 2. to. 6.
Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. pag. 313. col. 2. to. 6.
Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium. pagin. 335. col. 1. to. 6.
Cap. 25. Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. pag. 285. col. 2. to. 7.
Numquid eſt numerus militum eius? pag. 273. colum. 2. to. 6.
Cap. 26. Appendit terram ſuper nihilum. pag. 322. col. 2. to. 6.
Spiritus eius ornauit cælos. pag. 282. col. 2. to. 7. & pag. 288. col. 2. to. eod.
Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. pag. 256. col. 1. to. eod.
Cap. 27. Iuſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram. pag. 23. col. 2. to. 7.
Cap. 28. Lapis ſolutus calore in æs vertitur. pag. 289. colum. 2. to. 6.
Omne pretioſum vidit oculus eius, profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt. pag. 268. col. 2. to. 7.
Neſcit homo pretium eius. pag. 310. col. 2. to. 6.
Nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. pag. 270. col. 1. to. 7.
Cap. 29. Senes aſſurgentes ſtabant. Principes ceſſabant loqui, &c. pag. 267. col. 1. to. 7. & 277. col. 1. eod.
Eo quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor. pag. 275. col. 2. to. 7.
Oculus fui cæco, & pes claudo. pag. 21. col. 2. to. 7.
Cap. 30. Qui me comedunt non dormiunt. pag. 287. col. 1. to. 6. & 304. col. 1. eod.
Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. pag. 326. colum. 1. to. 6. & 24. col. 1. to. 7.
Frater fui draconum & ſocius ſtruthionum. pag. 288. col. 2. to. 6.
Cap. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis. pag. 21. col. 2. to. 7.
Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans. pag. 293. col. 2. to. 6. & 305. col. 1. eod.
Si negaui quod volebant, pauperibus. pag. 21. colum. 2. to. 7.
Et oculos viduæ expectare feci. pag. 280. col. 1. to. 7.
Ab infantia mea creuit mecum miſeratio. pag. 280. col. 1. to. 7.
Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui. pag. 319. col. 2. to. 6.
Cap. 33. Videbit faciem eius in iubilo. pag. 189. col. 2. to. 7.
Cap. 34. Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius, & flatum ad ſe trahet. pag. 100. col. 1. to. 7.
Cap. 35. Suſpice cælum, & intuere, & contemplare æthera, quòd altior te ſit. pag. 282. col. 1. & 2. to. 7.
Cap. 37. Frumentum deſiderat nubes. pag. 171. col. 1. to. 7.
Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſoliſſimi quaſi ære fuſi ſunt. pag. 281. col. 2. to. 7.
Inuoluimur tenebris. pag. 281. col. 1. to. 6.
Ab Aquilone aurum venit. pag. 330. col. 1. to. 6.
Cap. 38. Per quam viam ſpargitur lux. pag. 269. col. 1. to. 7.
Numquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſſipare? pag. 214. col. 2. to. 6.
Numquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? pag. 267. col. 2. to. 7. & 282. col. 2. eod.
Quis enarrabit cælorũ rationem? pag. 284. col. 2. to. 7.
Concentum cæli, quis dormire faciet? pag. 286. colum. 1. to. 7.
Feruens & tremẽs ſorbet terram. pag. 268. col. 1. to. 7. Cap. 39.
Abſorbebit fluuium, & non mirabitur. pag. 287. colum. 1. to. 6. Cap. 40.
Halitus eius prunas ardere facit. pag. 298. col. 2. to. 6. & 600 col. 2. to. 7. Cap. 41.
Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. pag 288. col. 2. to. 6. & 95. col. 2. to. 7.
Auditu auris audiui te. pag. 170. col. 2. to. 7. Cap. 42.
Ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. pag. 297. colum. 1. to. 6.
Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, &c. pag. 269. col. 2. to. 7.

Ex Pſalmis.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. pag. 336. col. 2. to. 6. & 484. col. 1. to. eod. Pſal. 1.
Et folium eius non defluet. pag. 28. col. 1. to. 7.
Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. pag. 405. col. 1. to. 6. & 323. col. 1. eod.
Non reſurgunt impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum. pag. 258. col. 2. to. 6.
Reges eos in virga ferrea. pag. 471. col. 1. to. 6. Pſal. 2.
Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. ibid.
Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. pag. 317. col. 2. to. 6. Pſal. 4.
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. pag. 285 col. 1. to. 6. & 187. col. 2. to. 7.
A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt. pag. 480. col. 2. to. 6.
In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. pag. 329. col. 2. to. 6.
Mane aſtabo tibi, & videbo. pag. 269. col. 1. to. 7. & 255. & 259. col. 1. to 6. Pſal. 5.
Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. pag. 304. col. 2. to. 6. & 38. col. 2. to. 7.
Cor eorum vanum eſt. Sepulchrum patens eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebãt. pag. 14. col. 1. to. 7.
Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. pag. 8. colum. 2. to. 6.
Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum. pag. 93. col. 1. to. 7. Pſal. 6.
Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. pag. 265. col. 2. to. 6. & 328. col. 1. eod.
Turbatus eſt a furore oculus meus. pagin. 290. colum. 1. to. 6.
Gloria, & honore coronaſti eum. pag. 332. col 2. to. 6. & 336. col. 1. to. eod. Pſal. 8.
Sediſti ſuper thronũ, qui iudicas iuſtitiam. pag. 271. col. 2. to. 7. Pſal. 9.
Annuntiate inter gentes ſtudia eius. pag. 312. colum. 2. to. 6.
In laqueo iſto, quem abſconderunt. pag. 151. colum. 2. to. 7.
Sciant gentes, quoniam homines ſunt. pag. 323. colum. 2. to. 6.
Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. pag. 64. col. 2. to. 6.
Sedet in inſidijs cum diuitibus, in occultis vt interficiat innocentem. pag. 99. col. 1. to. 7.
Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. pag. 396. col. 1. to. 6. & 156. col. 2. to. 7.
In Domino confido. pag. 203. col. 2. to. 7. Pſal. 10.
Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. pag. 335. col. 1. to. 6.
Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit. pag. 465. colum. 2. to. 6.
Diminutæ ſunt veritates a filijs hominum. pag. 285. col. 2. to. 6. Pſal. 11.

In

In corde, & corde locuti ſunt. pag. 156. col. 2. to. 7.
In circuitu impij ambulant. pag. 317. col. 2. to. 6.
Pſal. 12. Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem, vſque-quo auertis faciem tuam a me. pag. 128. col. 1. to. 7.
Pſal. 13. Venenum aſpidum ſub labijs eorum. pag. 452. co-lum. 2. to. 6.
Contritio, & infelicitas in vijs eorum. pag. 288. co-lum. 2. to. eod.
Pſal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo? pag. 339. col. 1. to. 6.
Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. pag. 323. col. 1. to. 6.
Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram. pag. 38. col. 1. to. 7.
Qui facit hæc non cōmouebitur in æternū. pag. 317. col. 2. to. 6.
Pſal. 15. Dixi Domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. pag. 31. col. 2. to. 6. & 157. col. 1. to. 7.
Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. pag. 101. col. 1. to. 7.
Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. pag. 246. co-lum. 1. to. 6.
Pſal. 16. Oculos ſuos ſtatuerūt declinare ſuper terrā. pag. 242. col. 2. to. 6. & 284. col. 1. & 290. col. 2. to. eod.
Satiabor, cum apparuerit gloria tua. pag. 256. col. 2. to. 6. & 266. col. 2. & 275. col. 1. & 337. col. 1. & 341. col. 2. & 480. col. 1. eod.
Pſal. 17. Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, volauit ſuper pennas ventorum. pag. 293. col. 2. to. 6. & 280. col. 1. to. 7. & 266. col. 2. to. eod.
Tenebroſa aqua in nubibus aëris. pag. 265. col. 1. to 6.
Cum ſancto ſanctus eris. pag. 283. col. 2. to. 6.
Quoniam tu illuminas lucernā meam Domine, &c. pag. 462. col. 1. to. 6. & 455. col. 1. to. eod.
Quoniam in te eripiar a tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. pag. 148. col. 1. & 159. co-lum. 1. to. 7.
Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorū. pag. 148. col. 1. & 159. col. 1. to. 7.
Vt lutum platearum delebo eos. pag. 304. col. 1 to. 6.
Pſal. 18. Non eſt, qui ſe abſcondat a calore eius. pag. 336. co-lum. 2. to. 6.
Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. pag. 259. col. 1. to. 6. & 266. col. 2. to. 7.
Timor Domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi. pag. 320. col. 1. to. 6.
Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel, & fauum. pag. 2. col. 2. to. 7.
Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſer-uo tuo. pag. 9. col. 2. to. 7.
Tunc immaculatus ero, & erunt, vt complaceant elo-quia oris mei. pag. 156. col. 1. to. 7.
Pſal. 19. Holocauſtum tuum pingue fiat. pag. 99. col. 2. to. 7.
Pſal. 20. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo, pag. 309. col. 2. to. 6. & 332. col. 2. & 336. col. 1. & 347. col. 2. to. eod.
Pſal. 21. Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. pag. 79. col. 1. to. 7.
Ego autem ſum vermis, & non homo. pag. 21. co-lum. 1. to. 7.
Concilium malignantium obſedit me. pag. 298. co-lum. 1. to. 6.
Foderunt manus meas, & pedes meos. pag. 110. co-lum. 2. to. 7.
Annuntiabūt cæli iuſtitiam eius. pag. 283. col. 2. to. 7.
Pſal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. pag. 267. col. 2. to. 6.
Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. pag. 92. col. 2. to. 7.
Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me. pag. 267. col. 1. to. 6.
Impinguaſti in oleo caput meum. pag. 300. col. 1. to. 6.
Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt pag 278. col. 2. to. 6.
Domini eſt terra, & plenitudo eius. pag. 462. co-lum. 2. to. 6. Pſal. 23.
Attollite portas principes veſtras, & eleuamini por-tæ æternales. pag. 356. col. 2. to. 6. & 255. col. 1. eod.
Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. pag. 95. col. 2. to. 7. Pſal. 24.
Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. pag. 23. col. 1. to. 6. & 38. col. 1. & 69. col. 2. to. eod.
Oculi mei ſemper ad Dominum. pag 101. col. 1. to. 7.
Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem time-bo. pag. 100. col. 1 to. 7. Pſal. 26.
Infirmati ſunt, & ceciderunt. pag 278. col. 1. to. 6.
Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala au-tem in cordibus eorum. pag. 329. col. 2. to. 6.
Refloruit caro mea. pag. 472. col. 1. to. 6. Pſal. 27.
Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me læti-tia. pag. 295. col. 1. to. 6. & 288. col. 1. to. 7. Pſal. 29.
In te Domine ſperaui. pag 203. col. 1. to. 7. Pſal. 30.
Reſpexiſti humilitatem meam. pag. 458. col. 1. to. 6.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. pag. 246. col. 2. to. 6. & 319. col. 1. eod. & 203. col. 1. to. 7.
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ a conturba-tione hominum. pag. 170. col. 1. to. 7.
Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum. pag. 267. col. 1. to. 7.
Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam. pag. 296. col. 1. to. 6. & 49. col. 2. to. 7. Pſal. 31.
Intellectum tibi dabo, & inſtruam te. pag. 261. co-lum. 2. to. 6.
Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt in-tellectus. pag. 261. col. 2. to. 6. & 293. col. 2. eod.
In chamo & freno maxillas eorū conſtringe. pag. 292. col. 2. to. 6.
Rectos decet collaudatio. pag. 339. col. 2. to. 6. Pſal. 32.
Verbo Domini cæli firmati ſunt. pag. 287. col 2. to. 7.
Benedicam Dominum in omni tempore. pag. 100. col. 2. to. 7. Pſal. 33.
Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. pag. 261. col. 2. to. 6. & 20. col. 1. to. 7.
Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. pag. 241. col. 1. to. 6. & 321. col. 1. to. eod. & 167. col. 1. to. 7. & 187. col. 1. to. 7.
Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum. pag. 248. col. 1. to. 6. & pag. 319. col. 1. to. eod.
Diuites eguerunt, & eſurierunt. pag 306. col. 1. to. 6.
Non delinquent omnes, qui ſperant in eo. pag. 338. col. 1. to. 6.
Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiuto-rium mihi. pag. 8. col. 2. to. 6. Pſal. 34.
In populo graui laudabo te. pag. 305. col. 2. to 6.
Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. pag. 158. co-lum. 1. to. 7. Pſal. 35.
Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſ-que ad nubes. pag. 351. col. 1. to. 6.
Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. pag. 57. col. 1. to. 6. & 272. col. 1. to. eod. & 129. col. 2. to. 7.
Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo vi-debimus lumen. pag. 160. col 1. to. 7. & pag. 105. col. 1. to. eod.
Spera in Domino, & cet & paſceris in diuitijs eius. pag. 342. col. 1. to. 6. Pſal. 36.
Manſueti autem hereditabunt terram. pag. 329. col. 2. to. 6. & 332. col. 2. to. eod.
Mox vt honorificati fuerint, & exaltati deficientes, quemadmodum fumus deficient. pag. 288. co-lum. 1. to. 6.
Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis. pag. 168. col. 2. to. 7. Pſal. 37.

Dere-

Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. pag. 281. col. 1. to. 6. & 2. col. 1. to. 7.
Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. pag. 19. col. 1. to. 7.
Pſal. 38. Concaluit cor meum intra me. pag. 271. col. 1. to. 6.
In meditatione mea exardeſcet ignis. pag. 104. col 1. to. 7. & 154. col. 2. & 159. col. 2. to. eod.
Theſaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. pag. 290. col. 2. to. 6.
Pſal. 40. Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. pag. 321. col. 2. to. 6.
Pſal. 41. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita deſiderat anima mea ad te Deus. pag. 200. col. 2. to. 7. & 203. col. 1. to. eod.
Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei. pag. 19. columnum. 2. to. 7. & 160. col. 1. to. eod. & 177. col. 1. to. eod. & 275. col. 2. to. 6.
Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. pag. 326. col. 1. to. 6.
Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. pag. 200. col. 1. to. 7.
Abyſſus abyſſum inuocat. pag. 458. col. 1. to. 6.
Pſal. 43. Conglutinatus eſt in terra venter noſter. pag. 483. col. 2. to. 6. & 280. col. 1. to. 7.
Pſal. 44. Lingua mea calamus ſcribæ. pag. 301. col. 2. to. 6.
Specioſus forma præ filijs hominum. pag. 479. columnum. 2. to. 6.
Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, &c. pag. 460. col. 1. & 474. col. 1. to. 6. & 267. col. 1. to. 7.
Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. pag. 267. col. 1. to. 7.
Propter veritatem, & manſuetudinem, & iuſtitiam. pag. 326. col. 1. to. 6.
Dilexiſti iuſtitiam, &c. pag. 91. col. 1. to. 7.
Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. pag. 329. col. 1. to. 6.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato. pagin. 312. col. 2. to. 6.
Omnis gloria filiæ regis ab intus. pag. 311. col. 1. to. 6.
Pſal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. pag. 275. col. 2. to. 6.
Pſal. 47. Deus in gradibus eius cognoſcetur cum ſuſcipiet eã ſec. lxx. pag. 470. col. 1. to. 6. & 163. col. 1. to. 7.
Pſal. 48. Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. pag. 302. col. 2. to. 6.
Homo, cum in honore eſſet, non intellexit. pag. 193. col. 2. to. 6. & 321. col. 2. to. eod. & 251. col. 2. to. 7.
Comparatus eſt iumentis. pag. 326. col. 1 to. 6.
Quoniam cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. pag. 335. col. 1. to. 6.
Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. pag. 182. columnum. 1. to. 7.
Pſal. 49. Congregate illi ſanctos eius. pag. 306. col. 1. to. 6.
Pſal. 50. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. pag. 86. col. 1. to. 7.
Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco. pag. 319. col. 1. to. 6.
In peccatis concepit me mater mea. pag. 468. columnum. 1. to. 6.
Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, &c. pag. 336. col. 2. to. 6.
Cor mundum crea in me Deus. pag. 301. col. 2. to. 6. & 338. col. 1. to. eod.
Pſal. 51. Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. pagin. 338. col. 1. to. 6.
Ego autẽ ſicut oliua fructifera in domo Dei. pag. 315. col. 2. to. 6.
Pſal. 52. Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent. pag. 29. col. 2. to. 7.
Pſal. 54. Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & volabo. pag. 298. col. 2. to. 6. & 159. col. 2. to. 7. & 269. col. 2. eod.
Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. pagin. 159. col. 1. to. 7.
Expectabam eum, qui ſaluum me fecit a puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate. pag. 159. col. 1. to. 7.
Ab altitudine diei timebo. pag. 315. col. 2. to. 6. Pſal. 55.
Vt placeam coram Deo in lumine viuẽtium. pag. 85. col. 2. to. 7.
Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. pag. 316. col. 1. to. 6. Pſal. 57.
Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam. pag. 334. col 2. to. 6.
Si vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt Deus iudicans eos in terra. pag. 483. col. 2. to. 6.
Commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius. pag. 97. col. 1. to. 6. Pſal. 59.
Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. pag. 290. columnum. 2. to. 6. Pſal. 61.
Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. pag. 203. columnum. 1. to. 7. Pſal. 62.
Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. pag. 459. col. 1. to. 6.
Replebimur in bonis domus tuę. pag. 474. col. 2 to. 6. Pſal. 64.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. pag. 476. col. 1. to. 6.
Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. pag. 341. col. 2. to. 6. & 159 col. 2. to. 7. Pſal. 65.
Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo. pag. 298. columnum. 1. to. 6.
Veritas de terra orta eſt. pag. 483. col. 2. to. 6. Pſal. 66.
Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum. pag. 480. col. 2. to. 6. & 482. col. 2. to. eod.
Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus. pagin. 100. col. 1. to. 7. & 267. col. 1. to. 7. Pſal. 67.
Infixus ſum in limo profundi. pag. 240. col. 1. to. 6. Pſal. 68.
Zelus domus tuæ comedit me. pag. 94. col. 1. to. 7.
In conſpectu tuo ſunt omnes, qui tribulant me, improperium expectauit cor meum, & miſeriam. pag. 21. col. 2. to. 7. & 92. col. 2. to. eod.
Et dederunt in eſcam meam fel. pag. 65. col. 1. to 7.
Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. pag. 92. col. 2. to. 7.
Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam. pag. 275. col 1. to. 7. Pſal. 71.
Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. pag. 235. col. 1. to. 7. Pſal. 72.
Zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns. pagin. 329. col. 2. to. 6.
Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt. pag. 104. col. 1. to. 7.
Vt iumentum factus ſum apud te. pag. 295. col. 1. & 296. col. 2. to. 6.
Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. pag. 250. columnum. 1. to. 6.
Deus autem rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. pag. 475. col. 2. to. 6. Pſal. 73.
Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu fabricatus es auroram, & Solem. pag. 469. col. 2. to. 6. & 292. col. 2. to. 7.
Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. pag. 350. col. 2. to. 6.
Confitebimur tibi Deus, confitebimur. pag. 296. columnum. 2. to. 6. Pſal. 74.
Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. pagin. 334. col. 2. to. 6.
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. pagin. 271. col. 1. to. 6.
Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. pag. 324. col. 1. to. 6. & 329. col. 2. & 469. col. 1. to. eod. & 202. & 270. col. 1. to. 7. Pſal. 75.
Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum. pag. 330. col. 1. to. 6.
Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis, turbati ſunt omnes inſipiẽtes corde. pag. 140. col. 2. to. 7.

Viti diuitiarum. pag 290. col. 2. to. 6. & 325. colum. 2. to. eod.
Cum exurgeret in iudicium Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. pag. 332. col. 2. to. 6.
Reliquiæ cogitationis diem feſtū agent tibi. pag. 200. col. 2. to 7.
Pſal. 76. Rennit conſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. pag. 191. col. 1. to. 7.
Memor fui Dei, & delectatus ſum. pag. 255. colum. 1. to. 6.
Meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. pag. 101. col. 1. to. 7. & 159. col. 2. to. 7.
Numquid in æternum proijciet Deus, &c. pag. 350. col. 2. to. 6.
Pſal. 77. Deduxit eos in nube diei. pag. 455. col. 1. to. 6.
Panem Angelorum manducauit homo. pag. 73. colum. 2. to. 7. & 307. col. 2. to. eod.
Spiritus vadens, & non rediens. pag. 282. col. 1. to. 6. & 324. col. 2. to. eod.
Pſal. 79. Oſtende faciem tuam. pag. 353. col. 1. to. 6.
Pſal. 80. Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deū alienum. pag. 3. col. 2. to. 7.
Et non audiuit populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi. pag. 2. col. 1. to. 7.
Pſal. 81. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant. pag. 263. col. 1. to. 6. & 265. col. 2. to. eod.
Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. pag. 261. col. 2. to. 6.
Pſal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua. pag. 203. col. 1. to. 7.
Beati, qui ambulant in lege tua Domine in ſæcula ſęculorum laudabunt te. pag. 100. col. 1. to 7.
Beatus vir cuius eſt auxiliū abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarū, in loco quem poſuit. pag. 135. col. 2. to. 7.
Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. pag. 276. col. 2. to. 6. & 163. colum. 1. to. 7.
Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. pag. 133. col. 1. to. 7.
Gratiam, & gloriam dabit Dominus. pag. 305. col. 1. to. 6. & 459. col. 1. to. eod.
Pſal. 84. Benedixiſti Domine terram tuā, & auertiſti captiuitatem Iacob, remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, &c. pag. 474. col. 2. to. 6.
Audiam quid loquatur in me Dominus meus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam. pag. 243. colum. 1. to. 6. & 155. col. 1. to. 7. & 158. col. 2. & 184. col. 1. to. eod. & 260. col. 1. to. 6.
Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructus ſuos. pag. 478. col. 2. to. 6.
Pſal. 85. Tu Domine ſuauis, & mitis, & multæ miſericordiæ inuocantibus te. pag. 465. col. 2. to. 6.
Pſal. 86. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. pag. 337. colum. 1. to. 6.
Pſal. 88. Miſericordias Domini in ęternum cantabo. pag. 129. col. 1. to. 7.
Beatus populus, qui ſcit iubilationem. pag. 124. colum. 2. to. 7.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt, &c. & in iuſtitia tua exaltabuntur. pag. 275. col. 1. to. 7.
Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum. pag. 453. colum. 2. to. 6. & pag. 328. col. 2. & 465. col. 1. to. eod. & 272. col. 1. to. 7.
Pſal. 89. Mane floreat, & tranſeat. pag 472. col. 1. to. 6.
Anni noſtri, ſicut aranea meditabuntur. pag. 295. colum. 2. to. 6.
Pſal. 90. Scuto circumdabit te veritas eius. pag. 8. col. 2. to. 6.
Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. pag. 339. col. 1. to. 6.
Cum ipſo ſum in tribulatione. pag. 178. col. 2. to 7.
Pſal. 91. Delectaſti me Domine in factura tua. pag. 283. col. 2. to. 6. & 137. & 188. col. 2. to. 7.
Senectus mea in miſericordia vberi. pag. 280. colum. 2. to. 7.
Iuſtus vt palma florebit. pag. 347. col. 2. to. 6.
Dominus regnauit, decorem indutus eſt. pag. 263. col. 2. to. 6. Pſal. 92.
Parata ſedes tua ex tunc. pag. 291. col. 2. to. 7.
Domum tuam decet ſanctitudo Domine. pag. 466. col. 2. to. 6.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ, &cet. pag. 203. colum. 1. to 7. Pſal. 93.
Præoccupemus faciem eius in confeſſione, in pſalmis. pag. 296. col. 1. to. 6. Pſal. 94.
Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud. pag. 4. col. 1. to. 7.
Nuntiate de die in diem ſalutare eius. pag. 246. colum. 1. to. 6. Pſal. 95.
Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. pag 4. col. 2. to. 7.
Confeſſio, & pulchritudo in conſpectu eius. pag. 328. col. 2. to. 6.
Exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. pag. 18. col. 2. to. 7. Pſal. 96.
Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. pag 324. col. 2. to. 6. Pſal. 99.
Introite portas eius in confeſſione. pag. 296. colum. 2. to. 6.
Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat. pag. 278. col. 2. to. 7. Pſal. 100.
Tu autem Domine in æternum permanes. pag. 465. col. 1. to. 6. Pſal. 101.
Qui ſanat omnes infirmitates tuas. pag. 337. colum. 1. to. 6. Pſal. 102.
Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. ibidem.
Miſericordia Domini ab æterno, & vſque in æternū ſuper timentes eum, &c. pag. 8 col. 1. to. 7.
Dominus in cælo parauit ſedem ſuam. pag. 458. colum. 1. to. 6. & 285. col. 1. to 7.
Qui facit Angelos ſuos ſpiritus. pag. 265. col. 2. to. 7. & 278. col. 2. to. eod. Pſal. 103.
De fructu operum tuorum ſatiabitur terra. pag. 480. col. 1. to. 6.
Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam. pag. 232. col. 1. to. 6. & 266. col. 1. to. eod.
Quam magnificata ſunt opera tua Domine. pag. 157. col. 1. to. 7.
Impleta eſt terra poſſeſſione tua. pag. 462. col. 2. to. 6.
Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus. pag 214. col. 1. to. 7.
Lætetur cor quærentium Dominum, quærite faciem eius ſemper. pag. 240. col. 1. to. 6 & 190. col. 1. to. 7. Pſal. 104.
Expandit nubem. pag. 455. col. 1. to. 6.
Ad videndum in bonitate electorum, ad lętandum in lætitia gentis tuæ. pag. 269. col. 2. to. 7. Pſal. 105.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis. pag. 83. col. 2. to. 7.
Aſcendunt vſque ad cælos. pag. 317. col. 2. to. 6. Pſal. 106.
Fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis. pag. 484. col. 2. to. 6.
Errare fecit eos in inuio, & non in via. pag. 317. colum. 1. to. eod.
Dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. pag. 474. col. 1. to. 6. & pag. 2. col. 1. to. 7. Pſal. 108.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. pagin. 455. col. 2. to. 6. Pſal. 109.
Ex vtero ante Luciferū genui te. pag. 479. col. 1. to. 6.
Confitebor tibi Domine in toto corde meo. pag. 296. col. 1. to 6. Pſal. 110.
Initium ſapientię timor Domini. pag. 320. col. 1. to. 6.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum. pag. 321. col. 2. to 6.
Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & vſque in ſæculum. pag. 466. col. 1. to. 6. Pſal. 112.

Suſci-

Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem. pag. 317. col. 2. to. 6.
Pſal. 113. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. pag. 328. col. 2. to. 6.
Montes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouium. pag. 162. col. 1. to. 7.
Omnia quæcumque voluit fecit. pag 464. col. 2. to. 6. & 331. ibid.
Simulachra gentium argentum, & aurum. pag. 302. col 2. to. eod.
Oculos habent, & non videbūt. pag. 187. col. 1. to. 7.
Pſal. 114. Pericula inferni inuenerunt me. pag. 289. col. 1. to 6.
Pſal. 115. Pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius. pag. 103. col. 2. to. 7.
Pſal. 118. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. pag. 305. col. 1. to. 6.
Tunc non confundar cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. pag. 11. col. 1. to. 7.
Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. pag. 184. col. 1. to. 7.
Cōcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. pag. 16. col. 1. to. 7.
Increpaſti ſuperbos, maledicti, qui declinant a mandatis tuis. pag. 476. col. 2. to. 6. & 2. col 1. to. 7.
Viam mādatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. pag. 4. col. 2. to. 7.
Paratus ſum, & nō ſum turbatus. pag 308. col. 1. to. 6.
Particeps ego ſum omnium timentium te. pag. 327. col. 2. to. 6.
Bonum mihi, quia humiliaſti me. pag. 95. col. 1. to. 7.
Fiat cor meum immaculatū in iuſtificationibus tuis, vt non confundar. pag. 19. col. 1. to. 7.
Defecit in ſalutare tuum anima mea. pag. 276. colum 2. to. 6. & 147. col. 2. to 7.
Latum mandatum tuum nimis. pag 337. col 2. to 6.
Super ſenes intellexi, quia mandata tua quæſiui. pagin. 1. col. 2. to. 7.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. pag. 156. col. 1. to. 7.
Inclinaui ad faciendas iuſtificationes tuas, propter retributionem. pag. 152. col. 2. to. 7.
Declinate a me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. pag. 3. col. 1. to. 7.
Confige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. pag. 318. col. 1. to. 6 & 19. col. 1. to. 7.
Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua. pag. 6. col. 2. to. 7.
Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. pag. 298. colum. 1. to. 6.
Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. pag. 294. colum. 2. to 6. & 326. col. 1. to. 6.
Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuū. pag. 465. col. 2. to. 6.
Tabeſcere me fecit zelus meus. pag 94. col. 1. to. 7.
Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud. pag. 155. col. 2. to. 7.
Longe a peccatoribus ſalus. pag. 282. col. 1. to. 6.
Septies in die laudem dixi tibi. pag. 86. col. 1. to. 7.
Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. pag. 1. col. 2. to. 7.
Ad Dominum cum tribularer. pag. 298. col. 1. to. 6.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. pagin. 326. col. 1. to. 6.
Pſal. 121. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. pag. 269. col. 1. to. 7.
Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. pag. 329. col. 2. to. 6.
Pſal. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. pag. 350. col 2. to. 6. & 101. col. 2. to. 7.
Sicut oculi ancillę in manibus dominæ ſuæ. pag 455. col. 2. to. 6.
Pſal. 125. Magnificauit Dominus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. pag. 256. col. 1. to. 6.
Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent. pag. 326. col. 2. to. 6.
Euntes ibant, & flebant. pag. 300. col. 1. to. 6.
Niſi Dominus ædificauerit domum, &c. pag. 323. col. 1. to. 6. Pſal. 126.
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. pag. 100. col. 1. to. 7.
Ecce hereditas Domini filij; merces fructus ventris. pag. 480. & 481. col. 1 to. 6.
Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis. pag. 250. col. 2. to. 6 & 148 col. 2. to. 7.
Filij tui ſicut nouellę oliuarum in circuitu menſę tuę. pag. 306. col. 2. to. 6. Pſal. 127.
Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. pag. 247. col. 1. to. 6.
Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores. pagin. 330 col. 1. to. 6. Pſal. 128.
Quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. pag. 410. colum. 2. to. 6, & 262. col. 1. to. 7. Pſal. 129.
Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. pag. 453. col. 1. to. 6. Pſal. 131.
De fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuam. pagin. 478. col. 2. to. 6.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. pag 269. col. 2. to. 6. & 207. col. 2. to. 7.
Viduam eius benedicens benedicam. pag. 478 colum. 1. to. 6.
Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c. pag. 269. col. 1. to 7. Pſal. 132.
Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. pag. 104. col. 1. to. 7.
Aures habent, & non audient. pag. 155. col. 2. to. 7. Pſal. 134.
Qui fecit cælos in intellectu. pag. 281. col. 2. to. 7. Pſal. 135.
Solem in poteſtatem diei, Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis. pag. 276. col. 2. to 7.
Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus. pag. 326. col. 1. to. 6. Pſal. 136.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam. pag. 7. col. 1. to. 6. Pſal. 138.
Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. pag. 322. col 1. to 6. & 159. col. 2. to. 7.
Si ſumpſero pennas meas diluculo. pag. 269. colum. 2. to. 7.
Nox illuminatio mea in delicijs meis. pag. 38. col. 2. to. 6. & 314. col. 1. to. 7.
Nonne qui oderunt te Domine oderam? pag 91. colum. 2. to. 7.
Dirigatur oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo. pag. 297. col. 2 to. 6. Pſal. 140.
Domine inclina cælos tuos, & deſcende. pag. 353. col. 1. to. 6. Pſal. 143.
Sicut nouellę plantationes in iuuentute ſua. pag. 306. col. 2. to. 6.
Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. pag. 275. col. 1. to 7.
Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. pag. 327. col. 2. to. 6. & 19. col. 1. to. 7. Pſal. 144.
Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis. pag. 465. col. 2. to. 6.
Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis. pag. 465. colum. 2. to. 6.
Dominus diligit iuſtos. pag. 317. col. 1. to. 6. Pſal. 145.
Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. pag. 274. col. 1. to. 6. Pſal. 146.
Magnus Dominus, & magna virtus. pag. 459. colum. 1. to. eod.
Suſcipiens manſuetos Dominus. pag. 332. col. 2. to. 6.
Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. pag. 114. col. 2. to. 7. Pſal. 147.
Mittit cryſtallum ſuam, ſicut buccellas. pag. 254. col. 1. to. 6.
Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ. pag. 466. col. 1. to. 6. Pſal. 148.

Ex

Sacræ Scripturæ.

Ex Prouerbijs.

Cap. 1. Audiens ſapiens ſapientior erit, & intelligens gubernacula poſſidebit. pag. 276. col. 1. to. 7.

Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. pag. 303. col. 1. to. 6.

Pedes eorum ad malum currunt. pag. 289. col. 2. to. 6.

Vocaui, & renuiſtis. pag. 290. col. 2. to. eod.

Ego quoque in interitu veſtro ridebo. pag. 334. colum. 2. to. 6.

Cap. 2. Si quæſieris ſapientiam, quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam. pag. 268. col. 2. to. 6.

Seruabit te, vt eruaris a via mala, & ab homine, qui peruerſa loquitur. pag. 90. col. 1. to. 7.

Cap. 3. Inuenies gratiam, & diſciplinam bonam coram Deo, & hominibus. pag. 266. col. 2. to. 7.

Honora Dominum de tua ſubſtantia. pag. 300. colum. 2. to. 6.

Pretioſior eſt cunctis opibus ſapientia; & omnia, quæ deſiderantur huic non valent comparari. pag. 268. col. 2. to. 6.

Omnes ſemitæ illius pacificæ. pag. 329. col. 1. to. 6.

Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam. pagin. 268. col. 2. to. 6.

Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. pag. 301. col. 1. to. 6. & 280. col. 1. to. 7.

Stultorum exultatio ignominia. pag. 331. col. 1. to. 6.

Cap. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. pag. 249. col. 1. to. 6. & 174. col. 2. to. 7.

Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. pag. 235. colum. 1. to. 6.

Vias, quæ a dextris ſunt, nouit Dominus: peruerſæ vero ſunt, quæ a ſiniſtris ſunt. pag. 340. col. 1. to 6.

Cap. 5. Ad inferos properat greſſus eius. pag. 199. col. 2. to. 7.

Sit vena tua benedicta. pag. 477. col. 2. to. 6.

Iniquitates ſuæ capiunt impium. pag. 331. col. 2. to. 6.

Cap. 6. Vade ad formicam o piger. pag. 291. colum. 2. to. 6. & 315. ibid.

Homo apoſtata vir inutilis. pag. 7. col. 2. to. 7.

Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius, &c. Et eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias. pag. 34. col. 2. to. 7

Pretium ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri pretioſam animam capit. pag. 293. col. 1. to. 6.

Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ. pagin. 334. col. 2. to. 6.

Cap. 7. Serua mandata mea, & viues, & legem meam quaſi pupillam oculi tui. pag. 2. col. 1. to. 7.

In die plenæ Lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam. pag. 473. col. 1. to. 6. & 462. ibid.

Ignorat quòd ad vincula ſtultus trahitur. pag. 287. col. 2. to. 6.

Cap. 8. Timor Domini odit malum. pag. 318. col. 2. to. 6.

Per me reges regnant. pag. 275. col. 2. to. 6.

Ego diligentes me diligo. pag. 150. col. 2. to. 7.

Melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo. pag 483. col. 2. to. 6.

Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum. pagin. 214. col. 1. to. 6.

Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. pag. 3. col. 2. to. 6.

Quando præparabat cælos, aderam, &c. quãdo æthera firmabat ſurſum. pag. 281. col. 2. to. 7.

Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. pag. 3. col. 2. 259. col. 1. to. 6.

Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. pag. 268. col. 1. to. 6.

Qui me inuenerit, inueniet vitam, &c. pag. 269. colum. 2. to. 6 & 276. ibid.

Cap. 9. Sapientia ædificauit ſibi domum. pag. 239. col. 1. to. 6.

Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. pagin. 89. col. 1. to. 7.

Cap. 10. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa. pag. 291. colum. 2. to. 6.

In multiloquio non deerit peccatum. pag. 23. colum. 1. to. 7.

Cap. 11. Salus vbi multa conſilia. pag. 320. col. 2. to. 6.

Mulier gratioſa inueniet gloriam. pagin. 458. colum. 2. to. eod.

Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. pag. 315. colum. 1. to. 6.

Qui conturbat domum ſuam poſſidebit ventos. pagin. 94. col. 2. to. 6.

Fructus iuſti lignum vitæ. pag. 480. col. 1. & 484. col. 2. to. 6.

Cap. 12. Conſilia impiorum fraudulenta. pag. 320. col. 2. to. 6.

Cap. 13. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. pagin. 484. col. 1. to. 6.

De fructu oris ſui ſatiabitur bonis. p. 482. col. 2. to. 6.

Qui parcit virgæ odit filium. pag. 96. col 2. to. 7.

Venter impiorum inſaturabilis. pag. 292. col. 2. to. 6.

Cap. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. pag. 326. colum. 1. to. 6.

Eſt via, quæ videtur homini iuſta; nouiſſima autem eius deducunt ad mortem. pag 235. col. 1. to. 6.

Extrema gaudij luctus occupat. pag. 123. col 2. to. 7.

Qui impatiens eſt exaltat iniuſtitiam ſuam. pag. 94 col. 2. to. 7.

Cap. 15. Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. pag. 325. col. 2. to. 6. & 94. col. 2. to. 7. & 477. col. 2. to. 6.

Os fatuorum ebullit ſtultitiam. pag. 289. col. 2. to. 6.

Qui ſequitur iuſtitiam diligitur a Domino. pag. 317. col. 1. to. 6.

Secura mens quaſi iuge conuiuium. pag. 331. col. 1. to. 6. & 26. col. 2. to. 7.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. pag. 67. col. 1. to. 6. & pag. 94. colum 2. to. 7.

Conturbat domum ſuam, qui ſectatur auaritiam. pagin. 291. col. 1. to. 6.

Cap. 16. Dulcedo animæ, & ſanitas oſſium. pag. 331. col. 2. to. 6.

Verboſus diſſipat principes. pag. 278. col. 1. to. 7.

Melior eſt vir patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. pag. 323. col. 2. to. 6. & 267. col. 1. to. 7.

Cap. 17. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. pag. 315. col. 2. to. 6.

Cap. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. pag. 287. col. 2. to. 6.

Accipere perſonam impij in iudicio non eſt bonum. pag. 272. col. 2. to. 7.

Pigrum deijcit timor. pag. 291. col. 2. to. 6.

Spiritum ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere? pag. 94. col. 2. to. 7.

Iuſtus prior eſt accuſator ſui. pag. 296. col. 1. to. 6. & 79. col. 1. to. 7.

Cap. 19. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. pag. 272. col. 2. to. 7.

Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & ſicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas eius. pag. 276. colum. 2. to. 7.

Qui negligit vitam ſuam mortificabitur. pag. 44. colum. 1. to. 7.

Feneratur Domino, qui miſeretur pauperis. pagin. 327. col. 2. to. 6.

Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. pag. 290. colum. 1. & 325. col. 2. & 330. col. 1. to. 6.

Peſtilente flagellato ſapientior erit paruulus. pag. 92. col. 1. to. 7.

Cap. 20. Luxurioſa res vinum. pag. 309. col. 1. to. 6.

Quicumque his delectatur, non erit ſapiens. pag. 292. col. 2. to. 6.

Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roborabitur clementia thronus eius. pag. 38. col. 1. to. 6.

Qui

Cap. 21. Qui obturat autem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. pag. 301. colum. 2. to. 6.
Equus paratus ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuit. pag. 307. col. 2. to. 6.
Cap. 22. Melius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. pag. 34. col. 2. to. 7.
Super aurum, & argentum gratia bona. pag. 266. col. 2. to. 7.
Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem. pag. 460. colum. 2. to. 6. & 267. col. s. to. 7.
Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. pag. 318. col. 2. 10. 6.
Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter. pag. 58. col. s. 10. 6. & 197. col. 2. to. 7.
Vidiſti virum velocem in opere ſuo. pag. 268. colum. 2. to. 7.
Cap. 23. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere. pag 287. col. s. to. 7.
Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. pag. 92. col. 1. 10. 7.
Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. pag 312. col. 1. to. 6.
Cap. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem. pag. 270. colum. 2. to. 7.
Septies in die cadet iuſtus. pag. 358. colum. s. to. 6. & 25. col. 1. to. 7.
Per agrum hominis pigri tranſiui, &c. & ecce totum repleuerant vrticæ. pag. 295. col. 2. 10. 6.
Vſquequo piger dormies? pag. 291. col. 2. 10. 6.
Cap. 25. Cælum ſurſum, & terra deorſum, cor autem regum inſcrutabile. pag. 285. col. 1. to. 7.
Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. pag. 472. col. 2. 10. 6.
Aufer impietatem de vultu regis. pag. 272. col. 1. 10. 7.
Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. pag. 158. col. 2. 10 7.
Cap. 26. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens. pag. 99. col. s. 10. 7.
Cap. 27. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor. pag. 296. col. 1. 10. 6.
Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. pag. 76. col. 2. to. 7.
Anima ſaturata calcabit fauum. pag. 200. col. 2. to. 7.
Bonis amici conſilijs anima dulcoratur. pag. 270. colum. 2. to. 6.
In fornace aurum probatur. pag. 21. col. 2. 10. 7.
Corona tribuetur tibi in generatione, & generationem. pag. 195. col. 2. to 7.
Cap. 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. pag. 318. colum. 1. to. 6.
Dux indigens prudentia multos opprimet per malitiam. pag. 355. col. 2. to. 6.
Qui corripit hominem, gratiam poſtea inueniet apud eum magis, quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. pag. 278. col 1. 10. 7.
Cap. 29. Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus. ibidem.
Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. ibid.
Qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. pag 273. col. 1. to. 7.
Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum procliuior. pag. 290. col. 1. to. 6.
Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. pag. 319. col. 2. 10. 6.
Cap. 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer. pag. 293. col. 1. to. 6. & 305. col. s. 10. 6.
Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus, &c. pag. 315. col. 2. 10. 6.
Lepuſculus collocat in petra cubile ſuum. pag. 316. col. 1. to. 6.
Cap. 31. Facta eſt, quaſi nauis inſtitoris. pag. 307. col. 2. to. 6. & 311. ibid.
De fructu manuum ſuarum plantauit vineam. pagin. 484. col. s. to. 6.
Byſſus & purpura indumentum eius. pag. 312. col. 2. 10. 6. & 316. ibid.
Fortitudo & decor indumentum eius. pag. 316. colum. 2. 10. 6.
Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. pag. 453. colum. 1. & 464. colum. 2. & 473. col. 2. to. 6.
Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. pag. 283. & 457. col. 2. 10. 6.

Ex Eccleſiaſte.

Oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur. pag. 214. col. 1. 10 6. & 290. col. 1. 10. 7. *Cap.* 1.
Omnia flumina intrant in mare. pag. 453. & 462. col. 2. 10. 6.
Mare non redundat. pag. 290. col. s. 10. 6.
Ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. pag. 300. col. 1. 10. 6.
Vidi cuncta, quæ fiunt ſub Sole, & ecce omnia vanitas. pag. 100. col. 1. 10. 7.
Stultorum infinitus eſt numerus. pag. 475. col. 2. to. 6.
Et cognoui quòd non eſſet melius, niſi lætari, &cet. pag. 99. col. 2. to. 7. *Cap.* 3.
Vnus eſt, & ſecundum non habet. pag. 290. colum. 2. 10. 6. *Cap.* 4.
Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. pag. 305. col. 2. to. 6. & 269. col. s. 10. 7.
Funiculus triplex difficile rumpitur. pag. 312. col. s. 10. 6. & 178. col. 1. 10. 7.
Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. pag. 7. colum. 2. 10. 7. *Cap.* 5.
Auarus non implebitur pecunia. pag. 290. col. 2. to. 6.
Qui amat diuitias, fructum nō capiet ex eis. pag. 482. col. 1. to. 6.
Vir cui dedit Deus diuitias, & ſubſtantiam, & honorem, &c. pag. 299. col. s. to. 6. *Cap.* 6.
Omnis labor hominis in ore eius. pag. 292. col. s. to. 6.
Nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexit. pag. 323. col. 1. to. 6. *Cap.* 7.
Qui timet Deum nihil negligit. pag. 318. col. 2. 10. 6.
Inueni amariorem morte mulierem. pag. 293. colum. 2. 10. 6.
Solummodo hoc inueni, quòd fecit Deus hominem rectum. pag. 317. col. s. to. 6.
Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali. pag. 305. col. 2. to. 6. *Cap.* 8.
Neſcit homo vtrum amore, an odio dignus ſit. pagin. 324. col. 2. to. 6. *Cap.* 9.
Omni tempore ſint veſtimenta ſua candida. pag. 279. col. 1. to. 7.
Quodcūque facere poteſt manus tua conſtanter operare. pag. 235. col. s. to. 6.
Si ſpiritus poteſtatē habentis aſcenderit ſuper te, &c. pag. 267. col. 1. to. 7. *Cap.* 10.
Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. pag. 34. col. 2. to. 7.
Labor ſtultorum affliget eos. pag. 295. col. 1. 10. 6.
Væ tibi terra, cuius rex eſt puer. pag. 276. col. 1. to. 7.
Spiritus redeat ad eum, qui dedit illum. pag. 311. col. 2. to. 6. *Cap.* 12.
Deum time, & mandata eius obſerua. pag. 4. col. 2. 10. 7. & 192. ibid.

Ex Cantico Canticorum.

Oſculetur me oſculo oris ſui. pag. 265. col. 2. to. 6. & 157. col. 1. 10. 7. *Cap.* 1.
Meliora ſunt vbera tua vino. pag. 298. col. s. to. 6.
Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexarunt

lexerunt te nimis. pag. 341. colom. 2. to. 6.
Trahe me, poſt te curremus in odorem vnguentorũ. pag. 479. col. 1. to. 6. & 458. & 38. col. 2. to. eod. & 155. col. 2. & 190. & 203. col. 1. to. 7.
Introduxit me in cellaria ſua. pag. 125. col. 1. to. 7.
Super vinum recti diligunt te. pag. 338. col. 1. to. 6.
Filij matris meæ pugnauerunt contra me. pag. 177. col. 2. to. 7.
Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie. pag. 253. col. 1. to. 6.
Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum. pag. 155. col. 2. to. 7.
Paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum. pagin. 115. col. 2. to. 7.
Equitatui meo in curribus Salomonis aſſimilaui te amica mea. pag. 307. col. 2. to. 6.
Nardus mea dedit odorem. pag. 352. col. 2. to. 6.
Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. pag. 421. col. 1. to. 6. & 111. & 158. col. 1. & 159. col. 2. to. 7.
Botrus Cypri dilectus meus mihi. pag. 331. col. 1. to. 6.
Ecce tu pulchra es amica mea, &c. Ecce tu pulcher es dilecte mi, &c. pag. 156. col. 2. to. 7.
Lectulus noſter floridus. pag. 330. & 326. & 471. col. 2. to. 6.
Cap. 2. Ego flos campi. pag. 353. col. 2. & 471. col. 2. to. 6.
Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. pag. 295. col. 1. & 308. col. 1. & 348. col. 2. to. 6. & 117. to. 7.
Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. pag. 270. col. 2. to. 6. & 169. col. 1. & 186. & 479. col. 2. to. 7. & 324. col. 1. to. 6.
Introduxit me rex in cellam vinariam. pag. 371. colum. 1. to. 6. & 99. col. 2. & ibid. col. 1. to. 7.
Ordinauit in me charitatem. pag. 20. col. 1. & 42. col. 2. to. 7.
Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. pag. 178. col. 1. to. 7.
Amore langueo. pag. 203. col. 1. to. 7. & ſecund. lxx. vulnerata charitate ego ſum. pag. 177. col. 1. to. 7.
Læua eius ſub capite meo. pag. 190. col. 1. to. 7.
Vox dilecti mei, &cet. pag. 168. col. 1. to. 7. & 189. col. 2. to. 7.
Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. pag. 130. col. 1. & 150. & 159. col. 2. & 182. col. 1. & 190. col. 2. to. 7. & 195. col. 1. to. eod.
Iam hiems tranſijt, imber abijt, &c. Flores apparuerunt in terra noſtra. pag. 470. & 471. col. 2. to. 6. & 160. col. 1. to. 7.
Tempus putationis aduenit. pag. 185. col. 1. & 2. to. 7.
Oſtende mihi faciem tuam. pag. 170. col. 1. to. 7.
Vox enim tua dulcis. pag. 156. col. 2. to. 7.
Dilectus meus mihi, & ego illi. pag. 203. col. 1. to. 7.
Cap. 3. In lectulo meo per noctem, quæſiui quem diligit anima mea. pag. 176. col. 2. & 707. col. 1. to. 7.
Surgam, & circuibo ciuitatem per vicos, & plateas. pag. 257. col. 2. to. 6.
Inueni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum, &c. pag. 181. colum. 1. to. 7. & 133. & 153. col. 2. & 192. col. 1. to. eod. & 270. col. 2. to. 6.
Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij. pag. 323. col. 1. to. 6. & 470. & 477. col. 2. to. eod.
Ferculum fecit ſibi rex Salomon. pag. 272. col. 2. to. 7.
Aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit. pag. 201. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Quam pulchra es amica mea, &c. pag. 159. col. 2. to. 7.
Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. pag. 452. col. 2. to. 6. & 168. col. 2. to. 7.
Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, &cet. pag. 309. col. 2. to. 6.
Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum. pagin. 161. & 190. col. 1. & 177. col. 2. to. 7.
Fauus diſtillans labia tua, mel, & lac ſub lingua tua. pag. 465. col. 2. & 460. & 467. & 483. col. 1. to. 6. & 156. col. 2. to. 7.
Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. pag. 312. col. 2. to. 6.
Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. pag. 309. col. 2. & 319. col. 1. & 452. col. 2. to. 6. & 707. col. 2. to. 7.
Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum. pagin. 292. col. 2. to. 7.
Veni Auſter perfla hortum meum, & fluent aromata illius. pag. 196. col. 1. to. 7.
Cap. 5. Comedi fauum cum melle meo. pag. 146. col. 1. to. 7. & 188. col. 2. to. eod.
Bibi vinum meũ cum lacte meo. pag. 272. col. 1. to. 6. & 332. col. 1. to. eod.
Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini chariſſimi. pag. 270. & 332. col. 1. to. 6. & 125. col. 2. & 156. col. 1. to. 7.
Ego dormio, & cor meum vigilat. pag. 253. & 266. col. 1. to. 6. pag. 203. & 169. col. 1. to. 7.
Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? pag. 148. & 462. col. 1. to. 7.
Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. pag. 357. col. 1. to. 6.
Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus meus locutus eſt. pag. 261. & 266. col. 2. & 316. col. 2. to. 6. & pag. 156. col. 1. & 230. col. 2. to. 7.
Adiuro vos filiæ Hieruſalem ſi inueneritis dilectum, vt nuncietis ei, quia amore langueo. pag. 121. colum. 1. & 175. col. 2. & 178. col. 1. & 173. col. 2. to. 7. & 244. col. 1. & 381. col. 2. to. 6.
Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum? pag. 479. col. 2. to. 6.
Dilectus meus candidus, & rubicundus. pag. 340. col. 1. & 479. col. 2. to. 6. & 189. col. 2. & 203. col. 1. & 458. col. 2. to. 7.
Caput eius aurum optimum. pag. 214. col. 1. to. 6.
Venter eius eburneus. pag. 271. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Vna eſt columba mea. pag. 154. col. 2. to. 7.
Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol. pag. 462. & 468. col. 1. 472. col. 2. to. 6.
Reuertere, reuertere Sunamitis, &c. pag. 287. col. 1. to. 6. & 120. col. 1. to. 7.
Cap. 7. Quam pulchri ſunt greſſus, &c. pag. 152. col. 2. to. 7.
Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima in delicijs? pag. 271. col. 2. to. 6.
Statura tua aſſimilata eſt palmæ. pag. 317. col. 2. to. 7.
Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. pag. 340. col. 1. to. 6. & 174. col. 2. to. 7.
Veni dilecte mi. pag. 196. col. 2. to. 7.
Cap. 8. Quis mihi det te fratrem meũ ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolũ foris. pag. 117. col. 1. to. 7.
Dabo tibi poculum ex vino condito. pag. 271. col. 1. & 311. col. 2. & 330. & 331. col. 2. to. 6.
Quæ eſt iſta, quę aſcendit de deſerto delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum. pag. 130. col. 1. to. 7.
Fortis eſt vt mors, dilectio. pag. 245. & 311. col. 2. to. 6. & 203. & 175. col. 1. to. 7.
Lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. pag. 266. col. 1. to. 7.
Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. pag. 311. col. 2. to. 6.
Vir afferet pro fructu eius mille argenteos. pag. 482. col. 1. & 485. col. 2. to. 6.
Fac me audire vocem tuam. pag. 157. col. 2. to. 7.

Ex libro Sapientiæ.

Cap. 1. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. pag. 72. colum. 1. & 272. col. 2. to. 7.

Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. pag. 280. col. 1. to. 7.
Et auferet ſe a cogitationibus, quę ſunt ſine intellectu. pag. 242. col. 2. to. 6.
In cogitationibus impij interrogatio erit. pag. 334. col. 1. to. 6.
Iuſtitia perpetua eſt, & immortalis. pag. 172. colum. 1. to. 7.
Cap. 2. Venite fruamur bonis, quæ ſunt, &c. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant. pag. 116. col. 2. to. 7.
Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. pag. 288. col. 2. to. 6.
Cap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. pag. 283. col. 2. & 348. col. 1. to. 6.
Tamquam aurum in fornace probauit illos. pag. 95. col. 1. to. 7.
Fulgebunt iuſti, & tamquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. pag. 57. col. 1. to. 6. & 131. col. 2. to. 7.
Sapientiam, & diſciplinam, qui abijcit, infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu. pagin. 480. col. 1. to. 6.
Felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructū in reſpectione animarum. pag. 482. col. 2. to. 6.
Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. pag. 481. col. 2. to. 6.
Cap. 4. O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. pag. 342. & 348. col. 2. to. 6.
Cap. 5. Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum. pag. 335. col. 2. to. 6. & pag. 108. & 271. col. 1. to. 7.
Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. pagin. 102. & 151. col. 1. to. 7.
Quid nobis profuit ſuperbia? pag. 108. col. 1. to. 7.
Iuſti autem in perpetuum viuunt, & apud Dominum eſt merces eorum: pag. 272. & 274. col 1. to. 7.
Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. pag. 428. col. 2. to. 6.
Acuet diram iram in lanceam. pag. 470. col. 1. to. 6.
Cap. 6. Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ, &c. pag. 275. col. 1. to. 7.
Cum eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ. pag. 92. col. 2. to. 7.
Potentes potenter tormenta patientur. pag. 375. colum. 2. to. 6.
Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excedatis. pag. 96. col. 2. to. 7.
Incorruptio facit eſſe proximum Deo. pag. 386. colum. 2. to. 6. & & 179. col. 2. to. 7.
Diligite lumen ſapiētiæ, qui præeſtis populis. pa. 275. col. 1. to. 7.
Non abſcondam a vobis ſacramenta Dei, ſed ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem. pag. 270. col. 2. to. 7.
Cap. 7. Inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. pag. 269. col. 1. to. 6.
Omne aurum in comparatione illius harena eſt exigua. pag 322. col. 2. to. 6. & 124. col. 2. to. 7.
Inextinguibile eſt lumen illius. pag. 249. col. 1. to. 6.
Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. pag. 37. col. 1. & 272. col. 2. to. 6.
Suauis & benignus ſpiritus ſapientiæ. pag. 100. colum. 1. to. 7.
Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia. pag. 268. col. 1. to. 7.
Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis. pag. 267. col. 2. & 313. col. 1. to. 6. & 189. col. 2. to. 7.
Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. pag. 269. col. 1. to. 6.
Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarū luci comparata inuenitur prior. pag. 321. & 454. col. 2. to. 6.
Attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. pag. 242. & 259. col. 2. to. 6. & pag. 100. & 194. col. 1. to. 7. Cap. 8.
Amator factus ſum formæ illius. pag. 284. col. 1. to. 7.
Omniū Dominus dilexit illam. pag. 464. col. 1. to. 6.
Sobrietatem, & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt. pag. 310. col. 2. & 317. col. 2. to. 6.
Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius. pag. 271. col. 2. to. 6. & 100. col. 1. to. 7.
Sciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi, &c. pag. 341. col. 2. to. 6. & 267. col. 1. to. 7.
In ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ, quæ a te facta eſt. pag. 273. col. 2. to. 7.
Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, &c. pag. 322. col. 1. to. 6. Cap. 9.
Dixiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuę altare, ſimilitudinem tabernaculi ſancti tui, quod præparaſti ab initio. pag. 267. col. 2. to. 7.
Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. pag 157. col. 1. to. 6.
Quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore; quæ autem in cælis ſunt quis inueſtigabit? pag. 286. col. 1. to. 7.
Iuſtum deduxit per vias rectas, & oſtēdit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum. pag. 251. & 348. col. 2. to. 6. Cap. 10.
Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. pag. 14 col. 1. to. 6. & 317. col. 2. to. eod. Cap. 11.
O quàm bonus & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus. pag. 443. col. 1. to. 6. Cap. 12.
A magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit horum auctor videri. pag. 321. col. 1. to. 6. & 135. & 264. col. 1. to. 7. Cap. 13.
Angelorum eſca nutriſti populum tuum. pag. 265. col. 1. to. 7. & 271. col. 1. eod. Cap. 16.
Paratū panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. pag. 266. col. 2. to. 6. & 189. colum. 1. to. 7.
A regalibus ſedibus proſiliuit. pag. 478. col. 2. to. 6. Cap. 18.
Vſque ad cælum attingebat ſtans in terra. pag. 269. col. 1. to. 7.
Proferens ſeruitutis ſuæ ſcutum orationem, &c. reſtitit iræ. pag. 297. col. 2. to. 6.

Ex Eccleſiaſtico.

Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. pag. 193. colum. 2. to. 7. Cap. 1.
Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? pag 438. col. 1. to. 6.
Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam. pag. 247. col. 2. to. 6.
Timenti Dominum bene erit in extremis. pag. 247. col. 2. to. 6.
Initium ſapientiæ timor Domini. ibid. & 276. & 319. col. 2. to. eod.
Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem, & ſalutis fructum. pag. 247. & 479. col. 2. to. 6.
Timor Domini expellit peccatum. pag. 318. col. 2. & 319. col. 1. to. 6.
Qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. pag. 247. col. 1. to. 6.
Omne quod tibi applicitū fuerit accipe: & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. pagin. 167. & 278. col. 1. to. 7. Cap. 2.
Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. pag. 246. col. 2. to. 6. & 174. colum. 1. to. 7.

Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis, & manibus malefacientibus. pag. 452. col. 2. to. 6.
Qui timent Dominum præparabunt corda ſua. pagin. 319. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Filij ſapientiæ Eccleſia iuſtorum: & natio illorum obedientia, & dilectio. pag. 278. col. 1. to. 7.
Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. pag. 10. col. 1. to. 7.
Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio a Deo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat. pag. 10. col. 1. to. 7.
Ne glorieris in contumelijs patris tui: non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio. ibid.
Gloria hominis ex honore patris ſui. ibid.
Fili ſuſcipe ſenectam patris tui: & non contriſtes eum in vita illius. ibidem.
Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. pag. 323. colum. 2. & 458. & 481. col. 1. to. 6. & pag. 21. col. 1. to. 7.
Qui amat periculũ in illo peribit. pag. 43. col. 1. to. 7.
Cap. 4. Cor inopis ne affixeris, & ne protrahas datum anguſtianti. pag. 280. col. 1. to. 7.
Reſponde illi pacifice in manſuetudine. pag. 301. colum. 1. to. 6.
Eris tu velut filius Altiſſimi obediens. pag. 278. colum. 1. to. 7.
Eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam. pag. 49. col. 2. to. 7.
Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia. pag. 275. col. 1. to. 7.
Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos. pag. 99. col. 1. to. 7.
Cap. 6. Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & ne abijcias conſilium meum. pag. 259. col. 1. to. 6.
Vincula illius alligatura ſalutis. pag. 178. col. 1. to. 7.
Cap. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas irrumpere iniquitates. pag. 275. col. 1. to. 7.
Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. pag. 303. col. 1. to. 6.
De negligentia tua purga te cum paucis. pag. 268. col. 2. to. 7.
Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. pag. 225. col. 2. to. 6.
Cap. 8. Cum fatuis conſilium non habeas. non enim poterunt diligere, &c. pag. 320. col. 2. to. 6.
Non omni homini cor tuum manifeſtes, ne forte inferat tibi gratiam falſam, & conuitietur tibi. pagin. 457. col. 2. to. 6.
Cap. 9. Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. pag. 94. colum. 2. to. 7.
Cap. 10. Principatus ſenſati ſtabilis erit. pag. 267. col. 1. to. 7.
Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & qualis eſt rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. pag. 96. & 274. col. 1. to. 7.
Auaro nihil eſt ſceleſtius. pag. 14. col. 2. to. 7.
Initium omnis peccati ſuperbia. pag. 25. col. 1. to. 6.
Cap. 11. Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius. pag. 479. & 481. col. 2. to. 6.
Fili ne in multis ſint actus tui. pag. 98. col. 2. to. 7.
In die bonorum ne immemor ſis malorum. pag. 325. col. 2. to. 6.
Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponet maculã. pag. 288. col. 2. to. 6. & 34. col. 2. to. 7.
Cap. 12. Benefac humili, & non dederis impio. pag. 300. colum. 2. to. 6.
Cap. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. pag. 283. col. 2. to. 6.
Cap. 14. Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? pag. 301. col. 1. to. 6.
Nequam eſt oculus liuidi. pag. 282. col. 1. to. 6.
Ante mortem benefac amico tuo. pag. 300. col. 1. to. 6.
Cap. 16. Dominus in terram reſpexit, & impleuit illam bonis ſuis. pag. 462. col. 2. to. 6.
In vnamquamque gentem præpoſuit rectorem. pagin. 265. col. 1. to. 7. Cap. 17.
Eleemoſyna gratiam hominis quaſi pupillam conſeruauit. pag. 267. col. 1. to. 7.
Ante mortem confitere. pag. 292. col. 1. to. 6.
Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus. pag. 93. col. 2. to. 7.
Virtutem altitudinis cæli ipſe conſpicit. pag. 285. col. 1. to. 7.
Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. pag. 16. col. 2. to. 6. Cap. 18.
Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. pag. 324. col. 1. to. 6.
Ante iudicium para iuſtitiam. pag. 334. col. 1. to. 6.
Poſt concupiſcẽtias tuas non eas. pag. 292. col. 2. to. 6.
Qui ſpernit modica, paulatim decidet. pag. 97. colum. 2. to. 7. Cap. 19.
Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. pag. 266. col. 2. to. 7. Cap. 20.
Exigua dabit & multa improperabit. p. 36. col. 1. to. 7.
Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. pag. 267. col. 1. to. 7.
In labijs ſenſati inuenietur gratia. 267. col. 1. to. 7. Cap. 21.
In lapide luteo lapidatus eſt piger. pag. 291. col. 2. to. 6. Cap. 22.
Ante ſanguinem maledicta, & contumeliæ & minæ. pag. 36. col. 1. to. 7.
Iurationi non aſſueſcat os tuum. pag. 7. col. 2. to. 7. Cap. 23.
Nemo circumſpicit me, quem vereor? pag. 101. colum. 2. to. 7.
Rami eius non dabunt fructum. pag. 482. col. 2. to. 6.
Nihil melius eſt, quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm reſpicere in mãdatis Domini. p. 2. col. 2. to. 7.
In plenitudine ſua admirabitur. pag. 463. col. 1. to. 6. Cap. 24.
Thronus meus in columna nubis. pag. 266. & 272. col. 2. to. 7. & 191. col. 1. to. eod.
Gyrum cæli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui. pag. 213. col. 1. to. 6. & 268. col. 2. to. 7.
Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. pagin. 123. col. 1. to. 7.
Ab initio, & ante ſæcula creata ſum. pag. 191. colum. 2. to. 7.
In Hieruſalem poteſtas mea. pag. 464. col. 2. to. 6.
In plenitudine ſanctorum detentio mea. pag. 463. colum. 1. to. 6.
In plateis ſicut cinnamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi. pag. 268. & 323. colum. 1. & 463. col. 2. to. 6.
Quaſi balſamum non mixtum odor meus. pag. 457. col. 2. to. 6.
Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. pag. 458. col. 2. to. 6.
Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. pagin. 479. col. 1. to. 6. & 596. col. 1. to. 7.
Et flores mei fructus honoris, & honeſtatis. pag. 310. col. 2. & 311. col. 1. & 471. col. 2. to. 6.
Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. pag. 467. col. 1. to. 6.
In me gratia omnis vitæ, & veritatis, &c. pag. 454. col. 1. & 459 & 452. col. 2. to. 6. & 266. col. 2. to. 7.
Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis implemini. pag. 133. colum. 2. & 136. col. 1. to. 7.
Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſuper mel, & fauum. pag. 321. col. 2. to. 6. & 191. col. 1. to. 7.
Qui edunt me adhuc eſurient. pag. 99. col. 2. to. 7.
Qui bibunt me adhuc ſitient. pag. 324. col. 1. to. 6.
Dixi, Rigabo hortum plantationum. pag. 469. ibid.
Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus. pag. 120. col. 2. to. 6. Cap. 25.
Timor Dei initium dilectionis eius. pag. 278. colum. 1. to. 7.
Gratia mulieris ſedulę delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. pag. 459. col. 1. to. 6. Cap. 26.

Gratia ſuper gratiam mulier ſancta,& pudorata. pagin. 461. col. 1. to. 6. & 267. col. 1. to. 7.
Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ. pag. 309. col. 1. to. 6. & 279. col. 1. to. 7.
Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua. pag. 318 col. 2. to. 6.
Cap. 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis. pag. 289. col. 2. to. 6.
Cap. 29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis. pag. 300. col. 1. to. 6.
Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam aduerſus inimicum tuum pugnabit. pag. 294. col. 2. to. 6.
Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris. pagin. 324 colum. 2. to. 6.
Viros potentes gyrans migrare fecit. pag. 214. colum. 1. to. 6.
Cap. 30. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis: & non eſt oblectamentũ ſuper cordis gaudium. pag. 331. col. 2. to. 6. & 332. col. 1. to. eod.
Miſerere animæ tuæ placẽs Deo. pag. 301. col. 1. to. 6.
Cap. 31. Intellige quæ ſunt proximi tui ea te ipſo. pag. 321. col. 2. & 328. col. 1. to. 6.
Cap. 32. Rectorem te conſtituerunt, noli extolli: eſto in illis, quaſi vnus ipſis. pag. 95. & 266. col. 2. to. 7.
Curam illorum habe, &c. pag. 266. col. 2. to. 7.
Sine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis. pag. 242. & 247. & 320. colum. 1. to. 6. & 98. & 99. col. 1. to. 7.
Cap. 33. Timenti Dominum non occurent mala. pag. 319. col. 2. to. 6.
Cap. 34. Cor tuum phantaſias patitur. pag. 323. col. 2. to. 6. & 157. col. 2. to. 7.
Qui timet Dominum nihil trepidabit. pag. 319. colum. 1. to. 6.
Panis egentium vita pauperum eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. pag. 304. col. 1. to. 6.
Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? pag. 246. col. 2. to. 7.
Cap. 35. Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem. pag. 266. col. 2. to 7.
Dominus non elongabit ſe, ſed iudicabit iuſtos, &c. pag. 275. col. 2. to. eod.
Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis. pag. 272. col. 1. to. 7.
Cap. 36. Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. pag. 294. colum. 2. to. 6.
Cap. 37. Cor boni conſilij ſtatue tecum. pag. 320. col. 2. to. 6.
In multis eſcis erit infirmitas. pag. 192. col. 1. to. 6.
Propter crapulam multi obierunt. ibid.
Cap. 38. Impingua oblationem. pag. 99. col. 2. to. 7.
Qui minoratur actu ſapientiam percipiet. pag. 187. col. 2. to. 7.
Cap. 39. In omni corde, & ore collaudate, & benedicite nomen Domini. pag. 100. col. 1. to. 7.
Cap. 40. Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus. pag. 311. col. 1. & 458. col. 2. & 474. & 478. col. 1. to. 6.
Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hoc virides ſationes. pag. 323. col. 1. to. 6. & 266. col. 2. to. 7.
Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis. pagin. 319. col. 1. to. 6.
Cap. 41. Væ vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem Domini altiſſimi. pag. 453. col. 1. to. 6.
Cap. 42. De veſtimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri. pag. 304. col. 1. to. 6.
Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. pag. 455. col. 1. to. 6.
Cap. 43. Vas admirabile opus excelſi. pag. 324. col. 1. & 463. col. 2. to. 6.
Tripliciter Sol exurens montes. pag. 237. colum. 1. & 255. & 469. col. 2. to. 6.
Gyrauit cælum in circuitu gloriæ ſuæ. pag. 214. colum. 1. to. eod.
Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus. pag. 335. col. 2. to. 6.
Gelauit cryſtallus ab aqua. pag. 283. col. 1. to. 7.
Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. pag. 463. col. 1. to. 6.
Pie agentibus dedit ſapientiam. pag. 249. col. 1. to. 6.
Cap. 44. Homines diuites, in virtute pulchritudinis ſtudiũ habentes, pacificantes in domibus ſuis. pag. 275. colum. 1. to. 6.
Cap. 45. Corona aurea ſuper mitram eius. pag. 332. colum. 2. & 336. col. 1. to 6.
Offerre illi incenſum, &c. pag. 100. col. 1. to. 7.
Cap. 47. Quaſi adeps ſeparatus a carne. pag. 265. col. 2. to. 7.
Dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora. pag. 100. col. 2. to. eod.
Cap. 48. Surrexit Elias propheta quaſi ignis, & verbum ipſius ſicut facula ardebat. pag. 339. col. 2. to. 6. & 268. col. 1. to. 7.
Cap. 50. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ. pag. 463. col. 1. to. 6.
Quaſi thus redolens in diebus æſtatis. pag. 322. colum. 2. to. eod.
Cap. 51. Confitebor tibi Domine rex, & collandabo te. pagin 296. col. 2. to. 6.
Exaltaſti ſuper terram habitationem meam. pag. 310. col. 2. to. 6.

Ex Iſaia.

Cap. 1. A planta pedis vſque ad verticem nõ eſt in eo ſanitas. pag. 287. col. 1. to. 6.
Subuenite oppreſſo, iudicate pupillo. pag. 275. colum. 2. to. 7.
Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. pag. 340. col. 1. to. 6.
Vinum tuum mixtum eſt aqua. pag. 331. col. 1. to. 6.
Omnes diligunt munera. pag. 23. col. 2. to. 7.
Cap. 2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo, a facie timoris Domini, & a gloria maieſtatis eius. pag. 388. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala. pag. 454. col. 1. to. 6.
Dicite iuſto, quoniam bene, quoniam fructum adinuẽtionum ſuarum comedet. pag. 482. col. 1. to. 6.
Qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. pag. 99. colum. 2. to. 7.
Cap. 4. Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis. pag. 479. col. 1. to. 6.
Cap. 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. pag. 452. col. 2. to. 6.
Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. pag. 270. colum. 1. to. 7.
Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. pag. 49. & 63. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Vidi Dominũ ſedentem ſuper ſolium eius excelſum, & eleuatum, & plena erat domus maieſtate. pagin. 463. col. 1. to. 6. & 291. col. 2. to. 7.
Clamabat alter ad alterum, & dicebat Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituũ. pag 342. col. 1. to. 6. & 129. col. 1. & 279. col. 2. to. 7.
Plena eſt omnis terra gloria eius. pag. 463. col. 2. to. 6.
Volauit ad me vnus de ſeraphim, & in manu eius calculus ignitus. pag. 268. col. 2. to. 7.
Auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. pag. 269. col. 1. to. 7.
Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionem, ſicut terebinthus. pag. 269. col. 2. to. 7.
Cap. 7. Niſi credideritis non intelligetis. ſec. lxx. pag. 265. col. 1. to. 6. & 145. & 188. col. 1. to. 7.
Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. pag. 473. colum. 2. to. 6.
Cap. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus. pag. 37. & 239. col.

col. 1. & 455. & 459. & 470. & 471. col. 2. & 481. col. 1. to. 6. & 270. col. 2. to. 7.
Et replebit eum ſpiritus timoris Domini . pag. 479. colum. 2 to. 6.
Leuabit ſignum in nationes . pag. 313. col. 2. to. 6.
Cap. 13. Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo. pag. 279. col. 1. to. 7.
Cap. 14. Quomodo cecidiſti de cælo lucifer, qui mane oriebaris? pag. 285. col. 1. to. 7.
Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis. pag. 375. col. 2. to. 6.
Cap. 16. Emitte agnum Domine. pag. 553. col. 1. to. 6.
Præparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate. pag. 465. col. 2. to. 6.
Cap. 18. Ite Angeli veloces. pag. 265. col. 2. & 268. col 1. to. 7.
Sicut meridiana lux clara eſt. pag. 252. col. 1. to. 6.
Cap. 19. Tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium. pag. 275. col. 2. to. 7.
Erit Iſrael benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum. pag. 475. col. 2. to. 6.
Cap. 22. Recedite a me amare flebo. pag. 326. col. 2 to. 6.
Coronans coronabit te tribulatione. pag. 336. colum. 2. to. 6.
Cap. 24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. pagin. 146. col. 1. to. 7.
Cap. 25. Præcipitabit mortem in ſempiternum. pag. 336. colum. 1. to. 6.
Cap. 26. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis. pag. 203. col. 1. to. 7.
Omnia opera noſtra operatus es nobis. pag. 31. colum. 2. to 6.
A facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus. pag. 303. col. 2. to. eod.
Cap. 27. In menſura contra menſuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. pag. 64. col. 2. to. 7.
Iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. pagin. 482. col. 2. to. 6.
Audite illuſores, qui dominamini ſuper populum meum. pag. 274. col. 1. to. 7.
Cap. 28. Percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno. pagin. 304. col. 1. to. 6.
Cap. 29. Væ, qui profundi eſtis corde, vt a Domino abſcondatis conſilium. pag. 452. col. 1. to. 6.
Cap. 30. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. pagin 287. col. 2. to. 6.
Comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida. pag 290 col. 2. to. eod.
Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. pag. 285. col. 1. & 322. col. 2. to. 6. & 196. col. 2. to. 6.
Cap. 31. Proteget Dominus exercituum Hieruſalẽ protegens, & liberans, tranſiens, & ſaluans. pag. 87. col. 1. & 277. col. 2. to 6.
Cap. 32. Stultus fatua loquetur. pag. 278 col. 1. to. 7.
Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. pagin. 329. & 337. colum. 1. to. 6. & 129. colum. 2. & 247. col. 1. to. 7.
Cap. 33. Timor Domini ipſe eſt theſaurus eius. pag 319. colum. 1. to. 6.
Angeli pacis amare flebunt. pag. 267. col. 1. to. 7.
Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis. pag. 335. col. 2. to. 6.
Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter. pagin 465. col. 1. to. 6.
Cap. 35. Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. pag. 471. col. 1. to. 6.
Tunc aperientur oculi cæcorum. pag. 336. col. 2. to. 6.
Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, pag. 319. ibid.
Cap. 37. Venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi. pag. 303. col. 2. to. 6.
Cap. 38. Vidi lacrymam tuam. ecce ego, &c. pag. 326. ibid.
Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. pag 119. & 339 col. 1. to. 6.
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. pag. 135. col. 1. & 261. col. 2. & 291. col. 1. to. 6.
Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. pag. 296. colum. 1. to. 6.
Quia nõ infernus cõfitebitur tibi. pag. 311. col. 1. to. 6.
Omnis vallis exaltabitur. pag. 476. col. 2. to. 6. *Cap.* 40.
Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. pag. 472. colum. 1. to. eod.
Quis menſus eſt pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit. pag. 281. col. 2. to. 7.
Aſſument pennas ſicut aquilæ. pag. 170. colum. 1. & 280. col. 2. to. 7.
Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris. pagin. 296. colum. 2. to. 7. *Cap.* 43.
Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. pag. 83. & 282. col. 2 & 288. col. 1. to. 7. *Cap.* 45.
Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. pag. 462. col. 2. to. 6.
Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator. pag. 83. col. 2. to. 7.
Ego Dominus loquens iuſtitiam. pagin. 158. colum. 2. to. 7.
Mihi curuabitur omne genu. pag. 318. col. 2. to. 6.
Redite præuaricatores ad cor. pag. 102. & 230. colum. 2. to. 7. *Cap.* 46.
Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via, qua ambulas. Vtinam attendiſſes mandata mea. pag. 1. col. 2. to. 7. *Cap.* 48.
Induam cælos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum. pag. 238. col. 1. to. 7. *Cap.* 50.
Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. pag. 307. col. 2. to. 6. & 23 col. 2. to. 7.
Induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ. pag. 101. col. 1. to. 7. *Cap.* 52.
Iugiter tota die nomen meũ blaſphematur. pag. 302. col. 2. to. 6.
Languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. pag. 228. col. 2. to. 7. *Cap.* 53.
Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. pag. 286. col. 1. to. 6.
Propter ſcelus populi mei, percuſſi eum. pag. 386. col. 2. to. 6.
Neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. pag. 275. col. 1. to. 7. *Cap.* 56.
Omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam a ſummo vſque ad nouiſſimum. pag 291. col. 1. to. 6.
Ego tacens, & quaſi non videns. pag. 97. col. 2. to. 7. *Cap.* 57.
Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe eſt, & qui prope eſt. pag. 483. col. 1. to. 6.
Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem. pag. 299. col. 2. to. 6. *Cap.* 58.
Hoc eſt magis ieiunium quod elegi, diſſolue colligationes iniquitatis. pag. 299 col. 1 to. 6.
Cum videris nudum operi eum. pag. 328. ibid.
Carnem tuam ne deſpexeris. pag. 301. ibid.
Implebit ſplendoribus animam tuam. pag. 186. colum. 1. to. 7.
Suſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. pag. 272. ibid.
Telas araneæ texuerunt. pag. 288. col. 1. & 295. colum. 2. to. 6. *Cap.* 59.
Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. pag. 272. col. 2. to. 7.
Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant. pag. 268. col. 1. to. 7. *Cap.* 60.
Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. pag. 37. col. 2. to. 7. *Cap.* 62.
Gaudens gaudebo in Domino, &c. quia induit me veſtimento ſalutis, & indumento iuſtitiæ circumdedit me, &c. pag. 132. col. 1. to. 7.
Quare rubrum eſt indumentum tuum. pag. 338. colum. 2. to. 6. *Cap.* 63.
Miſerationum Domini recordabor, &cet. pag. 465. col. 1. to. 6. & 100. col. 1. to. 7.

Cap. 64. Vtinam dirumperes cælos, & deſcenderes. pag. 353. col. 1. to. 6. & 79. col 1. to. 7.
Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. pag. 335. col. 2. to. 6.
Non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te. pag. 463. col. 2. to. 6.
Cap. 65. Fumus erunt in furore meo. pag. 335. col. 1. to. 6.
Serui mei comedent, & vos eſurietis. ibid.
Serpenti puluis panis eius. pag. 368 col. 2. to. 6.
Cap. 66. Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedũ meorum. pag. 284. col. 2. to. 7.
Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & manſuetũ, & trementem ſermones meos. pag. 100. col. 1. & 270. col. 2. to. 7.
Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. pag. 250. col 1. to. 7.
Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. pag. 335. col. 1. to. 6.

Ex Hieremia.

Cap. 2. Vide, quia malum, & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum. pag. 283. col. 2. to. 6.
In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum. pag. 280. col. 2. to 7.
Cap. 3. Poſt me ingredi non ceſſabis. pag. 271. col. 2. to. 6.
Cap. 4. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iuſtitia. pag 7. col. 1. to. 6.
Sapientes ſunt, vt faciant mala. pag. 270 col. 1. to. 7.
Aſpexi cælos, & non erat lux in eis. pag. 283. & 188. col. 2. to. 6.
Cap. 5. Forſitan pauperes ſunt & ſtulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei ſui, &c. pag. 275. col. 1. to. 7.
Saturaui eos, & mœchati ſunt. pag 292. col. 2. to. 6.
Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. pagin. 103. col. 1. to. 7.
Cap. 6. A minori vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent. pag. 291. col. 1. to. 6.
Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt. pagin. 296. col. 1. to. 6.
State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis. pag. 269. col. 1. to. 7.
Crudelis eſt, & non miſerebitur. pag. 275. col. 2. to. 7.
Cap. 8. A minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequuntur. pag. 103. col. 1. to. 7.
Tranſijt meſſis, finita eſt æſtas, & nos ſaluati non ſumus. pag. 335. col. 1. to. 6.
Cap. 9. Aſcendit mors per feneſtras. pag. 318. col. 2. to. 6.
Cap. 10. Leges populorum vanæ ſunt. pag. 287. col. 1. to. 7.
Non eſt ſimilis tui Domine, magnus es tu, & magnũ nomen tuum. pag. 466. col. 1. to. 6.
Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua. pag. 5. colum. 2. to. 7.
Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. pag. 452. col. 2. to. 6.
Cap. 11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimã. pag. 326. col. 1. to. 6.
Cap. 12. Probaſti cor meum tecum. pag. 328. col. 2. to. eod.
Reliqui domum meam, dimiſi hereditatem meam. pag. 462. col. 1. to. 6.
Cap. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum. pag. 315. colum. 1. to. 6. & 338. ibid.
Cap. 23. Faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. pag. 147. ibid.
Cap. 26. Ego ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi, quod bonum, & rectum eſt in oculis veſtris. pag. 84. col. 1. to. 7.
Hieruſalem in aceruum lapidum erit. pag. 312. colum. 1. to. 6.
Cap. 31. Inebriabo animam ſacerdotum pinguedine. pag. 270. colum. 2. to. 7.
Statue tibi ſpeculam. pag. 253. col. 2. to. 7.
Creauit Dominus nouum ſuper terram, Femina circumdabit virum. pag. 459. & 463. col. 1. to. 6.
Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. pag. 474 col. 2. to. 6.
Dabo legem meam in viſceribus eorum. pag. 301. col. 2. to. eod.
Polite lanceas, induite vos loricis. pag. 470. col. 1. eod. Cap. 46.
Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter. pagin. 477. col. 2. to. 6. & 72. col. 2. & 100. col. 1. to. 7. Cap. 48.
Nec tranſfuſus eſt de vaſe in vas. pag. 291. col. 2. to. 6.
Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui. pagin. 288. col. 1. to. 6. Cap. 49.

Ex Threnis Hieremiæ.

Plorans plorauit in nocte. pag. 326. col. 1. to. 6. Cap. 1.
Sordes eius in pedibus eius. pag. 323. col. 1. to. 6.
Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. pag. 278. col. 1. to. 6.
Dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandas animas. pag. 292. col. 2. to. 6. & 381. col. 2. to. 7.
O vos omnes, qui tranſitis per viam attendite, & videte. pag. 317. col. 1. to. 6.
De excelſo miſit ignem in oſſibus meis. pagin. 266. & 290. col. 2. to. 7.
Succendit in Iacob, quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro. pag. 214. col. 2. to. 6. Cap. 2.
Magna eſt velut mare contritio tua. pagin. 294. colum. 2. to. eod.
Effunde ſicut aquam cor tuum. pag. 295. colum. 2. & 296. col. 1. to. 6.
Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti. pag. 324. col. 2. to. 6. Cap. 3.
Saturabitur opprobrijs. pag. 335. col. 1. to. eod.
Inundauerunt aquæ ſuper caput meum. pagin. 288. colum. 2. to. 7.
Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. pagin. 330. col. 1. to. 6.
Quomodo obſcuratum eſt aurum. pag. 285. colum. 1. to. 6. Cap. 4.

Ex Baruch.

Non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis, &c. Cap. 1.
Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maliguum. pag. 2. col. 1. to. 7.
Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum. pag. 302. col. 1. to. 6. Cap. 4.

Ex Ezechiele.

Iunctæq. erant pennæ eorum alterius ad alterum. pag. 269. col. 1. & 279 col. 2. to. 7. Cap. 1.
Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur. pagin. 311. col. 2. to. 6. & 180. col. 2. to. 7.
Ibant, & reuertebantur in ſimilitudinem ignis coruſcantis. pag. 282. col. 1. to. 7.
Rota in medio rotæ. pag. 6. col. 1. to. 6.
Quocumque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabantur ſequentes eum. pag. 268. colum. 1. to. 7.
Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis. pag. 281. col. 2. pag. 283. & 289. col 3. to. 7.
Quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni. pagin. 271. col. 2. to. 7.
Vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectũ ignis intrinſecus eius per circuitum. pag. 290. col. 2. to. 7.
Liber ſcriptus intus, & foris. pag. 301. col. 2. to. 6. Cap. 2.
Vt adamantem, & vt ſilicem dedi faciem tuam: ne timeas eos. pag. 317. col. 1. to 6. & 275. col. 1. to. 7. Cap. 3.
Benedicta gloria Domini de loco ſuo. pag. 476. colum. 1. to. 6.
Eris opprobrium, & blaſphemia, exemplum, & ſtupor. pag. 268. col. 2. to. 7. Cap. 5.

Aurum

Aurum eorum in ſterquilinium erit. pag. 290. colum. 2. to. 6.

Cap. 8. Fili hominis, fode parietem. pag. 50. col. 1. to. 7.

Cap. 9. Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris. pagin. 290. col. 1. to 6.

Signa Thau ſuper frontibus virorum gementium, pag. 81. col. 2. to. 7.

Cap. 10. In firmamēto, quod erat ſuper caput Cherubim quaſi lapis ſapphirus. pag. 282 col 1. to. 7.

Cherubim ſtabāt a dextris domus. pa. 271. col. 1 to. 7.

Cum ambularent Cherubim, ibant pariter, & rotæ iuxta ea, &c. pag. 271. col. 1. to. 7.

Cap. 13. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael. pag. 275. col. 1. to. eod.

Liniebant parietem cum luto abſque paleis. Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura, quod caſurus ſit. pag. 96. col. 1. to. 7.

Cap. 14. Si fuerint tres viri iſti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. pagin. 267. col. 2. to. 7.

Cap. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium. pag. 309. col. 1. to. 6.

Cap. 17. Aquila grandis magnarū alarum. pag. 311. col. 2. to. 6.

In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & cetera. pag. 484. ibidem.

Cap. 22. Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbata mea polluiſtis. pag. 302 col. 2. to. 6.

Cap. 23. Duæ mulieres filiæ matris vnius. pag. 289. ibid.

Cap. 24. Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. pag. 453. col. 1. to. 6.

Cap. 26. Comportabit aggerem in gyro. pag 214 col. 2. to. 6.

Cap. 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore. pag. 266. col. 2. to. 7.

Cap. 30. Ego Dominus locutus ſum. pag. 465. col. 2. to. 6.

Cap. 32. Solem nube tegam. pag. 270. col 2. to. 6.

Cap. 33. Si non fuerit locutus, vt cuſtodiat ſe impius a via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur. pagin. 92. colum. 2. to. 7.

Cap. 34. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis. pag. 93. col. 2. to. 7.

Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor. pag. 99. col. 1. to. 7.

Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meū de manu eorum. pag. 96. ibid.

Cap. 36. Terra illa inculta facta eſt, vt hortus voluptatis. pagin. 483. col. 1. to 6.

Cap. 37. Circumduxit me per ea in gyro. pag. 214. col. 2. to. 6.

Ego ero eis Deus. pag. 132. col. 2. to. 7.

Cap. 44. Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſiet per eam. pag. 463. col. 1. to. 6.

Cap. 47. Non deficiet fructus eius. pag. 480. col. 2. to. 6.

Ex Daniele.

Cap. 2. Lapis abſciſſus de monte ſine manibus. pag. 474. colum. 1. to. 6.

Ferrum comminuit, & domat omnia. pag. 317. colum. 1. to. 6.

Peccauimus, inique egimus recedentes a te, & deliquimus in omnibus. pag. 2. col. 1. to. 7.

Cap. 3. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſocijs eius in fornacem. pag. 266. col. 1. to. 7.

Et fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem. pag. 319. col. 1. to. 6.

Cap. 4. In ramis eius conuerſabantur volucres cæli. pag. 458. col. 2. to. 6.

Fructus eius nimius, & eſca vniuerſorū in ea. pag. 480. col. 2. to. 6.

Cognoſcant viuentes, quoniam dominatur. Excelſus in regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum. pag. 276. col. 2. to. 7.

Deus meus miſit Angelum ſuum, & cōcluſit ora leonum. pag. 275. col. 2. to. 7. Cap. 6.

Thronus eius, flammæ ignis. pag. 271. ibid. Cap. 7.

Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia. pag. 273. col. 2. to. 6. & 266. col. 1. to. 7.

Gabriel fac intelligere iſtam viſionem. pagio. 267. col. 1. to. 7. Cap. 8.

Egreſſus ſum, vt docerem te, & intelligeres. pag. 267. col. 1. to. 7. Cap. 9.

Vir deſideriorum. pag. 313. col. 1. to. 6. Cap. 10.

Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. pag. 336. col. 1. to. 6. & 269 col. 1. to. 7. Cap. 12.

Exarſerunt in concupiſcentiam eius, & euerterunt ſenſum ſuum. pag. 279. col. 1. to. 7. Cap. 13.

Concupiſcentia ſubuertit cor tuum. pagin. 281. colum. 1. to. 6.

Ex Oſee.

Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius. pag. 157. col. 2. to. 7. Cap. 2.

Sponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus. pag. 467. col. 1. to. 6.

Sponſabo te mihi in fide. pag. 313. col. 2. to. eod.

In die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. pagin. 283. colum. 2. to. 7.

Vinum, & ebrietas auferunt cor. pagin. 292. colum. 2 to. 6. Cap. 4.

Spiritus fornicationum decepit eos. pagin. 172. colum. 2. to. 7.

Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius. pagin. 291. col. 2. to. 7. Cap. 6.

Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt. pag. 281. & 290. col. 2. to. 6. Cap. 9.

Diuiſum eſt cor eorum, nunc interibunt. pag. 285. col. 2. to. 7. Cap. 10.

In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. pag. 178. col. 1. to. 7. Cap. 11.

Circumdedit me in negotiatione Ephraim. pag. 299. & 327 col. 2. to. 6.

In fortitudine ſua directus eſt cum Angelo. pag. 266. col. 1. to. 7. Cap. 12.

Ex me fructus tuus inuentus eſt. pag. 479. col. 1. to. 6. Cap. 14.

Ex Ioele.

Expergiſcimini ebrij. pag. 323. col. 2. to. 6. Cap. 1.

Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. pag. 293. ibidem.

Ignis comedit ſpecioſa deſerti. ibidem.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu pag. 297 col. 1. to. 6. Cap. 2.

Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. pagin. 296. ibid.

Quis ſcit ſi conuertatur? pag. 299. ibid.

Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, & lignum attulit fructum ſuum. pag. 483. col. 1. to. 6.

Ex Amos.

Odio habuerunt corripientem in porta. pag. 287. col. 2. to. 6. & 278. col. 1 to 7. Cap. 5.

Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur. pag. 292. col. 2. to. 6. Cap. 6.

Conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & cetera. pag. 480. & 483. col. 2. to. 6.

Ex Michæa.

Dole & ſatage filia Sion, quaſi parturiens, & cetera. pag 22. col. 2. to. 7. Cap. 4.

Indicabo tibi o homo, quid ſit bonum, & quid Dominus Cap. 6.

minus requirat a te, &c. pag. 198. ibidem.
Humiliatio tua in medio tui. pag. 21. col. 1. to. 7.

Ex Habacuc.

Cap. 1. Facies eorum ventus vrens. pag. 49. col. 1. to. 7.
Totum in homo ſubleuauit, traxit illud in ſagenam ſuam. pag. 293. col. 2. to. 6.
Cap. 2. Super cuſtodiam meam ſtabo. pagin. 269. colum. 1. tom. 7.
Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. pag. 375. col 1. to. 6.
Dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimpletur. pag. 290. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. pag. 150. col. 2. to. 7.
Ibunt in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. pag. 283. col. 1. to. 7.

Ex Sophonia.

Cap. 1. Scrutabor Hieruſalem in lucernis. pagin. 108. colum. 1. to. 7.

Ex Aggæo.

Cap. 1. Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculũ pertuſum. pag. 292. col. 2. & 305. col. 1. to. 6.

Ex Zacharia.

Cap. 2. Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum, Curre & loquere ad puerum iſtum. pagin. 265. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Sedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo, & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos. pag. 275. col. 2. to. 7.
Cap. 8. Vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cæli dabunt rorem ſuum. pag. 284. colum. 1. to. 7.
Cap. 9. Ecce Rex tuus venit. pag. 351. col. 1. to. 6.
Tu in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. pag. 87. col. 1. to. 7.
Cap. 11. Si bonum eſt in oculis veſtris afferte mercedem meã. pag. 481. col. 1. to. 6.
Cap. 12. Ponam duces Iuda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno. pag. 182. col. 2. to. 7.
Cap. 13. Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. pagin. 268. col. 2. to. 7.

Ex Malachia.

Cap. 1. Si ego Dominus, vbi eſt timor meus. pag. 22. colum. 1. to. 7.
Cap. 2. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam. pagin. 267. & 270. col. 1. to 7.
Cap. 3. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius. pag. 334. col. 1. to. 6.
Quaſi ignis conflans. Et ſedebit conflans, & emundans, &c. pag. 268. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. pag. 468. col. 2. to. 6.

Ex primo Machabæorum.

Cap. 3. Perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos; & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis. pag. 276. col. 1. to. 7.
De cælo fortitudo eſt. pag. 317. col. 1. to. 6.
Accingimini, & eſtote filij potentes. pagin. 267. colum. 1. to. 7.
Cap. 6. Refulſit ſol in clypeos aureos. pag. 255. colum. 2. tom. 6.

Ex ſecundo Machabæorum.

Videbat ſine regali prouidentia impoſſibile pacem rebus dari. pag. 276. col. 2. to. 7. Cap. 4.
Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia cum a morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores. pag. 271. col. 2. to. 7. Cap. 6.

Ex Matthæo.

Ioſeph fili Dauid noli timere. pag. 457. col. 2. to. 6. Cap. 1.
Saluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. pagin. 482. col. 2. to. 6.
Et intrantes domum inuenerunt puerum. pag. 457. col. 1. to. 6. Cap. 2.
Ioannes habebat veſtimenta de pilis camelorum. pagin. 328. col. 2. to. 6. Cap. 3.
Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. pag. 483. col. 2. to. 7. & pag. 98. col. 1. & 29. col. 2. to. 7.
Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. pag. 312. col. 2. to. 6. & 21. col. 1 to. 7.
Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. pag. 83. col. 2. to. 7. & 157. col. 2. eod.
Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. pag. 4 col. 2. to. 7. Cap. 4.
Relictis retibus ſecuti ſunt. pag. 307. col. 1. to. 6.
Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. pag. 341. col. 2. to. 6. & 136. col. 1. to. 7. Cap. 5.
Beati mites; quoniã ipſi poſſidebunt terram. pag. 325. col. 2. to. 6.
Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. pagin. 125. col. 1. to. 7.
Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. pag. 247. col. 1. to. 6.
Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiã conſequentur. pag. 242. colum. 1. & 327. & pag. 332. col. 2. to. 6.
Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. pag. 366. col. 2. to 6.
Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. pag. 330. & 341. col 1. to. 6.
Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines. pagin. 21. col. 2. to. 7.
Vos eſtis ſal terræ. pag. 341. col. 1 to. 6.
Vos eſtis lux mundi. pag. ead. col. 2 to. eod. & pagin. 96. col. 2. & 269. col. 1. & 283. col. 2. to. 7.
Donec tranſeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. pagin. 8. col. 1. to. 6.
Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. pag. 356. & 357. colum. 2. to. 6. & 19. colum. 2 to. 7.
Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, Non occides, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. pag. 12. col. 2. to. 7.
Qui dixerit fratri ſuo, raca, reus erit conſilio. pag. 36. col. 2. to. 7.
Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. pag. 305. col. 2. to. 6.
Expedit tibi, vt pereat vnum membrorum tuorũ, &c. pag. 293. col. 1. to. 6.
Ego autem dico vobis non iurare omnino. pag. 7. col. 1. to. 7.
Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt vos. pag. 248. col 2. & 481. col. 1. to. 6. & 175. col. 1. to. 7.
Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, pag. 300. col. 1. to. 6. & 20 col. 1. to. 7.
Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. pag. 192. col. 2. to. 7.
Cum facis eleemoſynã noli tuba canere ante te, &c. pag. 153. col. 1, to, 7. Cap. 6.

Receperunt mercedem ſuam. pag. 308. col. 1. to. 6. & 29. col. 2. to. 7.
Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. pag. 301. colum. 1. to. 6. & 269. col. 2. to. 7.
Sic ergo vos orabitis, Pater noſter, &c. pag. 100. colum. 2. to. 7. & 244. ibid.
Et ne nos inducas in tentationem. pag. 278. col. 1. to. 6.
Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter cæleſtis delicta veſtra. pag. 327. col. 2. to. 6.
Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. pagin. 299. col. 1. to. 6.
Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua. pag. 299. col. 2. to. 6. & 327. col. 1. eod.
Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. pag. 175. col. 2. to. 7.
Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. pag. 98. col. 2. to. 7.
Reſpicite volatilia cæli, quæ non ſerunt, neque metunt. pag. 170. col. 1. to. 7.
Conſiderate lilia agri. pag. 336. col. 1. to. 6.
Si enim fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanũ mittitur Deus ſic veſtit, &c. pag. 336. col. 1. to. 6.
Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. pag. 315. col. 1. to. 6.
Cap. 7. Nolite iudicare. pag. 63. col. 1. to. 6.
In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini. pag. 63. col. 2. to. eod.
Hypocrita, eijce primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucam. pag. 153. col. 1. to. 7.
Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem. pag. 304. col. 1. to. 6.
Arcta via eſt, quæ ducit ad vitam. pag. 257. col. 2. to. 6.
A fructibus eorum cognoſcetis eos. pag. 244. & 323. col. 1. & 470. col 2. to. 6.
Mala arbor malos fructus facit. pag. 30. col. 1. to. 7.
Deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. pag. 468. col. 2. to. 6.
Cap. 8. Vade oſtende te ſacerdoti. pag. 25. col. 1. to. 7.
Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. pag. 10. colum. 1. to. 7.
Nauicula operiebatur fluctibus. pag. 292. col. 2. to. 6.
Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. pag. 292. col. 2. to. 6.
Cap. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris. pag. 158. col. 2. to. 7.
Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. pag. 460. col. 1. to. 7.
Cap. 10 Infirmos curate, mortuos ſuſcitate. pag. 288. colum. 1. to. 7.
Nolite poſſidere aurum, neque argentum. pag. 435. col. 1. to. 7. & 341. col. 1. & 2. to. eod.
Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbæ. pag. 316. & 347. colum. 1. to. 6. & 150. & 154. col. 1. to. 7.
Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. pag. 256. & 332. col. 2. to. 6.
Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius. pag. 325. col. 1. to. 6.
Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. pag. 305. & 318. colum. 1. & 319. col. 2. to. 6.
Timete eum, qui poteſt & animam, & corpus perdere in gehennam. pag. 335. col. 2. to. 6.
Non veni pacem mittere, ſed gladium. pag. 329. colum. 2. to. 6.
Qui amat patrem & matrem pluſquam me non eſt me dignus. pag. 42 col. 1. & 176. col. 2. to. 7.
Cap. 11. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam. pag. 265. col. 1. to. 7.
A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cælorum vim patitur. pag. 177. col. 2. to. 7.
Et violenti rapiunt illud. pag. 317. col. 1. to. 6.
Nemo nouit Filium niſi Pater; neque Patrem quis nouit, niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. pag. 3. col. 1. to. 6. & 184 col. 1. & 169 col. 2. to. 7.
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. pag. 50. col. 1. & 341. col. 2. to. 6. & 15. & 148. col. 1. to. 7.
Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. pag. 332. colum. 2. & 432. col. 1. to. 6.
Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. pag. 312. col. 1. to. 6
Non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. pag. 45. col. 2. to. 7. Cap. 12.
Omne verbũ otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. pagin. 334. col. 1. to. 6.
Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. pag. 316. col. 2. to. 6.
Et dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. pag. 309. col. 1. to. 6. Cap. 13.
Qui habet aures audiendi audiat. pag. 155. & 189. colum. 2. to. 7.
Sinite vtraque creſcere vſque ad meſſem pa. 97. ibid.
Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. pag. 309. col. 1. to. 6.
Simile eſt regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. pag. 269. col. 2. to. eod.
Inuenta vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. pag. 336. col. 1. to. 6.
In conſummatione ſæculi exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorũ. pag. 334. col. 2. to. 6.
Videns ventum validum timuit, &c. Et ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti? pag. 314. col. 1. eod. Cap. 14.
Sinite illos cæci ſunt. pag. 71. ibid. Cap. 15.
Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. pag. 313. col. 2. to. 6. & 79. col. 2. to. 7.
De corde exeunt cogitationes malæ. pagin. 158. colum. 2. to. 7.
Mulier magna eſt fides tua. pag. 314. col. 1. to. 6.
Tu es Chriſtus filius Dei viui. pag. 333. col. 1. to. 6. Cap. 16.
Beatus es Simon Bar Iona. pag. 307. col. 2. to. 6.
Caro & ſanguis non reuelauit tibi, &c. pag. 184. colum. 1. to. 7.
Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. pagin. 313. & 333. col. 1. to. 6.
Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. pag. 49. col. 2. to. 7.
Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam. pag. 321. col. 1. to. 6.
Quid enim prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? pag. 375. col. 2. to. 6. & 98. col. 2. to. 7.
Domine bonum eſt nos hic eſſe. pag. 103. col. 2. & 131. & 200. col. 1. to. 7. Cap. 17.
Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis. pag. 314. col. 1. to. 6.
Hoc genus non eijcitur niſi per orationem & ieiunium. pag. 297. col. 2. to. 6.
Vt autem non ſcandalizemus eos. pag. 72. col 1. to. 6.
Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, & cetera. pag. 97. col. 1. to. 7. & 98. ibid. Cap. 18.
Angeli eorum in cælis ſemper vident faciem Patris mei. pag. 484. col. 2. to. 6. & 265. col. 2. to. 7.
Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum. pag. 34. col. 2. to. 7.
Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. pag. 51. colum. 2. to. 6. Cap. 19.
Non omnes capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. pag. 320. col. 2. to. 6.
Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. pag. 301. colum. 1. to. 6. & pag. 1. col. 1. & 79. col. 2. to. 7.
Si vis perfectus eſſe, vade & vẽde omnia quæ habes,

& da

& da pauperibus. pag. 38. col. 1. & 320. & 327. col. 2. to. 6.
Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. pag. 152. col. 2. to. 7.
Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis, &c. pag. 308. colum. 1. & 259. col. 2. to. 6.
Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, &c. pag. 308. col. 1. to. 6.
Cap. 20. Aut non licet mihi, quod volo facere? pag. 42. colum. 2. to. 7.
An oculus tuus nequam eſt? pag. 289. col. 1. to. 6.
Neſcitis, quid petatis. pag. 295. col. 1. to. 6.
Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. pag. 330. col. 2. to. 6.
Cap. 22. Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. pag. 302. colum. 1. to. 6. & 335. colum. 1. to. eod.
Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. pag. 297. col. 2. to. eod.
In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei in cælo. pag. 57. & 307. col. 1. to. 6. & 278. col. 2. to. 6.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. pag. 2. colum. 2. & 121. col. 1. & 2. & pag. 251. col. 2. to. 7.
In his duobus mandatis. pag. 91. col. 1. to. eod.
Cap. 23. Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. pag. 324. col. 1. to. 6.
Omnes autem vos fratres eſtis. pag. 328. col. 1. to. 6.
Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines. pag. 153. colum. 1. to. 7.
Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis. pag. 452. col. 1. to. 6.
Cap. 24. Et quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. pag. 26. col. 2. to. 6.
Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. pag. 452. col. 2. to. 6.
Orate, vt non fiat fuga veſtra in hieme, vel ſabbato. pag. 154. col. 1. to. 7.
Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ. pag. 81. col. 1. to. 7.
Tunc parebit ſignum Filij hominis. pag. 334. ibid.
Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. pag. 8. & 302. col. 1. to. 6.
Cap. 25. Prudentes vero acceperunt oleum. pag. 327. col. 2. to. 6. & 313. col. 1. to. eod.
Date nobis de oleo veſtro. pag. 463. col. 1. to. 6.
Intra in gaudium Domini tui. pag. 332. col. 1. to. 6.
Tollite ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta. pag. 300. col. 2. to. 6. & 291. col. 2. to. eod. & pag. 92. col. 2. to. 7.
Congregabuntur ante eum omnes gentes. pag. 334. colum. 1. to. 6.
Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnū. pag. 336. col. 1. & 341. & 469. col. 2. to. 6.
Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. pag. 339. col. 1. to. eod.
Quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. pag. 197. & 300. col. 2. & 328. col. 1. to. 6. & 17. & 232. col. 1. & 307. col. 2. to. 7.
Diſcedite a me maledicti in ignem æternū. pag. 335. & 476. col. 2. to. 6. & 2. col. 1. to. 7.
Ibunt hi in ſupplicium æternū: Iuſti autem in vitam æternam. pag. 334. col. 1. to. 6.
Cap. 26. Væ homini illi, per quem Filius hominis tradetur. pag. 65. col. 1. & 97. col. 2. to. 7.
Accipite, & comedite. pag. 23. col. 2. to. eod.
Hic eſt [illegible] ſanguis meus noui teſtamēti. p. 336. col. 2. to. 6.
Tranſeat a me calix iſte. pag. 32. col. 2. to. eod.
Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. pag. 31. col. 2. & 307. colum. 1. to. 6.
Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. pag. 316. col. 2. to. 6.
Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. pag. 12. col. 1. to. 7.
Et egreſſus foras fleuit amare. pag. 326. col. 2. to. 6.
Cap. 27. Sciebat, quòd per inuidiam tradidiſſent eum. pagin. 289. col. 1. to. 6.
Cap. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. pag. 71. col. 2. & 100. colum. 1. to. 7.

Ex Marco.

Cap. 4. Sic eſt regnum Dei quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille. pag. 95. col. 1. to. 7.
Cap. 5. Quis tetigit veſtimenta mea? pag. 241. col. 1. to. 6. & 187. col. 1. to. 7.
Cap. 8. Miſereor ſuper turbam. pag. 21. col. 2. to. 7.
Cap. 10. Nemo bonus, niſi vnus Deus. pag. 142. col. 1. to. 7.
Cap. 12. Vineam paſtinauit homo. pag. 300. col. 1. to. 6.
Cap. 14. Cœpit pauere, & tædere. pag. 319. col. 2. to. 6.

Ex Luca.

Cap. 1. Omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. pag. 100. col. 2. to. 7.
Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum. pag. 279. colum. 2. to. 7.
Aue gratia plena Dominus tecum, benedicta tu. pagin. 351. col. 1. to. 6.
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. pag. 458. col. 2 & 473. & 475. col. 1. to. 6.
Inueniſti gratiam apud Deum. pag. 458. col. 2. to. 6.
Quomodo fiet illud, quoniam virum non cognoſco? pag. 457. col. 2 & 460 & 467. col. 1. to. 6.
Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. pag. 483. col. 1. to. 6.
Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? pag. 466. col. 2. to 6.
Beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi a Domino. pag. 467. col. 1. to. 6.
Magnificat anima mea Dominum. pag 460. ibid.
Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. pag 471. col. 1. & 475. col. 2. to. 6.
Reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ pag. 467. col. 2. to. eod.
Iuſiurandum, quod iurauit ad Abrahams patrem noſtrum daturum ſe nobis. pag. 26. col. 1. to. 7.
Cap. 2. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. pag. 422. col. 2. to. 6.
Maria conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. pag. 457. col. 1. to. 6.
Par turturum. pag. 306. col. 1. to. eod.
Et in ſignum cui contradicetur. pag. 308. col. 2. to. 6.
Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, pag. 456. colum. 2. to. 6.
Fili, quid feciſti nobis ſic? pag. 460. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius. pag. 411. col. 1. to. 7.
Paleas autem comburet igni inextinguibili. pag. 328. col. 2. to. 6.
Et mirabantur de verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius. pag. 80. col. 1. to. 7.
Medice cura teipſum. pag 98. col. 2. to. 7.
Cap. 5. Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. pagin. 367. col. 2. to. 6.
Exi a me, quia homo peccator ſum Domine. pagin. 109. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Erat pernoctans in oratione Dei. pag. 101 col. 1. to. 7.
Beati, qui nunc eſuritis, quoniam ſaturabimini. pagin. 481. col. 1. to. 6.
Væ vobis diuitibus, quia habetis conſolationem veſtram. pag. 457. col. 2. to. 6.
Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia? pag. 266. col. 2. to 7.

Mutuum date, nihil inde ſperâtes. pag. 38. col. 1. to. 7.
Eritis filij Altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos. pag. 327. col. 2. to. 6. & 94. colum. 2. to. 7.
Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. pag. 332. col. 2. to. 6. & 9. col. 1. to. 7.
Dimittite, & dimittemini. pag. 327. col. 2. to. 6.
Date, & dabitur vobis. pag. 304. col. 1. to. 6.
Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur. pag. 303. col. 2. to. 6.
Ex abundantia cordis os loquitur. pag. 267. col. 1. to. 6.
Cap. 7. Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit. pag. 307. col. 2. to. 6.
Stans retro ſecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, &c. pag. 326. col. 2. & 327. col. 1. to. 6.
Cui plus donauit. pag. 294. col. 2. to. 6.
Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. pag. 294. col. 2. to. 6.
Cap. 8. Natum aruit, quia non habebat humorem. pag. 458. colum. 2. to. 6.
A ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. pag. 482. colum. 1. to. 6.
Fructum afferunt in patientia. pag. 481. col. 2. to. 6.
Cap. 9. Dedit illis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. pag. 90. col. 1. to. 7.
Spiritus apprehendit eum, & ſubito clamat, & elidit, & diſſipat eum. pag. 289. col. 2. to. 6.
Nemo mittens manum ſuam ad aratrū, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. pag. 306. col. 2. to. 6.
Cap. 10. Miſit illos binos ante faciē ſuam. pag. 269. col. 1. to. 7.
Curate infirmos. pag. 340. col. 2. to. 7.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. pag. 312. col. 2. to. 6.
Porro vnum eſt neceſſarium. pag. 153. col. 2. to. 7.
Maria optimam partem elegit. pag. 461. col. 1. to. 7.
Cap. 11. Si perſeuerauerit pulſans, & ſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, &c. pag. 332. col. 1. to. 6.
Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis. pagin. 74. col. 2. to. 7.
Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. pag. 299. colum. 1. to. 6.
Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. pag. 303. col. 1. & 2. to. 6.
Sicut lucerna fulgoris illuminabit te. pag. 151. col. 2. & 154. col. 1. to. 7.
Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis pag. 328. col. 2. to. 6. & 300. col. 1. to. eod.
Decimatis mentā, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei. pag. 91. col. 2. to. 7.
Cap. 12. Homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? pag. 98. col. 1. to. 7.
Anima habes multa bona, &c. pag. 39. col. 2. to. 7.
Stulte hac nocte animam tuam repetūt a te. pag. 290. colum. 1. to. 6.
Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. pag. 297. & 309. col. 2. to. 6.
Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. pag. 336. col. 1. to. 6.
Eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. pag. 101. col. 1. to. 7.
Ignem veni mittere in terram. pag. 237. & 308. col. 1. & 312. 338. col. 2. to. 6. & 174. col. 1. & 266. c. 2. to. 7.
Cap. 13. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat. pag. 98. col. 1. to. 7.
Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. pag. 335. col. 1. & 2. tom. 6.
Cap. 14. Recumbe in nouiſſimo loco. pag. 324. col. 1. to. 6.
Amice aſcende ſuperius, & erit tibi gloria. pag. 271. & 272. col. 1. to. 7.
Qui ſe exaltat humiliabitur. pag. 288. col. 2. to. 6.
Qui ſe humiliat exaltabitur. pag. 319. ibid.
Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. pagin. 270. col. 2. to. 6.
Homo quidā fecit cenam magnā. pag. 308. col. 1. to 6.
Pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. ibidem.
Compelle intrare. pag. 330. col. 2. to. eod.
Qui non odit patrem ſuum, & matrem, & vxores, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. pag. 10. col. 1. to. 7.
Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. pag. 306. col. 1. to. 6.
Accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, donec inueniat eam. pag. 298. col. 2. to. 6. Cap. 15.
Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. pag. 338. col. 1. to. 6.
Filij huius ſeculi prudētiores ſunt filijs lucis. pag. 270. col. 1. to. 7. Cap. 16.
Facite vobis amicos de māmona iniquitatis. pag. 290. col. 1. to. 6.
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. p. 331. co. 2. t. 6.
Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles ſumus. pag. 307. & 339. col. 2. & 351. col. 1. to. 6. & 270. col. 2. & 375. col. 1. to. 7. Cap. 17.
Ite oſtendite vos ſacerdotibus. pag. 25. col. 2. to. 7.
Regnum Dei intra vos eſt. pag. 263. colum. 2. to. 6. & 192. col. 1. to. 7.
Erunt duo in lecto, vnus aſſumetur, & alter relinquetur, &c. pag. 108. col. 1. & 267. colum. 2. & 268. & 269. col. 1. to. 7.
Zachæe feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. pag. 470. col. 1. to. 6. & 115. col. 1. to. 7. Cap. 19.
Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. pag. 297. col. 1. to. 6.
Venit Filius hominis quærere, & ſaluum facere, quod perierat. pag. 119. col. 1. to. 7.
Ab eo, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. pag. 93. col. 1. to. 7.
Quia ſi cognouiſſes & tu. pag. 24. col. 1. to. 7.
In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. pagin. 256. col. 2. & 290. col. 1. to. 6. Cap. 21.
Hoc facite in meam commemorationem. pag. 73. col. 1. to. 7. Cap. 22.
Qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. pag. 95. col. 2. to. 7.
Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis. pag. 341. col. 1. to. 6.
Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum: vt edatis, & bibatis. pag. 273. & 274. colum. 1. to. 6.
Domine tecum paratus ſum, & in carcerē, & in mortem ire. pag. 307. col. 1. to. 6.
Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera & calceamētis. pag. 410. col. 1. to. 7.
Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete. pag. 295. col. 2. to. 6. Cap. 23.
Nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus. pagin. 85. col. 2. to. 7.
Domine memento mei, dum veneris in regnū tuum. pag. 221. col. 2. to. 7.
Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. pagin. 103. & 144. col. 1. to. 7.
Mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit. pag. 266. col. 1. to. 6. Cap. 24.
Nonne cor noſtrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in via. pag. 155. & 169. & 268. col. 1. to. 7.
Spiritus carnem, & oſſa non habet. pag. 265. & 278. col. 2. to. 7.
Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. pag. 258. col. 2. & 321. col. 1. to. 6. & 187. col. 2. to. 7.

Ex Ioanne.

Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis. pagin. 3. col. 2. & 353. col. 1. & 482. col. 2. to. 6. Cap. 1.
Illumi-

Illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum . pag. 254. & 255. col. 1. to. 6.
Plenum gratiæ & veritatis. pag. 30. col. 1. to. 6.
De plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiā pro gratia . pag. 459. col. 2. to. 6.
Ecce Agnus Dei , ecce qui tollit peccata mundi . pagin. 482. col 2. to 6.
Videbitis Angelos Dei, aſcendentes, & deſcendentes ſuper Filium hominis . pag. 266. col. 1. to. 7.
Cap. 2. Vinum non habent . pag 271. & 460 col. 1. to. 6.
Quid mihi & tibi eſt mulier ? pag. 340 col. 1. to. 6.
Quodcumque dixerit vobis facite . pag. 460. ibid.
Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis . pag. 13. col. 1 . to. 7.
Cap. 3. Neſcis, vnde veniat, aut quo vadat. pa. 124 col. 2. to. 7.
Qui autem non credit, iam iudicatus eſt . pag. 431. colum. 1. tom. 6.
Omnis enim, qui male agit odit lucem . pag. 48. colum. 2. to. 7.
Qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. pa. 48. col. 2. to. 7.
Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur . pagin. 158 col. 1. to. 7.
Cap. 4. Da mihi bibere . pag. 296. col. 2. to. 6.
Omnis qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum . pag. 312. colum. 1. to. 6.
Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam . pag. 160. col. 1. to. 7.
Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate . pag 157. co. 1. to. 7.
Spiritus eſt Deus . pag. 316. col. 2. to. 6. & 85. col. 1. & 146. col. 2. to. 7.
Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius , qui miſit me . pag. 270. col. 1. to. 6. & 265. col. 1. to. 7.
Cap. 5. Ecce ſanus factus es : iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat . pag. 319. col. 1. to. 6. & 92. colum. 1. tom. 7.
Ille erat lucerna ardens & lucens. pag. 312. col. 2. to. 6.
Scrutamini ſcripturas. pag. 265. col. 2. to 6.
Cap. 6. Operamini non cibum , qui perit , ſed qui permanet in vitam æternam . pag. 261. col. 2 to. 6.
Pater meus dat vobis panem de cælo verum. pag. 188. col. 1 . to. 7.
Eum , qui venit ad me , non eijciam foras . pag. 145. col. 1. & 149. col 2. to. 7.
Deſcendi de cælo , non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me . pag. 307. col. 1. to. 6. & 23. colum. 1. to 7.
Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater , qui miſit me, traxerit eum . pag. 169. col. 2. to. 7.
Qui credit in me habet vitā æternā p. 149. col 2. to. 7.
Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi . pag. 73. col. 2. to. 7.
Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis . pag. 72. col. 2. to. 7.
Sanguis meus vere eſt potus . pag. 336. col. 2. to. 6.
Qui manducat hunc panem , viuet in æternum . pagin. 187. col. 2. to. 7.
Domine, ad quem ibimus , verba vitæ æternæ habes. pag 341. col. 1 to. 6.
Cap. 7. Totum hominem ſanum feci in ſabbato . pag. 296. col. 2 to. 6.
Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ . pag. 284. col 2. & 453. col. 2. to. 6.
Numquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur . pag. 80 col. 1. to. 7.
Cap. 8. Qui ſine peccato eſt veſtrū primus in illam lapidem mittat . pag. 49 col. 2. to. 7.
Vade & amplius noli peccare . pag. 297. col. 1. to. 6.
Ego ſum lux mundi , qui ſequitur me , non ambulat in tenebris . pag 468 col 1 to. 6. & 104. col. 1. to. 7.
Quæ placita ſunt ei facio ſemper . pag. 22. & 24. colum. 2. to. 7.
Qui facit peccatum , ſeruus eſt peccati . pag. 86. colum. 2. to. 7.
Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur . pagin. 158. col. 2. to. 7.
Qui ex Deo eſt, verba Dei audit , propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis . pag. 258. col. 1. to. 6.
Antequam Abraham fieret , Ego ſum . pag. 183. colum. 2. to. 7.
Venit nox , quando nemo poteſt operari . pag. 286. col. 1. to. 6 & 315. ibid. Cap. 9.
Abij, & laui , & video . pag. 290. col. 1. to. 7.
Qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro. pag. 135 col. 1. to 7. Cap. 10.
Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur, & ingredietur , & egredietur , & paſcua inueniet . pag. 325. col. 1. to 6. & 140. & 145 col. 2. & 146. & 188. col. 1. to 7.
Nonne duodecim ſunt horæ diei? pag. 140. col. 1. to. 7. Cap. 11.
Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani , & tollent locum noſtrum , & gentem . pag. 319. col. 2. & 340 col. 1. to. 6.
Fur erat , & loculos habens , ea quæ mittebantur , portabat . pag. 98 col. 1. to. 7. Cap. 12.
Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit , &c. pag 86. col. 1. to. 7.
Qui amat animā ſuā, perdet eam. pag. 172. col. 1. to. 7.
Vbi ſum ego , illic & miniſter meus erit . pag. 336. colum. 1. tom. 6.
Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. pag. 286. col. 1. & 336. col 2. to 6.
Qui lotus eſt , non indiget , niſi vt pedes lauet . pagin. 147. col. 2. & 148. col. 1. to 7. Cap. 13.
Vos mundi eſtis, ſed non omnes . pag. 92. col. 1. eod.
Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. pag. 95. col. 1. & 168. col. 2. to. 7.
Si hæc ſcitis : beati eritis, ſi feceritis ea . pag. 254. colum 2. tom. 6.
Poſt buccellam introiuit in eum Satanas. pag. 72 colum. 1. to. 7.
In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. pag. 273. col. 2. to. 6. & 88. col 2. to. 7. Cap. 14.
Ego ſum via, veritas, & vita . pag. 3. & 474. col. 2. to 6. & 145. col. 2. & 146. & 186. col. 1. to. 7.
Philippe qui videt me , videt & Patrem meum . pagin. 265. col. 1. to. 6.
Verba, quæ ego loquor vobis a me ipſo non loquor . pag 21. col. 1. to. 7.
Si diligitis me mandata mea ſeruate : & ego rogabo Patrem , & alium Paraclitum dabit vobis . pag. 1. colum. 2. to. 7.
Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere . pag. 242. col. 2. to. 6.
Si quis diligit me, ſermonem meū ſeruabit. pag. 259. col. 1. to. 6. & 156. 174. & 186. col. 1. to. 7.
Ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciemus. pag. 115. col. 1. to. 7.
Ille vos docebit omnia , & ſuggeret , &c. pag. 99. colum. 2. to. 7.
Pacem relinquo vobis , pacem meam do vobis . pagin. 329. col. 1. to. 6. & 83. col. 2. to. 7.
Omnem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat . pag. 312. & 483. col. 1. to. 6. Cap. 15.
Iam vos mundi eſtis, propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. pag. 328 col. 1. to. 6. & 80. col. 1. to. 7.
Si quis in me non manſerit, mittetur foras, & areſcet, &c. pag. 155. col. 2. to 7.
Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos . pag. 302. & 347. col. 2. to. 6.
Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis . pag. 347. col. 1. to. 6. & 20. & 174. col 2. to. 7.
Iam non dicam vos ſeruos. pag. 174. col. 2. to 7.
Vos dixi amicos . pag. 185. ibid. & 156. col. 1. eod.

Si opera

Si operá non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit, &c. pag. 333. col. 1. to. 6.
Cap. 16. Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. pag. 151. col. 2. to. 7.
Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. pag. 264. col. 2. to. 6. & 184. colum. 1. to. 7.
Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. pag. 133. col. 2. to 7.
Vſque modo non petiſtis quidquá. pag. 23. col. 2. to. 7.
Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. pag. 464. col. 1. to. 6.
Opus conſummaui, quod dediſti mihi, vt faciam. pag. 332. col. 1. to. 6.
Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. pag. 143. col. 2. & 146. col. 1. to. 7.
Cap. 17. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi. pag. 264. col. 2. to. 6.
Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo ex eis periit. pag. 265. col. 1. to. 7.
Sanctifica eos in veritate. pag. 269 col. 2. to. 7.
Vt ſint vnum ſicut, & nos vnum ſumus. pag. 40. colum. 1. tom. 6.
Pater quos dediſti mihi volo, vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum. pag. 74. col. 1. to. 7.
Vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi pagin. 25. col. 2. to. 7.
Cap. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. pag. 103. col. 1. to. 7.
Cap. 19. Mulier ecce Filius tuus. pag. 463. col. 1. to. 6.
Sitio. pag. 217. col. 2. & 221. col. 1. to. 7.
Inclinato capite tradidit ſpiritum. pag 85. col. 1. to. 7.
Cap. 21. Domine tu omnia noſti. pag. 464. col. 2. to. 6.
Sic eum volo manere donec veniá. pa. 168. col. 1. to. 7.

Ex actis Apoſtolorum.

Cap. 1. Cœpit Ieſus facere, & docere. pag. 89. col. 2. & 95. col. 1. to. 7.
Hi omnes erant perſeuerátes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu. pag. 457. col. 1. to. 6.
In omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens, &c. pag. 95. col 2. to 7.
Cap. 2. Tamquam aduenientis ſpiritus vehementis. pag. 316. colum. 2. tom. 6.
Cap. 3. Argentum & aurum nó eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. pag. 341. col. 2. to. 7.
Non eſt in alio aliquo ſalus. pag. 479. col. 2. to. 6.
Cap. 4. Nec aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. pag 356. col. 1. to. 6.
Cap. 5. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. pagin. 98. col. 1. to. 7.
Ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. pag. 255. col. 1. & 272. col. 2 & 325. col. 1. to. 6. & 175. & 179 col. 1. & 200 col. 2. to. 7.
Cap. 7. Non eſt ęquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. pag. 98. col. 1. to. 7.
Viderunt faciem eius, tamquam faciem Angeli. pagin. 266. col. 1. to. 7.
Angelus Domini apparuit Moyſi in igne flammæ rubi. pag. 266. col. 1. to. 7.
Cap. 9. Domine quid me vis facere? pag. 307. col. 1. to. 6.
Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. pag. 257. col. 2. to. 6.
Cap. 12. Petrus ad ſe reuerſus. pag. 147. col. 2. to. 7.
Cap. 13. Vobis oportebat primú loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. pag. 80. col. 2. to. 7.
Cap. 20. Quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem, &c. pag. 271. col. 1. to. 7.
Argentum, & aurum, aut veſtem nullius concupiui. pag. 22. col. 1. to. 7.
Beatius eſt magis dare, quàm accipere. pag. 464. col. 1. & 2. to. 7.
Non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum propter nomen Domini Ieſu. pag. 23. colum. 2. to. 7. *Cap.* 21.
Neque ſole, neque ſideribus apparentibus per plures dies. pag. 288. col. 2. to. 7. *Cap.* 27.
Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis. pag. 306. col. 2. to. 6.

Ex epiſtola ad Romanos.

Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecúdum carnem. pag. 478. col. 2. to. 6. *Cap.* 1.
Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum. pag. 23. col. 2. to. 7.
Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. pag. 321. col. 1. to. 6. & 165. 188. 264. col. 1. to. 7.
Et ſeruierunt creaturæ potius, quàm Creatori. pagin. 5. col. 1. to. 7.
Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. pag. 5. col. 1. to 7.
Detractores, Deo odibiles pag. 34. col. 2. to. 7.
Qui talia agunt digni ſunt morte, & non ſolum qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus. pag 42. colum. 2. to. 7.
Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. pagin. 91. col. 2. to. 7. *Cap.* 2.
Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. pag. 285. col. 2. & 342. col. 1. to. 6. *Cap.* 3.
Iuſtificati gratis per gratiá ipſius. pag 278. col. 1. to. 6.
Probatio operatur ſpem. pag 89. col. 2. to. 6. *Cap.* 5.
Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. pag. 99. & 172. colum. 2. to. 7.
Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. pag. 280. col. 1. to. 6.
Quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. pag. 4. col. 1. to. 7. *Cap.* 6.
Si autem mortui ſumus cum Chriſto; credimus, quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto. pag. 345. colum. 1. to. 6.
Liberati autem a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. pag. 272. col. 2. to. 7.
Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis. pag. 296. col. 1. to. 6.
Finis illorum mors. pag. 316. col. 1. to. 6.
Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. pag. 345. col. 2. to. 6.
Stipendium peccati mors. pag 280. col. 1. to. eod.
Lex quidem ſancta, & mádatum ſanctum, & iuſtum, & bonum. pag. 2. col. 2. to. 7. *Cap.* 7.
Non enim quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. pag. 73 col. 2. to. 6. & 281. colum. 1. to. eod.
Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. pag. 174. col. 2. to. 7.
Video autem aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis meæ. pag. 281. col. 1. to. 6.
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. pag. 272. col. 1. to. 6. & 131. col. 2. to 7.
Qui enim ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt. pag. 242. col. 2. to. 6. *Cap.* 8.
Prudentia carnis mors eſt. pag. 270. col. 1. to. 7.
Si ſecundum carnem vixeritis moriemini. pag. 345. col. 2. to 6. & 262. col. 1. to. eod.
Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. pagin. 155. col. 2. to. 7.
Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. pag. 320. col. 1. to 6.
Ipſe enim ſpiritus reddit teſtimoniū ſpiritui noſtro,

c quòd

quod ſumus filij Dei. pag. 99. col. 2. to. 7.
Si filij & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. pag. 341. col. 2. to. 6.
Exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. pag. 341. col. 1. to. 6. & 345. ibid.
Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. pag. 337. col. 1. to. 6.
Quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. pag. 64. colum. 1. to. 6.
Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. pag. 101. col. 1. to. 7.
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. pag. 311. col. 1. 330. & 484. col. 2. to. 6. & 149. col. 2. to. 7.
Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. pag. 32. col. 2. to. 6.
Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio? &c. certus ſum, quia neque mors, &c. pag. 312. col. 1. to. 6. & 90. colum. 2. 97. 100. 149. 177. 179. 201. col. 1. to. 7.
Cap. 9. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis. pag. 24. col. 2. to. 7.
Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus. pag. 30. col. 1. to. 6.
Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. pag. 36. col. 1. to. 6.
Cap. 10. Æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. pag. 92. col. 2. to. 7.
Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. pag. 296. 303. col. 2. to. 6.
Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. pag. 464. col. 2. to. 6.
Cap. 11. Si radix ſancta, & rami. pag. 18. col. 2. to. 7.
O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. pag. 14. col. 2. & 322. col. 1. to. 6. & 157. col. 1. to. 7. & 235. col. 2. & 236. col. 1. to eod.
Cap. 12. Rationabile obſequium veſtrum. pag. 306. col. 1. to. 6. & 96. colum. 2. to. 7.
Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei, bona, & beneplacens, & perfecta. pag. 268. & 358. col. 1. to. 6. & 189. col. 1. to. 7.
Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. pag. 342. col. 2. to. 6.
Odientes malũ, adhærentes bono. pa. 342. col. 2. to. 6.
Honore inuicem præuenientes. pag. 10. col. 2. to. 7.
Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. pagin. 289. col. 2. & 326. col. 1. & 339. col. 2. to. 6. & 22. col. 2. to. 7.
Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. pag. 329. col. 1. to. 6.
Non voſmetipſos defendentes, ſed date locum iræ. pag. 343. col. 1. to. 6.
Cap. 13. Vis non timere poteſtatem? pag. 278. col. 1. to. 7.
Non ſine cauſa gladium portat. pag. 12. col. 1. to. 7.
Reddite omnibus debita, & cetera. Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. pag. 10. colum. 2. to. 7.
Qui diligit proximum legem impleuit. pag. 343. col. 1. to. 6. & 279. col. 2. to. eod.
Plenitudo ergo legis eſt dilectio. pag. 195. col. 1. to. 7.
Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. pag. 269. col. 2. 311. col. 1. & 342. colum. 1. to. 6.
Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. pag. 312. colum. 2. to. 6.
Carnis curam ne feceritis in deſiderijs. pag. 41. colum. 2. to. 7.
Cap. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? pag. 63. colum. 1. to. 6. & 237. col. 2. to. 7.
Regnum autem Dei non eſt eſca, & potus. pag. 260. colum. 2. to. 6. ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. pag. 247. col. 1. to. 6.
Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere. pag. 93. col. 1. to. 7.
Cap. 15. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, & virtute Spiritus ſancti. pag. 484. col. 1. to. 6. & 342. col. 1. to. eod.

Ex prima ad Corinthios.

Cap. 1. Confirmabit vos vſque in finem ſine crimine. pagin. 346. col. 2. to. 6.
Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. pag. 375. col. 2. to. 6.
Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? Vbi inquiſitor huius ſæculi? pag. 122. col. 2. to. 7.
Cap. 2. Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. pag. 232. col. 1. to. 7.
Sapientiam loquimur inter perfectos. pag. 270. colum. 1. to. 7.
Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. pag. 335. col. 2. to. 6. & 274. col. 2. to. 6. & 26. col. 1. & 57. col. 1. to. 7.
Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. pag. 263. col. 1. to. 6. 184. col. 1. 268. col. 2. to. 7.
Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. pag. 241. col. 2. to. 6.
Spiritualis iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. pag. 237. col. 1. to. 7.
Cap. 3. Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecũdum ſuum laborem. pag. 95. col. 1. to. 7.
Dei enim ſumus adiutores. pag. 193. col. 1. to. 7.
Cap. 4. Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. pag. 39. col. 1. to. 7.
Nihil mihi conſcius ſum. pag. 25. col. 1. to. 7.
Qui autem iudicat me Dominus eſt. pag. 324. colum. 1. to. 6.
Nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat Dominus. pag. 334. col. 1. & 342. col. 2. to. 6. & 34. col. 2. to. 7. & 217. col. 2. to. eod.
Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. pag. 306. col. 1. to. 6. & 165. col. 2. to. 7.
In virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis. pag. 92. col. 2. to. 7.
Cap. 5. Auferte malum ex vobis ipſis. pag. 97. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Maledici regnum Dei non poſſidebunt. pag. 36. colum. 2. to. 7.
Qui autem adhæret Domino vnus ſpiritus eſt. pag. 4. col. 2. & 266. col. 1. & 276. col. 2. to. 6. & 86. colum. 1. 104. col. 2. 147. col. 1. to. 7.
Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. pag. 21. col. 2. to. 7.
Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. pag. 293. col. 1. 304. 335. 336. col. 2. to. 6. & 172. col. 2. to. 7.
Cap. 7. Propter fornicationem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat. pag. 72. col. 1. to. 6.
Volo autem omnes homines eſſe, ſicut meipſum, ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo. pagin. 238. col. 2. to. 7.
Mulier innupta & Virgo cogitat quæ Domini ſunt. pag. 87. col. 2. to. 7.
Cap. 9. Si vobis ſpiritualia ſeminauimus. pag. 23. col. 2. to. 7.
Factus ſum infirmis infirmus. pag. 95. col. 1. to. 7.
Sic currite, vt comprehendatis. pag. 343. col. 1. to. 6.
Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant. pag. 332. col. 2. to. 6. & 97. col. 1. to. 7.
Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. pagin. 235. col. 1. 306. col. 2. 319. col. 1. to. 6. & 272. colum. 1. to. 7.
Cap. 10. Petra autem erat Chriſtus. pag. 316. col. 1. to. 6.
Non ſimus concupiſcentes malorũ. p. 345. col. 2. eod.

Sine offenſionè eſtote Iudæis, & gentibus. pag. 90. col. 1. to. 7.
Cap. 11. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. pag. 96. colum. 1. to. 7.
Mulier debet habere velamen ſupra caput ſuum, & propter Angelos. pag. 265. col. 2. to. 7.
Quotieſcumque manducabitis. pag. 73. col. 1. to. 7.
Quicumque manducanerit panem, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. pag. 65. col. 1. to. 7.
Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit. pag. 47. col. 1. to. 6. & 109. col. 2. to. 7. & 72. col. 2. to. eod.
Inter vos multi infirmi, & imbecilles. pag. 93. colum. 1. to. 7.
Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur a Domino. pag. 98. col. 2. to. 7.
Cum iudicamur a Domino corripimur, vt non cum
Cap. 12. hoc mundo damnemur. pag. 157. col. 1. to. 7.
Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. pag. 345. col. 2. to. 6.
Alij quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ. pagin. 92. col. 1. to. 6.
Cap. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. pag. 29. col. 1. to. 7.
Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, &c. pagin. 299. col. 2. to. 6.
Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam. pag. 339. 343. col. 1. to. 6.
Non inflatur, non eſt ambitioſa. pag. 323. col. 2. eod.
Non quærit quæ ſua ſunt. pag. 91. col. 1. to. 7.
Non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. pag. 173. col. 2. to. 7.
Omnia ſuſtinet. pag. 149. col. 2. & 175. col. 1. to. 7
Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. pag. 311. col. 2. to. 6.
Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. pag. 310. col. 1. to. 6.
Maior autem horum eſt charitas. pag. 311. col. 1. to. 6.
Cap. 14. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis. pag. 19. col. 2. & 100. col. 1. to. 7.
Cap. 15. Gratia Dei ſum id quod ſum. pag. 277. col. 1. to. 6. & gratia eius in me vacua non fuit. pag. 345. col. 2. to. 6. & 158. col. 2. to. 7.
Sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. pag. 336. col. 2. to. 6.
Vt ſit Deus omnia in omnibus. pag. 273. colum. 1. & 275. col. 1. to. 6.
Nolite ſeduci. pag. 309. col. 1. to. 6.
Stella enim a ſtella differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. pag. 273. col. 2. to. 6.
Seminatur corpus animale, & reſurget corpus ſpirituale. pag. 57. col. 1. to. 6.
Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. pag. 42. col. 1. to. 7.
Abſorpta eſt mors in victoria. pag. 33. col. 1. & 275. col. 2. to. 6.
Cap. 38. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. pag. 278. col. 1. to. 6

Ex ſecunda ad Corinthios.

Cap. 1. Sicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. pag. 327. col. 2. to. 6.
Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſciẽtię noſtræ. pag. 298. col. 1. & 309. col. 2. & 324. col. 1. to. 6. & 49. col. 2. to. 7.
Volui prius venire ad vos. pag. 96. col. 1. to. 7.
Cap. 2. Non ignoramus cogitationes eius. pa. 272. col. 1. to. 7.
Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. pagin. 190. colum. 1. to. 7. & 196. ibid.
Chriſti bonus odor ſumus. pag. 241. colum. 1. to. 6.
pag. 100. & 187. colum. 1. to. 7.
Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. pag. 345. col. 2. to. 6. & 157. 158. col. 2. to. 7. Cap. 3.
Vſque in hodiernũ diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum. pagin 264. col. 2. to. 6. & 184. col. 1. to. 7.
Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas pag. 331. col. 2. to. 6.
Nos vero reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tamquam a Domini ſpiritu. pag. 105. col. 1. 159. col. 2. 170. col. 1. to. 7.
Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: nos autem ſeruos veſtros per Ieſum. pag. 96. col. 1. to. 7. Cap. 4.
Habemus theſaurũ iſtum in vaſis fictilibus. pag. 309. colum. 1. to. 6.
Contendimus ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi. pag. 101. col. 1. to. 7. Cap. 5.
Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. pag. 340. col. 1. to. 6.
In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros. pag. 470. col. 1. to. 6. Cap. 6.
Per arma iuſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris. pag. 327. col. 2. to. 6.
Vt caſtigati, & non mortificati. pag. 343. col. 2. to. 6.
Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio. pagin. 203. col. 1. to. 7. Cap. 7.
Altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. pag. 272 col. 1. to. 7. Cap. 8.
Propter vos egenus factus eſt, cum eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. pag. 20. col. 2. to. 7.
Hilarem enim datorem diligit Deus. pag. 301. colum. 1. to. 6. Cap. 9.
Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt. pag. 294. colum. 2. to. 6. Cap. 10.
Deſtruentes & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. pag. 265. col. 2. to. 7.
In labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis. pag. 298. col. 2. to. 6.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? pag. 300. col. 1. & 327. col. 2. to. 6. & 24. col. 1. to. 7.
Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. pag. 343. col. 1. to. 6. 179. col. 1. to. 7. Cap. 12.
Cum infirmor, tunc potens ſum. pag. 262. col. 1. to. 6.
Non quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. pagin. 23. colum. 2. to. 7.
Libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris. pag. 200. 422. col. 2. to. 7.

Ex epiſtola ad Galatas.

Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. pag. 64. col. 2. to. 6. & 29. col. 2. to. 7. Cap. 1.
Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ, ſocietatis. pag. 93. col. 2. to. 7.
Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. pag. 96. 176. col. 1. & 230. col. 2. to. 7.
Qui ex fide ſunt benedicentur cum fideli Abraham. pag. 313. col. 2. to. 6. Cap. 3.
Quid igitur lex? propter transgreſſionem poſita eſt. pag. 346. col. 1. to. 6.
At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. pag. 29. col. 1. 342. 480. col. 2. to. 6. Cap. 4.
Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius, quòd ſi filius, & heres per Deum. pag. 342. col. 2. to. 6.
Æmulantur vos non bene, ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. pag 96. col. 1. to. 7.
Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. ibid.
Illa autem quę ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quę eſt mater noſtra. pag. 140. col. 2. to. 7.

Eijce ancillam, & filium eius. pag. 343. col. 2. to. 6.
Cap. 5. Fides, quæ per charitatem operatur. pag. 263. colum. 1. to. 6.
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. pag. 281. 346. col. 1. to. 6. & 286. ibid.
Vtinam & abſcindantur, qui vos conturbant. pag 97. col. 2. to. 7.
Qui talia agunt regnum Dei non conſequentur. pagin. 40. col. 1. to. 7.
Fructus autem ſpiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, &c. pag. 330. 479. 481. col. 2. to. 6.
Cap. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite, in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum pag. 97. col. 2. to. 7.
Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legē Chriſti. pag. 315. col. 1. 327. col. 2. 346 col. 1. to 6. & 20. col. 2. to. 7.
Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. pag. 375. & 379. col. 1. to. 6.
Vnuſquiſque onus ſuū portabit. pag. 295. col. 2. to. 6.
Dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. pag. 470. colum. 1. to. 6.
Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce. pag. 82. colum. 1. to. 7.
Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. pag. 170. col. 1. to 7.
Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. pagin. 330. col. 1. to. 6.

Ex epiſtola ad Epheſios.

Cap. 1. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. pag. 469. colum. 2. & 474. col. 1. to. 6.
Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hereditatis noſtræ. pag. 311. colum. 1. to. 6. & 26. col. 1. to. 7.
Cap. 2. Eramus natura filij iræ. pag. 22. col. 2. 280. col. 1. & 452. col. 1. to. 6.
Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. pag. 483. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Flecto genua mea ad Patrē Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, &c. pag. 5. col. 1. to. 6. 113. col. 1. to. 7.
In charitate radicati, & fundat. pag. 312 col. 1. & 339. col. 2. & 346. col. 1. to. 6.
Cap. 4. Sollicıti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. pag. 329. col. 2. & 346. col. 1. to. 6.
Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum. pag. 337. colum. 1. to 6.
Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum, & connexum, &c. pag. 272. col. 2. to. 7.
Deponere vos ſecundum priſtinam conuerſationem. pag. 316. col. 1. to. 6.
Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret, &c. pag. 346. col. 2. to. 6.
Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. pag. 311. col. 1. to. 6.
Cap. 5. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos. pag. 343. col. 2. 481. col. 1. to. 6. & 9. & 96. col. 1. to. 7.
Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. pagin. 43. col. 1. to. 7.
Aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus. pagin. 291. col. 1. 302. col. 2. to. 6. & 5. col. 2. to. 7.
Vt filij lucis ambulate. pag. 269. col. 1. to. 7.
Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. pag. 297. colum. 1. & 346. colum. 2. to. 6.
Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit. pag. 41. col. 2. to. 7. & 172. col. 1. to. eod.
Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. pag. 84. col. 2. to. 7.
Cap. 6. Filij obedite parētibus veſtris in Domino. hoc enim iuſtum eſt. pag. 9. col. 2. to. 7.
Educate illos in diſciplina, & correptione Domini. pagin. 90. col. 1. to. 7.
State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ. pag. 346. col. 2. to. 6.
In omnibus ſumentes ſcutum fidei. pag. 313. col. 2. & 333. col. 1. to. 6.

Ex epiſtola ad Philippenſes.

Cap. 1. Repleti fructu iuſtitię per Ieſum Chriſtum in gloriā, & laudem Dei. pag. 346. col. 2. to. 6.
Quid eligam ignoro. Coarctor autem e duobus, deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. pagin. 272. col. 2. 313. col. 1. to. 6. & 94. col. 1. to. 7. & 24. col. 2. & 100 col. 1. to. eod.
Cap. 2. Humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſque ad mortem, mortem autem crucis. pag. 307. col. 1. & 2. 325. 384. col. 1. to. 6.
In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. pag. 6. col. 2. to. 7.
Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. pag. 99. col. 2. to. 7.
Inter quos lucetis ſicut luminaria. pagin. 269. colum. 1. to. eod.
Cap. 3. Quæ mihi fuerūt lucra, hęc arbitratus propter Chriſtum, detrimenta. pag. 316. col. 1. to. 6.
Quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero, quæ ſunt priora extēdens meipſum. pag. 90. col. 1. to. 7.
Quorum Deus venter eſt; & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. pag. 282. col. 1. 302. col. 2. 347. col. 2. to. 6. pag. 5. col. 2. to. 7.
Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt. pag. 308. col. 2. to. 6. 124. 147. col. 1. 159. col. 2. to. 7.
Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. pag. 337 col. 1. to. 6.
Cap. 4. Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, Gaudete. pagin. 331. col. 1. to. 6.
Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. pagin. 342. col. 2. to. 6.
Vbique & in omnibus inſtitutus ſum. pag. 90. colum. 1. to. 7.

Ex epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. 1. In opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. pag. 347. col. 1. to. 6.
Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. pag. 483. col. 1. to. 6
Cap. 2. In quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. pag. 237. & 276. col. 1. to. 6.
Cap. 3. Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcōdita in Deo. pag. 170. 175. col. 1. to. 7.
Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. pag. 337. col. 1. to. 6.
Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. pag. 319. col. 1. to. 6.
Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. pagin. 329. 343. col. 1. to. 6.
Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt nō puſillo animo fiant. pag. 93. col. 2. to. 7.
Serui obedite per omnia dominis veſtris non ad oculum ſeruientes. pag. 277. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Domini quod iuſtum eſt facite ſeruis veſtris ſcientes quód & vos Dominum habetis in cælo. pag. 266. colum. 2. to 7.
Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus. pagin. 34. col. 1. to. 6.

Ex prima ad Theſſalonicenſes.

Cap. 1. Facti ſumus paruuli in medio veſtrum. pag. 93. colum. 2. to. 7.
Quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Deum? pag. 101. col. 2 to. 6.
Cap. 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. pag. 343. col. 2. to. 6.
Præcepimus vobis, vt honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt. pag. 306. col. 2. to. 6.
Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo. pag. 334. col. 1. to. 6. & 286. col. 2. to. 7.
Cap. 5. Cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. pag. 318. col. 2. to. 6.
Induti galeam ſpem ſalutis. pag. 315. col. 2. to. 6.
Sine intermiſſione orate. pag. 298. col. 1. to. 6.
Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete. pagin. 96. col. 1. to. 7.
Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. pag. 22. col. 2. to. 7.

Ex ſecunda ad Theſſalonicenſes.

Cap. 3. Siquis non vult operari, nec manducet. pag. 192. colum. 1. to. 7.

Ex prima ad Timotheum.

Cap. 1. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. pag. 275. colum. 1. 301. col. 2. 312. col. 1. 338. colum. 2. to. 6. & 279. ibid.
Regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. pagin. 273. col. 2. to. 6. & 341. ibid.
Cap. 2. Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. pag. 86. col. 2. to. 7.
Cap. 3. Siquis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. pag. 94. col. 2. to. 7.
Hæc tibi ſcribo, &c. vt ſcias quomodo oporteat in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui. pag. 89. col. 1. to. 7.
Quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis. pag. 265. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Corporalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt. pag. 327. col. 2. to. 6. & 90. col. 2. to 7.
Pietas autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. pag. 248. col. 2. & 300. col. 1. to. 6. 19. col. 2. & 215. col. 1. to. 7.
Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. pag. 268. 279. colum. 2. to. 7.
Cap. 5. Si quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior. pag. 172. col. 1. to. 7.
Cap. 6. Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubiũ, quòd nec auferre quid poſſumus. pagin. 290. col. 2. to. 6.
Habentes autem alimenta, & quibus tegamur his contenti ſimus. pag. 311. col. 2. 356 col. 1. to. 6.
Radix omnium malorum eſt cupiditas. pag. 38. colum. 1. 290. col. 2. & 307. col. 1. to. 6. 29. col. 2. to 7.
Præcipio tibi coram Deo, qui iuſtificat omnia, &c. vt ſerues mandatum ſine macula. pag. 2. col 2. to. 7.
Diuitibus huius ſæculi præcipe facile tribuere. pagin. 300. col. 2. to. 6.

Ex ſecunda ad Timotheum.

Cap. 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. pag. 15. col. 1. to. 7.
Dabit tibi Dominus in omnibus intellectũ. pag. 321. col. 2. to. 6.
Si commortui ſumus, & conuiuemus. pag. 341. colum. 1. to. 6.
Si ſuſtinebimus, & cõregnabimus. pag. 85. col 1. to. 7.
Cognouit Dominus, qui ſunt eius. pa. 340. col. 2. to. 6.
Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus. pag. 317. col. 2. to. 6. Cap. 4.

Ex epiſtola ad Hebræos.

Qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. pag. 4. col. 1. to. 6. Cap. 1.
Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit: Et adorẽt eum omnes Angeli Dei. pag. 355. col. 2. to. 6.
Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. pag. 265. col. 2. to. 7.
Relinquitur Sabbatiſmus populo Dei. pag. 308. colum. 2. to 6. Cap. 4.
Viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus. pag. 147. col. 1. 156. colum. 2. to. 7.
Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. pag. 93. col. 1. & 228. colum. 2. to. 7.
Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, &c. pag. 458. col. 1. to. 6. & 15. col. 2. to. 7.
Didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam. pag. 30. col. 2. & 85. col. 1. to. 6. Cap. 5.
Indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei. pag. 90. col. 1. to. 7.
Omnis controuerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum. pag. 7. col. 2. to. 7. Cap. 6.
Confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchorã habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis. pagin. 265. col 1. & 315. col. 2. to. 6.
Aſſimilatus Filio Dei, manet ſacerdos in æternum. pag. 348. col. 1. to. 6. Cap. 7.
Chriſtus aſſiſtens Pontifex. pag. 78. col. 1. to. 7. Cap. 9.
Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. pag. 343. col. 2. to. 6.
Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiã veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. pag. 65. col. 1. to. 7. Cap. 10.
Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. pag. 333. col. 1. 337. colum. 2. to. 6. Cap. 11.
Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei. pagin. 136. col. 2. to. 7.
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. pag. 333. colum. 1. to. 6.
Accedentem ad Deum credere oportet, quia eſt. pag 251. col. 1. to. 6.
Sancti per fidem vicerunt regna. pag. 348. col. 1. to 6.
Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. pag. 330. col. 1. to. 6. 422. col. 2. to. 7. Cap. 12.
Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autem fructũ pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ. pag. 395. col. 1. to 6. & 481. col. 2. to. eod.
Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. pag. 469. col. 1. to. 6.
Sanguinis aſperſionẽ melius loquentem quàm Abel. pag. 336. col. 2. to 6.
Deus noſter ignis conſumens eſt. pag 338 col. 2. to 6. & 468. ibid.
Charitas fraternitatis maneat in vobis. pag. 306. colum. 2. to. 6. Cap. 13
Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. pag. 341. ibid.
Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis. pag. 457. colum. 1. to. 6.

Index locorum

Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris redditurí. pag. 265. col. 2. to. 6. & 10. colum. 2. & 98. col. 1. & 265. col. 2. & 278. col. 1. to. 7.

Ex epiſtola Iacobi.

Cap. 1. Si quis veſtrum indiget ſapientia poſtulet a Deo. pagin. 269. 322. col. 1. to. 6.
Beatus vir qui ſuffert tentationem. pag. 23 col. 2. to. 7.
Vnuſquiſque tentator a concupiſcétia ſua abſtractus, & illectus. pag. 24. col. 1. to. eod.
Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. pag. 1. & 237. col. 1. to. 6. & 113. col. 1. to. 7.
Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquêdum, & tardus ad irá. pag. 344. col. 2. to. 6.
Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. pag. 290. colom. 1. to. 6.
Suſcipite inſitum verbum. pag. 332. col. 2. to. 6.
Eſtote factores verbi, & non auditores tantum fallentes voſmetipſos. pag. 1. col. 2. to. 7.
Comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. pag. 162. col. 1. to. 7.
Religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum; & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. pag. 344. col. 2. to. 6.
Cap. 2. Quicumque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. pagin. 11. & 63. col. 1. to. 7.
Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non facit miſericordiam. pag. 327. col. 1. & 332. col. 2. to. 6.
Superexaltat autem miſericordia iudicium. pag. 327. colum. 1. to. 6.
Cap. 3. In multis offendimus omnes. pag. 94. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet a vobis. p. 267. col. 1. to. 7.
Scienti igitur bonum facere, & non facienti peccatum eſt illi. pag. 243. col. 1. to. 6.
Cap. 5. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros. pagin. 97. col. 2. to. 6.
Confitemini alterutrum peccata veſtra. pag. 49. colum. 2. to. 7.
Si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum: ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animá eius a morte, & operiet multitudinem peccatorú. pag. 286. col. 1. to. 6. 65. 266. col. 1. 268. col. 2. to. 7.

Ex prima Petri.

Cap. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectioné Ieſu Chriſti ex mortuis. pag. 256. col. 1. to. 6.
In quem deſiderant Angeli proſpicere. pagin. 38. & 479. col. 2. to. 6.
Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore. pag. 265. col. 2. to. 7.
Cap. 2. Si tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus. pagin. 186. 270. col. 2. to. 7.
Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. pag. 541. col. 1. to. 6. & 274 col. 2. to. 7.
Obſecro vos tamquam aduenas, & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſiderijs. pa. 344. col. 1. to. 6.
Deum timete, regem honorate. pag. 10. col. 2. to. 7.
Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. pag. 20. col. 2. to. 7.
Hæc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, &c. quæ enim gratia eſt, ſi peccátes & colaphizati ſuffertis. pag. 21. col. 2. 267. col. 1. to. 7.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. pag. 344. col. 1. to. 6. & 84. col. 1. to. 7.
Cap. 3. Si quid patimini propter iuſtitiam beati. pagin. 345. colum. 1. to. 6.
Cap. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. pag. 330. col. 1. to. 6.
Charitas operit multitudinem peccatorú. pag. 245. col. 1. to. 6. & 175. col. 1. to. 7.
Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei. pagin. 306. colum. 2. to. 6.
Si quis miniſtrat, tamquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. pag. 344. col. 2. to. 6.
Cap. 5. Neque vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. pag. 266. col. 2. & 274. col. 1. to. 7.
Humilibus dat gratiam. pag. 267. col. 1. to. 7.
Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis. pag. 325 & 345. col. 1. to. 6.
Tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. pag. 287. col. 1. to. 6.
Cui reſiſtite fortes in fide. pag. 313. col. 2. 338. colum. 1. to. 6.

Ex ſecunda Petri.

Cap. 2. Ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſio. pag. 268. col. 2. to. 7.
Hi vero velut irrationabilia pecora. pag. 292. colum. 2. to. 6.
Cor exercitatum in auaritia habentes maledictionis filij. pag. 477. col. 2. to. 6.

Ex prima Ioannis.

Cap. 1. Si in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habebimus ad inuicem. pag. 157. col. 1. to. 7.
Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. pag. 283. & 285. colum. 2. to. 6. & 85. col. 2. to. 7.
Cap. 2. Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. pag. 302. col. 2. to. 6.
Qui ſeruât verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. pag. 175. col. 1. to. 7.
Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. pag. 249. col. 2. 339. col. 1. to. 6.
Si quis diligit mundum non eſt charitas Patris in eo, quoniam omne quod eſt in mondo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. pag. 242. & 244. col. 2. 287. col. 1. to. 6. & 176. col. 2. to. 7. & 29. ibid.
Vnctionem habetis a Sancto, & noſtis omnia. pagin. 311. col. 1. to. 6. & 99. col. 2. to. 7.
Vnctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. pag. 308. col. 1. to. 6.
Vnctio eius docet vos de omnibus. pag. 244. & 264. col. 1. to. 6. & 184. col. 1. to. 7.
Cap. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. pag. 196. col. 2. to. 7.
Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. pag. 312. col. 2. to. 6.
Qui non diligit manet in morte. pag. 268 col. 1. to. 7.
Omnis, qui odit fratrem ſuum homicida eſt. pag. 303. col. 2 & 345. col. 1. to. 6. & 12. & 88. col. 1. to. 7.
Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. pag. 338. col. 2. to. 6.
Fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus. pag. 99. col. 2. to. 7.
Cap. 4. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. pag. 3. col. 2. & 259. 265. col. 1. to. 6. & 83. col. 2. & 149. col. 1. & 2. to. 7.
Perfecta charitas foras mittit timorem. pag. 245. colum. 1. & 338. col. 2. to. 6. & 175. col. 1. to. 7.
Et hoc mâdatum habemus a Deo, vt qui diligit Deú, diligat & fratrem ſuum. pag. 344. col. 2. to. 6.
Cap. 5. Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus:

& man-

& mandata eius grauia non ſunt. pag.2.col.ſ.to.7.
Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra. pag. 314. col. 1. to. 6.

Ex ſecunda Ioannis.

Cap. 1. Videte voſmetipſos, ne perdatis, quæ operati eſtis, ſed vt mercedem plenam recipiatis. pag. 98. colum. 2. to. 7.

Ex tertia Ioannis.

Cap. 1. Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. pag. 266. col. 2. to. 7.

Ex epiſtola Iudæ.

Finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ & abeuntes poſt carnem alteram. pag. 268. col. 2. to. 7.
Væ illis, qui in via Cain abierunt: & errore Balaam mercede effuſi ſunt, &c. pag. 284. col. 1. to. 7.
Sidera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt. pag. 1. col. 1. to. 7.
Hos quidem arguite iudicatos. pag. 90. col. 1. to. 7.

Ex Apocalypſi.

Cap. 1. Dilexit enim nos, & lauit nos in ſanguine ſuo. pagin. 336. col. 2. to. 6.
Fui in ſpiritu in Dominico die. pag. 147. colum. 1. & 2. to. 7.
Erat in medio ſeptem candelabrorum aureorũ, &c. & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. pag. 328. col. 1. to. 6.
Habeo aduerſus te pauca quòd charitatem primam reliquiſti. pag. 496. col. 1. to. 7.
Qui habet aures audiendi audiat. pag. 241. col. 1. & 258. col. 2. to. 6. & pag. 187. colum. 1. & 155. colum. 2. to. 7.
Cap. 2. Nemo ſcit niſi qui accipit. pag. 264. col. 1. & 156. colum. 1. to. 7.
Cap. 3. Nõ inueni opera tua plena coram Deo meo. pag. 195. col. 1. to. 7.
Vtinam eſſes calidus, aut frigidus, ſed quia tepidus es, &c. pag. 44. col. 1. to. 7.
Diues ſum & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis, quia tu es, &c. pag. 290. col. 2. to. 6.
Suadeo tibi emere aurum ignitum & probatum. pag. 311. col. 2. to. 6. & 156. col. 1. to. 7.
Inunge oculos tuos collyrio. pag. 306. col. 1. to. 6. & 279. col. 1. to. 7.
Ego quos amo, arguo, & caſtigo. pag. 155. col. 2. to 7.
Cap. 4. Sedes erat poſita in cælo, & ſupra ſedem ſedens, & & aſpectus eius, &c. pag. 271. col. 2. to. 7.
Et in capitibus eorum coronæ. pag. 275. col. 2. to. 6.
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. pag. 473. col. 1. to. 6.
Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes. pagin. 339. col. 1. to. 6.
Cap. 5. Dignus es Domine Deus noſter accipere librum, &c. pag. 340. col. 2. to. 6.
Aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. pag. 112. col. 1. & 202. col. 2. to. 7.
Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes. pagin. 336. col. 1. to. 6.
Cap. 6. Numerus eorum millia millium. pag. 273. col. 2. to. 6.
Sol factus eſt niger tamquam ſaccus cilicinus. pagin. 285. colum. 2. & 286. colum. 1. to. 7.
Cap. 7. Nolite nocere terræ, neque mari. pag. 194. col. 2. to. 6.
Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. pag. 274. & 340. col. 1. to. 6.
Benedictio, & claritas, & gratiarum actio, &cet. pag. 340. col. 2. to. 6.
Iſti ſunt qui venerũt ex magna tribulatione. pag. 338. col. 1. to. 6.
Non eſurient, neque ſitient. pag. 87. col. 1. to. 7.
Agnus, qui in medio throni eſt, reget eos. pag. 340. colum. 1. to. 6.
Cap. 8. Factum eſt ſilentium in cælo quaſi media hora. pag. 187. & 286. col. 1. to. 7.
Stetit Angelus iuxta altare habens thuribulum aureum. pag. 269. col. 1. to. 6.
Audiui vocem vnius Aquilæ volantis per mediũ cælum, &c. pag. 452. col. 1. to. 6.
Cap. 9. Deſiderabunt homines mortem, & fugiet ab eis. pagin. 334. col. 2. to. 7.
Cap. 10. Vidi Angelum cuius facies erat vt ſol, & pedes vt columna ignis. pag. 268. col. 1. to. 7.
Et erat in ore meo tamquam mel dulce, & pag. 99. colum. 2. to. 7.
Cap. 12. Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius. pag. 336. col. 1. to. 6.
Et in capite eius corona duodecim ſtellarũ. pag. 275. & 332. col. 1. to. 6. & 195. col. 2. to. 7.
Factum eſt prœlium magnum in cælo, & draco pugnabat. pag. 285. col. 1. to. 7.
Datæ ſunt mulieri duæ alæ, vt volaret in deſertum locum. pag. 307. col. 2. to. 6. & 269. & 280. colum. 2. to. 7.
Cap. 14. Nemo poterat diſcere canticum niſi centum, &cet. pag. 341. col. 2. to. 6.
Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit. pag. 309. col. 2. 340. col. 1. to. 6.
Opera enim illorum ſequuntur illos. pagin. 248. colum. 2. to. 6. & 194. col. 2. to. 7.
Cap. 16. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtię, & de ore, &c. pag. 6. col. 1. to. 7.
Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimẽta ſua. pag. 279. col. 1. to. 7.
Cap. 18. Et poſt hæc vidi alium Angelum deſcendẽtem de cęlo, habentem poteſtatem, &c. pag. 454. col. 2. to. 7.
Cap. 19. Rex Regum, & Dominus dominantium. pag. 273. col. 1. to. 6.
Cap. 20. Et iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta ſunt in libris, &c. pag. 334. col. 1. to. 6.
Cap. 21. Ciuitas in quadro poſita eſt, & longitudo eius, &c. pag. 337. col. 1. to. 6.
Habet ſtadia duodecim millia. pag. 337. col. 2. to. 6.
Ipſa vero ciuitas aurum mundum, &cet. pag. 108. col. 2. 107.
Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioſo ornata. pag. 337. col. 2. to. 6.
Cap. 22. Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ, ſplendidũ tamquam cryſtallum. pag. 281. col. 2. to. 7.
Lignum vitæ afferens fructus duodecim per menſes ſingulos. p. 337. col. 1. & 480. col. 2. & 483. col. 1. to. 6.
Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. pa. 97. col. 2. to. 7.
Merces mea mecum eſt, reddere vnicuique, &cet. pag. 195. col. 2. to. 7.
Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni. pag. 135. col. 1. to. 7.

Finis Indicis locorum ſacræ Scripturæ.

INDEX VERBORVM, ET RERVM,

QVAE TOMO SEXTO, ET SEPTIMO operum S. Bonauenturæ continentur.

A

ABNEGATIO ſui triplex eſt. pagin. 333. col. 1. & 2. a. & ſeq. to. 7.
Abrenunciatio in quo conſiſtit. pag. 444. col. 2. a. b. & ſeq. to. eod.
Abſtinentia quid. pag. 90. col. 2. c. to. 6.
abſtinentia laudatur. pag. 393. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 6. & 405. colum. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
abſtinentia vtilitas. pag. 65. col. 2. a. b. c. & ſeq. to. 7.
abſtinentia gradus varij. pa. 24. col. 1. e. f. & 2. a. b. to. 7.
abſtinentia & ſobrietatis exempla ex ſacris litteris. pagin. 534. col. 2. d. e. f. & ſeq. to. eod.
de abſtinentia authoritates Sanctorum varia. pag. 223. colum. 2. c. d. to. 6.
Acceptio perſonæ quid. pag. 42. col. 1. e. f. & ſeq. & 49. colum. 2. d. to. 7.
de acceptione perſonæ Sanctorum authoritates. pa. 177. col. 2. & 178. col. 1. to. 6.
Accuſatio. & de ea authoritates Sanctorum varia. p. 163. colum. 1. to. 6.
Acedia quid. pag. 67. col. 2. c. d. & 291. col. 1. d. & 211. col. 1. c. to. 6. & 41. col. 2. d. e. & 179. col. 1. c. d. to. 7.
acedia quomodo ſit peccatum mortale. pagin. 182 colum. 1. d. e. to. 7.
acedia opponitur ſpei. fortitudini. charitati. & gaudio ſpiritus. pag. 07. col. 2. d. to. 6.
acedia fugienda eſt. eiuſq. damna. pag. 551. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
acedia natura. & eius remedia. pag. 29. col. 1. to. 7.
acediæ ſeu comparationes. pag. 291. col. 1. d. & ſeq. to. 6.
acediæ remedia. pag. 207. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
acediæ ſpecies. pag. ead. col. 2. to. eod.
acediæ multa damna. pag. 291. col. 2. c. & ſeq. to. 6. & 779. col. 1. & 2. a. b. c. to. 7.
acediæ filiæ, quot & quæ. pag. 67. col. 2. d. e. & 292. col. 1. d. e. to. 6. & 779. col. 1. e. f. to. 7.
de acedia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 50. col. 2. d. e. f. to. 7.
de acedia authoritates Sanctorum varia. pag. 137. colum. 1. & 2. to. 6.
Acriſia quid. pag. 229. col. 1. b. to. 6.
Actio principij perfectiſſimi. qualis eſſe debeat. pag. 15. col. 1. a. to. 6.
de actione authoritates Sanctorum varia. pag. 203. colum. 1. & 2. to. 6.
in actione tria obſeruanda. pag. 618. col. 1. b. c. d. to. 7.
Actiua vita præcedit contemplatiuam. pag. 385. col. 1. b. & ſeq. & 2. a. b. c. to. 6.
actiuæ & contemplatiuæ officia. & proprietates. pag. 93. col. 1. f. & 2. a. b. to. eod.
Actuum quadruplex differentia. pag. 29. col. 1. c. d. e. to. 7.
Adæ duplex præceptum datum. pag. 708. col. 2. a. b. to. 7.
Adæ caſus quomodo ſe habuerit. ibid. e. f.
Adiutorium quadruplex primo homini datum. pag. 40. col. 1. to. 6.
Adorationis, & cultus Dei exempla ex Sanctis. pag. 437. colum. 2. f. & ſeq. tom. 7.
adorationis Magorum ſollemnitas. pag. 433. colum. 1. f. & ſeq. to. 6.
de Aduerſitate authoritates Sanctorum varia. pag. 207. colum. 1. to. eod.
Adulatio quid. & quadruplex. pag. 64. col. 2. c. & 211. col. ead. b. to. 6.
adulatio quandoque mortalis. & quandoque venialis. pag. 33. col. 1. f. to. 7.
adulationis exempla ex ſacris litteris. pag. 519. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
de adulatione authoritates Sanctorum varia. pag. 164. col. 1. & 2. to. 6.
Adultera contra petentem diuortium excipere poteſt in ſeptem caſibus. pag. 90. col. 1. b. c. to. 6.
Adulterium quid. pag. 62. col. 2. f. & 72. col. 2. a. to. 6.
Aduocatio iniuſta. quàm frequenter peccata contineat. pag. 29. col. 1. f. to. 7.
de Aduocatis varia Sanctorum authoritates. pag. 121. col. 1. to. 6.
Ægyptus quomodo interpretatur. pag. 49. col. 1. c. to. 7.
Ægyptiæ plagæ decem tranſgredientibus decem præcepta inferuntur. pag. 14. col. 1. b. & ſeq. & 2. a. b. to. 7.
Æquitas quid. pag. 92. col. 1. b. & 212. col. 2. b. to. 6.
de æquitate dicta Sanctorum. pag. 222. col. 2. & 200. colum. 1. to. 6.
Aeris proprietates. pag. 750. col. 1. f. to. 7.
Aeromantia quid. pag. 212. col. 1. b. to. 6.
Æſtimatiua quid. pag. 210. col. 2. f. to. eod. & 759. colum. 1. f. & ſeq. to. 7.
Ætates mundi quomodo primis diebus formationis mundi reſpondeant. pag. 6. col. 2. f. to. 6.
ætates mundi maioris correſpondent ætatibus mundi minoris. ibid. d.
Æternitas quid ſit. pag. 77. col. 1. c. to. 6. & 738. col. 2. c. & ſeq. to. 7. eiuſq. definitio explicatur. ibid.
Æuiternitas quid ſit. & cur ſic dicatur? pagin. 77. colum. 1. c. d. to. 6.
Æuum ex Dionyſio. & Damaſceno quid. pagin. 750. colum. 1. b. c. to. 7.
Affectio carnalis quid. pag. 41. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
affectiones ſunt ſeptem. pag. 52. col. 2. e. to. eod.
de affectionibus quatuor varia Sanctorum authoritates pag. 073. col. 2. & ſeq. & 211. col. 1. & 2. to. 6.
Affectus animæ quatuor. pag. 82. col. 1. f. to. 6.
affectus quintuplex. pag. 172. col. 1. & 2. a. b. c. & ſequen. to. 7.
affectus ſpiritualis triplex. ibid. c. d.
affectus carnalis exempla ex ſacris litteris. pag. 538. col. 1. b. c. & ſeq. to. 7.
Affinitas quid. pag. 100. col. 1. c. to. 6.
affinitas contrahitur per coitum coniugalem. & fornicarium. pag. ead. col. 2. c. to. eod.
affinitas contracta ſemper manet. ibid. c.
affinitatis quondam tria genera. ibid. col. 1. f.
in primo affinitatis gradu vſque ad quartum, non licet contrahere. ibid. col. 2. b.
Agilitas dotis corporis quanta futura. pa. 843. col. 1. d. e. to. 7.

ab Agil

Index verborum.

ab Agni eſu tria hominum genera excludebātur. pag. 125. col. 1. b. c. to. 7.
Ala in Deo quid. pag. 682. col. 2. b. to. 7.
Alexander Macedo ſummum ſacerdotem Iudæorum adorauit. pag. 477. col. 2. a. to 7.
Alienationem mentis tribus de cauſis deuoti patiuntur. pag. 676. col. 1. c. & ſeq. & 2. a. b. to. 7.
Alieni contrectatio tribus modis licite fit. pag. 816. colum. 1. a. to. 7.
Allegoria quid ſit. pag. 7. col. 2. a. & 58. col. 1. b. c. to. 6.
Alleluia quid ſignificet. pag. 79. col. 2. f. to. 7. & 70. colum. 1. a. to. eod.
Altaris munditia procuranda. pagin. 578. colum. 1. f. & 2. a. b. t. 1. 7.
altaris ſignificatio. pag. 80. col. 2. c. to. 7.
Ambitioſorum ex ſacris literis exempla. pagin. 546. colum. 2. d. e. f. & ſeq. to. 7.
de ambitioſis auctoritates Sanctorum. pag. 619. col. 1. & 2. & ſeq. to. 6.
Ambulare in Deo quid. pag. 683. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
Amen quid ſignificat. pag. 82. col. 1. c. to. 7.
Amethyſti proprietas. pag. 889. col. 2. c. d. to. 6.
Amicitia quid. pag. 912. col. 2. b. to. eod.
amicitiæ duo officia. pag. 91. col. 2. f. to. eod.
amicitiæ ex ſacris literis exempla. pag. 825. col. 1. e. & ſequen. to. 7.
de amicitia auctoritates Sanctorum. pag. 089. col. 1. & 2. to. 6.
Amor quid. pag. 91. col. 1. f. to. 6. & 212. col. 1. e. to. eod.
amor triplex. pag. 226. col. 1. b. c. to. 7. & 69. col. d. to. 6.
Amor duplex creatus, & increatus. p. 071. col. 1. c. d. to. 7.
amor diuinus quid. ibid. col. a. b. c. d.
amor angelicus quid. ibid. a.
Amor naturalis quid. ibid. col. 1. d. e.
amor Angelorum quis. pag. 179. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
amor naturalis, nec laudabilis, nec vituperabilis. pagin. 806. col. 2. 1. to. 7.
amor intellectualis quid. pag. 171. col. 1. e. f. to. 7.
amor carnalis deteſtandus. pag. 640. colum. 2. b. & ſequen. to. 6.
amor ſui quomodo cauſa omnis peccati. pag. 483. colum. 1. a. & ſeq. to. eod.
amor ſiue charitas tribus modis dicitur. pag. 735. colum. 1. b. & ſeq. to. 7.
amor, dilectio, & charitas, quomodo differant. pag. 806. col. 1. e. f. to. eod.
amoris magna vis. pag. 230. col. a. b. & ſeq. & 231. col. 1. a. to. 7.
amoris gradus qui. pag. 808. col. 1. a. b. & d. e. to. 7.
amoris grauioris ſex gradus. pag. 176. col. 1. f. & ſequen. to. eod.
amoris Seraphici quinque proprietates. pag. 079. colum. 1. f. & ſeq. to. 7.
amoris fortitudo, & violentia. & amoris violenti gradus quatuor. pag. 177. col. 1. e. f. & ſeq. & 178. col. 1. a. & ſeq. & 179. col. 1. a. b. to. 7.
amoris carnalis indicia. pag. 626. col. 1. & a. 2. b. c. tom. eod.
in amore quid acumen. & ſuperferuidum dicatur. pagin. 147. col. a. a. b. c. to. eod.
Anagogia quid ſit. pag. 7. col. a. b. & 58. col. 1. e. & 253. col. 1. a. to. 7. & 704. col. 1. d. to. 7.
anagogia triplex eſt. pag. 704. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
Angelus quid ex Damaſceno. pagin. 79. colum. 2. b. & 410. col. 2. e. to. 7. & 752. col. a. c. d. & 753. col. 1. a. & ſequen. to. 7.
angelus ex Dionyſio nomen officij non naturæ. pag. 279. col. 2. e. to. 7.
angelus quando ceciderit. pag. 756. col. a. a. b. to. 7.
angelus ex tribus habet confirmationem. pag. 754. colum. 2. d. & ſeq. to. eod.
angelus & anima quomodo differāt. p. 758. to. 1. b. c. 1. eod.
angelus homini dupliciter loquitur. pag. 755. col. 1. d. e. tom. eod.
angeli triplex ſtatus. pag. 754. col. 1. d. e. to. eod.
angeli peccatum. pag. 60. col. 2. f. to. 6.
angeli cognitio matutina, & veſpertina. pag. 79. colum. 1. f. to eod.
angeli nomine quiuis iuſtus aliquando intelligitur. pagin. 261. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
angeli nomine gratia intelligitur aliquando. pag. 266. col. 1. e. f. & ſequen. to. 7.
angelum cadentem quæ conſecuta. pag. 79. col. 1. a. b. to. 6. & 18. col. 1. a. to. eod.
angeli præſunt regionibus. pag. 754. col. a. a. b. c. to. 7.
angeli propter tria formidat nobis. pag. 715. col. 1. e. tom. eod.
angeli quomodo pro nobis intercedebant ante Verbi incarnationem. pag. 350. col. a. a. b. to. 6.
angeli agunt, & aguntur ſecundum ordinem hierarchicum. pag. 18. col. 2. a. to. eod.
angeli boni ad Deum conuerſi ſtatim fuerūt confirmati per gratiam, & gloriam. pag. 18. col. 1. d. to. 6.
angeli cur induuntur habentes in manibus inſtrumenta menſurandi, & ponderandi. pagin. 481. colum. 1. & 2. a. to. 7.
angeli in figura equorum ſæpius deſcribuntur. pag. 480. col. 2. d. e. to. eod.
angeli cur in ſpecie ignis apparuiſſe ſæpe leguntur. pagin. 266. col. 1. d. e. to. eod.
angelorum cuſtodia varij effectus. pag. 704. colum. 2. f. ſequen. ibid.
angelorum officia, & miniſteria. pag. 758. col. 2. e. & ſequen. to. eod.
angelorum puritas, cælorum nomine in ſacra Scriptura ſignificatur. pag. 481. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
angelorum actus tres ex Dionyſio. pag. 755. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
angelorum quatuor nomina, cur tantum in ſcripturis reuelata. pag. 20. col. 1. d. to. 6.
angelorum conditio, cur ſecundum literam exteriorem tacetur. pag. 17. col. 1. d. to. 6.
angelorum vis duplex. pag. 79. col. 1. f. to. eod.
angelorum ruina per ſaluandos reſtauratur. pag. 756. col. 2. b. to. 7.
angelorum hierarchiæ tres. pag. 18. col. 1. a. to. 6.
angelorum actus circa hominum cuſtodiam. pagin. 80. col. a. a. to. eod.
angelorum mutua actio. pag. ead. col. 1. b. to. eod.
angelis a principio ſuo creationis quatuor attributa, & cur. pag. 07. col. 1. a. & 78. col. 2. e. d. to. 6.
angelorum proprietates. pag. 718. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
angelis debetur a nobis reuerentia. p. 879. col. a. b. to. 6.
in angelis duplex cognitio. pag. 714. col. 1. c. d. to. 7.
in angelis aſſiſtere, & miniſtrare, in quo differunt. ibidem e f.
de angelis multa ex ſacris doctoribus. pagin. 800. colum. 2. to. 6.
de angelis ex ſacra Scriptura multa. pag. 491. col. 1. d. & ſequen. to. 7.
Anima quid. pag. 210. col. 2. e. to. 6. & quid ſecundum nomen. pag. 758. col. 1. e. to. 7. & quid ſecundum Philoſophos, & veritatem. pag. 707. col. a. f. & ſeq. to. 7.
anima multis modis definitur. ibid. col. 2. a. & ſequ.
anima de quo ſit. pag. 82. col. a. f. to. 6.
anima hominis cur vnita corpori. pag. 767. col d. to. 7.
anima ex coniunctione ad corpus multa trahit incommoda. ibid.
anima in cælo iuncta corpori, alium habebit modum intelligendi, quàm in via. pag. 130. colum. 1. 2. & ſequen. to. 7.
anima virtualiter quanta. p. 764. col. 1. f. & 2. a. to. eod.
anima quomodo loquatur. pag. 758. colum. 2. f. & ſequen. to. eod.
anima diuerſis potentijs diuerſas exercet operationes. pag. 764. col. 1. d. e. to. eod.
Anima habet quinque ſenſus ſpirituales. pag. 187. colum. 1. d. & ſeq. to. eod.

animu

anima per intellectum omnia cognoſcit. pag. 761. columm. a. d. e. f. to. 7.
anima rationalis non tantum eſt forma, ſed hoc aliquid. pag. 69. col. 1. b. to. 6.
anima rationalis beatitudinis capax. pagin. 66. columm. a. f. to. eod.
anima rationalis terrenorum vilitate contempta ad Deum ſe erigere debet. pag. 232. col. a. c. d. to. 7.
anima triplici genere ſanitatis indiget. pagin. 48. columm. a. f. to. 6.
anima vt opera vitæ faciat a Sole, & Luna illuminari debet, hoc eſt a Chriſto, & eius matre, & quomodo. pagin. 4. col. 1. e. f. to. eod.
anima quonam pacto ſe debet humiliare. pag. 701. columm. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
anima peccando omnes creaturas poſt Deum offendit. pag. 118. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
anima per culpam nimis fit deformis. pag. 115. col. a. f. & ſeq. to. eod.
anima mirabili modo reformata eſt per gratiam. pa. 119. col. 1. a. b. c. to. 7.
anima an ſine prauia cogitatione intellectus poſſit aſſigando manere in Deum. pag. 720. col. 1. d. & ſeq. vſque ad 734. per totum. to. 7.
anima per mentale exercitium ad quæ ſe debeat conuertere. pag. 121. col. 2. f. vſque ad 134. per totum. to. 1.
animæ definitiones ſeptem. pag. 80. col. a. d. e. to. 6.
anima ſuper cæteras creaturas excellentia. pag. 115. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
animæ portio ſuperior, & inferior, quid. pag. 210. columm. a. f. to. 6.
animæ generoſitas. pag. 114. col. 2. c. & ſeq. to. 7.
animæ immortalitas ratione, & auctoritate probatur. pag. 764. col. a. b. & ſeq. to. 7.
animæ triplex actus. pag. 758. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
animæ potentiarum diuiſio, ſecundum magiſtros. pagin. 80. col. 2. f. & ſecundum naturales, & theologos. pag. 61. col. 1. d. & a. d. e. to. 6.
animæ potentia cogitatiua, & motiua. pagin. 760. columm. c. e. d. to. 7.
animæ vegetatiuæ potentia tres. pag. 758. columm. e. f. & 2. a. to. 7.
animæ apprehenſiuæ, quænam ſint potentiæ. ibid. columm. a. b. & ſequen.
animæ potentiæ, quædam ſeparabiles a corpore, quædam inſeparabiles. pag. 760. col. 1. d. e. f. to. 7.
animæ potentiarum gradus ſex. p. 136. col. 1. b. c. to. 7.
animæ tres potentiæ portæ tres. pag. 251. col. 1. e. f. to. 6.
animæ ſanitas, in quo conſiſtat. pag. 616. col. 1. a. to. 7.
animæ fames, & ſiccitas, quæ ſint. p. 250. col. c. f. to. 6.
animæ deſiderium nulla creatura ſatiare poteſt. pagin. 103. col. 1. e. d. to. 7.
animæ accidentia tranſmutant corpus. pagin. 761. columm. 1. d. to. 7.
animæ hoſtis peſſimus caro. pag. 127. columm. 1. e. f. & ſequen. to. 7.
animæ pia recognitio de ſuo peccato. pa. 116. col. 1. a. b. c. & ſequen.
in anima tria ſunt. pag. 761. col. 1. a. b. c. to. 7.
de anima rationali, quid tenendum, ſecundum ſacram doctrinam. pag. 68. col. 2. c. d. to. 6.
anima purgata ſtatim euolans e purgatorio. pagin. 52. col. a. d. e. to. 6 & quare 830. col. 1. c. d. to. 7.
Animalis virtus quid. pag. 760. col. a. e. to. 7.
Anna mater Virginis fuit de tribu Leuitica, &c. pag. 340. col. 2. d. e. to. 6.
Antichriſtus naſcetur in Babylonia de tribu Dan. pag. 836. col. 2. c. d. to. 7.
Antichriſtus in Hieruſalem circumcidetur. pag. 836. col. 2. d. to. 7.
Antichriſtus primo veniet in benignitate, & miraculorum operatione. pag. 837. col. 2. a. b. to. eod.
Antichriſtus luxurioſus erit, occulte tamen. pag. 836. col. a. e. f. to. 7.
Antichriſtus quatuor modis decipiet. pagin. 837. columm. 1. a. b. & ſequen. tom. eodem.
Antichriſtus tribus annis cum dimidio regnabit. ibid. col. a. f. & ſequen.
Antichriſtus interficietur a Domino in monte Oliueti. pag. 836. col. 1. a. to. 7.
Antichriſto deputabitur angelus cuſtos. pagin. 836. columm. a. d. to. 7.
Antichriſto interfecto, non ſtatim veniet Dominus ad iudicium. pag. 838. col. 1. b. to. 7.
Apertio librorum ad oſtenſionem diuinæ miſericordiæ, & iuſtitiæ. pag. 74. col. 2. b. c. to. 6.
apertionis librorum doctrina. ibid. per totum.
Apoſtaſia quid. pag. 202. col. 1. a. to. 6.
apoſtaſia triplex eſt. pag. 69. col. 2. f. to. 6.
Apoſtoli ſancti cælorum nomine ſignificari poſſunt. pag. 262. col. a. a. b. & ſeq. to. 7.
apoſtoli ex præſentia Spiritus ſancti conſecuti ſunt quadruplicem effectum. pag. 731. col. a. e. f. to. eod.
apoſtoli Symbolum ediderunt. pag. 601. col. 2. b. to. 7.
apoſtoli ſinguli ſingulos Symboli articulos protulerunt. pag. 304. col. 1. e. f. & ſeq. to. 6.
apoſtoli diſcalceati inceſſerunt. pag. 469. col. 1. d. e. f. & ſequen. to. 7.
Apparere in diuinis quid. pag. 10. col. a. f. to. 6.
Apparitionum, quæ Patriarchis factæ ſunt, ex ſacris litteris exempla. pag. 488. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
de apparitionum pluralitate quid tenendum. pag. 12. col. a. c. to. 6.
Appetitus concupiſcibilis cur datus homini. pag. 600. columm. 2. d. e. f. to. 7.
appetitus delectationis quorſum homini datus. pag. 601. col. 2. f. & ſequ. to. eod. & cur appetitus honorum. ibid. columm. 1. b. c. d.
Appropriare aliqua perſonis diuinis quid. pagin. 210. columm. 1. e. to. 6.
Appropriata diuinarum perſonarum multis modis aſſignantur. pag. 743. col. a. a. b. c. to. 7. & quæ ſint. pag. 12. col. 1. c. & ſequen.
Aqua æſtualis quid ſpiritualiter ſignificet. pag. 160. columm. 1. b. c. d. to. 7.
aquæ proprietates. pag. 750. col. a. a. b. to. 7.
aquæ in calice appoſitio quid ſignificat. pagin. 80. columm. 2. f. to. 7.
aquæ ſuper cælos exiſtentes quales ſint. pag. 67. col. 1. b.
aquæ ſuper cælos, quæ, vt Sancti dicunt, ſunt ad reprimendum calorem inferiorum, quomodo intelligendæ. ibidem d.
Archangeli, qui dicantur. pag. 478. col. 2. e. d. to. 7.
Argutiæ, & de ea variæ auctoritates Sanctorum. pag. 177. columm. e. to. 6.
Arrogantia quid. pag. 66. col. e. f. to. 6.
Artes mechanicæ ſeptem. pag. 1. col. 1. c. d. to. 6.
Articuli fidei quomodo duodecim, & quattuordecim. pag. 38. col. a. f. & ſeq. to. 6.
articuli definitiones ex Richardo, & Iſidoro. pag. 68. col. 1. f. to. 6.
articulorum fidei diſtinctio. pag. 89. col. 1. e. to. eod.
articulorum in Symbolo ſufficientia. p. 89. col. 1. b. c. d. to. 6.
Aſcendere quid in Deo. pag. 683. col. 1. b. to. 7.
aſcendere volenti ad Deum per contemplationem, quid præſtandum. pag. 136. col. 1. e. f. to. 7.
Aſcenſio, aſſumptio, & euolatio differunt. pagin. 796. columm. 1. d. e. to. 7.
aſcenſionis ad Deum gradus. pag. 136. col. 1. f. & ſeq. & 137. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 7.
in aſcenſione Chriſti conſideranda maxime. pag. 796. columm. e. e. f. & a. a. to. 7.
de aſcenſione ſpirituali variæ ſanctorum ſententiæ. pag. 195. col. 1. & 2. to. 4.
Aſpectus inanes damna. pag. 538. col. 1. c. d. e. to. 7.
Aſtutia pænæ exempla ex ſacris litteris. pagin. 502. columm. 1. c. d. & ſequ. to. 7.
Attentio triplex. pag. 637. col. 2. b. c. d. to. 7.

Attritis

Attritio quid. pag. 27. col. 1. e. to. 6.
attritio. & contritio quomodo differant. pag. 369. colum. 1. f. & ſeq. to. 6. & 828. col. 1. c. to. 7.
attritio quomodo poſſit fieri contritio. ſine ex attritio contritio. ibid.
Auaritia quid. pag. 280. col. 1. d. to. 6. & 779. col. 2. e. to. 7.
auaritia cur idololatriæ comparetur. p. 62. col. 1. a. to. 6.
auaritia opponitur charitati. & liberalitati. pag. 62. col. 1. b. c. to. 6.
auaritia quomodo venialis. pag. 57. col. 1. a. b. to. 7.
auaritia quomodo ſit peccatum mortale. pag. 782. colum. 1. f. & ſeq. to. eod.
auaritia unde in nobis generetur. pag. 602. colum. 1. b. tom. eod.
auaritiæ damna multa. pag. 298. col. 2. d. & ſequen. to. 6. & 780. col. 1. b. to. 7.
auaritia differentiæ quinque. pag. 62. col. 1. c. d. to. 6.
auaritiæ filiæ ſecundum Gregorium ſeptem. ibid. & 780. col. 1. d. e. to. 7. item duodecim. pag. 281. col. 1. b. c. to. 6. Item ex Iſidoro octo. pag. 62. col. 1. e. to. 6.
auaritiæ variæ definitiones. pag. 62. col. 1. a. to. 6.
auaritiæ nouem ſimilitudines. pag. 290. colum. 1. d. & ſequen. to. eod.
auaritiæ tres ſpecies. pag. 608. col. 1. e. f. & 2. a. to. 7.
auaritia affectus cur datus fuerit homini. pag. 603. colum. 1. f. & 2. a. to. 7.
auaritiæ ex ſacris litteris exempla. pag. 522. col. 2. f. & ſequen.
auaritiæ remedia. pag. 22. col. 1. d. e. & 603. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
de auaritia. quomodo pœnitens interrogandus. pag. 50. col. 2. a. & 51. col. 1. a. to. 7.
de auaritia variæ ſanctorum ſententiæ. pag. 837. colum. 2. & ſequen.
Auditores verbi Dei, & multa de eiſdem ex ſanctis Patribus. pag. 126. col. a. & 127. col. c. to. 6.
Aue Maria. & ſuper eam meditatio. pag. 242. col. 2. & ſequen. to. 7.
Augurium quid. pag. 71. col. c. d. e. & 218. col. 1. b. to. 6.
Aurea quid. & cur ſic dicatur. pag. 601. col. 1. f. & 212. col. 2. e. to 6.
aurea in quibus conſiſtat. pag. 856. col. 1. e. f. to. 6.
aurea. aureola. & palma differant. p. 843. col. 2. d. e. to. 7.
Aureola quid. & quotuplex. pag. 107. col. 2. a. b. c. & 109. col. 2. c. d. to. 6. & 843. col. 1. f. & 2. a. to. 7. & 856. col. 1. e. f. to. 6.
aureola quorum ſit. pag. 212. col. 2. e. to. 6.
aureola quibus reddenda. pag. 17. colum. 1. a. b. to. 6. & 843. col. 2. a. b. c. d. to. 7.
aureola cui generi hominum debeatur. pag. 86. col. 1. d. & 87. to. 6.
aureola prima debetur martyribus. pag. 843. col. 2. e. f. & 844. col. 1. a. to. 7.
aureola ſecunda debetur virginibus. & quibus. ibid.
aureola tertia eſt prædicatorum. ibid. d. e.
aureola non debetur Prælatis niſi prædicent. ibid.
Aures in Deo quid. pag. 680. col. a. d. to. 7.

B

*B**Apriſmus quid. pag. 212. col. 2. e. to. 6.*
baptiſmus ianua ſacramentorum. p. 821. col. 1. e. to. 7.
baptiſmus triplex, & an quilibet ſit ſacramentum. pag. 01. col. 1. f. to. 6. & pag. 820. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
baptiſmus triplex per quæ figuretur. p. 828. co. 2. e. f. to. 6.
baptiſmus Chriſti. & Ioannis conueniunt in materia. non in effectu. pag. 821. col. 2. f. to. 7.
baptiſmus cur in aqua ſit. pag. 46. colum. 1. to. 6. 821. col. 1. e. f. to. 7.
baptiſmus potuit dari in nomine Chriſti in primitiua Eccleſia. & quare. pag. 45. col. 2. to. 6.
baptiſmi diuerſæ definitiones. pag. 95. col. 1. b. to. 6.
baptiſmi forma. p. 41. col. 2. e. to. 6. & 95. col. 1. e. to. eod.
de baptiſmi integritate doctrina. ibid.
de baptiſmi ſollemnitate octo eſſe dicuntur. pagin. 821. col. 2. a. b. to. 7.
baptiſmi effectus multiplex. pag. 801. col. 2. e. & ſequ. to. eod. & 95. col. 1. e. to. 6.
de baptiſmi ſubſtantia quinque ſunt. ibid.
in baptiſmo quid res. quid ſacramentum tantum. quid res. & ſacramentum. pag. 821. col. 2. a. to. 7.
in baptiſmo triplex gratia datur. pag. 46. col. 1. e. to. 6.
Baptizandus in quantenus locis immergitur. pagin. 821. colum. 2. b. to. 7.
Baptizatus tranſmittit in prolem originale peccatum. & quare. pag. 24. col. 1. b. c. to. 6. & 774. col. 2. b. to. 7.
Beati gaudium habent de his. quæ ſunt infra ſe. pa. 631. col. e. e. f. & ſeq. to. 7.
beati de euaſione periculorum gaudent. pag. 629. colum. 2. f. & ſequen. to. 7.
beatorum quinque priuilegia. pag. 271. col. 1. e. f. & ſequen. to. 6.
de beatorum ſtatu in cæleſti Hieruſalem aliqua dicuntur. pag. 240. col. 2. e. f. & 210. col. e. & 2. a. b. to. 7.
beatorum ſeptem ordines. quomodo conuiuia ſpiritualia adinuicem in cælo unuſquiſque in die ſuo faciunt. pagin. 180. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
beatorum quinque priuilegia. pag. 840. col. 1. b. c. to. 6.
Beatitudo quid. pag. 133. col. 1. b. c. d. to. 7.
beatitudinis deſcriptiones. pag. 232. col. a. e. to. eod.
de beatitudine ſententiæ variæ Sanctorum Patrum. pag. 158. col. a. & ſequ. to. 6.
Beatitudines ſunt ſeptem. pag. 93. col. 1. d. to 6. Item octo. pag. 810. col. 2. a. to. eod.
beatitudines quomodo ſeptem. & quomodo octo dicantur. pag. 818. col. 2. b. c. to. 7. & 240. col. a. a. b. to. 6.
beatitudines tres contra triplex malum. p. 18. col. 1. to. 6.
beatitudinum numeri qua ſit ratio. pagin. 818. colum. 1. c. d. e. to. 7.
de beatitudinibus. & fructibus doctrina. pagin. 97. colum. 2. f. to. 6.
Bellum in ſcriptura quadruplex. pag. 829. col. 2. e. to. 6.
bellum. ut ſit iuſtum. tria requirit. p. 36. col. 1. a. b. to. 7.
Benedictio. qua Deus benedicit hominem. & qua homo benedicit Deum. pag. 478. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
benedictio. quam Deus dat. quæ. pag. 477. colum. 2. f. & ſequen. to. eod.
Beneficia Dei perſoluere non poſſumus. pag. 120. colum. 1. a. b. & ſequ. to. 7. circa beneficia Dei quomodo meditandum. pag. 108. col. 2. e. f. & ſequ. to. eod.
Beneficiati. & de iis ſanctorum dicta. pag. 609. colum. 1. & 2. tom. 6.
Beneuolentia tripliciter Deo exhibenda. p. 2 . col. 1. f. to. 7.
Benignitas quid. pag. 603. col. 1. d. to. 7.
benignitatis partes ſeptem. pag. 91. col. 2. b. to. 6.
ad benignitatem quatuor inducunt. pagin. 394. colum. 2. e. d. to. 6.
de benignitate Dei. pag. 476. col. eâd. e. f. & ſeq. to. 7.
Blaſphemia quid pag. 281. col. a. d. to. 6.
blaſphemiæ contra Deum exempla. pag. 429. col. c. b. c. & ſequen. to. 7.
de blaſphemia ex Sanctis Patribus multa. pag. 161. colum. 1. to. 6.
Bonauentura ſanctus poſt beatum Franciſcum ſeptimus ſui ordinis Generalis. pag. 131. col. 1. to. 7.
Bonitas & multa de ea ex Sanctis Patribus. pag. 198. colum. 1. & 2. to. 6.
Boni homines quatuor modis dicuntur. pag. 90. col. 2. e. f. & ſequen. to. 7.
boni latent inter malos. pag. 352. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Bonum triplex. pag. 75. col. a. f. to. 6.
bonũ multipliciter diſtinguitur. p. 799. col. 1. b. c. d. to. 7.
bonum alacriter incipiendum. & perficiendum. pagin. 620. col. 1. a. b. c. to. 7.
bonum propter vanam gloriam. non omittendum. pagin. 107. col. 2. e. to. 7.
ſummum bonum. quomodo cogitari non poteſt ſine emanatione perſonarum. pag. 143. col. 1. b. & ſequ. to. 7.

bonum

bonum eſt ſecundum nomen Dei pertinent ad nouum teſtamentum. pag. 142. col. 1. b. c. to. eod.
Brutbia in Deo quid. pag. 682. col. 1. c. to. 7.

C

CAath quid ſignificet. pag. 272. col. a. e. f. to. 7.
Caathitæ quos religioſos ſignificent. pagin. 198. colum. 2. d. e. f. & ſequ. to. 7.
Cæcilia quomodo Christi Euangelium portabat in pectore. pag. 349. col. 1. a. b. c. to. 6.
Cælum propriè dictum in quot orbes diuidatur. pag. 78. col. 1. a. to. 6.
cælum diuiditur in tres cælos principales. pag. 749. colum. a. c. d. to. 7.
cælum ex Rabano in ſeptem cælos diſtinguitur. pag. 78. col. 1. f. to. 6.
cælum aqueum perſpicaritatis perfectio. & effectiuum frigiditatis. ibid. col. 2. b.
cælum cryſtallinum quid ſignificet. p. 749. col. 2. c. to. 7.
cælum empyreũ ex Damaſceno quid. p. 77. col. 1. b. to. 6.
cælum & terra creata, ante omnem diem. ibid. col. 2. e.
cælum & terra. quo pacto tranſibunt. pagin. 840. colum. 1. c. d. to. 7.
cæli natura quænam. pag. 749. col. a. f. & ſeq. to. 7.
cæli naturæ. & proprietates quomodo beata Maria conueniunt. pag. 491. col. 1. e. f. & ſequen. per multas paginas. to. 7.
cæli nomine doctores ſacræ Scripturæ ſignificantur propter multas rationes. pag. 287. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
cælorum nomine in Scriptura ſacra puritas Angelorum ſignificatur. pag. 281. colum. 1. e. f. & ſequen. to. 7.
item auctoritas iudicum. & Prælatorum ob multa. pagin. 283. col. 1. f. & ſequen.
item Apoſtoli Sancti. pag. 282. col. a. a. & ſeq. to. eod.
item religioſi. & contemplatiui ob multas cauſas. pagin. 284. col. a. f. & ſequen.
Cæleſtis natura triplex. pag. 78. col. 1. b. to. 6.
cæleſtis chorus interminabilis ciuitatis. pagin. 840. colum. 2. a. to. 6.
in cæleſti curia tria conſideranda. pagin. 336. col. 1. d. & 337. col. 1. e. f. to. 6.
in cæleſti tripudio cœtus infinitus. pag. 939. col. 2. e. f. & ſequen. to. 6.
cæleſtia quomodo influãt in inferiora. p. 78. col. 1. e. to. 6.
cæleſtia non influunt ſuper liberum arbitrium. ibid. d. & pag. 16. col. 1. c. to. eod.
cæleſtia corpora lumine. & motu diſtinguunt tempora. pag. 16. col. 1. d. to. eod.
cæleſtia corpora. quomodo renouari dicuntur. pag. 84. col. 1. e. to. 6.
Calceamenta Christi quid. pag. 682. col. a. f. to. 7.
Caligo. quo ditantur. pag. 410. col. 1. a. b. c. to. 7.
Calix reuerenter attrectandus. pag. 178. col. a. f. to. 7.
Calumnia quid. pag. 31. col. 2. a. to. eod.
Canon Miſſæ cur a littera T. incipiat. p. 21. col. 2. e. f. to. 7.
canonis ſacri Miſſæ qui auctores. ibid. c. d. e.
canonis Miſſæ expoſitio. pag. 21. vſque ad 28. to. eod.
canones pœnitentiales. pag. 33. colum. 1. f. vſque ad pag. 61. to. eod.
Caput. & capilli capitis, quid in Deo. p. 680. col. 2. a. b. to. 7.
Cardinales virtutes. varijs modis dictæ. pagin. 834. colum. 1. a. b. to. 6.
cardinales virtutes hominem in omnibus inſtruunt. & contra vitia armant. ibid.
cardinales virtutes quattuor. pag. 88. col. 1. a. to. 6.
Carnalitas & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 169. col. a. to. 6.
Cornu quæſtio. pag. 242. col. 1. c. d. & ſequ. to. 7.
Caſti triplicem modum dilectionis habere debent. pag. 309. col. 1. e. f. to. 6.
Caſtitas quid & quotuplex. pag. 90. col. 2. f. to. 6.
caſtitas virtus cæleſtis. pag. 638. col. 1. b. c. to. 7.
caſtitas ſic dicitur. pag. 909. col. 2. e. f. to. 6.
caſtitas quibus indigeat. ibid.
caſtitatis ingens pretium ſuper omnes gemmas. ibidem col. 1. f.
caſtitatis vtilitates. pag. 638. col. a. d. e. f. to. 7.
caſtitatis ſolium excelſum. pag. 309. col. a. a. to. 6.
caſtitatis fructus vberrimus. ibid.
caſtitatis gradus. pag. 81. col. 2. f. & ſequen. & 82. colum. 1. b. c. to. 7. & 636. col. 1. d. e. f. & ſequ. to. eod.
ad Caſtitatis acquiſitionem. quæ ſint vtilia. pag. 308. col. a. f. & ſequ. to. 6.
caſtitatis ex ſacris litteris exempla. pag. 187. col. 1. d. & ſequen. to. 7.
de Caſtitate multa. pag. 308. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
Catechiſmus quibus de cauſis inſtitutus. pag. 821. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
Cantio quid. pag. 90. col. 1. f. 212. col. 1. d. & 233. colum. 1. a. to. 6.
Cenſura Eccleſiaſtica quæ. pag. 70. col. 1. d. to. 6.
Certamen. & de eo multa ex ſanctis Patribus. pag. 187. col. 1. to. 6.
Chalcedonij proprietas. pag. 382. col. 1. a. b. to. 6.
Character per quæ ſacramenta imprimitur. pag. 48. colum. 1. f. & ſequ. to. 6.
character in quolibet ordine imprimitur. pag. 98. colum. 1. c. to. eod.
character baptiſmalis omnium characterum fundamentum. pag. 48. col. 2. b. to. eod. & 820. col. 2. 1. to. 7.
characterum conditiones. pag. 91. col. 1. c. to. 6.
Charitas quid ſit. p. 212. col. 1. a. & 280. col. 2. f. to. 6. & 671. col. 1. b. c. 678. col. 1. e. f. to. 7. & 311. col. 2. b. to. 6.
charitas cur dicatur forma virtutum. pagin. 807. colum. 1. f. & 2. a. to. 7.
charitas bonorum principium, medium. & finis. ibid.
charitas multa ſignificat. ibid. a. b.
charitas quantum ad actum quattuor modis definitur. pag. 806. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
charitas. dilectio. & amor idem ſunt. & in quibus conſiſtant. pag. 623. col. 2. c. d. e. f. & ſequ. to. 7.
charitas ex Rabano laudatur. pag. 178. col. 1. a. b. to. 7.
charitas igni ac decem comparata. pag. 312. col. 2. e. f. & ſequen. to. 6.
charitas in quibus virtutes excellat. pagin. 807. colum. 2. d. e. to. 7.
charitas ab habente eam. vel non habente an agnoſcatur. ibid. & ſequen.
charitas per Chryſolithum, beryllum, et topazium ſignificatur. pag. 388. col. 2. c. d. e. to. 6.
charitatis definitio ex Apoſtolo explicatur. pagin. 806. col. 1. d. e. to. 7.
charitatis fructus. qui. pag. 121. col. 2. d. & ſeq. to. eod.
charitatis multiplex effectus. pag. 807. col. 1. b. c. d. to. 7.
charitatis tres ſunt gradus. pag. 624. col. 2. c. d. e. f. & ſequ. to. 7.
charitatis definitio ex Proſpero. p. 806. col. 1. e. f. to. 7.
charitatis perfectæ ſigna intrinſeca. pa. 171. col. 2. a. b. c. & ſequen. to. eod.
charitatis gradus varij ſunt. pag. 24. col. 1. c. d. & ſequen. to. 7.
charitatis duplex perfectio. pag. 248. colum. 1. e. f. & ſequen. to. 6.
charitatis ſtatus triplex. pag. 482. col. 2. a. b. c. to. 7.
charitatis comparationes. pagin. 807. col. 2. b. c. to. 7. & 301. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. 6.
charitatis ordo quis. pag. 42. col. 2. c. d. e. to. 7. & 808. col. 1. f. to. eod.
charitatis perfectio; & tamen poſſit eſſe informis. pagin. 90. col. 1. a. to. 6.
charitatis diuerſæ deffinitiones. pag. 89. col. 2. e. f. to. 6.
charitatis, amoris. & dilectionis differentia. pag. 89. col. 2. f. to. 6.
charitatis roboratæ. ſeu proficientis ſigna. pagin. 178. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
charitatis veſtis quattuor commendatur. pag. 812. colum. 2. b. & ſequen. to. 6.

chari-

charitatis perfectæ ſigna extrinſeca, quæ. pag. 274. colum. a. e. f. & ſequ. ro. 7.
charitatis genera varia ſigna. pag. 273. col. c. d. e. f. & ſequ. ro. eod.
ad charitatis dulcorem perueniens ſeptem gradibus. pag. 223. col. a. d. e. f. & ſequ. ro. 7.
ex charitate qua diligenda ex Auguſtino, & Ambroſio. pag. 92. col. 1. b. c. ro. 6.
de charitate multa ex ſacris doctoribus. pag. 143. col. 2. & ſequ. ro. 6.
charitatiua affectio quorum ex trinitatis iter. pag. 190. col. a. e. f. & ſequ. ro 7.
charitatiua affectio a naturali affectione. vel acquiſita dilectione diſtinguitur. p. 176. col. 2. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Cherubim quare plena oculis deſcribuntur. pag. 270. columm. 2. a. b. ro. 7.
Cherubim nomen. quid ſignificet. ibid. col. 1. a. b.
in Choro in quibus, & quomodo eſt vniformiter ſeruanda. pag. 171. col. 1. f. & a. a. ro. 7.
in choro diſſolutio. aut in verbis, aut in riſu vitanda. ibid. a. b. c.
Chriſtiani boni, & multa de his ex ſanctis Patribus. pagin. 112. col. 2. & ſequ. ro. 6.
Chriſtiani mali. & multa de his. p. 103. col. 2. ro. eod.
Chriſtus naturam humanam aſſumpſit quinque modis. pag. 787. col. 2. f. ro. 7.
Chriſtus circa humanam naturam aſſumpſit aliquos defectus, & eos tantum quos decuit. pag. 32. col. 2. c. d. & 81. col. 2. f. ro. 6. & 793. col. 2. e. ro. 7.
Chriſtus cur nec primo, nec poſterius venerit in mundũ. pag. 786. col. 1. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus eſt exemplar militantis Eccleſiæ. pag. 417. colum. e. f. ro. 7.
Chriſtus rediit in Bethaniam, & ipſum vnxit Maria Magdalena. p. 309. col. c. d. a. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus Lazarum reſuſcitauit. pag. 397. col. 2. a. b. c. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus in paſſione dedit exemplum efficaciſſimum. pag. 92. col. 1. f. ro. 6.
Chriſtus Dominus in cœna quinque magnarum virtutum fuit exemplum. p. 402. col. 2. d. 2. ro. 6.
Chriſtus in fuga infirmis condeſcendebat. pag. 423. colum. 1. e. f. ro. 7.
Chriſtus venit in Hieruſalem ſuper aſellum. pag. 398. col. 2. d. e. f. & ſequ ro. 6.
Chriſtus quibus nominibus vocetur. p. 729. col. 1. b. ro. 7.
Chriſtus ratione aſſumptæ humanitatis Angelus dicitur. pag. 264. col. 2. b. c. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus in ſua paſſione duodecim fructus ſpiritus oſtendit. pag. 217. col. 2. d. e. ro. 7.
Chriſtus in cruce ſeptem verba protulit. pag. 794. colum. 2. e. ro. 7.
Chriſtus duabus vicibus multiplicauit panes. pag. 374. col. 2. c. d. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus apparuit diſcipulis in Galilæa. pagin. 415. colum. 1. b. c. ro. eod.
Chriſtus cur loculos habuit. p. 390. col. 2. d. e. f. ro. 7.
Chriſtus non habuit Angelum cuſtodem. pag. 736. colum. 1. a. ro. 7.
Chriſtus ſex vicibus ſanguinẽ fudit. p. 793. col. 2. e. ro. 7.
Chriſtus fugit de templo, & abſcondit ſe, quando Iudæi voluerunt eum lapidare. p. 336. col. 2. 2. d. ro. 6.
Chriſtus paſſus eſt paſſione generali. pag. 793. col. 1. e. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus in ſua paſſione beatitudines octo perfecte habuit. pag. 217. col. 1. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus quomodo intrauit domum Zachæi. pagin. 336. col. 1. d. e. f. ro. 6.
Chriſtus quomodo apparuit Ioſeph, Iacobo minori, & Petro. p. 413. col. 1. e. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus ſuſcepit perſonam infirmorum condeſcendens ipſis. pag. 413 col. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus multa de cauſa ſurrexit. pag. 791. col. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus apparuit pluſquam quingẽtis fratribus ſimul. pag. 415. col. 2. b. c. ro. 6.
Chriſtus voluntate rationis in omnibus ſe conformauit voluntati diuinæ. p. 792. col. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus aſcendit egreſſus ad cœlum multipliciter. pagin. 796. col. 2. b. & ſequ. ro. eod.
Chriſtus reſurrectionem ſuam probauit multis modis. pag. 795. col. 2. e. ro. 7.
Chriſtus cum Samaritana loquitur. pag. 373. col. 1. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus de templo eiicit ementes, & vendentes. p. 380. col. 2. d. e. f. ro. eod.
Chriſtus in Iericho cæcum illuminat, & alia facit. p. 395. col. e. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus ſecundum vtramque naturam eſt caput Eccleſiæ. pag. 791. col. 2. b. c. d. ro. 7.
Chriſtus nomine firmamenti ſignificatur. pag. 289. colum. 1. d. e. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus relinquenti omnia retributionem promiſit. pag. 362. col. 1. b. c. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus ad quem locum inferiorum deſcenderit. p. 792. col. 1. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus maledixit ficui. p. 397. col. 2. b. c. ro. 6.
Chriſtus cur circumciſus. p. 792. col. 1. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus ſub parabola cultorum vineæ Eccleſiam dandam ad Gentiles docuit. p. 391. col. 1. b. c. d. ro. 6.
Chriſtus decies poſt reſurrectionem appareuiſſe legitur. pag. 87. col. 2. f. & ſequ. ro. 7.
Chriſtus quomodo apparuit diſcipulis euntibus in Emaus. pag. 413. col. 2. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus quomodo apparuit diſcipulis, & etiam in ore Thomæ. p. 414. col. 2. 2. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus quomodo apparuit tribus Mariis. pag. 412. colum. 2. e. d. & ſequ. ro. eod.
Chriſtus Cananæam exaudit. pag. 373. col. c. b. e. & ſequen. ro. 6.
Chriſtus cur tertia die reſurrexit. p. 33. col. 2. b. ro. 6.
Chriſtus ſedet ad dexteram Dei Patris, non quantum ad ſitum, ſed quantum ad excellentiam honorum. pagin. 33. col. 1. b. ro. 6.
Chriſtus exaltatus fuit tripliciter. p. 796. col. 2. d. e. ro. 7.
Chriſtus fugit, quando voluerunt eum facere regem. pag. 374. col. 2. c. d. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus quomodo dæmon ſtatim aliquid habuit in ſe. pag. 31. col. 2. f. ro. 6.
Chriſtus a diſcipulis quæſiuit quid de eo dicerent. pagin. 380. col. 2. a. b. ro. 6.
Chriſtus quomodo apparuit occluſis in die reſurrectionis. pag. 414. col. c. e. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus nihil poterat pati in morte ſecundum rationem. pag. 32. col. 2. d. ro. 6.
Chriſtus apparuit diſcipulis ad mare Tiberiadis. pagin. 461. col. 1. d. e. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus mortuus tribus modis. p. 21. col. 1. e. ro. 6.
Chriſtus mortem ſuam matri prædixit. pag. 390. col. 2. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus transfiguratus in monte. p. 130. col. 2. c. d. ro. 6.
Chriſtus liber intus, et foris ſcriptus. p. 22. col. c. d. c. eod.
Chriſtus cœleſti gloria cantabit canticum dulciſſimum ſingulis ſanctis. p. 641. col. 1. a. b. & ſeq. ro. 6.
Chriſtus pro noſtra infirmitate medicinam accepit in ſe. pag. 784. col. 2. a. b. ro. 7.
Chriſtus quomodo cœnauit, & de modo ſedendi in menſa. pag. 633. col. 2. d. e. f. & ſequ. ro. 6.
Chriſtus totus indiuiſus eſt ſub ſpecie panis, & vini. pag. 47. col. 2. b. ro. 6. & 223. col. 1. b. c. ro. 7.
Chriſtus in ſacramento, cur ſub ſpeciebus panis, & vini lateat. p. 86. col. 2. f. ro. 7. & 31. col. 1. c. & e. a. b. c. ro. eod.
Chriſtus cur corpus ſuum dare voluit velatum. pag. 79. col. 2. d. ro. 7.
Chriſtus veraciter continetur in Euchariſtiæ ſacramento. pag. 47. col. 1. f. ro. 6.
Chriſtus cur non ſtatim poſt reſurrectionem cœlos aſcendit. pag. 796. col. 2. f. & ſequ. ro. 7.

Chriſti paſſionis ſeptem ſuauitates notanda. pag. 794. col. 1. d. to. eod.
Chriſti paſſio quomodo ſeptẽ vitia capitalia tollit. ibid. e.
Chriſti corpus multis de cauſis in Miſſa eleuatur. p. 83. col. e. f & ſequ. to. 7.
Chriſti humanitas laetificat viatores. p. 75. col. 2. a. to. 6.
Chriſti vitæ meditatio quantum proſit. pag. 149. col. 1. & 2. a. b. c. to. 6.
Chriſti paſſionis ad Primam meditatio. p. 404. col. 1. e. d. & ſequen. to. 6.
Chriſti Domini paſſio in generali conſiderata. pag. 401. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. eod.
Chriſti Domini noſtri baptiſmus. pag. 363. col. 1. a. b. c. & ſequ. vſque ad pag. 366. to. 6.
Chriſti diſcipulorum vocatio. pag. 368. col. 2. c. d. e. to. 6.
Chriſti Domini in monte ſermo a paupertate inchoatus. pag. 369. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
Chriſti incarnationem tota Trinitas operata eſt. p. 84. col. 1. f. to. 6.
Chriſti circumciſio quomodo facta fuerit. pag. 316. column. 1. b. c. & ſequ. to. 6.
Chriſti oratio in horto. p. 402. col. 2. a. b. c. & ſequ. to. eod.
Chriſti paſſionis ad horam Sextam meditatio. pag. 405. col. 2. a. b. & ſequ. to. 6.
Chriſti ex ſermone poſt cœnam quinque meditanda præcipue. pag. 401. col. 1. b. c. & ſeq. to. 6.
Chriſti paſſionis effectus multiplex. p. 793. co. 2. d. e. f. to. 7.
Chriſti aſcenſio, & reſurrectio, & de iis quæ ſint in meditatione conſideranda. pag. 112. col. 1. c. d. & ſeq. to. 7.
Chriſti coronatio, & crucifixio, & quæ de illis meditanda. pag. 601. col. 2. 1. to. 7. & ſequ.
Chriſti paſſionis contemplatio. pag. 119. col. 1. d. e. f. & ſequ. to. 4.
Chriſti aſcenſio fuit, tam ad locum, quàm ad dignitatem. pag. 797. col. 2. a. b. to. 7.
Chriſti anima cur ad inferos deſcenderit. pagin. 791. columna. 1. a. b. c. to. 7.
Chriſti anima per triduum mortis in limbo. pagin. 795. col. 1. d. to. 7.
Chriſti vita quo pacto meditanda. pag. 413. col. 1. b. c. & ſequen. to. 6.
Chriſti ſepultura ad horam Completorij meditatio. pagin. 407. col. 2. e. f. & ſequ. to. eod.
Chriſti natiuitas triplex. p. 789. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
de Chriſti oratione in monte, & ambulatione ipſius ſuper aquas. pag. 376. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
Chriſti antiquitas vtilis nobis valde. pag. 790. col. 1. b. c. & ſequ. to. 7.
Chriſti dignitas in baptiſmo per vocem Patris notatur. pag. 790. col. 1. d. e. to. 7.
de Chriſti aſcenſione meditatio. p. 415. co. 2. f. & ſeq. to. 7.
Chriſti opus omne interius, & exterius, quo pacto perfectiſſimum. p. 414. col. 1. e. f. to. 7.
Chriſti ex Ægypto reditus. p. 360. col. 1. e. f. & ſeq. to. 6.
Chriſti hominis ſcientia limpidiſſima eſt inter ſcientias creatas. pag. 792. col. 1. e. f. to. 7.
Chriſti Domini fuga in Ægyptum. pag. 353. col. 2. b. c. d. & ſequ. to. 6.
Chriſti paſſio in memoria habenda. p. 676. col. 2. b. c. d. & ſequ. to. 7.
de Chriſti in horto oratione, & captione quomodo meditandum. pag. 111. col. 1. a. b. c. to. 7.
Chriſti Domini ieiunium, & tentationes. pag. 366. columna. 1. a. b. c. & ſequ. to. 6.
Chriſti corpus ex ſanguine Beatæ Virginis. pagin. 788. col. 1. d. e. to. 7.
Chriſti meritum quantum ad omnem modum perfectiſſimum fuit. p. 790. col. 1. a. b. c. to. 7.
Chriſti Deitas beatificat Angelos, & Sanctos. pag. 71. col. 2. a. to. 6.
Chriſti ante matutinum paſſio, qualis fuerit. pag. 402. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
Chriſti paſſionis ad horam Nonam meditatio. pag. 406. col. 1. d. e. f. to. 6.
ad Chriſti corpus ſuſcipiendum, quales eſſe debeant præparatio. pag. 109. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Chriſti paſſionis ad horam tertiam meditatio. pag. 404. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
de Chriſti lateris apertione meditatio. pa. 406. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
Chriſti vita fundamentum ædificij ſpiritualis. pag. 418. col. 1. c. d. e. f. & ſequ. to. 6.
de Chriſti operibus a duodecimo anno vſque ad trigeſimum. pag. 362. col. 1. d. & ſequ. to. 6.
Chriſti corpus quatuor modis ſumitur. pag. 824. columna. 2. e. f. to. 7.
ex Chriſti verbis aliqui fuerunt ſcandalizati. pa. 379. col. 1. e. f. to. 6.
de Chriſti in nauicula dormitione. p. 371. col. 1. b. c. to. 6.
Chriſti Domini apertio libri in ſynagoga. pag. 368. column. 1. c. d. & ſequ. to. eod.
Chriſti corpus ſumitur velatum accidentibus ob multas rationes. pag. 821. col. 1. d. to. 7.
Chriſti remanſio in Hieruſalem anno duodecimo. p. 360. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
Chriſti reſurrectio cauſa, & figura noſtræ reſurrectionis. pag. 792. col. 1. a. b. c. to. 7.
in Chriſti baptiſmo ipſius humilitas, & noſtra vtilitas notantur. pag. 781. col. 1. b. c. d. to. 7.
de Chriſti corporis depoſitione de cruce ad horã veſpertinam meditatio. p. 407. col. 1. f. & 2. a. b. c. to. 6.
de Chriſti illuſione coram Anna, & Caipha, & Herode, quæ conſideranda in meditatione. p. 111. col. 2. b. c. to. 7.
Chriſti aſcenſio nos ad ſpem gloriæ cœleſtis erigit. pag. 33. col. 2. b. c. to. 6.
in Chriſti aduentu cur eſſe dicatur plenitudo temporis. pag. 29. col. 2. b. to. 6.
de Chriſti paſſione doctrina. p. 31. col. 2. 1. & ſequ. to. 6.
de Chriſti paſſionis fructibus doctrina. pag. 38. col. 1. a. & ſequen. to. 6.
Chriſti paſſio fuit maxima. p. 41. col. 2. a. to. 6.
de Chriſti paſſionis modo. p. 39. col. 1. d. & ſequ. to. eod.
in Chriſti intellectu fuit plenitudo ſapientiæ. pag. 30. col. 1. f. to. 6.
de Chriſti merito doctrina. p. 30. col. 1. a. b. & ſeq. to. 6.
Chriſto quantũ homines debeant. p. 801. co. a. e. b. c. to. 7.
Chriſto crucifixo homo compati debet. p. 208. col. 1. b. c. d. & ſequ. to. 7.
Chriſtum ad patiendum ſeptem mouerunt. pag. 27. col. 1. a. to. 6.
Chriſtum in quibus actibus debeamus imitari. pag. 427. col. a. b. c. & ſequ. to. 7.
Chriſtum in Nazareth, de ſupercilio montis voluerunt precipitare. pag. 373. col. 2. e. f. to. 6.
in Chriſto dum orat in horto quadruplex voluntas, quomodo. pag. 403. col. 1. e. f. to. 6.
in Chriſto fuit triplex cognitio. p. 84. col. 1. e. to. eod.
in Chriſto triplex gratia. ibid. b.
in Chriſto ſeptem modi merendi. p. 31. col. 1. a. b. to. 6.
in Chriſto ab inſtanti ſuæ conceptionis plenitudo omnis gratiæ fuit. pag. 84. col. 2. b. c. to. 6.
in Chriſto quinque modi ſciendi. p. 84. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
in Chriſto tantum eſt vna perſona. p. 785. col. 1. a. to. 7.
a Chriſto filius viduæ ſuſcitatur. p. 371. col. 1. c. d. to. 6.
in Chriſto duplex voluntas creata, & increata. p. 792. col. 2. e. f. to. 7.
a Chriſto puella ſuſcitatur. pag. 372. col. 1. d. e. f. & ſequen. to. 6.
in Chriſto fuit omnis plenitudo ſapientiæ quantum ad omnes ſapientiæ modos. p. 782. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
in Chriſto trinitas eſſentiarum in vnitate perſonæ, quomodo. pag. 783. col. 2. d. e. to. 7.
in Chriſto quomodo fuit triplex vnio. pagin. 788. columna. 1. c. d. to. 7.
in Chriſto cur ſit ratio influendi reſpectu omnium. pagin. 30. col. 1. d. to. 6.
in Chriſto eſt omnis plenitudo meriti. pagin. 81. columna. 1. c. d. to. 6.

in Chri-

in Chriſto voluntas creata duplex. p. 792. col. 2. f. to. 7.
in Chriſto triplex gratia. pag. 29. col. 1. a. to. 6.
in Chriſto à ſui conceptione plenitudo gratiæ, quantum ad triplicem gratiam. p. 791. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
in Chriſto voluntatum naturalium qualis. pag. 84. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
in Chriſto a conceptione fuit omnis gratiæ plenitudo. pag. 29. col. 2. d. to. 6.
de Chriſto in cruce pendente, & emittente ſpiritum. quæ ſint meditanda. pag. 1021. col. 1. b. c. to. 7.
de Chriſto multa ex ſanctis Patribus. pagin. 16. col. 1. & ſequ. to. 6.
a Chriſto Centurionis ſeruus, & Reguli filius liberati. pag. 370. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
a Chriſto curatur habens manum aridam. pag. 372. co-lum. 2. f. & ſequ. to. 6.
a Chriſto paralyticus miſſus per tectum curatur. p. 370. col. 2. d. e. to. 6.
a Chriſto ſocrus Simonis liberatur. pag. 370. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
Chryſolithi proprietas. p. 138. col. 4. d. & ſequ. to. 6.
Chryſoproſi virtus. pag. 139. col. 1. d. e. to. 6.
Circumciſio ſpiritualis duplex. p. 790. col. 2. c. d. to. 7.
Circuminceſſio in diuinis perſonis quid. pag. 213. in argumento. to. 6.
Circumſpectio quid. pag. 90. col. 1. f. & 212. colum. 1. d. & 231. col. 1. a. to. 6.
Circumſtantiæ deſcriptio. pag. 73. col. 1. a. to. 6.
circumſtantiæ quot ſint. pag. ibid.
circumſtantia peccatum quo. p. 608. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
circumſtantiæ preſeruantes participantes cum excommunicatis. pag. 70. col. 2. b. to. 6.
circumſtantiæ quæ dicuntur. p. 29. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
de circumſtantijs quomodo pœnitens interrogandus. pag. 32. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Claritas eſt dos prima corporea. pag. 942. col. 1. d. to. 7.
clarum aliquid dupliciter dicitur. ibid.
Clementia quid. pag 212. col. 1. e. to. 6.
de clementia multa ex ſanctis. p. 219. col. 2. & ſeq to. eod.
Clerici. pag. 361. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
de Clericis multa ex ſanctis. p. 118. col. 1. & ſequ. to. 6.
Cogitatio moroſa quomodo, & quando ſit confitenda. pagin. 693. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
cogitatio, & ſpeculatiua & practica. p. 63. col. 1. e. to. 6.
de cogitatione multa ex ſanctis Patribus. pagin. 133. col. 2. to. 6.
Cognatio triplex. p. 100. col. 2. d. to. 6.
cognatio legalis quid. pag. 101. col. 1. b. c. to. 6.
cognatio legalis triplex. ibid. c.
cognatio ſpiritualis quid. p. 100. col. 2. f. to. 6.
cognatio ſpiritualis quibus modis contrahitur. p. 101. col. 1. a. b. to. eod. & quomodo per catechiſmum. ibid. b.
cognationis ſpiritualis tres differentiæ. ibid. f.
Cognitio triplex eſt. p. 922. col. 1. d. e. f. to. 7.
cognitio diuina, & immutabilis. p. 63. col. 1. a. & ſeq.
cognitiones omnes famulantur Theologiæ. pag. 4. colum. 2. d. to. 6.
ad cognitionem ſuiipſius quomodo veniendum. pa. 678. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Cognoſcere Dei quid ſignificet. p. 621. col. 2. d. e. to. 7.
cognoſcendi ſeipſum modus. p. 696. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 7.
Coitus coniugalis licitus qui ſit. p. 72. col. 1. e. f. to. 6.
coitus coniugalis quando ſit peccatum mortale. ibid. co. 2. a. 6.
coitus coniugalis qui fragilis dicatur. p. 72. col. 1. f. to. 6.
coitus coniugalis impetuoſus quid, & quot modis fiat. ibidem.
Comedere animæ ſpirituale quid. p. 169. col. 1. a. b. c. to. 7.
Cometes quid. pag. 751. col. 2. c. d. e. to. 7.
Comminatio quid. pag. 16. col. 1. e. f. to. 7.
Commiſſum quid. p. 61. col. 2. e. f. & 211. col. 2. f. to. 6.
commiſſum contra naturam, & contra legem. pag. 62. col. 2. f. to. eod.
commiſſum aliquid contra conſuetudinem. ibid.
Commotio totius creaturæ in fine mundi. p. 59. col. 2. e. f. to. 6.
Communicatio idiomatum, & de ea regula. p. 29. co. 2. e. to. 6.
ad Communicandum, vel celebrandum quibus affectibus trahamur. pag. 651. col. 2. e. f. to. 7.
non communicans ſuo tempore multa mala incurrit. pag. 821. col. 2. e. to. 7.
ad Communionem qualiter accedendum. p. 915. col. 1. b. c. to. 7.
circa communionem quibus modis committitur peccatum. pag. 824. col. 1. f. to. 7.
Cõmunitas, & multa de ea ex Sanctis. p. 190. col. 1. & 2. to. 6.
communitas rerum temporalium quadruplex. pag. 434. col. 1. e. f. to. 7.
Compaſſionis gradus varij. p. 24. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
compaſſionis ad proximum exempla ex ſacris litteris. pag. 304. col. 1. c. d. & ſequ. to. eod.
Cõplacentia triplici modo Deo exhibita. p. 911. col. 2. to. 7.
Compunctio, & ſatisfactio in quo differant. pagin. 685. col. 1. c. d. & ſequ. to. 7.
Conceptio Verbi ex Maria cur de Spiritu ſancto dicatur. pag. 28. col. 2. e. to. 6.
Concordia quid. pag. 91. col. 2. f. & 25 a. col. 2. b. to. 6.
concordiæ gradus varij. pag. 24. col. 2. c. d. to. 7.
de concordia multa ex Sanctis. p. 190. col. 1. to. 6.
Conditio corporis humani, & de ea quid tenendum. p. 19. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
conditionis impedimentum quid. p. 99. col. 1. d. to. 6.
Concupiſcentia quid. pag. 71. col. 2. a. to. 6.
concupiſcentia prohibita in nono, & decimo decalogi præcepto. quæ. pag. 816. col. 1. e. to. 7.
concupiſcentia carnis ob triplicem rationem prohibetur. pag. 204. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
concupiſcentia quaſi vulnus inſanabile. pag. 201. colum. 1. e. to. 6.
concupiſcentia ſimilis animali ex hydro. ibid.
concupiſcentia quando, & quomodo in religioſo vincat. pag. 631. col. 1. e. f. to. 7.
Confeſſor qualis eſſe debeat. p. 606. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 7.
confeſſor qualiter in generali interrogare debeat. p. 31. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
confeſſor non reſpiciat vultum pœnitentis. pag. 49. colum. 2. c. d. to. eod.
confeſſor alloqui debet pœnitentem pio, & ſuaui alloquio, & ad confeſſionem, & compunctionem allicere. ibid. f. & ſequen.
confeſſor in iudicio pœnitentiæ, perſonam non accipiat. ibid. col. 2. d. e.
confeſſor non adigat iuramento pœnitentem ad abrenunciandum peccato, niſi in caſibus a iure expreſſis. pa. 32. col. 2. d. e. to. 7.
confeſſor a nouitio religioſo non mutandus. pag. 574. colum. 2. b. c. to. 7.
confeſſor non abhorreat peccata pœnitentium. pag. 49. col. 1. e. to. 7.
confeſſio duplex eſt. p. 694. col. 2. e. f. to. 7.
confeſſio fidei in Chriſtiano qualis requiratur. pag. 46. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
confeſſio debet eſſe pura, & vera. pag. 687. colum. 1. f. & 2. e. f. & ſequ. to. 7.
confeſſio in quatuor caſibus iteranda. p. 27. co. 2. a. b. to. 6.
confeſſio quid ſit. pag. 288. col. 2. a. b. to. 7.
confeſſio mentalis, & vocalis. ibid.
confeſſio ad remiſſionem peccatorum neceſſaria in re, vel in voto. ibid. e
confeſſio quamdiu poſſit differri. ibid. e. f.
confeſſio quando iteranda. p. 909. col. 1. a. b. to. 7.
confeſſio non poteſt fieri per nuntium, nec per epiſtolam. ibid. c.
confeſſio pura, quæ dicatur. p. 574. col. 2. c. d. e. to. 7.
confeſſio ſimulata quid. pag. 66. col. 1. f. to. 6.
confeſſionis conditiones, & effectus. p. 829. col. 1. d. e. f. to. 7.
confeſſionis vtilitates. pag 49. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
confeſſionis ſigillum quomodo ſit de neceſſitate ſacramenti. pag. 829. col. 2. e. f. to. 7.
confeſſionis peccati ex ſacris litteris exempla. pag. 542. col. 1. a. b. c. to. 7.

confeſſionis ſeptem conditiones. pag. 296. col. 1. c. d. e. & 2. a. a. b. c. to. 6.
confeſſionis duplex miniſter quomodo. p. 349. col. 2. a. to. 7.
confeſſionis gradus varij. pag. 23. col. e. f. & ſequ. to. 7.
confeſſionis quinque poenæ. pa. 664. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
in confeſſione publica ordo ſeruandus, & in corantela. pag. 574. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
de confeſſione multa ex ſanctis Patribus. pag. 143. col. 1. & 2. to. 6.
confeſſione in quinque caſibus ad Epiſcopum mittendus. pag. 97. col. 1. b. c. to. 7.
Cõfidẽtia. *& multa de ea ex ſãctis Patrib. p. 179. col. 2. c. 6.*
Confirmatio *quid. pag. 412. col. 2. c. to. 6.*
confirmatio a ſolo Epiſcopo diſpenſatur. p. 93. col. 1. e. to. 6.
confirmationis materia. pag. 61. col. 2. c. to. 6.
confirmationis forma. ibid. b.
confirmationis effectus multiplex. pag. 604. col. c. d. e. f. & ſequ. to. 7.
de confirmationis Sacram. doctrina. p. 46. col. 1. e. f. to. 6.
de confirmationis ſubſtantia ſex ſunt. pag. 620. columna. 1. b. c. to. 7.
in confirmatione quantum gratia confertur. pag. 91. col. 2. d. to. 6.
in confirmatione quid ſacramentum. quid res. ibid.
Congratulationis *gradus varij. pag. 24. col. 1. e. d. e. to. 7.*
Coniuges. *& de his multa ex ſanctis Patribus. pag. 027. col. 1. & ſequ. to. 6.*
coniugij tria bona. pag. 60. col. c. d. e. to. 6.
Conſanguinitas *quid. pag. 100. col. 1. d. to. 6.*
conſanguinitatis. & affinitatis differentia triplex. pagin. 100. col. 1. e. to. 6.
intra conſanguinitatis gradus quatuor. non licet contrahere. pag. 100. col. 1. e. to. 6.
in conſanguinitate triplex linea. p. 100. col. 2. e. to. 6.
Cõſciẽtia *quid. p. 218. co. 2. b. to. 6. & 763. to. e. f. & ſeq. to. 7.*
conſcientia duo dicit. pag. 763. col. 2. b. c. to. 7.
conſcientia quomodo ligat. pag. 63. col. 2. f. to. 6.
conſcientia erronea qua. pag. 64. col. 1. a. to. 6.
conſcientia quandoque reſpicit præteritum, quandoque futurum, quandoque præſens. pag. 763. col. 2. e. f. to. 7.
conſcientia quot modis ſumatur. pag. 63. col. 2. d. e. to. 6.
conſciẽtia, et conſciẽtiæ timor differũt. p. 763. co. 2. d. to. 7.
conſcientia error quis. pag. 48. col. 1. d. e. to. 7.
conſciẽtiæ error octo modis accidit. pa. 764. col. 1. a. b. to. 7.
de conſcientiæ remorſu multa ex ſanctis Patribus. pag. ibid. col. a. to. 6.
conſciẽtiæ qualis diſcuſſio ad ſacram communionem requiratur. & quale propoſitum. pa. 71. col. 1. & ſeq. to. 7.
Conſenſus *quid. pag. 200. col. 2. b. to. 6. & col. a. d. eo. vol.*
conſenſus duplex. & quando peccatum mortale. p. 721. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
conſenſus mutuus in matrimonio exprimendus. pag. 30. col. 2. d. to. 6.
de conſenſu multa ex ſanctis Patribus. p. 134. col. 2. to. 6.
Conſiliũ. *& præceptũ, in quibus differãt. p. 316. col. 1. d. e. to. 7.*
conſilium, prout diſtinguitur contra præceptum. quid ſit. & quotuplex. ibid.
conſiliũ quid ex Damaſceno. & Ariſt. p. 057. co. 1. b. to. 6.
conſilium tripliciter ſumitur. pag. 814. col. e. e. f. to. 7.
conſilium proprium ex voluntate propria oritur. pagin. 418. col. 1. to. 6.
conſilij donum quid. pag. 057. c. d. e. to. 6.
conſilij donũ, ubi cõmuniũ celebret. p. 060. col. 1. c. d. to. 6.
conſilij doni quã ſit neceſſitas. p. 267. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
conſilij doni, quæ ſit dies. pag. 450. col. c. a. to. 6.
conſilij doni ſpiritualis mane quid. p. 030. col. 1. b. to. 6.
conſilij doni, quo ſit veſpera. pag. 459. col. 1. f. to. 6.
conſilij doni doctrina. pag. 62. col. 2. c. to. 6.
conſilij doni, quo ſit meridies. pag. 419. col. c. d. e. to. 6.
per conſilij donũ dies ſpiritualis in anima oritur. ibid.
per conſilij donum animo ſeruitium præparatur. ibid. col. 2. e. f.
in conſilio quatuor neceſſaria. pag. 320. col. 2. b. c. to. 6.
in conſilio quatuor laudabilia. ibid.
Conſilia *Euangelica tria. pag. 40. col. 2. d. to. 6.*
conſilia Euangelica. quæ Chriſtus adiecit præceptis ſunt duodecim. & quæ. pag. 616. col. 2. b. c. & ſequ. to. 7.
conſilia diuina qualiter audienda. pag. 218. col. e. f. & ſequ. to. 6.
conſilia Dei quæ. & qualia. ibid. d. e.
conſilia abijcienda quæ. pag. 421. col. 1. d. e. f. to. 6.
conſiliorum malorum exempla ex ſacra Scriptura. pagin. 490. col. c. f. & ſequ. to. 7.
conſilijs bonis acquieſcendum eſt. pag. 162. col. 2. b. c. d. & ſequen. to. 7.
Conſolatio *caleſtis qualis ſit. pag. 124. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.*
de conſolatione multa ex Sanctis. pag. 196. col. 2. & ſequen. to. 6. & 170. col. 2. to. eod.
de conſolatione diuina. p. 477. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 7.
Conſtantia *quid. pag. 91. col 1. c. & 422. col. c. f. to. 6.*
conſtãtia in quo a perſeuerãtia differat. p. 91. co. 1. e. to. 6.
conſtantiæ gradus varij. pag. 28. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
conſtantiæ, & perſeuerantiæ in propoſito ex ſacris litteris exempla. pag. 119. col. 2. e. f & ſeq. to. 7.
de conſtantia multa ex Sanctis. p. 130. col. 2. & ſeq. to. 6.
Conſenſio *quid. pag. 62. col. a. f. to. 6.*
Conſuetudo *quid propter. pag. 62. col. a. f. to. 6.*
de conſuetudine multa ex Sanctis. pag. 662. col. 1. to. 6.
Contendere *non eſt religioſorum. pag. 181. col. 1. a. b. c. to. 7.*
Contentio *quid. pag. 212. col. 2. b. to. 6. & 36. col. 1. c. d. to. 7.*
de contentione multa ex ſanctis Patribus. pag. 182. columna. 1. & 2. to. 6.
Contemplatio *quid. p. 93. col. 2. e. & 412. col. 2. b. to. 6.*
contemplatio differt a cogitatione, meditatione, ſpeculatione, & intuitiua viſione. p. 162. col. 1. b. c. d. & ſeq. to. 7.
contemplatio. & ſpeculatio, & ſi differant, in Scripturis tamen vnum pro altero ponitur. p. 160. col. c. b. e. to. 7.
contemplatio terminus Æternitatis iter finiceſt meditationis. pag. 160. col. 1. a. b. c. to. 7.
contẽplatio maieſtatis Dei. p. 329. col. 2. d. e. f. & ſeq. to. 6.
contẽplationis tria genera. p. 323. col. c. c. d. & ſeq. to. 6.
contemplationis deſcriptiones. pag. 160. col. 2. e. f. to. 7.
contemplationis vtilitates multæ. pag. 162. col. 1. a. b. c. & ſequen. to. 7.
contemplationis impedimenta quatuor. pag. 392. columna. 1. d. e. f. & ſequ. to. 6.
contemplationis gradus ſex. pag. 136. col. e. a. b. to. 7.
totidem ex Bernardo. pag. 93. col. 2. e. to. 6. totidem ex auctore de Spiritu & anima. pag. 166. col. 1. a. b. & ſequ. & ex Richardo. 064. col. 2. b. c. & ſequen. & ex Origene. 167. col. c. e. f. & ſequ. to. 7.
contemplationis gradus varij. pag. 29. col. 2. d. e. to. 7.
contemplationis gradus ex Auguſtino Septem. pag. 93. col. 2. e. to. 6. & 144. col. 2. & 142. col. c. & a. per totũ to. 7. ex Vercellenſi nonem. pag. 163. col. 1. f. & ſequ.
ad contemplationis quietem tota tendunt. pag. 214. col. e. a. b. c. & ſequ. to. 7.
per contemplationem peruenitur ad veram ſapiẽtiam. pag. 002. col. c. a. b. e. & ſequ. to. 7.
de contemplatione multa ex ſanctis Patribus. pag. 195. col. 2. & ſequ. to. 6.
in contemplatione mens illuſtratur pag. 493. col. 2. b. c. d. & ſequen. to. 7.
in contemplatione anima inebriatur a Creatore ſuo. pag. 425. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
a contemplatione, propter quas cauſas liceat ſubtrahi. pag. 394. col. 1. c. d. & ſequ. to. 6.
in contemplatione quot gradus ſint neceſſarij. pag. 162. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Cõtẽplatiua *vita præfertur actiuæ. p. 192. co 1. e. f. & ſeq. t. 6*
Contemplatiuus *debet gaudere de bonis proximi. pag. 036. col. 2. f. & ſequ. to. 7.*
contemplatiuus non debet reputare alios impures ſibi. pag. 236. col. c. c. d. & ſequ. to. 7.
contemplatiuus non iudicat alios, propter defectus in ipſis apparentes. pag. 257. col. c. b. c. d. & ſequ. to. 7.
contemplatiuo quatuor ſunt neceſſaria. pag. 160. columna. 2. e. f. & ſequ. to. 7.

Con-

Index verborum.

Contemptus mundi. Vide, Mundus.
Continentes Archangelis comparantur. pag. 379. col. 1. f. & sequen. to. 7.
Continentia quid. p. 002. col. 2. d. to. 6. & 810. col. 1. c. to. 7.
continentiae triplex differentia. pag. 60. col. 2. d. to 6.
continentia vidualis ex Apostolo sex operis. pagin. 101. col. 2. e. f. to. 6.
de continentia. & abstinentia ex sanctis Patribus multa. pag. 004. col. 1. & 0. to 6.
de continentia. & humilitate ex eisdē. p. 003. col. 1. to. eod.
de continentia castitas ex eisdē. pag. 113. co. 1. & 2. to. eod.
de continentia gastus ex eisdē. p. 130. col. 1. & seq. to. eod.
de continentia visus, & auditus ex eisdem. pag. 014. col. 1. to. eod.
de continentia. & verecūdia ex eisdē. p. 204. col. 2. to. eod.
Contingentia cognoscit Deus infallibiliter. & quomodo. pag. 11. col. 1. f. & 4. a. to. 6.
Contritio tripliciter accipitur. pag. 831. col. 2. c. to. 7.
contritio cordis quid. pag. 96. col. a. f. to. 6.
contritionis definitio exponitur. pag 803. col. 1. b c. to. 7.
contritionis gradus varij pag. 01. col. 1. d. & sequ. to. eod.
in contritione duplex est dolor. pag. 220. col. 1. d. to. 7.
de contritione multa ex sacris doctoribus. pag. 142. colum. 1. & 2. to. 6.
Contritum non vere dicitur aliquis quatuor modis. pagin. 61. col. 1. a. & sequ. to. 7.
Contumelia quid. pag. 011. col. a. d to. 6 & 26. col. 1. f to. 7.
Cōuiuatio. & de ea multa ex sanctis Patrib. p. 103. to. 0. 1. 0.
Conuitium quid. pag. 16. col. 1. f. to. 7.
Cor in Deo quid. pag. 621. col. 2. b. to. 7.
cor triplici baptismo mundatur. pag. 348. col. 2. e. f. to. 6.
cor tribus modis obduratur. pag. 141. col. e f & seq. to. 7.
cordis sanitas in quibus cōsistat. p. 010. col. 1. c. d. & seq. 1. 7.
Corona quadruplex in scriptura laudatur. pag. 112. colum. 2. a. b. to. 6.
Corona Sanctorum duplex. pag. 126. col. 1. e f. to. 6.
Corporalia in altari. quomodo explicanda. pagin. 379. colum. 0. a. b. & sequen. to. 7.
corporalia munda esse debent. pag. 178. col. 2. e. f to. eod.
Corpus primi hominis quale fuerit. pag. 760. col. 1. b. 1. to. 7.
corpus humanum quale in statu innocentia. pag. 19. colum. 2. e. f. to. 6.
corpus humanū animo proportionabile p. 19. col. 1. f. to. 6.
corpus humanū ex quatuor elemētis. p. 761. col. 1. e. to. 7.
corporis humani partes habent similitudinē totius mundi. ibid.
corpora duo glorificata non possunt esse simul in eodem loco. pag. 841. col. 1. e. d. to. 7.
corpora Sanctorum non erunt equaliter clara. pag 842. col. 0. e. f. to. 7.
Correptio proximi omnibus est in precepto. p. 40. to. 0. e. 1. 7.
correptionis fraterna ex sacris litteris exempla. pa. 103. col. 0. b. 0. & sequen. to. 7.
de correptione multa ex Patribus. p. 000. col. 1. & 0. to. 6.
Coitus quid. pag. 221. col. 2. d. to. 6.
Creationis mundi doctrina. pag. 77. col. 1. 0. to 6.
creationis primi hominis quanta sit dignitas. pag. 211. col. 1. a. b. & sequ. to. 7.
Creatori nostro totaliter quicquid sumus debemus. pagin. 001. col. 2. e. f. to. 7.
Creatura a Deo producta triplex. pag. 77. col. 2. b. to. 6.
creatura triplex est. pag. 749. col. 1. d. e. to. 7.
creaturarum sit triplex. pag. 77. col. 2. 1. d. to. 6.
creatura ad Creatorem tripliciter possunt comparari. pag. 20. col. 2. b. c. to. 6.
Credere Deo, Deum. & in Deum quid. & quomodo differant. pag. 88. col. a. b. to. 6. & 021. col. 2. a to. 7.
ad credendum firmiter due sunt necessaria. pagin. 19. col. 0. 0. to. 6. & 804. col. 2. f. to. 7.
Credulitas & multa de ea ex sāctis Patrib. p. 171. col. 0. 1. 6.
Criminis impedimentum quid. pag. 99. col. 2. f. to. 6.
Crudelitas quid. pag. 212. col. 2. 1. f. to. 7.
de crudelitate multa ex sanctis Patrib. p. 170. col. 6. to. 6.
Crux Christi duplex. pag. 107. col. 0. 0. to. 6.
crux multis rebus comparatur. pag. 794. col. 2. c. d. to. 7.
crucis sacre encomium. pag. 81. col. 1. f. & sequ. to. 7.
crucis trina signatio in Missa. quid mysterij habeat. pagin. 80. col. 1. d. 0. f to. 7.
crucis quatuor brachia quid significent. pag. 794. colum. 2. f. to. 7.
de cruce multa ex sanctis. pag. 108. col. 1. & 2. to. 6.
de cruce spirituali ex Sanctis. pag. 186. col. 2. & seq. to. 6.
in cruce quatuor ligna fuere. & quid significent. pagin. 794. col 2. f. & sequ. col. 1. a. to. 7.
in cruce supplicium. pretium. & mysterium notantur. pag. 794. col. 0. b. c. to. 7.
Culpa primorum parentum. & quid de ea tenendum. pagin. 22. col. 1. to. 6.
culpe grauitas consideratur. pag. 32 colum. 1. f. to. 6.
vide plura. verbo. peccatum.
Cupiditas radix omnium malorum. pag. 777. col. 1. f. to. 7.
Curiositas quid. pag. 66. col. 1. f. to. 6.
curiositatis humanae incōmoda p. 337. to. 2. e. f. et seq. 1. 7.
de curiositate multa ex sanctis Patribus. pag. 166. col. 1. & 2. to. 6.
Cultus duplex exterior. & interior. pa. 249. col. 1. 1. f. to. 6.
cultus disparitas. impedimentum in matrimonio. pagin. 100. col. 1. b. to. 6.

D

DÆmonum proprietates. pag. 716. col. 2. e. f. & seq. to. 7.
de demonibus multa ex sanctis Patribus. pag. 038. col. 1. & sequen. to. 6.
Damnati vsque ad diem iudicij. quomodo videāt gloriam beatorum. pag. 840. col. 2. d. to. 7.
damnatis inest dolor a diuersis causis. p. 313. col. 2. e. f. 1. 6.
in damnatis erit diuersitas pœnarū. p. 040. col 2 b. to. 7.
in damnatis erit fletus spiritualis. & dolor interior. & vermis conscientiae immaterialis. ibid. d. e.
Damnatio. & multa de ea ex sanctis Patribus. pagin. 182. col. 1. & 2. to. 6.
Damascenus quid. pag. 81. col. 2. b. 1. to 7.
Datum. donum. & datio quid differant ex Linconiensi. pag. 338. col. 2. 1. d. to. 6.
Dauid fuit tribus vicibus inunctus. pag. 332. col. 1. b. to. 7.
De propositio quid significet. pag 719. col. 2. f. to. 7.
de propositio multipliciter sumitur. p. 824. col. 1. c. 1. eod.
Decalogi mandata. quomodo breuissime. & clarissime tradantur. pag. 4. col. 2. d. to. 7.
decalogi transgressores sunt decem. pag. 142. col. 1. e. f. & sequen. to. 6.
decalogi praecepta sunt decem pag. 014 col. 2. e. f. to 7.
decalogi mandatorum ratio. pag. 4. col. 1. a. & seq. to. eod.
de decalogo multa. pag. 014. col. 2. b. 1. to. 7.
Defunctis quando prosit. id quod pro se fieri mandauit. pag. 816. col. 1. a. to. 7.
Delectatio in concupiscenti sequitur apprehensionem. pag. 187. col. 2. d. to. 7.
delectatio duplex est. pag. 771. col. 0. b. c. to. 7.
delectatio carnalis morosa peccatum est mortale. ibid. col. c. 1. f.
de delectatione ex sanctis Patrib. p. 122. col. 2 & seq. 1. 6.
Delictum quid. pag. 61. col. 0. e. & 211. col. 1. f. to. 6.
Delinquentium tria genera. & qualis eorum suspectio ad bonum correptionis requiratur. p. 97. col. 1. a. b. & seq. to. 7.
Deordinationis libidinosa pœna. pag. 03. col. 2. c. d. to. 6.
deordinationis perpetua pœna. ibid.
deordinationis multimoda pœna. pag. 83. col. 2. b. 1. to. 6.
Derisionis. & connissorum exempla ex sacris litteris. pagin. 020. col. 1. f. & sequ. to. 7.
de derisione multa ex sanctis Patribus. p. 163. col. 2. to. 6.
Descendere quid in Deo. pag. 689. col. 1. d e. to. 7.
Desiderium. & de eo multa ex sanctis. pag. 193. col. 2. & sequen. to. 6.
Desidia quid. pag. 62. col. 2. e. to. 6.
Desperatio grauissimū peccatū. pag. 410. col. e. f. & seq. to. 7.
desperatio quid. pag. 211. col. 2. e. to. 6.
de desperatione multa pag. 168. col. 2. to. eod.

d 3 Detra-

Index verborum.

Detractio quid ſit . pag. 63. col. 1. a. & 212. col. 2 b. to. 6. & 34. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
detractio ſex modis committitur. pag. 63. col. 1. a. to. 6.
item duobus . pag. 34. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
a detractione valde abhorrebat S. Franciſcus. pag. 300. col. 2. e. f. to. 7.
de detractione multa . pag. 164. col. 1. to. 6.
Detractores . & maledici, & eorum exempla ex ſacris litteris. pag. 520. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. 7.
Deuotio quas habeat conditiones. pag. 567. col. 1. c. d. e. to. 7.
deuotio triplex eſt. pa. 100. col. 1. d. e. & 101. col. 1. a. b. & ſequen. to. 7.
deuotio ſpecialis, in quo conſiſtat . pag. 101. col. 1. f. & ſequen. to. eod.
deuotio quos effectus habeat. p. 60. co. 1. e. f & ſequ. to. 7.
deuotio docti, & indocti inter ſe conferuntur. pag. 447. col. 1. b. & ſequ. to. eod.
deuotionis gratiam cur Deus quandoque ſubtrahat a bonis. pag. 630. col. 1. c. d. e. to 7.
deuotionum ſeptem genera . pag. 647. col. 1. & 2. to. 7.
deuotionum contemplationis ſpecies. pa. 646. col. 1. d. e. f. & ſequen. to. eod.
Deus eſt Sphaera intelligibilis, cuius centrum eſt vbique, & circumferentia nuſquam . pag. 142. col. 2. f. to. 7.
Deus eſt ineffabilis . pag. 740. col. 2. c. & ſeq. to. 7.
Deus eſt immutabilis . pag. 740. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
Deus reſpectu quorum actuum, & quomodo omnipotens. pag. 220. col. 2. e. f. to. 6.
Deus incomprehenſibilis eſt. pag. 736. col. 1. e. f. & ſequen. to. 7.
Deus eſt immenſus . pag. 737. col. 2. e. f. to. eod.
Deus maxime ſimplex eſt. pag. 741. col. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
Deus vnus eſt. pag. 732. col. 1. d. & ſequ. to. eod.
Deus eſt in omnibus rebus tripliciter . pag. 70. col. 1. b. to. 6. & 739. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Deus quando dicatur fieri nobis praeſens . pagin. 76. columm. 1. c. d. to. 6.
Deus intra omnia . & extra omnia dici poteſt. pag. 739. col. 1. a. b. & ſequ. to. 7.
Deus in quibus habitet . pag. 76. col. 1. b. to. 6.
Deus in quibus apparere dicatur . pag. 76. col. 1. e. to. 6.
Deus quomodo dicatur mittere . & mitti . ibid. d.
Deus quomodo condeſcendat . & nos per gratiam eleuemus. pag. 84. col. 1. d. e. to. 6.
Deus quomodo oſtendere, & abſcondere dicatur faciem. pag. 633. col. 1. b. c. to. 7.
Deus in quibus ſedere dicatur . pag. 78. col. 1. b. to. 6.
Deus omnia ſimul recreauit. pag. 749. col. 1. a. b. to. 7.
Deus cauſa efficiens, exemplaris, & finalis mundi . pagin. 210. col. 2. c. to. 6.
Deus propter quid fecit animam rationalem. pag. 3. columm. 2. e. to. 6.
Deus interdum tentat homines, ſeu probat . pagi. 421. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Deus plus attendit ad operantem . quàm ad opus, & quomodo . ibid col. 1. a. b. & ſequ.
Deus aliter videtur in viatoribus, aliter in beatis . pag. 736. col. 2. f. to. 7.
Deus ſolus potuit genus humanum redimere . & homo debuit, & quomodo . pag. 09. col. 1. b. to. 6.
Deus ſcit omnia praeſentialiter . ſimul . perfecte . & immutabiliter . pag. 744. col. 1. d. e. to. 7.
Deus quomodo cognoſcat mala . ibid. col. 2. f. & ſequ.
Deus quantum, & quomodo diligendus. pa. 121. col. 1. d. & ſequ. & 678. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
Deus ſuper omnia diligendus . pag. 603. col. 1. b. c. to. 7.
Deus propter ſe . & ſumme diligendus . pag. 811. columm. 1. e. f. & ſequ. vſque ad pag. 811.
Dei nomen ſcriptum S. Franciſcus ſumma in honore haberi voluit . pag. 312. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
Dei nomen tripliciter accipitur. pag. 733. col. 1. a. to. 7.
Dei excellentia quanta ſit. pag. 741. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
Dei ſapientia quomodo ſcientia, ſiue cognitio . pag. 76. col. 1. b. c. to. 6.
Dei voluntas recta, & efficax . ibid. col. 2. e.
Dei ſapientia quomodo dicatur viſio, diſpoſitio, praedeſtinatio, & reprobatio . pag. 76. col. 2. e. to. 6.
Dei cognitio accidentalis tribus modis habetur. pa. 842. col. 2. e. to. 7.
Dei duplex habetur cognitio . ibid. d. e.
Dei nomen tribus modis aſſumitur in vanum . pag. 7. col. 2. d. e. f & ſequen. & tribus modis non aſſumitur in vanum . ibid. c. d. e.
Dei voluntas quae ſit . pag. 219. col. 1. c. d. to. 6.
Dei omnipotentia quae actus non conueniant . pagin. 12. col. 2. c. d. to. 6. & 744. col. 1. a. b. c. to. 7.
Dei notitia triplex . pag. 76. col. 2. c. d. to. 6.
Dei dilectionis ex ſacris litteris exempla . pag. 504. columm. 2. d. e. f. & ſequ. to. 7.
Dei veritatem ſpeculamur per eius primarium nomen quod eſt eſſe . pag. 141. col. 2. f. & 142. a & ſeq. to. 7.
Deo qui actus non tribuantur . pag. 76. col. 1. f. to. 6.
Deo gratias ſalutandi modus a B. Maria Virgine initium duxit . pag. 312. col. 2. f. to. 6.
Deo gratia agendo pro beneficijs acceptis . pag. 316. columm. 1. a. b. & ſequ. to. 7.
Deum eſſe ſeu probant . pag. 732. col. 1. c. d. & ſeq. to. 7.
Deum habitare, apparere, deſcendere, mitti, & ſedere in beatis, quid . pag. 210. col. 1. d. to. 6.
Deum ſpeculamur per ſuam imaginem, triplicem. ſcilicet animae potentiam. pa. 139. col. 1. & 2. c. & ſeq. to. 7.
Deum ſpeculamur per ſuam imaginem donis gratuitis reformatam . pag. 140. col. 2. c. d. & ſequ. to. eod.
in Deo tres perſonae, et vna natura. p. 71. col. 2. a. b. to. 6.
de Deo multa ex ſanctis Patribus. p. 103. col. 1. & 2. to. 6.
Dextera, & ſiniſtra, quid ſignificent. p. 682. col. 1. c. d. to. 7.
per dexteram Dei Patris duo intelliguntur . pag. 797. col. 1. b. c. to. 7.
Diabolus quomodo praedicat futura ex Auguſtino. pag. 79. col. 1. b. to. 6.
diabolus cur in tentatione primi parentis ſpeciem ſerpentinam aſſumpſit . pag. 21. col. 2. c. to. 6.
diabolus ſuperatus an tentet ipſum victorem. pag. 723. col. 1. e. f. to. 7.
diabolus in effectu ſuae malitiae multis modis impeditur. ibid. d. e.
diabolus dupliciter hominis loquitur . pagin. 718. columm. 2. f. to. 7.
diabolus decipit homines quatuor modis. pag. 717. columm. 1. c. d. to. 7.
diabolus multipliciter nocet homini . ibid. b. c.
diabolus crudelis hoſtis animae. pag. 127. col. 2. d. e. f to. 7.
diaboli miracula, quomodo a veris Dei miraculis diſcernantur . pag. 70. col. 2. e. d. to. 6.
diaboli peccatum quare fuerit irremiſſibile . pag. 716. col. 2. e. d. to. 7.
diaboli miniſterium cur interdictum hominibus. pa. 79. col. 1. b. c. to. 6.
diaboli aſtutia in tentatione primorum parentum expenditur . pag. 21. col. 2. a. & ſequ. to. 6.
diaboli caſus duplex. pag. 710. col. 1. d. e. to. 7.
Diaconus cuiuſque poteſtas, & officium. pag. 98. col. 1. c. to. 6.
diaconus offerens thuribulum quid ſignificet. pag. 897. col. 2. f. to. 6.
Difficultas triplex in opera. pag. 424. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
Digitus in Deo quid . pag. 682. col. 1. e. f. to. 7.
Dignitas & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 299. columm. 1. & 2. to. 6.
Dijudicatio quid . pag. 137. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
de dijudicatione multa ex ſanctis Patribus . pag. 167. col. 1. & 2. to. 6.
Dilatio & multa de ea ex varijs auctorib. p. 169. col. 1. to. 6.
Dilectio quid . pag. 212. col. 2. e. to. 6. & 171. col. 1. f. to. 7.
dilectio duplex. pag. 626. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
dilectio Dei quot habeat poenas . pag. 687. columm. 1. b. & 2. a. b. to. eod.
dilectio proximi multiplex . pag. 625. col. 1. e f. & ſequen. to. 7.

dilectio

dilectio proximi quot habeat pennas. pag. 686. col. 2. e. f. & ſequen. to. 7.
dilectionis proximi gradus. pag. 626. col. 2. d. e. f. & ſequen. to. 7.
dilectionis quæ ſint ſigna. pag. 807. col. 2. e. f. to. 7.
dilectionis affectus. pag. 241. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
dilectionis proximi ex ſacris litteris exempla. pag. 100. col. 1. d. e. f. & ſequ. to. 7.
in dilectione ordo ſeruandus. pag. 38. col. 2. e. to. 6.
Diligenda ex charitate quatuor, & de his doctrina. pagin. 92. col. 2. b. c. d. & ſequ. to. 6.
diligenda ſunt tria. pag. 803. col. 1. e. to. 7.
diligimus aliquos alios magis multiplicitèr. ibid. f. & ſeq.
diligendi ſunt omnes homines mutuo. ibid. col. 2. b. c.
diligere melius eſt, quàm diligi. ibid. c. d.
Diligentia, & eius vtilitates. pag. 167. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Diſciplina quid, & qualis eſſe debeat. pag. 212. col. 1. b. to. 6. & 174. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
diſciplina quid ſecundum diuerſos. pag. 91. col. 2. f. & ſequen. to. 6.
diſciplina monacho quàm vtilis. p. 117. col. 2. c. d. e. to. 7.
de diſciplina multa ex ſanctis. pag. 138. col. 1. & 2. to. 6.
Diſcordia quid. pag. 62. col. 2. e. to. 6.
diſcordia & eius ex ſacris litteris exempla. pag. 107. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
de diſcordia multa ex ſanctis. pag. 121. col. 2. & ſequen. to. 6.
Diſcretionis gradus varij. pag. 28. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
Diſcuſſio, & multa de ea. pag. 125. col. 2. & ſeq. to. 6.
Diſtinctio ſex dierum, & de ea doctrina. pag. 72. col. 2. f. & ſequen. to. 6.
Diuinatio quid, & quotuplex. pagin. 71. col. 1. a. & 212. col. 1. a. to. 8.
diuinatio omnis quare damnabilis. pag. 70. col. 1. f. to. 6.
diuinationis modi varij a diabolo inuenti. ibid. d. e.
diuinationis quinque ſpecies. ibid. a. b.
In Diuinis dicendi, & quærendi modi quinque. pagin. 220. col. 1. 2. d. & 61. col. 1. e. to. 6.
in Diuinis quomodo duo tantum ſunt prædicamenta. pag. 737. col. 1. f. to. 7.
in Diuinis duo modi prædicandi. pa. 742. col. 1. d. e. to. 7.
in Diuinis tres modi differendi. pag. 10. col. 1. f. to. 6.
in Diuinis notiones quinque. pag. 72. col. 2. d. to. 6.
Diuitiæ quæ ob cauſas contemnendæ. pag. 632. col. 1. f. & ſequen. to. 7.
diuitiarum duplex contemptus. pa. 632. col. 1. d. e. to. 7.
diuitiarum contemptus triplex gradus. pa. 632. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
de diuitibus multa ex Patribus. pa. 129. col. 1. & 2. to. 6.
Docilitas quid. pag. 90. col. 1. f. 112. col. 1. d. to. 6. 115. col. 1. e. to. 6.
Doctor verus quis ex Auguſtino. pag. 9. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
doctorem bonum ſeptem præcedere debent. pagin. 181. col. 2. e. & ſequen.
doctores ſacra ſcriptura ob multas rationes cæli nomine ſignificantur. pag. 297. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
Doctrina, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pagin. 176. col. 1. & 2. & 190. col. 1. to. 6.
Dolor duplex eſt ſenſualis, & rationalis. pagin. 206. columnæ. 2. d. e. to. 7.
dolor animæ qualis debeat eſſe. pag. 69. col. 1. e. f. to. 7.
doloris gradus varij. pag. 26. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
dolores Beatæ Mariæ in paraſceue compaſſio. pag. 509. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
de dolore multa ex ſanctis Patribus pag. 179. column. 2. & 209. col. 1. e. to. 6.
Domina vide Maria Virgo.
Dominationis nomen quid ſignificet. pag. 371. col. 1. e. & ſequen. to. 7.
Dominus qui eſt cum B. Maria Virgine qualis. pag. 461. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
de hoc vide plura. Verbo Deus, & Verbo Chriſtus.
Dominica dies dignitas. pag. 252. col. 2. b. c. to. 7.
Dominica dies obſeruatio quomodo moralis, & quomodo ceremonialis. pag. 17. col. 1. c. d. & ſequ. to. eod.
Dominica dies abſolutio eſt de iure diuino. ibid.
Dominica orationis diluuida explicatio. pagin. 638. columnæ 1. a. b. & ſequ. to. 1.
Dominica orationis anagogica explicatio. pag. 704. columnæ 2. f. & ſequ. to. eod.
Dona Spiritus ſancti, cur ſint ſeptem. p. 821. col. 1. a. b. c. to. 7.
dona Spiritus ſancti, cur appellentur radij eius. pagin. 238. col. 1. e. to. 6.
donorum generalis differentia. pag. 87. col. 2. b. c. to. 6.
de donis multa ex ſanctis Doctoribus. pagin. 138. col. 1. & 2. to. 6.
Dormire quid in Deo. pag. 220. col. 2. a. b. to. 7.
Dos prima animæ, eſt cognitio. pag. 841. col. 2. d. e. f. to. 7.
dos in patria quid ſit. ibid. col. 1. d. e.
dos animæ comprehenſio dicta quid ſit. pagin. 842. columnæ 1. e. to. 7.
dotes corporis quatuor ſunt, & cur tot ſint. pag. 842. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7. & 182. col. 1. & 16. col. 1. e. to. 6.
dotes tres animæ glorioſæ. pag. 102. col. 2. e. d. to. 6.
dotes quodam ex parte animæ, quodam ex parte corporis. pag. 841. col. 1. e. f. to. 7.
dotes animæ ſunt de præmio ſubſtantiali, dotes corporis, de accidentali. ibid. f.
Ductum eſt peccatum mortale, & plura de eo. pag. 36. columnæ. 2. b. to. 7.
Dulia quid. pag. 212. col. 1. f. to. 6. & 814. col. 1. e. to. 7.
dulia quibus modis ſumatur, & quid ſit. pag. 92. columnæ. 2. d. to. 6.
Duodenarius numerus quid ſignificet. p. 337. col. 2. e. to. 6.

E

EBrietas quando peccatum mortale. p. 40. col. 2. d. e. f. to. 7.
ebrietas mentis duplex. pag. 286. col. 1. f. & ſeq. to. eod.
de ebrietate ſobria ſpirituali multa. pag. 271. col. 2. d. e. f. & ſequen. to. 6.
Ebrij an aliquid perpetrant, an nouam culpam committant. pag. 89. col. 2. b. c. to. eod.
Eccleſia ſancti Petri Romæ vtitur alia tranſlatione Pſalmorum, quam ea, quæ eſt communis. pag. 138. col. 1. c. d. to. 7.
Eccleſia poteſtas ad moderanda iura matrimonij. pagin. 31. col. 2. a. b. to. 6.
Eclipſis quomodo fiat. pag. 730. col. 1. f. to. 7.
Ecſtaſis in contemplatione quid. pag. 404. col. 2. b. c. to. 7.
Electionum ex ſacris litteris exempla. pag. 143. col. 2. b. c. d. & ſequen. to. 7.
Electio voluntatis operatio attenditur in conſilio, iudicio, & deſiderio. pag. 139. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Eleemoſyna, & vt opus iuſtitiæ, & miſericordiæ. pag. 830. col. 1. e. to. 7.
eleemoſyna triplicem habet motum ſtimulantem. pagin. 900. col. 2. c. d. e. to. 6.
eleemoſyna habet triplicem modum regulantem. pagin. 900. col. 2. f. to. 6.
eleemoſyna ſimilia. pag. 298. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
de eleemoſyna accepta, multa ex ſanctis Patribus. pagin. 119. col. 1. & 2. & ſeq. item de inacceptа. pag. 160. col. 1. & 2. to. 6.
Elias, & Enoch venient ad prædicandum. pag. 937. columnæ. 2. b. & ſequen. to. 7.
Elementa, & elementata in iudicio, quomodo innouabuntur. pag. 840. col. 1. b. c. to. 7.
elementa in fine mundi, quomodo dicantur interire. pag. 14. col. 1. e. to. 8.
in elementis contrarietas duplex. pag. 13. col. 2. e. to. 6.
elementaris natura quadruplex. pag. 78. col. 1. b. c. to. 6.
Ens multis modis conſideratur. pag. 139. col. 2. a. b. c. to. 7.
Emanationes in diuinis duæ. pag. 10. column. 2. a. & 78. col. 2. e. to. 6. 934. col. 2. e. to. 7.
Ephialtes quid. pag. 91. col. 2. e. to. 6.
Epiphania quid. pag. 80. col. 1. a. to. 6.
in Epiphania, quæ conſiderari debeant. pag. 336. columnæ. 2. c. d. e. & ſequen. to. 6.

Epiſto-

Epiſcopatus non eſt ordo. pag. 98. col. 2. e. to. 6.
Epiſcopi quomodo dominationibus conformentur. pag. 274. col. 1. a. b. & ſequen. to. 7.
Epiſcopi in concedendo indulgentias habent poteſtatem limitatam. pag. 836. col. 2. a. to. 7.
Epiſcopi ad populum ſalutatio quid ſignificet. pag. 79. col. 2. b. c. to. 7.
Epiſcopis quæ reſeruentur. pag. 1n. col. 1. c. to. 6.
de epiſcopis multa ex ſanctis Patribus. pag. 107. col. 1. & 2. to. 6.
Epiſtola quid ſignificet. & unde ſumatur. p. 79. col. 2. d. t. 7.
Error quid. pag. 30. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
error quotuplex. & quis ſit peccatū. p. 68. col. 1. c. d. to. 6.
erroris impedimentum quid. pag. 98. col. 2. e. to. 6.
Eſſe eſt primum quod occurrit intellectui. & quomodo intelligi debeat. pag. 144. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Eſſentia diuina quando eſſentia, quando ſubſtantia dicatur. pag. 210. col. 1. c. to. 6.
eſſentiæ diuinæ quatuordecim proprietates. pag. 209. col. 1. c. d. & ſequ. to. 6.
inter eſſentiam. & perſonam quænam ſit differentia. pag. 737. col. 1. a. b. c. to. 7.
Eſuries iuſtitiæ quid. pag. 318. col. 2. b. c. to. 7.
Euangelium quid ſignificet. & de modo. & loco ipſum dicendi. pag. 80. col. 1. b. c. d. & ſequ. to. 7.
Euangelia. quatuor qualitatibus contexũtur. pag. 85. col. 2. f. to. 6.
Euangelica. & Moſaica legis differẽtia. p. 86. col. 1. a. t. 6.
in Euangelica lege quatuor cõditiones nobiliſſimæ ibid.
Euchariſtia quid. pag. 410. col. 2. e. to. 6.
Euchariſtia eſt ſacrificium. & ſacramentum. & viaticum. pag. 47. col. 1. c. to. 6.
Euchariſtia cur ſub panis. & vini ſpeciebus inſtituta. ibid. col. 2. a.
Euchariſtia an raro. an ſæpe ſit ſumenda. pag. 611. columm. 1. a. b. c. & ſequ. to. 7.
Euchariſtiæ nomen quid ſignificet. pag. 74. col. 1. c. to. 7.
Euchariſtiæ forma. pag. 91. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
Euchariſtiæ ſacramentum ob quas cauſas recipiendum. pag. 78. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. 7.
Euchariſtiæ varia figura. pag. 243. col. 1. e. f. to. 7.
Euchariſtiæ materia alia neceſſaria. alia debita. pagin. 122. col. 2. f. to. 7.
Euchariſtiæ ſacramentum recipiendi neceſſitas. pag. 73. col. 1. f & ſequ. to. eod.
Euchariſtiæ ſuſceptionis effectus multi. pa. 324. col. 1. e. f. & ſequen. to. 7.
Euchariſtiæ efficacia. ſeu operatio pag. 96. col. 2. a. b. to. 6.
Euchariſtiæ integritati quatuor neceſſaria. pag. 91. col. 2. e. to. eod. & 320. col. 2. b. to. 7.
Euchariſtiæ materia. ibid.
Euchariſtiæ dignitas. & excellentia in quibus. pag. 828. col. 2. a. b. c. to. 7.
de Euchariſtia integritate doctrina. pag. 96. col. 2 f. to. 6.
Euchariſtiã manducandi modi duo. p. 96. col. 2. e. f. to. 6.
ad Euchariſtiam ſuſcipiendam tria requirũtur. pagin. 119. col. 2. a. b. & ſequ. to. 7.
ad Euchariſtiam ſuſcipiendam qualiter. & per quæ homo accendatur. pag. 70. col. 2. f. & ſequ. to. eod.
ad Euchariſtiam qua fide accedendum. pag. 71. col. 1. b. & ſequen. to. eod.
ad Euchariſtiam quanta charitas. & feruor requirantur. pag. 72. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
ad Euchariſtiam qualis munditia corporis requiratur. ibid. d. & ſequen.
in Euchariſtia quid ſacramentum. quid res. quid res. & ſacramentũ. pag. 96. col. 1. e. to. 6. & 243. col. 1. b. to. 7.
de Euchariſtia multa ex ſanctis doctoribus. pag. 128. col. 1. to. 6.
in Euchariſtia multa mirabilia. pag. 203. col. 2. c. & ſequen. to. 7.
in Euchariſtia quoddam eſt ſecundum naturam. & quoddam ſupra naturam. ibid. f.
Exaltationis quatuor ſpecies. pag. 66. col. 1. d. to. 6.
Exceſſus mentalis. & myſticus. & quomodo in eo requies datur intellectui affectu totaliter in Deum tranſeunte. pag. 144. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Excommunicati pœna multiplex. pag. 70. col. 2. a. to. 6.
excommunicatio iniuſta. in quibus caſibus non ligat. pag. 870. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
excommunicatio quid. & quotuplex. pag. 70. col. 1. f. to. 6.
ab excõmmunicatione in percuſſione clerici caſus excepti. pag. 70. col. 2. e. & ſequ. to. 6.
Excuſatio. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 162. col. 2. & ſequ. & 125. col. 1. & 2. to. 6.
Executio finalis ſententiæ. & tria in ea annotanda. pagin. 334. col. 2. b. c. to. 6.
Exemplar, liber vitæ. ſpeculum in quo differant in Deo. pag. 742. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Exemplum. et multa de eo ex ſanctis. p. 206. col. 1. & 2. to. 6.
Exercitatio mẽtalis. & quadruplex eius obiectum. ipſiusq. comparatio. pag. 114. col. 1. a. b. to. 7.
Exercitia ſeptem quibus bonum promouetur. & malum cauetur. pag. 619. col. 2. f. & ſequen.
de exercitio multa ex ſanctis. pag. 184. col. 1. & 2. to. 6.
Exorciſmus cur inſtitutus. pag. 124. col. 2. a. to. 7.
Experientia quid ſit. pag. 186. col 1. b. c. to. 7.
experimentalis notitia quarum potentiarum ſit. ibid. col. 2. f. & ſequen.
Extra prepoſitio. cum dicitur, Deus eſt extra omnia. quid denotet. pag. 780. col. 1. b. c. to. 7.
Extrema unctio quibus. & quando danda. pagin. 97. columm. 2. b. c. to. 6.
Extrema unctio non niſi adultis conferenda. pag. 49. col. 1. e. to. 6.
Extrema unctio fit in oleo ſimplici conſecrato. & oratione deprecatiua conficiatur. ibid. c.
Extremæ unctionis materia. pag. 97. col. 2. a. to. 6.
Extremæ unctionis. & confirmationis ſepteformis differentia. pag. 97. col 1. e. to. 6.
Extremæ unctionis efficacia. pag. 49. columm. 1. b. to. 6. & 97. col. 2. c. d. to. eod.
Extremæ unctionis forma. pag. 97. col. 2. a. to. 6.
Extremæ unctionis diſpenſator quis. pa. 97. col. 2. a. to. 6.
de Extremæ unctionis ſacramento doctrina. pagin. 48. col. 1. d. & ſequ. to. 6.
in Extrema unctione quid res. quid ſacramentum. quid res. & ſacramentum. pag. 97. col. 2. f. to. 6.

F

Facies in Deo quid. pa. 681. col. 2. d. & 682. col. 1. a. to. 7.
Fallacia quid. pag. 271. col. 2. f. to. 6.
Fama. & de ea multa ex ſanctis Patribus. pag. 206. col. 2. & ſequen. to. 6.
Familiaritas. & de ea multa ex ſanctis Patribus. pag. 173. col. 1. & 2. to. 6.
Fauor mali quot modis fiat. pag. 48. col. 2. d. e. to. 7.
Fellea paſſio quid. pag. 216. col. 2. d. to. 6.
Feminarum familiaritatis pericula. pag. 694. col. 2. a. b. & ſequen. to. 7.
Vide Verbo. Mulier.
Feneratores. & multa de illis ex Sanctis. pag. 186. col. 1. & 2. to. 6.
Feruor & de eo multa ex Sanctis. pa. 194. col. 1. & 2. to. eod.
Ficus quid in Scriptura ſignificet. pa. 191. col. 1. d. e. f. to. 7.
Fidelitas ſeruari debet ex ſacris litteris. pag. 498. col. 1. b. & ſequen. to. 7.
Fidelium triplex ſtatus. pag. 820. col. 2. a. to. eod.
Fiducia quid. pag. 91. col. 2. d. 212. columm. 1. f. & 256. col. 1. d. to. 6.
Fides quid. pag. 202. col. 1. c. 813. col. 1. e. to. 6. & 804. col. 1. d. e. to. 7.
fides multis modis dicitur. pag. 804. col. 1. f. to. 7.
fides tribus magnifica oſtenditur. pag. 814. col. 1. b. to. 6.
fides eſt ſicut inſtrumentum ad ſcandendum. pag. 888. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
fides & ſpes quo pacto differant. pag. 891. col. 2. e. to. 7.

fides tribus commendabilis redditur. pag. 318. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
fides uno in præteritis, præſentibus, & futuris. pa. 804. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
fides inter ſcientiam, & opinionem media. pagin. 804. col. 2. a. b. to. 6.
fides dictat altiſſime, & piiſſime ſentiendum de Deo. pag. 20. col. 1. b. to. 6.
fides innititur auctoritati magis, quàm rationi. p. 804. col. 2. c. d. to. 6.
fides Christi infuſa totius Scripturæ lucerna, ianua, & fundamentum. pag. 1. col. 1. e. to. 6.
fides per Iaſpidem, Sapphirum, & Chalcedonium, quomodo ſignificetur. p. 337. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
fides variæ definitiones. pag. 88. col. 1. c. d. to. 6.
fides decem ſignificata. ibid. f.
fidei effectus, qui ſint. pag. 801. col. 2. b. to. 7.
fides multæ comparationes. pag. 813. colum. 1. d. e. f. & ſequen. to. 6.
fidei quatuor ſimilitudines. pag. 133. col. 2. b. c. & ſequen. to. eod.
fidei, & ſpei differentia. pag 89. col. 2. d. to. 6.
fidei articuli, quomodo dicantur duodecim, & quomodo quatuordecim. pag. 801. col. 1. c. to. 7.
fidei articuli, qui ſpectant ad diuinitatem ſeptem. pagin. 801. col 1. e. f. to. 7.
fidei articuli, qui ſpectant ad humanitatem Christi. ſeptem. ibid. col. 2. a. b.
fidei catholicæ profeſſio continet duodecim articulos fidei, qui ſunt in Symbolo. p. 814. col. 1. e. f. to. 6.
in fidei doctrina quæ ſint ad modum ſuppoſitionum, quæ ad modum concluſionum. p. 804. col. 2. f & ſequ. to. 7.
ſuper fidei fundamentum multa poſſunt ædificari. p. 805. col. 1. c d. to. 7.
ad fidei perfectionem ſeptem pertinent. pag. 804. colum. 2. b. c. to. 7.
fidem magnam debet homo habere ad Deum, ex ſacris litteris. pag. 497. col. 1. & 2. & ſequ. to. 7.
de fide multa ex ſanctis Patrib. p. 144. col. 2. & ſeq. to. 7.
Filius Dei multipliciter dicitur p. 733. co. 2. d. & ſeq. to. eod.
Filius Dei triplicem excellentiam habet. pagin. 734. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
Filius eſt imago Patris. p. 734. col. 2. a. b. c. to. 7.
Filius Dei eſt ars Patris, ex Auguſtino. p. 4. col. 1. c. to. 6.
filij nomina, & ipſorum rationes. p. 210. col. 1. a b. to. 6.
filij Dei condeſcenſiones decem, ut nos liberaret a peccatis. pag. 14. col. 2. c. d. & ſequ. to. 7.
filio quæ appropriantur. pag. 76. col. 2. a. to. 6.
filium incarnari conuenientius fuit. p. 28. col. 1. d. to. 6.
filij a parentibus erudiendi. pag. 11 a. col. 1. d. e. f. & ſequen. to. 7.
Finis tripliciter dicitur. pag. 738. col. 1. d. e. to. 7.
Firmamenti nomine Chriſtus ſignificatur. pag. 089. col. 1. d. & ſequen. to. 7.
in firmamento continentur ſeptem orbes. pag. 87. colum. 1. b. to. 6.
Fletus triplex eſt. pag. 326. col. 2. b. c. d. to. 6.
fletus impedimenta ſunt ſex. ibid. e. f. & ſequ.
fletus emolumenta ſex. ibid. col. 2. c. d. & ſequ.
fletum ſex incitant, ibid. col. 1. d. e.
Formica prudentia in decem conſiſtit. p. 318. col. 2. f. to. 6.
Fornicatio quid. pag. 68. col. 2. e. & 72. col. 1.
fornicatio ſeptem modis committitur. p. 12. col. 1. to. 7.
fornicationis ſpecies ſex. pag. 43. col. 2. 1. d. to. 7.
Fortitudo quid. pag. 010. col. 1. e. & 316. col. 2. d. to. 6. & 193. col. a. f. & ſequ. to. 7.
fortitudo duplex eſt. pag. 254. col. 2. d. e. to. 6.
fortitudo in quinque conſiſtit. p. 810. col. 1. d. e. to. 7.
fortitudo quorumdam ad malum faciendum Scriptura exemplis oſtenditur. p. 133. col. 1. e. f. & ſeq. to. eod.
fortitudo, quaſi donum Spiritus ſancti. pag. 254. colum. e. f. & ſequ. to. 6.
fortitudo purgatoria ex Macrobio quid. pag. 455. colum. 2. f. to. 6.
fortitudo purgati animi. pag. 256. col. 1. a. to. 6.
fortitudo tam politica, quàm purgatoria, purgati animi, & exemplaris. pag 810. col. 2. a. b. to. 7.
fortitudinis partes ex Tullio quatuor. ibid. b. c.
fortitudinis effectus multiplex. ibid. col. 1. 1. d.
fortitudinis ſimilitudines. p. 310. col. 1. e. f. & ſeq. to. 6.
fortitudinis gradus varij. pag. 02. col 2 c. d. to. 7.
fortitudinis exempla ex ſacra Scriptura. pag. 105. colum. 2. d. e. f. & ſequ. to. 7.
fortitudinis variæ definitiones. pag. 91. col. 2. a. b. to. 6.
fortitudinis, prout eſt virtus humana, quatuor partes. pag. 254. col. 1. 1. d. to. 6.
fortitudinis partes iuxta diuerſos. pag. 88. col. 1 b. to. 6.
fortitudinis donum quid. pag. 92. col. a. d. to. 6.
fortitudinis donum facit meridiem diei ſpiritualis. pag. 215. col. 2. f. to. 6.
fortitudinis donum facit horam veſpertinam diei ſpiritualis. ibid.
item mane diei ſpiritualis. ibid. e.
fortitudinis donum menti conuiuium ſpirituale præparat. pag. 056. col. 1. b. c. d. to. 6.
per fortitudinis donum, quomodo Patri, & Filio, Spiritui ſancto, memoria, intellectus, & voluntatis noſtræ porta aperiatur. pag. 215. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
per fortitudinis donum dies ſpiritualis in anima oritur. ibid. d. & ſequ.
ad fortitudinem, quæ iuuent. pag. 810. col. 2. e. f. & ſequen. to. 7.
de fortitudine, & eius gradibus multa. pagin. 235. col. a. b. c. d. to. 6.
de fortitudine multa ex ſanctis Patribus. pag. 150. colum. e. to. 6.
Franciſcus ſanctus prius Ioannes vocatus. pag. 334. colum. 1. f. to. 7.
Franciſcus ſanctus in habitu ſeculari, quomodo fuerit conuerſatus. pag. 296. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
Franciſcus ſanctus, vitæ Chriſti meditator aſſiduus. pag. 310. col. 2. a. b. to. 6.
Franciſcus ſanctus per Angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui ſignificatur. pag. 291. col. a. a. b. & ſequ. to. 7.
Franciſcus ſanctus poſt perfectam ad Deum conuerſionem acceſſit ad reparationem trium Eccleſiarum. pagin. 287. col. 2. a. & ſequ. to. eod.
Franciſcus ſanctus quo pacto ſacra ſtigmata acceperit, & diuerſa miracula per ipſa patrauerit. pag. 317. colum. 2. e. f. & ſequ. to 7.
Franciſcus ſanctus efficax in prædicando, & gratia ſanitatum clarus. pag 311. col. 2. e. f. to. 7.
Franciſcus ſanctus, quàm auſteræ vitæ fuerit, quantumq. ſolatium ei præberent creaturæ. pag. 402. d. & ſeq. to. 7.
Franciſcus ſanctus cur ſuos, tam longo, & prolixo officio onerauit. pag. 310. col. 1. e. & ſequ. to. 6.
Franciſcus ſanctus in Eccleſia Virg. Mariæ regulam inſtituit, & ipſius approbationem ab Innocentio iij. accepit. pag. 293. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Franciſcus ſanctus tot exiſtentibus approbatis regulis cur nouam regulam fecerit. pag. 315. col. 1. e. & 2. a. & ſequ. to. eod.
Franciſci ſancti regula duodecim habet rubricas per duodecim lapides Ieſus ſignificatas. pag. 332. col. 2. c. d. & ſequ. to. eod.
ſub Franciſci norma multum regula profeſſis eademq. ab Honorio confirmatur. pag. 300. col. 2. c. d. & ſequ. to. 7.
Franciſci S. quàm magna pietas, & quomodo ratione carentia ad ipſum uſſcerentur. pag. 308. col. 1. & ſequen. to. 6.
Franciſci S. quàm magnus fuerit paupertatis amor. pag. 306. col. a. a. & ſequ. to. eod
Franciſci S. canonizatio, & tranſlatio. pag. 320. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Franciſci S. quantum ſtudium, & virtus orationis. pag. 312. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
Franciſci S. quàm mira fuerit humilitas, & obedientia.

na. pag. 344. col. a. e. & ſequen. to. eod.
Franciſci S. quantus fuerit ardor charitatis. & quàm feruens deſiderium martyrij. pag. 310. col. a. e. & ſequen. to. eod.
Franciſci S. miracula diuerſa referuntur. pagin. 321. col. a. f. & ſequ. to. 7.
Franciſci S. quanta fuerit intelligentia ſcripturarum. & qualis propheticus ſpiritus. p. 303. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
Fratres S. Franciſci, librorum, vtenſilium, ac domorum non ſunt domini. pag. 305. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
Fratres S. Franciſci cur non ſuſtineant viros, & feminas ipſorum habitum pro libito induere. p. 377. col. 2. d. & ſequ. to. eod.
fratres cur aliquando contra voluntatem Epiſcoporum, plebanorum, & dominorum terre domos recipiant. pag. 372. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
fratres a quibus tenere debent. pag. 466. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
fratres cur ſcripta ſua, libros, & quaternos difficulter alijs praeſtent. pag. 302. col. e. f. & ſequ. to. 7.
fratres cur populis non prędicant inſ plebanorum. pag. 382. col. 1. b. e. & ſequ. to. 7.
fratres Franciſcani cur recipiant domos, & areas non contiguas ipſorum areis. p. 379. col. 1. a. b. & ſeq. to. eod.
fratres ijdem cur impediant alios religioſos circa ſuam habitationem monaſterium conſtruere. pag. 377. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
fratres cur faciant magnos conuentus, & non potius ternos, vel quaternos, ſed in multitudine, in domibus habitent. pag. 380. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
fratres cum ſint forinſ vtantur rebus in aliena poteſtate poſitis. pag. 346. col. e. e. f. to. 7.
fratres S. Franciſci, an teneantur manibus laborare. pag. 381. col. 2. e. & & ſequ. to. 7.
fratres cur habeant curam ordinis ſanctæ Claræ. p. 381. col. 1. a & & ſequ. to. 7.
fratres cur de loco ad locum ſæpe mutentur. pag. 378. col. 2. f. & ſequ. to. eod.
fratres cur in bonis ciuitatibus, & oppidis frequentius prædicent. pag. 391. col. a. b. & ſequ. to 7.
fratres cur a ſede Apoſtolica obtineant iudices, & conſeruatores. pag. 379. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
fratres Franciſcani regulam non violant, dum per deuotos amicos pecuniam ſuis neceſſitatibus rogatam recipiunt. pag. 343. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
fratres ijdem a calumnijs liberantur. pag. 460. col. 2. f. & ſequ. to. eod.
fratres qui promouendi ad confeſſiones, & prædicationes. pag. 375. col. a. d. & ſequ. to. 7.
fratres Franciſcani, an quarumcumque, & quantarumcumque rerum poſſint habere vſum. pag. 346. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
fratres ijdem cur recipiant aliqua, quæ poſtea pro pecunia venduntur. pag. 379. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
fratres S. Franciſci an eiecerint aliquos religioſos, vel clericos violenter de proprijs Eccleſijs. ibid. col. 2. b. c.
fratres ijdem cur tantum acquirant ſæpe de vna ſpecie, vt neceſſe ſit vnum pro alio commutare. ibid. columm. 2. f. & ſequ.
fratres hoſpites cum charitate excipiendi. pag. 392. colum. 2 a. & ſequ. to. 7.
fratrum Franciſcanorum expropriatio, & in communi, & in particulari, ab aduerſarijs impugnata defenditur. pag. 345. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. eod.
inter fratres S. Franciſci cur non exhibeantur meriti reuerentia ijs, qui in ordine ſunt priores ingreſſu. pagin. 392. col. e. a. & ſequ. to. 7.
Fraus quid. pag. 62. col. 2. b. & 210. col. 2. f. to. 6.
Fructus triplex. pag. 801. col. a. d. e. to. 6.
fructus Spiritus ſancti non ſunt noui habitus, ſed ſtatus conſolationum. pag. 814. col. 1. d. to. 7.
fructus ſpiritus duodecim. pag. 94. col. e. d. to. 6.
fructus crucis, & paſſionis Chriſti ſunt duodecim. p. 336. col. 2. d. & ſequ. to. 6.
Furtum quid. pag. 71. col. 2. f. to. 6. & 37. col. 2. a. b. to. 7.
furtum tripliciter fit. pag. 2 a. col. 2. e. f. to. 7.
furtum eſt contra triplicem legem. p. 304. col. 1. d. e. to. 7.

G

Gabriel quid ſignificet. pag. 8a. col. 1. e. to. 6. & 716. col. 1. b. c. to. 7.
circa Gabrielis Archangeli miſſionem meditatio. p. 352. col. 1. b. e. & ſequ. to. 7.
gaudium ſpirituale deriuatur a quinque bonis cæleſtibus. ibid. col. a. a. b. & ſequ.
gaudium ſpirituale a cæleſti gaudio quomodo pigmentatum. ibid. e. f.
gaudium beatorum, vel eſt ſubſtantiale, vel conſubſtantiale, vel accidentale. p. 034. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
idem ineffabile, & ex tribus prouenit. ibid. col. a. d.
gaudium beati de his, quæ iuxta ſe ſunt. pag. 249. colum. 1. f. & ſeq. to. 7.
gaudij magni beatorum materia eſt conſpectus B. Virginis exaltatæ ſuper choros Angelorum. pag. 133. col. 1. e. & ſequ. to. eod.
gaudij affectus cur homini datus. pag. 803. col. 1. e. & ſequen. to. 7.
gaudij gradus varij. pag. 26. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
gaudia cæleſtia quot, & quanta ſint. pag. 844. col. 1. e. & ſequ. to. eod.
Generatio diuina, & quæ circa eam propoſitiones ſint notanda. p. 733. col. a. b. e. to. 7.
Geomantia quid. pag. 400. col. 1. b. to. 6.
Gerſonitæ quos religioſos ſignificent. pag. 398. col. 1. d. & ſequen. to. 7.
Gloria quam ſperamus, ſibi vendicat vitam noſtram. pag. 201. col. 2. d. e. to. 7.
gloriæ cæleſtis honor inſuperabilis. p. 336. col. 1. b. to. 6.
gloriæ cæleſtis valor inæſtimabilis. p. 0 3. col. 2. e. f. to. 6.
gloriæ immortales ſunt duodecim fructus. pag. 337. colum. 1. b. c. d. to. eod.
gloria cæleſtis decor ineſtimabilis. pag. 336. col. e. a to. 6.
de gloria cæleſti quomodo meditandum. p. 108. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
de gloria multa ex ſanctis Patribus. pag. 207. col. 2. a. & ſequ. to. 6.
Gog, & Magog, & de his varia ſententia. pag. 237. colum. 2. b. c. to. 7.
Graduale quid ſignificet. pag. 79. col. a. f. to. 7.
Gradus quid. pag. 200. col. 2. e. to. 6.
Grati eſſe debemus hominibus pro acceptis ab ipſis beneficijs. pag. 316. col. a. d. & ſequ. to. 7.
Gratia quid. pag. 91. col. 2. e. & 004. col. 1. b. to. 6. & 911. col. e. b. to. 7.
gratia ſtricte ſumpta, quomodo diuidatur in præuenientem, & ſubſequentem. pag. 477. col. a. e. d. to. 6.
gratia gratum faciens origo, & forma omnium habituum. pag. 239. col. 2. b. to. eod.
gratia tripliciter dicitur. pag. 34. col. 2. f. to. 6.
gratia infuſa quid. pag. 412. col. a. a. to. 6.
gratia quomodo non detur ei, qui ſe ad eam non præparat. pag. 709. col. 2. d. e. to. 7.
gratia conſiderata ſecundum principium, a quo procedit, quomodo diuidatur. pag. 477. col. 1. b. to. 6.
gratia large dicta, quomodo in præuenientem, & ſubſequentem diuidatur, & quomodo minus large eadem diuiſione diuidatur. ibid. col. a. b. & ſequ.
gratia diuiditur in gratiam protectionis, liberationis, & ſaluationis. ibid. col. e. d.
gratia gratum faciens eſt a tribus. p. 792. col. 1. e. f. to. 7.
gratia gratis data, & gratum faciens quid. pag. 212. col. e. 1. to. 6.
gratia tripliciter dicitur, generaliter, ſpecialiter, & proprie. pag. 709. col. 2. f. & 709. col. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
gratia expellit vitia. pag. 804. col. 2. e. f. to. eod.
gratia præueniens, & ſubſequens. pag. 97. col. 2. a. to. 6.
gratia non cadit ſub merito de condigno. pagin. 97. colum.

col. 1. a. & 203. col. 2. b. to. 7.
gratia ramificatur in habitus virtutum, donorum, & beatitudinum. p. 27. col. 2. c. & 36. col. 1. e. & 37. col. 1. a. & 239. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
gratia ramificatur in actus beatitudinum. pag. 240. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
gratia multi effectus. pag. 799. col. 1. b. f. to. 7.
gratia diuerſæ definitiones. pag. 81. col. 1. a. & 87. co-lum. a. b. to. 6.
gratia diuerſa nomina. pag. 87. col. c. e. f. to. eod.
gratia plenitudo quintuplex. p. 791. col. 2. e. f. to. 7.
gratia nouem genera ex comparatione ad nouem Angelorum ordines. p. 266. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
gratia diuerſæ diuiſiones. pag. 87. col. 1. c. & 277. co-lum. 1. e. d. to. 6.
gratia Spiritus ſancti quadruplex conſideratio. pag. 34. col. 1. a. & 34. col. a. b. to. 6.
ad gratiæ augmentum quomodo Deus, gratia, & liberum arbitrium concurrant. p. 85. col. c. f. to. eod.
de gratia, quatenus donum, doctrina. pag. 84. col. 1. a. & ſequ. to. 6.
de gratia in comparatione ad liberum arbitrium doctrina. ibid. col. 2. d. & ſequ.
de gratia in quantum eſt remedium peccati. pag. 85. col. 2. b. to. eod.
abſque gratia liberum arbitrium poteſt in aliquod bonum morale. p. 472. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
abſque gratia homo non poteſt vincere aduerſarium. ibid. col. 1. b.
abſque gratia gratis data non poteſt homo præparare ſe ad gratiam gratum facientem. ibid. f.
abſque aliqua gratia non poteſt homo tentationibus reſiſtere. ibid. e.
abſque gratia non poteſt homo deteſtari culpam, vt offenſiuam maieſtatis, & æquitatis diuinæ. ibid. col. 2. d. e.
quali gratia indigeat homo, vt reſurgat a peccato. pagin. 477. col. 2. d. & ſequ. to. 6.
abſque gratia mandata ſecundum ſubſtantiam operis poſſunt impleri, & non ſecundum intentionem iubentis. pag. 279. col. 2. a. to. 6.
de gratia multa ex ſanctis doctoribus. pag. 140. col. a. & ſequ. to. 6.
ad gratiam triplex eſt præparatio. p. 798. col. 2. c. to. 7.
per gratiam gratis datam quid intelligatur. pag. 178. col. 2. a & ſequ. to. 6.
Ad gratiarum actionem ſeptuplex conſideratio accendit. p. 639. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Gratitudinis gradus varij. p. 24. col. 2. e. f. to. 7.
Greſſus in Deo quid. p. 622. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Gula quid. p. 62. col. c. f. & 261. col. 2. f. & 492. col. 1. e. f. to. 6. & 27. col. 1. a. & 30. col. 2. f. to. 7.
gula quomodo ſit peccatum mortale. pa. 782. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
gulæ damna. p. 282. col. a. e. f. & ſequ. to. 7.
gulæ comparationes octo. p. 282. col. 1. f. to. 6.
gulæ filiæ duæ. p. 292. col. a. f. to. 7.
gulæ filiæ ex Gregorio quinque, ex Iſidoro duæ. pag. 62. col. 2. b. & ſequ. to. 6.
gulæ quattuor ſpecies. pag. 602. col. 1. a. b. to. 7.
gulæ parſimonia, & ſobrietas opponuntur. pag. 62. columm. 1. f. & ſequ. to. 6.
circa gulam quinque modis peccatur. p. 780. co. 1. f. to. 7.
de gula pœnitens quomodo interrogandus. pagin. 51. col. c. b. e. to. 7.
de gula multa ex ſanctis Patrib. p. 142. col. 1. & 2. to. 6.
Guſtus, & multa de eo ex Sanctis. p. 196. col. c. & 2. to. 6.
guſtu interiori ſpirituali quomodo æterna prægustentur. pag. 287. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Gyrus cæli quadruplicem intelligentiam habet. pagin. 213. col. 2. a. to. 6.
gyrus triplex in primo ſententiarum libro reperitur. pag. 214. col. c. a. b. to. eod. item in ſecundo. ibid. f. item in tertio. ibid. col. 2. b. c. item in quarto. ibid. d. e.
gyrus cæli quomodo deſignat materiam primi libri ſententiarum. p. 214. col. 1. a. to. 6. & quomodo materiam ſecundi. ibid. d. quomodo item materiam tertij. ibid. col. 2. b. quomodo materiam quarti. ibid. c. d.
gyrus Arcturi quid. ibid. col. 2. e.

H

Habitare Deum in aliquo quid ſignificet. pag. 61. col. 2. to. 6.
Habitus religioſi, & quæ circa eundem diſciplina ſeruanda. pag. 124. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
Hæreſis quid. pag. 21. col. e. b. to. 7.
hæreſis proprie, & minus proprie dicitur. pagin. 70. columm. 1. b. to. 6.
Hæreticus multipliciter dicitur. ibid.
hæreticorum intentio ſæpe eſt reddere clerum deſpectum & contemptu dignum. pag. 371. col. 2. d. to. 7.
Haſitatio quid. pag. 12. col. 2. f. to. 7.
Hierarchia diuina quid. p. 79. col. 2 e. & 210. col. 2. d. to. 6.
hierarchia Angelica quid. ibid.
hierarchia Angelica in quas diuidatur. pagin. 80. columm. 1. to. 6.
hierarchia Eccleſiaſtica quid. pag. 79. col. 2. c. & 100. col. 2. d. to. eod.
hierarchia triplex. p. 79. col. 2. c. & & 80. col. 2. f. to. 6. & 267. col. c. f. & ſeq. & 712. col. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
hierarchia vltima continet Principatus, Archangelos, & Angelos. p. 427. col. 1. a. b. to. 7.
hierarchia quos ordines Angelorum contineant. p. 712. col. c. d. & ſequ. to. 7.
Hodie in oratione Dominica quid ſignificet. p. 707. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
Holocauſtum quid ex Papia. p. 276. col. c. f. to. 6.
Homicida triplex. p. 203. col. 2. e. d. to. 6.
homicidarum triplex pœna. ibid. d. e.
Homicidium quid. & quotuplex. pag. 71. col. 1. f. to. 6.
homicidium aliud verum, aliud interpretatiuum. pagin. 813. col. 2. d. e. to. 7.
homicidium ſpirituale committitur duobus modis. ibid.
homicidij ex ſacris litteris exempla. pag. 113. col. a. c. & ſequ. to. 7.
Homo cur ad imaginem Dei dicitur creatus. pag. 767. columm. 2. f. & ſequ. to. 7.
homo quomodo cor ſuum debet Deo dare. pag. 346. columm. 2. f. & ſequ. to. 7.
homo qualiter poſſit in Deum mutari, & quàm ſit hæc glorioſa mutatio. p. 234. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
homo qui Deum deguſtauit, mirabile eſt, quomodo poſſit ab eo ſeparari. p. 245. col. 1. e. f. to. eod.
homo qualiter ſe debet erga habere, vt Deum perfecte diligat. p. 243. col. c. d. e. & ſequ. to. 7.
homo quomodo ad operandum plus in Deo firmetur. pag. 237. col. 2. f. & ſequ. to. eod.
homo debet dirigere cogitationes ſuas ad Deũ, vt ipſum ſemper habeat in corde. ibid. col. c. d. & ſequ.
homo debet ſe quantum poteſt ad Dei amorem excitare. p. 221. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
homo quomodo diuerſimode inebrietur. p. 236. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
homo debet eſſe ordinatus in cogitatione, locutione, & operatione. p. 236. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
homo dicitur minor mundus. p. 137. col. 2. a. to. 7.
homo pronior eſt ad malum, quàm ad bonum. pag. 778. col. 2. e. to. eod.
homo quare ſecundum duplicem naturam operari tenetur. p. 602. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
homo ſecundum dona naturalia poteſt appetere perfectionem intra limites naturæ. p. 278. col. 1. e. to. 6.
homo quomodo debet eſſe ordinatus ad præmium. p. 238. col. c. & 2. f. to. 7.
homo in breui poteſt eſſe profectus per contemplationem. pag. 235. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
homo quomodo in omni actione debet cõtemplatione frui. pag. 229. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.

homo

homo ſolus ex inferioribus creaturis poteſt peccare. pagin. 203. col. 1. f. to. 6.
homo per ſe cadit, non tamen ſurgit. p. 15. col. 2. c. to. 6.
homo abſque auxilio Dei non poteſt reſurgere a peccato. p. 277. col. 1. c. d. to. 6.
homo ab homine occiditur tripliciter. pag. 02. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
hominum proprietates quæ. p. 767. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
hominis primi peccatum quod. & quomodo ſe habuerit. pag. 60. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
hominis duplex vltimus finis extrinſecus. & intrinſecus. & quomodo. p. 841. col. 1. c. to. 7.
hominis ſtaturæ directæ duplex ratio. pag. 761. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
hominum primi quinque fuerunt ſtatus. pagin. 788. columna. 1. to. eod.
homini a principio duplex præceptum datum. pag. 83. col. 2. f. to. 6.
homini a principio quæ data. ibid.
homini primo quadruplex adiutorium datum. pa. 768. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
homini circa ſe tria circumſpicienda. pag. 198. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
homini decem obſeruanda, vt poſſit magis proficere. pag. 224. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
de homine in paradiſo collocato quid ſentiendum. pagin. 20. col. 1. a. to. 6.
in homine anima vna. p. 81. col. 1. d. to. eod.
de homine multa ex ſacris doctoribus. pag. 110. col. 2. & ſequ. to. 6.
Honeſtas quid. pag. 90. col. 2. c. to. 6.
honeſtas publicæ iuſtitiæ quid. p. 100. col. 1. d. to. 6.
Honeſtum quid. pag. 63. col. 1. a. to. 6.
Honor duplex in quarto decalogi præcepto intelligitur. pag. 815. col. 2. c. to. 7.
honor quis Prelatis. & ſenioribus a religioſis deferri debeat. pag. 573. col. 1. d. e. to. 7.
de honore multa ex ſanctis Doctoribus. p. 176. col. 2. to. 6.
Hoſpitalitas libenter exhibenda. p. 308. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
in hoſpitio a fratribus quæ diſciplina ſeruanda. pa. 507. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
Hoſtia cur in tres partes diuidatur. p. 823. col. 1. d. to. 7.
hoſtiæ fractionis doctrina. p. 98. col. 2. b. to. 6.
Hugo de ſancto Victore in quo excellat. p. 2. col. 2. d. to. 6.
Humilitas quid. pag. 627. col. 1. d. e. to. 7.
humilitas deſcribitur. pag. 302. col. 2. e. f. to. 6.
humilitas in decem meliorem partem eligit. pag. 324. col. 1. d. & ſequ. to. eod.
humilitas ad Deum quæ. p. 627. col. 2. f. to. 7. item quæ ad proximos. ibid. 1. d. e. item quæ ad noſipſos. ibid. a. b.
humilitas falſa quid. p. 38. col. 2. e. to. 7.
humilitatis gradus. p. 626. col. 1. e. f. to. 6. & 21. col. 1. c. ſequ. & 600. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
humilitatis ſimilitudines. p. 320. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
humilitatis quinque præcipua ſigna. pagin. 321. columna. 1. c. d. to. 7.
humilitatis quatuor actus. p. 66. col. 2. b. to. 6.
humilitatis effectus. p. 322. col. 1. b. e. to. eod.
humilitatis in nobis duæ cauſæ. pag. 627. col. 2. d. e. & ſequen. to. 7.
humilitatis ex ſacris litteris exempla. p. 540. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
ad humilitatem inuitant cauſæ quinque. p. 304. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
ad humilitatem quibus gradibus peruenitur. pag. 672. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
de humilitate multa ex Sanctis. p. 187. col. 1. & ſeq. to. 6.
Hyacinthi proprietas. p. 339. col. 2. a. b. to. 6.
Hydromantia quid. p. 212. col. 1. b. to. eod.
Hymnus Angelicus quid ſignificet. & a quo ſit editus. pag. 79. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Hyperdulia quid. pag. 212. col. 1. f. to. 6.
hyperdulia debetur B. Mariæ. p. 916. col. 2. d. to. eod.
hyperdulia cui debeatur. pag. 214. col. 1. e. f. to. 7.
Hyperphania quid. pag. 20. col. 1. to. 6.
Hypocriſis quid. & quotuplex. p. 66. col. 2. d. & 71. col. 2. b. & 66. col. 2. c. to. 6. & 31. col. 2. c. to. 7.
hypocriſis ſpecies quatuor ex Gregorio. & Richardo. pag. 71. col. 2. b. c. to. 6.
hypocriſis & ſimulationis exempla ex ſacris litteris. pag. 504. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
Hypophania quid. pag. 20. col. 1. a. to. 6.
Hypoſtaſes in diuinis tres. pag. 00. colum. 2. b. & 208. col. 2. d. to. 6.

I

IActantia quid. p. 66. col. 1. f. & 201. col. 2. c. to. 6.
iactantia quandoque mortalis. quandoque venialis. pag. 14. col. 1. a. to. 7.
iactantia ex ſacris litteris exempla. pag. 342. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
de iactantia multa ex ſanctis Patribus. p. 162. co. 2. to. eod.
Iabel quid ſignificet. pag. 477. col. 1. d. e. to. 6.
Iaſpis quid ſignificet. pag. 478. col. 1. a. to. 7.
caſſides virorum. pag. 317. col. 2. f. to. 6.
Ieiunare immunde quis dicatur. pag. 11. col. 1. b. c. to. 7.
Ieiunium in Sanctis commendatum triplex. pag. 499. columna. 1. d. & ſequ. to. 6.
ieiunium frangens peccat mortaliter. p. 40. col. 1. e. f. to. 7.
ieiunij comparationes. p. 298. col. 2. c. & ſequ. to. eod.
ieiunij laus. & commendatio. p. 410. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
in ieiunio quatuor reprobantur. pag. 499. col. 2. d. & ſequen. to. 6.
Idea, ratio. & exemplar in quo differant. pag. 742. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Ideæ quomodo dici poſſint plures eſſe in Deo. pag. 248. colum. 1. to. 7.
Idololatria quid. & quotuplex. pag. 69. col. 2. f. & 212. col. 1. a. to. 6.
Idololatria triplex eſt. pag. 102. col. 2. a. to. 6. & 3. columna. 2. e. f. to. 7.
Idololatriæ exempla ex ſacris Scripturis. pag. 482. columna. 2. e. & ſequ. to. 7.
Idumæa quid ſignificet. p. 49. col. 1. e. to. 7.
IESVS ex Deo genitus. pag. 402. col. 1. a. b. to. 6.
Ieſus emiſſus cælitus. ibid. d. & ſequ.
Ieſus Maria natus. ibid. f. & ſequ.
Ieſus præfiguratus. ibid. c. d.
Ieſus confirmatus Patribus. ibid. col. 2. c. d.
Ieſus tribus Magis monſtratus. ibid. d. e.
Ieſus ſubmiſſus legibus. ibid. f.
Ieſus baptiſta calitus. p. 423. col. 1. d. to. eod.
Ieſus ſignis mirificus. ibid. f & ſequ.
Ieſus transfiguratus. ibid. col. 2. b. e.
Ieſus paſtor ſollicitus. ibid. e. & ſequ.
Ieſus fletu rigatus. ibid. f.
Ieſus rex orbis agnitus. p. 424. col. 1. a. b. to. 6.
Ieſus panis ſatiatus. ibid. c. & ſequ.
Ieſus dolo venundatus. ibid. e. f. & ſequ.
Ieſus orans proſtratus. ibid. col. 2. b. c.
Ieſus turba circumdatus. ibid. d. e.
Ieſus vinculis ligatus. ibid. f.
Ieſus natis incognitus. p. 425. col. 1. a. to. 6.
Ieſus vultu velatus. ibid. b.
Ieſus Pilato traditus. ibid. d. e.
Ieſus morte damnatus. ibid. e. f.
Ieſus ſpretus ab omnibus. ibid. col. 2. b. c.
Ieſus cruci eleuatus. ibid. d. & ſequ.
Ieſus iunctus latronibus. ibid. f. & ſequ.
Ieſus felle. & aceto potatus. p. 426. col. 1. a. & ſeq. to. 6.
Ieſus ſol morte pallidus. ibid. col. 2. a. & ſequ.
Ieſus tranſlanceatus. ibid. d. e.
Ieſus cruore madidus. ibid. f. & ſequ.
Ieſus intumulatus. p. 427. col. 1. b. & ſequ. to. 6.
Ieſus triumphans mortuus. ibid. e. f.
Ieſus reſurgens beatus. ibid. f. & ſequ.
Ieſus decor proſpicuus. ibid. col. 2. c. d.

Ieſus orbi prælatus. ibid. d. e.
Ieſus ductor exercitus. ibid. f. & ſequ.
Ieſus cœlo leuatus. pag. 428. col. 1. a. b. to. 6.
Ieſus largitor ſpiritus. ibid. c. & ſequ.
Ieſus laxans reatus. ibid. e. f.
Ieſus ſponſus ornatus. ibid. col. 2. a. & ſequ.
Ieſus teſtis veridicus. ibid.
Ieſus iudex iratus. ibid. c. d.
Ieſus victor magnificus. ibid. e. f.
Ieſus rex regis filius. pag. 429. col. 1. b. c. to. 6.
Ieſus liber ſignatus. ibid. d. e.
Ieſus fontalis radius. ibid. f. & ſequ.
Ieſus finis optatus. ibid. col. 2. c. & ſequ.
Ieſu nominis dignitas. p. 790. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
de Ieſu nominis impoſitione. pag. 430. col. 2. f. & ſequen. tom. 6.
Ieſu ſpiritualis conceptionis ſollemnitas. p. 430. col. a. b. & ſeqx. to. 6.
Ieſu ſpiritualis natiuitatis in anima ſollemnitas. p. 431. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
Ieſu Chriſti humanitatis contemplatio. pa. 389. col. 2. d. & ſequ. to. eod.
Ieſu ieiunium. & tentatio in deſerto. pagin. 429. columa. 1. e. f. to. 6.
Ieſu peregrinatio in Ægyptum. ibid. a. b.
Ieſu Chriſti ad inferos deſcendentis meditatio. p. 409. col. a. e. f. & ſequ. to. 6.
Ieſu Chriſti natiuitas multis ſignis comprobata. p. 432. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
Ieſu pueri præſentationis ſpiritualis ſollemnitas. p. 433. col. a. b. & ſequ. to. eod.
Ignis quomodo agat in animam. p. 331. col. a. b. to. 7.
ignis elementaris in iudicio quid faciet. pagin. 74. columa. 2. f. to. 6.
ignis conflagrationis mundi quatuor ignium habebit officium. pag. 280. col. 1. e. & ſequ. to. 7.
ignis, & cætera elementa reprobos affligent. pagin. 74. col. 1. f. to. 6.
ignis inferni non cruciabit æqualiter omnes damnatos. pag. 140. col. 2. b. c. to. 7.
ignis in contemplatione quid ſit. p. 104. col. 1. c. d. to. 7.
ignis proprietates. pag. 751. col. 1. e. f. to. 7.
ignis conflagrationis actio ſucceſſiua. pagin. 878. columa. c. d. e. to. 7.
de igne conflagrationis doctrina. p. 74. col. 2. e. f. to. 6.
de igne infernali doctrina. p. 58. col. 1. & 2. to. eod.
Ignorantia quid. pag. 73. col. 2. a. to. 6.
ignorantia quotuplex. pag. 44. col. 2. f. & ſequ. to. 7. & quæ culpabilis. ibid.
ignorantia vincibilis duplex. p. 62. col. 1. c. d. to. 6.
ignorantia alia facti. alia iuris. pag. 60. col. 1. a. & 69. colum. c. f. to. 6.
ignorantia inuincibilis iuris duplex. pagin. 69. columa. c. a. to. eod.
ignorantia iuris poſitiui iudices accuſat. pag. 62. columa. 1. b. to. 6.
ignorantia inuincibilis duplex. ibid. d.
ignorantia facti quotuplex. ibid. b. & 69. col. 1. f.
ignorantia iuris diuini quos accuſet. ibid. a. b.
ignorantia iuris duplex. pag. 69. col. 2. a. to. 6.
ignorantia iuris vincibilis duplex. ibid.
ignorantia iuris continentis morales conſtitutiones Eccleſiæ quos accuſet. pag. 60. col. 1. b. to. eod.
ignorantia alia ſimplex alia affectata. ibid. c.
ignorantia triplex negationis. priuationis. & prauæ diſpoſitionis. pag. 60. col. 2. f. to. 6.
ignorantia negationis. priuationis. diſpoſitionis. ſimplex. craſſa. ſiue ſupina. & affectata quid. pag. 210. colum. 2. a. to. 6.
ignorantia ſecunda plaga. p. 280. col. 1. e. f. to. 6.
de ignorantia multa ex ſanctis Patribus. pag. 174. columa. 2. & ſequ. to. 6.
Imaginatio quid. p. 80. col. 1. a. & 200. col. 2. a. to. 6. & 166. col. 1. e. f. to. 7. & quid ex Auguſt. p. 82. col. 2. a. to. 6.
imaginatio duplex rationalis. & beſtialis. pag. 164. col. a. c. to. 7.
imaginationis varia nomina. p. 81. col. 2. b. to. 6.
imaginatiua virtus quid. pag. 719. col. 1. e. f. to. 7.
Imago. & ſimilitudo quomodo differunt. pag. 82. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
imago & ſimilitudo creationis. & recreationis in quibus conſiſtant. pag. 211. col. 1. c. d. to. 6.
imago triplicior dicitur. p. 784. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
imago quid ex Hilario. p. 18. col. 1. b. to. 6.
imago glorificationis quid. p. 200. col. 1. d. to. 6.
imago Dei in natura rationali quid. p. 201. col. 1. to. 6. & quid eadem in ſcriptura. p. 682. col. 2. a. to. 7.
imagines Sanctorum adorandæ. p. 248. col. 2. a. b. c. to. 6.
Imber ſpiritualiter quid ſignificet. pag. 160. col. 2. a. b. tom. 7.
Immenſitas in Deo quatenus complectitur. pag. 737. columa. 2. e. f. to. 7.
Immiſericordia quando peccatum. p. 39. col. 2. e. to. 7.
Immodeſtia quid. pag. 40. col. 1. f. to. 7.
Impaſſibilitas Sanctorum in gloria. Adæ in ſtatu innocentiæ. & puerorum in limbo quomodo differunt. pag. 148. col. 1. a. b. to. 7.
Impœnitentia duplex. p. 45. col. 2. b. c. to. eod.
impœnitentia finalis duo ſignificat. pag. 26. col. a. d. tom. 6.
Impotentia coeundi impedimentum matrimonij. pag. 10. col. a. a. to. 6.
Improperium quid. pag. 36. col. 1. f. to. 7.
In propoſito quid notat. pag. 733. col. a. c. to. 7.
Inanis gloria quid. pag. 66. col. 2. b. & 211. col. 1. c. to. 6. & 83. col. 1. c. d. to. 7.
inanis gloriæ ſeptem ſunt filiæ. pag. 66. col. 2. d. e. to. 6. & 771. col. 2. a. b. to. 7.
inanis gloriæ differentiæ formales. & materiales. p. 66. col. 2. e. d. to. 6.
Incauſtus quid. pag. 69. col. 2. f. to. 6.
Incarnatio cur ſic dicta. & non animatio. pa. 28. col. 1. a. b. to. 6. & 788. col. 1. a. b. to. 7.
incarnatio Verbi fuit opus totius Trinitatis. pag. 312. col. 1. d. e. to. 6.
incarnatio creatio. & tranſubſtantiatio tria mirabilia. & quomodo vnum mirabilius altero. pag. 824. columa. 1. a. b. to. 8.
incarnationis rationes traduntur. pag. 786. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
incarnationis myſterium multæ figuræ præceſſerunt. ibid. d. e. f.
incarnationis vtilitas. & fructus. pag. 788. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
incarnationis decentia exponitur. pag. 27. colum. 1. a. & ſequ. to. 6.
de incarnationis opere doctrina. ibid. col. 2. c. & ſequ.
incarnationis modus quàm conueniens. p. 28. col. 2. a. to. 6.
de incarnationis temporis plenitudine. pag. 29. col. 1. b. & ſequ. to. eod.
circa incarnationem Domini multa mirabilia. pa. 789. col. 1. f. & 2. a. to. 7.
de incarnatione Verbi ſeptem conſideranda. pag. 562. col. 1. a. b. & ſeqx. to. 7.
Inceſſus in religioſis qualis eſſe debeat. pag. 383. col. 2. c. & ſequ. to. 7.
Incipientes ob multas cauſas indigent magiſtro. pag. 89. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
de incipientibus multa ex ſanctis Patribus. pag. 024. colum. 2. to. 6.
Incontinentia quid. pag. 66. col. 2. d. to. 6.
ex incontinentia quæ oriantur. pag. 42. colum. 2. f. & ſequ. to. 7.
Incuria quid. pag. 33. col. 2. a. to. 7.
Indigentia hominis ſeptuplex. pag. 37. col. 2. d. to. 6.
Indulgentia proſunt defunctis in purgatorio. pagin. 836. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Indurare in Deo quid. pag. 624. col. 2. a. to. 7.

Induſtria

Induſtria valet ad expellendo vitia adiuuante gratia. pag. 203. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
Infamia & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 178. colum. 2. to. 6.
Infernalis locus abſque dubio ſub terra. p. 74. col. 1. to. 6.
infernalis pœna intolerabilis. p. 126. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
de infernalibus pœnis quomodo meditandum. pag. 108. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Infinitum tripliciter dicitur. p. 758. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Infirmitas tertia plaga animæ. pag. 201. col. 2. f. to. 6.
infirmitas animæ vulnus quid. pag. 73. col. 1. a. to. eod.
infirmorum corpore tria genera. pag. 92. col. 2. d. to. 7.
& infirmorum mente alia tria. ibid. pag. 93. col. 1. f.
Ingenium quid. pag. 80. col. 2. d. to. 6.
Ingratitudo. & de ea varia exempla ex ſacris litteris. pag. 517. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
de ingratitudine ex ſanctis Patribus multa. pag. 030. col. 1. & 2. to. 6.
Inhoneſtum quid. pag. 42. col. 1. c. & ſequ. to. 7.
inhoneſtas habitus. ibid. f. & ſequ.
Inimicitia exempla ex ſacris litteris. pag. 308. col. 1. & ſequ. to. 8.
Inimicus quo dilectione diligendus. p. 808. col. 2. e. f. to. 7.
inimicus duplex. & de vtroque. p. 809. col. 1. a. to. eod.
inimico perſonæ optare bona temporalia, perfectionis eſt. ibid. b.
inimicum diligere magis eſt meritorium. & ſi diligere amicum magis ſit debitum. ibid. quando committatur. pag. 80. col. 2. c. d. to. 7.
Iniuria. & quid in ea ſtatim tenemur remittere. p. 778. col. 2. a. & ſequ. to. eod.
Iniuſtitia in contractibus quando committatur. pag. 38. col. 2. c. d. to. 7.
Inenarrabilitas quomodo innoteſcat Patri. p. 206. co. 1. a. to. 6.
Innocentia quid. pag. 212. col. 2. a. to. 6.
in ſtatu innocentiæ non poterant eſſe peccata venialia. pag. 24. col. 2. c. to. 6.
de innocentia multa ex ſanctis Patribus. pag. 184. colum. 2. & ſequ. to. 6.
Innouatio. & purgatio mundi in quo differant. pag. 880. col. 1. f. to. 7.
Inobedientia quid. pag. 66. col. 1. d. & 271. col. 2. c. to. 6.
inobedientia duplex. pag. 82. col. 2. c. d. to. 7.
Inopia duplex. pag. 380. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Inſidia quid. pag. 34. col. 1. f. to. 7.
Inſomnium quid. pag. 82. col. 2. d. & 211. col. 1. b. to. 6.
Intellectiua a ſenſitiua cognitione quomodo differat. paginam 263. col. 1. a. b. to. 6.
Intellectus quid ſit. pag. 80. col. 1. a. & 200. col. 2. f. to. 6. & 166. col. 2. b. c. d. to. 7. & quid ex Aug. p. 32. co. 2. b. to. 6.
intellectus poſſibilis quid. pag. 762. col. 1. f. to. 7.
intellectus agens quid. ibid. c.
intellectus ſpeculatiuus, & practicus quid. p. 211. col. 1. a. to. 6. item in quo differant. pag. 762. col. 2. a. b. to. 7. quomodo etiam agens. & poſſibilis. ibid.
intellectus. & ſapientia quomodo a prudentia. & conſilio differant. & inter ſe. p. 300. col. 1. b. & ſequ. to. 6.
intellectus donum ad quid neceſſarium. pag. 263. col. 1. f. & ſequ. to. 8.
intellectus. vt donum Spiritus ſancti quid. ibid. d.
intellectus donum cur ſexto loco ordinetur. pag. 260. col. 1. c. d. to. eod.
intellectus pro vi naturali. & pro virtute intellectuali. habitu ſcilicet principiorum. p. 063. col. 1. b. c. to. 6.
intellectus operatio qua ſit. pag. 038. col. 1. a. b. to. 7.
intellectus varia diuiſiones. p. 701. col. 2. a. b. c. to. 7.
intellectus doni actus. p. 92. col. 2. b. to. 6.
intellectus doni hora veſpertina quæ. pag. 266. col. 2. b. & ſequ. to. eod.
intellectus doni mane quomodo oriatur in mente. paginam 261. col. 2. b. c. to. eod.
intellectus doni meridies quæ. ibid. d. & ſequ.
per intellectus donũ veritates diuinæ abſcondita in ſacra Scriptura manifeſtantur. p. 064. col. 1. b. & ſequ. to. 6.
per intellectus donum dies ſpiritualis in anima oritur. pag. 265. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
per intellectus donum continuum ſpirituale menti præparatur. pag. 260. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
per intellectus donum penetrantur velamina ſacramentorum. pag. 261. col. 1. b. & ſequ. to. 6.
per intellectus donum quo ſubtilitate penetranda. p. 321. col. 1. d. & ſequ. to. eod.
Intelligentia quid. p. 210. col. 1. d. to. 6. & quid ex Auguſtino. pag. 00. col. 2. b. to. eod.
intelligentia quo vtuntur ex auctore de ſpiritu. & anima. pag. 161. col. 2. c. f. to. 7.
intelligentia. & multa de ea ex ſanctis Patribus. p. 049. col. 1. & 2. to. 6.
intelligimus tantum vnum. & ſcimus plura. pag. 760. col. 1. c. d. to. 7.
Intentio noſtra quomodo moueri ſoleat. pag. 637. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
intentio proprie. & principaliter eſt actus voluntatis. pag. 551. col. 2. b. & ſeq. to. eod.
intentio recta haberi debet in opere. pag. 554. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
intentio actualis maioris eſt meriti, quàm habitualis. pag. 551. col. 1. f. to. 7.
intentio finis actionis debet actionem præcedere. ibid. colum. 2. f.
intentio prauu in confeſſione explicanda. pag. 690. colum. 1. b. c. d. to. 7.
intentio recta. & ſimplex per qua ſigna exteriora cognoſcatur ex Origene. pag. 252. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
intentio conſecrantis requiritur in Euchariſtia. p. 822. col. 2. c. d. to. 7.
intentionis rectæ. & ſimplicis ſigna interiora. pag. 038. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
intentiones diuerſæ. p. 010. col. 1. b. & ſequ. to. eod.
Interdictum Eccleſiæ. & quæ poſſunt. & debeant fieri in eo. pag. 70. col. 1. d. e. to. 6.
Introitus Miſſæ quid ſignificet. p. 09. col. 1. c. d. e. to. 7.
Inuenta est recentis quomodo peccant. p. 37. col. 1. b. c. to. 7.
Inuidia quid. pag. 67. col. 1. a. b. & 211. col. 2. d. & col. 2. c. to. 6. & 34. col. 2. c. & 778. col. 1. b. to. 7.
inuidia quibus nominibus dicatur. p. 6u. col. 1. f. to. 6.
inuidia multa mala facit. pag. 778. col. 1. 7. to. 7.
inuidia quomodo ſit mortale. p. 781. col. 2. e. f. to. 7.
inuidia triplex eſt. p. 606. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
inuidia differentia materialis. p. 67. col. 1. b. to. 6.
inuidia affectus cui naturaliter homini inſitus. p. 602. colum. 2. e. f. to. 7.
inuidia quinque damna. p. 289. col. 1. a. & ſequ. to. 6.
inuidia nouem ſimilitudines. p. 288. col. 2. c. & ſeq. to. 6.
inuidia filiæ quinque. pag. 87. col. 1. e. to. 6. & 770. colum. 1. b. c. to. 7. item duæ. p. 280. col. 2. a. b. to. 6.
inuidiæ exempla ex ſacris litteris. pag. 302. col. 2. a. & ſequ. to. 7.
inuidiæ remedia. pag. 48. col. 2. e. & ſequ. & 606. colum. 2. b. & ſequ. to. 7.
de inuidia quomodo pœnitens interrogandus. pag. 3u. col. 2. b. c. to. 7.
de inuidia multa ex ſanctis Patribus. pag. 086. col. 1. & 2. to. 6.
Ioannes Baptiſta quomodo in vtero ſanctificatus. pag. 472. col. 2. d. to. 6.
Ioannes mittit diſcipulos ad Ieſum. p. 370. col. 2. a. b. to. 8.
Ioannis Baptiſtæ laus. p. 361. col. 1. a. b. to. 6.
Ioannis Baptiſtæ obitus. p. 372. col. 1. c. & ſequ. to. 6.
Ioſeph quid ſignificet. pag. 477. col. 1. a. f. to. 6.
circa Ioſeph volentem dimittere Mariam meditatio. pag. 380. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
Iouis Planetæ proprietates. pag. 7u. col. 1. f. to. 7.
Ira quid. p. 67. col. 1. d. e. & 201. col. 2. d. & 289. col. 2. b. to. 6. & 28. col. 1. f. & ſeq. & 35. col. 1. e. f. & 778. col. 1. f. to. 7.
ira quinquplex. pag. 35. col. 1. f. to. 7.
ira quomodo ſit mortale peccatum. pag. 782. col. 2. a. & ſequ. to. 7.

ira

ira opponitur manſuetudini, & patientia. pag. 67. columm. 1. f. to. 6.
ira octo ſimilitudines. p. 289. col. 2. f. & ſequ. to. 6.
ira affectus cur datus homini. p. 602. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
ira ſpecies tres. pag. 67. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
iræ damna. pag. 289. col. 2. f. & ſequen. to. 6. & 238. colum. 2. to. 7.
ira triplex eſt qualitas. p. 608. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
ira filia ſua, & quæ. pag. 67. col. 2. a. & ſequ. & 292. col. 1. c. to. 6. & 778. colum. 2. d. e. to. 7. item tres ex Damaſceno. pag. 67. col. 2. a. to. 6.
iræ remedia. pag. 28. col. 1. f. & ſequ. & 607. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
ira, quæ eſt vitium, exempla ex ſacris litteris. pag. 139. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
de ira, & furore Dei. pag. 280. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
de ira quomodo pœnitens interrogandus. pag. 30. colum. 2. c. d. to. 3.
de ira multa ex ſanctis Patribus. pagin. 136. col. 2. & ſequen. to. 6.
Extaſis in Deo quid. pag. 683. col. 2. e. f. to. 7.
Ira quid ſit. pag. 752. col. 1. b. to. 7.
Irreconciliatio quid. pag. 36. col. 2. d. e. to. 7.
Irregularitas, & de eius diſpenſatione. pag. 65. col. 2. a. & ſequ. ad pag. 70. to. 7.
Irreuerentia quomodo, & circa quæ vitari debeat a religioſo. pagin. 372. colum. 2. b. c. & ſequen. & 533. colum. 2. d. e. to. 3.
Irriſatio quid. pag. 36. col. 1. d. e. to. 7.
Iudæi volunt capere Ieſum in ſermone. p. 381. col. 1. f. to. 6.
Iudæi in feſto encæniorum voluerunt Chriſtum lapidare. pag. 396. col. 2. e. f. to. 6.
Iudæi in iudicio adulteræ Dominum decipere voluerunt. pag. 397. col. 2. d. e. to. 6.
Iudæorum decem obiectiones aduerſus nos in obſeruatione primi mandati decalogi. pagin. 6. col. 1. f. & ſequen. to. 7.
Iudicandi quinque modi dantur. p. 839. col. 1. c. d. to. 7.
Iudices ob multas rationes vrgentes dicuntur. pag. 273. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
Iudicum & prælatorum auctoritas cælorum nomine ſignificatur ob multa. p. 283. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
de iudicibus multa ex ſanctis Patribus. pag. 132. colum. 1. to. 6.
Iudicium triplex eſt ſecundum Richardum. pag. 834. colum. 2. e. f. to. 7.
iudicium iuſtum quid ſit. pag. 596. col. 2. e. to. 7.
iudicium peruerſum quid. pag. 34. col. 1. f. to. 7.
iudicium prauum quid, & quotuplex. pag. 63. col. 1. e. & 2. a. b. to. 6.
iudicium temerarium quid ſit. p. 596. col. 2. e. to. 7.
iudicia hominum quandoque recta, quandoque praua. pag. 114. col. 1. b. c. d. & ſequ. to. 7.
iudicia vitanda. pag. 667. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
iudicium finale quàm formidabile. pag. 126. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
iudicium fiet in valle Ioſaphat. pag. 838. col. 1. b. to. 7. quale futurum. ibid. a. b. cur futurum. pag. 51. colum. 1. f. & 2. d. to. 6. illud præcedet trina citatio. pag. 838. col. 2. e. f. to. 7. de eo quomodo meditandum. pag. 128. colum. 1. e. f. & ſequ. to. 7. tria in eo ſcripta aperientur. pag. 334. col. 1. e. to. 6. in eo iuſti videbunt Chriſtum, tam in natura diuinitatis, quàm humanitatis. pag. 838. col. 1. e. f. to. 7. in eo quattuor erunt ordines iudicandorum. ibid. colum. 2. a. & ſequen. in eo aperientur liber conſcientiæ, & liber vitæ. pagin. 52. colum. 1. a. to. 6. in eo erit concurſus ignis quadruplicis. pag. 74. colum. 2. to. 6. quanta futura in ſe iudicis ſeueritas. pag. 334. colum. 2. a. to. 6. de eo multa ex ſanctis Patribus. p. 131. col. 1. & 2. to. eod.
Iuramentum duplex eſt, aſſertorium, & promiſſorium. pag. 7. col. 1. c. d. & 38. col. 2. f. to. 7.
iuramentum promiſſorium fit tribus modis. pag. 7. colum. 1. f. & ſequ. to. 7.
iuramentum promiſſorium quando obliget. pag. 38. colum. 2. f. & ſequ. to. eod.
iuramenti tres comites. pag. 64. colum. 2. b. c. e. to. 6. & p. 8. col. 1. d. e. & 88. col. 2. e. f. to. 7.
iuramenti duæ differentiæ. p. 64. col. 2. c. to. 6.
iuramenti exempla ex ſacra Scriptura. pag. 426. colum. 2. a. b. & ſequ. to. 7.
Iurare quid. pag. 64. col. 2. b. & 200. col. 2. b. to. 6.
iurare propter quæ liceat. pag. 64. col. 1. b. to. 6.
Iuratio & multa de ea ex Sanctis. p. 165. col. 1. to. 6.
Iuſtificatio impij quid. pag. 830. col. 1. f. to. 7.
iuſtificatio duobus modis ſumitur. ibid. col. 2. d. e.
iuſtificatio quo pacto ſumpta dicatur fieri in inſtanti. ibid. e. f.
iuſtificatio magnum Dei beneficium. pag. 120. col. 1. c. & ſequ. to. 7.
iuſtificant animam quinque, ſed diuerſimode. pag. 219. col. 2. e. d. to. eod.
iuſtificatio impij quattuor requirit. p. 35. col. 2. f. & 97. col. 1. e. to. 6. & 832. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
in iuſtificatione impij quid faciat Deus. pagin. 31. colum. 2. f. to. eod.
in iuſtificatione impij concurrunt gratia gratis data, & gratum faciens. p. 36. col. 1. b. to. 6.
in iuſtificatione duplex charitas nobis datur. pag. 733. col. 1. f. to. 3.
Iuſtitia quid. p. 91. col. 1. f. & ſequ. & 202. col. 1. f. & 317. col. 1. d. to. 6. & 184. col. 2. e. f. & 811. col. 1. a. to. 3.
iuſtitia, & ſpecialis, & generalis virtus. p. 36. co. 2. e. to. 6.
iuſtitia in quibus conſiſtat. p. 811. col. 1. f. to. 7.
iuſtitia cur dicatur perpetua. ibid. e. d.
iuſtitia tripliciter ponitur. ibid. d.
iuſtitia originalis in quo conſiſtebat. pagin. 492. colum. 2. f. to. 6.
iuſtitia generalis ex Anſelmo eſt rectitudo voluntatis. pag. 4. col. 2. a. to. 6.
iuſtitia ordinans ad proximum duplex eſt. p. 3. co. 1. e. d. to. 6.
iuſtitia, & miſericordia reperiuntur in omnibus operibus Dei. pag. 747. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
iuſtitia ſeu æquitas generalis per Chryſopraſſum, Hyacinthum, & Amethyſtum ſignificatur. pag. 838. col. 1. d. & ſequ. to. 6.
iuſtitia Dei tribus modis ſumitur. p. 747. col. 1. a. b. to. 7.
iuſtitia partes ex Tullio ſex. p. 810. col. 1. b. to. 7.
iuſtitia quattuor ſpecies ex Damaſceno. pagin. 667. colum. 1. a. to. 7.
iuſtitia gradus varij. pag. 22. colum. 2. e. & 23. colum. 1. e. f. to. 7.
iuſtitia comparationes. p. 317. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
iuſtitia effectus, & actus. pag. 82. col. 1. b. c. to. 6.
iuſtitia effectus multiplex. p. 800. col. 1. e. f. to. 7.
iuſtitia diuina ſeueritas. pag. 33. colum. 1. f. & ſequen. to. 6.
iuſtitia, & æquitatis exempla ex ſacris litteris. pag. 319. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
ad iuſtitiam quæ moueant. pag. 810. col. 1. d. e. to. 7.
de iuſtitia, & eius gradibus multa. p. 235. col. 2. d. e. to. 6.
de iuſtitia multa ex ſanctis Patribus. p. 135. col. 1. to. 6.
Iuſtus pro quattuor maximis datis Deo, ab eo recipit maxima dona. pag. 121. col. 2. c. d. to. 6.

K

KYrie eleiſon, quid ſignificet. pagin. 79. colum. 1. f. tom. 7.

L

LAbor ſeu exercitium fratrum Minorum qualis eſſe debeat. p. 344. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
Lacrymæ debet habere tria. pag. 328. colum. 1. f. & ſequen. to. 6.
lacrymarum ſeu fletus exempla. pag. 484. col. 2. f. & ſequen. to. 3.

Lætitia inepta. pag. 66. col. 1. f. to. 6.
lætitia inepta fructus gulæ quando peccatum mortale. pag. 40. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
de lætitia multa ex ſanctis Patribus. pag. 179. col. 2. & ſequ. & 402. col. 2. & ſequ. to. 6.
Laicus laici in extremis non debet confiteri. pag. 272. colum. 1. d. e. to. 7.
laici cur non communicent ſub utraque ſpecie. p. 623. col. 1. d. e. to. eod.
Lamech qui occidit Cain putans occidere feram non excuſatur. pag. 45. col. 1. a. to. 7.
Languor triplex. p. 172. col. 1. f. & ſequ. to. eod.
Largitatis gradus varij. p. 25. col. 2. d. e. f. to. eod.
Latitudo, longitudo, & profunditas in Deo metaphorice dicuntur. pag. 787. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Latria quid ſit, & quid comprendat. p. 91. col. 2. e. & 312. col. 1. f. to. 6. & 74. col 1. d. e. & 804. col. 1. e. to. 7.
latria officia quæ. pag. 91. col. 2. c. d. to. 6.
latriæ exhibitio debet habere tria. p. 400. col. 1. c. d. to. 7.
Laudatio Dei orationis effectus. p. 819. col. 2. e. f. to. 7.
laudis Dei ſeptuplex conſideratio. pag. 640. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
ad laudes quinque Pſalmi, quid ſignificent. pag. 888. col. 2. e. f. to. 7.
Lectio, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 197. col. 2. & ſequ. to. 6.
Lex Euangelica, & Moſayca, quomodo differant. pag. 40. col. 1. f. to. 8. & 816. col. 1. f & ſequ. to. 7.
Lenitas mentis quid. pag. 46. col. 1. f. to. 6.
Liber vitæ quid ex Auguſtino. p. 12. col. 1. a. to. 6.
liber vitæ Verbum incarnatum. p. 74. col. 2. c. d. to. 6.
liber ſcriptus intus & foris. p. 282. col. 2. d. to. 6.
liber duplex eſt legendus. p. 282. col. 1. d. e. to. eod.
liber vitæ duas habet paginas. pag. 741. col. 1. f. & ſequen. to. 7.
libri curioſe ſeruandi. pag. 192. col. 2. e. f. to. 7.
Liberalitas quid. pag. 92. col. a. b. & 202. col. 1. f. to. 6.
liberalitatis ex ſacris litteris exempla. pag. 181. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
Libertas liberi arbitrij triplex eſt. p. 765. col. 1. a. b. to 7.
libertas peccandi quid. pag. 66. col. 2. a. to. 6.
libertas a coactione quid. p. 210. col 1. b. c. to. 6.
libertas voluntatis creatæ quomodo ſtet cum infallibilitate prædeſtinationis diuinæ. p. 183. col. 2. a. to. 6.
Liberum arbitrium quid. pag. 764. col. 2. f. to. 7.
liberum arbitrium quomodo dicitur liberũ a coactione ſufficienti. pag. 763. col. a. f. to. 7.
liberum arbitrium reperitur in Deo, & Angelis. p. 763. col. 1. b. c. to. 7.
liberum arbitrium varie definitur. pag. 82. col. 1. c. & ſequ. to. 6.
Libido cauſa omnis peccati. pag. 777. col. 1. f. to. 7.
libidinis fluxus, qui vigilantibus accidit, cauſa. p. 698. col. a. e. & ſequ. to. 7.
Ligaminis impedimentum quid. p. 102. col. 1. 1. to. 6.
ligamur multis modis, & quibus. p. 824. col. a. d. to. 7.
Lilij folia, & grana caſtitatem notant. pag. 320. col. 1. a. b & ſequen. to. 6.
Limbus duas partes habet. pag. 74. col. 2. d. to. 6.
in limbo animæ exiſtentes conſolationes receperant ab his qui de nouo venerant. p. 272. col. 1. a. to. 6.
Linea in conſanguinitate quid. pag. 100. col. 2. d. to. 6.
Lingua, & labia Dei quid. pag. 844. col. 1. b. c. to. 7.
lingua frenum religionis initium. p. 581. col. 2. c. to. 7.
linguæ peccata viginti duo. pagin. 304. col. 1. f. & ſequen. to. 6.
linguæ peccata quomodo confitenda. pag. 691. col. a. f. & ſequ. to. 7.
linguæ peccatorum comparationes. pag. 104. col. 2. b. c. tom. 4.
Loculos ad quos vſus, & qua ob cauſam Dominus habuerit. pag. 342. col. 1. a. b. & ſequ.
Locus, & in loco eſſe aliquid multipliciter. pag. 738. colum. 1. c. d. to. 7.
Locuſta cibus Ioannis quale animal. p. 409. col. 2. e. f. to. 7.
Longanimitas ſeu perſeuerantia coronatur. pag. 834. colum. 1. f. to. 6.
longanimitatis effectus. ibid. d. e. f.
longanimitatis laudes. ibid. col. 1. c. d.
Loquacitas vitium peſſimum. pag. 316. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
Loqui in Deo quid. pag. 803. col. 2. a. b. to. 7.
loquutio Dei quotuplicitor. ibid.
in loquutione quæ obſeruanda. pag. 618. col. 1. a. f. & ſequen. to. 7.
Lucifer primus Angelorum quomodo peccauit. pag. 78. colum. a. f. to. 6.
Lucifer idem nomine de priuato bono priuatam appetijt excellentiam. pag. 17. col. 2. a. to. 6.
lucifer cuius ordinis fuerit, & quid appetierit. p. 717. colum. 1. f. & ſequ. to. 7.
Luctus, vt eſt vna ex beatitudinibus, quid ſit. pag. 818. col. 2. b. to 7.
Ludus alearum ſeu taxillorum, quando peccatum. p. 38. col. 1. d. e. to. 7.
Lumen quadruplex, interius, exterius, ſuperius, inferius. pag. 1. col. 1. a. b. to. 6.
lumen artis mechanicæ ſeptuplex, & quare. ibid. b.
lumen ſenſitiuæ cognitionis quinruplex. ibid. col. 2. f & ſequen.
lumen cognitionis philoſophicæ triplex, & eius triplex. pag. 2. col. 1. a. & ſequ. to. eod.
lumen ſacræ Scripturæ ſuperius dicitur. ibid. col. 2. b.
lumen de ſurſum deſcendens, & ſex eius differentia. ibid. d.
Luna quæ conueniant. pag. 734. col. 2. c. d. to. 7.
Lux quid ſit. pag. 714. col. 2. c. d. to. eod.
Luxuria quid. pag. 68. col. 2. d. & 298. col. 1. b. & 210. col. a. f. to. 6. & 43. col. 1. b. c. & 784. col. 2. e. to. 7.
luxuria continentia opponitur. p. 68. col. 2. d. to. 6.
luxuria in Caſſiano radix omnis peccati. pag. 777. colum. 2. a. to. 7.
luxuria quadruplex eſt. p. 010. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
luxuria quomodo ſit peccatum mortale. pag. 784. colum. 1. b. c. to. 7.
luxuria ob triplicem cauſam prohibetur. p. 303. col. a. f. & ſequ. to. 6.
luxuriæ ſpecies ſex, vel octo dici poſſunt, & quomodo. pag. 68. col. a. 1. f. to. 6. & 311. col. a. f. & ſequ. to. 7.
luxuria tentatio quotuplex. p 68. col. 2. e. to. 6.
luxuriæ damna. pag. 298. colum. a. a. f. & ſequ. to. 6. & 781. col. 1. d. e. to. 7.
luxuriæ indicia, & remedia. pag. 27. col. 2. 1. & ſequ. & 611. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
luxuriæ, & incontinentiæ exempla ex ſacris litteris. pag. 187. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
luxuriæ filiæ quinque. pag. 294. col 1. a. to. 6. & octo ex Gregorio. pag. 69. col. 1. a. to. eod. & 781. col. 1. b. c. to. 7.
ex Iſidoro quatuor. pag. 69. col. 1. b. to. 6.
luxuriæ comparationes nouem. pag. 298. col. 1. 1. & ſequen. to. 6.
de luxuria multa ex ſanctis Patribus. pag. 188. col. 2. & ſequ. to. 6.
de luxuria quomodo pœnitens interrogandus. pag. 51. col. 1. d. to. 7.

M

M*Achina mundialis ſex diebus fuit producta. p. 77. col. 2. e. to. 6.*
machinatio quid. pag. 84. col. 1. 1. f. to. 7.
Magdalena, & aliæ duæ Mariæ veniunt ad monumentum. pag. 412. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
Magdalenæ conuerſio. p. 371. col. 2. b. c. & ſequ. to. eod.
Magiſtri non indigentes quales eſſe debent. pag. 890. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Magnificentia quid. p. 202. col. 1. f. to. 6. & 820. col. 2. e. to. 7.
item ex Tullio. pag. 206. col. 1. & 2. a. to. 6.
magnificentiæ duæ definitiones. p. 91. col. 1. e. to. eod.
Magnanimitas quid. ibid. & 202. col. 1. e. to. eod.

magna-

magnanimitatis, & confidentiæ exempla ex ſacris litteris. pag. 440. col. 2. e. & ſequ. to. 7.

Magorum fides quanta. pag. 357. col. 1. a. b. to. 6.

Maledicere quid. pag. 112. col. 2. b. to. 6.

Maledictio quid. pag. 86. col. 2. b. c. to. 7.
de maledictione qua Deus maledicit. pag. 470. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
de maledictione qua homo maledicit. ibid.
de maledictione multa ex ſanctis Patribus. pag. 063. columm. 2. & ſequ. to. 6.

Maledictum quadruplex. p. 64. col. 4. f. to. 6.

Maleficium quid pag. 71. col. 1. b. & 101. col. 1. b. to. 6.

Mali timore ſolent boni. p. 510. col. 2. a. & ſequ. to. 7.
mala quomodo conſurgant. p. 54. col. 2. e. f. to. 6.
malorum innumerabilis ſemper numerus. pag. 514. columm. 1. d. & ſequ. to. 7.

Malitia quid. pag. 73. col. 4. a. to. 6.
malitia quotta plaga animæ. p. 081. col. 2. e. to. 6.
de malitia multa ex ſanctis Patrib. p. 174. co. 1. & 2. to. 6.

Malum quid ſit. p. 18. col. 2. e & 211. col. 1. e. to. e. & quid in ſe. & ſecundum ſe. p. 211. col. e. e. to. eod.
malum ex circumſtantia quid. ibid. f.
malum culpæ & pœnæ quid. ibid. e.
malum pœnæ quid. ibid.
malum triplex eſt. p. 50. col. 1. b. & 94. col. 1. & 4. b. to. 6.
malum culpæ quotuplex. p. 19. col. 1. e. to. 6.
malum quomodo utile. p. 770. col. 1. f. & e. f. to. 7.
mali introductio quæ. pag. 50. col. 1. c. d. to. 6.

Mandata omnia duobus mandatis relaudantur. p. 00. co. 1. e. 6.
mandata primæ tabulæ ordinant nos in Deum, ſecundæ vero in proximum. pag. 3. col. 1. a. b. to. 7.
mandata, ut obſerventur timore, & amore opus eſt. pag. 4. col. 1. f. to. 7.
ad mandata obſervanda quæ tenet nos monent. pag. 2. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
in mandatorum obſervatione triplex eſt utilitas. ibid. col. 1. e. b. & ſequ.
ad mandatorum plenam explanationem tria concurrunt. pag. 3. col. 1. e. f. to. 7.
mandatorum duo genera. p. 4. col. 1. e. f. to. 7.
mandatum primum decalogi & de eo ſermo. pag. 2. columm e. f. & ſequ. to. 7.
mandatum ſecundum decalogi, & de eo ſermo. pag. 6. col. 2. f. & ſequ. to. eod.
mandatum tertium decalogi, & de eo multa. pag. 2. columm. 1. b. & ſequ. to. eod. habet aliquid mere morale, mere cærimoniale, & mixtum. ibid. col. 2. c. d. obiectiones Iudæorū contra Chriſtianos ſoluuntur. ibid. col. 1. f. & ſequ.
mandatum quartum decalogi, & de eo ſermo. pag. 9. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
mandatum quintum, ſextum, & ſeptimum, & de his ſermo. pag. 11. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
mandatum octauum, nonum, & decimum decalogi præceptum. & de his ſermo. p. 13. col. 1. e. & ſequ. to. 7.

Mane quid pag. 011. col. 1. d. to. 6.

Manichæorum hæreſis de iuramento. p. 7. col. 1. e. f. to. 7.

Manſuetudo, & patientia. in quo differant. pag. 111. columm. 2. f. to. 7.
manſuetudo unde, & a ſignis, & a ſcripturis demonſtratur. p. 9. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.

Manſueti cum Deo familiaritatem habentis ſignum triplex pag. 340. col. 2. a. & ſequ. to. 6.
manſueti quo conueniant. p. 150. col. 1. e. f. to. 6. habent hæreditatem in cœlo. p. 341. col. 2. c. d. to. eod.

Mantia unde dicta. pag. 71. col. 1. a. to. 6.
mantia quinque ſpecies habet. ibid.

Manuale opus quomodo exercendum a religioſis. pag. 582.

Manna in Deo quid p. 080. col. 1. d. e. to. eod.

MARIA Virgo dicta maris. p. 414. col. 1. f. & ſeq. to. 6. a triplici virginitatis miſeria immunis. p. 414. col. 2. d. & ſequ. to. eod. habuit gratiam priuilegiorum. p. 460. col. 2. b. & ſequen. to. eod. compreſſione regnum in palatium tum regi ingredienti. pagin. 470. columm. 1. f. & ſequen. to. eod. plena fuit expreſſione diuinæ gloriæ. pag. 463. col. 2. e. f. to. eod. cæleſtium, terreſtrium, & inferorum Domina. pag. 413. col. 1. f. & ſequ. to eod. plena fuit aſperſione odorifera famæ. p. 46. col. 2. b. c. d. to. 6. habuit gratiam præmiorum. pag. 401. col. 1. d. & ſequen. to. eod. interpretatur illuminata, & illuminatrix. pag. 414. col. 1. f. & ſequen. to 6. habuit gratiam labiorum. pag. 400. col. 1. a. & ſequ. to. eod. plena poſſeſſionibus bonæ vitæ in effectu. p. 402. col. 4. d. & ſequen. to. eod. benedicta dicitur per ſeptem virtutes contra ſeptem capitalia vitia. pag. 476. col. 1. e. f. & ſequen. to. 6. immunis a triplici vœ. pag. 452. columm. 1. d. & ſequen. to. eod. immunis a triplici vi pœnæ. 453. col. 1. d. & ſequen. to. eod. beata corpore, & anima aſſumpta in cælum. pagin. 470. col. 1. b. & ſequen. to. 6. plena fœcundatione prolis diuinæ. pag. 440. col. 1. e. & ſequen. to. eod. fuit virgo, & virga florens. pag. 470. col. 2. b & ſequen. to. eod. plena illuminatione ſapientiæ & intellectus. pag. 402. col. 1. e. & ſequen. to. eod. habuit gratiam donorum Spiritus ſancti. p. 419. col. 1. b. & ſequ. to. 6. plena fuit fruitione lætitiæ æternæ. pag. 464. col. 1. a. b. c. to. eod. plena unctione miſericordiæ. p. 462. col. 4. f. & ſequ. to. eod. pro aborientem aſſectuoſa. pag. 456. col. 1. f. & ſequ. to eod. Auroræ comparatur. pag. 407. col. 2. b. & ſequ. to. eod. plena perfectione uniuerſalis Eccleſiæ. p. 407. col 1. f. to. eod. plena inundatione gratiæ. p. 462. col. 1. f. & ſeq. to. 6. aurum a Magis oblatum pauperibus erogauit. pag. 157. col. 1. e. f. to. 6. amarum mare. p. 405. co. 2. e. f. to. 6. in Euangelio ſeptem verba locuta eſt. pag. 789. col. e. f & ſequ. to. e. multis de cauſis fuit deſponſata. pag. 814. col. a. a. b. to 7. ſignificatur per ſcalam Iacob. p. 200. col. 2. e. & ſequen. to eod. etiam nomine ea aſcendit. pag. 113. col. 2. d. to. 7. eius virginitas pag. 419. columm. a. a. b. to. 6. purificatio. pag. 337. col. 1. f. & ſequen. to 6. paupertas. ibid. col. 1. c. d. ventris eius qui & qualis fructus. pag. 410. col. 2. d. & ſequen. to. eod. quomodo eius gratia immenſa. pag. 418. col. e. e. & ſequen. to. eod. eius poſt Epiphaniam mora ad præſepe. pag. 217. col. 1. b. & ſequ. to. 6. ſeptem habuit priuilegia. p. 400. col. 2. e. & ſequen. to. eod. Mariæ nomen quomodo beatæ Virgini conuenientiſſimum pag 410 columm. 1. e. & ſequ. to. eod. eius humilitas quanta. ibid. d. Mariæ Virginis ſalutatio quinque ſententias continet, in quibus quinque dulciſſime eius laudes continentur. pag. 411. col. 2. e. & ſequen. to. 6. Mariæ nomen quæ ſignificent pag. 410. col. 1. d & 413. col. 2. d. e. f. & ſequen. tom. eod. eiuſdem manſuetudo, & patientia. pag. 416. col. 2. e. f. to. eod. vita & eius ſeptem petitiones. pag. 211. col. 1. d & ſequen. to. 6. gratia eius utilitas. pag. 458. col. e. e. f. to eod. gratia eius multiplex. ibid. col. 1. f. item veriſſima. p. 457. col. a. d. e. f. & ſequen. to. eod. Mariæ Virginis corpus ſurrexit glorioſum ante omnem putrefactionem. p. 455. col. 1. a. b. c. to. 6. eius diligentia indefeſſa pag. 457. col. 2. a. & ſequen. to. 6. quomodo ei conueniat ſoli natura & proprietas. pag. 201. col. 1. d. f. & ſequen. to. 7. reſponſio eius Angelo data expenditur. pag. 701. col. 1. e. f. to. 7. de Beata Maria ex ſanctis Patribus multa. pagin. 602. col. e. & ſequ. to. 6.

Martha, & Maria quomodo Chriſto miniſtrabant. p. 114. columm. 2. e. & ſequen. to. 6. & quid per eas ſignificetur. ibid.

Martia plorato proprietates pag. 710. col. 4. f. to. 7.

Martyrium fugere an ſit imperfectorum. p. 423. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
martyrii & fidelium perfectio eſt. pag. 422. col. 1. d. & ſequen. to. 7.
de martyrio multa ex ſanctis Patribus. pag. 207. col. 1. & 2. to. 6.

Matrimonium quid. pag. 50. col. 1. d. & 98. columm. 2. d. & 002. col. 2. d. to. 6.
matrimonium cur ab initio inſtitutum. pagin. 50. columm. 4. b. to. 6. & cur ante omnia alia ſacramenta. pag 43. col. 2. a. to. eod.

matrimonium. & in officium, & in remedium inſtitutum. pag. 50. col. c. d. to. 6.
matrimonium a Deo quibus modis inſtitutum. pag. 98. col. 2. d. e. to. 6.
matrimonium quando initietur, ratificetur, & conſummetur. p. 52. col. 1. e. to. 6.
matrimonij ſunt tria bona. ibid. e. f. & ſequ.
matrimonij contractus per quę initietur. ratificetur. & conſummetur. p. 83. col. a. e. to. 6.
matrimonij impedimenta duplicia. p. 99. col. 1. & 2. a. & ſequ. to. 6. item duodecim impedimenta. pag. 50. col. e. & 2. f. & 51. col. 1. a. to. eod.
matrimonij ex ſacris litteris exempla. p. 536. col. a. c. d. & ſequ. to. 7.
matrimonio coniuncti tripliciter ſeparantur. pag. 93. col. 1. a. b. to. 6.
in matrimonio rato. & conſummato quid res. quid ſacramentum. quid res. & ſignum. ibid. c. d.
in matrimoniali actu quibus modis poſſit contingere peccatum p. 43. col. 2. b. c. to. 7.
Mechanica opera, ſeu ſeruilia ſunt ſeptē. p. 8. col. c. d. to. 7.
Meditando debet ſe homo exercere ad igniculum ſapientię. pag. 699. col. e. e. f. & ſequ. to. 7.
meditando quomodo ſe debet homo exercere ad ſcientię ſtimulum. pag. 697. col. c. e. & ſequ. to. 7. & quomodo ad eadē intelligentię. p. 188. col. 2. b. & ſeq. to. eod.
Meditatio quid ſit. & quomodo a cogitatione diſtinguatur. pag. 254. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
meditatio neceſſaria orationi. p. 175. col. 2. c. d. to. 7.
meditatio ſtudioſa ſecundum eſt ſecundum iter aeternitatis. & de ordine huius itineris. pag. 54. col. a. b. & ſequen. to. 7.
meditatio poſt Completorium. p. 408. col. a. b. & ſeq. to. 6.
in meditatione itinere Deus quomodo ſpiritum humanum illuminat. p. 655. col. c. d. & ſequ. to. 7.
de meditatione multa ex ſanctis Patribus. p. 184. col. a. & ſequ. to. 6.
meditationes infra Miſſarum ſollemnia. p. 200. col. e. f. & ſequ. to. 7.
Membra corporis triplicia. p. 765. col. e. f. & ſequ. to. 7.
membra interiora quomodo ſe habeant. ibid. col. a. a. b.
membra corporea cum Deo in ſcripturis tribuuntur, quid ſignificent. p. 830. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
circa membrorum geſtum, quę diſciplina a religioſis ſeruanda. pag. 884. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
Memoria quid. pag. 400. col. 2. f. & 214. col. c. d. to. 6. & 760. col. 1. c. to. 7.
memoria noſtra quinque modis Deo inhaerere docetur. pag. 637. col. 1. c. & ſequ. to. 7.
memoria quo pacto reformari debeat. pag. 600. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
memoria. & reminiſcentia, quomodo differant. p. 760. col. c. d. & ſequ. to. 7.
memoria mortis ſex in homine bona facit. pag. 323. col. e. e. f. & ſequ. to. 6.
memoria peccatorum quomodo fieri debeat. pag. 107. col. c. d. & ſequ. to. 7.
memoria operationes indicant animam eſſe imaginem Dei. pag. 138. col. c. e. f. to. 7.
de memoria multa ex ſanctis Patribus. pag. 148. col. 2. & ſequ. to. 6.
Memorialia vigintiquinque ad bene viuendum. pag. 810. col. 2. a. & ſequ. to. 7.
Mendacium quid. pag. 64. col. 1. e. & 210. col. a. b. to. 6. & 13. col. a. a. b. to. 7.
mendacium triplex eſt. pag. 64. col. e. f. to. 6. & 13. columu. 1. e. f. & 38. col. a. d. e. & 216. col. 2. b. to. 7.
mendacium octuplex. p. 64. col. e. f. & a. to. 6.
mendacij ex ſacris litteris exempla. pag. 518. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
de mēdacio multa ex ſanctis Patribus. p. 264. col. 2. to. 7.
Mendicare licitum eſt fratribus. & argumentorum quorundam contra hoc ſolutio. p. 344. col. a. d. & ſeq. to. 7.
Mendicatio pro Chriſto ſuſcepta eſt perfectionis Chriſtianę. pag. 390. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Mendicitas quintuplex eſt origine, modo. & efficacia differens. pag. 463. col. c. e. f. & ſequ. to. 7.
mendicitatis triplex eſt modus. pag. 395. colum. c. a. & ſequen. to. 7.
Mens noſtra tribus virtutibus Theologicis ſupernaturaliter debet. pag. 640. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
mens noſtra tripliciter appellata. p. 135. col. a. f. to. 7.
Menſa. & quomodo in ea religioſi oculos cuſtodire debeant. & ſeruare ſilentium. p. 580. col. c. e. f. to. 7.
in menſa a religioſis ſpecialia non ſunt quaerenda. ibid. col. a. c. & ſequ.
circa menſam quę diſciplina ſeruanda. pag. 582. colum. c. a. b. & ſequ. to. 7.
Menſurę durationis tres ſunt. p. 77. col. c. e. to. 6.
Meretrix quos religioſos deſignent. p. 588. col. a. b. c. to. 7.
Mercurij planetę proprietates. pag. 761. col. c. e. to. 7.
Meretricium quid. pag. 72. col. a. b. to. 6.
Meritum triplex eſt. pag. 842. col. 2. c. d. to. 7.
meritum. vel demeritum, quomodo circa finem actionē attenditur. pag. 842. col. 2. b. to. eod.
ad meritum tria valent. pag. 802. col. c. d. e. to. 7.
ad meritum ex parte ſubiecti tria requiruntur. p. 802. col. 1. f. to. 7.
merito condigni nullus meretur primam gratiam. pagin. 802. col. 2. d. e. to. 7.
mereri quis tripliciter dicitur. pag. 85. col. c. d. e. to. 6.
meritoria opera quomodo ſint a gratia. & a libero arbitrio. pag. 802. col. 1. d. to. 7.
meritoria operatio quomodo ſit ſeptimum iter aeternitatis. pag. 691. col. a. d. & ſequ. to. 7.
Metus quid. & quotuplex. pag. 200. col. 1. b. to. 6.
metus quis ſit impedimentum matrimonij. pagin. 100. col. 1. c. to. 6.
Michael quid ſignificet. pag. 80. colum. 1. e. to. 6. & 756. col. 2. a. b. to. 7.
Michael Angelus Chriſtum in agone confortat. pag. 448. col. 1. b. & ſequ. to. 6.
Milites. & multa de illis ex ſanctis Patribus. pag. 130. colum. 2. to. 6.
Millenarius quid ſignificet. pag. 337. col. a. c. d. to. 6.
Miniſtri altaris, & illorum officium. pag. 579. col. c. a. & ſequ. to. 7.
Minores fratres cur habeant magnos conuentus. p. 357. col. c. d. & ſequ. to. 7. cur non degant in deſerto. 356. col. 2. f. & ſeq. eod. cur colligant plura, quàm ſufficiant ad vnius diei victum. pag. 317. col. a. f. & ſequ. eod. cur non laborent manibus pro victu. 359. col. 2. e. f. to. 7. cur populo predicent. & confeſſiones audiant. p. 351. colum. a. e. & ſeq. to. 7. cur litterarum ſtudio vacent. 356. col. c. e. f. & ſequ. to. eod. cur nihil habeant proprium in communi. & in ſpeciali. ibid. col. a. b. & ſequ. cur plures nunc petant, quàm olim. p. 358. col. c. e. f. & ſequ. to. eod. cur videantur eſſe impatientes penuriae. ibid. col. 2. d. & ſequen. to. 7. quomodo poſſint libros. libros. domos, & cet. poſſidere. pagin. 364. colum. 1. f. & ſequen. to. 7. an recipiant eleemoſynam ab his, qui iniuſta lucra ſectantur. p. 365. col. 2. e. f. & 2. a. to. eod. an tranſgrediantur regulam cum pecunias. quę ſibi pro eleemoſynam erogantur, per alios recipi. et conſeruari faciant. p. 364. col. 2. d. & ſequ. to. 7. an omnes ad illorum ordinem recipiendi. p. 440. col. 2. f. & ſequ. to. 6. inter eos cur non omnes dyſcoli e religione eyciantur. p. 360. col. 2. b. c. to. eod. an de illorum religione, poſſit quis facta profeſſione, ad aliam tranſire. p. 358. col. 2. f. & ſequ. to. eod. cur non omnes recipiantur ad illorum religionem. ibid. col. 2. e. f. & ſequ. illorum ordo ab quo tempore ſanctus Bonauentura deformari cœpit. pag 467. col. 1. f. & ſequ. to. eod. cur in Minorum religione aliqui prauis moribus inueniantur. p. 361. col. 2. c. & ſequen. to. eod. an ad Minorum religionem de qualibet religione ſit tranſitus. p. 359. col. a. e. f. to. 7. an Minoribus liceat eycere aliquē pro demeritis, et egreſſo penitenti. & petēti receptionē denegare. p. 360. col. 1. a. ſeq. to. 7.

Mirac-

Miraculum quid. pag. 18. col. a. c. to. 6.
miraculum, & mirum, in quo differunt. pag. 744. colum. 1. d. e. to. 7.
ad miraculi rationem quæ requirantur. ibid.
miracula in quibus fiunt. p. 714. col. 2. a. b. to. eod.
de miraculis diuina prouidentia factis. pag. 471. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Miſeria, & multa de ea ex ſanctis Patrib. p. 180. col. 2. to. 6.
Miſericordia quid. pag. 98. col. a f. & 242. col. 2. b. to. 6.
miſericordia cæteras virtutes ſuperat. pa. 327. col. 2. d. & ſequ. to. 6.
miſericordia tribus modis dicitur. pag. 747. colum. 2. b. & ſequ. to. 7.
miſericordiæ comparationes. p. 327. col. 1. b. & ſeq. to. 6.
miſericordiæ gradus varij. p. 42. col. a. f. & ſequ. to. 7.
miſericordiæ beatitudo definitur. p. 613. col. 1. d. to. eod.
miſericordiæ opera quæ. pag. 248. col. 2. c. d. 328. colum. 1. d. to. 6. & 213. col. 2. c. d. to. 7.
miſericordiæ laudes. p. 332. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
ad miſericordiam quibus meditationibus moueamur. pag. 327. col. 1. b. c. to. 6.
de miſericordia multa ex ſanctis Patribus. pagin. 104. colum. 1. to. 6.
miſericordiæ opera ſpiritualia, & eorum ſufficientia. pag. 98. col. 2. d. to. 6.
Miſſa vnde dicta. & eius ſignificatio vſque ad offertorium. pag. 70. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Miſſa quas prærogatiuas habeat. p. 443. col. 2. e. f. to. 7.
Miſſæ myſteria multa ſunt. p. 443. col. 2. f. to. 7.
Miſſæ ritus, & ſigna actiones quæ in Miſſa fiunt quid ſignificent. pag. 96. col. 1. d. e. to. 6.
Miſſæ officium moraliter exponitur. p. 126. col. 1. b. c. to. 7.
in Miſſæ officio, quæ negligentiæ occurrant. pagin. 626. col. 1. e f. & ſequ. to. 7.
Miſſam celebrantis quæ intentio. p. 74. col. a. b. c. d. to. 7.
Miſſam celebrans quomodo ſe habere debeat poſt communionem. p. 75. col. a. b. to. 7. & quomodo infra ſacrum canonem. ibid. col. 1. a. b.
ad Miſſam celebrandam conſcientia diſcutienda. & paſſio Chriſti meditanda. p. 76. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
a Miſſam celebrante quomodo confeſſio fieri debeat. pagin. 74. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
ad Miſſam celebrandam ſex in celebrante requiruntur. pag. 75. col. 1. d. e. & ſequ. to. 7.
Miſſale in loco honeſto reponendum. pag. 179. col. 1. a. to. 7.
Miſtio quid ſit. pag. 213. col. 1. f. to. 7.
Mittere, & mitti quibus perſonis in diuinis competat. pag. 18. col. 2. a. to. 6.
Moderantia quid. pag. 90. col. 2. e. to. 6.
Modeſtia quid. ibid. & 212. col. 1. e. to. eod. & 810. colum. 1. c. to. 7.
de modeſtia multa ex ſanctis Patribus. pag. 184. col. 1. & 233. col. 1. to. 6.
Monachorum tria genera. pag. 207. col. 1. b. to. 6. item quatuor genera. p. 408. col. 1. e. & ſequ. to. 7.
de monachis bonis multa ex ſanctis doctoribus. pag. 148. col. 1. & 2. to. 6. item de monachis malis. ibid.
Moniales cur recipiantur conſtituta pecunia. pag. 381. colum. 1. c. d. & ſequ. to. 7.
Montes quatuor mala habent. & valles quatuor bona. pag. 224. col. 1. e. to. 6.
Mores in religioſis quales eſſe debeant. pag. 618. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Mors ſemper meditanda. p. 146. col. 1. b. c. d. to. 7.
mors malorum horrenda. p. 560. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
mors iuſtorum pretioſa. p. 562. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
de morte quomodo meditandum. pag. 207. col. 2. b. & ſequ. to. eod.
de morte multa ex ſacris literis. pag. 562. colum. 1. f. & ſequ. to. 7.
de morte multa ex ſanctis Patribus. pag. 200. colum. 1. & ſequ. to. 6.
Mortificatio. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 186. col. 1. to. 6.
Motiua viſio quæ diuidatur. pag. 760. col. 2. d. & ſequ. & 763. col. 1. a. b to. eod.
motiua ſenſitiua quid. p. 219. col. 2. f. to. 6.
Motus triplex. & nullus eorum in Deo. pag. 740. col. e. f. & ſequ. to. 7.
motus primi mobilis dicitur rationalis. pagin. 750. colum. 2. b. to. 7.
motus firmamenti, & planetarum dicitur irrationalis. pag. 750. col. 2. b. to. 7.
Mulier. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 228. colum. 1. & 2. to. 6.
mulierum fallacia multa. p. 560. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
mulierum ſtultiloquium. p. 560. col. a. f. & ſequ. to. 7.
mulierū ornatus ſuperfluus. p. 561. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
mulierum auiditas magna. p. 558. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
mulierum pietas. ibid. e. & ſequ.
mulierum fortitudo. ibid. col. 2. e. & ſequ.
mulierum magna fides. pag. 558. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
mulierum magna ſapientia. ibid. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
Multiloquiū, et otioſa verba fugiēda. p. 616. col. 1. a. b. to. 7.
de multiloquio multa ex Sanctis. p. 162. col. 1. to. 6.
Munditia carnis quid, et quæ ſunt eius pœna. pag. 681. col. a. f. & ſequ. to. 7.
munditia cordis quid. pag. 213. col. 2 e. to. 7.
munditiam cordis quæ faciunt. pag. 228. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
ad munditiam cordis quæ diſponunt. ibid. col. 2. b. c. d.
Mundus in natura cæleſti, & elementari conſiſtit. pag. 15. col. 2. to. 6.
mundus triplex eſt pag. 749. col. 1. c. to. 7.
mundus cur purgandus per ignem. p. 39. col. 2. a. b. to. 6.
mundus innouabitur tranſacto iudicio. pag. 839. colum. 2. e. f. to. 7.
mundus cur igne conflagrationis conſumendus, & non aquarum inundatione. p. 74. col. 2. f. to. 6.
mundus incœpit eſſe a Deo per creationem. pag. 14. colum. 1. to. 6.
mundi innouationis ratio. pag. 839. col. a. f to. 7.
mundi ætates ſeptem. p. 712. col. 1. a. b. c. to. 7.
Munerum acceptio, quæ non eſt peccatum, ſuſpecta tamen eſt. pag. 38. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
munerum acceptionis ex ſacris hiſtoriis exempla. p. 325. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Murmuratio quid. p. 32. col. 2. e. f. to. 7.
Mutabilitas, & multa de ea ex ſanctis. p. 161. col. 2. to. 6.
mutatio triplex eſt. p. 232. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
mutatio ſubſtantialis quadruplex. p. 034. col. 1. b. c. to. 7.
Myrrha faſciculus quid ſit. pag. 138. col. 1. b. e. to. 7.

N

NAres in Deo quid. pag. 681. col. 2. d. to. 7.
Natiuitas Chriſti, & circa eam meditatio. pa. 154. col. 2. a. & ſequ. to. 6.
Natura corporalis quomodo animæ vniatur. pag. 15. colum. 1. e. to. 6.
natura cæleſtis quotuplex. pag. 15. col. a. f. to. eod.
natura corporea, & quid de ea conſiderandum quantum ad fieri. pag. 15. col. 1. c. & ſequ. to. eod.
naturalis philoſophia triplex. pag. 2. col. 1. f. to. eod.
naturalis virtus quid. pag. 760. col. 2. d. e. to. 7.
Nazareth flos interpretatur. p. 440. col. 1. e. f to. 6.
Neceſſitas duplex, & vtraque valet ad fugenda vitia. pag. 604. col. 1. f. to. 7.
Negligentia quid. pag. 62. col. 2. a. to. 6. & multa de ea ex ſanctis Patribus. p. 146. col. 2. & ſequ. to. eod.
Negotiatores, & multa de illis ex ſanctis Doctoribus. pagin. 631. col. 1. to. 6.
Neſcire in Deo quid. pag. 638. col. 2. e. to. 7.
Nigromantia quid. pag. 212. col. 1. a. to. 6.
Nobiles. & de illis multa ex ſanctis Patribus. pagin. 130. col. 2. to. 6.
Nomen Dei aſſumitur in vanum multipliciter. pag. 215. col. 1. e. to. 7.

nomina

nomina quot modis de Deo dicantur. pag. 740. col. 1. f. & ſeq. to. eod.
Nomina ipſius Dei, aut eſſentialia, aut notionalia, aut perſonalia. pag. 740. col. 1. a & ſeq. to. 7.
Notio quid. pag. 214. col. 1. a. to. 6.
Notiones in diuinis quinque. pag. 10. col. 2. e. 209. col. 2. d. to. 6. 741. col. 2. c. d. to. 7.
de notionibus regula obſeruanda. ibid. e. f.
Notitia approbationis quid. pag. 210. col. 2. c. to. 6. & quid notitia viſionis. ibid.
Nouatum præſumptio quid. pag. 66. col. 2. e. to. 6.
Nouitiatus in religione duplex. pag. 161. col. 2. f. to. 7.
Nouitius quomodo ſe habebit cum ſocio in via. pag. 657. col. 1. e. f. to. 7.
nouitius ſeipſum corrigat. pag. 661. col. 2. f. & ſequen. to. eod.
nouitius ad Euchariſtiam quomodo ſe debeat præparare. pag. 664. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
nouitius fugiat rumores, & iactantiam. pag. 655. col. 2. d. & ſeq. to. eod.
nouitius non habeat res curioſas. pag. 660. col. 2. e. f. to. eod.
nouitius quomodo debeat confiteri. pag. 664. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
nouitius deſideret ſemper eſſe in cella. pag. 654. col. 2. b. c. to. 7.
nouitius vitare debet curioſitatem. pag. 659. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
nouitius otium fugiat. pag. 656. col. 2. e. to. 7.
nouitius circa dormitionem quomodo ſe gerat. pag. 665. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
nouitius quando a ſuperiori corripitur genuflectat. pag. 653. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
nouitius ad Miſſam libenter miniſtret. pag. 654. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
nouitius extra domum non circumſpiciat per loca. pag. 657. col 1. d. e. to. 7.
nouitius prædicationis, & confeſſionis officium non deſideret. pag. 654. col. 2. e. f. & ſeq eod.
nouitius qualiter ſe gerere debeat in dormitorio. pag. 653. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
nouitius capiat horas ad meditandum, & orandum. pag. 657. col. 2. a. to. 7.
nouitius pacificum habeat auditum. pag. 656. col. 1. e. to. 7.
nouitius det bonum exemplum in conuerſatione. pag. 657. col. a. b. c. to. eod.
nouitius quomodo ſe gerere debeat circa comeſtionem. pag. 665. col. 1. e. & ſeq. to. 7.
nouitius in omnibus ſemper habeat honeſtatem. pag. 660. col. 2. a. b. & ſeq. to. eod.
nouitius confiteatur ter in ſeptimana. pag. 652. col. 2. a. b. to. 7.
nouitius in capitulo qualiter ſe gerere debeat. pag. 653. col. 1. a. b. c. to. 7.
nouitius qualiter in menſa ſe gerere debeat. ibid. col. 2. a. & ſeq.
nouitius humili verecundia præditus eſſe debet. pag. 655. col. 1. e. f. to. 7.
nouitius proponat ſibi in omnibus exemplum Chriſti. pag. 656. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
nouitius in religione debet omnia monaſteria abdicare. pag. 669. col. 1. d. e. to. 7.
nouitius litteras ad ſe miſſas non aperiat abſque licentia ſuperioris. pag. 571. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
nouitius peccantibus debet compati. pag. 660. col. 2. a. b. to. 7.
nouitius qualiter cantare debeat. pag. 656. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
nouitius odium, & detractionem contra ſe patienter ſuſtineat. pag. 661. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
nouitius quatuor cautelas obſeruare debet. pag. 566. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
nouitius in omnibus vanam gloriam fugiat. pagin. 656. colum. 2. eod. tomo.
nouitius confeſſionem generalem, quam primum faciat. pag. 109. col. 1. f. to. 7.
nouitius ſit voluntarie ſubiectus. pag. 658. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
nouitius in propoſito bono non fluctuet. pag. 569. col. 2. a. b. to. 7.
nouitij lectio qualis. pag. 654. col. 2. e. d. to. 7.
nouitij modus loquendi qualis. pag. 656. col. 1. e. to. 7. & qualis eius conuerſatio inter fratres. 663. col. 1. b. & ſeq. eod. qualis inceſſus, & ſeſſio ibid. f. & ſeq. qualis riſus. ibid. col. 2. b. qualia verba. ibid.
nouitio, cui & quoties ſit confitendum. pag. 574. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
nouitio in colloquio mulierum quæ vitanda. pag. 617. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
nouitio otium vitandum. pag. 659. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7. & mala cogitationes. ibid. col. 2. b. c.
nouitio familiaritates ſæcularium vitanda. pag. 667. col. 1. c. & ſeq. to. 7.
nouitio quæ memoriter diſcenda ex diuino officio. pag. 576. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
nouitio qualis debet eſſe religionis feruor. pag. 656. col. 2. b. c. d. to. 7.
nouitio de abſente quomodo loquendum. pag. 655. col. 2. e. to. 7.
nouitio quæ orationes dicenda, & quomodo. pag. 663. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
nouitio in egreſſu foras quæ obſeruanda. pag. 657. col. 1. a. b. c. to. 7.
nouitiorum bonorum quæ ſigna, & quæ prauorum. pag. 593. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
nouitijs quid ſemper conſiderandum. pag. 652. col. 2. a. b. to. 7.
nouitijs, & nouiter conuerſis ſæpe prodeſt loci mutatio. pag. 269. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
nouitijs quomodo a ſomno ſurgendum. pag. 652. col. 1. d. & ſeq. to. eod.
nouitijs neceſſaria humilitas. pag. 569. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
de nouitijs multa ex ſanctis Patribus. pag. 022. col. 2. to. 6.
Nubes quomodo fiant. pag. 751. col. 2. e. f. to. 7.
Nugæ, & de his multa ex ſanctis Patribus. pag. 662. col. 1. & e. to. 6.
Numerorum ſeptem differentia. pag. 038. col. a. b. & ſeq. to. 7.
Nuntij diuini ad animam, quomodo a falſis diſtinguantur. pag. 058. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.

O

Obed Edom, quid ſignificet. pag. 474. col. 2. d. e.
Obedientia quid. pag. 92. col. 1. a. to. 6.
obedientia meta quæ dicatur. pag. 09. col. 1. e. & 210. col. 2. d. to. 6.
obedientia duplex eſt. pag. 333. col. 1. f. to. 7. item triplex. 630. col. 1. a. & ſeq. to. eod.
obedientia qualis eſſe debeat. pag. 566. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
obedientia perfecta, ſua imperfecta relinquit. pag. 570. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
obedientia Prælatis debita. pag. 652. col. 1. a. d. & 2. a. & ſeq. to. 7.
obedientia in operibus, in locutione, & in vſu rerum. pag. 570. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
obedientia laudes. pag. 667. col. 1. c. d. & ſeq. to. 7.
obedientia ratio quæ. pag. 090. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
obedientia ſex auxilia. pag. 307. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
obedientia præcepta. ibid. col. 1. d. e. f.
obedientia exempla ex Sacra ſcriptura. pag. 490. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
obedientia neceſſitas, & meritum. pag. 270. colum. 1. b. c. to. 7.

obedientia

obedientiæ comparationes. pag. 307. col. 2. a. & ſeqq. to. 6.
obedientiæ exemplum mirabile. pag. 240. col. 2. c. d. e. to. 7.
obedientiæ gradus varij. pag. 20. col. 2. c. d. to. 7.
obedientiæ gradus ſeptem. pag. 307. col. 2. e. f. to. 6. & qui. pag. 631. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
de obedientia bona, ex ſanctis Patribus multa. pag. 111. col. 2. & ſeq. to. 6. item de inaccepta. pag. 050. col. 1. & 2. to. eod.
Obliuio quotuplex, & qualis ſit peccatum. pag. 45. col. 1. e. f. to. 7.
de obliuione multa ex ſanctis Patribus. pag. 174. col. 1. & 2. to. 6.
Obliuiſci in Deo quid. pag. 584. col. 1. b. to. eod.
Obſeruantia quid. pag. 91. col. 2. e. 812. col. 2. a. to. 6. 811. col. 1. e. to. 7.
Obſtinationis, & duritiæ malorum exempla ex ſacris litteris. pag. 548. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
de obſtinatione multa ex ſanctis Patribus. pag. 268. col. 1. & 2. to. 6.
Occaſiones peccandi confitendæ. pag. 691. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
Occiſio tripliciter eſt iniuſta. pag. 818. col. 2. d. to. 7.
Oculus triplex, carnis, rationis, & contemplationis. pag. 860. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
oculus cordis habet ſuam noctem, & diem. pag. 246. col. 1. b. c. & ſeq. to. 6.
oculi quid in Deo. pag. 681. col. 2. e. to. 7.
Occupatio, & multa de ea ex ſanctis Patribus. 162. col. 1. & 2. to. 6.
Odium quid. pag. 218. col. 2. d. to. 6.
Offertorium vnde dicatur. pag. 80. col. 2. to. 7.
Officium diuinũ ob quinque cauſas in Eccleſia inſtitutum, ab Spiritu ſancto. pag. 100. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
officium diuinum quàm deuotiſſime perſoluendum. pag. 590. col. 2. c. d. e. & ſeq. to. 7.
officium diuinum quomodo recitandum. pag. 662. col. 2. f. & ſeq. to. 7. & quomodo perſoluendum etiam extra chorum. pag. 177. col. 2. e. f & ſeq. to. 7.
officia a Religioſis quomodo alijs committenda. pag. 178. col. 1. b. c. d. to. 7.
in officijs monaſterij quæ diſciplina a Religioſis ſeruanda. pag. 181. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
Omiſſio quid. pag. 62. col. 1. e. to. 6.
omiſſio quotuplex, & qualis ſit peccatum mortale. pag. 44. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
Operatio Dei in productione mundi triplex. pag. 77. col. 2. f. to. 6.
operatio hominis tam ſpiritualis, quàm corporalis, quomodo Deiformis efficiatur. pag. 194. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
operationis bonæ exempla ex ſacris litteris. pag. 559. col. 1. 2. & ſeq. to. 7.
Oppreſſiones bonorum per malos ex ſacris litteris exempla. pag. 550. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
Opus manuale quibus ab Apoſtolo præcipiatur. pag. 407. col. 2. c. d. e. to. 7.
operis triplex genus. pag. 406. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
opera ſex dierum moraliter explicantur. pag. 749. col. 1. f. & 2. a. b. to. 7.
opera bona quomodo ſunt trium meritoria. pag. 802. col. 2. e. f. to. 7.
opera extra charitatem facta ad quid valeant. pag. 808. col. 1. e. to. eod.
opera miſericordiæ corporalia. 98. col. 2. b. c. to. 6. & eorum ſufficientia. ibid.
operum quinque ſunt genera. pag. 772. col. 1. e. to. 7.
Oraculum quid. pag. 82. col. 2. to. 6. & 211. colum. 1. a. to. eod.
Orandi tres modi. pag. 677. col. 2. a. & ſeq. to. 7.
orandi modus a monachis ſeruandus. pag. 371. colum. 1. a. b. c. to. eod.
orandum eſt mane, & veſpere. pag. 171. colum. 2. f. to. 7.
orantis forma varia. pag. 642. col. 2. a. b. c. to. eod.
orantis affectio ad impetrandum quomodo debet eſſe præparata. pag. 124. col. 2 & ſeq. to. 7.
orantes quare quandoque non exaudiantur. pag. 644. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Oratio quid. pag. 98. col. 2. f. 207. col. 2. b. 242. col. 2. b. to. 6.
oratio duplex mentalis, & vocalis. pag. 41. colum. 2. b. to. eod.
oratio mentalis quid. pag. 64. col. 2. e. f. to. 7.
oratio breuis ſit, & pura. pag. 172. col. 2. e. to. 6.
oratio duabus alis ſubleuatur. ibid. d. e.
oratio paſcit hominem interiorem. pag. 170. col. 2. a. b. to. 7.
oratio quomodo pars ſatisfactionis. pag. 830. col. 1. e. f. to. 7.
oratio commendatur. pag. 181. col. 2. a b. to. 6.
oratio cur collecta dicatur. pag. 70. col. 2. b. to. 7.
oratio deuota dicenda ante communionem. 76. col. 1. f. to. 7. item alia poſt communionem. ibid. col. 2. e. f.
orationis Dominicæ petitiones ſeptem. pag. 41. col. 2. e. to. 6. & earum ſufficientia. 94. col. 1. a. to. 6. & de eiuſdem doctrina. 40. col. 2. d. & 2. e. & ſeq. to. eod. eiuſdem breuis expoſitio. 339. col. 1. f. & ſeq. to. 7. item de eadem meditatio. 444. colum. 2. b. & ſeq. to. 7.
orationis partes tres, ſeu gradus tres. pag. 699. col. 2. e. f. to. 7.
orationis figura triplex. pag. 097. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
orationis vtilitates. pag. 642. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
orationis effectus. pag. 041. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
orationis comparationes. pag. 497. colum. 2. e. d. e. to. 6.
orationis virtus quanta. pag. 671. col. 1. e. & ſequ. to. 7.
orationis exempla ex ſacra Scriptura. pag. 482. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
orationis perfectio. pag. 646. col. 1. c. d. to. 7.
ad orationem tria requiruntur. pag. 671. col. 2. e f. & ſeq. to. 7.
in oratione varij affectus formantur. pag. 677. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
oratione quomodo peruenitur ad veram ſapientiam. pag. 100. col. 2. e. f & ſeq. to. 7.
de oratione accepta multa ex ſanctis Patribus. pag. 156. col. 2. & ſeq. to. 6. item de inaccepta. 157. colum. 2. & ſeq. to. eod.
orationes ſpeciales quibuſdam expediunt, & de ipſis multa. pag. 644. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
Orbes cæleſtes quomodo diſtent inter ſe, & a terra. pag. 748. col. 2. e. f. to. 7.
Ordo quid. pag. 412. col. 2. d. to. 6. item quid, & quotuplex. pag. 98. col. 1. b. to. eod. & quomodo a Gregorio definiatur. 79. col. 2. b. to. eod. & 49. colum. 2. d. to. 6.
ordo hierarchiæ eccleſiaſticæ. pag. 130. col. 1. b. to. 6.
ordo in Angelis quid ex Gregorio. pag. 210. colum. 2. d. to. eod.
ordo diuinæ Iuſtitiæ in pœna inflicta primis parentibus pro peccato. pag. 22. col. 2. c. to. eod.
ordo vincadi tria continet, & quo. pag. 3. colum. 2. b. to. 6.
ordo quomodo deſcribitur. pagin. 812. colum. 2. b. c. to. 7.
ordo ſacer impedimentum matrimonij. pag. 040. col. 1. a. to. 6.
ordinis ſeptem gradus. pag. 49. col. 2. f. to. 6.
ordinis quæ debito diſpenſatio. pag. 9. col. 1. f. to. 6.
de ordinis ſubſtantia ſunt ſex. pag. 882. colum. 2. c. d. to. 7.
in ordine aliquid eſt ſacramentum, aliquid res, aliquid res, & ſacramentum. ibid. & 98. col. 2. b. 1. to. 6.

in ora-

In ordine quolibet character imprimitur. ibid. f. & quando imprimatur. 833. col. 1. a. to. 7.
ordine initiati duplex habent ſignum diſtinctiuum. pag. 832. col. 2. to. eod.
ordines quomodo diſpenſandi. pag. 50. col. 1. c. to. 6.
ordines ſex ſunt tanquam ſubminiſtratiui. & quare. pag. 49. col. 2. f. to. 6.
ordines cur precedat tonſura. ibid. e.
ordines ſunt ſeptem. pag. 832. col. 2. d. & ſequ. to. 7. item eorum officia. ibid.
ordines ſuſcepturi quas debeant habere qualitates. pagin. 833. colum. 1. b. & ſeq. to. 7.
ordines videtur Chriſtus exercuiſſe. & quomodo. ibid. a. b.
ordines ſuſcipere multa impediunt. ibid. col. 2. a. b.
ordines ſuſcipientium conditiones. pag. 92. colum. 2. a. to. 6.
ordinum minorum poteſtas, & officium. ibid. col. 1. d.
ante ordinum ſuſceptionem præparare nos debemus per confeſſionem. pag. 833. 1. f. & ſeq. to. 7.
Originale peccatum eſt vnum in omnibus. pag. 280. col. 1. e. f. to. 6.
originale peccatum habet communitatem. & quare. pag. 280. col. 1. e. to. 6.
originale peccatum. qualitatem habet ab alijs peccatis differentem. & quomodo. ibid. col. 2. a. b.
originale peccatum habet æqualitatem. ibid.
originale peccatum, cur poſt hanc vitam non puniatur pœna ſenſus. pag. 23. col. 1. e. f. to. 6.
originale peccatum ex carentia iuſtitiæ. & morbo concupiſcentiæ integratur. ibid. col. 2. d.
originale peccatum humanam naturam dupliciter infecit. pag. 236. col. 1. c. d. to. 7.
originale peccatum quomodo in carne. & in anima. pag. 774. col. 2. b. c. to. 7.
originalis peccati quadruplex pœna. pag. 23. col. 1. a. to. 6. eius curatio. ibid. col. 2. f. & 60. col. 1. f. & ſeq. to. eod.
originalis culpa perſonam. & naturam inficit. & quomodo. pag. 23. col. 2. a. to. 6.
originalis peccati effectus. pag. 281. col. 1. e. f. to. 6.
originalis culpa transfuſio eſt a peccato primi hominis. pag. 774. col. 1. f. & ſeq. to. 7. eius multa ſunt nomina. ibid. col. 2. c. d.
in originali peccato infectio, quo eſt culpa deletur per baptiſmum. ibid. col. 1. e.
vide de hoc plura verbo peccatum.
Ornatus, & de eo multa ex ſanctis Patribus. pag. 570. colum. 2. & ſeq. to. 6.
Os Dei quid in ſacra Scriptura. pag. 634. col. 1. a. b. to. 7.
Oſanna vox Hebræa quid ſignificet. pag. 31. colum. 2. a. to. 7.
Oſtentatio quid. pag. 33. col. 2. f. to. 7.
Otioſitas fugienda. pag. 666. col. 1. e. f. to. 7.
eius damna. pag. 779. col. 2. c. d. to. 7.

P

PAciſicus vox propter tria dicitur. pag. 330. colum. 1. f. to. 6.
Palaſtra quid ſignificet. pag. 97. col. 1. d. e. to. 7.
Pallium Chriſti quid. pag. 682. col. 2. f. to. 7.
Palpebra in Deo quid. pag. 681. col. 2. 1. d. to. 7.
Paradiſus qualis locus ſit. pag. 900. col. 2. e. f. to. 6. & 760. col. 2. d. e. to. 7.
Parapherna quid ſint. pag. 840. col. 2. a. to. 6.
Paruitas quid. pag. 90. col. 2. f. to. 6.
Parentes ſunt honorandi. pag. 309. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
Paſſio Domini quomodo Clauis Dauidica. pag. 218. col. 1. e. to. 7.
paſſio Domini qualiter adaptetur quatuor affectionibus animæ. pag. 211. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
circa paſſionem Domini quomodo meditandum. pag. 200. colum. 1. d. & ſequen. to. 7. ſeu item conſideranda circa eamdem. ibidem. f. & ſequen.
in paſſione Domini relucent ſumma ſapientia. potentia, & clementia. pag. 209. col. 2. e. f. & ſeq. to. eod.
in paſſione Chriſti reſerantur ſignacula ſeptem. pag. 112. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
in paſſione Domini, cor hominis inflammatur ad ſeptem opera miſericordiæ. pag. 221. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
in paſſione Domini datur ſeptuplex aſcenſus in contemplatione ſecundum ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti. pag. 112. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
in paſſione Domini ſpeculari poſſumus decem mandatorum Decalogi exemplum. & quomodo. pag. 217. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
in paſſione Domini relucent omnis Angelicæ hierarchiæ officia. pag. 213. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
paſſionis Chriſti meditatio quàm ſit vtilis. pag. 206. colum. 2. e. & ſeq. to. 7.
circa paſſionem Chriſti oratio valde deuota. pag. 201. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
paſſiones ſeu affectiones ſunt ſeptem. pag. 624. col. 1. d. & ſeq. to. 7.
Pater multipliciter dicitur. pag. 733. colum. 1. f. & ſeq. to. 7.
Pater in quarto Decalogi præcepto qui dicatur. pag. 315. col. a. b. c. to. 7.
Pater in Diuinis non dicitur mitti. pag. 76. col. 1. d. to. 6.
Patri æterno quatuor ſunt appropriata. & quæ. ibidem. 1. r.
Patrem æternum eſſe probatur. pag. 733. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
in Patrem. Filium. & Spiritum ſanctum peccare. qui dicantur. pag. 41. col. 2. d. to. 7.
Patientia quid. pag. 91. col. 1. d. 212. col. 1. f. to. 6. & 628. col. 2. d. e. & 610. col. 2. e. to. 7. item quid ex Tullio. 256. col. 2. a. to. 6.
patientia laudes. pag. 329. col. 2. f. to. 6.
patientia gradus qui. pag. 629. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
patientiæ probatio quæ ſit. pag. 628. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
patientiæ, & manſuetudinis exempla ex ſacris hiſtoriis. pag. 317. col. 2. e. & ſeq. to. eod.
patientiæ vtilitates quæ. pag. 629. colum. 2. f. & ſequen. to. 7.
de patientia multa ex ſanctis Patribus. pag. 758. col. 1. & 2. to. 6.
patientis ſcutum quale. pag. 332. col. 2. d. e. to. 6.
patientis ſtrenuitas in tribus. ibid. col. 1. e. & ſequens to. 6.
Pauperes. & multa de illis ex ſanctis Patribus. pag. 128. col. 2. & ſeq. to. 6.
Paupertas multiplex. pag. 634. col. 1. b. c. to. 7.
paupertas alia in communi. alia in particulari. pag. 334. col. 1. d. e. to. 7.
paupertas quantum ad abrenuntiationem, an ſit Chriſtianæ perfectionis diſputatur. pag. 387. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
paupertas penurioſa ad quatuor potiſſimum valet. pag. 448. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
paupertas voluntaria fundamentum Euangelicæ perfectionis. pag. 434. col. 1. 2. f. & ſeq. to. eod.
paupertas quæ alta. quæ altior, & quæ altiſſima. pag. 272. col. 1. e. f. to. 7.
paupertas a religioſis amanda. pag. 673. col. 1. e. & ſeq. to. eod.
paupertas Apoſtolica contra impugnatores aſſeritur. pag. 342. col. 1. b. & ſeq. to. eod.
paupertas ſpiritus quid ſignificet. pag. 223. col. 1. f. to. 7.
paupertatis tria bona. pag. 307. col. 2. a. b. to. 6.
paupertatis gradus varij. pag. 42. col. 1. d. e. f. to. 7.
paupertatis vtilitas. pag. 668. col. 2. a. b. & ſeq. to. 7.
paupertatis Euangelicæ ratio quæ ſit. pag. 434. col. 2. e. f. to. 7.
paupertatis ex ſacris hiſtoriis exempla. pag. 524. col. 2. b. & ſeq. to. 7.

pau-

paupertatem profitenti quæ ſint neceſſaria. pag. 282. col. 1. b. c. to. 6.
Pax vt eſt beatitudo quid ſit. pag. 222. col. 2. e. f. to. 7.
pacis, & concordiæ ex ſacris literis exempla. pag. 506. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
pacis gradus varij. pag. 23. col. c. d. e. f. to. 7.
pacis triplex gradus. pag. 207. col. e. e. to. 6.
pacis multiplices effectus. ibid. f. & ſeq.
pacis præconia. pag. 802. col. c. d. & ſeq. to. 6.
pacis contraria quæ. pag. 229. col. 2. c. d. e. to. 6.
ad pacis ſapatem pertinentur ſeptem gradibus. pag. 222. col. e. e. & ſeq. to. 7.
ad pacem tria ducunt. pag. 229. col. 1. f. & ſequen. to. 6.
pacem dedit Chriſtus diſcipulis ſuis triplici iure. pag. 229. col. c. e. f. to. 6.
Peccatum quid. pag. 296. col. 2. c. to. 6. 778. colum. 1. c. d. to. 7.
peccatum actuale quid. pag. 001. col. e. f. to. 6.
peccatum ex ignorantia quid. pag. 69. col. 1. f. to. 6.
peccata ex deordinatione nutritiuæ duo. pag. 72. col. c. d. to. 6.
peccata in ſeipſum duo. ibid.
peccatum triplex ex infirmitate, ignorantia, & malitia. pag. 60. col. c. c. d. to. 7.
peccatum ex induſtria quid. pag. 210. col. 2. f. to. 6.
peccatum quàm graue malum. pag. 85. colum. 2. e. to. eod.
peccatum propter quæ deteſtandum. pag. 286. col. 2. c. d. to. 6.
peccatum eſt ſicut ludus aleatoris. pug. 287. col. 2. d. to. 6.
peccatum ex infirmitate. quid. pag. 62. colum. 1. a. to. 6.
peccatum eſt ſicut vinculum. pag. 282. colum. 2. e. f. to. 6.
peccatum vnum altero maius poteſt dici duodecim modis. pag. 41. col. 1. b. e. to. 6.
peccati diuiſiones quo. pag. 19. col. 2. e. d. to. 6.
peccatum quantum placeat diabolo. pag. 286. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
peccatum originale, veniale, & mortale, in quo diſtinguantur. pag. 282. col. 1. e. d. to. 6.
peccatum eſt quaſi putredo in poma. pag. 282. col. 2. a. to. 6. & ſicut falſitas in panno. ibid. c. & ſicut taberna diaboli. ibid. c. d.
peccatum in Deum & proximum. pag. 200. col. 1. a. to. eod.
peccatum non vitatur niſi prius cognoſcatur. pag. 284. col. 1. e. & ſeq. to. 6.
peccata principalia ſeu capitalia ſunt ſeptem. pag. 287. col. e. f. to. eod.
peccatum ignorantia. & ex ignorantia quid. pug. 221. col. 2. f. to. 6. & quomodo diſtinguantur. 69. col. 1. f. to. eod.
peccatum contra naturam. pag. 62. col. 2. f. to. 6. idem duobus modis dicitur. pag. 62. col. a. e. to. eod.
peccatorum recordatio quomodo fieri debeat. pag. 198. col. 1. a. b. c. to. 7.
peccata operis quæ. pug. 784. col. 1. a. b. to. 7.
peccata oris quæ. pag. 783. col. 2. e. f. & ſeq. to. eod. & 64. col. 1. c. d. to. 6.
peccati cordis definitio, & differentia. pag. 63. colum. e. b. to. 6.
peccatum ſicut vulnus in corpore. pag. 287. col. 2. a. to. eod.
peccata pœnalia quæ dicantur, & quæ ſint. pag. 25. colum. 2. b. & ſeq. to. 6.
peccati ob cauſam quatuor mala nobis inuecta, quæ ſunt omnium malorum materia. pag. 319. col. 2. d. e. to. 6.
peccatum momentaneum iuſte a Deo æternaliter punitur. pag. 242. col. 1. c. d. & ſeq. to. 7. & quare. 287. col. 1. b. eod. to.
peccatum multis nocet. pag. 771. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
peccatum infirmitas eſt. pag. 287. col. 1. e. & ſequen. to. 6.
peccata quot modis peccatum. & pœna peccatorum dicantur. pag. 22. col. a. d. e. to. 6.
peccatorum circumſtantiæ quæ. pag. 771. col. 2. e. d. e. to. 7.
peccata omnia trifariam committuntur. pag. 671. col. 1. b. c. d. to. 7.
peccati deformitatem quantum deteſtetur Deus. pag. 288. col. 2. d. & ſeq. to. 6.
peccata capitalia ſeptem beſtijs comparantur. pag. 777. col. 1. b. 1. to. 7.
peccatum quot modis faciat indignam communionem. pag. 225. col. e. f. to. 7.
peccatum quæ antecedunt. pag. 22. col. 2. per totum. to. 6.
peccatum poſt mortem qualiter hominem premat. pag. 778. col. 1. a. b. e. to. 7.
peccatorum origo. quæ. pag. 697. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
peccatum corrumpit modum. ſpeciem. & ordinem. pag. 773. col. 2. e. f. to. 7.
peccatum multa habet nomina. pag. 771. colum. 1. e. f. to. 7.
peccatum multis diuiditur modis. pag. 770. col. 2. f. to. 6.
peccata cordis quo. pag. 784. col. 2. d. e. to. 7.
peccatorum in proximum tria genera. pag. 22. col. 2. f. to. 6.
peccati origo, & proceſſus. pag. 278. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
peccatum quantum noceat peccatori. pag. 778. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
peccatum vnum quomodo maius altero. pag. 771. col. 2. d. e. to. 7.
peccata linguæ ſunt vigintiquatuor. pag. 32. col. a. 1. f. to. 7.
peccatum formaliter, & materialiter dicitur. pag. 19. col. 2. d. to. 6.
peccatum quinque modis committi poteſt. pag. 8. col. e. e. f. & ſeq. to. 7.
circa peccata finalia, ſeu irremiſſibilia quid tenendum pag. 26. col. 1. e. & ſeq. to. 6.
peccata in ſeipſum ex deordinatione generatiuæ quot ſunt. pag. 72. col. e. d. e. to. 6.
peccati materialiter ſumpti definitiones variæ. pag. 19. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
de peccato quandiu ſit dolendum. pag. 283. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
peccatorum tres generales diuiſiones. pag. 279. col. 1. a. & 2. a. to. 1.
peccati deſcriptio, & diuiſio. pag. 698. col. 1. 1. f. & ſeq. to. 7.
peccatum publice committens quomodo dupliciter peccet. pag. 601. col. 2. d. e. d. e. to. 7.
peccatum, vt dicit priuationem, varie definitur. pagin. 19. col. 2. e. f. to. 6.
peccatorum breuis per epilogum enumeratio. pag. 46. col. e. a. b. & ſeq. to. 7.
peccati multi ſunt effectus. pag. 771. colum. e. f. & ſequen. to. 7.
peccati vnum initium, duplex radix, triplex fomentum, & caput ſeptiforme. pag. 21. col. 1. a. b. to. 6.
peccatum operis quid. pag. 210. colum. 2. e. to. 6. & quid peccatum cordis. ibid. b. & de peccato operis multa. 25. col. e. b. & ſeq. to. eod.
peccati actualis differentiæ materiales. pag. 60. col. 2. f. to. 6.
peccata in Deum pag. 60. col. 2. f. to. 6.
peccata omiſſionis quæ. pag. 784. col. 2. a. b. to. 7.
ad peccatum duo ſubſequuntur. pag. 22. colum. 2. e. to. 6.
peccati actualis definitio. pag. 60. col. 2. d. to. 6.
de peccatis multa ex ſanctis Patribus. pag. 284. col. 2. a. & ſeq. to. eod.

pecca-

peccatum varie definitur. pag. 770. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
peccatum non eſt eſſentia aliqua, ſed defectus. pag. 21. col. c. & d. to. 8.
de peccati actualis ortu quæ tenenda in ſummam. pag. 44. col. 2. b. to. 6.
peccati origo quæ, & quod ſubiectum. pag. 21. col. c. e. d. to. 8.
peccatum ex infirmitate quid. pag. 89. col. e. f. to. 6.
circa peccatorum capitalium ortum, quæ tenenda. pag. 45. col. c. & ſeq. to. eod.
peccati originalis ex Auguſtino definitio. pag. 69. col. 1. e. to. 6.
peccatum originale quid. pag. 202. colum. e. f. to. eod. item 62. col. 2. e. to. eod. item ex Anſelmo, ibid. d.
peccati originalis varia nomina. ibid. col. a. a. b.
peccatum originale quid faciat. ibid. col. c. e. f.
peccatum primi hominis corrupit naturam. pag. 774. col. e. d. e. to. 7. originalis culpa transfuſio a quo. ibidem. f.
ex peccato originali quadruplex prouenit effectus. pag. 602. col. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
peccatum mortale quid. pag. 61. col. 2. b. & 211. col. c. f. to. 6. corrumpit modum, ſpeciem, & ordinem. 59. col. c. a. eod. circa conſenſum non committitur. pag. 44. col. 2. d. to. 6.
peccati mortalis remedia ſeptem. pag. 61. colum. a. d. to. eod.
peccatum mortale, & veniale quomodo differant. pag. 280. col. c. a. b. to. 8. & 776. col. e. b. to. 7.
peccati mortalis effectus. pag. 481. col. 2. d. & 282. colum. 1. e. f. to. 6.
peccatorum mortalium ſeptiforme caput, & ratio huius. pag. 778. col. c. d. & ſeq. to. 7. eorumdem vnum initium. duplex radix. triplex fomentum. ibid. col. 2.
peccatum veniale quid, & quotuplex. pag. 62. col. 1. e. f. to. 6. quando committatur. pag. 44. colum. a. e. f. to. eod. quid ex Auguſtino. pag. 775. colum. a. e. to. 7. tribus modis fit. ibid. c. d. tripliciter dicitur. pag. 462. col. a. a. b. to. 6. triplex eſt. pag. 61. col. e. f. to. eod. ad pœnam obligat. pag. 776. col. 1. d. e. to. 7. animam maculat. ibid. e. & ſeq. non poteſt fieri mortale. 775. col. a. d. e. to. 7.
peccati venialis actus quomodo poteſt fieri mortale peccatum. ibid. e. f. & ſeq.
ſine peccato veniali an poſſit quis eſſe in hac vita. pag. 776. col. e. b. e. to. 7.
peccati venialis remedia vndecim. pag. 61. colum. 2. a. b. to. 6. multi ſunt eius effectus. pag. 776. col. c. d. & ſeq. to. 7.
peccata venialia in purgatorio etiam quoad culpã quomodo purgentur. ibid. col. a. a. b. per quæ remittantur. pag. 464. col. a. d. e. to. 6.
peccatorum venialium tres differentiæ. ibid. b. e.
peccati venialis pœna in Eccleſia leuis, in purgatorio grauior, in inferno grauiſſima. pag. 776. col. e. d. e. to. 7.
peccatum in Spiritum ſanctum quid. pag. 783. col. 1. a. to. 7. & 896. col. c. b. c. d. to. eod. & 69. col. 2. c. to. 6.
peccata in Spiritum ſanctum ſunt ſex. pag. 868. col. 2. e. to. 6. & 783. col. a. b. c. to. 7. & 20. col. e. c. to. 6. & 89. col. 2. c. d. to. 6.
peccatum in Spiritum ſanctum quomodo irremiſſibile. pag. 783. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
Pecunia duobus modis dicitur. pag. 340. colum. c. d. e. to. 7.
pecunia fratribus Franciſcanis largita ſemper eſt dantis, & ſi ad centeſimum perſonam peruenerit, donec in vſus fratrum expenſa ſit. pag. 341. col. 2. e. f. to. 7.
pecunia qua cautela accipi debeat a fratribus. pag. 884. col. e. a. & ſeq. to. 7.
pecuniæ prohibitionis Apoſtolis factæ ſeptem rationes. pag. 346. col. 1. f. & ſeq. to. eod.
pecuniam quomodo recipiant fratres Franciſcani. pag. 457. col. 2. c. & ſeq. to. 7.
Pedagys defraudare principes, peccatum eſt. pag. 891. col. 1. e. f. to. 8.
Pedes in Deo quid. pag. 682. col. a. c. d. e. to. 7.
pedes ex Dionyſio in ſacra Scriptura ſignificant virtutem motiuam acute penetrantem, & velocem, ideſt ſemper in diuina tendentem. pag. 648. col. e. c. & ſeq. to. 7.
Percuſſor clerici in quibus caſibus ſedem Apoſtolicam adire non teneatur. pag. 72. col. a. e. f. to. 6.
Perfectio multiplex eſt. pag. 799. col. 2. f. to. 7. item triplex eſt. 418. col. 2. e. & ſequ. & 799. col. e. f. to. 7. item duplex. 674. col. 2. b. c. eod. to.
perfectio, & imperfectio quomodo differant. pag. 417. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
perfectio Euangelica, quid ſit. pag. 419. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
perfectionis integritas quibus conſtat. pag. 38. col. e. a. to. 6.
perfectionis actus duplices, & qui. pag. 432. col. e. c. & ſeq. to. 7.
ad perfectionem ſex ſunt gradus. pag. 400. col. 2. c. & ſeq. to. 7.
Perfectum, & imperfectum tribus modis dicitur. pag. 414. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
de perfectis multa ex ſacris doctoribus. pag. 485. col. 2. to. 6.
Periurium quid. pag. 210. col. 2. b. to. 6. quid, & quotuplex. pag. 64. col. 2. d. eod.
in periurio tribus modis peccatur. pag. 818. colum. 2. d. to. 7.
Perplexitas quid. pag. 411. col. 2. b. to. 6.
perplexitas triplex. pag. 64. col. 1. b. to. 6.
de perplexitate multa ex ſanctis Patribus. pag. 689 col. 2. to. 6.
Perſeuerantia quid pag. 90. col. 1. d. e. ac a. col. c. f. to. 6. 81 a. col. 2. e. to. 7. & quid ex Tullio. pag. 256. col. 2. c. d. e. to. 6.
perſeuerantiæ neceſſitas. pag. 678. colum. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
de perſeuerantia multa ex ſanctis doctoribus. pag. 652. col. 1. to. 6.
Perſona definitiones tres aſſignantur. pag. 787. col. 2. c. d. to. 7.
perſonarum acceptio quid, & quotuplex. pag. 67. col. 2. b. e. to. 6.
Pertinacia quid. pag. 80. colum. 2. e. to. 7. & 66. col. 2. e. to. 6.
Phantaſia quid. pag. 210. col. a. f. to. 6. item quid, & quo eius munera. pag. 719. col. 2. & ſeq. to. 7.
phantaſia quis locus in capite. pag. 786. colum. c. b. c. to. 7.
Phantaſma quid. pag. 62. colum. a. d. 211. colum. 1. b. to. 6.
Philoſophia triplex, & quid repræſentet. pag. 640. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
philoſophia moralis triplex monaſtica, œconomica, & politica. pag. 4. col. 2. a. to. 6.
Phyſionomia diuerſas affectus, ac mores indicat in homine. pag. 765. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
phyſionomiæ regulæ generales. pag. 766. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
phyſionomiæ ratio ſingulis membris corporis. pag. 765. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
Pietas quid. pag. 91. col. 2. e. & 412. col. 2. a. to. 6. & 661. col. 1. b. to. 7. item quid ex Hugone. 246. col. 1. d. to. 6.
pietas innata quid ſit. pag. 248. col. e. 8. to. 6. item quid acquiſita. ibid. f.
pietas quæ ſit donum Spiritus ſancti. pag. 246. col. 2. a. b. to. 8.
pietas impietatem expellit a dominio ſuo. pag. 249. col. 2. e. b. to. 6.

pietas

pietatis donum exponitur. p. 90. col. 2. e. to. 6.
pietatis donum in mente sanctitatem præparat. p. 449. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
pietatis donum in animo facit meridiem. pag. 240. col. 1. d. to. 6.
pietatis in die tres horæ diſtinguuntur. pag. 240. col. 2. a. b. to. 6.
pietatis donum in quibus conſiſtat. pag. 202. colum. 2. e. tom. 7.
pietatis donum non ſolum vires mentis, ſed externas imitat. pag. 210. col. 1. r. d. to. 6. item vires mentis multipliciter reficit. ibid. e. f.
per pietatis donum deus ſpiritualis animo colitur. p. 048. col. 2. e. f. & ſeq. to. 6.
Pigritia in decem caſibus reprehenſibilis. pag. 290. col. 2. f. tom. 6.
Piſtes maris, fluminis, & ſtagni qui dicantur. p. 254. colum. e. a. b. c. to. 6.
Plagæ Ægypti decem. p. 902. col. 1. e. to. 6.
Planetis qua tennantane. p. 750. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Plebanus bonus qui dicatur. pag. 568. col. 1 f. & ſeq. to. 7. & qui malus. ibid. col. 2. e. f. item inſufficiens quis. pag. 566. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
Pluuia, grando, & nix, quomodo fiant. pag. 751. col. 2. f. to. 7.
Pœna peccati cur æterna. p. 74. col. 2. b. & ſeq. to. 6. & 849. col. 1. e. f. to. 7.
pœna damnatorum quomodo finita, & infinita. p. 082. col. 1. d. to. 6.
pœna damnatorum triplex, & cur. p. 92. col. 1. a. & ſequen. to. 6.
pœna non benefacientium parentes triplex. pag. 109. col. 1. f. tom. 6.
pœna peccati temporalis ex Oroſio, quæ. pag. 74. col. 1. b. c. tom. 6.
pœnæ nonem in ſacra Scriptura inueniuntur. pag. 335. col. 1. b. c. & ſeq. to. 6.
pœnarum inferni diuturnitas. p. 32. col. 2. a. b. to. 6.
pœna triplex, actu, inflicta, & contracta. pag. 72. col. 2. e. tom. 6.
pœnarum inferni diuerſitas. pag. 331. colum. 1. b. & ſequen. tom. 6.
pœnarum octo genera. p. 840. col. 1. f. to. 7.
pœnarum inferni acerbitas. p. 335. col. 1. a. to. 6.
pœnæ peccati perſonales. p. 74. col. 1. a. to. 6.
pœnæ peccati naturales ex Gregorio ſeptem. p. 74. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
pœnarum inferni vniuerſitatis. pag. 335. colum. 2. b. c. to. 6.
Pœnales locus poſt hanc vitam triplex. pag. 74. col. 1. c. d. tom. 6.
Pœnitentia quid. p. 96. col. 2. c. d. & 320. col. 2. e. to. 6. 826. col. 2. a. b. to. 7.
pœnitentia ſecunda tabula poſt naufragium. p. 827. colum. 2. b. c.
pœnitentia falſo ſex modis dicitur. p. 64. col. 1. e. f. & 2. a. tom. 7.
pœnitentia duplex eſt. p. 826. col. 2. c. to. 7.
pœnitentia per accidens eſt de venialibus. pag. 632. colum. 1. b. c. to. eod.
pœnitentia quomodo imponenda & adimplenda. p. 294. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
pœnitentia quomodo debet eſſe perpetua. p. 826. col. 2. d. tom. 7.
pœnitentia maiori quibus iniungi poſſit. p. 64. col. 1. b. c. & ſeq. to. 7.
pœnitentiæ laudes, & triplex eius comparatio. p. 894. col. 1. e. f. & ſeq. to. 6.
pœnitentia qualitas ſecundum qualitatem culpæ iniungenda. p. 64. col. 2. a. b. to. 7.
pœnitentiæ impedimenta. pag. 247. colum. 1. f. & ſequ. tom. 7.
pœnitentiæ qualitates exponuntur. ibid. b. & ſeq.
pœnitentiæ partes integrales. ibid. col. 2. e. f. & ſequ. & 96. colum. 2. f. tom. 6.
pœnitentiæ diuerſa vocabula. p. 96. col. 2. e. f. to. 6.
pœnitentiæ ex ſacris literis exempla. p. 524. col. 2. f. & ſequen. tom. 7.
pœnitentiæ effectus. p. 817. col. 1. b. to. eod.
de pœnitentia ſacramento doctrina. p. 47. col. 2. f. & ſeq. tom. 6.
pœnitentiæ imponendæ arbitrariæ ſunt. p. 39. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
per pœnitentiam opera mortificata reuiuiſcunt. p. 027. col. 2. d. to. 7.
ad pœnitentiam quattuor mouent. ibid. col. 1. f.
in pœnitentia oſtenditur ſumma Chriſti clementia, prudentia, & iuſtitia. p. 48. col. 1. b. to. 6.
in pœnitentia quid res, quid ſacramentum, quid res & ſacramentum. p. 97. col. 1. f. to. 6.
de pœnitentia multa ex ſanctis Patribus. p. 141. col. 2. & ſeq. tom. 6.
Pœnitere, & non pœnitere quid in Deo. p. 682. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
Pollutio quot modis accidat. p. 42. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
pollutionis nocturnæ tres ſunt cauſæ. p. 691. col. 2. b. & ſeq. tom. 7.
poſt pollutionem an ad Euchariſtiam accedendum. pag. 692. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
Pontifex ſummus, & eius primatus. p. 50. col. 1. b. to. 6.
Pontifex qualis eſſe debeat. pag. 424. col. 1. e. & ſequ. tom. 7.
Pontifices ex cauſa poſſunt amouere reges, & deponere imperatores ex cauſa. p. 274. col. 2. d. e. to. 7.
Poſteriora in Deo quid. p. 682. col. 2. e. to. 7.
Potentes & de eiſdem multa ex ſanctis Patribus. pag. 109. col. 2. & ſeq. to. 6.
Potentia diuina quid. p. 200. col. 1. f. to. 6.
potentia Dei ordinata quæ. p. 26. col. 2. a. to. 6. item tripliciter dicta. p. 12. col. 2. f. to. eod.
potentia duplex. pag. 210. col. 1. f. to. 6. 743. col. 2. e. f. tom. 7.
potentia motiua duplex. p. 81. col. 2. e. to. 6.
potentia regitiua corporis triplex. ibid. d.
potentiarum diuiſio ex Auguſtino. pag. 82. colum. 1. f. tom. 6.
Poteſtas ligandi, & ſoluendi quibus, & quomodo collata in Eccleſia. p. 48. col. 2. b. to. 6.
Poteſtates ex Dionyſio quæ dicantur. p. 275. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
Præceptum triplex. p. 96. col. 2. e. to. 6. & 86. col. 2. f. eod.
præcepta omnia decalogi negationem, & affirmationem in ſe continent. p. 82. col. 2. e. f. to. 7.
præcepta Decalogi vbi, & quomodo ſcripta. p. 301. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
præceptorum decem ſufficientia. p. 84. col. 1. f. to. eod. & 40. col. 2. a. & ſeq. eod.
præceptum quid, & quotuplex. p. 814. col. 2. a. b. to. 7.
præcepta ſecundæ tabulæ explicantur. p. 303. col. 1. e. & ſeq. to. 6.
de præceptis diuinæ legis doctrina. p. 40. col. 1. e. & ſequen. to. 6.
præceptis diuinis dupliciter obtemperare contingit. ibidem. e.
præcepta Decalogi dicuntur data, & innata. p. 814. col. 2. a. b. to. 7. quo ordine in tabulis ſcripta. p. 302. col. 1. d. e. f. to. 6.
præcepta primæ tabulæ. ibid. f. & ſeq.
circa præceptorum editionem, vel promulgationem quæ notanda. p. 305. col. 1. d. to. 6.
præceptorum Dei obſeruationis exempla ex ſacra Scriptura. p. 429. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
præceptum affirmatiuum, & negatiuum quid. pag. 302. col. 1. f. to. 6.
præceptorum Decalogi ordinatio varia. p. 86. col. 2. c. d. tom 6.
præceptorum ſcriptura quattuor genera. ibid. b.
præceptum naturæ duplex. ibid. 2. d.

præcepta veteris legis in magno numero. ibidem. e.
præceptum primum decalogi litteraliter, & allegorice exponitur. pag. 114. col. a. f. & ſeq. to. 7. de eo quomodo pœnitens interrogandus. pag. 51. col. 1. e. f. & ſeq. to. eod.
de præcepto ſecundo quomodo pœnitens interrogandus. ibid. col. 2. e.
præceptum tertium decalogi tripliciter poteſt intelligi. pag. 115. col. 1. f. & ſeq. to. 7. continet aliquid morale, & aliquid cærimoniale. ibid. cur per Memento proponatur. pag. 102. colum. 2. e. f. & ſequen. tom. 6. de eo quomodo pœnitens interrogandus. pag. 51. colum. 2. d. tom. 7.
præcepti honorandi parentes triplex ratio. pag. 103. colum. 1. d. e. to. 6. de eo quomodo pœnitens interrogandus. pag. 52. col. 2. d. to. 7.
de præcepto quinto quomodo pœnitens interrogandus. pag. 52. colum. a. e. f. to. 7. item de ſexto. ibid. item de ſeptimo, octauo, nono, & decimo. pag. 52. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
Prædicare per modum ſubſtantiæ quid. pag. 010. col. e. e. to. 6. & quid per modum relationis. ibid. e.
prædicandi duo modi in Diuinis. ibid. & 71. colum. 2. e. eod. to. 6.
Prædicamenta de Deo dicta quomodo tranſeunt in ſubſtantiam excepta relatione. pag. 75. col. 2. c. to. 6.
prædicamenta quinque prima quomodo reducta ad duo ſint in Deo. pag. 210. col. 1. b. to. 6. & quomodo quinque prima, & quinque poſtrema Deo attribuantur. pag. 61. col. 1. a. to. 6.
Prædicatio, & de vſurpantibus eam multa ex ſanctis Patribus. item de negligentibus eam. pag. 126. col. e. & a. to. 6.
prædicationis, & exhortationis exempla ex ſacra Scriptura. pag. 491. col. e. e. f. & ſeq. to. 7.
Prædicatores boni, & mali, & multa de illis ex ſanctis Patribus. pag. 015. col. 2. & 126. col. c. to. 6.
Prædeſtinatio varie definitur. pag. 745. col. c. b. to. 7.
prædeſtinatio non infert rebus neceſſitatem. ibid. d.
prædeſtinatio quo pacto iuuetur precibus ſanctorum. ibid. col. a. a. b.
prædeſtinatio, magnificentia, & alia quæ Paulus enumerat, in quo differunt. ibid. col. 2. a. d.
prædeſtinationis quæ cauſa aſſignetur. ibid. b. e. d.
Prælatus deuotione prædicans eſſe debet. pag. 99. col. 2. d. e. f. to. 7.
prælatus quædam per ſe expedire debet, alia alijs committere. pag. 98. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
prælatus debet eſſe exemplaris in vita. pag. 95. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
prælatus debet habere patientiam. pag. 93. col. e. e. f. & ſeq. to. 7.
prælatus debet aliorum conſilia audire. pag. 99. col. e. e. & ſeq. to. eod.
prælatus cur dicatur habere rationem capitis in corpore communitatis. pag. 95. col. e. f. & ſeq. to. 7.
prælatus triplici circumſpectione ſeipſum circumſpicere debet. ibid. col. a. d. & ſeq. to. eod.
prælati inter fratres cur ſæpe mutentur. pag. 376. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
prælati præcepta quomodo accipienda pag. 592. col. 1. e. & ſeq. to. 7.
prælati propter multa Archangelis conformes dicuntur. pag. 278. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
prælatorum negligentia. pag. 618. colum. a. f. & ſequ. tom. 7.
de prælatis bonis, & malis multa ex ſanctis Patribus. pag. 013. & 124. per tot. to. 6.
Præmium bonorum triplex, aureola, fructus, & aurea. pag. 101. col. e. e f. to. 6. & 10. col. 1. b. to. eod.
præmium aliud ſubſtantiale, aliud conſubſtantiale, aliud accidentale. p. 102. col. 2. f. to. eod. & in quo conſiſtant. ibid. d. e.
præmium inferum quoad corpus, & quoad animam. pag. 56. colum. 2. a. & ſequen. tom. 6.
Præſtigium quid. p. 71. colum. 1. e. tom. 6. & 102. col. 1. b. eod. to.
Præſumptio quid. p. 66. col. e. f. to. 6.
præſumptio interior, & exterior vitanda a religioſo. p. 171. col. a. b. c. to. 7.
præſumptio in vſurpatione officij alieni potiſſime religioſo vitanda. p. 570. col. 2. c. d. e. to. 7.
præſumptio in geſtibus, & locutione vitanda religioſo. p. 572. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
Præſumptuoſi quæ indicia ſint. ibid. f. & ſeq.
Prima tonſura diſpoſitio ad ordinem. pag. 130. col. 2. a. b. to. 7.
prima tonſura ſignaculum diſtinguens, & inſtruens. pag. 98. col. 1. a. to. 6.
Primus motus quomodo definiatur, & diuidatur. p. 774. col. 2. e. f. to. 7.
primi motus triplici ratione ſunt peccata venialia. p. 775. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
primi motus qui ſint peccata. ibid. a. b.
Principatus, qui dicantur ex Dionyſio, & Iſidoro. p. 477. col. 1. e. d. e. to. 7.
Principium vnum ſolum. p. 733. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
Principes ſæculares ob multas cauſas poteſtatibus comparantur. p. 275. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
Principum, & prælatorum exempla ex ſacris litteris. p. 144. col. 1. & 2. per totum. & ſeq. to. 7.
Proceſſiones in Diuinis quot ſint, & quid. p. 209. col. 2. e. tom. 6.
Prodigalitas quid. p. 216. col. 2. e. to. 6.
Proditio quid. pag. 34. colum. 1. f. to. 7. & 211. colum. 2. f. to. 6.
proditionis ex ſacris litteris exempla. pag. 119. col. 1. e. f. et ſequ. to. 7.
Profectus, & ab eo quæ retrahant. pag. 643. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
Proficientes, & multa de eis ex ſanctis Patribus. p. 024. col. 2. & ſeq. to. 6.
Propheta, & triplex in eis viſio. p. 94. colum. 1. 1. d. e. tom. 6.
Propinquitas & multa de ea ex ſanctis doctoribus. p. 173. col. 2. & ſeq. to. 6.
Proprietas perſonalis in Diuinis quid, & quotuplex. p. 75. col. 2. & 210. col. 1. a. to. 6.
Proprius ſacerdos qui dicatur. p. 829. col. 2. e. to. 7.
Proſperitatis mundanæ damna. p. 567. col. 1. e. d. & ſeq. tom. 7.
de proſperitate multa ex ſanctis Patribus. p. 070. col. 1. & 2. to. 6.
Prouidentia quid. pag. 90. col. 1. e. to. 6. & 100. col. 1. d. to. eod.
de prouidentia multa ex ſanctis Doctoribus. p. 150. colum. 1. to. 6.
Proximo tripliciter quis nocet. p. 06. col. 2. a. to. 7.
Prudentia quid. p. 212. col. 1. d. to. 6. & 236. col. 1. a. & 301. col. 2. d. to. eod. & 093. col. 2. e. f. to. 7.
prudentia, & conſilium quomodo differant. p. 320. colum. 2. f. to. 6.
prudentia vt eſt virtus politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris quid. p. 234. col. 2. a. & ſeq. to. 6. 209. col. 2. c. d. to. 7.
prudentia triplex eſt. ibid. f.
prudentia regit alias virtutes. ibid.
prudentia alia diuina, alia humana, alia mundana. ibid.
prudentiæ officium. pag. 210. col. 1. a. to. 7.
prudentiæ partes quot, & quæ. p. 209. col. 2. d. to. 7.
prudentiæ comparationes. pag. 305. col. 2. e. f. to. 6.
prudentiæ actus ex Auguſtino, & Macrobio. p. 90. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
prudentiæ diuiſio in ſex partes. p. 235. col. 1. b. to. 6. item in tres. p. 90. col. 1. e. f. to. 6.
prudentiæ gradus varij. pag. 02. col. 1. f. & ſequen. tom. 7.

pruden-

prudentia ſecundum philoſophos quattuor ſpecies. pag. 90. col. 1. f. to. 6.
prudentiæ diuerſæ definitiones. pag. 90. colum. 1. d. e. tom. 6.
prudentia, & diſcretionis exempla ex ſacris litteris. pag. 109. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
de prudentia multa ex ſanctis Patribus. pag. 108. colum. 1. & 2. a. to. 6. item ex Seneca. pag. 314. col. 2. e. d. to. 6.
Pſalmiſtarum non eſt ordo. pag. 99. col. 2. 1. to. 6.
Pſallendum cum timore. pag. 176. col. 2. b. c. to. 7.
pſallendi modus debitus. pag. 176. col. 2. e. f. to. 7.
Puerorum bona indoles ex ſacris litteris exempla. p. 555. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
Pudicitia. quid. pag. 90. col. 2. f. to. 6.
ad pudicitiam neceſſaria ſunt ſex. pag. 309. col. 1. a. & ſeq. to. 6.
Pudor cur datus ſit homini. pag. 604. col. 1. e. f. & ſeq. tom. 7.
Pulchritudo quid. pag. 182. col. 2. e. f. to. 7.
Punitio primorum parentum. & quid de ea tenendum. pag. 22. col. 2. a. & ſeq. to. 6.
Purgatorium locus vbi ſecundum legem communem, & vbi ſecundum diuinam diſpoſitionem. pag. 74. col. 1. e. to. 6. & 831. col. 2. c. d. to. 7.
purgatorium ignis corporeus. pag. 52. col. 1. d. to. 6. & 814. col. e. f. to. 7.
purgatorij pœnarum grauitas. pag. 52. col. e. d. to. 6. & 811. col. e. f. & ſeq. to. 7.
purgatorij ignis quomodo corporeus cum ſit, dici poſſit incorporeus. pag. 815. col. 2. a. b. to. 7.
purgatoria pœna cur ſit. pag. 52. col. e. e. to. 6.
in purgatorio duplex pœna. pagin. 830. colum. 1. e. f. tom. 7.
in purgatorio quomodo ab igne materiali ſpiritus patiantur. pag. 52. col. 2. a. to. 6.
purgatorij ignis quo pacto plus vel minus cruciet. pag. 815. col. 2. d. e. to. 7.
de purgatorio doctrina ſummaria. pag. 52. col. 1. f. & ſeq. to. 6.
in purgatorio Angeli viſitant animas ſibi commiſſas, & conſolantur. pag. 072. col. e. a. to. 6.
Puritas Mariæ Dei fuit quadruplex. p. 786. col. 1. c. d. e. to. 7
puritas mentis ad confeſſionem neceſſaria, & ipſius quot ſunt pennæ. pag. 606. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
Puſillanimus quis dicatur. pag. 48. colum. 2. f. & ſequen. tom. 7.
Puſillanimitas quid. pag. 212. col. 2. e. to. 6.
puſillanimitatis ex ſacris litteris exempla. pag. 330. colum. 2. e. & ſeq. to. 7.
Pyromantia quid. pag. 212. col. 1. b. to. 6.

Q

QVattuor fuerunt prima creata. pag. 77. col. 1. a. b. tom. 6.
Qui eſt. quomodo primum Dei nomen. pag. 140. col. 1. a. b. c. tom. 7.
Quies contemplationis gradus quid. p. 106. col. a. b. c. to. 7.

R

RAncor quid. pag. 15. col. 1. c. d. to. 7.
Raphael quid ſignificet. pag. 80. col. c. d. tom. 6. & 750. col. e. b. e. to. 7.
Rapina quid. pag. 71. col. a. f. & 200. col. 2. c. to. 6. 37. col. 2. e. f. to. 7. & eius ſpecies. ibid.
Raptus mirabilis S. Bonauenturæ. pag. 107. colum. 1. e. f. to. 7.
Ratio quid. pag. 81. col. e. c. 210. colum. 2. f. to. 6. 166. col. e. f. & ſeq. to. 7. & quid ex Auguſtino. pag. 82. col. 1. a. to. 6.
Ratio alia ſuperior, alia inferior. pag. 762. col. 2. e. f. & ſequen. to. 7.
ratio primordialis, ſeminalis, & cauſalis quid. pag. 407. col. 1. e. to. 6.
ratio quomodo reformari debeat. pag. 640. col. 2. c. d. to. 7.
rationes quinque actus. pag. 82. col. e. d. to. 6.
rationis iudicium diſcretiuum. & definitiuum. pag. 209. col. 2. e. to. 7.
de ratione ſeminali doctrina. pag. 82. col. 2. c. d. to. 6.
rationalis natura ad quid condita. pag. 103. col. 1. e. d. e. to. 7.
Rebellio quid. pag. 66. col. 2. a. to. 6.
Recidiuatio. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 167. col. 2. & ſeq. to. 6.
Rectitudo duplex. neceſſitatis. & ſupererogationis. pag. 76. col. 2. f. to. 6.
Rector debet habere zelum iuſtitiæ. pag. 90. col. 2. d. & ſequen. to. 7. item pietatem. & maxime in infirmos. pag. 92. col. 2. d. & ſeq. to. eod. item diſcretionem, & circumſpectionem maxime circa quattuor. pag. 96. col. 2. a. b. & ſeq. to. eod.
Redemptionis myſterium expenditur. pag. 256. col. 2. a. & ſeq. to. 7.
ob redemptionis beneficium quanto amore ſit Deus diligendus. pag. 251. col. 2. a. b. & ſeq. to. 7.
Regiminis in officio quæ ſpectanda. pag. 126. col. 2. c. d. e. & ſeq. to. 7.
Regratiatio, & multa de ea ex ſanctis Patribus. p. 197. col. e. & 2. to. 6.
Regula S. Franciſci. & eius expoſitio. p. 288. col. 2. a. b. & ſeq. to. 7.
Relatio in Deo quomodo ratione ſubiecti tranſit in ſubſtantiam. & ratione termini manet. p. 22. colum. 2. a. tom. 6.
relationes in Diuinis ſunt quattuor. p. 20. col. 2. b. & 71. col. 2. d. & 102. col. 2. d. to. 6.
Religio quid. p. 91. col. 2. 1. to. 6. 812. col. 1. b. to. 7.
religio bona. in quibus altera melior indigeatur. p. 162. col. 2. e. f. to. 7.
religio fratrum minorum vere caret, & appropriatione rerum mobilium, ſeu immobilium, & proprietate pecuniarum. p. 415. col. 2. d. e. f. & ſeq. to. 7.
religio carentium loculis ab errore defenditur. p. 412. col. 1. a. b. e. & ſeq. to. 7.
religionis gradus varij. p. 24. colum. 2. f. & ſequen. tom. 7.
religionis ortus. p. 106. col. 2. f. to. 6.
religionis habitus obſeruatio exterior vtilis eſt. p. 688. col. 2. e. & ſeq. to. 7.
religionis nodus. ſiue votum triplex. p. 107. colum. 1. b. tom. 6.
in religione tria commendantur. p. 191. col. 2. e. f. & ſeq. to. 6.
de religione multa ex ſanctis Patribus. p. 191. col. 2. & ſeq. to. 6.
religiones in vita religioſa quas ob cauſas deficiant. p. 163. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
Religioſus non affectet placere hominibus. p. 601. col. e. a. b. & ſeq. to. 7.
religioſi perfectio ſumma quæ. p. 501. col. e. f. to. 7.
religioſi profectus ſeptem progreſſus habet. p. 612. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
religioſi comparationes. p. 306. col. 2. b. c. & ſeq. to. 6.
religioſi ordinatio reſpectu Dei qualis. p. 190. col. 1. b. & ſeq. to. 7.
religioſi in tribus votis non ſunt pares. p. 114. col. e. c. d. e. to. 7.
religioſi & perfecti viri propter nouem Cherubim dici poſſunt. p. 470. col. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
religioſi cur prioribus temporibus non fuerint ab Eccleſia miſſi ad officia prædicationis, & confeſſionis. p. 268. col 1. e. & ſeq. to. 7.
religioſi quæ facta ſua celare debeant. pag. 368. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
religioſi quomodo in loquendo ſe debeant gerere [illegible]

culares. pag. 588. colum. 1. e. f. & ſequen. tom. 7.
religioſi cum ſecularibus quomodo debeant conuerſari. pag. 585. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
religioſorum tria genera. pag. 598. col. 1. e. & ſeq. to. 7. & 599. col. 1. d. e. f. to. eod.
religioſo ſex documenta aſſidue recolenda. pag. 668. colum. 2. b. & ſeq. to. 7.
de religioſis bonis multa ex ſanctis Patribus. pag. 121. col. 1. & 2. to. 6. item de malis. ibid.
religioſi S. Franciſci cur ad menſas diuitum accedant. pag. 369. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
religioſi viri variis ob cauſas Seraphim dicuntur. pag. 268. col. 1. d. e. f. & ſeq. to. 7.
religioſi, & contemplatiui calorum nomine ob multa ſignificantur in ſacra Scriptura. pag. 284. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
in religioſis tria reprobantur, & quæ. pag. 906. col. 1. c. d. to. 6.
religioſi in quibus caſibus audire debeant confeſſiones. pag. 969. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.
inter religioſos cur diſſenſiones ſint. pag. 363. col. 1. a. b. & ſeq. to. 7.
religioſorum geſtus quales eſſe debeant. pag. 380. col. 1. b. c. d. to. 7.
religioſo tria præſtanda. pag. 906. col. 1. e. f. & ſequ. tom. 7.
religioſi in faciendo itinere quomodo ſe debeant gerere. pag. 185. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
religioſi, ſi comedunt cum ſecularibus, quæ debeant obſeruare. pag. 588. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
religioſi nihil comedere debent extra refectionem communem. pag. 891. col. 2. c. d. e. to. 7.
religioſi in retentione proprij quando peccant. pag. 87. col. 2. d. e. to. 7.
religioſo alphabetum religioſorum in memoria habendum. pag. 564. col. 1. a. & ſeq. to. 7.
Remedia generalia contra vitia quæ. pag. 601. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Remiſſio, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 171. col. 1. & 2. to. 6.
Renunciatio, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 190. col. 2. & ſeq. to. 6.
Reprobatio ex Auguſtino quid. pag. 745. col. 2. e. to. 7.
in reprobatione tria reperiuntur. ibid.
Reſtitutio eſt ſatisfactionis fundamentum. pag. 829. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
reſtitutionis dilatio, & recompenſatio quando peccatum. pag. 89. col. 2. c. d. e. to. 7.
Reſurrectio tria in natura corriget. p. 898. col. 2. b. c. to. 7.
de reſurrectione corporis doctrina. pag. 14. col. 2. f. & ſeq. to. 6.
in reſurrectione quatuor cauſæ concurrent. pag. 898. col. 2. d. to. 7.
de reſurrectione generali quid tenendum. pag. 102. col. 2. e. f. to. 6.
Reuelatio unde dicatur. pag. 184. col. 1. e. f. to. 7.
reuelatio æternorum quare dicatur occulta. pag. 182. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
reuelatio ſuperintellectualis æternorum quali modo a nobis acquiratur. pag. 181. colum. 1. d. e. f. & ſequen. to. 7.
reuelatio occulta æternorum eſt ſecundum iter æternitatis. pag. 182. col. 2. e. f. to. 7.
per reuelationem ſenſibilem ſpiritus noſter ad acceſſum æternorum allicitur. pag. 189. colum. 1. f. & ſequ. tom. 7.
per reuelationem ſuperintellectualem quali modo Spiritui noſter æternitati vniatur. pag. 184. col. 2. a. b. & ſequ. to. 7.
per reuelationem intellectualem ſpiritus noſter ad æterna introducitur. pag. 189. colum. 2. f. & ſequ. tom. 7.
reuelationes diuinæ multipliciter ſiunt. pag. 633. col. 1. a. d. et to. 7.
reuelationum ſeu viſionum quatuor genera. pag. 647. col. 2. d. & ſeq. to. 7.
reuelationum modi multi. pag. 648. col. 2. c. & ſequ. to. eod.
Reuerentia quid. pag. 91. col 2. d. 212. col. 2. a. to. 6.
reuerentia tripliciter Deo exhibenda. pag. 800. col. d. e. to. 7.
reuerentia templo exhibenda quanta ex ſacra Scriptura. pag. 487. col. f. & ſeq. to. 7.
reuerentia exterior in diuino officio requiritur. pag. 276. col. 2. c. d. e. to. 7.
ob reuerentiam tripliciter excluduntur quidam a communione. pag. 821. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
Rixa quid. pag. 211. col. 2. d. to. 6.
Rota quatuor facierum apud Ezechielem quomodo libros ſacra ſcriptura ſignificet. pag. 6. col. 1. d. to. 6.

S

SAbbati obſeruationis exemplu ex ſacra Scriptura. pag. 486. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
ſabbati dies cur attribuatur Beatæ Virgini. pag. 409. col. 2. b. & ſeq. to. 6.
Sacerdos debet diſcere canones pœnitentiales. pag. 13. col. 1. e. f. to. 7.
ſacerdos audiens confeſſiones cauere debet ab illicita delectatione. pag. 49. col. 2. a. b. 1. to. 7.
ſacerdos quibus non poſſit iniungere pœnitentias. pag. 63. col. 2. f. & ſeq. to. 7.
ſacerdos proprius alicuius ſex modis dicitur. pag. 63. col. 1. a. b. to. 7.
ſacerdos per obliuionem omittens aliquod ex ſacerdotalibus indumentis grauiter peccaret. pag. 78. col. 1. b. to. 7.
ſacerdos toto tempore vitæ debet iniungere, vt ſubditi pœniteant, & quomodo. pag. 64. colum. 2. e. f. to. 7.
ſacerdotes ob multas rationes Dominationes dici poſſunt. pag. 279. col. 2. b. & ſeq. to. 7.
ſacerdotes in altari, vel circa altare, quomodo a miniſtris honorandi. pag. 378. col. 2. b. c. d. to. 7.
de ſacerdotibus bonis, & malis ex ſanctis Patribus. pag. 317. col. 2. et 318. col. 1. et 2. to. 6.
in ſacerdotibus nimius defectus ex quinque notatur. pag. 63. col. 2. c. d. et ſeq. to. 7.
Sacerdotalia indumenta, quæ et quid ſignificent. pag. 78. col. 1. c. et 2. a. b. c. to. 7.
Sacerdotium quomodo ſe habeat cum regia poteſtate. pag. 274. col. 2. c. et ſeq. to. eod.
Sacramentum quid. pag. 94. col. 2. a. et 822. col. 2. c. to. 6. et 818. col. 1. f. et ſeq. to. 7.
ſacramentum vnum quomodo aliud præcellere dicatur. pag. 94. col. 2. f. to. 6.
ſacramentum vnde dicatur. pag. 819. col. 2. b c. to. 7.
ſacramenta cur inſtituta. pag. 94. col. 1. f. to. 6.
ſacramenta legis gratiæ Chriſtus inſtituit. pag. 819. col. 2. a. b. to. 7.
ſacramenta cur non a ſolis bonis diſpenſentur. pag. 44. col. 1. d. e. to. 6.
ſacramenta multis de cauſis inſtituta. pag. 819. col. 1. d. e. to. 7.
ſacramenta in omni lege plura fuerunt. pag. 42. col. 2. e. to. 6.
ſacramenta non ſemper habent efficaciam curationis ob indigne accedentes. pag. 819. col. 2. a. b. to. 7.
ſacramenta cur inſtituta in verbis, & elementis. pag. 819. col. 1. a. b. to. 7.
ſacramenta nouæ legis cur ſeptem ſint. pag. 819. col. 2. a. f. & ſeq. to. 7.
ſacramenta a quibus poſſint diſpenſari. pag. 820. col. 2. d. e. to. 7. & cur tantum tria imprimant characterem. ibid. col. 2. a.
ſacramenta quatuor poſſunt iterari. pag. 94. col. 2. b. c. to. 7.

ſacra-

ſacramenta, cur quædam iterabilia, quædam non. pag. 41. col. 1. d. to. 6.

ſacramenta Eccleſiaſtica a Paſſione Domini efficaciam habent. pag. 213. col. 1. d. e. to. 7.

ſacramenta legis naturæ, ſcriptæ, & gratiæ. pag. 42. col. 2. a. b. to. 6.

ſacramenta vaſa, & cauſæ gratiæ. pag. 42. col. 1. d. to. 6.

ſacramentorum legis naturæ, ſcriptæ, & Euangelicæ differentia. pag. 200. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7.

ſacramentorum nouæ legis dignitas, & eorum ſufficientia. pag. 40. col. 2. f.

ſacramentorum nouæ legis effectus qui. pag. 219. col. 1. f. & ſeq. to. 7.

de ſacramentorum inſtitutione doctrina. pag. 41. col. a. 1. to. 8. item de ſacramentorum origine. pag. 41. col. 1. f. eod. to. item de eorum varietate. pag. 42. col. 1. a. to. eod.

ſacramentorum differentia exponitur. pag. 94. col. 2. d. e. to. 6. de eorum diſpenſatione. pag. 44. col. 1. e. to. eod. item de eorum iteratione. pag. 41. colum. 1. e. to. eod.

In ſacramentorum diſpenſatione quoad ſubſtantialia non plus valet operatio boni miniſtri. pag. 220. col. 1. e. f. to. 7.

ſacramentaliter manducare quid. pag. 96. colum. 1. f. to. 6.

Sacrificia quæ Deo offerri debent quinque. pag. 620. col. 2. a. & ſeq. to. 7.

Sacrilegium quid. pag. 68. col. 2. f. to. 6. item quid, & quibus modis committatur. 71. col. 2. d. to. 6. quid & quotuplex. pag. 17. col. 2. a. d. to. 7.

Saluandorum tres ſunt ſtatus. pag. 267. col. 2. f. & ſeq. to. 7.

Salue regina, & ſuper ea meditatio. pag. 247. col. 2. a. & ſeq. to. 7.

Salutatio Angelica tres habet partes. pag. 782. col. 1. a. b. 1. to. 7. in eadem ſex notanda. ibid. e. f.

Sandalia quæ dicantur. pag. 408. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7. ſandalia quædam calceamenti genus. pag. 137. col. 2. b. & ſeq. to. 7. eis vti poſſunt ſancti Franciſci fratres. ibid.

Sancti complures primo extiterunt peccatores. pag. 118. col. 2. a. b. 1. to. 7.

Sanctificatio triplex eſt. pag. 781. col. 1. a. b. to. 7. ſanctificationis motus Dei tres. ibid. e. f. & ſeq.

Sapientia quid ſit, & quotuplex. pag. 267. col. 1. a. & ſeq. & 712. col. 1. f. to. 7.

ſapientia multiplex. pag. 267. col. a. b. e. d. to. 6.

ſapientia communiter, minus communiter, & proprie dicitur. pag. 92. col. 1. f. to. eod.

ſapientia ex Dionyſio quid, & ipſius laudes. pag. 720. col. 1. f. & ſeq. to. 7.

ſapientia creata eſt duplex. pag. 267. colum. 2. d. 1. to. 6.

ſapientia Dei multipliciter dicitur. pag. 210. col. 1. f. to. 6.

ſapientia Dei varia ſortitur nomina. pag. 03. col. 1. a. to. 6. & 210. col. 1. a. b. e. to. eod.

ſapientia eſt donum profundiſſimum. pag. 322. col. 1. a. b. to. 6.

ſapientia quæ eſt donum qualis. pag. 267. col. 2. f. & ſeq. to. 6.

ſapientia, & intellectus, vt ſunt dona Spiritus ſancti differunt. pag. 313. col. 1. a. b. to. 7.

ſapientia myſtica quomodo differat ab alijs ſcientijs. pag. 700. col. 2. e. & ſeq. to. 7.

ſapientia myſtica a Deo edocta, a Paulo tradita, a Dionyſio ſtylo anagogico, & occulto conſcripta. pag. 322. col. e. b. & ſeq. to. 7.

ſapientiæ donum eſt ſplendidiſſimum. pag. 321. col. 2. a. f. to. 8.

ſapientiæ conuiuij charitas, & ſocietas. pag. 274. col. 2. e. d. to. 6.

ſapientiæ donum, animæ a corpore ſeparatæ quale conuiuium præparet. pag. 072. col. 1. d. e. f. to. 6.

ſapientiæ donum qua ratione inueniri poſſit. pag. 268. col. 2. d. & ſeq. to. 6.

ſapientiæ conuiuij ſatietas beata. pag. 011. col. 1. b. to. eod.

ſapientiæ conuiuij vinum quale. ibid. e. f.

ſapientiæ conuiuium aeternum. pag. 274. colum. 2. e. f. to. 6.

ſapientiæ donum, cur ſeptimum ſtatuatur. pag. 267. col. 1. e. f. eod.

ſapientiæ conuiuium quam abundans. pag. 274. col. 2. b. to. 6.

ſapientiæ conuiuij gaudioſa iucunditas. pag. 274. col. 2. e. f. & ſeq. to. 6.

ſapientiæ conuiuium quàm excellens. pag. 274. col. 2. f. & ſeq. to. 6.

ſapientiæ donum eſt ſapidiſſimum. pag. 321. colum. 2. f. to. 6.

ſapientiæ doni vtilitas, & neceſſitas. pag. 262. col. 1. b. 1. & ſeq. to. eod.

ſapientiæ donum animæ poſt reſurrectionem quale conuiuium præparet. pag. 273. colum. 1. e. & ſequen. to. eod.

ſapientiæ donum ad quod vinum potandum inuitet. per ſapientiæ donum animæ conuiuium præparatur. pag. 270. col. 1. a. & ſeq. to. 6.

per ſapientiæ donum quomodo dies ſpiritualis in anima oriatur. pag. 269. col. 1. e. f. & ſeq. to. 6.

de ſapientiæ primo conuiuio, quod animæ in corpore exiſtenti præparatur. pagin. 270. colum. 2. d. e. f. to. eod.

ad ſapientiam veram quomodo conſurgendum. pag. 274. colum. 1. & ſequen. to. 7. ad eandem duplex via. pag. 700. colum. 1. 2. & ſequen. eod. to. ad eam acquirendam quid oporteat amouere. pag. 720. col. 2. e. f. & ſeq. to. eod.

in ſapientiæ conuiuio qui ſint chariſſimi, & quæ ſit ſobria ebrietas illorum. pag. 271. colum. 2. a. & ſequen. to. 6.

ad ſapientiæ conuiuium quæ famulia, & conuiuantes inuitentur. pag. 273. col. 2. b. & ſeq. to. 6.

de ſapientia multa ex ſanctis Patribus. pag. 275. colum. 2. & ſequen. & pag. 098. colum. 1. & col. 2. to. 6.

Sapphirus quid ſignificet. pag. 471. col. 2. f. to. 7. eius proprietas. pag. 338. col. 1. a. to. 6.

Sardij virtus. pag. 332. col. 2. a. b. to. 6.

Sardonycis virtus. ibid. col. 1. e. f.

Satisfacere ex Auguſtino, & Anſelmo quid. pag. 97. col. 1. d. to. 6.

Satisfactio quid, & quot eius pœnæ. pag. 685. col. 2. b. & ſeq. to. 7.

ſatisfactio debet culpæ reſpondere. pag. 880. colum. 1. a. to. 7.

ſatisfactionis partes. pag. 13. colum. 1. e. 97. col. 1. d. to. 6. 830. col. 1. b. & ſeq. to. 7.

ſatisfactionis ſeptem conditiones. pag. 297. col. 1. a. & ſeq. to. 6.

ſatisfactionis gradus varij. pag. 05. colum. 2. a. b. e. to. 7.

de ſatisfactione multa ex ſanctis Patribus. pag. 148. col. 2. to. 6.

Saturni planetæ proprietates. pag. 750. colum. 2. e. f. to. 7.

Scandalum quid pag. 84. col. 1. e. f. to. 7. item quid, & quot modis dicatur. pag. 72. col. 1. a. to. 6.

ſcandali duplex differentia. pag. 72. col. 1. b. to. 6.

de ſcandalo multa ex ſanctis Patribus. pag. 178. col. 2. & e. to. 6.

Scapulare Deo quid. pag. 682. col. 2. b. to. 7.

Schiſma quid. pag. 212. col. 1. a. to. 6. 38. col. 1. b. to. 7.

ſchiſma quomodo ab hæreſi differat. pag. 70. colum. 1. a. to. 6.

Scientia, quæ ſit donum Spiritus ſancti. pagin. 450. columm. 2. a. b. to. 6.
ſcientia, quæ eſt donum, & prudentia quo pacto differant. pag. 012. col. 2. c. d. to. 7.
ſcientia Dei diuerſa habet nomina. pagin. 744. colum. 2. e. f. to. 7.
ſcientia Dei, & ſcientia Chriſti, & Angelorum differunt. ibid. d. e.
ſcientia tribus modis dicitur. pag. 91. col. 2. a. to. 6.
ſcientiæ donum quid ſit. pag. 251. col. 2. b. to. 9.
ſcientiæ donum extendens ſe ad ſcientiam acquiſitam cauſat mane. ibid. f. & ſequ.
ſcientiæ donum multipliciter efficit conuiuantes per ferculorum diuerſorum delitioſam exhibitionem. p. 252. col. 2. c. d. e. & ſequ. to. 6.
ſcientiæ donum prouocat animæ appetitum per manifeſtationem dulciſſimarum veritatum. ibid. a. b.
ſcientiæ donum extendens ſe ad lumen ſcientiæ moralis facit horam veſpertinam. p. 252. col. 1. d. e. to. 6.
ſcientiæ donum extendens ad lumen ſacræ Scripturæ, & ad credibilia cauſat meridiem. ibid. a. b.
per ſcientiæ donum in anima dies oritur diſtinctus tribus horis. pag. 250. col. 2. e. f. to. 6.
per ſcientiæ donum menti humanæ conuiuium præparatur. pag. 252. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
ſcientia, vt eſt donum, quod ſit officium. pag. 814. colum. 2. f. & ſequ. to. 7.
ad ſcientiæ donum tria requiruntur. pagin. 814. colum. 2. d. e. to. 7.
de ſcientia multa ex ſanctis Patribus. pag. 206. col. 2. & 207. col. 1. to. 6.
ſcientiarum fructus quis. pag. 4. col. 2. e. to. eod.
Scriptura ſacra de quibus agit. pag. 86. col. 1. b. to. 6.
Scriptura ſacra cur longiſſima. pagin. 6. colum. 2. e. tom. 6.
Scriptura ſacra cur triplicem habet ſenſum præter litteralem. pag. 7. col. 2. a. b. to. eod.
Scriptura ſacra quomodo exponenda. p. 8. col. 2. a. & ſequ. to. eod.
Scriptura ſacra tria docet, & quæ. pag. 2. colum. 2. tom. 6.
Scriptura ſacra eſt cognitio ſublimis, & ſalutaris. p. 16. col. 2. e. to. eod.
Scriptura ſacra triplicem habet intellectum. pag. 097. colum. 2. a. to. 7.
Scriptura ſacra de fide, ſpe, & charitate præcipue agit. pag. 641. col. 1. e. f. to. 7.
Scriptura ſimilis eſt fluuio latiſſimo. pag. 6. colum. 1. f. & ſequ. to. 6.
Scriptura ſacra quo fine perſcrutanda. pag. 5. col. 2. d. tom. 6.
Scriptura ſacra aliquando cibus, & aliquando potus. pag. 214. col. 1. c. d. to. 6.
Scriptura ſacra docet purgari, illuminari, & perfici. pag. 141. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Scripturæ ſacræ modus procedendi authenticus eſſe debuit, & quare. pag. 9. col. 1. b. c. & ſequ. to. 6.
Scripturæ ſacræ profunditas, in quo conſiſtat. pagin. 7. colum. 2. a. to. eod. eius auditor qualis eſſe debeat. ibid. d.
Scripturæ ſacræ latitudo quæ. pag. 6. col. 1. b. to. eod.
Scriptura ſacra quattuor partes. p. 8. col. 2. e. to. 6.
Scripturæ ſacræ longitudo quæ. pag. 6. col. 2. b. to. 6.
Scriptura ſacra quo reuerentia debeatur. p. 490. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Scripturæ ſacræ tres menſæ ex Hugone. pagin. 213. colum. 2. b. to. 6.
Scriptura triplicitèr monet ad præceptorum obſeruantiam. pag. 301. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
Scripturæ ſacræ ſublimitas, in quo conſiſtat. p. 7. col. 2. e. & ſequen. to. 6.
in Scriptura ſacra menſa qui appoſuerint fercula. pagin. 211. col. 2. c. & ſequ. to. 6.
circa Scripturam diuinam, quomodo dicta, & facta Saluatoris meditari debemus. p. 910. col. 1. d. & ſeq. to. 6.
Scripturæ ſacræ triplex menſa ad reficiendum legentes. pag. 452. col. 2. d. & ſequ. to. 6.
ad Scripturam ſacram perfecte exponendam, quæ præcognoſcenda. p. 9. col. 1. a to. 6.
in Scriptura ſacra non tantum verba, ſed facta ſignificant, & quare. p. 7. col. 2. e. f. to. 6.
Securitas quid. pag. 212. col. 1. e. to. 6.
de ſecuritate multa ex ſanctis Patribus. pagin. 662. col. 1. to. 6.
Secretum intrinſecum in Chriſto quid dicatur. pag. 641. col. 2. c. d. to. 7.
ad ſecretum intrinſecum, quomodo admittatur homo. pag. 146. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
in ſecreto ipſius Chriſti variæ ſunt manſiones. p. 646. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
Sedere in Deo quid. pag. 683. col. 1. c. d. to. 7.
Seminales rationes quæ dicantur. pag. 744. colum. 2. a. b. tom. 7.
Senior quis in religione dicendus. p. 572. col. 1. 2. to. 7.
ſeniores honorandi a fratribus. p. 192. col. 1. b. c. to. 7.
Senſibile quomodo moueat potentiam. p. 2. col. 2. f. to. 6.
ſenſibilia alia particularia, alia communia, & de vtriſque. pag. 037. col. 2. b. c. to. 7.
Senſualitas quid. pag. 80. col. 2. f. & 232. col. 2. e. to. 6. & 760. col. 2. e. to. 7.
Senſus quid. pag. 81. col. e. 2. & 232. colum. 2. a. to. 6. & 646. colum. 1. d. e. to. 7. quid item ex Auguſtino. pag. 82. col. 2. a. to. 6.
ſenſus communis quid. pag. 210. col. 2. f. to. 6. & 719. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
ſenſus in homine duplex interior, & exterior. pag. 80. col. 2. b. & 240. colum. 2. f. to. 6. & 252. col. e. e. f. & ſequ. to. 7.
ſenſus interior triplex. p. 82. col. 2. b. to. 8.
ſenſus interiores in anima quinque. pag. 440. col. 2. a. & ſequ. to. 6. & 174. col. c. e. d. to. 7.
ſenſus ſpirituales in anima qui. pag. 864. colum. c. b. c. tom. 7.
ſenſus ſpirituales potentiarum, quomodo ab experimentali notitia impediantur. pag. 187. colum. 1. e. f. tom. 7.
ſenſus interior ſpiritualis quali modo æterna experitur. pag. 189. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
ſenſus ſpirituales quali modo reparantur, & reformantur. pag. 187. col. 2. a. b. & ſequ. to. 7.
ſenſus exteriores quinque ſunt, & quomodo inter ſe differunt. pag. 718. col. 2. e. f. to. 7.
ſenſus omnes corporis in calo erunt in actibus ſuis. pagin. 131. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
in ſenſu quæ ſint neceſſaria ad ſentiendum. pag. 80. col. 1. f. to. 6. & 719. col. 2. e. f. to. 7.
Sententia ſententiarum carmine digeſta. pag. 015. col. 1. & ſequ. to. 6.
ſententiarum libri quantum præſtent. pagin. 212. colum. 1. a. to. 6.
ſententia contra bonos, & malos quales. pag. 839. colum. 2. e. d. to. 7.
in ſententia iniuſta multa ſunt, quæ rationem habent mortalis. pag. 39. col. e. e. to. 7.
in ſententia vltima tria annotanda. p. 334. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
Sepulchri Dominici ex Beda forma. pagin. 408. col. 2. e. tom. 6.
Sepultura curanda. pag. 361. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Sequentia cur ſic dicta, & a quo facta. pag. 80. colum. 1. a. tom. 7.
Seraphim ſunt purgatiui. pag. 268. col. 2. f. & ſequ. to. 7. & illuminatiui. pag. 269. col. 1. b. e. to. eod. item ſunt inferiorum reductiui. p. 268. col. 2. b. c. to. 7.
Seraphim cur Sanctus, ter clamabant. pagin. 269. colum. 2. d. e. to. 7.
de Seraphim apud Iſaiam ſexto capite ſex dicuntur. ibid. col. 1. d. & ſequ. to. 7.

Seca-

Seraphim ſunt acuti, & penetratiui. pagin. 268. colum. 2. a. b. to. 7.
Seraphim nomen quid ſignificet. p. 172. col. 2. a. b. to. 7.
Sermo religioſi grauis eſſe debet. pag. 380. col. 2. e. f. to. 7.
item modeſtus, humilis, & rarus. ibid. col. 1. e. f. & ſequ. to. eod.
Serpens quinque aſtutijs vtitur. pag. 916. col. 1. b. c. to. 6.
Seruitia coacta Deo non placent. pag. 273. col. 1. a. b. to. 7.
Seueritas quid. pag. 282. col. 1. f. & 190. col. 2. e. & 91. col. 1. c. & 2. b. to. 6.
de ſeueritate Dei erga delinquentes. pag. 479. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Sidera, & orbes cæleſtes, quo pacto in fine mundi innouabuntur. pag. 957. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Signum duplex naturale, & poſitiuum. pag. 320. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
ſigna præcedentia vniuerſale iudicium qualia. p. 883. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
Silentium omnibus religioſis neceſſarium. pag. 674. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
ſilentij vtilitates. pag. 166. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
ſilentij laudes. pag. 662. col. 1. e. f. & ſequ. to. eod.
ſilentij, & loquacitatis ex ſacris litteris exempla. p. 558. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Similitudo Dei quid. pag. 281. col. 1. d. to. 6.
Simonia quid. pag. 71. colum. 2. c. & 281. col. 2. f. to. 6. & 39. col. 1. b. c. & quotuplex. ibid.
ſimonia trãs differentia. pag. 70. col. 2. e. d. to. 6.
Simplicitas, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 188. colum. 2. to. 6.
Simulatio, & de ea ex ſanctis Patribus multa. pag. 172. col. 2. & ſequ. to. 6.
Singularitas quid. pag. 33. col. 2. f. to. 7. 66. col. 1. f. to. 6.
Siſara quid ſignificet. pag. 477. col. 2. d. e. to. 6.
Smaragdus quid ſignificet. pag. 474. col. 1. a. to. 7.
ſmaragdi proprietates. pag. 336. col. 1. c. d. to. 6.
Sobrietas quid. pag. 90. col. 2. f. to. 6. item quid, & quotuplex. pag. 633. col. 2. b. c. & ſequ. to. 7. & 47. colum. 2. a. b. to. 7.
ſobrietas in quibus conſiſtat. pag. 633. col. 2. f. & ſequen. to. 7.
ſobrietatis gradus tres. pag. 634. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7. & vtilitates eiuſdem. ibid. a. & ſequ.
Societas, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 193. colum. 1. to. 6.
ſocietatis bonorum vtilitates. p. 581. col. 2. c. & ſequ. & malorum incommoda. p. 186. col. 1. c. & ſequ. to. 7.
Solis proprietates. pag. 710. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Sollicitudo, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 200. colum. 1. to. 6.
Solitudo, & de ea multa ex Sanctis. p. 191. col. 1. & 2. to. 6.
Somnium quid. pag. 82. col. 2. d. & 201. col. 1. b. to. 6.
Sortilegium quid. pag. 71. col. 1. e. & 214. col. 1. b. to. 6. & 13. col. 1. c. to. 7.
Speculatio contemplationis gradus, quid. p. 104. col. 2. 1. d. & ſequ. to. 7.
Spes quid ſit. pag. 212. col. 1. e. & 315. col. 1. e. to. 6. & 303. col. 2. d. e. to. 7.
ſpes duplex. pag. 940. col. 1. a. to. 7. item triplex. p. 339. col. 1. c. d. to. 6.
ſpes gratiæ quid. pag. 332. col. 1. e. to. 6.
ſpes gloriæ quid. ibid. f.
ſpes eorum qui ſunt in purgatorio qualis. pag. 803. colum. 2. f. to. 7.
ſpes cur data ſit homini. pag. 604. col. 1. b. c. to. 7.
ſpes ſignificatur per Smaragdum, Sardonychem, & Sardium. pag. 338. col. 1. c. & ſequ. to. 6.
ſpei gradus varij. p. 26. col. 1. b. c. d. to. 7.
ſpei comparationes. pag. 315. colum. 1. f. to. 6. & 906. colum. 1. f. to. 7.
ſpei & longanimitatis ex ſacris litteris exempla. p. 499. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
ſpei proprium obiectum eſt beatitudo. pagin. 250. colum. 2. c. d. to. 6.
ſpei diuerſæ definitiones. pag. 29. col. 1. f. to. 6.
ſpei in ſuo actu excellentia. pag. 28. col. 2. c. to. 6.
ſpei ſignificata quot. pag. 28. col. 2. a. b. to. 6.
ſpes viatorum eſt cum certitudine opinionis. pag. 203. colum. 2. f. to. 7.
ſpei effectus multiplex. pag. 206. col. 1. b. to. 7.
de ſpe multa ex ſanctis Patribus. p. 141. col. 1. to. 6.
Sphæræ cæleſtes influunt in inferiora. p. 710. col. 1. b. to. 7.
Spiritus ſanctus charitas, ſiue donum Sanctorum. pag. 735. colum. 1. b. to. 7.
Spiritus ſanctus quo tempore deſcenderit ad Apoſtolos. pagin. 736. col. 2. a. b. to. 7.
Spiritus ſanctus per ſua dona vires animæ diſponit, vt ad cæleſtia per gradus aſcendant. pag. 240. col. 1. a. to. 6. item vires mentis erudit, & munit. pag. 242. col. 2. d. tom. eod.
Spiritus ſanctus & vnica dictione, & duabus pronunciari poteſt. pag. 736. col. 1. a. to. 7.
Spiritus ſancti donorum, qui capaces ſint. pag. 242. colum. 1. d. e. to. 6.
Spiritus ſancti dona ſeptem. pag. 94. col. 1. d. e. f. to. 6. & eorum ſufficientia. ibid. & 37. col. 1. b. to. eod. & 239. col. 1. d. e. to. 6.
Spiritus ſancti dona, quomodo a doctoribus ordinantur, tam in aſcendendo, quàm in deſcendendo. pag. 243. colum. 1. f. & ſequ. to. 6.
in Spiritum ſanctum ſex modis peccatur. pag. 48. colum. 2. a. & ſequ. to. 7.
Spiritus ſanctus quomodo fuit miſſus. pag. 419. col. 1. e. f. & ſequ. to. 6.
Spiritus ſanctus dat lumen veræ cognitionis, & feruorem veri amoris. pag. 238. col. 1. c. d. to. 6.
Spiritus ſanctus multiplicem effectum cauſat in homine. pag. 442. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
Spiritus ſanctus per ſua dona domum mentis in iucundum habitaculum ſibi preparat. pag. 241. col. 1. e. f. to. 6.
Spiritus ſancti dona vires animæ ad expedite miniſtrandum Deo habitant. ibid. f.
Spiritus ſanctus amor Patris, & Filij eſt. p. 734. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
Spiritui ſancto quæ appropriantur. p. 76. col. 2. d. to. 6.
Spiritus ſancti miſſio duplex eſt. pag. 735. col. 1. f. & ſequen. to. 7.
Spiritus ſancti nomina, & ipſorum nominum ratio. pagin. 210. col. 1. b. to. 6. & 736. col. 1. c. d. to. 7.
Spiritus ſanctus non dicitur mittere. p. 76. col. 1. d. to. 6.
Spiritus ſanctus quibus modis datus ſit in ſigno viſibili. pag. 781. col. 2. d. e. to. 7.
Spiritus, os, & lingua quid. pag. 156. col. 2. e. d. & ſequen. to. 7.
Spiritus quali modo per iter contemplationis æternum Chriſti mancrium ingrediatur. pag. 108. col. 2. d. & ſequ. to. 7. vt ad contemplationis perfectionem ingrediatur debet temporalia fugere. pag. 159. col. 1. e. & ſequen. to. 7. quali modo per vtramque vitam, actiuam ſcilicet, & contemplatiuam, æterna ingrediatur. p. 194. col. 2. a. & ſequ. to. 7.
Spiritus humanus quali modo ad veniendum per iter contemplationis inuitatur. p. 170. col. 1. d. & ſequ. to. 7. item quali modo per intentionem ſimplicem, & rectam ad interiorem æternale ingrediatur. pag. 153. col. 2. a. & ſequ. to. eod. item ad veniendum per iter meditationis quali modo a Ieſu inuitetur. pag. 159. col. 2. e. & ſequ. to. 7. quomodo etiam per iter charitatiuæ affectionis æternam manſionem ingrediatur. pag. 181. colum. 2. d. e. f. to. eod. qualiter ad veniendum per iter meritoriæ operationis a Deo inuitatur. p. 085. col. 1. a. & ſequ. to. 7. quomodo per iter meditationis æternitatem ingrediatur. p. 158. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Spiritus humanus diuiditur, & alienatur a corpore. pag. 147. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Spiritus & anima in ſuis meditationibus ſeptem potiſſimum modis Deum alloquitur. pag. 156. colum. 2. e. f. & ſequen. to. 7.

Spiritus

Spiritus noſter in meditationis itinere Deū ſe alloquentem alloquitur. pag. 656. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Spiritus noſter in interiori ſecreto exiſtens qualiſe habeat modo. pag. 648. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Spiritus noſter in ſecreto arcano per veram fidem collocatur. & per ſanctam charitatem in eodem perpetuatur. pag. 649. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Spiritus noſter ad veniendū per iter præguſtationis experimentalis a Domino inuitatur. p. 650. col. 1. f. & ſequen. to. 7. idem quàm dulciter a Ieſu inuitetur ad veniendum per iter rectæ intentionis. pag. 651. col. 2. f. & ſequ. to. 7. idem qualiter ad veniendum per iter charitatiuæ affectionis ad æterna a Domino inuitatur. pagin. 652. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Spiritus & animæ verba, quæ ſint. p. 156. col. 2. e. f. to. 7.
de ſpiritibus malis multa ex ſacris litteris. pag. 485. colum. 1. f. & ſequ. to. 7.
Spiritualia exercitia tredecim. p. 105. col. 1. c. d. & ſequen. to. 7.
Spirituales ſenſus quinque. pag. 84. col. 1. c. to. 6.
Spoliatio gratuitorum quid. p. 75. col. 1. e. to. 6.
Sponſæ ornamenta tria. pag. 254. col. 1. b. to. 7.
ſponſis carnalibus tria dantur. dos, donatio, & paraphernia. pag. 241. col. 2. a. b. to. 7.
Sponſalia octo modis ſoluuntur. pag. 96. col. 2. f. to. 6.
ſponſalia quando valeant, & quibus modis contrahantur. pag. 92. col. 2. e. to. 6.
ſponſalium duplex effectus. pag. 98. col. 1. a. to. 6.
Stadium quid. pag. 517. col. 2. e. to. 6.
Stare in Deo quid. pag. 685. col. 1. e. to. 7.
Status tres, virginum, coniugatorum, & viduarum, & multa de illis ex ſanctis Patribus. pag. 125. col. 2. to. 6. item de tribus ſtatibus, incipientium, proficientium, & perfectorum. pag. 605. col. 1. & 2. eod.
Stolæ duodecim coronæ beatorum quæ. pag. 275. col. 2. e. f. tom. 6.
Strenuitas quid. pag. 698. col. 1. e. to. 7.
Studentes. & multa de eis ex ſanctis Patribus. pag. 620. col. 2. & ſequ. to. 6.
Stultiloquium. & de eo ex Sanctis. pag. 660. col. 1. to. 6.
Stultitia. & de ea multa ex ſanctis Patribus. pagin. 675. col. 1. to. 6.
Stuprum quid. pag. 68. col. 2. f. to. 6.
Subdiaconi poteſtas. & officium. pag. 98. col. 1. e. to. 6.
Subditi. & obedientes quibus ſimiles. pag. 277. col. 1. d. e. & ſequen. to. 7.
ſubditis plebanorum in ſex caſibus licet alijs, quàm ipſis plebanis confiteri. pag. 568. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
de ſubditis multa ex ſanctis Patribus. pag. 225. col. 1. & 2. tom. 6.
Subtilitas dotis corporis. pag. 245. col. 1. b. c. to. 7.
ſubtilitas duplex. ibid.
Sufficientia. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 192. colum. 1. to. 6.
Suffragia Eccleſiæ quibus proſint. pag. 102. col. 1. e. to. 6. & tamen ſic id ſcire. pag. 15. col. 1. b. to. eod.
ſuffragia Eccleſiæ quo. pag. 50. col. 2. f. to. eod.
ſuffragia Eccleſiæ quomodo proſint defunctis. pag. 835. col. 2. e. to. 7. diuerſimode dicuntur ijs prodeſſe, qui in purgatorio, ijs qui in cœlo ſunt. & damnatis. p. 836. colum. 1. e. f. to. eod. proſunt defunctis magis aut minus pro diuerſitate meritorum. ibid. d. e. vt proſint quid requiratur. ibid. a. b. & ſequ.
ſuffragiorum effectus. pag. 100. col. 1. d. to. 6.
ſuffragiorum pro mortuis ratio. pag. 65. col. 1. a. to. 6.
ſuffragiorum quattuor genera. pag. 835. col. 2. f. to. 7.
Suggeſtio. & de ea multa ex ſanctis Patribus. pagin. 664. colum. 2. to. 6.
Superbia quid. pag. 60. col. 1. e. & 200. colum. 2. c. to. 6. & 777. col. 1. c. d. to. 7.
ſuperbia triplex eſt. pag. 602. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7. & duplex ſpiritualis. & carnalis. p. 29. col. 2. e. to. eod.
ſuperbia multa mala facit. pagin. 777. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
ſuperbia triplici ratione initium omnis peccati. ibidem. colum. 1. d. e. to. 7.
ſuperbia quomodo ſit mortalis. pagin. 781. colum. 1. f. & ſequ. to. 7.
ſuperbia quinque damna homini infert. pag. 288. colum. 1. e. f. to. 6.
ſuperbia ſummopere a religioſis fugienda. pagin. 591. col. 2. a. b. c. to. 7.
ſuperbiæ ſigna ex Proſpero. pag. 685. col. 2. b. c. d. to. 7.
ſuperbiæ filiæ ſeptem. pag. 688. col. 1. b. to. 6. & 778. colum. 1. f. to. 7.
ſuperbiæ remedia. pag. 29. col. 1. b. & ſequ. to. 7. & 605. col. 2. e. f. & ſequ. to. eod.
ſuperbiæ quattuor ſpecies. pagin. 66. colum. 1. d. to. 6. & 779. col. 2. b. c. to. 7.
ſuperbiæ duodecim gradus. pag. 66. col. 1. e. f. to. 6.
ſuperbiæ nouem comparationes. pag. 688. col. 1. a. b. & ſequen. to. 6.
ſuperbiæ ex Bernardo duodecim gradus. pag. 777. colum. 2. e. d. to. 7.
in ſuperbia tumentes. & de ſe præſumentes multa dicuntur. pag. 259. col. 2. e. & ſequ. to. 7.
de ſuperbia pœnitens quomodo interrogandus. pag. 50. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
de ſuperbia multa ex ſanctis Patribus. pag. 655. col. 1. & ſequ. to. 6.
Suſpitio quid. pag. 94. col. 1. f. to. 7.
ſuſpitio tentationis generat. pag. 587. colum. 2. f. & ſequ. to. 7.
ſuſpitio, & timor in quo differant. pagin. 186. colum. 2. d. e. to. 7.
ſuſpitionis falſæ ex ſacris litteris exempla. pag. 588. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Suſurratio quid. pag. 466. col. 2. d. to. 6.
ſuſurrium diuinum quid. pag. 857. col. 1. f. to. 7.
Suſtinentia perſequutionum octaua beatitudo quid. p. 865. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Symbolum quotuplex. pag. 80. colum. 1. f. & 881. col. 2. d. & ſequ. to. 6. & 801. col. 1. e. to. 7.
Symbolum Apoſtolorum dicitur maius. pag. 88. col. 2. e. tom. 6.
Symbolum Niceni concilij. cur diebus Dominicis. & feſtis, & cur poſt Euangelium, & ante communionem dicatur. pag. 88. col. 1. f. to. 6.
Symbolum Apoſtolorum cur ſubmiſſa voce, & in principio, & fine diei dicitur. pag. 88. col. 1. e. to. 6.
ad Symbolum condendum ſinguli Apoſtoli ſingulas particulas appoſuerunt. ibid. f. & ſeq.
Symbolum Athanaſii cur recitetur. nocte finita. prima diei hora. pag. 88. col. 1. f. to. 6.
Synderesis quid ſit. pagin. 763. colum. 1. f. & ſequ. to. 7. & quod eius officium. pag. 20. col. 1. f. to. 6.

T

TAciturnitas & multa de ea ex ſanctis Patribus. pagin. 125. col. 1. & ſequ. to. 6.
Tactus peccata quæ. pag. 45. col. 1. d. e. f. to. 7.
Talias imponere ſine cauſa ad extorquendas pecunias, rapina eſt. pag. 87. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Temperantia quid. p. 202. col. 2. d. & 306. col. 1. e. to. 6. & 684. col. 1. c. d. to. 7.
Temperantia quid ſit vt virtus politica, purgatoria, purgati animi, & exemplaris. p. 810. col. 1. b. c. to. 7.
temperantiæ ſpecies tres. pag. 814. colum. 1. c. d. to. 7. & quæ eius partes. ibid.
temperantiæ gradus varij. p. 25. col. 1. b. c. to. 7.
temperantiæ actus qui. p. 02. col. 2. f. to. 6.
temperantiæ partes, & earum definitiones. ibid. e. d.
temperantiæ definitiones diuerſæ. ibid.
temperantiæ dignitas, & effectus. pag. 800. colum. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
temperantiæ ſimilitudines. pagin. 360. colum. 1. f. & ſequen. to. 6.

de temperantia multa ex Sanctis. p. 152. col. 2. to. 6.
de eadem. & ipſius gradibus. p. 285. colum. 1. c. d. & ſequen. to. eod.
Tempus quid ſit. pag. 77. colum. 2. d. to. 6. & 752. colum. 1. d. e. f. to. 7.
Tentare quid. pag. 59. col. 1. c. to. 6.
Tentatio alia diabolica. alia humana. p. 59. col. 2. a. to. 6.
tentatio tribus modis perficitur. p. 59. col. a. b. c. to. 6.
tentatio triplex eſt. p. 769. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
tentatio carnis. quomodo conſiten da. pagin. 694. colum. 1. d. e. f. to. 7.
tentatio ex Richarde in ſeptem membra diuiditur. pag. 59. col. a. b. c. to. 6.
tentatio multiplex eſt. pag. 769. col. 2. d. to. 7.
tentatio quædam leuis. & occulta. quædam grauis. & manifeſta. quædam grauis. & occulta. p. 59. col. 2. b. to. 6.
tentationis diuiſio. ibid. col. 1. f.
tentatio de prædeſtinatione reprimi debet. pag. 441. lum. 2. e. & ſequ. to. 9.
tentationis diaboli exempla ex ſacris litteris. pag. 347. col. 1. d. e. f. & ſequ. to. 7.
ob tentationes diaboli quomodo non licita facienda. pagin. 769. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
tentationibus quomodo reſiſtendum. pag. 619. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
tentationes deuotorum duæ. & earum remedia. p. 652. col. e. f. & ſequ. to. 7.
tentationis remedia. p. 613. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
tentationes quattuor ſunt. & quæ. pag. 597. col. 1. a. b. & ſequen. to. 7.
tentationum initijs reſiſtendum. p. 569. col. 2. e. to. 7.
tentationes blaſphemiæ. p. 591. col. 2. e. f. to. 7.
tentationum quattuor ſpecies. p. 769. col. a. d. e. f. to. 9.
tentationis in nobis quis ordo ibid. col. 1. f. & ſequ.
tentationes quomodo vincendæ. p. 597. col. a. b. c. to. 7.
tentationis multæ ſunt ſpecies. pag. 624. colum. 1. b. & ſequen. to. 7.
tentationes vtiles ſunt ſeruis Dei. pag. 440. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
de tentatione multa ex ſanctis Patribus. p. 298. col. 1. & 2. tom. 6.
de tentatione primorum parentum qua tenenda. p. 21. col. 2. a. & ſequ. to. 6.
in tentatione ad Chriſtum recurrendum. pag. 866. colum. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Tentio ſeu obligatio multiplex. pag. 62. col. 1. f. to. 6.
Terræ proprietates. pag. 751. col. 2. b. c. to. 7.
Teſtamentum nouum & vetus. & eorum differentia. p. 6. col. 1. d. e. & ſequ. to. 6.
teſtamenti noui libri qui. p. 83. col. 2. e. f. to. 6.
teſtamenti vtriuſque libri ſibi reſpondent. pag. 6. colum. 1. e. to. 6.
Teſtis falſus tribus perſonis eſt obnoxius. pagin. 384. colum. a. a. to. 6.
Textus Bibliæ ad quid memoriæ mandandus. pagin. 8. colum. 2. b. to. 6.
Theologia eſt ſcientia. & ſapientia perfecta. p. 9. col. 1. f. to. 6.
Theologia vna eſt. & quod ſit eius ſubiectum. ibidem. colum. a. e. f.
Theologia in vniuerſum de ſeptem præcipue agit, & cur. ibid. col. 2. e.
Theologia aſſumit exempla. & vtitur vocabulis omnis generis cognitionis. pag. 4. col. a. d. to. 6.
Theologia myſtica quid. p. 699. col. 2. f. to. 7.
Theſauros congerere. quomodo licitum. pag. 779. col. 2. & ſequ. to. 7.
Threni cur ſic dicti. & ipſorum proprietates. pag. 27. colum. 2. x. & ſequ. to. 9.
Timor quid ſit ex Auguſtino. p. 244. col. 2. c. to. 6.
timor cur datus ſit homini. pag. 604. col. 1. d. to. 7.
timor triplex. pag. 69. col. 1. e. to. 6.
timor eſt fundamentum aliorum donorum Spiritus ſancti. pag. 244. col. 2. a. to. 6.
timor ſeruilis quid. & quomodo a Deo ſit. ibid. f.
timor initialis dum oculos habet. p. 812. col. 1. e. f. to. 7.
timor, vt donum quid ex Auguſtino. p. 811. col. 2 d. to. 7.
timor Domini ſeptem habet effectus. pag. 319. col. 1. f. & ſequ. to. 6.
timor quis maneat cum charitate. pag. 241. col. 2. c. d. & ſequ. to. 6.
timor naturalis quid. p. 244. col. a. d. to. 6.
timor mundanus quid. ibid. e.
timor filialis quid. pag. 441. col. 1. d. to. 6. & 812. colum. 2. a. b. to. 7.
timor initialis quid. p. 245. col. 1. a. b. to. 6.
timor quintuplex. pag. 244. col. 2. d. e. f. to. 6. & 44. colum. 1. a. b. to. 7.
timor ſeruilis donum eſt Spiritus ſancti. pagin. 812. col. 1. b. c. to. 9.
timoris ſpecies ſunt ſex. & cur ſint ſex. p. 319. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6. & 810. col. 1. d. & ſequ. to. 7.
timoris differentia. p. 93. col. 1. a. to. 6.
timoris gradus varij. p. 26. col. 1. d. e. f. to. 7.
timoris donum menti conuiuium præparat. pa. 146. colum. 2. e. & ſequ. to. 6.
timoris ſeruilis effectus. p. 812. col. 1. e. d. to. 7.
timoris Domini vtilitates. p. 506. col. 1. e. f. & ſeq. to. 7. & eiuſdem ſimilitudines. p. 319. col. e. f. & ſequ. to. 6. eiuſdem effectus. pag. 810. col. 1. a. b. to. 7. eiuſdem ex ſacris litteris exempla. p. 499. col. 2. e. f. & ſeq. to. 7.
de timore multa ex ſanctis Patribus. p. 179. col. 1. & 2. & 202. col. 1. & 203. col. 1. & 2. to. 6.
Topazij proprietates. p. 339. col. 1. a. b. c. to. 6.
Torpor ſiue ſopor quid dicatur. pag. 44. col. 1. c. d. to. 9. quid ſit. & quotuplex. p. 62. col. 2. d. to. 6.
Tractus in officio Miſſæ quid ſignificet. p. 80. col. 1. a. to. 7.
Tranquillitas, & multa de ea ex ſanctis Patribus. p. 188. col. 1. & 2. to. 6.
Tranſire in Deo quid. pag. 693. col. 1. f. to. 7.
Tribulationum. & bonorum. et vtilitatum quæ ex ipſis ſequuntur exempla ex ſacris litteris. pa. 532. col. 2. d. e. f. & ſequen. to. 7.
Trinitas in ſcripturis multiplex inuenitur. pag. 737. colum. 1. a. b. c. to. 7.
Trinitas tribus modis. p. 736. col. 2. a. b. c. & ſequ. to. 7.
Triſtitia duplex. & vtriuſq. remedia. p. 29. col. 1. e. f. to. 7.
triſtitia animam deijciens cito depelli debet. pag. 369. colum. 2. d. to. 7.
triſtitiæ affectus cur datus fuerit homini. pag. 603. colum. 1. b. to. 7.
Tropologia quid. p. 7. col. 2. b. & 58. col. 1. a. b. c. to. 6.
Tuba dicitur omnis actus, quo opera iactantia demonſtratur. pag. 253. col. 1. a. b. to. 7.
tuba vox apud Paulum duo poteſt ſignificare. pag. 838. col. 2. a. b. to. eod.
Turpiloquium. & multa de eo ex ſanctis Patribus. p. 164. colum. 2. to. 6.
Tyrannorum nequitia exempla ex ſacris litteris. p. 348. col. 1. f. & ſequ. to. 7.

V

VÆ culpa triplex. pag. 452. col. 1. d. e. to. 6.
Vagatio. & multa de ea ex ſanctis Patribus. p. 169. colum. 1. to. 6.
Vanagloria caute confitenda. pag. 639. colum. 1. d. e. f. & ſequen. to. 7.
vanagloria natura. & ipſius remedia. pag. 29. col. 2. x. & ſequ. to. 7.
de vanagloria multa ex ſanctis Patribus. pag. 136. colum. 1. to. 6.
Vegetabilia in fine mundi in propria natura conſumentur. pag. 54. col. 1. e. f. to. 6.
Veneris planetæ. quæ conueniant. p. 752. col. 1. a. b. to. 7.
Veniale peccatum in duobus caſibus non committitur. pagin. 832. col. 1. c. d. to. 7.
venialia peccata inter ſe non habent connexionem. ibid. e. f.

venialia.

venialia & mortalia. quo ad remiſſionem quomodo differant. ibid. f. & ſequ.
ad veniales remiſſionem. quomodo requiratur contritio. ibid. col. 2. e.
venialium peccatorum multa ſunt remedia. ibid. colum. 2. f. & ſequ.
venialia grauia confitenda. pag. 74. colum. 2. f. to. 7.
vide plura verbo. Peccatum.
Venter in Deo quid. p. 682. col. 2. e. to. 7.
Ventus quid ſit. & quot ſunt venti. p. 752. col. 1. b. to. 7.
ventorum proprietates. p. 652. col. 1. to. 7.
Verbum triplex eſt. p. 751. col. 2. b. & ſequ. to. 7.
Verbum caro factum eſt quinque modis. p. 727. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Verbi diuini incarnatio. p. 422. col. 1. d. e. to. 6.
Verecundia quid. p. 90. col. 2. e. & 210. col. 1. e. to. 6.
verecundia laudes. p. 566. col. 2. d. e. f. to. 7.
de verecundia multa ex ſanctis Patribus. pag. 289. colum. 1. to. 8.
Veritas quid. pag. 91. col. 2. e. 212. col. 2. a. 284. col. 2. b. to. 6. 811. col. 1. e. to. 7.
veritas triplex eſt. p. 264. col. 2. b. to. 6.
veritas odium parit. p. 517. col. 2. f & ſequ. to. 7.
veritatis gradus varij. p. 82. col. 1. b. c. to. 7.
ad veritatis ſplendorem peruenitur ſeptem gradibus. pag. 202. col. 2. a. b. & ſequ. to. 7.
Veſtigium Dei quid. p. 211. col. 1. e. to. 6.
Veſtimenta Filij Dei quid. p. 682. col. 2. b. to. 7.
Vexatio quid. pag. 85. col. 2. a. b. to. 7.
Via illuminatiua duplex eſt. pag. 710. col. 2. e. f. & ſequ. tom. 7. de ea ſimilitudines traduntur. pag. 703. colum. 2. a. b. c. & ſequ. to. eod.
via purgatiua quorum ſit. p. 708. col. 1. b. & ſequ. to 7.
via vnitiua quid ſit. & in quibus conſiſtat. pag. 711. col. 1. d. e. f. & ſequ. to. 7.
in via vnitiua quomodo mens ad gaudia dilecti per rationales, & irrationales creaturas prouocatur. p. 711. col. 1. b. c. & ſequ. to. 7.
Victoria in bellis quomodo diuinitus, vt in plurimum obtinetur. p. 531. col. 1. a. & ſequ. to. 7.
Victualium appetitus cur datus ſit homini. pag. 603. colum. 2. b. & ſequ. to. 7.
Videre Dei quid. pag. 683. col. 2. b. c. to. 7.
Viduæ. & de eis multa ex ſanctis Patribus. pag. 107. colum. 1. & 2. to. 6.
Vindicatio quid. pag. 91. col. 2. e. & 210. col. 2. a. to. 6. & 212. col. 1. b. to. 7.
Vindicta grauis magnum, & beneficium ignoſcere. pag. 235. col. 2. 1. to. 8.
Virgines. & multa de eis ex ſanctis Patribus. p. 106. col. 1. & ſequ. to. 6.
Virginitas quid. pag. 90. col. 2. f. to. 6.
virginitas tria decet, reſpectu quorum ipſi tria præmia debentur. p. 102. col. 2. f. & ſequ. to. 8.
Virtus quid. pag. 604. colum. 2. b. c. to. 7. & 810. colum. 2. a. b. to. 6.
virtus vnde dicatur. pag. 266. colum. 1. f. & 799. colum. 2. d. to. 7.
virtus varie definitur. pag. 87. colum. 2. d. e. f. to. 6. & 798. col. 2. a. & ſequ. to. 7.
virtus multis rebus comparatur. p. 87. col. 2. f. & ſequ.
virtus eſt bona multipliciter. pag. 800. colum. 2. f. & ſequen. to. 7.
virtus in medio conſiſtit. pag. 634. col. 2. e. f. & ſequ. & 799. col. 2. e. to. 7.
virtus commendabilis eſt ob multa. pag. 800. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
virtus paradiſo cæleſti, & terreſtri comparatur. p. 318. col. 2. e. f. to. 6.
virtus multa operatur mira. p. 800. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
virtutis tres bonæ conditiones. p. 800. col. 1. b. c. to. 7.
virtutum varia nomina. & ipſorum ratio. pag. 803. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
virtutes quodammodo æquales. & inæquales dici poſſunt. pag. 802. colum. 1. e. d. e. to. 7.
virtutes connexæ ſunt vna charitas. pag. 624. col. 1. b. & ſequ. to. 7.
virtutes omnes poſſunt eſſe informes charitate excepta. pag. 36. col. 2. f. to. 6.
virtutes matres quattuor dicuntur. p. 800. col. 2. e. to. 7.
virtutis vnius vſu alius magis, quàm alius pollet ob multas rationes. pag. 800. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
virtutes inter ſe connexæ ſunt ob multas rationes. ibid. colum. 2. b. 1.
virtutum diuiſio ex Ariſtotele. p. 803. col. 2. a. b. to. 7. item ex Macrobio. ibid. col. 1. f. & ſequ.
virtutum. donorum, & beatitudinum officium. pag. 36. col. 2. b. e. to. 8.
virtutes ex Dionyſio cur ſit dicta. p. 471. col. 1. a. b. to. 7.
virtutum quattuor genera. p. 093. col. 2. e. d. to. 7.
virtutes ſunt ſeptem. p. 310. col. 1. d. e. f. to. 6.
de virtutum, & vitiorum conflictu multa ex ſanctis Patribus. p. 138. col. 1. & ſequ. to. 6.
virtutis comparationes. p. 310. col. 2. e. & ſequ. to. 6.
de virtute multa ex ſanctis Patribus. p. 144. col. 1. to. 6.
virtutes Cardinales quæ. p. 310. col. 1. e. to. 6.
virtutum Cardinalium definitiones. & gradus. p. 193. col. 2. d. e. to. 7.
virtutum Cardinalium effectus. p. 809. col. 1. d. e. f. to. 7.
virtutes quattuor cur dictæ Cardinales. pag. 234. colum. 1. b. & ſequ. to. 6.
de virtutibus quattuor Cardinalibus multa ex ſanctis Patribus. pag. 148. col. 1. to. 6.
virtutes Theologicæ quæ. p. 310. col. 1. e. to. 6.
virtutes Theologicæ inter ſe multipliciter differunt. pagin. 204. col. 2. b. e. to. 7.
virtutes Theologicæ, & Cardinales, quomodo differant. pag. 203. col. 2. f. to. 7.
de tribus virtutibus Theologicis multa ex ſanctis Patribus. pag. 144. col. 2. to. 6.
Vis ſeu violentia quid. p. 100. col. 1. a. to. 6.
vis naturalis, animalis, generatiua, & nutritiua quid. pag. 211. col. 1. to. 6.
vis naturalis triplex. p. 81. col. 2. f. to. 6.
vis vitalis quid ſit. ibid. & 720. col. 2. e. to. 7.
vis ſpiritalis diuiſiones. ibid. f.
vi nutritiuæ quattuor virtutes deſeruiunt. ibid. f.
Viſio quid. p. 82. col. 2. d. 281. col. 1. b. to. 8.
viſio meridiana. viſio veſpertina, & viſio matutina. pag. 241. col. 2. f. to. 7.
viſiones ſeductorum ſpirituum quædam. pag. 248. colum. 2. a. b. to. 7.
Viſitatio B. Mariæ, & circa eam meditatio. pag. 353. colum. 1. e. f. to. 6.
Viſus peccata quæ. pag. 43. col. 1. b. e. to. 7.
Vita, & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 180. col. 1. & 2. & 206. col. 2. to. 6.
vita actiua, & quis in ea viuendi modus ſeruari debet. pag. 390. col. 2. d. e. f. & ſequ. to. 6.
vita actiuæ exercitia. p. 386. col. 2. d. & ſequ. to. 7.
vita contemplatiua, & quis in ea viuendi modus ſeruari debet. p. 391. col. 2. e. & ſequ. to. 8.
vita contemplatiuæ exercitia. p. 387. colum. 1. f. & ſequen. to. 6.
vita Hierarchica, & ad eam tres actus neceſſarij. p. 37. colum. 2. e. to. 8.
Vitium quid. pag. 604. col. 2. b. to. 7.
vitia communia apud homines tria. pag. 666. col. 2. e. d. tom. 7.
vitia capitalia quomodo ordinentur. p. 63. col. 1. f. to. 6.
vitia mentiuntur ſe eſſe virtutes. pag. 635. col. 1. e. & ſequ. to. 7.
vitiorum capitalium numerus. p. 63. col. 2. e. d. to. 6.
de vitijs capitalibus doctrina. ibid. col. 1. & 2.
Viuere ſecundum naturam quid ſit. p. 624. col. 1. e d to. 7.
viuere recto quid dicatur. pag. 4. col. 2. e. to. 6.
Vnctio in contemplatione quid ſit. pag. 204. col. 2. d. & ſequen. to. 7.

vnctio

Vnctio extrema quid. pag. 21 a. col. 2. d. to. 6.
vnctio extrema datur adultis, qui habent venialia. pag. 830. col. 1. d. to. 7. de eius ſubſtantia ſunt quinque. ibid. b. c. eius forma cur deprecatiua. ibid. c. inter eam. & confirmationem eſt ſuperſorma differẽtia. pag. 48. col. 2. e. f. to. 6.
Vnguentum triplex. pag. 347. col. 1. d. e. to. 6.
vnguentum vnctionis ſacerdotum in vetere teſtamento ex quinque rebus conficiebatur. & quid ſignificaret. pag. 348. col. 2. e. f. & ſequ. to. 6.
Vniuerſale duplex eſt. pag. 762. col. 1. a. b. to. 7.
Vnum duobus modis dicitur. p. 782. col. 1. d. e. to. 7.
Voluntas diuina regula rectitudinis. p. 14. col. 1. b. to. 6.
voluntas Dei quid. pag. 210. col. c. e. to. 6.
voluntas diuina ratione regulata dicitur prouidentia. pag. 13. col. 2. f. to. eod.
voluntas Dei vna. efficax. & recta. ibid. e.
voluntas beneplaciti per voluntatem ſigni ſignificatur. ibidem.
voluntas in Deo duplex dicitur. prima. & ſecunda. pag. 741. col. 2. b. c. to. 7. item beneplaciti. & ſigni. pag. 746. col. 1. c. d. e. to. eod.
voluntatis diuinae quinque ſigna. ibid. d. e. quomodo ei teneamur conformari. ibid. col. 2. a. b. c. eius conformitas quadrupliciter conſiderari poteſt. ibid. d. e.
voluntas noſtra quando bona. pag. 58. col. 2. d. to. 6.
voluntas propria grande malũ. p. 170. col. 1. f. & ſeq. to. 7.
voluntas propria quid. & multa de ipſa. p. 118. col. 1. a. & ſequ. to. 6.
voluntas dicitur dupliciter. ſtricte. & large. pag. 763. col. 1. c. d. to. 7.
voluntas propria. & proprium conſilium duplex ſecundum ex Bernardo. p. 218. col. 1. 2. to. 6.
voluntas dicitur potentia. actus. & volitum. pag. 82. col. 1. b. c. to. 6.
volũtas inter vires motiuas præcipua. p. 763. to. 1. b. c. t. 7.
voluntas cogi non poteſt. p. 18. col. e. f. to. 6.
voluntatis ſex actus ex Damaſceno. p. 80. col. e. f. to. 6.
voluntatis propria abdicatio eſt religionis perfectio. pag. 172. col. 1. a. b. c. to. 7.
voluntas quomodo reformanda ſit. p. 600. col. 1. e. to. 7.
voluntas diuiditur in theliſin. & buliſin. pag. 763. colum. 1. c. to. 7.
de voluntate multa ex ſanctis Patribus. pag. 160. col. 1. & 2. 183. col. 1. to. 6.
Voluptas. & multa de ea ex ſanctis Patribus. pag. 169. colum. 1. & 2. to. 6.
Votum quid. pag. 44. col. 1. e. to. 7. & vniuerſe eius definitiones. pag. 99. col. 2. e. to. 6.
votum duplex eſt. ibid.
votorum exempla in ſacra Scriptura. pag. 482. col. 1. f. & ſequ. to. 7.
Vriel quid ſignificet. pag. 80. col. e. f. to. 6.
Vſura quid. pag. 71. col. 2. f. 211. col. 2. e. to. 6. & 18. col. 1. e. f. & ſequ. to. 7.
Vti quid ſit. pag. 72. col. 2. a. to. 6.
Vulgus mobile. pag. 432. col. 2. f. & ſequ. to. 7.
Vulnera animae propter peccatum ſunt quattuor ex Beda. & quare. pag. 73. col. 1. e. f. to. 6.
Vxor. & ad eam quomodo vir quinque modis poteſt illicite accedere. pag. 834. col. c. d. to. 7. & quattuor de cauſis licite. ibid.

Z

Z*Elare in Deo quid. pag. 683. col. 2. e. to. 7.*
Zelator animarum qualiter ſe debet gerere ad earum profectum. pag. 430. col. 2. e. f. & ſequ. to. 7.
Zelus. & multa de eo ex ſanctis Patribus. pag. 176. col. 2. & ſequ. & 199. col. 2. & ſequ. to. 6.
zeli boni contra peccatores ex ſacris litteris exempla. pag. 108 col. 2. c. & ſequ. to. 7.
zeli indiſcreti exempla ex ſacra Scriptura. pag. 509. col. 1. d. & ſequ. eod.
Zodiacus circulus qui ſit. & vnde dicatur. pag. 750. colum. e. c. d. e. to. 7.

Finis Indicis verborum, & rerum, quæ ſexto & ſeptimo tomo operum S. Bonauenturæ continentur.

Errata, quæ inter cudendum in tomum ſextum irrepſerunt.

Prior numerus paginam, ſecundus columnam, tertius lineam deſignat.

207. 2. 67. Nota, corrige Hieronymus; & e regione in margine ſcribe, epiſt. 29. ad Pammach. 101. 2. 1. Ioanem, Ioannem. 167. 1. 19. ſaluamentum, ſaluatus, cum. ibid. antepenul. delictur, delictis. ibid. 2. 48. capeſcere, capeſſere. 169. 6. 28. conſumantur, conſummantur. 171. 1. 36. chryſmatis, chriſmatis. 173. 1. 55. præſentia, præſentia. 174. 2. 48. canonice, canonice. 175. 1. 51. octuaginta, octoginta. ibid. 2. 30. Auguſtinus, Auguſtinus. 185. 0. 20. præponunt, proponunt. 183. 1. 8. ſtudere, ſtudere. 186. 1. 19. Caſſiodorus, Caſſiodorus. 187. 2. 26. nonnos. ibid. 59. multitudini, multitudini. 190. 2. 41. illam, illa. 195. 1. 1. ſolicitudinem, ſolitudinem. 198. 1. 15. incarnationes, incantationes. ibid. 2. 3. imo, ima. 199. 1. 36. aperta, aperta. ibid. 2. 53. iraſcemur, iraſcamur. 203. 1. 02. metuunt, capiuntq. cupiuntq. 204. 2. 37. carnem, carne. 207. 1. penult. & ſic, & ſi. ibid. 2. 16. occumbimus, accumbimus. 208. 1. 56. temporalium, temporalium. ibid. 6. 59. cunctaq. cuncta quæ. 234. 1. 17. confunditur, infunditur. 245. 1. 1. ſuspendat, ſuſpendat. 250. 6. 10. adoramenta, odoramenta. 254. 1. 28. abundantia, abundantia. 266. 2. 08. viuifica, viuifica. 270. 2. 67 tentationem, tentionem ibid. 1 14 manentis, mentis. 272 1. 33. ingreſſibilem, inegreſſibilem. 673. 1. 16. diuiſio, diuina. ibid. 2. 03 charitas, claritas. 084. 1. 15. plenitudine, pœnitudine. 318 2. 53. clauem, clauam. 322. 2. 31. iuſtitiam, iuſtitiam. 327. 2. 42. ad modum, ad modicum. 332. 1. 8. in margine, Ezech. Eccleſiaſtici. 336. 1. 18. veſtes, veſtis. ibid. 50. intentione, tentione. 344. 1. 05. modum, nodum. 356. 2. 17. pauca, pauci. 357. 0. 43. pudentes, prudentes. 363. 2. 70. vt, vt. 366. 2. 18. ceteras, ceteras. 367. 2. 66. iuſta, iuſſa. 369. 2. 20. dignus, dignius. 391. 1. 23. videat, videatur. ibid. 40. tamen, tantum. 374. 1. 25. oſtendimus, oſtentamus. 393. 1. 60. voluerit voluerit. 398. 2. 17. quodlibet, quolibet. 399. 2. 16. Dominum, Dominam. 408. 1. 26. nonum, nouum. 410. 2. 38. quæ, quantæ. 431. 0. 68. eructantem, eructante. 422. 1. 47. fulgores, fulgore. 425. 1. 49 interim, interim. 428. 1. 5. inſtantare, inſtaurare. ibid. 16. vultus, vultu. 433. 2. 34. mentis, mentis. ibid. 61. quæ, qua. 439. 1. 47. appropinquabit, appropinquauit. 445. 1. 18. legi, elegi. ibid. 28. noſtro, roſtrum. 447. 2. 24. ſpe, ſpei. 456. 1. 44. parentes, patientes. 455. 1. 39. præſentiam, præſentia. 463. 6. 51. ſui, ſunt. 464. 1. vlt. mundam, mundum. 509. 2. 61. Maria ſub. Maria ſuper. 534. litt. c. d. f. in titulis, initiat illud, corrige inſtar illius. 515. 1. 5. Maria, lege Moyſi.

In tomum ſeptimum hæc irrepſerunt.

6. 1. 20. dimiſit, dimiſi. 5. 2. vlt. aſſumens, oſſumes. 10. 2. 57. effectum, lege affectum. 11. 2. 5. ſic, ſit. 03. 1. 14. temperantie, temperantia. 25. 1. 32. ſuum, ſum. 25. 6. 37. ſecundum quem, ſecundum quæ eſt. 32. 2. 73. his qui, his quæ. 55. 2. 51. conſeruationem, conuerſationem. 93 0. 09. ſpiritum, ſpiritu. 95. 1. 24. eruperant, eruderant. 98. 2. 17. aliud, alios. 103. 1. 10. inhaebat, hinniebat. 107. 1. 43. ſubmiſit, ſubmerſit. 108. 1. 40. & 41. poteſt, poſt. 110. 6. 66. interiora, interior. 125. 1. 9. in mortalibus, in moralibus. 128. 0. 48. per eſſentiam amas, animas. 138. 1. 35. principum, principium. 106. 1. 42. nominant, nominat. 170. 2. 41. intemporalis, incompatabilis. 201. 2. 24 in margine præteritam, lege futuram. 012. 2. 47. ſplendiſſima, ſplendidiſſima. 215. 2. 09. tendamus, tundamus. 226. 1. vlt. tanguis, ſanguinis. 667. 1. 41. ſuam miſericordiam, ſuam miſeriam. 235. 1. 50. tempore, tepore. 237. 2. 20. aliquis, aliquos. 247. 1. antepenult. contemplationes, contemplationis. 251. 1. 40. erga tui, erga te tui. 265 1. 10. antiquorum, antiquarum. 269. 1. 26. immediatus, immediatius. 275. 1. 0. motuum, motum. 280. 1. 41. illam, illa. 693. 1. 59. magnitudinem, magnitudinem. 297. 2. 19. virtute, virtutem. 305. 1. 36. altus, halitus. 306. 2. 30. profectionis, perfectionis. 316. 1. 34 in montem, in monte. 337. 2. 60. qua, quam. 359. 2. 11. diſtribuentibus, deſtruentibus. 469. in arg. lin. 11. quod, qui. ibid. 14. illud, illum ibid. 15. editum, editus. 550 2. in marg. exterma, externa 652 in arg. Trithemii, Trithemius. 775. 1. 08. circa, citra. 785. 1. 5. ſatiſfactione ſanctificatione.

Hæc ſunt præcipue inter calculi errores annotata; ſi quæ ſunt alia leuiuſcula, tu prudens lector æquo animo emendabis.

SEQVITVR PARS PRIMA opuſculorum S. Bonauenturæ, qua ea continentur, quæ ad ſpeculatiuam, & practicam doctrinam præcipue ſpectant.

Sunt autem hæc:

DE reductione artium ad Theologiam.
Breuiloquium.
Centiloquium.
Pharetra
Declaratio terminorum Theologiæ.
Compendioſum principium in Libros Sententiarum.
Sententiæ ſententiarum, carmine digeſtæ.
De quattuor virtutibus Cardinalibus.
De ſeptem donis Spiritus ſancti.
De reſurrectione a peccato ad gratiam.
De tribus ternarijs peccatorum infamibus.
Diæta ſalutis.

S. BONAVENTVRAE
EX ORDINE MINORVM
S. R. E. CARDINALIS EP. ALBANENSIS
EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS
Opuſculum
DE REDVCTIONE ARTIVM AD THEOLOGIAM.

OPVSCVLVM de reductione artium ad Theologiam, in duas potiſſimum partes diſtribui poteſt: in quarum prima Auctor quadripartitum cognitionis lumen oſtendit, et ſingula membra ita perfecte ſubdiuidit, vt in enumeratione artium, atque ſcientiarum nihil habeant, quod aut deſit, aut redundet. Hoc autem lumen deſurſum deſcendens, quamuis quadruplex ſit; ſex tamen eius ſtatuit differentias, quas reduci poſſe ad ſenarium numerum formationum, ſiue illuminationum, in quibus factus eſt mundus, ſatis aperte docet. In ſecunda vero parte copioſe demonſtrat, quo modo ad lumen ſacræ ſcripturæ reliquæ illuminationes cognitionum referantur, et diuinæ Theologiæ tamquam dominæ famulentur. Quare cum tota ſcripturæ ſacræ intentio ad charitatem tendat, charitati inniti debet omnis cognitio, vt ex ea fructum vberrimum percipiatur. Is enim eſt ſcientiarum omnium fructus, Auctore in fine Opuſculi atteſtante, vt ædificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, et conſolationes hauriantur, quæ ſunt in vnione Sponſi, et Sponſæ.

Iac. 1. c

OMNE datum optimum, et omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens a patre luminum, inquit Iacobus. In hoc verbo tangitur origo omnis illuminationis, et ſimul cum hoc inſinuatur multiplicis luminis, ab illa fontali luce liberalis emanatio. Licet autem omnis illuminatio interna ſit cognitione, poſſumus tamen rationabiliter diſtinguere, vt dicamus, quòd eſt lumen exterius, ſcilicet lumen artis mechanicæ: lumen inferius, ſcilicet lumen cognitionis ſenſitiuæ: lumen interius, ſcilicet lumen cognitionis philoſophicæ: lumen ſuperius, ſcilicet lumen gratiæ, et ſacræ ſcripturæ. Primum illuminat reſpectu formæ artificialis, ſecundum reſpectu formæ naturalis, tertium reſpectu veritatis intellectualis, quartum, et vltimum reſpectu veritatis ſalutaris.

Lumé quadruplex.

Lumen artis mechanicæ.

Primum ergo lumen, quod illuminat ad figuras artificiales, quæ quaſi exterius ſunt, et propter ſupplendam corporis indigentiam repertæ, dicitur lumen artis mechanicæ: quæ quia quodam modo ſeruilis eſt, et degenerat a cognitione philoſophiæ, recte ideo poteſt dici exterius. Et illud ſeptuplicatur, ſecundum ſeptem artes mechanicas, quas aſſignat Hugo de ſancto Victore; quæ ſunt, ſcilicet Lanificium, Armatura, Agricultura, Venatio, Nauigatio, Theatrica, Medicina. Quarum ſufficientia ſic accipitur. Quoniam omnis ars mechanica, aut eſt ad ſolatium, ſiue ſit ad excludendam triſtitiam, ſiue indigentiam: aut eſt ad commodum, ſiue illud prodeſt, aut delectat, ſecundum illud Horatij:

Hugo de S. Vict. Exter pre. prior. li. 2. c. 24. et li. 2. Didaſ. c. 20.

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ. Et iterū:
Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Horat. de arte poet. prope fin.

Si eſt ad ſolatium et delectationem, ſic eſt Theatrica, quæ eſt ars ludorum, omnem modum ludendi con-
A tinens: ſiue ſit in cantibus, ſiue in organis, ſiue in figmentis, ſiue in geſticulationibus corporis. Si vero ordinatur ad commodum ſiue profectum, ſecundum exteriorem hominem, hoc poteſt eſſe, aut quantum ad operimentum, aut quantum ad alimentum, aut quantum ad vtriuſque adminiculum. Si quantum ad operimentum, aut illud eſt de materia molli et leni, ſic eſt lanificium: aut eſt de materia dura et forti, et ſic eſt armatura ſiue ars fabrilis: quæ continet omnem armaturam fabricatam, ſiue ex ferro, ſiue ex quocumque metallo, ſiue ex lapide, ſiue ex ligno. Si vero iuuat quantum ad alimentum, hoc poteſt eſſe du-
B pliciter: quia cibamur vegetabilibus, et ſenſibilibus. Si quantū ad vegetabilia, ſic eſt agricultura. Si quantum ad ſenſibilia, ſic eſt venatio. Vel aliter, quia iuuare quantum ad cibum, poteſt eſſe dupliciter. Aut quantum ad ciborum genituram, et multiplicationē, et ſic eſt agricultura: aut quantum ad ciborum multiplicatorum præparationem, et ſic eſt venatio: quæ continet omne genus præparandi cibos, et potus, et ſapores, quod pertinet ad piſtores, cocos, et caupones. Denominatur autem ab vnius parte ſolum, propter quandam excellentiam, et comparabilitatem. Si autem ad vtriuſque adminiculum, hoc eſt dupliciter, aut defectum ſupplendo, et ſic eſt nauigatio, ſub
C qua continetur omnis mercatio, ſiue pertinentium ad operimentum, ſiue ad alimentum: aut remouendo impedimentum, aut nocumentum, et ſic eſt medicina, ſiue quæ conſiſtit in confectione electuariorum, ſiue potionum, ſiue vnguentorum, ſiue curatione vulnerum, ſiue deciſione membrorum, ſicut chirurgia. Theatrica autem eſt vnica. Et ſic patet ſufficientia.

Secundum lumen, quod illuminat nos ad formas naturales apprehendendas, eſt lumen cognitionis ſenſitiuæ, quod recte dicitur inferius, quia cognitio ſenſitiua ab inferiori incipit, et fit beneficio lucis corpo-

Lumen cognitionis ſenſitiuæ.

ralis. Et hoc quintuplicatur ſecundum quinque ſenſus. Quorum ſufficientiam ſumit Auguſtinus ſecundum naturam luminis elemẽtorum, hoc modo: Quia lumen, ſiue lux faciens ad diſtinctionem rerum corporearum, aut eſt in ſuæ proprietatis eminentia, et quadam puritate, et ſic eſt ſenſus viſus: aut commiſcetur aeri, et ſic eſt auditus: aut vapori, et ſic eſt odoratus: aut humori, et ſic eſt guſtus: aut terreæ groſſiciei, et ſic eſt tactus. Spiritus enim ſenſibilis naturam luminis habet, et in neruis viget, quorum natura eſt clara, et peruia: et in iſtis quinque ſenſibus multiplicatur, ſecundum maiorem, et minorem depurationẽ. Itaque cum quinque ſint corpora mundi ſimplicia, ſcilicet quatuor elementa, et quinta eſſentia, vt homo omnes formas corporeas poſſet percipere, quinque ſenſus habet illis correſpondentes: quia nulla fit apprehenſio, niſi per aliquam ſimilitudinem, et conuenientiam organi, et obiecti, pro eo, quòd natura ſenſus determinata eſt. Eſt et alius modus ſufficientiam ſenſuum ſumendi, ſed hanc approbat Auguſtinus, et rationabilis videtur: quia ad hanc ſufficientiam, ſimul concurrunt correſpondentia ex parte organi, medij, et obiecti.

Aug. lib. 3. de gen. ad litt. c. 3. et 4. to. 3.

Quinque ſenſuũ exteriorũ ſufficientia.

Tertium lumen, quod illuminat, ad veritates intelligibiles perſcrutandas, eſt lumen cognitionis philoſophicæ, quod ideo interius dicitur, quia interiores cauſas, et latentes requirit: et hoc per principia diſciplinarum, et veritatis naturalis, quæ homini naturaliter ſunt inſerta. Et hæc triplicatur, in rationalem, naturalem, et moralem. Et ſufficientia poteſt ſumi ſic: Eſt enim veritas ſermonum, veritas rerum, et veritas morum. Rationalis veritatem ſermonum conſiderat, naturalis veritatem rerum, moralis veritatem morum. Vel aliter, ſicut in ſummo Deo eſt conſiderare rationem cauſæ efficientis, formalis, et exemplaris: quia eſt cauſa ſubſiſtendi, ratio intelligendi, et ordo viuendi; ſic in ipſa illuminatione philoſophiæ, quoniam aut illuminat ad cognoſcendas cauſas eſſendi, et ſic eſt Phyſica: aut rationes intelligẽdi, et ſic eſt Logica: aut ordinem viuendi, et ſic eſt Moralis. Tertio modo ſic: quia lumen cognitionis philoſophicæ illuminat ipſam intelligentiam, hoc autem poteſt eſſe tripliciter: aut inquantum regit motiuam, et ſic eſt Moralis: aut inquantum regit ſeipſam, et ſic eſt Naturalis: aut inquantum regit interpretatiuam, et ſic eſt Sermocinalis: vt ſic illuminetur homo ad veritatem vitæ, ad veritatem ſcientiæ, et ad veritatem doctrinæ. Et quoniam tripliciter poteſt aliquis, per ſermonem, quem habet apud ſe, interpretari, vt ſcilicet vel notum faciat mentis ſuæ conceptum, vel vt amplius moueat ad credendum, vel vt moueat ad amorem, vel odium: ideo ſermocinalis, ſiue rationalis philoſophia triplicatur: ſcilicet in Grammaticam, Logicam, et Rhetoricam. Quarum prima eſt ad exprimendum, ſecunda ad docendum, tertia ad mouendum. Prima reſpicit rationem, vt apprehenſiuam: ſecunda, vt iudicatiuam: tertia, vt motiuam. Et quia ratio apprehendit per ſermonem congruum, iudicat per verum, mouet per ſermonem ornatum: hinc eſt, quòd hæc triplex ſcientia has tres paſſiones circa ſermonem conſiderat. Rurſus quoniam intellectus noſter dirigi habet in iudicando, ſecundum rationes formales: et hæ tripliciter conſiderari poſſunt, vel in comparatione ad materiam, et ſic dicuntur rationes formales: vel in comparatione ad animam, et ſic dicuntur intellectuales: vel in comparatione ad diuinam ſapientiam, et ſic dicuntur ideales. Ideo naturalis philoſophia triplicatur ſcilicet in Phyſicam proprie dictam, in Mathematicam, et in Metaphyſicam: ita quòd phyſica conſideratio eſt circa rerum generationem, et corruptionem, ſecundum virtutes naturales, et rationes ſeminales. Mathematica eſt circa conſiderationem formarum abſtractibilium, ſecundum rationes intelligibiles. Methaphyſica, circa cogni-

Lumen cognitionis philoſophicæ.

Veritas triplex.

Philoſophiæ naturalis partitio.

A tionem omnium entium, quæ reducit ad vnum primum principium, a quo exierunt ſecundum rationes ideales, ſiue ad Deum, inquantum principium, finis, et exemplar. Licet inter Methaphyſicos, de huiuſmodi rationibus idealibus, nonnulla fuit controuerſia. Poſtremo, quia regimen virtutis motiuæ tripliciter habet attendi, ſcilicet reſpectu vitæ propriæ, reſpectu familiæ, et reſpectu multitudinis ſubiectæ: ideo moralis philoſophia triplicatur, ſcilicet in Monaſticam, Oeconomicam, et Politicam. Quæ diſtinguuntur ſecundum triplicem modum prædictum, ſicut apparet ex ipſis nominibus.

Philoſophiæ moralis partitio.

B Quartum lumen, quod illuminat ad veritatem ſalutarem, eſt lumen ſacræ ſcripturæ, quod ideo dicitur ſuperius, quia ad ſuperiora ducit manifeſtando ea, quæ ſunt ſupra rationem. Et etiam quia non per inuentionem, ſed per inſpirationem, a Patre luminum deſcendit. Quod licet vnum ſit ſecundum intellectum litteralem, eſt tamen triplex ſecundum ſenſum myſticum et ſpiritualem. In omnibus enim ſacræ ſcripturæ libris, præter litteralem ſenſum, quem exterius verba ſonant, concipitur triplex ſenſus ſpiritualis, ſcilicet allegoricus, quo docetur, quid credendum de diuinitate, et humanitate ſit: moralis, quo docetur, C quo modo viuendum ſit: et anagogicus, quo docetur, qualiter eſt Deo adhærendum. Vnde tota ſacra ſcriptura hæc tria docet, ſcilicet Chriſti æternam generationem, et incarnationem, viuendi ordinem, et Dei et animæ vnionẽ. Primum reſpicit fidem, ſecundum mores, tertium finem vtriuſque. Circa primum inſudare debet ſtudium doctorum, circa ſecundum ſtudium prædicatorum, circa tertium ſtudium contemplatiuorum. Primum maxime docet Auguſtinus, ſecundum maxime docet Gregorius, tertium vero docet Dionyſius. Anſelmus ſequitur Auguſtinum: Bernardus ſequitur Gregoriũ: Richardus ſequitur Dionyſium. D Quia Anſelmus in ratiocinatione, Bernardus in prædicatione, Richardus in contemplatione. Hugo vero omnia hæc, id eſt omnes ſequitur.

Lumen ſacræ ſcripturæ.

Iac. 1. a

Scripturæ ſenſus.

Scriptura ſacra tria præcipue docet.

Ex prædictis colligitur, quòd licet ex primaria diuiſione, quadruplex ſit lumen deſurſum deſcendens; ſunt tamen ſex eius differentiæ: ſcilicet lumen ſacræ ſcripturæ, lumen cognitionis ſenſitiuæ, lumen artis mæchanicæ, lumen philoſophiæ rationalis, lumen philoſophiæ naturalis, et lumen philoſophiæ moralis. Et ideo ſex illuminationes ſunt in vita iſta, et habent veſperam: quia omnis hæc ſcientia deſtruetur. Et ideo ſuccedit eis ſeptima dies requietionis, quæ E veſperam non habet, ſcilicet illuminatio gloriæ. Vnde valde aperte poſſunt reduci ſex iſtæ illuminationes ad ſenarium formationum ſiue illuminationum, in quibus factus eſt mundus, vt cognitio ſacræ ſcripturæ, primæ formationi, ſcilicet formationi lucis reſpondeat: et ſic deinceps per ordinem. Et ſicut omnes illæ ab vna luce habebant originem, ſic omnes iſtæ cognitiones ad cognitionem ſacræ ſcripturæ ordinantur, in ea clauduntur, et in illa perficiuntur, et mediante illa, ad æternam illuminationem ordinãtur. Vnde omnis noſtra cognitio in cognitione ſacræ ſcripturæ debet habere ſtatum, et maxime quantum ad F intellectum anagogiæ, per quem illuminatio noſtra fertur in Deum, vnde habuit ortum. Et ideo completus eſt circulus, completus eſt ſenarius, et proportio ſtatis.

Luminis deſurſum deſcendẽtis differentiæ ſex.

Videamus ergo qualiter aliæ illuminationes cognitionum reduci habent ad lumen ſacræ ſcripturæ. Et primo videamus de illuminatione cognitionis ſenſitiuæ, quæ tota verſatur circa cognitionẽ ſenſibilium: vbi tria eſt conſiderare, videlicet cognoſcendi medium, cognoſcendi exercitium, cognoſcendi oblectamentum. Si conſideremus medium cognoſcendi, intuebimur ibi verbum æternaliter generatum, et ex tempore incarnatum. Nullum enim ſenſibile mouet potentiam, niſi mediante ſimilitudine, quæ egreditur ab obie-

Reductio cognitionis ſenſitiuæ ad lumẽ ſacræ ſcripturæ.

Ariſt. li. 2. de ani. tex. 121.

ab obiecto, ſicut proles a parente, et hoc generaliter, realiter, et exemplariter, eſt neceſſe eſſe in omni ſenſu. Illa autem ſimilitudo non facit completionem in actu ſentiendi, niſi vniatur cum organo, et virtute. Et cum vnitur, noua fit perceptio, et per illam perceptionem fit reductio, mediante illa ſimilitudine, in obiectum. Et licet non ſemper ita obiectum ſentiatur, ſemper tamen, quantum eſt de ſe, gignit ſimilitudinem, cum eſt in ſua completione. Per hunc etiam modum intelligo, quòd a ſumma mente, quæ cognoſcibilis eſt in interioribus ſenſibus mentis noſtræ, æternaliter emanauit ſimilitudo, imago, et proles: et ille poſtmodum,

Gal. 4. a

quando venit plenitudo temporis, vnitus eſt menti, et carni, ideſt homini, quem formauerat, qui numquam fuerat prius: et per illum omnes mentes noſtræ reducuntur in Deum, quæ illam ſimilitudinem Patris per fidem in corde ſuſcipiunt. Si vero conſideremus ſenſuum exercitium, intuebimur ibi ordinem viuendi: vnuſquiſque enim ſenſus ſe exercet circa proprium obiectum, refugit ſibi nociuum, et non vſurpat alienum. Per hunc modum tunc ſenſus cordis ordinate viuit, dum ſeipſum exercet ad id, ad quod eſt, contra negligentiam: dum refugit ſibi nociuum, contra concupiſcentiam: et dum non vſurpat ſibi alienum, contra ſuperbiam. Omnis enim inordinatio, aut venit ex negligentia, aut ex concupiſcentia, aut ex ſuperbia.

Ordinate quis viuat.

Ille enim ordinate viuit, qui viuit prudenter, temperanter, et obtemperanter, vt refugiat negligentiam in operabilibus, concupiſcentiam in appetibilibus, ſuperbiam in excellentibus ſiue ſublimibus. Si autem conſideremus oblectamentum, intuebimur Dei, et animæ vnionem. Omnis enim ſenſus ſuum ſenſibile conueniens quærit cum deſiderio, inuenit cum gaudio, repetit ſine faſtidio: quia non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. Per hunc etiam modum, ſenſus cordis noſtri ſiue pulchrum, ſiue conſonum, ſiue odoriferum, ſiue dulce, ſiue mulcebre, debet deſideranter quærere, gaudenter inuenire, inceſſanter repetere. Ecce quo modo in cognitione ſenſitiua continetur occulte diuina ſapientia; et quàm mira eſt contemplatio quinque ſenſuum ſpiritualium, ſecundum conformitatem ad ſenſus corporales.

Reductio artis mechanicæ.

Per hunc modum eſt reperire in illuminatione artis mechanicæ, cuius tota intentio verſatur, circa artificialium productionem. In qua iſta tria poſſumus intueri, ſcilicet verbi generationem, & incarnationẽ, viuendi ordinem, & Dei, & animæ fœderationem. Et hoc ſi conſideremus, ſcilicet egreſſum, effectum, fructum. Vel ſic: Artem operandi, qualitatem effecti artificij, et vtilitatem fructus eliciti. Si conſideremus egreſſum, videbimus, quòd effectus artificialis exit ab artifice, mediante ſimilitudine exiſtente in mente, per quam artifex excogitat antequam producat, et inde producit, ſicut diſpoſuit. Producit autem artifex exterius, opus aſſimilatum exemplari interiori eatenus, quo poteſt melius. Et ſi talem effectum poſſet producere, qui ipſum amaret, et cognoſceret, vtique faceret. Et ſi effectus ille cognoſceret ſuum opificem, hoc eſſet mediante ſimilitudine, ſecundum quam ab artifice proceſſit. Et ſi haberet obtenebratos oculos cognitionis, vt non poſſet ſupra ſe eleuari, neceſſe eſſet ad hoc, vt ad cognitionem ſui opificis duceretur, quòd ſimilitudo per quam productus eſſet effectus, condeſcenderet vſque ad illam naturam, quæ ab eo poſſet capi et cognoſci. Per hunc modum intellige, quòd a ſummo opifice nulla creatura proceſſit, niſi per verbum æternum: in quo omnia diſpoſuit, et per quod omnia produxit, non ſolum creaturas habentes rationem veſtigij, ſed etiam imaginis, vt eidem aſſimilari poſſint, per cognitionem, et amorem. Et quoniam per peccatum rationalis creatura oculum contemplationis obnubilatum habuit, decentiſſimum fuit, vt æternum, et inuiſibile fieret viſibile, et aſſu-

A meret carnem, vt nos ad patrem reduceret. Et hoc eſt, quod dicitur: Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Et: Patrem nemo nouit niſi Filius, et cui voluerit Filius reuelare. Et ideo dicitur: Verbum caro factum.

Ioan. 14. a *Mat. 11. d* *Ioan. 1. b*

Conſiderantes igitur illuminationem artis mechanicæ, quantum ad operis egreſſum, intuebimur ibi Verbum generatum, & incarnatum, ideſt diuinitatem, et humanitatem, et totius fidei integritatem. Si vero conſideremus effectum, intuebimur viuendi ordinem. Omnis enim artifex intendit producere opus pulchrum, et vtile, et ſtabile, et tunc eſt charum, et acceptabile opus, cum habet iſtas tres conditiones.

Tria in ordine viuendi.

B Iuxta hęc tria neceſſe eſt, reperiri tria in ordine viuendi ſcilicet ſcire, velle, et impermutabiliter operari, ſiue perſeueranter. Scientia reddit opus pulchrum, voluntas reddit vtile, perſeuerantia reddit ſtabile. Primum eſt in rationali, ſecundum in concupiſcibili, tertium in iraſcibili. Si conſideremus fructum, inueniemus Dei, et animæ vnionem. Omnis enim artifex, qui aliquod opus facit, aut facit, vt per illud laudetur: aut, vt per illud aliquid ſibi operetur vel lucretur: aut, vt in illo delectetur, ſecundum tria, quæ ſunt in appetibilibus, ſcilicet bonum honeſtum, conferens, et delectabile.

C Propter hæc tria, fecit Deus animam rationalem, vt ipſa eum laudaret, et vt ipſa illi ſeruiret, et vt ipſa in eo delectaretur, et quieſceret. Et hoc eſt per charitatem, in qua qui manet in Deo manet, et Deus in eo, ita quòd eſt ibi quædam mirabilis vnio, et in vnione mirabilis delectatio. Quoniam ipſe loquitur: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.

1. Ioan. 4. c *Prou. 8. d*

Ecce quo modo illuminatio artis mechanicæ, via eſt, ad illuminationem ſacræ ſcripturæ, et nihil eſt in ea, quod non prædicet veram ſapientiam. Et ideo ſacra ſcriptura, frequenter talibus ſimilitudinibus, vtitur ſatis recte.

Reductio philoſophiæ rationalis.

D Iuxta hunc etiam modum, eſt reperire in illuminatione rationalis philoſophiæ, cuius principalis intentio verſatur circa ſermonem. In quo eſt tria conſiderare, ſecundum triplicem ipſius ſermonis conſiderationem, ſcilicet reſpectu proferentis, ratione prolationis, et reſpectu audientis, ſiue ratione finis. Si ſermonem conſideremus in reſpectu ad loquentem, ſic videbimus quo modo omnis ſermo ſignificat mentis conceptum, et ille conceptus interior eſt verbum mentis, et eius proles, quæ nota eſt etiam ipſi concipienti. Sed ad hoc quòd fiat nota audienti induit formam vocis, et verbum intelligibile, mediante illo indumento, fit ſenſibile, et auditur exterius et ſuſcipitur in aure cordis audientis, et tamen non recedit a

E mente proferentis. Iuxta hunc modum, videmus in verbo æterno, quòd Pater æternaliter ipſum concepit generando, ſecundum illud: Nondum erant abyſſi, et ego iam concepta eram. Sed ad hoc quòd homini ſenſibili fieret cognoſcibile, induit formam carnis, et verbum caro factum eſt, et habitauit in nobis, et tamen remanſit in ſinu patris.

Prou. 8. c *Ioan. 1. b*

Si vero conſideremus ſermonem ratione ſui, ſic intuebimur in eo viuendi ordinem.

De ratione ſermonis tria.

Ad complementum enim ſermonis, neceſſario iſta tria concurrunt, ſcilicet congruitas, veritas, et ornatus. Et iuxta hæc tria, omnis actio noſtra debet habere modum, ſpeciem, et ordinem: vt ſit mo-

F dificata per modeſtiam in exteriori opere: ſpecioſa per munditiam in affectione: ordinata, et ornata per rectitudinem in intentione. Tunc enim recte, et ordinate viuitur, cum intentio recta, affectio munda, et operatio modeſta. Si vero conſideremus ſermonem ratione finis, ſic eſt ad exprimendum, ad erudiendum, et ad mouendum: ſed numquam exprimit aliquis, niſi mediante ſpecie: numquam docet, niſi mediante lumine arguente: numquam mouet niſi mediante virtute. Et ſic conſtat, quòd hoc non fit niſi per ſpeciem, et lumen, et virtutem intrinſecam intrinſecus animæ vnitam. Et ideo concludit Auguſtinus quòd ille ſolus eſt verus Doctor, qui poteſt ſpe-

ciem imprimere, et lumen infundere, et virtutem dare cordi audientis. Et hinc eſt, quòd cathedram habet in cælo, qui intus corda docet. Sicut ergo nihil cognoſcitur per ſermonem perfecte, niſi mediante virtute, lumine, et ſpecie vnitis animæ: ſic ad hoc, quòd anima erudiatur ad Dei cognitionem, per ipſius internam locutionem; neceſſe eſt, quòd vniatur ei, qui eſt ſplendor gloriæ, et figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ. Ex quo patet, quàm mira eſt hęc contemplatio, per quam Auguſtinus in multis libris manuducit ad diuinam ſapientiam.

Hebr. 1. a

Reductio philoſophiæ naturalis.

Secundum etiam hunc modum eſt reperire, in illuminatione naturalis philoſophiæ, cuius principalis intentio. verſatur circa rationes formales, in materia, in anima, et in diuina ſapientia. Quas tripliciter contingit conſiderare, ſcilicet ſecundum habitudinem proportionis, ſecundum effectum cauſalitatis, et ſecundum medium vnionis. Et ſecundum hæc tria, eſt reperire tria præmiſſa. Si conſideremus eas, ſecundum habitudinem proportionis, videbimus in eis verbum æternum, et verbum incarnatum. Rationes intellectuales, et abſtractæ, quaſi mediæ ſunt inter ſeminales, et ideales. Sed rationes ſeminales, non poſſunt eſſe in materia, quin ſit in ea generatio, et productio formæ. Similiter vero in anima, non ſunt rationes intellectuales, quin ſit generatio verbi in mente: ergo nec idealis in Deo, quin ſit productio verbi a Patre ſecundum rectam proportionem: hoc enim eſt dignitatis, et ſi conuenit creaturæ, multo fortius inferri poteſt de Creatore. Propter quod dixit Auguſtinus, quòd filius Dei eſt ars patris. Rurſus appetitus, qui eſt in materia, ordinatur ad rationes intellectuales, vt nullo modo perfecta ſit generatio, niſi anima rationalis, vniatur materiæ corporali. Per conſimilem igitur rationem poteſt argui, quòd ſumma perfectio, et nobiliſſima in vniuerſo, eſſe non poteſt niſi natura, in qua ſunt rationes ſeminales, et natura, in qua ſunt rationes intellectuales, et natura, in qua ſunt rationes ideales, ſimul concurrant in vnitatem perſonę, quod factum eſt in filij Dei incarnatione. Prædicat igitur tota naturalis philoſophia, per habitudinem proportionis, Dei verbum natum, et incarnatum, vt idem ſit Alpha, et Omega, natum ſcilicet in principio, et ante tempora, incarnatum vero in fine ſæculorum. Si vero conſideremus rationes iſtas, ſecundum effectum cauſalitatis, perpendimus ordinem viuendi. Quoniam generatio non poteſt fieri in materia generabili, et corruptibili, ſecundum rationes ſeminales, niſi beneficio luminis corporum ſupercæleſtium, quę elongantur a generatione, et corruptione ſcilicet a ſole, luna, et ſtellis. Per hunc etiam modum anima non poteſt opera vitæ facere, niſi ſuſcipiat a ſole, id eſt a Chriſto gratuiti luminis beneficium, et niſi conſequatur ipſius lunæ, ideſt, Virginis Mariæ matris Chriſti patrocinium, et niſi imitetur aliorum ſanctorum exempla: ex quorum concurſu congregetur in ipſa opus vnum atque perfectum. Vnde ordo viuendi pendet in his tribus. Si autem conſideremus iſtas rationes ſecundum vnionis medium, intelligemus per quem modum fiat vnio animæ ad Deum. Nam natura corporalis animæ, non poteſt vniri, niſi mediante humore, mediante ſpiritu, et mediante calore, quæ tria diſponunt carnem, vt vitam ſuſcipiat ab anima. Secundum hoc etiam intelligitur, quòd Deus non

Aug. lib. 6. de Trin. c. 10. ante med. to. 3.

Apoc. 22. c

Vnio animę ad Deum quo modo fiat.

A præſtat vitam animæ, nec ei etiam vnitur, niſi ſit humida per gemitum compunctionis, et pietatis: et niſi ſit ſpiritualis, per contemptum omnis terrenitatis: et niſi ſit calida, per deſiderium ipſius dilecti, et patriæ cæleſtis. Ecce qualiter in philoſophia naturaliter latet ſapientia Dei.

Reductio philoſophiæ moralis.

Penes modos prædictos, eſt reperire in illuminatione philoſophiæ moralis lumen ſacræ ſcripturæ. Quoniam intentio moralis philoſophiæ principaliter verſatur circa rectitudinem: verſatur enim circa iuſtitiam generalem, quæ, vt dicit Anſelmus, eſt rectitudo voluntatis. Rectum autem habet tripliciter notificari, et ſecundum hoc, tria præmiſſa relucent in con- B ſideratione rectitudinis. Vno modo dicitur rectum, cuius medium non exit ab extremis. Si ergo in Deo eſt ſumma rectitudo, et ſecundum ſe, et inquantum eſt principium, et inquantum eſt finis omnium; neceſſe eſt in Deo ponere mediam perſonam ſecundum ſe, vt vna ſit tantum producens, alia tantum producta, media vero producens et producta. Neceſſe eſt etiam ponere medium in egreſſu, et regreſſu rerum: ſed medium in egreſſu, neceſſe eſt, quòd plus teneat ſe a parte producentis, medium vero in regreſſu, plus a parte redeuntis. Sicut ergo res exierunt a Deo per verbum Dei, ſic ad completum reditum, neceſſe eſt mediatorem Dei et hominum, non tantum Deum eſ- C ſe, ſed etiam hominem, vt homines reducat ad Deum. Alio modo dicitur rectum, quod dirigenti ſe, conformatur. Et ſecundum hoc in conſideratione rectitudinis conſpicitur ordo viuendi. Ille enim recte viuit, qui dirigitur ſecundum regulas iuris diuini. Et hoc eſt, quando voluntas hominis aſſentit præceptis neceſſarijs, monitis ſalutiferis, conſilijs perfectis, vt probet homo, quæ ſit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta. Et tunc rectus ordo viuendi dicitur, in quo nulla obliquitas poteſt reperiri. Tertio modo dicitur rectum, cuius ſummitas eſt ſurſum erecta, ſicut homo habet ſtaturam rectam. Et ſecundum hoc, in conſideratione rectitudinis, manifeſtatur Dei, et D animæ vnio. Cum enim Deus ſit ſurſum, neceſſe eſt, quòd apex ipſius mentis ſurſum erigatur. Hoc autem eſt cum rationalis aſſentit primæ veritati propter ſe, et ſuper omnia: cum iraſcibilis innititur ſummæ largitati: et cum concupiſcibilis adhęret bonitati: tunc qui hoc modo adhæret, vnus ſpiritus eſt cum Deo. Et ſic patet, quo modo multiformis ſapientia Dei, quæ lucide traditur in ſacra ſcriptura, occultatur in omni cognitione, et in omni natura. Patet etiam, quo modo omnes cognitiones famulantur Theologiæ. Et ideo ipſa aſſumit exempla, et vtitur vocabulis pertinentibus ad omne genus cognitionis. Patet etiam, quàm ampla ſit via illuminatiua, et quo modo in omni re, E quæ ſentitur, ſiue quæ cognoſcitur, interius lateat ipſe Deus. Et hic eſt fructus omnium ſcientiarum, vt in omnibus ædificetur fides, honorificetur Deus, componantur mores, hauriantur conſolationes, quæ ſunt in vnione ſponſi, et ſponſæ. Quæ quidem vnio fit per charitatem, ad quam terminatur tota intentio ſacræ ſcripturæ, et per conſequens, omnis illuminatio deſurſum deſcendens, et ſine qua, omnis cognitio vana eſt: quia numquam peruenitur ad filium, niſi per Spiritum ſanctum, qui docet nos omnem veritatem, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Anſel. Dialog. de ver. c. 18.

Rectum tripliciter dicitur.

Recte quis viuit.

1. Cor. 6. d
Ephes. 3. b

Fructus ſcientiarum quis ſit.

FINIS OPVSCVLI, DE REDVCTIONE ARTIVM AD THEOLOGIAM.

SANCTI

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Breuiloquium.

BREVILOQVIVM, quod ex eo appellatur, quia ſummatim ac breuiter, theologia inſtituta, ac præcepta exponit, in proœmium, et tractatum diuiditur. Proœmium, ſacræ ſcripturæ ortum, progreſſum, ſtatum, latitudinem, longitudinem, ſublimitatem, profunditatem, procedendi, eamq. interpretandi modum demonſtrat. Tractatus vero ſeptem partibus continetur: prima eſt de Deo Trino et vno: ſecunda de creatura mundi: tertia de corruptela peccati: quarta de incarnatione Verbi: quinta de gratia Spiritus ſancti: ſexta de ſacramentorum medicina: ſeptima denique de ſtatu finalis iudicij. Materia primæ partis tractatur à Magiſtro in primo libro ſententiarum: ſecunda, et tertia, in ſecundo: quarta, in tertio: quinta, partim in ſecundo, et partim in tertio: ſexta vero et ſeptima in quarto. Has omnes, et quidem grandes materias adeo breui profunditate, et profunda breuitate Auctor edifferit, vt merito Ioannes Gerſo par. 4. tit. de lib. leg. breuiloquium miri compendij arte diuinitus compoſitum ingenue fateatur.

PROOEMIVM.

Ephes. 3. c FLECTO genua mea ad Patrem A Domini noſtri Ieſu CHRISTI, ex quo omnis paternitas in cælo, et in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, virtutem, corroborari per ſpiritum eius in interiori homine, habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris: in charitate radicati, et fundati, vt poſſitis comprehendere, cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, et profundũ. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatẽ Chriſti, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ma- B gnus doctor gentium, et prædicator veritatis diuino repletus ſpiritu, tamquam vas electum, et ſanctificatum, in hoc verbo aperit ſacræ ſcripturæ, quæ theologia dicitur, ortum, progreſſum, et ſtatum. Inſinuans ortum ſcripturæ, attendi ſecundum influentiã beatiſſimæ Trinitatis: progreſſum autem, ſecundum exigentiam humanæ capacitatis: ſtatum vero ſiue fructum, ſecundum ſuperabundantiam ſuperpleniſſimæ felicitatis.

Ortus namque non eſt per humanam inueſtigationem, ſed per diuinam reuelationem, quæ fluit a Patre *Iac. 1. c* luminum: Ex quo omnis paternitas in cælo et in terra *Ephes. 3. c* C nominatur, a quo per filium eius Ieſum Chriſtum manat in nos Spiritus ſanctus: et per Spiritum ſanctum diuidentem, et diſtribuentem dona ſingulis, ſicut vult, datur fides: et per fidem habitat Chriſtus in cordibus noſtris. *1. Cor. 12. b* Hæc eſt notitia Ieſu Chriſti, ex qua originaliter manat firmitas, et intelligentia totius ſcripturæ ſacræ. Vnde et impoſſibile eſt, quòd aliquis in ipſam ingrediatur agnoſcendam, niſi prius Chriſti fidem habeat ſibi infuſam, tamquam ipſius totius ſcripturæ lucernam, ianuam, et etiam fundamentum. Eſt enim ipſa fides omnium ſupernaturalium illumi- D nationum, quamdiu peregrinamur a Domino, et fun- *2. Cor. 5. b* damentum ſtabiliens, et lucerna dirigens, et ianua introducens: ſecundum cuius etiam menſuram, neceſſe eſt, menſurari ſapientiam, nobis diuinitus datam: ne quis ſapiat, pluſquam oportet ſapere, ſed ſapiat ad *Rom. 12. a* ſobrietatem, et vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Mediante igitur hac fide, datur nobis notitia ſacræ ſcripturæ, ſecundum influentiam beatiſſimæ Trinitatis: iuxta quod expreſſe inſinuat Apoſtolus in prima parte auctoritatis prius inductæ.

A Progreſſus autem ſacræ ſcripturæ non eſt coartatus ad leges ratiocinationum, diffinitionum, et diuiſionum, iuxta morem aliarum ſcientiarum: et non eſt coartatus ad partem vniuerſitatis; ſed potius cum ſecundum lumen ſupernaturale procedat, ad dandam homini viatori notitiam rerum ſufficientem, ſecundũ quod expedit ei ad ſalutem, partim per plana verba, partim per myſtica, deſcribit totius vniuerſi cõtinentiam, quaſi in quadam ſumma, in quo attenditur latitudo: deſcribit decurſum, in quo attenditur longitudo: deſcribit excellentiam finaliter ſaluandorum, in quo attenditur ſublimitas: deſcribit et miſeriam B damnatorum, in quo profunditas conſiſtit non ſolum ipſius vniuerſi, verum etiam diuini iudicij. Et ſic deſcribit totum vniuerſum, quantum expedit de ipſo habere notitiam ad ſalutem, ſecundum ipſius latitudinem, longitudinem, altitudinem, et profunditatem. Ipſa etiam habet in ſuo progreſſu hæc quattuor, ſecundum quòd poſterius declarabitur, quia ſic exigebat conditio capacitatis humanæ, quæ magna, et multa nata eſt magnifice, et multipliciter capere, tamquam ſpeculum quoddam nobiliſſimum, in quo nata eſt deſcribi, non ſolum naturaliter, verum etiam ſupernaturaliter, rerum vniuerſitas mundanarum: vt C ſic progreſſus ſacræ ſcripturæ attendatur ſecundum exigentiam capacitatis humanæ.

Status vero ſiue fructus ſacræ ſcripturæ, nõ eſt quicumque, ſed plenitudo æternæ felicitatis. Nam hæc eſt ſcriptura, in qua verba ſunt vitæ æternæ, quæ ideo ſcripta eſt, non ſolum, vt credamus, verumetiam, vt vitam poſſideamus æternam. In qua quidem videbimus, amabimus, et vniuerſaliter omnia deſideria noſtra implebuntur. Quibus impletis, vere tunc ſciemus ſupereminentem ſcientiæ charitatem, et ita D impleti erimus in omnem plenitudinem Dei. Ad quam quidem plenitudinem, conatur nos diuina introducere ſcriptura, iuxta prædictæ ſententiæ Apoſtolicæ veritatem. Hoc igitur fine, hac etiam intentione, ſacra ſcriptura perſcrutanda eſt, et docenda, et etiam audienda. Et vt ad iſtum fructum, et terminum recto perueniamus progreſſu, per viam recti itineris ſcripturarum, inchoandum eſt ab exordio. Hoc eſt, vt cum mera fide, ad Patrem luminum accedamus, flectendo genua cordis noſtri, vt ipſe per Filium ſuũ, in Spiritu ſancto, det nobis veram notitiam Ieſu Chriſti, et cum notitia amorem ipſius, vt ſic ipſum cognoſcentes,

Scriptura ſacra quo fine perſcrutanda.

A

ſcentes, et amantes, et tamquam in fide ſolidati, et in charitate radicati poſſimus, ipſius ſacræ ſcripturæ noſſe latitudinem, longitudinem, altitudinem, et profunditatem: et per hanc notitiam peruenire ad pleniſſimam notitiam, et excellentiſſimum, et exceſſiuum amorem beatiſſimæ Trinitatis, quo Sanctorum tendunt deſideria, in quo eſt ſtatus, et complementum omnis veri, et boni.

De latitudine ſacræ ſcripturæ.

B

HVius ſacræ ſcripturæ fine concupito, et intento, et principio credito ſimul, & inuocato, videndus eſt progreſſus, quantum ad ipſius latitudinem, longitudinem, ſublimitatem, et profunditatem, ſecundum viam, et ordinem Apoſtolici documenti. Conſiſtit autem ipſius latitudo, in multitudine ſuarum partium. Longitudo vero, in deſcriptione temporum, et ætatum. Altitudo in deſcriptione hierarchiarum, gradatim ordinatarum. Profunditas in multitudine myſticorum ſenſuum, et intelligentiarum. Si igitur velimus latitudinem ſacræ ſcripturæ ſpeculari, prima fronte occurrit nobis ſacra ſcriptura, ſecanda in duo teſtamenta, ſcilicet vetus, et nouum.

Ibidem.

C

Vetus autem occurrit, cum multitudine librorum. Habet enim libros legales, hiſtoriales, ſapientiales, et prophetales: ita quòd primi ſunt quinque, ſecundi decem, tertij quinque, quarti ſunt ſex, ac per hoc in vniuerſo viginti ſex. Nouum ſimiliter teſtamentũ, habet libros his correſpondentes, ſecundum quadruplicem formam. Nam legalibus correſpondent libri euangelici: hiſtorialibus, actus Apoſtolici: ſapientialibus, Epiſtolæ Apoſtolorum, et maxime Pauli: prophetalibus correſpondet liber Apocalypſis: vt ſic mira ſit conformitas inter vetus, et nouum teſtamentum, non ſolum in continentia ſenſuum, verum etiam in quadriformitate partium.

Veteris et noui teſtamenti libri ſibi reſpondentes.

D

In cuius figuram, et conſignationem vidit Ezechiel rotam quattuor facierũ, et rotã in medio rotæ, quia vetus eſt in nouo, et econuerſo: Nam in libris legalibus, et Euangelicis, eſt facies leonis, propter excellentiam auctoritatis. In hiſtorialibus, eſt facies bouis, propter exempla virtutis. In ſapientialibus, eſt facies hominis, propter prudentiam ſagacem. In libris prophetalibus, eſt facies Aquilæ, propter intelligentiam perſpicacem.

Eze. 1.

Recte autem ſacra ſcriptura diuiditur, in vetus, et nouum teſtamentum, et non in theoricam, et practicam, ſicut philoſophia: quia cum ſacra ſcriptura fundetur proprie ſuper cognitionem fidei, quæ virtus

Sacræ ſcripturæ diuiſio.

E

eſt, et fundamentum morum, et iuſtitiæ, et totius rectæ vitę, non poteſt in ea ſequeſtrari notitia rerum, ſiue credendorum a notitia morum. Secus autem eſt de philoſophia, quæ non tantum de veritate morum, verum etiam agit de vero nuda ſpeculatione conſiderato. Quoniam igitur ſcriptura ſacra eſt notitia mouens ad bonum, et reuocans a malo, et hoc eſt per timorem, et amorem; ideo diuiditur in duo teſtamenta: quorum breuis differentia eſt timor, et amor. Et quia quadrupliciter poteſt quis moueri ad bonum, et reuocari a malo, ſcilicet per præcepta potentiſſimæ maieſtatis, vel per documenta ſapientiſſimæ veritatis,

Quattuor modis poteſt quis moueri ad bonum, et reuocari a malo.

F

vel per exempla, et beneficia innocentiſſimæ bonitatis, vel ex his omnibus in vnum collectis: ideo tam in nouo, quàm in veteri teſtamento, ſunt quadriformiter traditi libri continentes ſacram ſcripturam, ſecundum correſpondentiam ad quattuor præmiſſa. Nam libri legales mouent per pręcepta maieſtatis omnipotentiſſimæ: hiſtoriales per exempla bonitatis innocentiſſimæ: ſapientiales, per documenta veritatis ſapientiſſimæ: prophetales mouent ex omnium prædictorum aggregatione, ſicut in eis manifeſtiſſime apparet. Vnde ipſi ſunt quaſi rememoratiui totius legalis, ſapientiæ, et doctrinæ. Eſt igitur ſcriptura ſacra ſimilis fluuio latiſſimo, qui ex concurſu aquarum multarum aggregatur magis ac magis, ſecundum quod longius decurrit. Nam cum primo in ſcriptura eſſent libri legales, poſtea ſuperuenit aqua ſapientiæ hiſtorialium librorum, tertio vero ſuperaduenit doctrina ſapientiſſimi Salomonis, poſt hoc etiam doctrina ſanctorum prophetarum, et tandem doctrina euangelica, reuelata, per os carnis Chriſti prolata, per Euangeliſtas conſcripta, per ſanctos Apoſtolos diuulgata. Additis etiam documentis, quæ Spiritus ſanctus ſuper eos veniens, docuit nos per eos: vt ſic omnem veritatem, per Spiritum ſanctum iuxta diuinum promiſſum edocti, omnis veritatis ſalutaris doctrinam Eccleſię Chriſti darent, et ſacram ſcripturam conſummando veritatis notitiam dilatarent.

Scriptura ſacra fluuio ſimilis.

Io. 16. e

De longitudine ſacræ ſcripturæ.

HAbet etiam hæc ſacra ſcriptura longitudinem, quæ conſiſtit in deſcriptione tam temporum, quàm ætatum, a principio, ſcilicet mundi, vſque ad diem iudicij. Deſcribit enim per tria tempora mundum decurrere, ſcilicet per tempus legis naturæ, legis ſcriptæ, et legis gratiæ, et in his tribus temporibus ſeptem diſtinguit ætates. Quarum prima eſt ab Adam vſque ad Noe, ſecunda a Noe vſque ad Abraam, tertia ab Abraam vſque ad Dauid, quarta a Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, quinta a tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, ſexta a Chriſto vſque ad finem mundi, ſeptima decurrit cum ſexta, quæ incipit a quiete Chriſti in ſepulchro vſque ad reſurrectionem vniuerſalem, quando incipiet reſurrectionis octaua. Et ſic ſcriptura eſt longiſſima, quia in tractando incipit a mũdi, et temporis exordio in principio Geneſis, et peruenit vſque ad finem mundi, et temporis, ſcilicet in fine Apocalypſis. Recte autem vniuerſum tempus, quod decurrit ſecundum triplicem legem, ſcilicet inditam interius, datam exterius, et deſuper infuſam, decurrit per ſeptem ætates, et conſummatur in fine ſextæ: vt ſic mundi decurſus reſpondeat mundi exordio, et maioris mundi decurſus correſpondeat decurſui vitæ minoris mundi, ſcilicet hominis, propter quem etiam factus eſt. Nam prima ætas mundi, in qua facta eſt ipſius mundi formatio, caſus dæmonum, et confirmatio angelorum, recte reſpondet primæ diei, in qua facta eſt lux, et diuiſa a tenebris. Secunda, in qua per arcam, et diluuium ſaluati ſunt boni, et deleti mali, reſpondet ſecundæ diei, in qua per firmamentũ facta eſt diſtinctio aquarum ab aquis. Tertia, in qua vocatus eſt Abraam, et inchoata ſynagogã, quæ fructificare, et generare debebat prolẽ ad Dei cultum, correſpondet diei tertiæ, in qua apparuit terra, et protulit herbam virentem. Quarta, in qua viguit regnum, et ſacerdotium, quia Dauid rex ampliauit cultum diuinum, correſpondet quartæ diei, in qua facta eſt formatio luminarium, et ſtellarum. Quinta, in qua tranſmigrantes inter populos multos verſati ſunt, et tribulati, correſpondet diei quintæ, in qua facta eſt formatio piſcium ex aquis. Sexta ætas, in qua natus eſt Chriſtus in effigie hominis, qui vere eſt imago Dei, correſpondet ſextæ diei, in qua formatus eſt homo primus. Septima, in qua eſt quies animarum non habens finem, correſpondet ſeptimæ diei, in qua requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Et ſic diſtinguuntur hæ ſeptem ætates, propter inſignia facta, quæ fuerunt in earum exordijs, ratione quorum correſpondent diebus formationis mundi. Vocatur autem prima ætas infantia: quia ſicut infantia tota obliuione deletur, ſic illa prima ætas per diluuium eſt conſumpta. Secunda pueritia: ſicut enim in pueritia loqui incipimus, ſic in ſecũda ætate facta eſt diſtinctio linguarum. Tertia dicitur adoleſcentia: quia ſicut vis generatiua tunc incipit in actum ſuum exire, ſicut tunc vocatus eſt Abrã, et data eſt ei circumciſio, et facta eſt ei promiſſio de ſemine.

Ætates ſeptem.

Gen. 1. a

Gen. 7. d

Gen. 1. a

Ibidem b

Ibidem.

Ibid. e

Col. 1. e

Gen. 1. d

Gen. 11. b

Gen. 12. a et 17. a. b

ſemine. Quarta dicitur iuuentus: quia ſicut in iuuentute floret hominis ætas, ſic in quarta ætate ſub regibus floruit ſynagoga. Quinta dicitur ſenectus: quia ſicut in ſenectute vires minuuntur, et decidit pulchritudo, ſic et in transmigratione ſactum eſt de Iudæorum ſacerdotio. Sexta ætas dicitur ſenium: quia ſicut illa eſt, quæ copulatur cum morte, habens tamen magnam lucem ſapientiæ, ſic ſexta ætas mundi terminatur cum die iudicij, et in ea viget ſapientia per doctrinam Chriſti. Sic igitur totus ille mundus ordinatiſſimo decurſu, a ſcriptura ſacra deſcribitur procedere a principio vſque ad finem, ad modum cuiuſdam pulcherrimi carminis ordinati, vbi poteſt quis ſpeculari, ſecundum decurſum temporis, varietatem, et multiplicitatem, et æquitatem, ordinem, rectitudinem, et pulchritudinem multorum diuinorum iudiciorum, procedentium a ſapientia Dei gubernante mundum. Vnde ſicut nullus poteſt videre pulchritudinem carminis, niſi aſpectus eius feratur ſuper totum verſum; ſic nullus videt pulchritudinem ordinationis, et regiminis vniuerſi, niſi eam totam ſpeculetur. Et quia nullus homo tam longæuus eſt, quòd totam poſſit videre oculis carnis ſuæ, nec futura poteſt per ſe præuidere: prouidit nobis Spiritus ſanctus librum ſcripturæ ſacræ, cuius longitudo commetitur ſe decurſui regiminis vniuerſi.

De ſublimitate ſacræ ſcripturæ.

HAbet nihilominus ſcriptura ſacra, in ſuo proceſſu ſublimitatem, quæ conſiſtit in deſcriptione hierarchiarum gradatim ordinatarum, quæ ſunt, hierarchia eccleſiaſtica, angelica, et diuina: ſeu ſubcæleſtis, cæleſtis, et ſupercæleſtis: ita quòd primam deſcribit patenter, ſecundam aliquantulum magis occulte, et tertiam adhuc magis occulte. Ex deſcriptione eccleſiaſticæ hierarchiæ eſt alta: ex deſcriptione angelicæ altior: ex deſcriptione diuinæ altiſſima, ita vt poſſi-
Pſal. 138. a mus dicere illud prophetæ: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, et non potero ad eam. Et hoc quidem ſatis recte. Nam cum res habeant eſſe in materia, vel natura, habeant etiam eſſe in anima per notitiam acquiſitam, habeant etiam eſſe in ea per gratiam, habeant etiam eſſe in ea per gloriam, et habeant etiam eſſe in arte æterna: philoſophia quidem agit de rebus, vt ſunt in natura, ſeu in anima ſecũdum notitiam naturaliter inſitam, vel etiam acquiſitam: ſed Theologia, tamquam ſcientia ſuper fidem fundata, et per Spiritum ſanctum reuelata, agit et de eis, quæ ſpectant ad gratiam, et gloriam, et etiam ad ſapientiam æternam. Vnde ipſa ſubſternens ſibi philoſophicam cognitionem, et aſſumens de naturis rerum, quantum ſibi opus eſt ad fabricandum ſpeculum, per
Gen. 27. b quod fiat repræſentatio diuinorum, quaſi ſcalam erigit, quæ in ſui infimo tangit terram, et in ſuo cacumine tangit cælum, et hoc totum per illum vnum hierarcham Ieſum Chriſtum, qui non tantum ratione naturæ humanæ aſſumptæ, eſt hierarcha in eccleſiaſtica hierarchia, verum etiam in angelica: et eſt media perſona in illa ſupercæleſti hierarchia beatiſſimæ Trini-
Pſ. 132. a tatis: ita quòd per ipſum a ſummo capite Deo deſcendit vnctionis gratia, non ſolum in barbam, verumetiam in oram veſtimenti: quia non tantum in Hieruſalem ſupernam, verumetiam vſque in Eccleſiam militantem. Eſt enim pulchrinido magna in machina mundana: ſed longe maior in Eccleſia, pulchritudine ſanctorum chariſmatum adornata: maxima autem in Hieruſalem ſuperna: ſupermaxima autem in illa Trinitate ſumma, et beatiſſima. Ideo ipſa ſcriptura ſacra, non tantum habet altiſſimam materiam, per quam delectat, et per quam in altum leuat intelligentiam mentis, verumetiam ipſa eſt venuſtiſſima, et miro quodam modo intellectum noſtrum delectat: et ſic magis, ac magis de-
A lectando aſſuefacit ad diuinorum ſpectaculorum contuitus, et anagogias.

De profunditate ſacræ ſcripturæ.

HAbet poſtremo ipſa ſacra ſcriptura profunditatem, quæ conſiſtit in multiplicitate myſticarum intelligentiarum. Nam præter litteralem ſenſum, habet in diuerſis locis exponi tripliciter, ſcilicet allegorice, moraliter, et anagogice. Eſt autem allegoria, quãdo per vnum factum indicatur aliud factum, ſecundum quod credendum eſt. Tropologia ſiue morali-
B tas eſt, quando per id, quod factum eſt, datur intelligi aliud, quod faciendum eſt. Anagogia quaſi ſurſum ductio eſt, quando datur intelligi illud, quod deſiderandum eſt, ſcilicet æterna felicitas beatorum.

Allegoria.
Tropologia
Anagogia.

Recte autem hic triplex ſenſus debet eſſe in ſacra ſcriptura præter intelligentiam litteralem: quia ſic competit ipſius ſcripturæ ſubiecto, ipſius auditori ſeu diſcipulo, ipſius origini, ipſius etiam fini. Subiecto inquam competit: quia ipſa eſt doctrina, quæ eſt de Deo, de Chriſto, de operibus reparationis, et de credibili. Subiectum enim illius, quo ad ſubſtantiam Deus, quo ad veritatem Chriſtus, quo ad operatio-
C nem, reparationis opus, quo ad omnia hæc, eſt ipſum credibile. Deus autem eſt trinus, et vnus. In eſſentia vnus, in perſonis trinus. Ideo ſcriptura, quæ eſt de ipſo, habet in vnitate litteræ triformitatem intelligentiæ. Chriſtus etiam, cum ſit vnum verbum, omnia per ipſum facta dicuntur, et in ipſo relucent, ita quod eius ſapientia eſt multiformis, et vna. Opera reparationis cum ſint multa, omnia ad Chriſti oblationem principaliter habent aſpectum. Credibile autem, vt credibile, diuerſimode relucet ſecundum diuerſum ſtatum credentium. Ideo propter conformitatem ad omnia præmiſſa, ſacra ſcriptura in vna lit-
D tera, multiformem parit intelligentiam. Competit etiam hoc auditori: quia nullus conueniens eſt eius auditor, niſi humilis, mundus, fidelis, et ſtudioſus. Ideo ſub cortice litteræ, aperte occultatur myſtica, et profunda intelligentia, ad cõprimendum ſuperbiam, vt ipſius profunditate in humilitate litteræ latente, et ſuperbi comprimantur, et immundi repellantur, et fraudulenti declinentur, et negligentes excitentur ad intelligentiam myſteriorum. Et quia auditor doctrinæ iſtius non eſt vnius generis, ſed cuiuſlibet, omnes enim ſaluandos oportet aliqua de doctrina hac ſcire: ideo ipſa multiformem habet intelligentiam, vt
E ſic omnem intellectum capiat, et omni intellectui cõdeſcendat, omnem intellectum ſuperexcedat, et omnem intellectum ſibi diligenter intendentem, multitudine radioſitatis ſuæ illuminet pariter, et accendat. Competit etiam principio, a quo eſt: quia eſt a Deo per Chriſtum, et Spiritum ſanctum, loquentem per ora prophetarum, et aliorum, qui hanc doctrinam ſcripſerunt. Quoniam autem Deus non tantum loquitur per verba, verumetiam per facta, quia ipſius dicere facere eſt, et ipſius facere dicere, et omnia creata tamquam Dei effectus innuunt ſuam cauſam: ideo in ſcriptura diuinitus tradita non tantum debent ſignifi-
F care verba, verumetiam facta. Chriſtus etiam doctor licet eſſet humilis in carne, altus tamen erat in deitate: ideo decebat ipſum, et eius doctrinam habere humilitatem in ſermone, cum profunditate ſententiæ, vt ſicut Chriſtus fuit panniculis inuolutus, ita ſapientia Dei in ſcriptura figuris quibuſdam humilibus inuolueretur. Spiritus etiam ſanctus diuerſimode illuſtrabat, et reuelationes faciebat in cordibus prophetarum, ipſum etiam nullus latere poteſt intellectus, qui miſſus erat omnem docere veritatem: ideo competebat eius doctrinæ, vt in vno ſermone multiplices laterent intelligentiæ. Competit nihilominus ipſi fini: quia ſcriptura data eſt, vt per ipſam dirigatur homo in cognoſcendis, et agendis, vt tandem perueniat ad optata.

Quattuor ſenſuum ſacræ ſcripturæ congruẽtia.
Ioan. 1. a
Auditor ſcripturæ qualis debet eſſe.
Deus & verbis, & factis loqui conſueuit.
Luc. 2. a

ta. Et quia omnes creaturæ ad hoc factæ ſunt, vt ſeruiant homini tendenti ad ſupernam patriam: ideo ſcriptura aſſumit ipſarum creaturarum ſpecies diuerſas, vt ſic per ipſas doceat nos ſapientiam dirigentem nos ad æterna. Et quia homo non dirigitur ad æterna, niſi cognitiua agnoſcat verum credendum, et operatiua faciat bonum operandum, et affectiua ſuſpiret ad Deum videndum, et amandum, et perfruendum: hinc eſt, quòd ſcriptura ſacra per Spiritum ſanctum data, aſſumit librum creaturæ, referendo in finem ſecundum triplicem modum intelligentiæ: vt ſic per tropologiam habeamus notitiam agẽdorum moraliter: per allegoriam credendorum veraciter: B per anagogiam deſiderandorum delectabiliter. Vt ſic purgati per virtuoſam operationem, illuminati per radioſam fidem, et perfecti per ardentiſſimam charitatem, perueniamus tandem ad brauium felicitatis æternæ.

Homo quomodo ad æterna dirigatur.

De modo procedendi ipſius ſacræ ſcripturæ.

IN tanta igitur multiformitate ſapientiæ, quæ in ipſius ſacræ ſcripturæ continetur latitudine, longitudine, altitudine, et profundo, vnus eſt communis modus procedendi auctenticus, videlicet intra quem C continetur modus narratiuus, præceptorius, prohibitiuus, exhortatiuus, prædicatiuus, comminatorius, promiſſiuus, deprecatorius, et laudatiuus. Et omnes hi modi ſub vno modo auctentico reponuntur, et hoc quidem ſatis recte. Quia enim hæc doctrina eſt, vt boni fiamus et ſaluemur, et hoc non fit per nudam conſiderationem, ſed potius per inclinationem voluntatis: ideo ſcriptura diuina eo modo debuit tradi, quo modo magis poſſemus inclinari. Et quia magis mouetur affectus ad exempla, quàm ad argumenta, magis ad promiſſiones, quàm ad ratiocinationes, magis per deuotiones, quàm per diffinitiones: ideo ſcri- D ptura iſta nõ debuit habere modum diffinitiuum, diuiſiuum, et collectiuum ad probandum paſſiones aliquas de ſubiecto ad modum aliarum ſcientiarum; ſed oportuit, quòd haberet modos proprios ſecundum varias inclinationes animorum diuerſimode animos inclinantes: vt ſi quis non mouetur per præcepta, et prohibita, ſaltem moueatur per exempla narrata: ſi quis non per hæc mouetur, moueatur per beneficia ſibi oſtenſa: ſi quis nec per hæc mouetur, moueatur per monitiones ſagaces, per promiſſiones veraces, per comminationes terribiles: vt ſic ſaltem excitetur ad E deuotionem, et Dei laudem, in qua percipiat gratiã, per quam dirigatur circa opera virtuoſa. Quoniam igitur hi modi narratiui non poſſunt fieri per viam certitudinis rationum, quia particularia geſta probari non poſſunt: ideo ne ſcriptura iſta tamquam dubia vacillaret, ac per hoc minus moueret loco certitudinis rationis, prouidit Deus huic ſcripturæ certitudinem auctoritatis, quæ adeo magna eſt, quòd omnem perſpicuitatem humani ingenij superexcellit. Et quia non eſt certa auctoritas eius, qui poteſt fallere, et falli, nullus autem ſit, qui falli non poſſit, et fallere neſciat, niſi Deus, et Spiritus ſanctus: hinc eſt, quòd F ad hoc, quòd ſcriptura ſacra modo ſibi debito eſſet perfecte auctentica, non per humanam inueſtigationem eſt tradita, ſed per reuelationem diuinam. Ideo nihil in ipſa contemnendum tamquam inutile, nihil reſpuendum tamquam falſum, nihil repudiandum tamquam iniquum: pro eo quod Spiritus ſanctus eius auctor perfectiſſimus nihil potuit dicere falſum, nihil ſuperfluum, nihil diminutum: et propterea, cælum, et terra tranſibunt, verba ſcripturæ ſacræ non præteribunt, quin impleantur: Donec enim cælum, et terra tranſeat, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant, Saluatore teſtante. Qui ergo ſoluerit ea, quæ ſcriptura docet, et docuerit ſic homines, hic minimus vocabitur in regno cælorum,

Affectus quibus magis moueatur.

Mat. 24. c

Mat. 5. c

A qui autem fecerit, et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

De modo exponendi ſacram ſcripturam.

QVemadmodum autem ſcriptura hæc, ſpecialem habet modum procedendi, ſic iuxta ſuum procedendi modum, ſpeciali ſuo modo debet intelligi et exponi. Cum enim ipſa ſub vna littera, multiplicem tegat intelligentiam, expoſitor debet abſcondita producere in lucem, et illam eductam manifeſtare per aliam ſcripturam magis patentem: ſicut B ſi exponerem illud Pſalmi: Apprehende arma, et ſcutum, et exurge in adiutorium mihi, et velim explicare, quæ ſint arma diuina, dicam, quòd eius veritas, et bona voluntas: et quod ita ſit, probatur per ſcripturam apertam. Nam et ſcribitur alibi: Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos. Et iterum: Scuto circundabit te veritas eius. Ad quod nõ poteſt quis de facili pertingere, niſi per aſſuefactionem lectionis, textum, et litteram Bibliæ commendet memoriæ: alioquin in expoſitione ſcripturarum, numquam poterit eſſe potens. Vnde ſicut, qui dedignatur prima ediſcere elementa, ex quibus dictio integratur, numquã C poteſt cognoſcere, nec dictionum ſignificatum, nec rectam legem conſtructionum: ſic qui litteram ſacræ ſcripturæ ſpernit, ad ſpirituales eius intelligẽtias numquam aſſurget. Attendat autem expoſitor, quòd non vbique requirenda eſt allegoria, nec omnia ſunt myſtice exponenda. Propter quod notandum eſt, quòd ſcriptura ſacra quattuor habet partes. Vna eſt, in qua ſecundum litteram agit de mundanis naturis, et per illas ſignificat reparationẽ noſtram, ſicut apparet in deſcriptione formationis mundi. Alia eſt, in qua agit de actibus, et proceſſibus illius populi Iſraelitici, et per illos ſignificat reparationem generis hu- D mani. Tertia eſt, in qua nudis verbis ſignificat, et exprimit ea, quæ pertinent ad noſtram ſalutem quantum ad fidem, vel mores. Quarta eſt, in qua prænunciat noſtræ ſalutis myſterium, partim verbis nudis, partim ænigmaticis, et obſcuris. Et propterea ſcriptura in his locis varijs, non eſt vniformiter exponenda.

Pſ. 34. a

Pſ. 5. c

Pſ. 90. a

Scripturæ ſacræ quattuor partes

Debet autem expoſitor dirigi in expoſitione ſacræ ſcripturæ, ſecundum triplicem regulam, quæ trahi poteſt de verbis beati Auguſtini. Prima eſt hæc: Vbicumque in hac ſcriptura prima verborum ſignificatio ſignificat res creationis, ſiue ſingulares actus humanæ E conuerſationis, ibidem res ſignificatæ per verba primo ſignificantur, deinde noſtræ reparationis myſteria. Vbi vero prima ſignificatio verborum exprimit fidem, ſiue charitatem, ibi nulla eſt allegoria quærenda.

Tres regulæ exponendi ſacram ſcrip. ex B. Aug. verbis 2. lib. de Doct. Chriſtia. c. 7. deprompta.

Secunda regula eſt iſta: Vbi verba huius ſcripturæ ſignificant res creationis, aut conuerſationis populi Iſraelitici, ibi quærat ex alio ſcripturæ loco, quid quælibet res ſignificet: et deinde ſignificationem ſuã eliciat per verba nude ſignificantia fidei veritatem, vel morum etiam honeſtatem: vt puta ſi dicatur, oues pariunt gemellos fetus, oſtendat quòd oues ſi- F gnificant ibi homines, et geminus fetus geminam charitatem.

Cant. 4. a

Tertia regula eſt iſta: Quando aliqua ſcriptura habet aliquem intellectum litteralem, et ſpiritualem, debet diſcutere expoſitor vtrum illa attributio conueniat hiſtorico, an ſpirituali ſignificato, ſi forte vtrique non poterit conuenire: ſi autem vtrique competit, tunc litteraliter, et ſpiritualiter debet affirmari. Si vero altero modo tantum, tunc ſpiritualiter ſolum debet intelligi: ſicut ſabbatum legis eſſe perpetuum, ſacerdotium æternum, poſſeſſionem terræ æternam, et pactum circumciſionis eſſe æternum, quæ omnia ad ſpirituale ſignificatum referenda ſunt.

Ad hoc

Quæ oportet præcognoſci ad ſecure exponendũ ſcripturam ſacram.

A Ad hoc autem, quòd per ſacrarum ſcripturarum ſiluam, quis ſecure incidendo, et exponendo incedat, opus eſt, vt prius nouerit ipſius ſacræ ſcripturæ veritatem per verba explicita: videlicet, vt attendat quo modo ſcriptura deſcribat initium, progreſſum, et conſummationem duplicis corporis, quaſi ex oppoſito ſe reſpicientium bonorum: ſcilicet, qui hic ſe humiliãt, vt exaltentur ſempiternaliter: in futuro et malorum, qui hic ſe exaltant, vt æternaliter deprimantur. Vnde ipſa agit de toto vniuerſo quantum ad ſummũ et imum, primum, et vltimum, et quantum ad decurſum inter medium ſub forma cuiuſdam crucis intelligibilis, in qua deſcribi habet, et quodam modo videri lumine mentis, tota machina vniuerſi, ad quam quidem intelligendam oportet noſſe rerum principium, ſcilicet Deum, ipſarum rerum creationem, lapſum, redemptionem per ſanguinem Ieſu Chriſti, reformationem per gratiam, curationem per ſacramenta, et tandem retributionem per pœnam, et gloriam ſempiternam.

B Et quia hæc doctrina tam in ſcriptis Sanctorum, quàm etiam doctorum ſic diffuſe tradita eſt, vt ab accedentibus ad ſcripturam ſacram audiendam, nó poſſit per longa tempora videri, nec audiri, propter quod etiam noui theologi frequenter ipſam ſcripturam ſacram exhorrent, tamquam incertam, et inordinatam, et tamquam ſiluam opacam: rogatus a ſocijs, vt paupere portiuncula ſcientiolæ noſtræ aliquid breue in ſumma dicerem de veritate theologiæ, eorumq. precibus deuictus, aſſenſi breuiloquium quoddam facere, in quo ſummatim non omnia, ſed aliqua magis opportuna ad tenendum, breuiter tangerentur, addens ſimul cum hoc rationem aliquam, ad intelligendum ſecundum quòd occurrebat pro tempore. Quia vero theologia ſermo eſt de Deo, et de primo principio, vtpote, quia ipſa tamquam ſcientia, et doctrina altiſſima, omnia reſoluit in Deum, tamquam in principium primum, et ſummum: ideo in aſſignatione rationum, in omnibus, quæ in hoc toto opuſculo, vel tractatulo continentur, conatus ſum rationem ſumere a primo principio: vt ſic oſtenderem veritatem ſacræ ſcripturæ eſſe a Deo, et de Deo, et ſecundum Deum, et propter Deum, vt merito iſta ſcientia appareat, vna eſſe, et ordinata, et theologia, non immerito nuncupata. Si quid igitur imperfectum, vel obſcurum, vel ſuperfluum, vel minus rectum ibi fuerit, venia occupationi, et breuitati temporis, et paupercula ſcientiæ concedatur: ſi quid vero rectum, ſoli Deo honor, et gloria referatur. Vt autem ſequentia clarius elucescant, titulos particulares capitulorum præmittere curaui, ad faciliorem memoriam, et lucidiorem contuitum dicendorum, quæ ſeptem partitionibus, et ſeptuaginta duobus capitulis diſtinguuntur.

Breuiloquij ſcribendi cauſa, materia, modus procedendi in eo, et eiuſdẽ diuiſio.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Breuiloquij
PRIMA PARS,
IN QVA DE TRINITATE DEI AGITVR.

De illis ſeptem, de quibus eſt Theologia, in ſumma. Cap. I.

Theologia de quibus præcipue agit.

IN principio intelligendum eſt, quod ſacra doctrina, ſcilicet theologia, quæ principaliter agit de primo principio, ſcilicet de Deo trino et vno, de ſeptem agit in vniuerſo: ſcilicet de Trinitate Dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione Verbi, de gratia Spiritus ſancti, de medicina ſacramentali, et de ſtatu finalis iudicij. Ratio autem ad intelligentiam huius veritatis hæc eſt: quia cum ſacra ſcriptura ſiue theologia ſit ſcientia dans ſufficientem notitiam de primo principio ſecundum ſtatum viæ, ſecundum quod neceſſarium eſt ad ſalutem, et Deus non tantum ſit rerum principium, et exemplar effectiuum in creatione, ſed etiam refectiuum in redemptione, et perfectiuum in retributione: ideo non tantum agit de Deo creatore, ſed etiam de creatore, et creatura. Et quia creatura rationalis, quæ eſt quodam modo finis omnium, non ſtetit, ſed ſuo caſu indiguit reparari: ideo agit de corruptela peccati, medico, ſanitate, et medicina, et tandem de curatione perfecta, quæ erit in gloria, impijs proiectis in pœnam: ideo ipſa ſola eſt ſcientia perfecta, quoniam incipit a primo, quod eſt primum principium, et peruenit ad vltimum, quod eſt præmium æternum: in-

Theologia ſola ſcietia et ſapientia perfecta.

E cipit a ſummo, quod eſt Deus altiſſimus creator omnium, et peruenit ad infimum, quod eſt infernale ſupplicium. Ipſa etiam ſola eſt ſapientia perfecta, quæ incipit a cauſa ſumma, vt eſt principium cauſatorum, vbi terminatur cognitio philoſophica: et tranſit per eam, vt eſt remedium peccatorum: et reducit in eam, vt eſt præmium meritorum, et finis deſideriorum. Et in hac cognitione eſt ſapor perfectus, vita, et ſalus animarum: et ideo ad eam addiſcendam inflammari debet deſiderium omnium Chriſtianorum. Ex his patet, quòd licet theologia ſit de tot, et tam varijs, eſt tamẽ ſcientia vna, cuius ſubiectum, vt a quo omnia, eſt Deus: vt per quod omnia, Chriſtus: vt ad quod omnia, opus reparationis: vt circa quod omnia,

F vnicum charitatis vinculum, quo cæleſtia, et terreſtria connectuntur: vt de quo omnia in libris canonicis comprehenſa, credibile, vt credibile: vt de quo omnia in libris expoſitorũ, credibile, vt intelligibile. Secundum Auguſtinum: Quod credimus, debemus auctoritati, quod intelligimus rationi.

Theologia eſt vna ſcientia, et quod ſit eius ſubiectum.

Aug. lib. de vtil. cred. c. 11. to. 6.

Quid tenendum de Trinitate perſonarum, et vnitate eſſentiæ. Cap. II.

De Trinitate tria cõſideranda.

PRimo igitur de Trinitate Dei ſunt tria conſideranda, ſcilicet qualiter vnitas ſubſtantiæ, et naturæ ſimul ſtet cum pluralitate perſonarum: ſecundo qualiter cum pluralitate apparitionum: tertio qualiter cum pluralitate appropriatorum.

De plu-

Perſonarũ pluralitas in vnitate naturæ quomodo ſtet.

De pluralitate ergo perſonarum in vnitate naturæ; hoc dictat recta fides eſſe tenendum: ſcilicet quòd in vnitate naturæ, ſunt tres perſonæ, ſcilicet Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus. Quarum prima a nulla eſt, ſecunda eſt a ſola prima per generationem, tertia vero eſt a prima, et ſecunda per ſpirationem, ſiue proceſſionem: ita quod Trinitas perſonarum non excludit ab eſſentia diuina ſummam vnitatem, ſimplicitatem, immenſitatem, æternitatem, incommutabilitatem, neceſſitatem, et etiam primitatem: quin potius includit ſummam fecunditatem, charitatem, liberalitatem, æqualitatem, germanitatem, conformitatem, et inſeparabilitatem, quæ omnia ſana fides intelligit eſſe in beata Trinitate.

Fides dictat altiſſime et pijſſime ſentiendũ de Deo.

Ratio autem huius veritatis hæc eſt: quia fides, cum ſit principium cultus Dei, et fundamentum eius, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, dictat de Deo eſſe ſentiendum altiſſime, et pijſſime. Non autem ſentiret altiſſime, ſi non crederet, quòd Deus poſſet ſe ſumme communicare: non ſentiret pijſſime, ſi crederet, quòd poſſet, et nollet: et ideo vt altiſſime, et pijſſime ſentiat, dicit, Deum ſe ſumme communicare, æternaliter habendo dilectum et condilectum, ac per hoc Deũ vnum, et trinum. Huic autem fidei, inquantum dictat de Deo pijſſime ſentiendum eſſe, atteſtatur tota ſacra ſcriptura, quæ dicitur doctrina ſecundum pietatem: quia Deum fatetur habere prolem, quam ſumme diligit, verbum ſibi coæquale, quod ab æterno genuit, in quo cuncta diſpoſuit: per quod cuncta produxit, et gubernat: per quod etiam carnem factum pro ſumma benignitate hominem redemit, pretioſiſſimo eius ſanguine, redemptumq. cibauit: per quod, etiam in fine mundi ſummam miſericordiam impartiendo, ab omni miſeria liberabit: et per Chriſtum omnes electi ſunt filij ſummi patris, in quo erit omnis pietatis conſummatio, et Dei ad nos, et econuerſo. In quantum autem fides dictat de Deo ſentiendum altiſſime, non tantum atteſtatur ei ſacra ſcriptura, verumetiam omnis creatura, iuxta quod dicit Auguſtinus: Neque enim diuinorum librorum tantummodo auctoritas prædicat eſſe Deum, ſed omnis, quæ nos circumſtat, ad quam nos etiam pertinemus, vniuerſa ipſa rerum natura proclamat, habere ſe præſtantiſſimum conditorem: qui nobis mentem, rationemq. naturalem dedit, qua viuentia non viuentibus, ſenſu prædita non ſentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, iuſta iniuſtis, ſpecioſa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuiſibilia viſibilibus, incorporalia corporalibus, beata miſeris præferenda videamus. Ac per hoc, quoniam rebus creatis creatorem ſine dubitatione præponimus, oportet, vt eſt, et ſumme viuere, et cuncta ſentire, atque intelligere, et mori, corrumpi, mutariq. non poſſe, nec corpus eſſe, ſed ſpiritum omnipotentiſſimum, iuſtiſſimum, ſpecioſiſſimum, optimum, beatiſſimumq. fateamur. Ecce in his duodecim includuntur altiſſimæ nobilitates eſſentiæ diuinæ. Sed poſt, vt ipſe oſtendit, hæc duodecim reducuntur ad tria, ſcilicet ad æternitatem, ſapientiam, et beatitudinem: et hæc tria ad vnum, ſcilicet ad ſapientiam, in qua includuntur mens generans, verbum naſcens, et amor vtrumque nectens, in quibus fides dictat beatiſſimam conſiſtere Trinitatem. Et quoniam ſumma ſapientia ponit Trinitatem, ponit etiam nihilominus omnes prius habitas nobiliſſimas conditiones, videlicet vnitatem, ſimplicitatem, et cæteras ſequentes: neceſſe eſt omnes prædictas nobilitates diuini eſſe, ſimul ſtare cum beatiſſima Trinitate.

Aug. li. 15. de Trinit. c. 4. to. 3.

De iſtius fidei intelligentia ſana. Cap. III.

De ijs, quæ in diuinis.

AD iſtius autem fidei intelligentiam ſanam, docet doctrina ſacra, quòd in diuinis ſunt duæ emanationes, tres hypoſtaſes, quattuor relationes, quinque notiones, et ex his tantũ tres proprietates perſonales.

A

Ratio autem ad prædictorum intelligentiam hæc eſt: quia cum primum, et ſummum principium, hoc ipſo quòd primum, ſit ſimpliciſſimum: hoc ipſo quòd ſummũ, ſit perfectiſſimum: ideo perfectiſſime ſe communicat, quia perfectiſſimum: et indiuiſionem omnimodam ſeruat hoc ipſo, quòd ſimpliciſſimũ. Et ideo, ſalua vnitate naturæ, ſunt ibi modi emanandi perfecti. Modi autem emanandi perfecti ſunt duo tantum, ſcilicet per modum naturæ, et per modum voluntatis. Primus eſt generatio, ſecundus ſpiratio, ſiue proceſſio, et ideo hi ſunt ibi. Et quia duabus emanationibus ſubſtantificis, neceſſe eſt emanare duas hypoſtaſes, neceſſe eſt etiam ponere hypoſtaſim primo producentem ab alio non emanare, ne ſit in infinitum abire: et ideo ſunt ibi tres hypoſtaſes. Et quia cuilibet emanationi reſpondet duplex habitudo relatiua: ideo ſunt ibi quattuor relationes, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio, et proceſſio. Et quia per has habitudines innoteſcunt nobis diuinæ hypoſtaſes: et præter hoc etiã hypoſtaſis illa, in qua eſt prima ratio principiandi innoteſcit nobis, quia non producitur, nam hoc eſt nobilitatis in ipſa: ideo ſunt quinque notiones, ſcilicet quattuor relationes prædictæ cum innaſcibilitate. Et quia quælibet perſonarum vnam habet proprietatem, per quam principaliter innoteſcit: ideo tantum tres ſunt proprietates perſonales, quæ his nominibus exprimuntur, proprie, et principaliter, ſcilicet Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus. Cum enim proprium ſit Patris eſſe innaſcibilem, ſiue ingenitum, eſſe principium non de principio, et eſſe Patrem; innaſcibilitas notificat ipſum per modum negationis, licet ex conſequenti per modum poſitionis: quia innaſcibilitas in Patre ponit fontalem plenitudinem, principium nõ de principio, per modum poſitionis cum negatione: eſſe Patrem per modum poſitionis, et habitudinis, proprie complete, et determinate. Similiter cum filius ſit imago, verbum, et filius: imago nominat illam perſonam, vt ſimilitudinem expreſſam: verbum, vt ſimilitudinem expreſſiuam: filius, vt ſimilitudinem hypoſtaticam. Rurſus imago, vt ſimilitudinem conformem: verbum, vt ſimilitudinem intellectualem: filius, vt ſimilitudinem connaturalem. Per hunc modum cum proprium ſit Spiritus ſancti eſſe donum, eſſe nexum ſeu charitatem amborum, eſſe etiam Spiritum ſanctum: donum nominat ipſum, vt datum voluntarium: charitas ſiue nexus, vt datum voluntarium et præcipuum: Spiritus ſanctus, vt datum voluntarium præcipuum, et hypoſtaticum. Hinc eſt quod per hæc tria nomina, quæ ſunt Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus, trium perſonarum proprietates perſonales inſinuantur. Hæc igitur tenenda ſunt, ad fidei Trinitatis intelligentiam ſanam.

Emanationes duæ in diuinis.

B

Hypoſtaſes tres.

Relationes quattuor.

Notiones quinque.

C

Proprietates perſonales tres.

Innaſcibilitas quo modo notificet patrem.

D

Filius, imago, verbũ.

Spiritus ſanctus, donũ, nexus, charitas.

E

De iſtius fidei expreſſione catholica. Cap. IIII.

AD iſtius etiam fidei expreſſionem catholicam tenendum eſt, ſecundum ſacrorum Doctorum documenta, quòd in diuinis ſunt duo modi prædicandi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, et relationis. Tres modi ſupponendi, ſcilicet eſſentiæ, perſonæ notionis. Quattuor modi ſignificandi ſubſtantiam, ſcilicet nomine eſſentiæ, ſubſtãtiæ, perſonæ, hypoſtaſis. Quinque modi dicendi, ſcilicet quis, qui, quæ, quod, et quid. Tres modi differendi, ſcilicet ſecundum differentem modum exiſtendi, ſecundum differentem modum ſe habendi, et ſecundum differentem modum intelligendi.

F

Duo modi prædicandi in diuinis.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium ſit perfectiſſimum ſimul, et ſimpliciſſimum, omnia, quæ perfectionis, ſunt, de ipſo dicuntur proprie, et vere, quæ autem imperfectionis ſunt, aut non dicuntur, aut ſi dicuntur ſe-

tur, ſecundum aſſumptionem humanæ naturæ dicuntur, vel tranſſumptiue. Cum igitur decem ſint prædicamenta, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, relatio, qualitas, actio, paſſio, vbi, quando, ſitus, et habitus: quinque vltima ſpectãt proprie ad corporalia, ſeu mutabilia. Ideo non attribuuntur Deo, niſi tranſſumptiuo modo, et figuratiuo. Alia vero quinque præcedentia Deo attribouotur ſecundum id quòd complctionem dicunt, ita tamen quod diuinam ſimplicitatem noo impediant. Omnia ergo hæc prædicta prædicamenta ſunt idipſum, quod eſt illud, de quo prædicantur: et ita per comparationem ad ſubiectum, in quo ſunt omnia, dicuntur tranſire in ſubſtantiam, relatione tamen excepta: quæ cum duplicem habeat comparationem, ſcilicet ad ſubiectum in quo, ad terminum ad quem: primo modo tranſit, ne faciat compoſitionem: ſed ſecundo modo manet, vt faciat diſtinctionem. Et hinc eſt quod ſubſtantia continet vnitatem, et relatio multiplicat trinitatem: et ideo manent ibi hi tantum duo modi prædicandi differentes, de quibus talis datur regula.

Prędicamenta decẽ quo modo Deo attribuantur.

Relatio in diuinis.

Regula de modis prædicãdi in diuinis.

Quæ dicuntur ſecundum ſubſtantiam, de omnibus dicuntur, et ſingillatim, et ſimul, et ſingulariter. Quæ vero ſecundũ relationem, aut non de omnibus dicuntur: aut ſi de pluribus, pluraliter, vt relati, diſtincti, ſimiles, æquales, propter relatiooem intrinſecam. Nomen autem Trinitatis comprehendit vtrumque.

Et quoniam plures poſſunt eſſe relationes in vna perſona, ſicut ſunt plures perſonæ in vna natura; ideo diſtinctio in notione nõ infert diuerſificationem perſonæ: nec diſtinctio perſonæ plurificationem naturę. Et propterea non quidquid conuenit eſſentiæ, conuenit notioni, vel perſonæ, nec econuerſo: et hinc eſt, quòd ſunt ibi tres modi ſupponendi, de quibus talis conſueuit dari regula: Suppoſita eſſentia, non ſupponitur notió, nec perſona: et ſuppoſita notione, non ſupponitur eſſentia, nec perſona: et ſuppoſita perſona, non ſupponitur eſſentia, nec notio, ſicut patet per exempla.

Regula de modis ſupponendi in diuinis.

Et quoniam vera diſtinctio eſt in ſuppoſitis ſubſtantię, manente eſſentia vna, ideo neceſſe eſt ibi multipliciter ſignificari ſubſtantiam, ſcilicet vt communicabilem, et incommunicabilem. Vt communicabilem per modum abſtractionis, per nomen eſſentiæ; et per modum concretionis, per nomeo ſubſtantiæ: vt incommunicabilem vero, vel vt diſtinguibilem per nomen hypoſtaſis: vel vt diſtinctam per nomen perſonæ. Vel aliter, ſcilicet vel vt diſtinctam qualitercumque, et ſic hypoſtaſis: vel notabiliter, et perfecte, et ſic perſona. Exempla horum quattuor ſunt in creatura, humanitas, homo, aliquis homo, Petrus. Primum eſſentiam, ſecundum ſubſtantiam, tertium hypoſtaſim, quartum perſonam dicit.

Et quia in perſona, quæ diſtinguitur, non ſolum eſt conſiderare eum, qui diſtinguitur, ſed illud, quo diſtinguitur, et hoc eſt proprietas, ſiue notio: ideo neceſſe eſt, quòd in diuinis ſint quinque modi dicendi, pariter, et quęrendi: ſcilicet quis, ratione perſonæ: qui, ratione hypoſtaſis, quia, dicit ſuppoſitum ſubſtantiæ indiſtinctæ: quæ, ratione notionis: quod, ratione ſubſtantiæ: quid, ſiue quo ratione eſſentiæ.

Modi dicẽdi quinque.

Et quoniam omnes hi modi in vnitate eſſentiæ radicantur, quia quidquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus, vnus, et ſolus: ideo noo ponunt ibi differentiam, nec ſecundum eſſentiam, nec ſecundum eſſe. Et propterea ſunt ibi tãtum tres modi differendi, ſcilicet ſecundum modos eſſendi, ſiue emanandi, ſicut differt perſona a perſona: ſecundum modos ſe habendi, ſicut differt perſona, et eſſentia: quia vna perſona ad alteram refertur, et ideo diſtinguitur, eſſentia vero non refertur ad alteram, et ideo non diſtinguitur: ſecundum modos etiam intelligendi, ſicut differt vna proprietas ſubſtantialis ab altera, vt bonitas, et ſapientia. Prima differentia eſt perfectiſſima, et ſumma, quæ A poſſit reperiri in diuinis. Eſt enim in ſuppoſitis, ita quòd vnum non dicitur de altero. Secunda differentia eſt minor, quia eſt in attributis, licet enim vnum poſſit dici de altero, vt perſona de eſſentia, aliquid tamen dicitur de vno, quod noo de altero, vt perſona diſtinguitur & refertur, eſſentia vero non. Tertia vero differeotia minima eſt, quia eſt in connotatis: licet enim vnum de altero dicatur adinuicem, et idem poſſit dici de vtriſque, non tamen idem connotatur vtrobique, nec per idem intelligi datur vtrumque. Ex primo modo differendi oritur pluralitas perſonarum: ex ſecundo modo, pluralitas prædicationum B ſubſtantialium, et relatiuarum: ex tertio pluralitas proprietatum eſſentialium, et notionum, ſiue ab æterno, ſiue ex tempore: ſiue proprie, ſiue tranſſumptiue: ſiue communiter, ſiue appropriate. Dictorum exempla manifeſta ſunt. His intellectis, claret ſatis, et quid ſentiendum, et qualiter loquendũ ſit de ſumma Trinitate diuinarum perſonarum.

Modi differendi in diuinis tres.

De vnitate diuinæ naturæ in multiformitate apparitionum. Cap. V.

C SEcundo autem de pluralitate apparitionum docet diuina doctrina hoc eſſe tenendum. Cum Deus ſit incircumſcriptibilis, inuiſibilis, et incommutabilis, nihilominus tamen habitat in ſanctis viris ſpecialiter. Apparuit Patriarchis, et Prophetis, deſcendit de cælis, miſit etiam Filium, et Spiritum ſanctum, ad ſalutem humani generis. Et licet in Deo ſunt indiuiſa, natura, virtus, et operatio Trinitatis; miſſio tameo, vel apparitio vnius perſonæ, non eſt miſſio, vel apparitio alterius. Licet etiam ſit ibi ſumma ęqualitas, ſolius tamen eſt Patris mittere, et non mitti: Spiritus ſancti eſt tantummodo mitti, reſpectu diuinarum perſonarum, niſi forte dicatur mittere hominem D aſſumptum: Filij autem eſt mittere, et mitti, ſicut ex ſcripturis poteſt colligi.

Intelligentia autem, et ratio prædictorum hæc eſt: Quia licet primum principium ſit immenſum, et incircumſcriptibile, ſit incorporeum, et inuiſibile, ſit æternum, et incommutabile: principium tamen eſt rerum ſpiritualium, et corporalium, naturalium, et gratuitarum, ac per hoc rerum etiam mutabilium, ſenſibilium, et circumſcriptarum: per quas licet ipſe ſit immutabilis, inſenſibilis, incircumſcriptibilis, ſeipſum reddit manifeſtum, et notum. Reddit autem ſe manifeſtum, et notum, generaliter per vniuerſitatem E ſuorum effectuum ab ipſo emanantium, in quibus dicitur eſſe per eſſeotiam, potentiam, et præſentiam, quod ſe extendit ad omnia creata. Reddit etiam ſe ſpecialiter notum, per aliquos effectus, qui in ipſum ſpecialiter ducunt, ratione quorum dicitur habitare, apparere, deſcendere, mitti, et mittere. Habitare namque dicit effectum ſpiritualem, et ſpecialem, cum acceptatione: ſicut eſt effectus gratiæ gratum facientis, quæ eſt deiformis, et in Deum reducit, et Deum facit nos habere, et haberi a oobis, ac per hoc et inhabitare in nobis. Et quia gratiæ effectus communis eſt omnibus perſonis; ideo vna perſona F non habitat ſine alia: immo ſimul tota Trinitas. Apparere vero, dicit effectum ſenſibilem, cum expreſſa ſignificatione: ſicut Spiritus ſanctus apparuit in columba.

Deus in omnibus per eſsẽtiã, potentiam, et præſentiam.

Io.1.e

Et quoniam ſicut perſonæ diuinæ, diſtinctæ ſunt, ſic diſtincte ſignificari poſſunt, et ſignis, et nominibus. Ideo quælibet perſona poteſt per ſe apparere, et apparitio poteſt omnibus competere, ſiue inſimul, ſiue cuilibet perſonæ per ſe. Vode quod Spiritus ſanctus dicitur in linguis igoeis, et columba apparuiſſe, hoc non eſt propter nouum vinculum, vel effectum ſpecialem; ſed propter vnionem, quæ eſt inter ſignum, et ſignatum ſibi ſpecialiter, et modo, et origine deputatum. Deſcendere autem dicit vtrumlibet effectuum

Quælibet perſona diuina poteſt per ſe apparere.

effectuum prædictorum, cum inchoatione. Deus enim beatiſſimis Angelis ſemper eſt præſens in cælis, quia in eis ſemper habitat, & apparet. Peccatoribus autem in terris eſt modo vt abſens, et quantum ad gratiam, & quantum ad notitiam: ideo cum incipit apparere, vel inhabitare, de præſente cælis, et quaſi abſente nobis, fit præſens terris: et ideo licet in ſe non mittetur, tamen dicitur deſcendere nobis.

Mitti quid dicat in diuinis, et quibus perſonis competat.

Mitti vero dicit effectus prædictos, cum æterna productione. Tunc enim pater mittit filium, cum faciendo eum nobis præſentem, per notitiam, vel gratiam, inſinuat, quòd ab ipſo procedit. Et quia pater a nullo procedit, ideo nuſquam dicitur mitti. B Quia vero filius, et producit, et producitur, ideo mittit, et mittitur. Quia vero Spiritus ſanctus æternaliter producitur, ſed non producit, niſi ex tempore; ideo ipſius eſt proprie mitti, et non mittere, niſi reſpectu creaturæ. Ex quo apparet quòd hæ ſunt impropriæ, et exponendæ: Spiritus ſanctus mittit ſe: Spiritus ſanctus mittit filium: Filius mittit ſeipſum, niſi intelligatur, inquantum eſt de Virgine natus. Patet etiam quare mittere, et mitti non competit omnibus, quia licet dicat effectum in creatura, dicit tamen relationem intrinſecam: ita quòd mittere dicit auctoritatem, mitti C ſubauctoritatem, ratione productionis æternæ interius importatæ.

De vnitate diuinæ naturæ, in multiplicitate appropriatorum. Cap. VI.

TErtio vero de pluralitate appropriatorum hoc docet ſacra ſcriptura eſſe tenendum, quòd licet omnia eſſentialia omnibus perſonis æqualiter, et indifferenter conueniant; tamen Patri dicitur appropriari vnitas, Filio veritas, Spiritui ſancto bonitas.

Hilar. 2. li. de Trinit.

Et iuxta hanc ſumitur ſecunda appropriatio Hilarij, D ſcilicet æternitas in Patre, ſpecies in imagine, et vſus in munere. Et iuxta hanc ſumitur tertia, ſcilicet in Patre ratio principiandi, in Filio ratio exemplandi, in Spiritu ſancto ratio finiendi. Et iuxta hanc ſumitur quarta, ſcilicet omnipotentia Patri, omniſcientia Filio, voluntas ſeu beneuolentia Spiritui ſancto. Hæc autem dicuntur appropriari, non quia ſiant propria, cum ſemper ſint communia: ſed quia ducunt ad intelligentiam, et notitiam propriorum, ſcilicet trium perſonarum.

Intelligentia autem, et ratio prædictorum hæc eſt. Quia enim primum principium eſt nobiliſſimum, et E perfectiſſimum, ideo conditiones entis nobiliſſimæ, et generaliſſimæ in eo reperiuntur in ſummo. Hæ autem ſunt vnum, verum, bonum, quæ non contrahunt ens ſecundum ſuppoſita, ſed ſecundum rationem.

Vnum, verũ bonũ ſumme reperiũtur in Deo.

Nam vnum nominat ens, vt connumerabile, et hoc habet per indiuiſionem ſui in ſe. Verum, ſecundum quòd cognoſcibile, et hoc habet per indiuiſionem ſui a propria ſpecie. Bonum, ſecundum quòd communicabile, et hoc habet per indiuiſionem ſui a propria operatione. Et quia hæc triplex indiuiſio, ſe habet ſecundum ordinem quantum ad rationem intelligendi, ita quòd verum præſupponit vnum, et bonum F præſupponit verum, et vnum: hinc eſt quòd hæc attribuuntur primo principio in ſummo, quia perfecta, et generalia, et approprianttur tribus perſonis, quia ordinata: et ideo ſumme vnum Patri, qui eſt origo perſonarum: ſumme verum Filio, qui eſt a Patre, vt verbum: ſumme bonum Spiritui ſancto, qui eſt ab vtroque, vt amor, et donum.

Et quia ſumme vnum, eſt ſumme primum, quia caret omni inceptione: et quia ſumme verum, ſumme æquale, et pulchrum: et quia ſumme bonum, eſt ſumme vtile, et proficuum.

Hilar. vbi ſup.

Hinc oritur ſecunda appropriatio Hilarij, quæ eſt æternitas in patre: quia non habet principium, ſed eſt omnino primum: ſpecies in imagine, ideſt in verbo, A quia ſumme pulchrum: vſus in munere, id eſt in Spiritu ſancto, quia ſumme proficuum, et communicatiuum. Quod per alia verba ſic inſinuat Auguſtinus: In patre vnitas, in filio æqualitas, in Spiritu ſancto vnitatis, æqualitatisq. concordia.

Aug. lib. 1. de Doct. Chriſt. c. 5. tom. 3.

Ruſus, quia ſumme vnum, et primum, tenet rationem principiandi, et originandi: quia ſumme pulchrum, et ſpecioſum, tenet rationem exprimendi, et exemplandi: quia ſumme proficuum, et bonum, tenet rationem finiendi: quia bonum, et finis idem. Hinc oritur tertia ratio appropriandi efficientiam patri, exemplaritatem filio, finalitatem Spiritui ſancto.

B Ruſus, quia a primo, et ſummo principio fluit omne poſſe, a primo, et ſummo exemplari fluit omne ſcire, et ad ſummum finem tendit omne velle: ideo neceſſe eſt primum, eſſe omnipotentiſſimum, omniſapientiſſimum, et beneuolentiſſimum. Vnitas autem prima, et ſumma, rediens ſupra ſeipſam reditione completa, et perfecta, eſt omnipotentiſſima, ſic et veritas ſapientiſſima, et bonitas beneuolentiſſima: et hæc appropriantur, quia ordinem inſinuant. Voluntas enim dat præintelligere cognitionem, et voluntas, et cognitio præſupponunt potentiam, et virtutem: quia poſſe ſcire, eſt aliquid poſſe. Ex his apparet, quæ C ſint appropriata, et quibus, et qua de cauſa. Hæc tamen vltima, ſcilicet potentia, et ſapientia, et voluntas, ſunt potiſſime illa, ex quibus in ſcripturis laudatur Trinitas ſumma. Et ideo de his aliquid dicendum eſt breuiter, et ſummatim.

De omnipotentia Dei. Cap. VII.

IGitur de omnipotentia Dei ſecundum doctrinam ſacram, hæc tenenda ſunt: videlicet, quòd Deus eſt omnipotens, ita tamen, quòd ei non attribuuntur actus culpabiles, vtpote mentiri, et male velle: nec D actus pœnales, vt metuere, et dolere: nec actus corporales, ſiue materiales, vt dormire, et ambulare, niſi forte tranſumptiue: nec actus inconuenientes, vtpote poſſe facere maiorẽ ſe, vel alium Deum ſibi æqualem, vel infinitum actu, et conſimilia: quia, vt dicit Anſelmus, quodlibet inconueniens, etiam minimum, apud Deum eſt impoſſibile, licet autem, hoc non poſſit, eſt tamen omnipotens vere, et proprie, et perfecte.

Deo omnipotenti qui actus nõ attribuantur.

Intelligentia autem, et ratio prædictorum hæc eſt: quia primum principium eſt potens potentia, quæ eſt potentia ſimpliciter: et ideo diſtributio addita ei, diſtribuit pro his, quæ poſſe, eſt poſſe ſimpliciter. Hæc E autem ſunt, quæ egrediuntur a potentia completa, et ordinata. Potentiam autem completam dico, quæ non poteſt deficere, nec poteſt ſuccumbere, nec poteſt indigere. Potentia autem incompleta in peccando deficit, in patiendo ſuccumbit, in corporalibus actionibus indigentiam includit. Diuina autem potentia, quia potentia ſumma, et perfectiſſima: ideo nec eſt de nihilo, nec eſt ſub aliquo, nec eget aliquo alio: ac per hoc, nec culpabilia, nec pœnalia, nec materialia poteſt: et hoc quia omnipotens eſt potentia completa.

Potentia cõpleta quæ dicatur.

Potentiam autem ordinatam contingit tripliciter dici, vel ſecundum actum: vel ſecundum aptitudinem F ex parte creaturæ: vel ſecundum aptitudinem ex parte ſolius virtutis increatæ. Quod poſſibile eſt potentiæ primo modo dictæ, eſt non tantũ poſſibile, ſed etiam actuale. Quod ſecundo modo, et non primo, eſt poſſibile ſimpliciter, licet non actuale. Quod autem tertio modo, et non primo modo, vel ſecundo, eſt poſſibile Deo, ſed impoſſibile creaturæ. Quod autem nullo prædictorum modorum eſt poſſibile, ſicut illud, quod directe repugnat ordini ſecundum rationes, et cauſas primordiales, et æternas, ſimpliciter eſt impoſſibile: ſicut quòd Deus faciat aliquod actu infinitum, quod ſimul faciat aliquid eſſe, et nullo modo eſſe, quòd faciat id, quod fuit, non fuiſſe, et cetera talia: quæ poſſe, eſt contra ordinem, et complementum diuinæ

Potentia ordinata tripliciter dicitur.

uinæ potentiæ. Ex his patet, reſpectu quorum eſt diuina potentia: patet etiam, quæ debent dici ſimpliciter poſſibilia, et quæ ſimpliciter impoſſibilia, et quod aliquorum impoſſibilitas ſimul ſtet cum vera omnipotentia.

De Dei ſapientia, prædeſtinatione, et præſcientia. Cap. VIII.

DE ſapientia vero Dei hæc tenenda ſunt, ſcilicet, quòd ipſa diuina ſapientia limpidiſſime cognoſcit omnia bona, et mala, præterita, præſentia, et futura: actualia et potentialia, ac per hoc incomprehenſibilia nobis, et infinita: ita tamen quòd ipſa in ſe nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa nomina ſortiatur. B Inquantum enim eſt cognoſcitiua omnium poſſibilium, dicitur ſcientia, ſiue cognitio: inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ in vniuerſo ſiunt, dicitur viſio: inquantum eſt cognoſcitiua omnium, quę bene ſiunt, dicitur approbatio: inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ futura ſunt, dicitur præſcientia, ſiue præuiſio: inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ ab ipſo Deo fienda ſunt, dicitur diſpoſitio: inquantum eſt cognoſcitiua eorum, quæ præmianda ſunt, dicitur prædeſtinatio: inquantum vero eſt cognoſcitiua eorum, quæ damnanda ſunt, dicitur reprobatio.

Sapientia Dei vnde diuerſa nomina ſortiatur.

C Et quia ipſa non tantum eſt cognoſcitiua, ſed eſt etiam ratio cognoſcendi omnia; ideo inquantum eſt ratio cognoſcendi omnia cognita, dicitur lux: inquantum ratio cognoſcendi viſa, et approbata, dicitur ſpeculum: inquantum eſt ratio cognoſcendi præuiſa et diſpoſita, dicitur exemplar: inquantum eſt ratio cognoſcendi prædeſtinata et reprobata, dicitur liber vitæ. Eſt igitur liber vitæ reſpectu rerum, vt redeuntium: exemplar, vt exeuntium: ſpeculum, vt euntium: lux vero reſpectu omnium. Ad exemplar autem ſpectat idea, verbum, ars, et ratio. D Idea, ſecundum actum præuidendi: verbum, ſecundum actum proponendi: ars, ſecundum actum proſequendi: ratio, ſecundum actum perficiendi, quia ſuperaddit intentionem finis. Quia vero hæc omnia vnum ſunt in Deo, ideo frequenter accipitur vnum pro alio.

Sapientia Dei, vt eſt ratio cognoſcendi omnia, varijs nominibus dicitur.

Et licet diuina ſapientia, ratione diuerſitatis ſcitorum, et connotatorum diuerſa ſortiatur vocabula, non tamen diuerſificatur ſecundum rationem intrinſecam. Cognoſcit enim contingentia infallibiliter, mutabilia immutabiliter, futura præſentialiter, E temporalia æternaliter, dependentia independenter, creata increate, alia a ſe, in ſe, et per ſe. Et cum infallibiliter contingentia cognoſcat, ſimul ſtat libertas, et vertibilitas voluntatis cum prædeſtinatione, et præſcientia.

Cognitio diuina in ſe perfecta, et immutabilis.

Intelligentia autem, et ratio prædictorum hæc eſt: quoniam primum principium, hoc ipſo quòd primum eſt et ſummum, cognitionem habet ſimul ſimpliciſſimam, et perfectiſſimam. Quia perfectiſſimam, ideo cognoſcit omnia diſtinctiſſime, ſub omnibus conditionibus, quas res habent, vel habere poſſunt: et propterea futura ſcit eſſe futura, et præſentia præſentia: F et bona ſcit approbanda, mala reprobanda. Hinc eſt quòd diuerſa ſortitur vocabula, ſecundum quod dictum eſt ſupra. Sed quia ſimul ſtat perfectio ſapientiæ cum ſumma ſimplicitate; hinc eſt quòd omnia alia a ſe cognoſcit in ſe, et per ſe: ex quo ſequitur ſecundum, quòd creata cognoſcit increate: ex quo ſequitur tertium, quòd dependentia cognoſcit independenter: ex quo oritur quartum, quòd temporalia cognoſcit æternaliter: ex quo ſequitur quintum, quòd futura cognoſcit præſentialiter: ex quo oritur ſextum, quòd mutabilia cognoſcit immutabiliter: ex quo ſequitur ſeptimum, quòd contingentia cognoſcit infallibiliter. Et ita contingentia, manentia contingentia

A ſunt diuinæ ſapientiæ prorſus infallibilia, tam in contingentibus, quæ ſubiacent naturæ, quàm libertati voluntatis humanæ.

Vnde qui vult hoc verum intelligere, quo modo ſimul ſtet libertas voluntatis creatæ cum infallibilitate prædeſtinationis æternæ, reſoluendo ab hoc vltimo, procedat per illos ſeptem gradus vſque ad primum, quòd primum principium perfectiſſime cognoſcit omnia per ſeipſum, quòd eſt verum certiſſimum: ex quo cetera prædicta ratiocinando infallibiliter concluduntur. Sicut autẽ diuinæ cognitionis certitudo ſimul ſtat cum contingentia rerum cognitarum, quia ſimul eſt ſimpliciſſima, et perfectiſſima diuina ſapientia: ſic vnitas ſimul ſtat cum multiformitate rationum, et idearum ex eadem cauſa. B Quia enim perfectiſſima eſt, ideo diſtinctiſſime, et perfectiſſime cognoſcit vniuerſa et ſingula, et illa omnia diſtinctiſſime, et perfectiſſime repræſentat: et ideo ſingulorum dicitur habere rationes, et ideas, tanquam rerum ſimilitudines perfectiſſime expreſſiuas. Quia vero ſimpliciſsima eſt, ideo omnes ſimilitudines illæ ſunt vnum in ipſa. Vnde ſicut Deus vna virtute omnia producit ex tempore ſecundum omnimodam rerum integritatem, ſic vna virtute omnia exprimit ſempiternaliter. Et ſicut vna eſt in Deo altiſsimo operatio actiua ſecundum rem, dicuntur tamen plures rerum C productiones, ratione pluralitatis productorum: ſic vna eſt veritas vnius actus intelligentiæ in Deo: dicuntur tamen plures ſimilitudines, ideæ, et rationes, ratione pluralitatis ideatorum, vel exiſtentium, vel futurorum, vel poſsibilium. Hæ autem rationes, vel ideæ, licet ſint vna veritas, et lux in eſſentia, non tamẽ dicuntur eſſe vna ratio vel idea. Ratio enim, vel idea dicitur vt ad alterum, ſecundum rationem intelligendi. Nominat enim ſimilitudinem cogniti, quæ realiter tenet ſe ex parte Dei, licet ſecundum rationem intelligendi, dicere videatur aliquid ex parte ideati. Si autem huius ſimile in creatura requiratur, dicendum, D quòd hoc eſt ipſius exemplaris proprium: quia ſicut dictum eſt, ſimul eſt ſimplex, et infinitum, et perfectiſsimum, quo præintellecto, cetera conſequenter innoteſcunt. Quia enim exemplar illud eſt ſimpliciſsimum et perfectiſsimum; ideo actus purus. Quia vero infinitum et immenſum; ideo extra omne genus. Et hinc eſt, quòd exiſtens vnum, poteſt eſſe ſimilitudo expreſſiua multorum.

Quo modo ſtet libertas voluntatis creatæ cum infallibilitate prædeſtinationis æternæ.

Idea.

De voluntate Dei, et prouidentia. Cap. IX.

E DE voluntate Dei hæc tenenda ſunt, quòd ipſa ſic eſt recta, quòd nullo modo poſsit obliquari: ſic eſt efficax, vt nullo modo poſsit impediri: ſic eſt vna, vt tamen multiformiter habeat ſignificari. Significatur enim diuina voluntas, quæ eſt voluntas beneplaciti, per voluntatem ſigni, ſecundum quinque differentias ſignorum, quæ ſunt præceptio, prohibitio, conſilium, impletio, permiſsio: ſecundum quæ diſponuntur a voluntate beneplaciti quęcumque in vniuerſo ſiunt. Eſt enim voluntas Dei prima et ſumma cauſa omnium ſpecierum, et motionum. Nihil enim F fit viſibile, aut intelligibile in iſta totius creaturæ ampliſsima quadam vniuerſaq. republica; quod non de illa imperiali aula ſummi imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem iuſtitiam, præmiorum, atque pœnarum, retributionum, et gratiarum.

Voluntas Dei vna, efficax, et recta.

Volũtas beneplaciti per voluntatẽ ſigni ſignificatur.

Et quia iſta voluntas, ratione regulata, dicitur prouidentia; hinc eſt quòd omnia, quæ in vniuerſo ſiunt, aguntur et reguntur diuina prouidentia; quæ per omnia eſt irreprehenſibilis, quæ nihil præcipit, prohibet, vel conſulit, niſi iuſte: nihil agit, niſi bene, et nihil permittit iniuſte. Intelligentia autem, et ratio prædictorum hæc eſt: Primum principium cum ſit ſumme nobile, et voluntatem habet, et nobili

Prouidẽtia diuina.

modo habet. Cum igitur voluntas de ſe dicat illud, A ſecundum quod in agentibus a propoſito attenditur regula rectitudinis, et efficacia operationis; neceſſe eſt, quòd voluntas in Deo ſit rectiſſima, et efficaciſſima. Ideo autem rectiſſima, quia idem eſt in Deo voluntas, et veritas: ideo efficaciſſima, quia idem prorſus in Deo eſt voluntas, et virtus, ſiue poteſtas. Et quia non poteſt diuina voluntas carere veritate, ideo non tantum eſt recta, verumetiam regula rectitudinis. Quia vero nullo modo poteſt carere virtute, ideo non tantum eſt efficax, verumetiam ſons et origo potius efficaciæ: ita vt nihil ſine illa poſſit effici, B nihil contra illam poſſit fieri, nihil etiam ſit, a quo valeat impediri. Et quia rectiſſima eſt, nullus poteſt eſſe rectus, niſi conformetur ei. Nullus autem poteſt ei conformari, niſi voluntas illa innoteſcat ſibi.

Volũtas diuina regula rectitudinis.

Oportuit ergo voluntatem diuinam, regulam rectitudinis, notificari nobis. Rectitudo autem quædam eſt neceſſitatis, et hæc eſt in faciendo bonum neceſſarium, et declinando malum: quædam autem eſt perfectionis, et hæc eſt in ſupererogando vltra debitum: et ſecundum hoc innoteſcit nobis per triplex ſignum, ſcilicet præceptionem, prohibitionem, et con- C ſilium, quod quidem ſignificat diuinum beneplacitum acceptare, tamquam iuſtum, quod fit ſecundum diuinum præceptum, quod declinatur ſecundum diuinam prohibitionem, et adimpletur ſecundum diuinum conſilium. Signa vero hæc, infallibilia ſigna ſunt diuinæ voluntatis, vt eſt regula rectitudinis.

Voluntas Dei efficaciſſima.

Rurſus, quia efficaciſſima eſt, nullo modo poteſt aliquis aliquid efficere niſi ipſa cooperante, et coefficiente: nullus deficere, vel peccare poteſt, niſi ipſa iuſte deſerente. Et ſecundum hoc duo ſunt ſigna eius, A ſcilicet impletio, quod eſt ſignum voluntatis, vt efficientis: et permiſſio, quod eſt ſignum voluntatis iuſte deſerentis. Iuſte autem deſerit, quia iuſtum eſt, vt ſic adminiſtret res, quas condidit, vt non infringat leges, quas indidit: et ſic cooperetur rebus, quas creauit, vt tamen eas agere proprios motus ſinat: et ideo ſi liberum arbitrium ad vtrumque vertibile de lege naturæ, in malum dimittat cadere, hoc non permittit niſi iuſte. Rurſus, et ſi per gratiam præueniat, et ſuſtentet, nulli iniuriam facit: ideo non agit iniuſte, nec omnino iuſte ſecundum exigentiam meritorum: B quia merita ad hoc non ſufficiunt, ſed gratis, et miſericorditer, et quodam modo iuſte, quantum eſt ex condecentia bonitatis ſuæ. Cum ergo damnat, et reprobat, operatur ſecundum iuſtitiam: quando vero prædeſtinat, ſecundum gratiam, et miſericordiam, quæ non excludit iuſtitiam. Quia ergo omnes ſecundum quod de maſſa perditionis erant, debebant damnari, ideo plures reprobantur, quàm eligantur: vt oſtendatur, quòd ſaluatio eſt ſecundum gratiam ſpecialem, ſed damnatio ſecundum iuſtitiam communem. Nullus ergo poteſt conqueri de diuina volun- C te, quia omnia agit rectiſſime, immo in omnibus debemus gratias agere, et honorificare regimen diuinæ prouidentiæ. Si quis autem quærat, quare magis vni peccatori gratiam largiatur, quã alteri, hic oportet ſilentium imponere humanæ loquacitati, et exclamare cum Apoſtolo: O altitudo diuitiarum ſapientię, et ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, et inueſtigabiles viæ eius. Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis eius conſiliarius fuit, aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipſo, et per ipſum, et in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Nota de iuſtitia et miſericordia Dei.

Rom. 11. d

SANCTI BONAVENTVRÆ

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Breuiloquij

S E C V N D A P A R S,

IN QVA DE CREATVRA MVNDI AGITVR.

De productione mundi totalis. *Cap. I.*

Mũdus incœpit eſſe a Deo per creationẽ.

HIs ſummatim præintellectis de Trinitate Dei, dicenda ſunt aliqua de creatura mundi. Circa quam hæc tenenda ſunt in ſumma: videlicet, quòd vniuerſitas machinæ mundialis, producta eſt in eſſe ex tempore, et de nihilo ab vno primo principio ſolo, et ſummo: cuius potẽtia licet ſit immenſa, diſpoſuit tamen omnia in certo pondere, numero, et mẽſura. Hæc F generaliter intelligenda ſunt circa rerum productionem, ex quibus, et veritas colligitur, et error repudiatur. Per hoc enim, quod dicitur, ex tempore, excluditur error ponentium mundum eſſe æternum. Per hoc, quod dicitur, de nihilo, excluditur error ponentium æternitatem circa principium materiale. Per hoc, quod dicitur, ab vno principio, excluditur error *Manichæorum, ponentium pluralitatem prin- E cipiorum. Per hoc, quod dicitur, ſolo et ſummo, excluditur error ponentium, Deum produxiſſe inferiores creaturas per miniſterium intelligentiarum. Per hoc, quod additur, in certo pondere, numero, et menſura, oſtenditur quòd creatura eſt effectus Trinitatis creantis, ſub triplici genere cauſalitatis: efficientis, a quo eſt in creatura vnitas, modus, et menſura: exemplaris, a quo eſt in creatura veritas, ſpecies, et numerus: finalis, a quo eſt in creatura bonitas, ordo, et pondus. Quæ quidem reperiuntur in omnibus creaturis, tamquam veſtigium F creatoris, ſiue corporalibus, ſiue ſpiritualibus, ſiue ex vtriſque compoſitis.

Sap. 11. d

*Aug. li. de hæreſ. ad Quoduul. hær. 46. to. 6

Platonis error in Timæo.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia ad hoc, quòd ſit ordo perfectus, et ſtatus in rebus, neceſſe eſt, quòd omnia reducantur ad vnum principium, quod quidem ſit primum, vt det ceteris ſtatum: et perfectiſſimum, vt det ceteris omnibus complementum. Quoniam igitur primum principium, in quo eſt ſtatus, non poteſt eſſe niſi vnum ſolum,

Mundus ex nihilo productus.

ſolum, ſi mundum producit, cum non poſſit ipſum producere de ſeipſo, neceſſe eſt, quòd producat ipſum ex nihilo. Ex quia productio ex nihilo, ponit eſſe poſt non eſſe ex parte producti, et immenſitatem in virtute producente ex parte principij, cum hoc ſit ſolius Dei: neceſſe eſt, quòd creatura mundi ſit producta ex tempore ab ipſa virtute immenſa, agẽte per ſe, et immediate. Rurſus quoniam principium perfectiſſimum, a quo manat perfectio vniuerſorum, neceſſe eſt agere a ſe, et ſecundum ſe, et propter ſe, et quia nullo in agendo indiget extra ſe; neceſſe eſt, quòd habeat intentionem triplicis cauſæ, reſpectu cuiuſlibet creaturæ, ſcilicet efficientis, exemplaris, et finalis. Neceſſe eſt etiam, omnem creaturam ſecundum hanc triplicem habitudinem comparari ad cauſam primã. Omnis enim creatura conſtituitur in eſſe ab efficiente, et conformatur ad exemplar, et ordinatur ad finem: ac per hoc eſt vna, vera, bona, modificata, ſpecioſa, ordinata, menſurata, diſcreta, et ponderata: eſt enim pondus inclinatio ordinatiua. Et hæc quidem generaliter dicta ſunt de omni creatura, ſiue corporea, ſiue incorporea, ſiue ex vtriſque conſtituta, ſicut eſt natura humana.

Actio principij perfectiſſimi.

De natura corporali quantum ad fieri. Cap. II.

NAtura vero corporea nobis cõſideranda eſt quantum ad fieri, et quantum ad eſſe, et quantum ad operari. De natura vero corporea quantum ad fieri, hæc ſpecialiter tenenda ſunt, ſcilicet quòd ſex diebus ſit in eſſe producta, ita quòd in principio, ante omnem diem creauit Deus cælum et terram. Prima vero die formata eſt lux: ſecunda firmamentum factum eſt in medio aquarum: tertia die ſeparatæ ſunt aquæ a terra, et congregatæ in locum vnum: quarta vero die cælum ornatum eſt luminaribus: quinta aer, et aqua, volatilibus, et piſcibus: ſexta terra animalibus, et hominibus: ſeptima vero die requieuit Deus, non a labore, nec opere, cum vſque nunc operetur; ſed a nouarum ſpecierum conditione: quia omnia fecerat, vel in ſimili, ſicut illa quæ propagantur: vel in ſeminali ratione, ſicut illa, quæ alijs modis introducuntur in eſſe.

Gen. 1. *Gen. 2. a*

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia enim res manant a primo principio, et perfectiſſimo, tale autem eſt omnipotentiſſimum, ſapientiſſimum, et beneuolentiſſimum: ideo oportuit, quòd ſic producerentur in eſſe, vt in earum productione reluceret triplex nobilitas prædicta, et excellentia. Et ideo triformis fuit operatio diuina, ad mundanam machinam producendam, ſcilicet creatio, quæ appropriate reſpondet omnipotentiæ: diſtinctio, quæ reſpondet ſapientiæ: ornatus, qui reſpondet bonitati largiſſimæ. Et quoniam creatio eſt de nihilo, ideo fuit in principio ante omnem diem, tanquam omnium rerum, et temporum fundamentum.

Creatio rerum.

Rurſus, quia diſtinctio corporum mundi attenditur ſecundum triplicem modum, ideo facta fuit per triduum. Eſt enim diſtinctio naturæ luminoſæ a perſpicua, et opaca, et hæc facta eſt in prima die in diuiſione lucis a tenebris: et eſt diſtinctio naturæ perſpicuæ, a perſpicua, et hæc facta, eſt ſecunda die, in diuiſione aquarum ab aquis: et eſt diſtinctio naturæ perſpicuæ ab opaca, et hæc facta eſt tertia die, in diuiſione aquarum a terris. In his autem implicite datur intelligi diſtinctio cæleſtium, et elementarium, ſecundum quod poſt declarabitur. Sic igitur diſtinctio fieri debuit per triduum.

Diſtinctio partiũ mundi.

Et quia ornatus correſpondet diſtinctioni, ideo ſimiliter tribus diebus debuit cõſummari. Eſt enim ornatus naturæ luminoſæ, et hic factus eſt quarta die, in formatione ſtellarum, et ſolis, et lunæ: et eſt ornatus naturæ perſpicuæ, et hic factus eſt quinta die, in qua ex aquis facti ſunt piſces, et aues ad ornatũ aeris, et aquæ: et eſt ornatus naturæ opacæ, ſcilicet terræ, et hic factus eſt ſexta die, in quo factæ ſunt beſtiæ, factæ ſunt et reptilia, facta eſt etiam ad conſummationem omnium natura humana. Hæc autem omnia, licet potuerit Deus facere in inſtanti, maluit tamen per ſucceſſionem temporum, tum propter diſtinctam, et claram repræſentationem potentiæ, ſapientiæ, bonitatis; tum propter conuenientem correſpondentiam dierum ſiue temporum, et operationum; tum etiam, vt ſicut in prima mundi conditione fieri debebant ſeminaria operum fiendorum, ſic fierent et præfigurationes temporum futurorum. Vnde in illis ſeptem diebus, quaſi ſeminaliter præceſſit diſtinctio omnium temporum, quæ explicantur per decurſum ſeptem ætatum. Et hinc eſt, quòd ſex diebus operum additur ſeptimus quietis: qui dies non ſcribitur habere veſperam, non quia non habuit dies illa noctem ſuccedentem; ſed ad præfigurandum animarum quietem, quæ numquam habebit finem. Si autem diceretur alio modo, quòd omnia eſſent ſimul facta, tunc omnes hi ſeptem dies ad conſiderationem angelicam referentur. Verumtamen primus modus dicendi eſt magis ſcripturæ conſonus, et auctoritatibus ſanctorum, et qui præceſſerunt, et etiam qui ſecuti ſunt beatum Auguſtinum.

Ornatus vniuerſi.

Aug. epiſto. 119. ad Ian. circa med. to. 2.

De natura corporali, quantum ad eſſe. Cap. III.

DE natura vero corporea quantum ad eſſe tenendum eſt, quòd corporalis mundi machina tota, conſiſtit in natura cæleſti, et elementari, ita quòd cæleſtis diſtincta eſt in tres cælos principales, ſcilicet empyreum, cryſtallinum, et firmamentum. Intra firmamentum autem, quod eſt cælum ſtellatum continentur ſeptem orbes ſeptem planetarum, qui ſunt, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Natura vero elementaris in quatuor ſphæras diſtinguitur, ſcilicet, Ignis, Aeris, Aquæ, et Terræ: et ſic procedendo a ſummo cardine cæli vſque ad centrum terræ, decem concurrunt orbes cæleſtes, et quatuor ſphæræ elementares, ex quibus integratur, et conſtituitur tota machina mundi ſenſibilis, diſtincte, perfecte, et ordinate.

Mundus in natura cæleſti, et elemẽtari cõſiſtit.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia cum natura corporalis ad perfectionem ſui, et expreſſionem ſapientiæ multiformis primi principij, requirat multiformitatem formarum, ſicut apparet in mineralibus, plantis, et animalibus, neceſſe fuit, ponere aliqua corpora ſimplicia, quæ multiformiter poſſunt miſceri, ad introductionem formarum multiformium, et talis eſt natura ſubiecta contrarietati, et hæc eſt elementaris. Neceſſe etiam fuit fieri naturam, per quam haberent hæc contraria in mixto conciliari, et talis eſt natura elongata a contrarietate, cuiuſmodi eſt natura lucis et corporis ſupercæleſtis.

Natura elemẽtaris neceſſaria.

Lucis neceſſitas.

Et quoniam mixtio fieri non poteſt, niſi per contraria agentia, et patientia; ideo neceſſe fuit duplicem contrarietatem fieri in elementis, ſcilicet quantum ad qualitates actiuas, quæ ſunt calidum, et frigidum: et quantum ad paſſiuas, quæ ſunt humidum, et ſiccum. Et quia quodlibet elementorum agit, et patitur; ideo quodlibet habet duas qualitates, vnam actiuam, et aliam paſſiuam: ita tamen, quòd vnam principalem, et propriam: ac per hoc neceſſe eſt, tantum quattuor eſſe elementa ſecundum quattuor qualitates prædictas, quadrupliciter concubinatas.

Contrarietas duplex in elementis.

Natura autem cæleſtis aut eſt vniformis et immobilis, et hæc eſt empyreum, quia lux pura: aut mobilis et multiformis, et ſic eſt firmamentum: aut mobilis, et vniformis, et ſic cælum medium inter empyreũ et ſtellatum, quod eſt cælum cryſtallinum. Quartum membrum, ſcilicet quòd ſit multiforme et immobile, non poteſt ſtare, quia multiformitas diſponit ad motus varietatem, non ad vniformem quietem. Sunt igitur tres

Natura cæleſtis.

cæli, quorum primum per totum eſt luminoſum, ſcilicet empyreum: ſecundum per totum perſpicuum, ſcilicet cryſtallinum: tertium ex vtroque coniunctum, ſcilicet firmamentum. Cum igitur tres ſint cæli incorruptibiles, et quattuor elementa variabilia, vt fiat debita connexio, concordia, et correſpondentia, diſpoſuit Deus ſeptem orbes planetarum, qui ſua varietate motuum, et incorruptibilitate formarum, quaſi quoddam vinculum eſſent, et iunctura inferiorum elementarium orbium, et ſuperiorum cæleſtium, ad perficiendum, et decorandum vniuerſum: quod ſecundum numerales proportiones ordinatum dicitur et connexum, denario cæleſtium orbium, et quaternario elementorum, reddentibus ipſum proportionaliter tam pulchrum, quàm perfectum et ordinatum, vt ſuo modo ſuum repræſentet principium.

De natura corporali quantum ad operari, et influere.

Cap. IIII.

DE natura corporali quantum ad operari, hoc tenendum eſt, ſcilicet quòd cæleſtia influunt in terreſtria, et elementaria, quantum ad diſtinctiuam ſignificationem temporum, ſcilicet dierum, menſium, et annorum. Sic enim dicit ſcriptura, quòd ſint in ſigna et tempora, et dies, et annos. Influunt etiam quantum ad effectiuam productionem rerum generabilium, et corruptibilium, ſcilicet mineralium, vegetabilium, ſenſibilium, et corporum humanorum. Sic tamen ſunt in ſigna temporum, et regimen operationum, vt non ſint certa ſigna futurorum contingentium, nec influant ſuper liberum arbitrium per vim conſtellationum, quam dixerunt aliqui philoſophi eſſe fatum.

Gen. 1. b

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum in corporibus cæleſtibus propter proximitatem ad primum principium ſit lux, motus, calor, et virtus. Lux ratione ſuæ formæ et ſpeciei: motus reſpectu ſuperioris influentis: calor reſpectu inferioris naturæ ſuſcipientis: virtus vero omnibus modis prædictis. Cum, inquam, ita ſit, cæleſtia corpora per lumen et motum ſunt in diſtinctiones temporum, ſcilicet diei, ſecundum lucem ſolis, et motum firmamenti: menſis, ſecundum motum lunæ in circulo obliquo: anni, ſecundum motum ſolis in eodem circulo: temporum vero, ſecundum varium planetarum motum, diſtantiam, et concurſum, aſcenſum, et deſcenſum, retrogradationem et ſtatum, ex quibus oritur diuerſitas in temporibus. Per virtutem autem, et calorem, influunt ad productionem eorum, quæ elementis generantur, excitando, promouendo, conciliando: ita quòd ſecundum conciliationem contrariorum ab æqualitate remotam, influunt in mineralia: ſecundum conciliationem ab æqualitate minus longinquam, in vegetabilia: ſecundum conciliationem æqualitati proximantem, in ſenſibilia: ſecundum vero conciliationem æqualem, in corpora humana, quæ diſpoſita ſunt ad nobiliſſimam formam, quæ eſt anima rationalis: ad quam ordinatur, et terminatur appetitus omnis naturæ ſenſibilis et corporalis, vt per eam, quæ eſt forma, ens, viuens, ſentiens, et intelligens, quaſi ad modum circuli intelligibilis reducatur ad ſuum principium, in quo perficiatur, et beatificetur. Et quoniam in illud tendit per liberum arbitrium, ideo quantum ad arbitrij libertatem, præcellit omnem virtutem corporalem: ac per hoc cuncta nata ſunt ſibi ſeruire, nihil autem ſibi dominari habet, niſi ſolus Deus, non fatum, ſiue vis poſitionis ſiderum. Et propterea indubitanter verum eſt, quod ſumus finis omnium eorum, quæ ſunt, et omnia corporalia facta ſunt ad humanum obſequium, vt ex illis omnibus accendatur homo ad laudandum et amandum factorem vniuerſorum, cuius prouidentia cuncta diſponuntur. Hæc autem ſenſibilis corporalium machina, eſt tamquam quędam domus a ſummo opifice homini fabricata, donec ad domum veniat non manufactam in cælis, vt ſicut anima modo ratione corporis, et ſtatus meriti nunc eſt in terris, ſic aliquando corpus ratione animæ, et ſtatus præmij ſit in cælis.

Lumine et motu corpora cæleſtia diſtinguunt tempora.

Calore et virtute quo modo in hæc inferiora influant ſuperiora corpora.

Anima rationalis forma nobiliſſima.

Excellētia liberi arbitrij.

2. Cor. 5. a

De modo deſcribendi prædicta in ſacra ſcriptura.

Cap. V.

EX iam dictis colligitur, quòd ſicut Deus res ordinate condidit, quantum ad tempus, et ordinate diſpoſuit, quantum ad ſitum: ſic etiam ordinate gubernat, quantum ad influentiam, et ſcriptura ordinate narrat, quantum ad doctrinæ ſufficientiam. Licet non ita explicite deſcribat diſtinctionem orbium, nec cæleſtium, nec elementarium, et parum aut nihil dicat de motibus, et virtutibus corporum ſuperiorum, et de mixtionibus elementorum et elementatorum, et quod plus eſt, nihil explicite narrat de conditione ſuperiorum ſpirituum, maxime cum deſcribit iſtud vniuerſum in eſſe productum.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium reddat ſe nobis cognoſcibile et per ſcripturam, et per creaturam. Per librum creaturæ ſe manifeſtat vt principium effectiuum, per librum ſcripturæ, vt principium reparatiuum: et principium reparatiuum non poteſt cognoſci, niſi cognoſcatur et effectiuum; ideo ſacra ſcriptura, licet principaliter agat de operibus reparationis, debet nihilominus agere de opere conditionis, inquantum tamen ducit in cognitionem primi principij efficientis et reficientis: et ideo ipſa eſt cognitio ſublimis et ſalutaris. Sublimis, quia de primo principio effectiuo, quod eſt Deus creator: ſalutaris, quia de primo principio reparatiuo, quod eſt Chriſtus Saluator et mediator. Rurſus quia ſublimis eſt, vtpote, quia agit de primo principio et ente ſummo, ideo non deſcendit ad deſcribendas ſpeciales entium naturas, motus, virtutes, et differentias, ſed ſtat in quadam generalitate, in qua implicantur ſpecialia, deſcribendo ſcilicet conditionem mundi, quantum ad diſpoſitionem, et influentiam, quoad naturam luminoſam, opacam, et peruiam in generalitate quadam. Et quoniam primum principium, de quo agit, habet in ſe ordinem naturæ in exiſtendo: ordinem ſapientiæ in diſponendo: ordinem bonitatis in influendo: ita quòd ordo naturæ habet in ſe ſimultatem et æqualitatem: ordo ſapientiæ conſiderat prioritatem et poſterioritatem: ordo influentiæ ſuperioritatem, et inferioritatem. Ideo ad inſinuandum ordinem naturæ, determinat ſcriptura iuxta quod Deum operari decebat: quòd in principio ante temporis decurſum fuerit illa triplex natura de non eſſe in eſſe producta, cum dicit: In principio creauit Deus cælum et terram: et: Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Vbi nomine cæli inſinuatur natura luminoſa: nomine terrę, natura opaca: nomine aquæ, natura peruia, ſiue perſpicua, ſiue contrarietati ſubiecta, ſiue ſupra contrarietatem eleuata. Vbi etiam inſinuatur Trinitas æterna, ſcilicet Pater in nomine Dei creantis: Filius in nomine principij: Spiritus ſanctus in nomine ſpiritus Dei. Et ſic intelligendum eſt illud, quod dicitur: Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul: non quia ea creauit in chaos omnimodæ confuſionis, ſecundum quod finxerunt Poetæ, cum produxerit hanc triplicem naturam, ſummam in ſummo: mediam in medio: et infimam in infimo: nec etiam creauit in eſſe omnimodæ diſtinctionis, cum cælum eſſet perfectum, et terra incompoſita, natura vero media, quaſi medium tenens, nondum eſſet ad perfectam diſtinctionem deducta. Ad inſinuandum autem ordinem ſapientiæ in diſponendo, determinat quòd hæc triplex natura non ſimul fuit diſtincta et ornata: ſed iuxta triplicis naturæ creatæ exigentiam per triduum diſtincta, et per triduum aliud ornata: vt ſicut Deus in principio tri-

Sacra ſcripturæ cognitio ſublimis et ſalutaris.

Gen. 1. a

Eccli. 18. a

Sapientia Dei in diſponendis rebus.

pio triplicem naturã ſimul creauit in primordio temporis, ſic ſucceſſione temporis in triplici menſura temporis, ſcilicet triplicis diei, triplicem faceret diſtinctionem naturæ triplicis creatæ. Et rurſus in alio triduo, triplicem ornatum triplicis naturæ, diſtinctæ.

Dei bonitas in influendo.

Ad inſinuandum vero ordinem bonitatis in influendo, determinat, quòd hæc triplex natura collocata eſt in mundo ſecundum ſub, medium, et ſupra, iuxta ſuã dignitatem et influentiam. Et quia luminoſum plurimum habet de ſpecie; ideo ſibi debetur circumferentia: quia vero opacum, minimum habet de ſpecie; ideo ſibi debetur centrum. Sed quia natura perulua tenet medium, ideo medium ſortita eſt ſitum. Et quoniam natura corporis peruij et perſpicui, communis eſt naturæ cæleſti et elementari, et rurſus luminoſa vtrique conuenit: ideo rectè dicitur firmamentum factum in medio aquarum, non quia aquæ ſuper cælos ſint aquæ fluxibiles, frigidæ, graues, et corruptibiles; ſed quia ſubtiles, et incorruptibiles, et peruiæ et ſuper omnem contrarietatem ſublimatæ: ac per hoc cæleſtis naturæ, et in cæleſtibus collocandæ ratione nobilitatis formæ, collocantur etiã ratione virtutis, et influentiæ.

Quia enim omnis actio corporalis in rebus inferioribus regulam, originem, et vigorem ſumit a natura cæleſti, cum duæ ſint qualitates actiuæ, ſcilicet calidũ, et frigidum, et aliquod ſit cælum principaliter influẽs in calidum, ſicut cælum ſidereum ratione luminoſitatis: congruum fuit, quòd aliquod influeret ſuper frigidum, et ſic cryſtallinum. Et ſicut cælum ſidereum, licet influat ad calorem, non tamen eſt formaliter calidum: ſic etiam cælum, quod dicitur aqueum, ſiue cryſtallinum, non eſt eſſentialiter frigidum. Vnde, quod ſancti dicunt, quòd aquæ ſunt ibi conſtitutæ ad reprimendum calorem ſuperiorum corporum, et cetera conſimilia, non ſecundum formalem prædicationem, ſed ſecundum efficientiam, et influentiam ſunt intelligenda.

Competit ergo conditio creaturæ ſecundum ordinem prædictum, et ordini creatricis ſapientiæ, et diuinæ ſcripturæ, quæ eſt ſcientia ſublimis. Rurſus, quia ipſa eſt ſcientia ſalutaris; ideo non determinat de opere conditionis, niſi propter opus reparationis. Et quoniam angeli, ſic cõditi ſunt, vt labentes nullatenus reparentur, ſicut apparebit in ſequentibus, ideo tacetur, ſecundum litteram exteriorem angelorũ lapſus et conditio: quia non debebat ſubſequi reparatio. Quia vero ſublimitatem ſacræ ſcripturæ non decebat prorſus reticere de conditione ſublimiſſimæ creaturæ: ideo ſic ſacra ſcriptura deſcribit rerum conditiones, iuxta quod exigit ſcientia ſublimis, et ſalutaris, vt tamen ſecundum ſpiritualem intelligentiam tota conditio litteraliter deſcripta, ſpiritualiter referatur, ad deſcribendam hierarchiam, et angelicam, et eccleſiaſticam: ideo ſecundum ſpiritualem intellectum, deſcribitur in illis tribus naturis, primo productis, hierarchia angelica nomine cæli: et eccleſiaſtica nomine terræ: et gratia, per quam irrigatur vtraque, nomine aquæ. Rurſus per ſeptenarium numerum dierum, intelligitur ſeptiformis Eccleſiæ ſtatus, ſecũdum decurſum ſeptem ætatum. Per eundem etiam ſeptenarium intelligitur ſeptiformis conuerſio angelorum a creatura ad Deum. Et ſic ex prædictis apparet ſufficientia, et veritas ſcripturæ in diuerſis opinionibus ſanctorum, ſcilicet Auguſtini, et aliorum, qui ſibi non contradicunt, cum veræ ſint, ſi rectè intelligantur.

Angelorũ conditio et lapſus cur ſecundũ litteram exteriorem taceatur.

De productione ſupernorum ſpirituum. Cap. VI.

CONſequenter vero agendum eſt de natura ſpirituali et incorporea, cuiuſmodi eſt angelica, de qua conſiderari oportet, quantum ad conditionem ſupernorum ſpirituum, quantum ad ruinam dæmonũ, et quantum ad cõfirmationem bonorum angelorum. Sciendum eſt igitur, quòd angelis a primordio ſuæ

A conditionis quattuor ſunt attributa, ſcilicet ſimplicitas eſſentiæ: perſonalis diſcretio, propter rationem inſitã: memoria, intelligentia, et voluntas, et libertas arbitrij ad eligenda bona, et reſpuenda mala. Hæc autem quattuor attributa principalia, alia quattuor comitantur, ſcilicet virtuoſitas in operãdo: officioſitas in miniſtrando: perſpicacitas in cognoſcẽdo: et immutabilitas poſt electionem, ſiue in bono, ſiue in malo.

Angelis a principio ſuæ conditionis quattuor attributa.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia primum principium hoc ipſo, quòd primũ, omnia de nihilo produxit: ideo non tantum prope nihil, ſed etiam prope ſe: non tantum ſubſtantiam a ſe longinquam, ſcilicet naturam corpoream producere debuit, verumetiam propinquam: et hæc eſt ſubſtantia B intellectualis et incorporea, quæ hoc ipſo, quòd Deo ſimillima eſt, ſimplicitatem habet naturæ, et diſcretionem perſonalem, vt Deo aſſimiletur ex parte ſubſtantiæ ſiue communis, ſiue indiuiduæ. Habet etiam in mente imaginem Trinitatis ſecundum memoriam, intelligentiam, et voluntatem. Habet etiam voluntatis libertatem, vt aſſimiletur Deo, ex parte potentiæ ſiue naturalis, ſiue electiuæ: vt ſic potentia naturalis inſignita ſit Dei imagine, electiua vero arbitrij libertate. Nequaquam enim perueniret meritorie ad præmium glorioſum, quod facit quemquam beatum, niſi haberet liberum voluntatis arbitrium: hoc autem C eſſe non poteſt niſi in ſubſtantia rationali, quam comitatur memoria, intelligentia, et voluntas. Vbi autem eſt ratio, oportet, quòd ſit rationalis naturæ ſubſtantia indiuidua. Neceſſe eſt etiam quòd ſit ſubſtantia ſpiritualis, et incorporea, ac per hoc ſimplex carens omni diuiſione quantitatiua. Talis autem ſubſtantia hoc ipſo, quòd ſimplex eſt, virtuoſa eſt in operando: hoc ipſo, quòd virtuoſa eſt, et perſonaliter diſcreta, competit ei diſtinctio officij in miniſtrando: hoc ipſo, quòd ſimplex, et virtuoſa, competit ei perſpicacitas in diſcernendo: hoc ipſo autem, quòd perſpicax, et ſimplex eſt habens intellectum deiformem, D ideo ſtabilitatem habet poſt electionem in electo, ſiue in bono, ſiue in malo. Et hæ conditiones ipſam generalem conditionem ſupernorum ſpirituum generaliter comitantur.

De apoſtaſia dæmonum. Cap. VII.

DE apoſtaſia vero dæmonum hoc eſt tenendum, ſcilicet quòd Deus angelos omnes fecit bonos, tamen medios inter ſummum bonum et commutabile E bonum, quod eſt creatum: ita quòd ſi conuerterentur ad amandum, quod eſt ſupra, aſcenderent ad ſtatum gratiæ, et gloriæ. Si vero ad bonum commutabile, quod eſt infra, hoc ipſo ruerent in malum culpæ, et pœnæ: quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ. Primus autem Lucifer inter angelos, præſumens de priuato bono, priuatam appetijt excellentiam, volens alijs ſuperferri, et ideo cecidit cum ceteris conſentientibus ſibi. Cadens autem factus eſt impœnitens, obſtinatus, et excæcatus, et excluſus a Dei contemplatione, et deordinatus in operatione, toto nitens conamine ad ſubuertendum hominem per tentationem multiplicem.

Deus quales creauit angelos.

Lucifer primus inter angelos peccauit et cecidit.

F Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia cum primum principium ſit ſumme bonum, nihil facit, niſi quod ſit bonum: quia a bono non procedit niſi bonum: quod tamẽ ſit ab ipſo, hoc ipſo minus eſt eo, et ideo non poteſt eſſe ſummum bonum. Fuit igitur angelus a Deo conditus bonus quidem, ſed non ſummus, perficiendus tamen ſi affectu tenderet in ſummum. Et quoniam per liberum arbitrium voluntatis, poterat tendere in bonum ſummum, vel conuerti ad bonum priuatum, Lucifer ſuæ pulchritudinis, et altitudinis conſideratione excitatus ad ſe diligendum, et ſuum priuatum bonum, præſumpſit de altitudine habita, et ambiuit excellentiam propriam,

non tamen obtentam; ac per hoc præſumendo, A conſtituit ſe ſibi principium ſummum, in ſeipſo gloriando: et ambiendo cooſtituit ſe ſibi ſummum bonum, in ſeipſo quieſcendo. Cum aotem ipſe non eſſet ſummum principium, nec ſummum bonum; neceſſe fuit, vt inordinato aſcenſu appetito, deſcenſu rueret pari ratione, et omnes in hoc conſentientes. Et quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ, ideo ſtatim cum cecidit in peccatum, cum ceteris adhærentibus ſibi, perdidit locum ſummum, ſcilicet cælum empyreum, deſcendens ad imum, ſcilicet caliginoſum aerem, vel infernum: ita quod lapſus in culpam fuit per liberum arbitrium, lapſus vero in pœnam, per di- B uinum iudicium. Et quia immutabilitatem habuit poſt electionem: ideo ſtatim obſtinatus eſt in malo, et per hoc excæcatus a vero: deordinatus eſt io operatione, et infirmatus in virtute; ideo voluntas eius impia, et actio auerſa a Deo, conuerſa eſt ad hominis odium et inuidiam: et perſpicacitas rationis a vero lumine excæcata, conuerſa eſt ad deceptiones per diuinationes et cautelas: et officioſitas in miniſtraodo a vero miniſterio amota, conuerſa eſt ad tentamenta: et virtuoſitas immutata, et coartata, quantum permittitur, conuertitur ad miracula facienda per tranſmutationes repentinas, quas facit circa corpo- C reas creaturas. Et quia hæc omnia fuerunt deordinata per voluntatem deprauatam per ſuperbiam; ideo hæc omnia conuertit ad fomentũ ſuę ſuperbiæ, quęrens ab hominibus coli, et honorari et adorari ad modũ Dei. Hinc eſt, quòd omnia male agit, quod tamen iuſto iudicio Deus permittit ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorũ, ſicut apparebit per finale iudiciũ.

Angeli lapſum quæ ſint conſecuta.

De confirmatione bonorum Angelorum. Cap. VIII.

DE confirmatione vero bonorum angelorum tenendum eſt, quòd ſicut angeli a Deo auerſi, D ſtatim ſunt obſtinati per impœnitentiam; ſic angeli ad Deum conuerſi, ſtatim fuerunt confirmati per gratiam et gloriam in voluntate: perfecte illuminati in ratione ſecundum cognitiooem matutinam et veſpertinam: perfecte fortificati in virtute, ſiue motiua, ſiue operatiua: et perfecte ordinati in operatione ſiue contemplatiua, ſiue miniſtratiua, et hoc ſecundum triplicem hierarchiam, ſcilicet ſupremam, mediam, et infimam. Ad ſupremam autem ſpectant Throni, Cherubim, et Seraphim: ad mediam autem Dominationes, Virtutes, Poteſtates: Ad infimam vero Principatus, Archangeli, Angeli. Ex quibus plu- E rimi ſuot io miniſterium miſſi, et ad cuſtodiam hominum deputati, quibus miniſtrant purgando, illuminando, perficiendo, ſecundum imperium voluntatis Dei.

Angeli bonι in ipſa ſua ad Deũ cõuerſione fuerunt in bono confirmati.

Angeli in miniſteriũ hominum miſſi quo modo eis miniſtrẽt.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum angeli propter expreſſam ſimilitudinẽ, et propinquitatem ad primum et ſummum principiũ, habeant intellectum deiformem, et immutabilitatem, poſt conſenſum ex libertate arbitrij, diuina ſuperueniente gratia, ad ſummum boonum cooverſi, cũ totaliter in Deum tenderent, per gloriam fuerunt confirmati, pariter et perfecti: ideo quantum ad vo- F luntatem, fuerunt ſtabiles et felices: quantum ad rationem perſpicaces: ita vt non tantum cognoſcerent res in proprio genere, ſed etiam io ipſa arte æterna. Ac per boc non tantum haberẽt cognitionem veſpertinam, ſed etiam matutioam, vel etiam diurnam, propter illius lucis plenitudinem, et omnimodam puritatem: reſpectu cuius omnis creatura merito poteſt dici tenebra. Quantum autem ad virtuoſitatem perfecte fortificati, ſiue in imperando, ſiue in exequendo, ſiue in contemplando: vel aſſumpto corpore, vel etiam non aſſumpto. Quantum vero ad operationem perfectiſſime ordinati, vt iam non poſſint deordinari, nec aſcendendo ad contemplationem Dei, nec deſcendendo ad miniſtrandum homini: quia cum Deũ A facie ad faciem contemplentur, quocumque mittantur, intra Deum currunt. Aguntur enim, et agunt ſecundum ordioem hierarchicum in eis initiatum per naturam, et conſummatum per gloriam, quæ ſtabiliendo liberi arbitrij vertibilitatem, illuſtrauit perſpicacitatem, ordinauit officioſitatem, et roborauit virtutem, ſecnodum quattuor attributa ſuperius nominata. Perſpicacitas autem rationis io contemplando aut priocipaliter reſpicit ad maieſtatem diuinam venerandam, aut ad veritatem intelligendam, aut ad bonitatem deſiderandam: et ſecundum hoc ſunt tres ordines in prima hierarchia, ſcilicet Throni, ad B quos ſpectat reuerentia: Cherubim, ad quos ſapientia: et Seraphim, ad quos ſpectat beneuoleotia. Ad perfectam autem virtuoſitatem ſpectat virtus imperatiua, virtus executiua, et virtus expeditiua. Prima ad Dominationes: ſecũda ad Virtutes: tertia vero ad Poteſtates ſpectat, quarum eſt arcere poteſtates contrarias. Ad perfectam vero officioſitatem ſpectat regere, reuelare, et releuare. Primum eſt Principatuum: ſecundum Archangelorum: tertium Angelorum: quia cuſtodiunt ne ſtantes cadant, et cadentes adiuuant, vt reſurgant. Et ſic patet quod hæc omnia ſunt in beatis angelis, ſecuodum plus et minus C gradatim a ſuperioribus deſcendendo, vſque ad ima. Ordo autem deoominari debet ab eo, quod excellentius accipit in munere.

Angeli aguntur, et agunt ſecũdum ordinem hierarchicum.

Sufficiẽtia triplicis Hierarchiæ cæleſtis.

De productione hominis quantum ad ſpiritum. Cap. IX.

POſt naturam vero corpoream et incorpoream, dicenda ſunt aliqua de natura ex vtriſque compoſita. Primo ex parte mentis, ſecundo ex parte carnis, tertio ex parte totius hominis. De anima igitur rationali hæc in ſumma tenenda ſunt, ſecundum ſacram D doctrinam, ſcilicet quòd ipſa eſt forma, ens, viuens, intelligens, et libertate vtens. Forma quidem ens, non a ſeipſa, nec de diuina natura, ſed a Deo de nihilo per creationem in eſſe deducta. Forma autem viuens, non ex natura extrinſeca, ſed ſeipſa: non vita mortali, ſed vita perpetua. Forma vero intelligens, noo tantum creatam, ſed etiam creatricem eſſentiam, ad cuius imaginem facta eſt per memoriam intelligentiam, et voluntatem. Forma libertate vtens, quia ſemper eſt libera a coactione. A miſeria vero et coactione libera fuit io ſtatu innocentiæ, licet non in ſtatu naturæ lapſæ. Hæc libertas a coactione nihil aliud E eſt quàm facultas voluntatis, et rationis, quæ ſunt potentiæ animæ principales.

Anima rationalis.

Aug. de Spi. et ani. c.11.10.3.

Ratio autem ad intelligentiã prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium ſit beatiſſimum et beneuolentiſſimum; ideo ſua ſumma beneuolentia, beatitudinem ſuam communicat creaturæ, non tantum ſpirituali et proximæ, ſed etiam corporali et longinquæ. Corporali tamen et longinquę communicat mediate: quia lex diuinitatis hæc eſt, vt infima per media reducantur ad ſumma. Et ideo oon tantum ſpiritum angelicum et ſeparatũ fecit beatificabilem, ſed etiam ſpiritum coniunctum, ſcilicet humanum. Eſt igitur ani- F ma rationalis forma beatificabilis. Et quia ad beatitudinis præmium peruenire non eſt glorioſum, niſi per meritum, nec mereri contingit, niſi in eo, quod voluntarie et libere fit: ideo animę rationali libertatem arbitrij dari oportuit, per remotionem omnis coactionis: quia hoc eſt de natura voluntatis, vt nullatenus poſſit cogi, licet per culpam, miſera efficiatur, et ſerua peccati. Rurſus quia forma beatificabilis eſt capax Dei per memoriam, intelligẽtiam, et voluntatẽ: et hoc eſt eſſe ad imaginem Trinitatis, propter vnitatem in eſſentia, et trinitatem in potentijs: ideo animã hominis neceſſe fuit eſſe intelligentem Deum, et omnia, ac per hoc imagine Dei inſignitam. Et quia nihil beatum poteſt beatitudinem amittere, nihil poterat eſſe beatificabile, niſi

Anima rationalis beatitudinis capax.

Volũtas cogi non poteſt.

Anima quomodo imago Dei.

le, niſi eſſet incorruptibile, et immortale: neceſſe igitur fuit animam rationalem immortali vita de ſui natura eſſe viuentem. Poſtremo, quia omne, quod ab alio beatificabile eſt, et immortale, eſt mutabile ſecundum bene eſſe, et incorruptibile ſecundum eſſe: ideo anima nec a ſe eſt, nec de diuina natura, quia mutabilis: nec producta de aliquo, nec per naturam generata, quia eſt immortalis, et incorruptibilis. Et ita hæc forma non poteſt per generationem in eſſe introduci: quia omne naturaliter generabile, eſt naturaliter corruptibile. Ex his apparet, qualiter finis beatitudinis neceſſitatem imponit prædictarum conditionum ipſi animæ ad beatitudinem ordinatæ. Quoniam autem vt beatificabilis, eſt immortalis: ideo cum vnitur corpori mortali, poteſt ab eo ſeparari: ac per

Anima non tantum forma, ſed hoc aliquid.

hoc non tantum forma eſt, verum etiam hoc aliquid: et ideo non tantum vnitur corpori, vt perfectio, verum etiam, vt motor, et ſic perficit per eſſentiam, quia mouet pariter, per potentiam. Et quoniam ipſa non tantum dat eſſe, verum etiam viuere, et ſentire, et intelligere: ideo potentiam habet vegetatiuam, et ſenſitiuam, et intellectiuam: ita quod per potentiam vegetatiuam generat, nutrit, et augmentat. Generat vt quid, nutrit vt quale, augmentat vt quantum. Per ſenſitiuam vero apprehendit ſenſibilia, retinet apprehenſa, componit, et diuidit retenta. Apprehendit quidem per ſenſitiuam exteriorem quinquepartitam, ſecundum correſpondentiam, ad quinque mundi corpora principalia: retinet per memoriam: componit, et diuidit per phantaſiam, quæ eſt prima virtus collatiua. Per intellectiuam autem diſcernit verum, refugit malum, et appetit bonum. Verum quidem diſcernit per rationalem: malum repellit per iraſcibilem: bonum appetit per concupiſcibilem.

Rurſus, quia diſcretio eſt veri cognitio, fuga et appetitus eſt affectio; ideo tota anima diuiditur in cognitiuam, et affectiuam. Amplius, quoniam cognitio veri: eſt duplex, vel veri, vt veri: vel veri, vt boni: et hoc, vel æterni, quod eſt ſupra animam: vel temporalis, quod eſt infra: hinc eſt, quòd potentia cognitiua, vtpote intellectus, et ratio diuiduntur: ita quòd intellectus in ſpeculatiuum, et practicum: ratio in ſuperiorem portionem, et inferiorem: quæ potius nominant diuerſa officia, quàm diuerſas potentias.

Cognitio, & affectio proprietates animæ.

Poſtremo, quoniam appetitus dupliciter poteſt ad aliquid ferri, ſcilicet ſecũdum naturalem inſtinctum, vel ſecundum deliberationem, et arbitrium: hinc eſt quòd potentia affectiua diuiditur in voluntatem naturalem, et voluntatem electiuam, quæ proprie voluntas dicitur. Et quoniam talis electio indifferens eſt ad vtramque partem, ideo eſt a libero arbitrio. Et quoniam hæc indifferentia conſurgit ex deliberatione præambula, et voluntate adiuncta; hinc eſt, quòd liberum arbitrium eſt facultas rationis, et voluntatis: ita quòd ſicut dicit Auguſtinus, omnes prædictas rationales potentias comprehendit. Ait enim: Cum de libero arbitrio loquimur, non de parte animæ loquimur, ſed certe de tota anima. Ex concurſu namque illarum potentiarum rationis ſupra ſeipſam redeuntis, et voluntatis concomitantis, conſurgit integritas libertatis, quæ eſt principium meriti, vel demeriti, ſecundum electionem boni, vel mali.

Potentia affectiua alia naturalis, alia electiua.

Liberum arbitriũ quid.

De productione hominis quantum ad corpus. Cap. X.

Doctrina orthodoxa de conditione corporis humani.

DE corpore autem humano in ſtatu primæ conditionis tenenda ſunt hæc ſecundum doctrinam fidei orthodoxæ: videlicet quòd corpus primi hominis ſic conditum fuit, et de limo terræ formatum, vt tamen eſſet animæ ſubiectum, et ſuo modo proportionabile, proportionabile, inquam, quantum ad complexionem æqualem: quantum ad organizationem pulcherrimam, et multiformem: et quantum ad ſtaturæ rectitudinem. Subiectum autem, vt eſſet obtempe-

A. rans, ſine rebellione: eſſet etiam propagans, et propagabile, ſine libidine: eſſet vegetabile, ſine defectione: eſſet et immutabile, ad omnimodam incorruptionem, non interueniente morte: et ſecundum hoc datus eſt ſibi locus paradiſi terreſtris in habitationem tranquillam. Formata eſt mulier de latere viri, in conſortium, et adiutorium ad propagationem immaculatam: datum eſt lignum vitæ ad vegetationem continuam: et tandem ad immutationem perfectam per immortalitatem perpetuam.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium ſit in producendo

B potentiſſimum, ſapientiſſimum, et optimum, et in omnibus effectibus ſuis hoc aliquo modo manifeſtet, potiſſime debuit hoc manifeſtare in vltimo effectu, et nobiliſſimo: cuiuſmodi eſt homo, quem inter ceteras creaturas produxit vltimo, vt in hoc potiſſime appareret, et reluceret diuinorum operum conſummatio. Vt igitur in homine manifeſtaretur Dei potentia; ideo fecit eum ex naturis maxime diſtantibus, coniunctis in vnam perſonam, et naturam: cuiuſmodi ſunt corpus et anima, quarum vnum, ſcilicet corpus eſt ſubſtantia corporea: alterum vero, ſcilicet anima ſubſtantia ſpiritualis et incorporea, quæ diſtant maxi-

Hominis dignitas.

C me in genere ſubſtantiæ. Vt vero ibidem manifeſtaretur Dei ſapientia, fecit tale corpus, quod proportionem ſuo modo haberet ad animam. Quoniam ergo corpus vnitur animæ, vt perficienti, et mouenti, et ad beatitudinem ſurſum tendenti, ideo vt conformaretur animæ viuificanti, habuit complexionem æqualem, non a pondere, vel mole, ſed ab æqualitate naturalis iuſtitiæ, quæ diſponit ad nobiliſſimum modum vitæ. Vt autem conformaretur mouenti per multiformitatem potentiarum, habuit multiformitatem organorum, cum ſumma venuſtate, et artificioſitate, et ductibilitate: ſicut patet in facie, et in manu,

D quæ eſt organum organorum. Vt autem conformaretur animæ ſurſum tendenti ad cælum, habuit rectitudinem ſtaturæ, et ſurſum erectum caput: vt ſic corporalis rectitudo atteſtaretur rectitudini mentali. Poſtremo, vt in homine manifeſtaretur Dei bonitas, et beneuolentia; ideo fecit hominem abſque omni macula, et culpa, et abſque omni pœna, ſiue miſeria. Cum enim primum principium ſimul ſit optimum, et iuſtiſſimum: quia optimum non debuit facere hominem, niſi bonum, ac per hoc innocentem, et rectum: quia vero iuſtiſſimum, non debuit infligere pœnam ei, qui nullum omnino habebat peccatum: ac per

E hoc illi animæ rationali tale corpus conſtituit, quod ſibi eſſet ita obtemperans, vt nulla eſſet in eo pugna rebellionis, nulla pronitas libidinis, nulla imminutio vigoris, nulla corruptio mortis. Ita etiam eſſet animæ conforme, vt ſicut anima erat innocens, et tamen poterat cadere in culpam, ſic corpus eſſet impaſſibile, et tamen poſſet cadere in pœnam: et ideo poterat non mori, et poterat mori: poterat habere ſufficientiam, et poterat habere indigentiam: poterat obtemperare, et poterat habere rebellionem et pugnam. Et propterea in ſtatu illo corpus erat tale, vt ab eo fieret deciſio ſeminalis ad propagationem prolis, per adminiculum ſexus muliebris, pariter et comprincipiantis.

Corpus hominis quale in ſtatu innocẽtiæ eſſet.

F Fieret etiam humoris nutrimentalis conſumptio, per actionem caloris. Fieret nihilominus reſtauratio per alimentum lignorum paradiſi, reſtaurato ſeu præſeruato per lignum vitæ humido radicali: quod quidem lignum hanc virtutem habuit, ob quam, vt dicit Auguſtinus, fuit non ſolum in cibum, verum etiam in ſacramentum. Incorruptio igitur et immortalitas corporis Adæ principaliter veniebat ab anima, ſicut a continente, et influente: a corporis bona, et æquali complexione, ſicut a diſponente, et ſuſcipiente: a ligno autem vitæ, ſicut a vegetante, et adminiculante: a regimine vero diuinæ prouidentiæ, ſicut interius conſeruante, et exterius protegente.

Aug. lib. 8. de Gen. ad lite. c. 4. et 5. tom. 3.

De pro-

De productione hominis, quantum ad totum coniunctum. Cap. XI.

De homine in paradiſo collocato quid ſentiẽdum.

DE toto autem homine in paradiſo collocato, hæc tenenda ſunt, videlicet, quòd datus eſt ei duplex, ſenſus, ſcilicet interior, et exterior: ſcilicet mentis, et carnis. Datus eſt ei duplex motus, ſcilicet imperatiuus in voluntate, et executiuus in corpore. Datum eſt ei duplex bonum, vnum viſibile, et alterũ inuiſibile. Datum eſt ei duplex præceptum, ſcilicet naturæ, et diſciplinæ. Præceptum naturæ: Creſcite et multiplicamini. Præceptum diſciplinæ: De ligno ſcientiæ boni et mali ne comedas. Iuxta quæ datum eſt ſibi quadruplex (B) adiutorium, ſcilicet ſcientiæ, conſcientiæ, ſynderesis, et gratiæ, ex quibus ſufficienter habuit, vt poſſet ſtare in bono, et proficere: et a malo cauere, et declinare.

Gen. 1. d
Gen. 2. c

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia primum principium fecit mundum iſtum ſenſibilem, ad declarandum ſeipſum, videlicet vt homo per illum, tamquam per ſpeculum, et veſtigium, reduceretur in Deum artificem, amandum, et laudandum. Et ſecundum hoc duplex eſt liber, vnus, ſcilicet ſcriptus intus, qui eſt Dei æterna ars, et ſapientia: et alius ſcriptus foris, ſcilicet mundus ſenſibilis. (C) Cum igitur eſſet vna creatura, quæ ſenſum habebat intus ad cognitionem libri interioris, vt Angelus; et alia, quæ totum ſenſum habebat foris, vt quodlibet animal brutum: ad perfectionem vniuerſitatis debuit fieri creatura, quæ hoc ſenſu duplici eſſet prædita, ad cognitionem libri ſcripti intus, et foris, id eſt ſapientiæ, et ſui operis. Et quia in Chriſto ſimul concurrit æterna ſapientia, et eius opus in vna perſona: ideo dicitur liber ſcriptus intus et foris, ad reparationem generis humani. Et quia cuilibet ſenſui correſpondet motus, ideo duplex eſt homini datus motus: vnus ſecundum inſtinctum rationis in mente, alius ſecundum inſtinctum ſenſualitatis in carne. (D) Primi eſt imperare, ſecundi vero eſt obtemperare ſecundum rectum ordinem: quando autem fit e conuerſo, tunc rectitudo et regimen animæ, pręcipitatur de ſtatu ſuo. Et quia cuilibet motui et ſenſui reſpondet appetitus ad aliquod bonum: ideo duplex bonum præparatum eſt homini, vnum ſcilicet viſibile, et alterum inuiſibile: vnum temporale, et aliud æternum: vnum carni, et alterum ſpiritui. Ex his autem bonis Deus vnum dedit, alterum promiſit: vt vnum gratis poſſideretur, alterum vero per meritum acquireretur. Et quia fruſtra bonum datur, niſi cuſtodiatur: fruſtra promittitur niſi ad ipſum perueniatur: (E) ideo duplex fuit præceptum homini datum, ſcilicet vnum naturæ ad cuſtodiẽdum bonum datum: aliud diſciplinæ ad promerendum bonum promiſſum, quod nullo modo poterat mereri melius, quam per meram obedientiam. Obedientia autem mera eſt, quando præceptum ex ſe ſolo obligat, non ex aliqua cauſa alia, et tale dicitur præceptum diſciplinæ, quia per ipſum diſcitur quanta ſit virtus obedientiæ, quæ ſuo merito ducit ad cælum, ſuo autem demerito præcipitat in infernum. Non ergo datum eſt illud mandatum homini propter indigentiam aliquam, quam Deus haberet de humano obſequio; (F) ſed ad dandam viam merendi coronam, per meram, et voluntariam obedientiam.

Ezec. 2. d
Apoc. 5. a

Chriſtus, liber intus et foris, ſcriptus.

Obedientia mera.

Et quoniam homo ratione naturæ defectiuæ ex nihilo formatæ, nec per gloriam confirmatæ, poterat cadere; benigniſſimus Deus quadruplex contulit ei adiutorium, ſcilicet duplex naturæ, et duplex gratiæ. Duplicem enim indidit rectitudinem ipſi naturæ, videlicet vnam ad recte iudicandum, et hæc eſt rectitudo conſcientiæ: aliam ad recte volendum, et hæc eſt rectitudo ſynderesis, cuius eſt remurmurare contra malum, et ſtimulare ad bonum. Duplicem etiam ſuperaddidit perfectionem gratiæ, vnam gratiæ gratis datæ, quæ fuit ſcientia illuminans intellectum ad cognoſcendum ſeipſum, et Deum ſuum, et mundum (A) iſtũ, qui factus fuerat propter ipſum: aliam vero gratiæ gratum facientis, quæ fuit charitas habilitans affectum ad diligẽdum Deum ſuper omnia, et proximum ſicut ſeipſum. Et ſic ante lapſum homo perfecta habuit naturalia, ſuperueſtita nihilominus gratia diuina. Ex quo manifeſte colligitur, quòd ſi cecidit, non aliunde fuit, niſi ex ſua culpa, quia obedire contempſit.

Quadruplex adiutorium a Deo homini datum.

Synderesis officium.

De completione, et ordinatione totius mundi conſummati. Cap. XII.

Mundi creatura comparatur libro.

EX prædictis colligi poteſt, quòd creatura mundi, eſt quaſi quidam liber, (B) in quo relucet, repræſentatur, et legitur Trinitas fabricatrix ſecundum triplicem gradum expreſſionis, ſcilicet per modum veſtigij, imaginis, et ſimilitudinis. Ita quòd ratio veſtigij reperitur in creaturis omnibus, ratio imaginis ſolum in intellectualibus ſiue ſpiritibus rationalibus, et ratio ſimilitudinis in ſolis deiformibus: ex quibus, quaſi per quoſdam ſcalares gradus, natus eſt intellectus humanus gradatim aſcendere in ſummum principium, quod eſt Deus.

Creaturæ ad creatorẽ tripliciter poſſunt cõparari.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum omnes creaturæ reſpectum habeant, et (C) dependentiam ad ſuum creatorem, tripliciter poſſunt comparari ad ipſum, ſcilicet aut ſicut ad principium creatiuum, aut ſicut ad obiectum motiuum, aut ſicut ad donum inhabitatiuum. Primo modo comparatur ad ipſum omnis eius effectus, ſecundo modo omnis intellectus, tertio modo omnis ſpiritus iuſtus, et Deo acceptus. Omnis enim effectus quantumcumque parum habens de eſſe, habet Deum ſicut principium. Omnis intellectus quantumcumque parum habens de lumine, natus eſt per cognitionem, et amorem Deum capere. Omnis ſpiritus iuſtus, et ſanctus, habet donum Spiritus ſancti infuſum ſibi. Et quoniam (D) creatura habere non poteſt Deum ſicut principium, quin configuretur ei ſecundum vnitatem, veritatem, et bonitatem: nec Deum ſicut obiectum, quin eum capiat per memoriam, intelligentiam, et voluntatem: nec Deum ſicut donum infuſum, quin configuretur ei per fidem, ſpem, & charitatem, ſiue per triplicem dotem: et prima conformitas eſt longinqua, ſecunda propinqua, tertia proxima: hinc eſt, quòd prima dicitur veſtigium Trinitatis, ſecunda imago, tertia ſimilitudo. Eſt igitur ſpiritus rationalis medius inter primam, et vltimam: ita quòd primam habet inferius, ſecundam interius, tertiam ſuperius. (E) Et ideo in ſtatu innocentiæ cum imago non erat vitiata, ſed deiformis per gratiam effecta, ſufficiebat liber creaturæ, in quo ſeipſum exerceret homo ad contuendum lumen diuinæ ſapientiæ: vt ſic ſapiens eſſet, cum vniuerſas res videret in ſe, videret in proprio genere, videret in arte: ſecundum quòd tripliciter habet eſſe res, ſcilicet in materia, vel in natura propria, in intelligentia creata, et in arte æterna. Secundum quæ tria dicit ſcriptura: Dixit Deus, Fiat, fecit, & factum eſt ita. Propter quam etiam triplicem viſionem accepit homo triplicem oculum, ſicut dicit, Hugo de ſancto Victore, ſcilicet carnis, rationis, et contemplationis. (F) Carnis, quo videret mundũ, et ea quæ ſunt in mundo: oculum rationis, quo videret animum, et ea quæ ſunt in animo: oculũ contemplationis, quo videret Deum, & ea quæ ſunt in Deo. Et ſic oculo carnis videret homo ea, quæ ſunt extra ſe: oculo rationis ea, quæ ſunt intra ſe: oculo contemplationis ea, quæ ſunt ſupra ſe. Qui quidẽ oculus contẽplationis actum ſuũ non habet perfectũ, niſi per gloriam, quam amiſit per culpam: recuperat autẽ per gratiam, et fidem, et ſcripturarũ intelligentiã, quibus mens humana purgatur, illuminatur, et perficitur ad cæleſtia contemplanda: ad quæ lapſus homo peruenire nõ poteſt, niſi prius defectus, et tenebras proprias recognoſcat, quod non facit, niſi ruinam humanæ naturæ diligenter conſideret, et attendat.

Gen. 1. a

Triplex hominis oculus.

SANCTI

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Breuiloquij

TERTIA PARS, IN QVA DE CORRVPTELA PECCATI AGITVR.

De origine mali in communi. Cap. I.

A PRÆDETERMINATIS igitur breuiter aliquibus de Trinitate Dei, et creatura mundi: reſtat nunc aliqua breuiter tangere de corruptela peccati. De quatenendum eſt in ſumma, quòd peccatum nõ eſt eſſentia aliqua, ſed defectus et corruptela, qua ſcilicet corrumpitur modus, ſpecies, et ordo in voluntate creata: ac per hoc peccati corruptio eſt contraria ipſi bono, non tamen habet eſſe niſi in bono, nec ortum trahit niſi a bono. Quod quidem bonum eſt liberum arbitrium voluntatis: et ipſum nec eſt ſumme malum, cum poſſit velle bonum; nec ſumme bonum, cum poſſit declinare in malum.

Aug. lib. de nat. bo. con. Manich. c. 4. to. 6.

B Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia primum principium cum ſit ens a ſeipſo, non ab alio, neceſſe eſt, quod ſit ens propter ſeipſum, ac per hoc ſumme bonum, nullum prorſus habens defectum. Non eſt igitur aliquid, nec eſſe poteſt, quod ſit primum, et ſumme malum: quia principium primum dicit ſummum complementum, et ſumme malum dicit defectum permaximum. Quoniam ergo primum principium, vt ſumme ens, et completum, nec in eſſendo, nec in operando deficere poteſt, nec ſumme malum eſt, nec aliquod malum eſt, nec aliquo modo malum principiare poteſt: quia tamen omnipotens eſt, poteſt bonum de non eſſe in eſſe deducere, etiam ſine adminiculo alicuius materiæ. Quod et fecit, cum creaturam finxit, cui dedit eſſe, viuere, intelligere, et velle. C Quæ quidem quia a ſummo bono fuit ſecundum triplicis cauſæ habitudinem; oportuit, quòd haberet in ſua ſubſtantia et voluntate modum, ſpeciem, et ordinem. Nata ergo fuit agere opera ſua a Deo, ſecundum Deum, et propter Deum: et hoc ſecundum modum, ſpeciem, et ordinem ſibi inſitũ. Sed quia de nihilo fuit et defectiua, potuit deficere ab agendo propter Deum, vt ſcilicet aliquid faceret propter ſe, non propter Deum: ac per hoc nec a Deo, nec ſecundum Deum, nec propter Deum; et hoc eſt peccatum, quod eſt modi, ſpeciei, et ordinis corruptiuum. Quod quia defectus eſt, non habet cauſam efficientem, ſed deficientem, videlicet defectum voluntatis creatæ. D Quia vero corruptio eſt, et non niſi boni, et omnis corruptio in re corruptibili eſt; ideo non niſi in bono eſt: ac per hoc, cum voluntas libera corrumpat in ſeipſa modum, ſpeciem, et ordinem, deficiendo a vero bono, peccatum omne, inquantum huiuſmodi, eſt a voluntate, ſicut a prima origine: et eſt in voluntate ſicut in proprio ſubiecto: quod quidem facit voluntas, quando ſua defectibilitate, mutabilitate, et vertibilitate, ſpreto bono indeficiente et incommutabili, inhæret bono commutabili. Ex quibus colligitur, quòd peccatum non eſt appetitio malarum rerum, ſed deſertio meliorum: et ideo in appetitu voluntatis eſt modi, ſpeciei, et ordinis corruptiuum, ac per hoc *adeo voluntarium, quòd ſi non eſt voluntarium, iam non eſt peccatum. His autem præintellectis, manifeſte cadit impietas Manichæorum, ponentium A ſummum malum omnium malorum principium primum. Apparet etiam, quæ ſit mali origo, et quid mali ſubiectum.

Peccati origo, et ſubiectum.

** Aug. de vera Relig. c. 13. to. 1.*

Aug. lib. 2. de morib. Manich. c. 2. et ſeq. to. 1.

De primorum parentum tentatione. Cap. II.

AD intelligendum autem qualiter corruptela peccati intrauit in mundum, conſiderare oportet lapſum primi parentis, traductionem culpæ originalis, et ortum ſiue radicem peccati actualis. Circa lapſum igitur primi parentis hæc tria nobis occurrunt conſideranda, ſcilicet tentatio diabolica, culpa commiſſa, et pœna inflicta. Hæc igitur de tentatione ſunt tenenda, videlicet, quòd cum Deus hominem condidiſſet in felicitate paradiſi in ſexu duplici, ſcilicet virili, et B muliebri; diabolus inuidens homini, aſſumpta ſpecie ſerpentina, aggreſſus eſt mulierem, primo quærendo: Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis? ſecundo aſſerendo, dicens: Nequaquam moriemini: tertio promittendo: Eritis ſicut dij, ſcientes bonum et malum: volens iſta tentatione deijcere mulierem infirmiorem, et per illam poſtea proſternere ſexum virilem: quod et fecit, Domino permittente.

Doctrina de tentatione primorum parentum.

Gen. 3. a

Ibidem.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia ſicut primum principium eſt potentiſſimum in operando, ſiue in producendo, ſic etiam eſt rectiſſimum in gubernando: et ideo ſic res, quas condidit, adminiſtrat, vt eas agere proprios motus ſinat. Quoniam igitur homo ſic factus erat, vt per victoriam pugnæ perueniret ad præmium quietis æternę, licet Deus ſci- C ret hominem tentationi ſuccumbere, debuit tamen hominem permittere tentari ab eo, qui ſciret, poſſet, et vellet. Quoniã ergo diabolus, qui prius erat ſciens, et rectus, per ſuperbiam cadendo, factus eſt verſutus, et inuidus; ideo per inuidiam tentare volebat, et per aſtutiam ſciebat: et ideo tentauit iuxta quod potuit, et Deus permiſit. Quòd igitur in tentando ſpeciẽ ſerpentinam aſſumpſit, hoc diſpenſationis diuinæ fuit, vt non ſolum deprehendi eius verſutia poſſet, verum etiam, vt ex illa effigie verſutia diabolica in tentando cunctis filijs Adæ innoteſcere poſſet. Rurſus quia tentauit de præcepto diſciplinæ, hoc ſimiliter fuit diſpenſationis diuinæ, vt ſiue vinceretur, ſiue vinceret, cun- D ctis innoteſceret meritum obediẽtiæ, ſiue demeritum inobedientiæ. Quod autem incœpit a muliere, hoc fuit verſutiæ ſuæ, quia facilius eſt deijcere minus fortem. Vnde et verſutia hoſtis ex infirmiori parte aggreditur ciuitatem. Similiter modus, quo in tentatione proceſſit, maximæ verſutiæ fuit, quia experiendo, impellendo, et alliciendo proceſſit. Experientiam enim ſumpſit in interrogatione, impulit in aſſecuratione, allexit autem in promiſſione. Primo enim interrogauit de cauſa mandati, vt rationem duceret in dubium. Secũdo autem dubitatione habita: Ne forte moriamur, aſſecurauit, vt iraſcibilem duceret in contemptum. Tertio promiſit, vt concupiſcibilem duceret in appetitum: et ſic his tribus modis libertatem arbitrij trahetet-

Diabolus cur mulierẽ prius tentauit.

Gen. 3. a

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

heret ad conſenſum, quæ facultas eſt rationis et volũtatis, complectens nihilominus tres prædictas vires, ſcilicet rationalem, iraſcibilem, et cõcupiſcibilem: reſpectu quarum diabolus allexit mulierem per triplex appetibile, ſcilicet per ſcientiam, quæ eſt appetibilis rationali: per excellentiam ad modum Dei, quæ eſt appetibilis iraſcibili: per ſuauitatem ligni, quæ eſt appetibilis, concupiſcibili et ſic tentauit omne, quod erat in muliere tentabile, per omne illud, quod poterat in tentationem induci, quod eſt triplex appetibile mundi, ſcilicet ſecundum concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, et ſuperbiam vitæ: ſecundum quæ tria, attenditur omnis tentationis origo, ſiue a mundo, ſiue a carne, ſiue a diabolo.

Gen. 3. *1. Io. 2. c*

De primorum parentum tranſgreſſione. Cap. III.

DE culpa vero primorum parentum ſunt hæc tenẽda, ſcilicet quòd mulier aſſentiens tentationi diabolicæ, appetijt ſcientiam, et excellentiam ad modum Dei. Appetijt nihilominus experiri ſuauitatem ligni vetiti, et tandem incidit in tranſgreſſionem mandati. Nec his contenta, offerẽdo fructum ligni vetiti, induxit virum, qui nolens ſuas delicias contriſtare, mulierem non corripuit, ſed potius conſenſum præbuit male ſuadenti, et oblatum pomum guſtando, effectus eſt tranſgreſſor diuini præcepti.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum a primo principio, vt prædictum fuit, datus eſſet homini duplex ſenſus et appetitus reſpectu duplicis libri, et reſpectu duplicis boni, vt ſecundum libertatem arbitrij, homo poſſet ad vtrumque conuerti; mulier audita ſuggeſtione ſerpentis exteriori, non recurrit ad librum interiorem, qui legibilem ſe præbet recto iudicio rationis: ſed potius ſenſum ſuum circa exteriorem librum tenuit, et circa exterius bonum negotiari cœpit. Et quia ſenſus eius non acceſſit vſque ad verum infallibile, appetitus eius conuerti cœpit ad bonum commutabile. Appetijt igitur, quod diabolus promiſit, et ideo conſenſit, vt faceret, quod ſuggeſſit. Appetendo igitur excellentem ſcientiam, erecta eſt in ſuperbiam: erecta in ſuperbiam, hoc ipſo illecta eſt ad gulam: ac per hoc tertio proſtrata eſt per inobedientiam. Primum fuit in mente: ſecundum in ſenſualitate: tertium in opere. Et ſicut tentatio ab inferiori incipiens, peruenit vſque ad ſummum; quia ab auditu per appetitum peruenit ad conſenſum: ſic econuerſo, deordinatio a ſuperiori incipiens, peruenit vſque ad imum, et fecit vnum peccatum conſummatum, quod in humana natura eſt omnis peccati initium et origo malorum. Nam mulier allecta illexit virum, qui ſimiliter ad librum exteriorem conuerſus, et ad bonum commutabile, nimis appretiando mulieris conſortium, et ſuæ ſocietatis ſolatium, nec mulierem voluit corripere, nec proprias delicias contriſtare. Et quoniam debuit eam corripere, et non corripuit, idcirco imputatur ei peccatum mulieris. Quia vero noluit ſuas delicias cõtriſtare a ſe repellẽdo mulierem, incœpit nimium diligere ſeipſum, ac per hoc recedens a diuina amicitia, incidit in gulam, et inobedientiam. Fuit ergo tranſgreſsio præcepti vtrique communis, licet ex alia, et alia cauſa: quia non vir, ſed mulier fuit ſeducta: in vtroque tamen, ſcilicet viro, et muliere fuit deordinatio a ſummo vſque ad imum: quia primo in mente fuit ſiue in ratione, deinde in ſenſualitate, et poſtremo in opere. Ideo enim vterque proſtratus fuit per inobedientiam, et illectus per gulam, quia vterque erectus fuit in ſuperbiam. Mulier quidem appetendo, et ambiendo quod nondum acceperat, vir autem nimis amando, et appretiando, quod iam habebat: vnde mulier manducando, credidit ſublimari; Adam vero exiſtimans ſe aliquid magnum, et Deo charum, minus grauiter credidit ſe puniendũ. Nondum enim expertus fuerat rigorẽ diuinæ iuſtitiæ,

Origo primi peccati.

A et ſeueritatis. Et ſic vterque dum inordinate erexit ſe ſupra ſe, cecidit miſerabiliter infra ſe, a ſtatu ſcilicet innocentiæ et gratiæ, ad ſtatum culpæ et miſeriæ.

De primorum parentum punitione. Cap. IIII.

DE pœna vero primorum parentum hoc eſt tenendum, videlicet quòd vir, et mulier ſtatim poſt culpam ſenſerunt pœnam rebellionis, et erubeſcentiæ, in carne; et ideo ad cooperiendum verenda, fecerunt ſibi perizomata. Poſtea vero diuino iudicio, vir incurrit pœnam laboris et anguſtiæ: pœnam famis B et indigentiæ: pœnam mortis et reſolutionis in cinerem. Iuxta quod dicitur in ſcriptura: Maledicta terra in opere tuo, et cetera. Mulieri vero duplicata eſt pœna: quia inflicta eſt ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna quoque ſubiectionis ad virum in conuictu: ac per hoc, ſecundum quòd apparet, ſatis grauiter punitum fuit peccatum illud, ſcilicet ligni vetiti eſus, licet fuerit faciliter perpetratum.

Gen. 3. b *Ibidem c*

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium ſit prouidentiſſimum in gubernando, et rectiſſimum in præſidendo, C nihil prorſus inordinatũ dimittit in vniuerſo: et quia culpa recte ordinatur in pœna (conuenientius enim iniuſtus dolet in ſupplicio, quàm lætatus eſt in delicto, quoniam melius eſt dolere damnũ ſalutis, quàm lætari in damno æquitatis) ideo ſtatim in primis parentibus dedecus peccati ſubſecutum eſt decus iudicij, vt quod inordinatum fuit cadendo ab ordine naturæ, caderet ſtatim in ordinem iuſtitiæ. Hic enim duplex ordo ſic cuncta complectitur, vt quod ab vno ceciderit, ſtatim in alteram differentiam relabatur. Quoniam ergo vterque parens ſuperbiendo in mente, et guſtando in carne, inobediens fuit ſuo ſuperiori, D iuſto Dei iudicio factum eſt, vt ſibi fieret inobediens ſuum inferius: et maxime, quantum ad partes illas, ſecundum quas eſt coniunctio vtriuſque ſexus, quæ ſunt membra virtuti generatiuæ deſeruientia. Et quia hoc inerat eis nõ ex natura, ſed ex propria culpa: ideo erubeſcebant, et cooperiebant ſe. Rurſus quia vir ſpreto ſummo delectabili, quæſiuit in carne delectari; ideo iuſto Dei iudicio, inflictus eſt ei labor, et defectus famis et ſitis. Poſtremo quia propter bonum carnis, ſeparari elegit a bono mentis; ideo iuſto Dei iudicio, anima inuita ſeparatur a carne per mortem, et incinerationem; ac per hoc ſicut Deus dederat hoE mini, ſecundum ordinem naturæ, corpus ſubiectum animæ, propagabile ſine libidine, vegetabile ſine defectione, immutabile ſine morte interueniente; ſic homine peccante, ſecundum ordinem iuſtitiæ factum eſt, vt ſubtraheret cetera prædicta, et infligeret oppoſita: vt ſic culpa non remaneret impunita, et inordinata, quod nequaquam pati debet diuina prouidentia. Et quoniam peccatum a muliere exordium ſumpſit; ideo pœna eius debuit duplicari. Quia igitur in mente ſuperbiens fuit, ſubiectionem incurrit: quia lignum ad veſcendum ſuaue vidit, et appetijt, dolorem incurrit: poſtremo, quia fregit iugum obedienF tiæ, incurrit vinculum, et pondus multiplicis ærumnæ. Et ſic patet quanto ordine diuinæ prouidentiæ, inflictæ ſunt viro pœnæ multiplices, et duplicatæ in muliere, vt ſic dedecus peccati non remaneret, ſeu eſſet ſine decore iuſtitiæ. Tanta eſt enim beatitudo iuſtitiæ, vt nemo ab ea niſi ad miſeriam poſſit abſcedere.

Ordo diuinæ iuſtitiæ in pœna inflicta primis parentibus pro peccato

De originalis peccati corruptione. Cap. V.

POſt lapſum primi parentis, dicenda ſunt aliqua de corruptione peccati originalis. Circa quod primo conſiderandus eſt modus corruptionis, ſecundo modus traductionis, tertio modus curationis. Modus autem, quo genus humanum per originale peccatum corrum-

Modus quo genus humanum per peccatũ originale corrumpitur.

corrumpitur hic eſt. Nam quilibet per concubitum generatus, naſcitur natura filius iræ, quia priuatus rectitudine originalis inſtitiæ: propter cuius abſentiam incurrimus, quantum ad animam, quadruplicem pœnam, ſcilicet infirmitatem, ignorantiam, malitiam, et concupiſcentiam: quæ quattuor inflicta ſunt propter originale peccatum. Quas ſane pœnas ſpirituales, comitatur in corpore multiplex pœnalitas, multiplex defectus, multiplex labor, multiplex morbus, et multiplex dolor. Ad has quoque pœnas, ſubſequitur pœna mortis, et incinerationis: pœna carentiæ viſionis Dei, et amiſſionis gloriæ cæleſtis, non ſolum in adultis verum etiam in paruulis non baptizatis; qui quidem paruuli pœna mitiſſima inter ceteros puniuntur, quia ſolam pœnam damni habent, ſine pœna ſenſus.

Pœnæ originale peccatum ſubſecutæ.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt; quia cum primum principium omnia agat a ſe, et ſecundum ſe, et propter ſe; neceſſe eſt eſſe optimum, et rectiſſimum, ac per hoc piiſſimum, et iuſtiſſimum: et inde eſt, quòd vniuerſæ viæ eius miſericordia, et veritas, ſiue iudicium. Si enim Deus a principio hominem in tantis miſerijs condidiſſet, nec pietas eſſet, nec iuſtitia, quòd tanta opus ſuum opprimeret miſeria, nulla præcedente culpa. Similiter ſi tantis miſerijs nos repleret, vel repleri permitteret ſine culpa, nec pie, nec iuſte gubernaret nos diuina prouidentia. Si ergo certiſſimum eſt primum principium, et in producendo, et in prouidendo, rectiſſimum, et clementiſſimum eſſe: neceſſe eſt, quòd genus humanum taliter fecerit, vt a principio nulla eſſet in eo culpa, nec miſeria. Neceſſe eſt etiam, quòd taliter adminiſtret, vt non permittat in nobis eſſe miſeriam, niſi propter aliquam culpam præambulam. Quoniam igitur certiſſimum eſt, quòd a noſtra origine multiplicem contrahimus miſeriam pœnæ, certum eſt, quòd omnes naſcimur natura filij iræ, ac per hoc priuati rectitudine originalis iuſtitię, quam priuationem vocamus originalem culpam.

Pſal. 24. b

Ephes. 2. a

Et quia omnis culpa dicit receſſum a bono incommutabili, et acceſſum ad bonum commutabile: et recedere a bono incommutabili eſt recedere a ſumma virtute, veritate, et bonitate; accedere autem ad bonum commutabile, eſt plus debito in illud per amorem tendere: hinc eſt, quòd perdens originalem iuſtitiam, incurrit infirmitatem, ignorantiam, malitiã, et concupiſcentiam. Rurſus, quia deſerens bonum incommutabile, propter bonum commutabile, efficitur indignus vtroque, hinc eſt, quòd ratione carentiæ originalis iuſtitiæ perdit anima quietem temporalem in corpore, per multiplicem corruptionem, et mortem, et tandem ſeparatur a viſione lucis æternæ, amittendo felicitatem gloriæ, tam in anima, quàm in corpore.

Culpa omnis dicit acceſsũ ad bonum cõmutabile, et receſsũ ab incõmutabili.

Poſtremo, quia carentia huius iuſtitiæ in naſcentibus, non eſt per motum voluntatis propriæ, nec per actualem delectationem; hinc eſt quòd originali peccato poſt hanc vitam, non debetur pœna ſenſus in gehenna, pro eo quòd non ſupra condignum, ſed citra punit diuina iuſtitia, quam ſemper comitatur ſuperabundans miſericordia. Hoc credendum eſt ſentiſſe beatum Auguſtinum, licet verba ipſius, exterius propter deteſtationem erroris Pelagianorum, qui aliqualem felicitatem eis concedebant, aliud ſentire videantur, vt enim eos reduceret ad medium, abundantius declinauit ad extremum.

Originale peccatũ cur poſt hanc vitam non puniatur pęna ſenſus.

Aug. lib. de fide ad Pet. cap. 3. circa med. et ca. 27. in prin. to. 3. et de ver. Apoſt. ſerm. 14. to. 10.

De originalis peccati transfuſione. Cap. VI.

MOdus autem traductionis culpæ originalis videtur eſſe talis: quia licet anima non ſit ex traduce, originalis tamen culpa ab anima Adæ tranſit ad animas poſterorum mediante carne per concupiſcentiam generata: ita quòd ſicut ab anima peccante infecta fuit caro Adæ, et prona effecta ad libidinem, ſic caro per

A libidinem ſeminata, et ſecum trahens infectionem vitioſam, inficit, et vitiat animam; quæ quidem infectio vitioſa, in anima non tantum eſt pœna, ſed etiam culpa. Et ſic perſona corrumpit naturam, et natura corrupta corrumpit perſonam, ſalua in omnibus diuina iuſtitia, cui nullo modo poteſt imputari infectio animæ, licet eam creando infundat, et infundendo vniat cum carne infecta.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium fecerit hominem ad imaginem ſuam propter ſuiipſius expreſſionem: ſic eum condidit ex parte corporis, vt omnes homines

B propagarentur a primo homine tamquam ab vno radicali principio: ſic ex parte animæ, vt propter expreſſam ſimilitudinem tam in eſſendo, et durando, quàm intelligendo, et amando, immediate emanarent omnes ſpiritus rationales ab ipſo Deo, tamquam a primo principio, et immediato. Et quoniam ſpiritus tamquã excellentior, magis accedit ad primum principium, ſic condidit Deus hominem, vt ſpiritus præeſſet corpori, et corpus ſubeſſet ſpiritui creato, quamdiu ille ſubeſſet ſpiritui increato: et econtra ſi ſpiritus non obediret Deo, iuſto Dei iudicio, corpus ſuum inciperet ſibi rebellare. Quod et factum eſt, cum Adam peccauit. Si-

C cut igitur ſi Adam ſtetiſſet in obedientia Dei, corpus ſuum ſpiritui obediens eſſet, et tale ad poſteros tranſmitteret, et Deus illi animam infunderet; ita quòd vnita corpori immortali, et ſibi obedienti, haberet ordinem iuſtitiæ, et immunitatem omnis pœnæ: ſic ex quo Adam peccauit, et caro facta eſt rebellis ſpiritui, oportet quod talem ad poſteros tranſmittat, et quòd Deus ſecundum inſtitutionem primariam animam infundat: anima vero cum vnitur carni rebelli, incurrit defectum ordinis naturalis iuſtitiæ, quo debebat omnibus inferioribus imperare. Et quia anima carni vnita eſt, oportet, quòd ipſam trahat, et trahatur ab ip-

D ſa: et quia ipſam non poteſt trahere tamquam rebellem, neceſſe eſt, vt ab ipſa trahatur, et incurrat morbum concupiſcentiæ: et ſic incurrit ſimul, carentiam debitæ iuſtitiæ, et morbum concupiſcentiæ. Ex quibus duobus tamquam ex auerſione, et conuerſione, dicitur integrari ſecundum Auguſtinum, et Anſelmũ peccatum originale. Quoniam igitur ordinatiſſimum fuit, quòd natura humana ita conderetur, et quòd condita ſic propagaretur, et quòd peccans ita puniretur, ſicut prædictum eſt prius, ita quòd in conditione ſeruatur ordo ſapientiæ: in propagatione, ordo naturæ: in punitione, ordo iuſtitiæ: patet quòd non eſt

Originale peccatũ ex carentia iuſtitiæ, et morbo concupiſcentiæ integratur

E contra diuinam iuſtitiam, ſi ad poſteros tranſmittitur culpa. Rurſus quia culpa originalis peccati in animam transfundi non poſſet, niſi pœna rebellionis in carne præcederet; et pœna non eſſet, niſi culpa præceſſiſſet; nec culpa præceſſit a voluntate ordinata, ſed inordinata, ac per hoc non a voluntate, diuina, ſed a voluntate humana: patet, quòd originalis culpæ tranſfuſio eſt a peccato primi hominis, non a Deo, non a natura condita, ſed a vitio perpetrato. Et ſic verum eſt, quod dicit Auguſtinus, quod peccatum originale, non tranſmittit ad poſteros propagatio, ſed libido.

Aug. lib. de fide ad Pet. c. 2. paululum a med. to. 3.

F

De originalis peccati curatione. Cap. VII.

POſtremo diligenter attende, quòd modus curationis culpæ originalis eſt iſte, ſcilicet, quòd ſic curatur culpa originalis, quòd remanet pœna temporalis, ſicut patet in paruulis baptizatis. Sic curatur quantum ad reatum pœnæ æternæ, quòd remanet quantum ad actum, et motum concupiſcentiæ. Sic curatur in parente, quòd nihilominus ab eo, qui curatus eſt per baptiſmum, tranſmittitur in prolem originale peccatum. Sic tollitur originalis peccati macula, quòd remanet ſequela, cum qua oportet pugnare, quamdiu viuimus in hac vita: quia in nullo prorſus extinguitur concupiſcentia per gratiam communem, quod dico

propter

propter virginem beatiſſimam Mariam, io qua in conceptione filij Dei extincta fuit per gratiã ſingularẽ.

Raoo autem ad intelligeotiam prædictorum, hæc eſt: qoia ſicut infectio deriuatur in omnes a principio creato, a quo fit propagaoo corporum, et hoc a parte inferiori, ſcilicet carnis; ſic curatio fieri habet a principio increato, a quo fit ioſuſio animarum, et hoc a parte ſuperiori, ſcilicet mentis. Quoniam igitur ex parte mentis diſtinctio eſt in hominibus, ita quòd ſecundom illam vnus oon propagatur ab altero, ſed immediate exit a Deo, gratia curatiua meno noſtræ a Deo infuſa reſpicit vnumquemque, inquantum tenet rationem perſonæ ſingularis, et indiuiduæ, non inquantum tenet rationem productiuæ ſecundum virtutem naturæ.

Culpa orig. inficit perſonam et naturam.

Quoniam igitur originale peccatum eſt morbus inficiens perſonam pariter et naturam, perſonam in voluntate, naturam io carne; ideo ſic curaour macula originalis in mente, quòd remanet infectio, et ſequela in carne.

Baptizatus eũ peccatũ originale tranſmittit.

Et quia homo generat non ſecundum qoòd curatus eſt in mente, ſed ſecundum quòd corrupois in carne, non ſecundom quòd ſpiritualis, ſed ſecundum quòd carnalis; hinc eſt, quòd quamuis ſic baptizatus ſit ab originali mundatus io ſe, tranſmittit tamen in prolem originale. Rurſus, quia reatus pœnæ æternæ reſpicit deformitatem meotis et perſonæ, actus autem ſiue motus reſpicit inclinationem carnis et naturæ; ideo tranſit originale per baptiſmum, quantum ad reatum, et remanet quantum ad actum. Poſtremo quia afflictio temporalis conditionem reſpicit ex parte carnis, cum caro remaneat ſemper ſubiecta cuidam infectioni, remanere debet ſemper ſubiecta pœnalitati: et ideo ſicut pœnalitas, et corruptio per gratiam non auſertur a carne; ſic ſequela illa, ſiue concupiſcẽtia, et languor membrorum, ſimul ſtare poteſt cum gratia curaoua. Et ideo quamuis paulatim minuatur, quia tamen radix non tollitur, oumquam omnino aufertur in viatore, niſi in beata Virgine per gratiam ſiogularem.

Gratia ſingularis B. Virginis.

Quia enim Virgo concepit eum, qui erat expiatio omnis culpæ, ideo data fuit ſibi gratia ſingularis, qua exoncta fuit io ea radicitus omnis concupiſcentia, ad concipiendum Dei filium, abſque omnis peccaõ labe et corruptela.

Anſelm. de cõcep. Virg. et pec. orig. 6, 18.

Nempe decens erat, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium, quem de corde ſuo genitum ſibi æqualẽm, tamquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat, vt naturaliter eſſet vous idemq. communis Dei Patris, et Virginis Filius: et quam ipſe filius ſpecialiter facere ſibi matrem eligebat, et de qua Spiritus ſanctus volebat, et operaturus erat, vt conciperetur, et naſceretur ille, de quo ipſe procedebat.

De origine peccatorum actualium. Cap. VIII.

POſtquam autem dictum eſt de traductione peccati originalis, dicenda ſunt aliqua de origioe peccati actualis. De ortu igitur peccati actualis, hæc tenenda ſunt in ſumma, videlicet, quòd peccatum actuale originem trahit a libera voluntate vniuſcuiuſque per ſuggeſtionem, delectationem, conſenſum, et operationem.

Iac. 1. b

Iuxta quod dicit ſcriptura: Vnuſquiſque tentatur a coocupiſcentia ſua abſtractus, et illectus: deinde concupiſcentia, cum conceperit, peccatum parit: peccatum vero, cum conſummatum fuerit, generat mortem.

Peccatum.

Si autem ſuggeſtio, et delectatio ſiſtat citra conſenſum, eſt veniale peccatum. Si vero conſequatur conſenſus, et opus io his, quæ diuina lege prohibita ſunt, peccatum eſt mortale conſummatum. Quod ſi medio modo fit, vt coosenſus ſine opere ſit, aut quia vult in opus procedere, ſed non poteſt; tunc voluntas pro facto reputatur, nec minus culpabilis eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur: aut quia non vult in opus procedere, ſed vult interius voluptari in delectatione,

A et tunc mandocat mulier, ſed non vir. Et licet non ſit peccatum plene conſummatum; eſt tamen ioter mortalia computandum, quia muliere manducante, totus homo damnari meretur, quod maxime intelligi habet in peccatis carnalibus.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum peccatum dicat receſſum voluntatis a primo principio, inquantum ipſa voluotas nata eſt agi ab ipſo, et ſecundum ipſum, et propter ipſum; omne peccatum eſt inordinatio mentis ſiue voluntatis, circa quam nata ſunt eſſe virtus et vitium.

Peccatum actuale qd, et quotuplex.

Peccatum igitur actuale, eſt actualis inordinatio voluntatis.

B Inordinatio autem iſta, aut eſt tanta, quòd ordinem iuſtitiæ exterminat, et hoc modo dicitur mortale peccatum; quia natum eſt auferre vitam, ſeparando ipſam a Deo, per quem viuificatur anima iuſta. Aut eſt tam modica, quòd ordinem illum non perimit, ſed tantum in aliquo perturbat, et tunc dicitur veniale peccatum: quia de ipſo adipiſci poſſumus cito veniam, pro eo quòd gratia ooo tollitur per ipſum, nec inimicitiam diuinam incurrit homo.

Iuſtitiæ ordo.

Eſt autẽ ordo iuſtitiæ, vt bonum incommutabile præferatur commutabili: vt boouм hooeſtum præferatur vtili: et voluotas Dei præferatur voluntati noſtræ; vt iodicium rationis rectæ præſit ſenſualitati humanæ.

C Et quoniam lex Dei iſtum ordinem præcipit, et vetat oppoſitum; quando bonũ commutabile præfertur æterno, et bonum vtile præfertur honeſto, et voluntas noſtra præfertur diuinæ voluntati, et ſenſualis appetitus præfertur rationi rectæ; tunc committitur mortale peccatum.

Ambr. lib. de Parad. cap. 8. to. 1. edit. Rom.

De quo dicit Ambroſius, quòd eſt præuaricatio legis diuinæ, et cæleſtium inobedientia præceptorum, vel mandatorum. Hæc autem committitur, ſiue omittatur, quod lex diuina præcepit: ſiue fiat id, quod prohibet. Ex quo duplex geous peccaõ oritur, delictum ſcilicet, et commiſſum.

D Quando vero bonum commutabile plus debito diligitur, ſed noo præfertur incommutabili: et voluntas non præfertur honeſtati: et voluntas noſtra plus debito amatur; ita tamen quòd non præfertur diuinæ: et caro concupiſcit, non tamen præfertur iodicio rationis rectæ; tunc noo eſt mortale, ſed veniale: quia licet hoc ſit præter legem, non tamen directe eſt cootra legem.

Peccatum mortale nõ cõmittitur citra conſenſum.

Senſualis autẽ appetitus rationi rectæ noo præfertur, niſi quando et ratio conſenſit: et ideo peccatum mortale citra conſenſum non committitur. Si tamen ſenſualitas inordinate moueatur, cũ illa inordinatio ad malum inclinet, licet ratio non conſentiat, peccatum eſt aliquod,

E quia aliquo modo lædit ordinem iuſtitiæ.

Peccata venialia nõ poterãt eſſe in ſtatu innocentiæ: nũc ſingula vitari poſſunt, et ſi nõ omnia.

Et quia in ſtatu innocentiæ non mouebatur ſenſualitas, niſi ſecundum rationis motum; ideo ſtante homine, oon poterat ibi eſſe veniale peccatum. Nunc autem quia rationi repugnat ſenſualitas, velimus, nolimus, ideo neceſſe habemus committere aliquod veniale peccatũ per primos motus: qui et ſi particulariter, et ſingillatim poſſint declinari, omnes tamen nullo modo poſſunt caueri: qui ſic ſunt peccata, quòd ſunt etiam pœnæ peccati: et ideo merito dicuntur venialia, quia hoc ipſo digna ſunt venia. Verum quia ratio his conſenore non compellitur, ſi poſt conſenſum delectationis conſenoatur in opus, tunc eſt plenus conſenſus, ac

F per hoc peccatum conſummatum: quia peruenit vſque ad virum, ideſt, vſque ad partem ſupremam rationis, ex qua pendet plenitudo conſenſus. Quia vero non ſolum io opus, verum etiam in delectationem eſt conſenſus, in quo inferior portio ſequitur ſenſualitatem: ideo ſi in delectaoone ſenſuali ratio ſenſualitati ſuccumbat, mulier ſerpenti obtemperat: ac per hoc fit ſubuerſio recti ordinis, et ita ſubuerſio iuſtitiæ, propter quod committitur mortale peccatũ, licet minus graue: quod oon ſolum imputatur mulieri, verum etiam viro, a quo mulier compeſci debuit, et cohiberi, ne obtemperaret ſerpenti. Et ſic patet, quòd in perpetratione omnis peccati actualis, ſit aliqualis imitatio

Aug.li. 12. de Trin. c. 12.10.8. tatio primi peccati, ſecundum explanationem Doctoris præcipui Auguſtini.

De origine, et diſtinctione capitalium peccatorum. Cap. IX.

COnſequenter deſcendendum eſt ad ortum peccatorum in ſpeciali; inter quæ, quædam ſunt capitalia, quædam pœnalia, quædam finalia, ſiue irremiſſibilia: quaſi prima, media, et poſtrema. Circa ortum vero peccatorum capitalium, hoc eſt in ſumma tenendum, videlicet quòd peccatorum actualium, vnum eſt initium, duplex radix, triplex fomen- B tum, ſeptiforme caput, ſiue capitale peccatum. Vnum inquam eſt capitale Initium, ſcilicet Superbia, *Eccli. 10. b* iuxta quod dicit ſcriptura: Initium omnis peccati Superbia. Duplex radix, ſcilicet timor male humilians, et amor male accedens. Triplex fomentum, *1. Ioan. 2. c* ſecundum tria, quæ ſunt in mundo, ſcilicet concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, et ſuperbia vitæ. Septiforme vero caput, ſcilicet ſuperbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, et luxuria. Inter quæ quinque præcedentia ſunt peccata ſpiritualia, duo vero vltima ſunt carnalia.

Ratio autem ad intelligentiam horum hæc eſt: quia cum peccatum mortale, ſit actualis a primo principio receſſus; receſſus autem a primo principio non poteſt eſſe niſi per contemptum ipſius, vel in ſeipſo, vel in ſuo præcepto: contemptus autem primi principij cum ſit ſuperbia, neceſſe eſt, quòd omnis mortalis peccati culpa, ſiue offenſa, initium ſumat a ſuperbia. Quia vero nullus contemnit primum, et ſummum principium, vel eius præceptum per ſe, niſi per hoc quòd aliquid aliud ab ipſo, vel vult acquirere, vel timet perdere: hinc eſt, quòd neceſſe eſt, omne peccatum actuale originem trahere a duplici radice, ſcilicet timore, et amore: qui radices ſunt malorum, licet non æque primæ. Nam omnis timor ortum habet ab amore: nullus enim timet aliquid perdere, niſi quia amat illud habere: et ideo per ea habet foueri timor, per quæ fouetur et amor. Amor autem inordinatus eſt reſpectu commutabilis boni. Et quoniam illud eſt triplex, ſcilicet interius, excellentia: exterius, pecunia: inferius, carnalis laſciuia: hinc eſt quòd neceſſe eſt eſſe tria peccatorum actualium radicalia fomenta, quæ ſuperius ſunt prætacta, ad quæ dum anima inordinate fertur, omnia peccata actualia oriuntur.

Deductio ſeptem capitaliū peccatorum. Et quia hoc fit ſecundum ſeptiformem modum, ideo ſeptem ſunt peccata capitalia, ex quibus generatur vniuerſitas vitiorum. Voluntas enim noſtra aut deordinatur, quia appetit, quod non eſt appetendum: aut quia refugit, quòd non eſt refugiendum. Si quia appetit, quod non eſt appetendum, vt pote bonum, vt nunc, ſiue commutabile, ſiue apparens bonum: aut eſt interius, et ſic eſt priuata excellentia, quam amat ſuperbia: aut exterius, et ſic eſt ſufficientia, quam amat auaritia: aut inferius, et ſic aut delectabile, quia ad conſeruationem indiuidui, et ſic alimentum, quod eſt delectabile ſecundum guſtum, et appetitur a gula: aut quia ad conſeruationem ſpeciei, et ſic coitus, qui eſt delectabilis ſecundum tactum, et appetitur a luxuria. Si autem voluntas deordinatur, quia refugit, quod non eſt refugiendum: hoc poteſt eſſe tripliciter, ſecundum triplicem modum refugiendi. Aut enim refugit ſecundum peruerſum inſtinctum ipſius rationalis, et ſic eſt inuidia: aut ſecũdum inſtinctum iraſcibilis, et ſic ira: aut ſecundum inſtinctum concupiſcibilis, et ſic eſt accidia. Vnde quia quattuor ſunt principalia appetibilia, et tres vires, ſecundum quarum inſtinctum eſt fuga: ideo tantum ſeptem ſunt capitalia peccata. Rurſus, quia ſenſus appetibilis eſt cum delectatione, ſenſus autem rei fugiendæ eſt cum dolore: hinc eſt, quòd quattuor habent coniun- A ctam lætitiam, tria vero alia habent adiunctam, triſtitiam, et pœnam: omnia tamen dicuntur capitalia, quia deordinationes ſunt principales, et multarum aliarum deordinationum ſunt principia ſuo modo influentia. Vnde licet quædam ex his principaliter fugam reſpiciant, habent tamen ex ipſa, delectabilia ſua. Nam inuidia vult priuatum bonum poſſidere, ſine ſocio, et ita integraliter. Ira ſine contrario, et ita imperturbabiliter. Accidia ſine labore aliquo, et ita infatigabiliter. Et quia hæc non de facili obtinentur, ideo magnum exercitium vitiorum ſecum trahunt ad huiuſmodi, quæ appetunt exequenda, vel ad ea, B quæ reſpuunt declinanda, reſpectu quorum dicuntur capitalia peccata, quaſi capita ex quibus manant alia quamplurima.

De origine, et qualitate pœnalium peccatorum. Cap. X.

DE peccatis pœnalibus hoc tenendum eſt, quòd licet malum culpæ, et malum pœnæ, ſint diuerſæ malorum differentiæ; quædam tamen ſic ſunt peccata, quòd etiam ſunt pœnæ peccati. Speciali namque modo, peccata et pœnæ peccati dicuntur illa, quæ ha- C bent adiunctum dolorem, et mæſtitiam, ſicut accidia, inuidia, et conſimilia. Minus ſpecialiter dicuntur illa, quæ habent adiunctam, vel meram deprauationem naturæ, vel ignominiam, vel ignorantiam, ſicut ſunt illa, propter quæ dicitur peccator in reprobum *Rom. 1. d* ſenſum tradi. Generaliter autem peccata, quæ ſunt inter primam apoſtaſiam, et vltimam gehennæ pœnam, et peccata poſſunt dici, et pœnæ peccati, iuxta quod dicit Gregorius: Crimina criminibus vindicari. Licet *Greg. li. 25. Mor. c. 9.* autem idem dicatur peccatum, et pœna peccati, tenendum, tamen eſt, quòd omnis pœna inquantum pœna iuſta eſt, et a Deo: nulla vero culpa iuſta eſt, nec a D Deo, ſed tantum a liberæ voluntatis arbitrio. Pœna vero, quæ mere eſt pœna, a Deo eſt inflicta: quæ vero eſt culpa, vel inclinans ad culpam, eſt contracta, vel acta.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum malum dicat receſſum a primo principio, per hoc quòd nocet bono: non autem nocet bono, niſi aliquid adimendo de bono, bonum autem conſiſtit in modo, ſpecie, et ordine: nullum eſt malum, *Auguſt. de nat. boni. c. 4. 10. 6.* quod non ſit modi, ſpeciei, et ordinis corruptiuum. Ordo autem duplex eſt, ſcilicet ordo naturæ, et ordo iuſtitiæ. Ordo autem naturę eſt in bono naturali, ordo E iuſtitiæ in bono morali. Et quia bonũ naturale in omni natura, bonum morale in voluntate habet cõſiſtere: ideo ordo naturæ eſt in omni natura, ordo autem iuſtitiæ in voluntate electiua habet conſiſtere. Et quia voluntas eſt inſtrumentum ſeipſum mouens, natura vero non: hinc eſt, quòd ordo iuſtitiæ eſt ordo non tantum factus, ſed etiam factiuus; ordo autem naturæ, eſt ordo factus. Quoniam ergo malum poteſt priuare ordinem iuſtitiæ, et ordinẽ naturæ; hinc eſt, quòd duplex eſt malum, ſcilicet culpæ, et pœnæ. Rurſus quia ordo iuſtitiæ, eſt ordo voluntarius; hinc eſt, quòd malũ **Malum duplex.** culpæ eſt affectio voluntaria, malum autem pœnæ eſt F affectio inuoluntaria. Poſtremo quia ordo iuſtitiæ, qui ineſt voluntati, eſt ordo factiuus; ideo malum culpæ, quod eſt eius priuatio, eſt malum, quod facimus, et malum pœnæ, eſt malum, quod patimur. Et quia non eſt paſſio, niſi naturaliter præcedat actio, nec eſt actio, ad quam non ſequatur aliqua paſſio; hinc eſt, quòd nulla eſt pœna ſine præcedente merito culpæ, nulla eſt et culpa, quin comitetur aliqua pœna. Et quoniam quod facimus, a nobis eſt: quod nos vero patimur, poteſt eſſe a nobis, et ab alijs, vtpote a cauſa ſuperiori, vel inferiori: ideo licet omnis culpa ſit a nobis, non tamen omnis pœna eſt a nobis, immo quædam eſt a nobis acta, quædam inflicta, quædam contracta. **Omnis culpa a nobis, non omnis pœna a nobis.** Et quia eum, qui facit, quod non debet, iuſtum eſt pati, quod

ti, quod debet; ideo omnis pœna inquantum pœna, iuſta eſt, et a diuina prouidentia: quia eſt ad culpam ordinata, et ipſius culpæ ordinatiua. Quia vero paſſio illa poteſt eſſe per ademptionem boni naturalis, vel boni moralis cum naturali; hinc eſt, quòd quædam pœna eſt mere pœna, quædam vero eſt pœna, et culpæ quia bonum morale, quòd eſt iuſtitia, non adimitur, niſi per iniuſtitiam, quæ eſt culpa. Prima igitur pœna eſt a Deo, et ſecundum quòd pœna, et ſecundum id, quod eſt: a Deo inquàm, non inſtituente, ſed vindicante. Secunda vero cum ſit culpa, ſecundum id, quod culpa eſt, a Deo non eſt, niſi ſolum quantum ad ordinem, ipſa vero, vel eſt acta ſi ſequatur ad actuale, vel eſt contracta, ſi ſequatur ad originale. Si igitur proprie accipiatur malum, ſecundum quòd eſt priuatio boni naturalis, et affectio inuoluntaria, et malum, quod patimur, ſic non coincidit cum malo culpæ in idem, licet ſit annexum eidem. Si vero accipiatur large, vt dicatur malum, quod patimur, ſiue a nobis, ſiue aliunde, ſiue in natura, ſiue in voluntate: ſic coincidunt in idem, ſed non ad idem, vel ſecundum idem: quia quòd eſt in ſe culpa, dicitur reſpectu præcedentis culpæ pœna: vel culpa ratione actionis, pœna dicitur eſſe ratione paſſionis. Et ſic patet quo modo, pro quanto, et quare aliquid ſimul dicatur eſſe peccatum, et pœna peccati.

De origine peccatorum finalium, quæ ſunt peccata in Spiritum ſanctum. Cap. XI.

DE peccatis autem finalibus, ſiue irremiſſibilibus, cuiuſmodi ſunt peccata in Spiritum ſanctum, hoc eſt tenendum, quòd licet omne peccatum generaliter ſit contra Deum trinum, et vnum: appropriate tamen dicitur aliquod peccatum eſſe in Patrem, aliquod in Filium, aliquod in Spiritum ſanctum. Hoc autem peccatum in Spiritum ſanctum irremiſſibile dicitur in hoc ſæculo, et in futuro: non quia in hoc ſæculo non poſſit dimitti, ſed quia raro dimittitur, aut vix in hoc ſæculo, quantum ad culpam, modicum autem et quaſi nihil fiet remiſsio ſibi in futuro quantum ad pœnã. Huius autem peccati ſex ſunt differentiæ, ſcilicet inuidia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, deſperatio, præſumptio, obſtinatio mentis, et impœnitentia finalis.

Quare peccatũ in Spiritũ sãctum dicatur irremiſſibile, et quot ſint eius differẽtiæ.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia cum peccatum dicat receſſum a primo principio trino, et vno, omne peccatum imaginem Trinitatis deformat, et ipſam animam fœdat, quantum ad triplicem potentiam, ſcilicet iraſcibilem, rationalem, et concupiſcibilem: et a libero arbitrio procedit, quod gerit in ſe inſigne Trinitatis, ſcilicet Patris, ratione facultatis, Filij, ratione rationis, Spiritus ſancti, ratione voluntatis. Licet autem hæc tria cõcurrant ſimul ad omnem culpam, quælibet tamen harum per ſuum defectum, poteſt eſſe ratio deordinandi alias. Defectus autem circa facultatem eſt impotentia, circa rationem eſt ignorantia, circa voluntatem eſt malitia. Et hinc eſt, quòd cum quædam ſint peccata ex impo-

Peccatum omne deformat Trinitatis imaginem.

A tentia, quædam ex ignorantia, quædam ex malitia: et potentia attribuitur Patri, ſapientia Filio, et voluntas Spiritui ſancto; quòd quedam dicũtur eſſe in Patrem, quædam in Filium, quædam in Spiritum ſanctum. Et quoniam nihil magis eſt in voluntate, quàm ipſa voluntas, et voluntas ipſa eſt origo peccati, nullum peccatum eſt adeo voluntarium, et mere, ſicut eſt illud, quod prouenit ex corruptione exiſtente in voluntate. Cum enim dupliciter dicatur inuoluntarium ſcilicet per violentiam, et per ignorantiam: primum per defectum potentiæ, ſecundum per defectum ſcientiæ: quãdo voluntas ſola corruptione ſua, licet poſsit reſiſtere, et ſciat hoc malum eſſe, aliquid eligit, tunc dicitur pec-

Inuoluntarium dupliciter dicitur

B care ex certa malitia: et tale peccatum mere procedit ex improbitate volũtatis liberi arbitrij, et directe impugnat gratiam Spiritu ſancti, per quam fit remiſsio peccati. Et quia mere procedit ex libertate arbitrij, ideo nõ habet colorem excuſationis: et propterea modicum, et quaſi nihil debet ei, qui punitur, de pœna relaxari. Quia vero directe impugnat gratiam Spiritus ſancti, per quam fit remiſsio peccati, ideo dicitur irremiſsibile: non quia nullo modo poſsit remitti, ſed quia quãtum eſt de ſe, directe eſt impugnatiuum medicamenti, et remedij, per quod fieri habet remiſsio peccati. Et quoniam peccati remiſsio fit a Deo per gratiam pœnitentialem intra eccleſiaſticam vnitatem;

C iden differentiæ huius peccati accipiuntur ſecundum quòd directe impugnant illã. vel enim impugnant ipſam gratiam pœnitentialem in ſe: aut in comparatione ad Deum, a quo datur: aut in comparatione ad Eccleſiam, in qua ſuſcipitur. Si in comparatione ad vnitatem Eccleſiæ, ſic quia vnitas Eccleſiæ conſiſtit in fide, et charitate, ſiue in gratia, et veritate: ſic eſt duplex peccatum, ſcilicet inuidia fraternæ gratiæ, et impugnatio veritatis agnitæ. Si in comparatione ad Deũ dantem, quia vniuerſæ viæ eius, quantum ad iuſtificationem, maxime ſunt miſericordia, et veritas: ſic eſt duplex peccatum, vnum quod impugnat miſericordiam, et hoc eſt deſperatio: aliud quod impugnat iu- Pſ. 24. b

D ſtitiam, et hoc eſt impunitatis præſumptio. Si vero impugnat ipſam gratiam pœnitentialem in ſe, vel ſecundum ſe, ſic eſt duplex, quia gratia pœnitentialis facit reſilire a peccatis commiſsis, et præcauere a committendis. Contra primum eſt obſtinatio mentis, contra ſecundum eſt impœnitentia finalis, ſecundum quòd finalis impœnitentia, dicitur propoſitum non pœnitẽdi: ſic enim eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. Secundum autẽ quòd finalis impœnitentia dicit continuationem peccati vſque in finem, ſic eſt ſequela omnium mortalium, quæ in hac vita non remittũtur, et maxime omnium ſpecierum peccati in Spiritum ſanctum.

E Et ſic omne peccatum initium ſumit a ſuperbia, et conſummationem, ſiue finem habet in finali impœnitentia: in quam qui peruenerit, corruit in gehennam, a qua quidem impœnitentia finali, nullus peccans mortaliter poteſt liberari, niſi interueniat gratia mediatoris Chriſti: et ideo incarnationem ipſius deſiderabat vniuerſitas ſaluandorum, cui eſt honor, et gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

SANCTI

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Breuiloquij

QVARTA PARS,

IN QVA DE INCARNATIONE VERBI AGITVR.

De ratione, qua decuit Verbum Dei incarnari. Cap. I.

A POSTQVAM prædicta ſunt aliqua de Trinitate Dei, de creatura mundi, et corruptela peccati: reſtat nunc aliqua breuiter dicere de incarnatione Verbi, per quod quidem Verbum incarnatum facta eſt ſalus, et reparatio generis humani: non quia aliter Deus humanum genus ſaluare, vel liberare non potuerit, ſed quia nullus alius modus ita congruus, et conueniens erat ipſi reparatori, et reparabili, et reparationi.

Prima ratio, qua probatur decẽtia incarnationis Verbi.

B Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia cum primum principium effectiuum rerum, non poterat, nec decuit eſſe niſi Deum, et non minus ſit, res conditas reparare, quàm in eſſe producere, ſicut non minus eſt bene eſſe, quàm ſimpliciter eſſe, decentiſſimum fuit rerum principium reparatiuum eſſe Deum ſummum: vt ſicut omnia creauerat Deus per Verbum increatum, ſic omnia repararet, per Verbum incarnatum. Quoniam ergo Deus omnia fecit potenter, et ſapienter, et optime ſiue beneuolenter, decuit, vt ſic repararet reparanda, quòd ſuam potentiam, ſapientiam, et beneuolentiam oſtenderet. Quid autem potentius, quàm coniungere extrema ſummè C diſtantia in vnam perſonam? Quid ſapientius, et congruentius, quàm quòd ad perfectionem, totius vniuerſi fieret coniunctio primi, et vltimi, Verbi, ſcilicet Dei, quod eſt omnium principium, et humanæ naturæ, quæ fuit vltima omnium creaturarum? Quid beneuolentius, quàm quòd Dominus propter ſerui ſalutem, accipiat ſerui formam? Immo hoc tantæ benignitatis eſt, vt nihil clementius, nihil amicabilius, nihil benignius cogitari poſſit. Conuenientiſſimus ergo erat hic modus Deo reparatori, propter commendandam diuinam potentiam, ſapientiam, et beneuolentiam.

Philip. 2. a

Secunda ratio.

D Rurſus, quia homo cadens in culpam, auerterat ſe, et receſſerat a principio potentiſſimo, ſapientiſſimo, et beneuolentiſſimo; ideo corruerat in infirmitatem, ignorantiam, et malignitatem, ac per hoc de ſpirituali effectus carnalis, animalis, et ſenſualis: et ideo ineptus erat ad diuinam virtutem imitandum, ad lucem cognoſcendam, ad bonitatem diligẽdam: ad hoc igitur quod homo ab iſto ſtatu repararetur, congruẽtiſſimum fuit, vt ei condeſcenderet primum principium, reddendo ſe illi noſcibile, amabile, et imitabile. Et quia homo carnalis, animalis, et ſenſualis, E non nouerat, nec amabat, nec ſequebatur, niſi ſibi proportionalia, et conſimilia: ideo ad eripiendum hominem de hoc ſtatu, Verbum caro factum eſt, vt ab homine, qui caro erat, et cognoſci poſſet, et amari, et imitari: ac per hoc, et homo Deum cognoſcens, et amans, et imitans, remediaretur a morbo peccati.

Ioan. 1. b

Tertia ratio

Poſtremo, quia homo perfecte reparari non poterat, niſi recuperaret mentis innocentiam, Dei amicitiam, et ſuam excellentiam, qua ſoli Deo ſuberat, et

A hoc nõ potuit fieri niſi per Deum in forma ſerui: ideo congruum fuit Verbum incarnari. Excellẽtiam, namque recuperare non poterat, niſi reparator eſſet Deus: quia ſi mera creatura, tunc homo eſſet ſubiectus meræ creaturæ, et ſic non recuperaret ſtatum prioris excellentiæ. Amicitiam quoque Dei recuperare non poterat, niſi per mediatorem conuenientem, qui manum poſſet ponere in vtrumque, et vtrique parti conformis eſſet, et vtrique amicus: et ideo ſicut ſimilis Deo per diuinitatem, ſic ſimilis homini per humanitatem. Innocentiam vero mentis recuperare non poterat, niſi dimiſſa culpa, quam dimittere non decebat diuinam iuſtitiam, niſi per ſatisfactionem con- B dignam, et quia ſatisfacere non poterat, niſi Deus pro toto humano genere, nec debebat niſi homo, qui peccauerat: ideo congruentiſſimum fuit, humanum genus reparari per Deum hominem, natum de genere Adæ. Quoniam ergo excellentia recuperari non poterat, niſi per reparatorem excellentiſſimum: nec amicitia reformari poterat, niſi per mediatorem amicabiliſſimum: nec innocentia reacquiri poterat, niſi per ſatisfactorem ſufficientiſſimum: excellentiſſimus autem reparatur non eſt, niſi ſit Deus: amicabiliſſimus mediator non eſt, niſi ſit homo: ſufficientiſſimus ſatiſfactor non eſt, niſi ſit Deus pariter, et homo: congruiſſima fuit noſtræ reparationi incarnatio Verbi, C vt ſicut genus humanum in eſſe exierat per Verbum increatum, et in culpam ceciderat per verbum inſpiratum, ſic a culpa reſurgeret per Verbum incarnatum.

De incarnatione Verbi quantum ad vnionem naturarum. Cap. II.

CIrca ipſum igitur Verbum incarnatum tria nobis conſideranda occurrunt, ſcilicet vnio naturarum, plenitudo chariſmatum, et perpeſſio paſſionum, propter redimendum genus humanum. Circa naturarum vnionem hæc tria conſideranda ſunt ad intelligendum incarnationis myſterium, ſcilicet opus, D modus, et tempus. De opere autem incarnationis, hæc tenenda ſunt ſecundum fidem Chriſtianam, ſcilicet quòd incarnatio eſt opus Trinitatis, per quam fit aſſumptio carnis a diuinitate, et vnio diuinitatis cum carne: ita quòd aſſumptio, non tantum eſt carnis ſenſibilis, ſed etiam ſpiritus rationalis ſecundum potentiam vegetandi, ſentiendi, et intelligendi: ita etiam quòd vnio non fit in vnitate naturæ, ſed perſonæ: non humanæ, ſed diuinæ: non aſſumptæ, ſed aſſumentis: non perſonæ cuiuſlibet, ſed perſonæ ſolius Verbi, in qua tanta fit vnio, vt quidquid dicitur de fi- E lio Dei, dicatur de filio hominis, et econuerſo, his tamen exceptis, in quibus exprimitur vnio, vel clauditur negatio.

Opus incarnationis.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia incarnationis opus non ſolum eſt a primo, principio inquantum eſt effectiuum in producendo, verumetiam inquantum reparatiuum remediando, ſatisfaciendo, et reconciliando. Quoniam ergo incarnatio inquantum dicit aliquem effectum, eſt a pri-

Incarnationis opus a tota Trinitate emanauit.

mo principio, quod omnia facit, ratione ſummæ virtutis: et ſubſtantia, virtus, et operatio vnita eſt, et indiuiſa omnimode in tribus perſonis; hinc eſt, quòd neceſſe eſt incarnationis operationem a tota Trinitate emanare. Quia vero eſt a primo principio inquantum eſt reparatiuum remediando, et totum genus humanum lapſum fuerat, et vitiatum, non ſolum ratione animæ, verumetiam et carnis; hinc eſt quod neceſſe fuit, quòd totum aſſumeretur, vt totum curaretur. Et quoniam nobis, magis nota eſt pars carnis, et magis a Deo diſtat, vt expreſſior fiat nominatio, et maior exprimatur humiliatio, et profundior explicetur dignatio; hinc eſt, quòd opus illud B non inanimatio, ſed incarnatio nominatur.

Nec debuit niſi homo, nec potuit, niſi Deus nos redimere.

Rurſus, quia cum ſit a primo principio inquantum eſt reparatiuum ſatisfaciendo, et ſatisfactio non fit, niſi ab eo, qui debet, et poteſt: et non debet niſi homo, nec poteſt niſi Deus; oportuit, quòd in ſatisfactione ſimul eſſet concurſus vtriuſque naturæ, diuinæ, ſcilicet et humanæ. Et quia impoſſibile eſt quod diuina natura concurrat cum alia, ſicut pars ad conſtitutionem tertij, nec quod ipſa tranſeat in aliam naturam, nec alia natura tranſeat in ipſam, propter ſimplicitatem, et immutabilitatem ipſius perfectiſſimam; hinc eſt, quòd deitas, et humanitas non vniuntur, C in vnitate naturæ, nec accidentis: vniuntur igitur in vnitate perſonæ, et hypoſtaſis. Et quoniam diuina natura in nullo ſuppoſito poteſt ſubſiſtere, præterquam in propria hypoſtaſi: ideo vnio illa non poteſt eſſe in hypoſtaſi, ſeu perſona hominis, ſed Dei: ac per hoc per illam vnionem, primum principium in vna ſuarum hypoſtaſum fecit ſeipſum ſuppoſitum humanæ naturæ: et ita vna tantum eſt ibi perſonalitas, et vnitas perſonalis, ex parte, ſcilicet aſſumentis.

Conuenientius fuiſſe filium incarnari.

Poſtremo, quia eſt a primo principio, vt eſt reparatiuum reconciliando, et reconcilians eſt mediator, mediatio autem proprie conuenit Dei filio, D ideo et incarnatio. Mediatoris namque eſt, eſſe medium inter hominem, et Deum, ad reducendum hominem ad diuinam cognitionem, ad diuinam conformitatem, et ad diuinam filiationem. Nullum autem decet magis eſſe medium quàm perſonam, quæ producit, et producitur, quæ eſt media trium perſonarum. Nullumq. magis decet reducere hominem ad diuinam cognitionem, quàm Verbum, quo ſe pater declarat, quod eſt vnibile carni, ſicut et verbum voci. Nullumq. magis decet reducere ad diuinam conformitatem, quàm eum, qui E eſt imago patris. Nullumq. magis decet ad filiationem adoptiuam reducere, quam filium naturalem: ac per hoc nullum magis decet fieri filium hominis, quàm ipſum filium Dei.

Regula de cõmunicatione idiomatum in Christo.

Quoniam igitur idem omnino eſt filius hominis, et Dei ratione incarnationis, et quæcumque vni, et eidem ſunt eadem, inter ſe ſunt eadem: hinc eſt quòd neceſſario fit communicatio idiomatum, niſi ſit vocabulum, in quo aliqua repugnantia includatur: ſicut ſunt iſta, in quibus includitur reſpectus vnionis vnius naturæ ad alteram. Sicut vnire, incarnari, aſſumere, et aſſumi: vel negatio alicuius, cuius oppoſitum F alteri competit: ſicut incipere, eſſe, creare, et conſimilia, in quibus inſtantia fertur contra regulam præhabitam, propter cauſam prædictam.

De incarnatione, quantum ad modum.
Cap. III.

Luc. 1. c

DE modo incarnationis hoc tenendum eſt, quòd Angelo nunciante Virgini myſterium incarnationis perficiendum in ipſa, Virgo credidit, appetijt, et conſenſit: Spiritus ſanctus in eam ſuperuenit ad ſanctificandum, et fecundandum, cuius virtute Virgo concepit Dei filium, quem Virgo peperit, et poſt partum Virgo permanſit. Concepit autem non ſo-A lum carnem, verumetiam carnem animatam, et Verbo vnitam, nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam, et immaculatam, ratione cuius mater Dei dicitur, et eſt dulciſſima Virgo Maria.

Modus incarnationis, quàm conueniens.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia incarnatio eſt opus manans a primo principio, inquantum eſt reparatiuum modo congruentiſſimo, modo communiſſimo, et modo completiſſimo. Decet enim eius ſapientiam operari congrue: decet eius largitatem operari communiter: et virtutem, operari perfecte. Quoniam ergo incarnatio eſt a primo principio reparante modo congruentiſſimo: et B congruus modus eſt, quòd medicina ex oppoſito reſpondeat morbo, et reparatio lapſui, et remedium nocumento. Cum ergo genus humanum lapſum *Gen. 3.* fuerit per diabolicam ſuggeſtionem, et per conſenſum mulieris deceptæ, et generationem concupiſcentialem, transfundentem originale in prolem; oportuit, quòd e contrario hic eſſet Angelus bonus, ſuadens bonum: et Virgo credens, et conſentiens in bonum ſuaſum: et charitas Spiritus ſancti, ſanctificans, et fecundans ad conceptum immaculatum: vt ſic contraria contrarijs curarentur. Ac per hoc ſicut mulier per diabolum decepta, et per vi- C rum concupiſcibiliter cognita, et corrupta, transfudit in omnes culpam, morbum, et mortem; ſic mulier per Angelum erudita, et per Spiritum ſanctum ſanctificata, et fecundata, abſque omni corruptione, tam mentis, quàm corporis, prolem generaret, quæ omnibus ad ipſam venientibus, daret gratiam, ſanitatem, et vitam.

Rurſus quia incarnatio eſt a primo principio reparante modo communiſſimo. Nam per Verbum incarnatum reparatur lapſus hominum, et angelorum, vt pote cæleſtium, et terreſtrium: et hominum lapſus reparatur ſecundum vtrumque ſexum; vt medica- D mentum ſit commune omnibus, decentiſſimum fuit, quòd ad incarnationis myſterium fieret concurſus Angeli, mulieris, et viri. Angeli, vt denunciantis: mulieris Virginis, vt concipientis: viri vero, vt conceptæ prolis. Vt ſic Angelus Gabriel eſſet nuncius Patris æterni: Virgo immaculata eſſet templum Spiritus ſancti: proles concepta eſſet ipſa perſona Verbi. Ac per hoc in communi reparatione omnium, communis fieret concurſus trium de triplici hierarchia. ſcilicet diuina, angelica, et humana, ad inſinuandum non ſolum Trinitatem Dei, verumetiam generalitatem beneficij, et liberalitatem reparatoris ſummi. E Et quoniam liberalitas Spiritui ſancto appropriatur, et ſanctificatio Virginis, in qua peracta fuit Verbi conceptio: hinc eſt quòd licet opus illud ſit a tota Trinitate, per appropriationem tamen dicitur Virgo concepiſſe de Spiritu ſancto.

Beata Virgo quo modo dicatur cõcepiſſe de Spiritu ſancto.

Poſtremo, quoniam eſt a primo principio reparante modo completiſſimo; hinc eſt, quòd in conceptione completio debita fuit in prole, fuit in conceptu, fuit et in virtute concipiente. Et quia completio debita debuit eſſe in prole; hinc eſt, quòd in inſtanti conceptionis, non tantum fuit ſeminis F deciſio, verum etiam conſolidatio, configuratio, viuificatio per animam; et deificatio per deitatem vnitam: vt ſic Virgo Dei filium vere conciperet per vnionem carnis ad deitatem, mediante Spiritu rationali, per quem tamquam per medium congruentiæ. caro erat idonea ad vnionem. Quia vero completio debita debuit eſſe in conceptu, cum ex quattuor modis. tres modi producendi hominem præceſſiſſent. Primus nec de viro, nec de muliere, ſicut in Adam: ſecundus de viro ſine muliere, ſicut in Eua: tertius de muliere, et viro, ſicut in omnibus concupiſcibiliter natis: decuit ad complementum vniuerſi, quartum modum introduci, qui ſcilicet eſſet de muliere, ſine ſemine virili, per virtutem ſummi operatoris. Quia vero completio debita debuit

In primo inſtanti conceptionis Chriſti multa ſimul cõcurrunt.

eſſe

eſſe in virtute; hinc eſt quòd in conceptione filij Dei, ſimul concurrit virtus innata, virtus infuſa, et virtus increata. Virtus innata materiam præparauit, virtus infuſa purificando ſegregauit; virtus increata ſubito perfecit, quod non poterat a virtute creata, niſi ſucceſſiue fieri. Et ſic beatiſſima Virgo Maria mater fuit completiſſimo modo, ipſum Dei filium concipiendo abſque viro, fecundante Spiritu ſancto. Et quia in mente Virginis amor Spiritusſancti ſingulariter ardebat; ideo in carne eius virtus Spiritusſancti miracula faciebat, gratia ſcilicet partim excitante, et partim adiuuante, et partim eleuante naturam, iuxta quod conceptus ille mirabilis exigebat.

De incarnatione quantum ad plenitudinem temporum. Cap. IIII.

DE tempore vero incarnationis hoc tenendum eſt, quòd licet Deus in principio potuerit incarnari; noluit tamen niſi in fine ſæculorum, præcedente lege naturæ, et lege figuræ, poſt Patriarchas, et Prophetas: quibus, et per quos fuit incarnatio repromiſſa. Poſt quos incarnari dignatus eſt tamquam in fine têporum, et plenitudine, iuxta quod dicit, Apoſtolus: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.

Galat. 4. a

Ratio autem ad intelligentiam horum hæc eſt; quia incarnatio eſt opus primi principij reparantis, iuxta quod decet, et conuenit ſecundum libertatem arbitrij, ſecundum ſublimitatem remedij, et ſecundum integritatem vniuerſi: nam ſapientiſſimus artifex, in agendo omnia hæc attendit. Quoniam ergo libertas arbitrij hoc requirit, vt ad nihil trahatur inuita, ſic debuit Deus genus humanum reparare, vt ſalutem inueniret, qui vellet quærere Saluatorem: qui vero nollet quærere Saluatorem, nec ſalutem per conſequens inueniret. Nullus autem quærit medicum, niſi recognoſcat morbum: nullus quærit doctorem, niſi recognoſcat ſe ignorantem: nullus quærit adiutorem, niſi recognoſcat ſe impotentem. Quia igitur homo in principio ſui lapſus, adhuc ſuperbiebat de ſcientia, et virtute; ideo præmiſit Deus tempus legis naturæ, in quo conuinceretur de ignorantia. Et poſt, cognita ignorantia, ſed permanente ſuperbia de virtute, qua dicebant, non deeſt, qui faciat, ſed deeſt qui iubeat, addidit legem præceptis moralibus erudientem, et cærimonialibus aggrauantem; vt habita ſcientia, et cognita impotentia, confugeret homo ad diuinam miſericordiam, et gratiam poſtulandam, quæ data eſt nobis in aduentu Chriſti: ideo poſt legem naturæ, et ſcripturæ, ſubſequi debuit, incarnatio Verbi.

Ratio prima de tempore incarnationis Domini.

Rurſus quoniam ſublimitas, remedij requirit, vt credatur fide firmiſſima, et ametur charitate ardentiſſima, tamquam myſterium ſecretiſſimum, et ſaluberrimum; ideo congruentiſſimû fuit, vt ante Chriſti aduentum præirent multa teſtimonia prophetarum, tam explicita in verbis, quàm implicita in figuris, vt multis, et firmis teſtimonijs. quòd erat ſecretum, fieret certum, et indubitabile ad credendum. Præirent etiam multiplicia promiſſa, et ardentiſſima deſideria, vt promiſſum beneficium expectaretur, expectatum differretur, dilatum amplius deſideraretur, et diu deſideratum feruentius amaretur, et amatum gratioſius ſuſciperetur, et ſuſceptum ſolicitius ſeruaretur.

Ratio ſecunda.

Poſtremo, quoniam integritas, et perfectio vniuerſi requirit, vt vniuerſa ſint ordinata quantum ad loca, et quantum ad tempora, et hoc opus, ſcilicet incarnationis erat perfectiſſimum inter omnia opera diuina, et proceſſus debet eſſe ab imperfecto ad perfectum, et non econuerſo: hinc eſt, quòd opus illud debuit fieri in fine temporum, vt ſicut primus homo, qui erat totius mundi ſenſibilis ornamentum, vltimo fuerat conditus, ſcilicet ſexto die ad totius completionem: ſic ſecundus homo totius mundi reparati complementum, in quo primum principium coniungitur cum vltimo, ſcilicet Deus cum limo, fieret in fine temporum, hoc eſt in ſexta ætate, quæ eſt ætas apta ad exercitium ſapientiæ, et ad eneruationem concupiſcentiæ, et ad tranſitum a ſtatu turbinis ad quietem: quæ omnia competunt ſextæ ætati decurſus mundi propter incarnationem filij Dei.

Ratio tertia.

Gen. 1.

Quoniam ergo aduentus Chriſti fuit in tempore legis et gratiæ, et in exhibitione miſericordiæ repromiſſæ, et in principio ætatis ſextæ, et hæc omnia dicunt plenitudinem: quia lex gratiæ implet legem ſcripturæ, et ſolutio promiſſi implet promiſſionem, et ſexta ætas ratione perfectionis ſenarij ſonat in plenitudinem: hinc eſt, quòd in aduentu filij Dei dicitur eſſe plenitudo temporum, non propter hoc, quòd in eius aduentu tempus finiatur: ſed quia temporalia myſteria impleantur. Sicut autem Chriſtus non debuit venire in principio temporis, quia aduentus eius nimis fuiſſet feſtinus: ſic nec debuit differre uſque in finem vltimum, quia tunc nimium eſſet tardus. Decebat enim Saluatorem inter tempus morbi, et tempus iudicij, introducere tempus remedij. Decebat mediatorem quædam ſuorum membrorum præcedere, quædam ſequi. Decebat ductorem perfectum tunc ſe oſtendere, cum eſſet opportunitas currendi ad brauium: et hoc eſt in fine temporum, et citra terminum, et in approximatione ad finale iudicium: vt per timorem iudicij ſtimulati, et per ſpem præmij attracti, et per perfectionem exempli animati vigoroſe, et perfecte ſequamur ducem de virtute in virtutem, vſque quò perueniamus ad brauium felicitatis æternæ.

Quare in aduentu Chriſti dicitur eſſe plenitudo temporis.

Chriſti aduentus quâ fuerit opportuous.

Pſal. 83. c
Philip. 3. c

De plenitudine gratiæ Chriſti, quantum ad chariſmata in affectu. Cap. V.

POſtquam innotuit nobis Verbum incarnatum, quantum ad vnionem naturarum, conſiderandum eſt, quantum ad plenitudinem chariſmatum ſpiritualium. Circa quæ primo conſideranda eſt plenitudo gratiæ in affectu: deinde plenitudo ſapientiæ in intellectu: et poſtremo plenitudo meriti in opere, et effectu. De plenitudine igitur gratiæ in affectu in Chriſto hoc tenendum eſt, quòd in Chriſto a ſui conceptione fuit plenitudo omnis gratiæ quantum ad gratiam ſingularis perſonæ, quantum ad gratiam capitis, et quantum ad gratiam vnionis. Ita quod per gratiam ſingularis perſonæ, habuit omnis culpæ immunitatem, et quantum ad actum, et quantum ad poſſe: quia nec peccauit, nec peccatum potuit habere. Per gratiam vnionis dignus eſt non tantum felicitate gloriæ, verum etiam adoratione latriæ, quæ eſt cultus reuerentiæ ſoli Deo debitæ. Per gratiam vero capitis influit motum, et ſenſum in vniuerſos, qui ad eum accedunt, vel per fidem rectam, vel per fidei ſacramenta, ſiue aduentum eius præceſſerint, ſiue fuerint ſubſecuti. Nam turbæ, quæ præibant, et quæ ſequebantur, clamabant: Oſanna filio Dauid.

In Chriſto a ſui conceptione fuit omnis plenitudo gratiæ.

Mat. 21. a

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia reparatio, eſt operatio primi principij, ita quod ab ipſo manat ſecundum liberalitatem, et ad ipſum reducit ſecundum conformitatem: ideo oportet, quòd fiat per gratiam, et deiformitatem. Gratia enim et manat a Deo liberaliter, et reddit hominem deiformem. Quoniam ergo reparatiuum principium per gratiam reparat, et omnis res plenius et perfectius eſt in ſuo fonte et origine, quàm alibi; neceſſe eſt, quòd in principio noſtro, reparatiuo, ſcilicet Chriſto Domino, fuerit omnis gratiæ plenitudo. Et quoniam reparatiuum principium in reparando non tantum tenet rationem

principij, verum etiam medij, et extremi; extremi quidem, in ſatisfaciendo: medij, in reconciliando: et principij, in ſuperinfluendo: ideo neceſſe eſt, quòd in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ ratione extremi ſatisfacientis, medij reconciliantis, et principij ſuperinfluentis. Quoniam igitur extremum ad ſatisfaciendum idoneum, neceſſe eſt eſſe Deo placens: ac per hoc ab omni peccato perfecte immune, et hoc non poteſt eſſe niſi per donum diuinæ gratiæ in aliquo homine; neceſſe fuit ponere in Chriſto gratiam ipſam ſanctificantem, et confirmantem, quàm vocamus gratiam ſingularis perſonæ. Ruſus quoniam medium ad reconciliandum conueniens non eſt, niſi **B** habeat in ſe vtramque naturam ſuperiorem, et inferiorem, ſcilicet adorabilem, et adorantem, et hoc nullo modo fieri poteſt, niſi per ſumme dignatiuam, et gratuitam vnionem: ideo neceſſe eſt in Chriſto ponere gratiam, ſuper omnem gratiam, et omnimoda reuerentia venerandam, quam vocamus gratiam vnionis, ratione cuius Chriſtus homo, eſt ſuper omnia benedictus Deus, et ideo cultu latriæ venerandus. Poſtremo, quia principium ad influendum efficax non eſt, niſi habeat in ſe plenitudinem fontalem, et originalem, quæ non tantum eſt plenitudo ſufficientiæ, ſed etiam ſuperabundantiæ: ideo neceſſe eſt Ver- **C** bum incarnatum eſſe plenum gratiæ, et veritatis, ita quòd de plenitudine eius accipere valeant vniuerſi iuſti, ſicut vniuerſa membra a capite recipiunt influentiam motus et ſenſus. Et propter hoc vocatur hæc gratia, gratia capitis, pro eo quòd ſicut caput habet in ſe ſenſuum plenitudinem, et ceteris membris eſt conforme, ceteriſq. præſidet, ac ceteris beneficium præſtat influentiæ, quæ ipſi capiti connectuntur: ſic Chriſtus habens in ſe gratiam ſuperabundantem, et nobis conſimilis in natura, præ ceteris ſanctus, et iuſtus, ceteris, qui ad ipſum accedunt, præſtat beneficium gratiæ, et ſpiritus, per quæ fit ſenſus, et motus **D** in ſpiritualibus.

De triplici gratia in Chriſto.

Gratia vnionis eſt ſumma.

Rom. 9. b

Ioan. 1. b

Et quoniam ad ipſum accedere eſt per fidem, vel per fidei ſacramentum, et fides Chriſti eadem eſt in præteritis, præſentibus, et futuris: ideo ratio influendi in Chriſto ponitur reſpectu omnium tam præteritorum, quàm præſentium, quàm etiam futurorum in Chriſtum credentium, et in Chriſto renatorum: qui per fidem copulantur Chriſto, et per gratiam influentem fiunt membra Chriſti, et templa Spiritus ſancti: ac per hoc filij Dei patris, connexi ad inuicem per indiſſolubile vinculum charitatis. Quod ſicut diſtantia locorum non diuiditur, ſic nec diuturnitate **E** temporum ſeparatur; ac per hoc omnes iuſti, vbicumque ſint, et quandocumque fuerint, vnum efficiunt corpus Chriſti myſticum, ſenſum et motum ſuſcipiendo ab vno capite influente, ſecundum fontalem, radicalem, et originalem plenitudinem omnis gratiæ in Chriſto habitantis ſicut in fonte.

In Chriſto cur ſit ratio influēdi reſpectu omnium.

1. Cor. 6. d

De plenitudine ſapientiæ Chriſti in intellectu. Cap. VI.

DE plenitudine vero ſapientiæ Chriſti in intellectu, hoc tenendum eſt, quòd in Verbo incar- **F** nato Chriſto ſcilicet Domino noſtro, fuit omnis ſapientiæ plenitudo, non ſolum quantum ad cognita, verum etiam quoad cognoſcendi modos, et differentias. In Chriſto namque fuit cognitio ſempiternalis ex parte deitatis: cognitio ſenſibilis ex parte ſenſualitatis et carnis: cognitio ſcientialis ex parte mentis et ſpiritus. Et hæc fuit triplex, quædam ſcilicet per naturam, quædam per gratiam, et quædam per gloriam. Vnde ſapientiam habuit, et vt Deus, et vt homo: et vt comprehenſor, et vt viator: et vt illuminatus per gratiam, et vt recte formatus per naturam: et ita in vniuerſo fuerunt in Chriſto quinque modi cognoſcendi. Primus eſt ſecundum diui- **A** nam naturam, et hoc modo cognouit omnia actualia, et potentialia, finita et infinita, cognitione actuali, et comprehenſiua. Secundus eſt per gloriam, et hoc modo cognouit omnia actualia, et finita, cognitione actuali, et comprehenſiua, infinita vero, cognitione habituali, vel exceſſiua. Tertius per gratiam, et hoc modo, cognouit omnia ſpectantia ad humani generis redemptionem. Quartus eſt ſecundum naturam integram, cuiuſmodi fuit in Adam, et hoc modo cognouit omnia, quæ ſpectant ad vniuerſi conſtitutionem. Quintus eſt ſecundum ſenſibilem experientiam, et hoc modo cognouit omnia, quæ **B** veniunt ad organa ſenſuum, ſecundum quem modum dicitur, quòd didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam.

Plenitudo ſapiētiæ triplex in Chriſto.

Quinque modi cognoſcēdi in Chriſto.

Hebr. 5. b

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia ſicut reparatiui principij eſt, nos reparare per liberaliſſimam gratiam; ſic etiam per prouidentiſſimam ſapientiam. Quod enim ſecundum ordinem ſapientiæ conditum fuerat, non poteſt abſque luce, et ordine ſapientiæ reparari; et ideo ſicut Chriſtus debuit eſſe immunis ab omni culpa, ſic elongatus debuit eſſe ab omni ignorantia, ac per hoc totaliter repletus ſupernæ ſapientiæ luce, et circumfulgentia. **C** Quapropter cognitionem perfectam habuit ſecūdum vtramque naturam, et potentiam cognoſcitiuam, et ſecundum omnium rerum exiſtentiam. Quia ergo res habent eſſe in æterna arte, et in humana mente, et in proprio genere; neceſſe fuit Chriſtum habere hanc triformem rerum cognitionem. Quia vero res dupliciter poteſt cognoſci in arte, ſcilicet vel ab ipſo artifice, vel ab alio contemplante artem: ſimiliter habet dupliciter cognoſci in mente, etiam præter acquiſitionem, quæ Chriſto non competit propter imperfectionem, ſcilicet vel ſecundum habitum innatum vel ſecundum habitum infuſum: hinc eſt, quòd neceſſa- **D** rium fuit ad perfectam ſapientiæ plenitudinem, quinque modos prædictos reperiri in Chriſto Deo, et homine, vt in arte æterna cognoſceret res, et per naturam deitatis, et per gloriam comprehenſionis: in mente autem ſua per habitum naturalem, et innatum, ſicut cognouerunt Adam, et Eua, et Angeli: et per habitum gratuitum, et infuſum, ſicut ſancti Dei per Spiritum ſanctum illuminati: in proprio vero genere cognoſceret via ſenſus, et memoriæ, et experientiæ, quæ in nobis facit rem incognitam cognoſci, in Chriſto vero rem cognitam ſecundum vnum modum, cognoſci fecit ſecundum alium modum. Quoniam au- **E** tem diuina ſubſtantia, virtus, et operatio eſt immenſa, hinc eſt, quòd ſecundum primum modum, qui eſt per naturam deitatis, infinita actualiter comprehendit, quodam enim ineffabili modo ſumme infinito, omnis infinitas eſt finita. Quia vero creaturæ quantumcumque ſublimatæ finita eſt ſubſtantia, virtus, et operatio, ita tamen quòd mens humana non quieſcit, niſi in bono infinito, nec tamen illud proprie comprehendit, quia infinitum non comprehenditur a finito, accepta comprehēſione proprie: hinc eſt, quòd quantum ad ſecundum modum cognoſcendi, anima Chriſti per gloriā comprehēſionis, capit quantumcū- **F** que poteſt capere natura finita per bonum infinitum beatificata, cui eſt ſumme vnita; ac per hoc ad finita ſe extendit actualiter comprehendendo, ad infinita vero habitualiter, vel etiā excedendo. Non enim poteſt anima Chriſti æquari Verbo, nec in ſciētia, nec in aliquo alio. Rurſus, quia gratia maxime reſpicit opus reparationis; hinc eſt, quòd ſecundū tertium modum cognoſcendi per gratiam perfectiſſimam, cognouit Chriſtus omnia, quæ ſpectant ad reparationem noſtram, longe excellentius et melius, quàm aliquis prophetarum, vel etiam angelorum. Amplius, quia natura hominis bene inſtituta, nata erat omnibus creaturis præeſſe, et ipſas noſſe tamquam eas, quæ debeant ſibi ſeruire, ſicut patuit in primi hominis cōditione: hinc eſt, quòd quantum

Res habent triplex eſſe.

tum ad quartum modum cognoſcendi, cognouit Chriſtus omnia, quæ ſpectant ad mundanam machinam conſtruendam, longe excellentius, quàm Adam. Poſtremo quia ſenſus non eſt perceptiuus rerum, niſi ad obiecti præſentiam: hinc eſt, quòd ſecundum cognitionem ſenſitiuam non ſimul cognoſcebat omnia, ſed modo hæc, modo illa, iuxta quòd opportunum erat ad reparationem humani generis faciendam.

De plenitudine meriti Chriſti in effectu. Cap. VII.

DE plenitudine autem meriti Chriſti hoc tenẽdum eſt, quòd in Chriſto Domino fuit omnis meriti perfectio et plenitudo. Primo quantum ad eum, qui merebatur, quia non tantum fuit homo, verumetiam Deus. Secundo quantum ad tempus, in quo merebatur, quia ab inſtanti conceptionis ſuæ vſque ad horam mortis ſuæ. Tertio quantum ad id, per quod merebatur, quia per perfectiſſimum habitum charitatis, et perfectiſſimum exercitium virtutis in orando, in agendo, et in patiendo. Quarto quantum ad eum, cui merebatur, quia non tantum ſibi verumetiam nobis, immo omnibus iuſtis. Quinto quantum ad illud, quod merebatur nobis, quia nõ tantum gloriam, verumetiã gratiam, et veniam; et non tantum gloriam ſpiritus, ſed etiam ſtolam carnis, et apertionem ianuæ cæleſtis. Sexto quantum ad id, quod merebatur ſibi, quia licet non mereretur ſibi glorificationem mentis, quã iam habebat; merebatur tamen glorificationem corporis, et accelerationem reſurrectionis, et clarificationem ſui nominis, et dignitatem iudiciariæ poteſtatis. Septimo quantum ad modum, quo merebatur. Cum enim tripliciter dicatur aliquis mereri, vel de indebito faciendo debitum: vel de debito faciẽdo magis debitum: vel de debito vno modo, faciendo debitum alio modo; omnibus his modis meruit nobis, tertio tantum modo meruit ſibi, faciente hoc plenitudine gratiæ Spiritus ſancti, per quam Chriſtus ſimul erat beatus, et in ſtatu merendi: ita quòd ſuper eius meritum, omnia merita noſtra habent fundari.

B

Septẽ modi merendi in Chriſto.

C

Tripliciter dicitur aliquis mereri.

D

Ratio autem ad intelligentiam horum hæc eſt: quia cum in principio reparatiuo, Chriſto ſcilicet Domino noſtro neceſſaria fuerit plenitudo gratiæ et ſapientiæ, quæ ſunt nobis origo rectè, et ſanctè viuendi: neceſſe eſt, quòd in Chriſto fuerit plenitudo, et perfectio omnis meriti, ſecundum omnem modum plenitudinis. Quia enim in Chriſto fuit plenitudo gratiæ vnionis, per quam erat Deus ab inſtanti cõceptionis, habens gloriam comprehenſionis, et motum liberi arbitrij: hinc eſt, quòd neceſſario fuit in Chriſto perfectio meriti, et quantum ad excellentiſſimam dignitatem merentis, et quantum ad celerrimam opportunitatem temporis. Rurſus quia fuit in eo plenitudo gratiæ ſingularis perſonæ, per quam habuit firmam charitatem, et omnes virtutes perfectas, quantum ad habitus, et exercitia: neceſſe fuit, quod in eo eſſet plenitudo meriti, quantum ad id, per quod contingit mereri, cuiuſmodi eſt radix charitatis, et actus multiplicis virtutis. Amplius, quia fuit in eo plenitudo gratiæ capitis, per quam pleniſſimam habuit influentiã in membra ſua, hinc eſt, quòd plenitudinem habuit meriti, non tantum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu noſtri, quibus ſicut omnia ſpiritualia, quæ habemus, influit ratione deitatis, ſic meruit ratione aſſumptæ humanitatis, ſiue ſint bona ſtatus præſentis, ſiue æternæ felicitatis.

Plenitudo meriti in Chriſto probatur ratione triplicis gratiæ.

E

F

Poſtremo, quia tantorum chariſmatum plenitudo, neceſſario ponebat in Chriſto ſummam, et perfectam felicitatem, ſecundum ſui partem ſuperiorem, licet diſpenſatiue propter nos eſſet in ſtatu viæ: hinc eſt, quòd perfectionem habuit meriti, quantum ad id, quod meruit ſibi, quia non gloriam et beatitudinem animæ concreatam, quæ naturaliter in ipſo omne meritum anteibat, ſed ſolum illa, cum quibus ſtatus

A viæ ſtare non poterat, ſicut ſtolam carnis cum glorificatione ſuæ excellentiſsimæ dignitatis: hinc eſt, quòd perfectionem habuit meriti quãtum ad modum merendi. Quia enim in ipſo ab inſtanti conceptionis fuit perfectiſsima plenitudo, ſtatim omnia meruit, quæ potuit mereri reſpectu ſui: ac per hoc de debito vno modo, facere potuit debitum alio modo: de indebito autem debitum, vel de debito magis debitum facere non potuit ſibi: quia nullo modo potuit in ſanctitate proficere, cum a principio eſſet ſanctiſsimus: fecit tamen hoc nobis, qui merito ipſius iuſtificamur per gratiam, et proficimus in iuſtitia, et per æternam

B gloriam coronamur. Ac per hoc, in merito Chriſti radicata ſunt omnia merita noſtra, ſiue ſatisfactoria pœnæ, ſiue meritoria vitæ æternæ: quia nec ab offenſa ſummi boni digni ſumus abſolui, nec immenſitatem æterni præmij, quæ Deus eſt, digni ſumus lucrari, niſi per meritum hominis Dei, cui dicere poſſumus, et debemus: Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Ipſe inquam eſt Dominus, cui propheta dixit: Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Omnia merita noſtra radicata in merito Chriſti.

Iſa. 26. b

Pſal. 15. a

De paſſione Chriſti inquantum ad ſtatum patientis. Cap. VIII.

C

POſtquam circa Verbum incarnatum conſiderata eſt vnio naturarum, conſiderata eſt nihilominus plenitudo chariſmatum: deinde conſideranda eſt tolerantia paſsionum. Circa quam conſiderandus eſt ſtatus patientis, et modus patiendi, et exitus paſsionis. De ſtatu vero patientis hæc tenenda ſunt, ſcilicet quòd Chriſtus aſſumpſit non tantum humanam naturam, ſed etiam defectus circa naturam. Aſſumpſit enim pœnalitates corporales, vt famem, ſitim, et laſſitudinem. Aſſumpſit et ſpirituales, vt triſtitiam, gemitum, et timorem. Nec tamen omnes corporales aſſumpſit, ſicut ſunt defectus ægritudinum corporalium multiformium. Nec omnes, ſpirituales, ſicut ſunt ignorantia, et rebelliones carnis ad ſpiritum. Nec qualitercumque, quia ſic neceſsitatem patiendi ſuſcepit, vt tamen nihil pati poſſet inuite, nec ſecundum voluntatem diuinitatis, nec ſecundum voluntatem rationis: licet paſsio fuerit cõtra voluntatem ſenſualitatis, et carnis, ſicut exprimit oratio Saluatoris, quæ dicit: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis.

Chriſtus humanã naturã aſſumpſit, et defectus aliquos circa eam, non tamẽ omnes.

D

Mat. 26. d

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum principium reparatiuum in reconciliando, neceſſario habeat mediatoris officium; ideo neceſſe eſt, quòd habeat conuenientiam cum vtroque extremorum non ſolum quantũ ad naturam, verumetiã quantum ad ea, quæ ſunt circa naturam: quoniam ergo Deus eſt iuſtus, et beatus, impaſsibilis, et immortalis; homo vero lapſus eſt peccator, et miſer, paſsibilis, et mortalis: neceſſe fuit mediatorem Dei, et hominum, vt poſſet hominem reducere ad Deum, cum Deo communicare in iuſtitia, et beatitudine; cum homine vero in paſsibilitate, et mortalitate: vt ſic habendo mortalitatem tranſeuntem, et beatitudinem permanentem, hominem reduceret de præſenti miſeria, ad vitam beatam. Sicut econtra, angelus malus, habendo immortalitatem cum miſeria et iniuſtitia, fuit mediator faciens cadere in culpam, et miſeriam per ſuggeſtionem ſuam. Quoniam ergo Chriſtus mediator debuit habere innocentiam, et beatitudinem fruitionis, cum mortalitate, et paſsibilitate; hinc eſt, quod ſimul debuit eſſe viator, et comprehenſor. De omni enim ſtatu aliquid habuit in ſe, ſecundum quod dicitur, aſſumpſiſſe de ſtatu innocentiæ peccati immunitatem: de ſtatu naturæ lapſæ mortalitatem: de ſtatu vero gloriæ beatitudinem fruitionis perfectæ.

E

F

Rurſus quoniam pœnalitates vitioſæ, ſicut ſunt illa quattuor propter peccatum mortale inflicta, ſcilicet ignoran-

ignorantia, infirmitas, malitia, et concupiſcentia ſtare non poſſunt cum perfectiſſima innocentia: hinc eſt, quòd has nec aſſumere debuit, nec aſſumpſit. Quia vero pœnæ, quæ ſunt exercitatiuæ virtutis perfectæ, et teſtificatiuæ humanitatis veræ, non ſimulatæ; potiſſimæ illæ ſunt, quæ reſpiciunt noſtram naturam in communi, ſicut fames et ſitis in abſentia alimenti, triſtitia et timor in præſentia nocumenti: hinc eſt, quòd illas debuit aſſumere, et aſſumpſit. Poſtremo quia nullus innocens debet inuitus aliquam pœnam ſuſtinere, quia hoc eſſet contra ordinem diuinæ iuſtitiæ, nullus etiam mortalis vult mori et pati, ſecundum appetitum naturæ, quia naturaliter refugit mortem; (B) hinc eſt, quòd Chriſtus debuit habere huiuſmodi pœnalitates, ſic tamen, vt nihil poſſet pati inuite ſecundum rationem, non ſolum propter beatitudinem, et deitatem omnipotentem ſibi vnitam, per quā poterat repellere omnia; ſed etiam propter perfectiſſimam innocentiam, qua ſecundum ordinem naturalis iuſtitiæ, nihil permittitur pati inuite: ſic etiam pateretur, vt etiam hoc eſſet contra naturalem inclinationem, et appetitum naturæ, qui eſt in ſenſualitate, et carne. Et hinc eſt, quòd Chriſtus orans ſecundum rationem, voluntatem carnis exprimebat, quæ paſſionem refugiebat, cum dicebat; Tranſeat a me calix (C) iſte: voluntatem rationis voluntati patris cōformabat, et appetitui carnis præponebat, cum dicebat: Nō mea voluntas, ſed tua fiat. Et ſic vna voluntas non erat alteri contraria: quia ſecundum voluntatem diuinam, quod iuſtum erat voluit: ſecundum voluntatem rationis, iuſtitiæ conſenſit: ſed ſecundum voluntatem carnis pœnam recuſauit, ſed tamen iuſtitiam non accuſauit. Et ſic vnaquæque voluntas, quod ſuum erat operabatur, et quod ad ſe pertinebat ſequebatur, voluntas ſcilicet diuina iuſtitiam, voluntas rationalis obedientiam, voluntas carnis, naturam: ac per hoc non erat in Chriſto colluctatio, et pugna, ſed pacata ordinatio, (D) et tranquillitas ordinata.

Mat. 26. d

Ibidem.

De paſſione Chriſti quantum ad modum patiendi. Cap. IX.

DE modo autem patiendi hoc tenendum eſt, quòd Chriſtus paſſus eſt paſſione generaliſſima, paſſione acerbiſſima, paſſione ignominioſiſſima, paſſione interemptoria, ſed viuificatiua. Paſſione inquam generaliſſima, quantum ad naturam humanam, non ſolum ſecundum omnia membra corporis principalia, veruметiam ſecundum omnem animæ potentiam, (E) licet nihil pati poſſet ſecundum diuinam naturam. Paſſus eſt etiam paſſione acerbiſſima; quia non ſolum dolendo, vt patiens per vulnera, ſed etiam condolendo, vt compatiens propter noſtra delicta. Paſſus eſt etiam paſſione ignominioſiſſima, et propter patibulum crucis, quæ erat ſupplicium peſſimorum, et propter conſortium iniquorum, videlicet latronum, cum quibus fuit deputatus. Paſſus eſt etiam paſſione interemptoria per ſeparationē animæ a corpore, ſalua tamē vnione vtriuſque cum deitate. Anathema enim eſt, qui dicit Dei filium naturam, quam ſemel aſſumpſit, aliquando reliquiſſe. (F)

Iſa. 53. d

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia reparatiuum principium, ſicut ordinate produxit, ſic et ordinate reparare debuit genus humanū. Sic igitur reparare debet, vt ſalua ſit libertas arbitrij, ſaluus ſit nihilominus honor Dei, ſaluus ſit etiam ordo regiminis vniuerſi. Quia ergo reparare debuit, ſalua libertate arbitrij, reparauit dando exemplum efficaciſſimum: exemplum autem illud efficaciſſimum eſt, quod inuitat, et informat hominem ad culmen virtutum. Nihil autem magis informat hominem ad virtutem, quàm exemplum tolerandi mortem, propter iuſtitiam, et obedientiam diuinam, mortem, inquam, non quamcumque, ſed pœnaliſſimam.

Exemplum efficaciſſimum dedit Chriſtus in paſſione.

(A) Nihil vero magis incitat, quàm tanta benignitas, qua pro nobis altiſſimus Dei filius abſque noſtris meritis, immo cum multis noſtris demeritis, poſuit animam ſuam: quæ benignitas tanto maior oſtenditur, quanto pro nobis grauiora, et abiectiora pati voluit Deus. Qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Ex quo inuitamur ad ipſum amandum, et amatum imitandum.

Rom. 8. f

Rurſus quia reparare debuit, ſaluo honore Dei, ideo reparauit offerendo obſequium ſatisfactiuum. Eſt autem ſatisfacere, honorem Deo debitum rependere. (B) Honor autem Deo ſubtractus per ſuperbiam, et inobedientiam, reſpectu rei, ad quam homo aſtringitur, nullo modo melius reſtituitur, quàm per humiliationem, et obedientiam ad eam rem, ad quam nullatenus tenebatur. Quoniam ergo Chriſtus Ieſus, inquantum Deus, æqualis erat Patri in forma Dei; inquantum homo innocens nullatenus erat debitor mortis, dum ſemetipſum exinaniuit, et factus eſt obediens vſque ad mortem, exoluit Deo, quæ non rapuit per obſequium ſatisfactionis perfectæ, et obtulit ſacrificium ſuauitatis ſummę pro perfecta Dei placatione. Poſtremo quia reparare debuit, ſaluo ordine regiminis (C) vniuerſi, ideo per remedium conuenientiſſimum reparauit. Conuenientiſſimum autem eſt, vt contraria contrarijs curentur.

Satisfactio Chriſti.

Phil. 2. a

Pſ. 68. b

Quia ergo homo volens eſſe ſapiens, vt Deus, peccauit in ligno vetito volens delectari, ita quòd inclinatus eſt ad libidinem, erectus in præſumptione, ac per hoc totum genus humanum infectum eſt, et perdidit immortalitatem, et incurrit debitam mortem: hinc eſt, quod ad hoc, quòd homo repararetur conuenienti remedio, Deus factus homo, voluit humiliari, et in ligno pati: et contra vniuerſalem infectionem pati paſſione generaliſſima: contra libidinem (D) paſſione acerbiſſima: contra præſumptionem paſſione ignominioſiſſima: contra mortem debitam et inuitam, pati voluit mortem non inuitam, ſed voluntariam.

Gen. 3. b

Quia ergo generalitas corruptionis in nobis infecerat non ſolum corpus et animam, ſed etiam omnem corporis partem, et omnem animæ potentiam; hinc eſt, quòd Chriſtus paſſus eſt in omni corporis parte, et in omni potentia animæ, et in ſuperiori portione rationis, quæ ſumme in Deo delectabatur vt ratio, et propter vnionem ſui ad ſuperius: et ſumme patiebatur vt natura, et propter coniunctionem ad inferius, (E) quia Chriſtus erat viator et cōprehenſor ſimul.

Paſſio Chriſti generalis, quia generalis fuit in nobis corruptio.

Rurſus, quia libido vehementer infecerat in nobis animam et carnem, et quantum ad carnalia, et quantum ad ſpiritualia peccata: hinc eſt, quòd Chriſtus et acerbiſſima paſſione paſſus eſt in carne, et amariſſima compaſſus eſt in anima. Et quia in carne erat maxima æqualitas complexionis, et perfecta viuacitas ſenſuum, in anima vero ſumma charitas ad Deum, et ſumma pietas ad proximum: hinc eſt, quòd vterque dolor fuit intenſiſſimus. Amplius quia tumor ſuperbiæ aliquando conſurgit interius ex præſumptione, et aliquando exterius ex oſtentatione, et aliena (F) laude: ideo ad remediandum omnem ſuperbiam, Chriſtus paſſus eſt vtrumque genus ignominiæ, et in ſe patiente, et in comitatu, quem habuit in paſſione. Poſtremo quia hæc omnia non attingebant diuinam naturam impaſſibilem, ſed ſolum humanam: hinc eſt, quòd in morte Chriſti ſic facta eſt diuiſio animæ a carne, vt tamen ſalua eſſet vnitas perſonæ, et vnio tam carnis, quàm animæ cum deitate. Et quia vnio animæ cum corpore facit hominem, et facit viuum; hinc eſt, quòd Chriſtus non fuit homo in illo triduo, licet anima, et caro eſſent vnitæ cum Verbo. Vnde, quia mors in humana natura, non potuit mortem inducere in perſonam, quæ ſemper fuit viua; ideo mortua eſt mors in vita, et per Chriſti mortem

Superbiæ tumor dupliciter conſurgit.

Chriſtus non fuit homo in triduo mortis.

abſorpta

1. Cor. 15. g. ex Oſee 13.

abſorpta eſt mors in victoria, et deuictus princeps mortis: ac per hoc homo a morte, et cauſa mortis, per meritum mortis Chriſti, tamquam per medium efficaciſſimum liberatus.

De paſſione Chriſti quantum ad exitum paſſionis. Cap. X.

Fructus paſſionis Chriſti.

DE exitu autem paſſionis Chriſti, et fructu hæc indubitanter tenẽda ſunt, quòd anima Chriſti poſt paſſionem deſcendit ad infernum, ſiue ad limbum, ad liberationem non omnium, ſed eorũ, qui inter membra Chriſti deceſſerunt, per fidem viuam, vel per fidei ſacramenta. Poſt hæc tertia die reſurrexit a mortuis reſumendo corpus, quod primo viuificauerat, ſed nõ tale, quale prius fuerat: quia prius fuerat paſſibile et mortale, poſtea autem reſurrexit impaſſibile et immortale, viuens perpetuo. Deinde poſt quadraginta dies aſcendit ad cælos, vbi ſuper omnem creaturam exaltatus, ſedet ad dexteram Dei patris. Quod dictum intelligitur non quantum ad ſitum, qui non competit Deo patri, ſed quantum ad excellentiam bonorum: quia ſcilicet reſidet in potioribus bonis patris. Poſtremo, interiectis decem diebus, miſit in Apoſtolos promiſſum Spiritum ſanctum, per quem congregata eſt C Eccleſia gentium, et ordinata ſecundum diuerſas diſtributiones officiorum, et gratiarum.

Act. 1. b

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia ſicut Chriſtus inquantum Verbum increatum, perfectiſſime omnia formauit: ſic inquantum incarnatum, omnia perfectiſſime reformare debuit. Decet enim perfectiſſimum principium, opus non dimittere citra perfectum. Debuit ergo reparatorum principium redemptionis humanæ remedium perducere ad perfectum. Ad hoc autem quòd eſſet perfectiſſimum, oportuit quòd eſſet ſufficientiſſimum, et efficaciſſimum. Quia ſufficientiſſimum, ideo ſe D extendit ad cæleſtia, terreſtria, et infernalia. Quia ergo per Chriſtum ſunt infernalia recuperata, terreſtria remediata, cæleſtia reintegrata: ita quòd primum horum fecit per veniam, ſecundum per gratiam, et tertium per gloriam: ideo poſt paſſionem anima deſcendit ad inferos, ad liberandum in inferno detentos: deinde reſurrexit a mortuis, ad viuificandum in peccatis mortuos: aſcendit ad cælos reducendo captiuitatem, ad reintegrandum Hieruſalem cæleſtem: miſit Spiritum ſanctum, ad ædificandum Hieruſalem terreſtrem. Quæ omnia neceſſario conſequuntur, et exiguntur ad ſufficientiam reparatio- E nis humanæ.

Rurſus quia remedium illud fuit efficaciſſimum, tam in eos, qui Chriſti aduentum præceſſerunt, quàm in eos, qui ſequuntur, qui tamen ad ipſum Chriſtum acceſſerunt, et accedunt, et eius membra fuerunt, et ſunt, tales autem ſunt qui adhærent ei per fidem, ſpem, et charitatem: ideo remedium illud habere debuit efficaciam, primo in eos, qui in Chriſtum crediderunt, credendo ſperauerunt, et ſperan- A do amauerunt: ac per hoc ſtatim debuit ad inferos deſcendere ad ipſorum liberationem. Vnde aperta ianua cæli per Chriſti paſſionem, qui ſatisfaciendo amouerat romphæam, mutando ſentẽtiam diuinam, eripuit de inferno omnia membra ſua. Debuit etiam habere efficaciam præcipuam in eos, qui Chriſti aduentum ſequuntur: vt attrahendo ad fidem, ſpem, et charitatem, tandem ad gloriam perduceret cæleſtem.

Gen. 3. d

Vt igitur ædificaret ad fidem, qua credimus Chriſtum verum hominem, et verum Deum: qua etiam credimus eum voluiſſe nos redimere per mortem, et B ad vitam nos reducere poſſe per reſurrectionem: ideo voluit reſurgere ad vitam immortalem, interiecto tamen ſpatio temporis debito, ſcilicet triginta ſex horarum, in quo oſtenditur, quòd vere mortuus fuit: nec magis accelerare debuit, ne ſi citius reſurgeret, crederetur, quòd non vere mortuus fuiſſet, ſed ſe mortuum finxiſſet: nec amplius differre, ne ſi ſemper iaceret in morte, crederetur impotens, et quòd nullos poſſet ad vitam reuocare, ideoq. reſurrexit tertia die.

Chriſtus cur tertia die reſurrexerit.

Amplius vt erigeret ad ſpem, ad cæleſtem aſcendit gloriam, quam ſperamus. Sed quia ſpes non oritur, niſi ex fide immortalitatis futuræ: ideo non ſtatim aſcendit, ſed ſpatio quadraginta dierum interiecto, in quo per multa ſigna, et argumenta veram oſtenderet reſurrectionem, per quam animus ſolidaretur in fide, et ſubleuaretur ad ſperandum gloriam cæleſtem.

Aſcenſio Chriſti nos erigit ad ſpẽ gloriæ cæleſtis.

Poſtremo, vt inflammaret ad charitatem, miſit ignem Spiritus ſancti in die Pentecoſtes. Et quia nullus hoc igne repletur, niſi qui petit, quærit, et pulſat, cum inſtanti, et importuno ſpei deſiderio; ideo non ſtatim poſt aſcenſionem miſit, ſed decem dierum ſpatio interiecto, in quo diſcipuli ieiunantes, orantes, et gementes diſpoſuerunt ſe ad Spiritus ſancti ſuſceptionem. Ac per hoc ſicut debitam ſeruauit horam in patiendo, ſic in reſurgendo, ſic in aſcendendo in cælum, ſic in mittendo Spiritum ſanctum, et propter fundationem trium virtutum prædictarum, et propter multa myſteria, quæ in his temporibus implicantur.

Act. 2. a

Act. 1. c

Chriſtus ſicut in paſſione, ſic in alijs myſterijs debitã horam ſeruauit.

Et quoniam Spiritus ſanctus, qui charitas eſt, et per charitatem habetur, eſt omnium origo chariſmatum; ideo cum deſcendit Spiritus ſanctus, effuſa eſt plenitudo chariſmatum ad corpus Chriſti myſticum conſummandum. Et quia diuerſa membra debent eſſe E in corpore perfecto, et diuerſorum membrorum diuerſa officia, et exercitia, et diuerſorum officiorum diuerſa chariſmata; hinc eſt, quòd vni datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ, alij fides, alij gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum: quæ omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult, ſecundum ſuam liberaliſſimam prouidentiam, et prouidentiſſimam largitatem.

1. Cor. 12. a

gratia gratis data, et ſine hac nullus ſufficienter facit quod in ſe eſt, vt ſe præparet ad ſalutem: proprie vero gratia dicitur adiutorium datum diuinitus ad merendum: quod quidem dicitur donum gratiæ gratũ facientis, ſine quo nullus poteſt mereri, nec in bono proficere, nec ad æternam peruenire ſalutem. Ipſa enim tamquam radix merendi omnia merita antecedit: propter quod dictum eſt, quòd præuenit voluntatem, vt velit: ſubſequitur autem, ne fruſtra velit. Vnde nullus ipſam mereri poteſt, merito condigni, ſed ipſa meretur augeri a Deo in via, vt aucta mereatur et perfici in patria, et gloria ſempiterna ab ipſo Deo, cuius eſt gratiam infundere, augere, et perficere, ſecundum cooperationem voluntatis noſtræ, et ſecundum propoſitum ſiue beneplacitum prædeſtinationis æternæ.

Gratia non cadit ſub merito de condigno.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium ſua omnipotenti virtute, et benigniſſima largitate, creaturam omnem de nihilo produxit ad eſſe, ac per hoc creatura de ſe non habeat eſſe, totum autem eſſe habeat aliunde; ſic facta fuit vt ipſa pro ſua defectibilitate ſemper ſuo principio indigeret, et primũ principium pro ſua benignitate influere non ceſſaret. Cum ergo ſpiritus rationalis hoc ipſo, quòd de nihilo eſt, ſit in ſe defectiuus: hoc ipſo, quòd natura limitata et egena, ſit in ſe recuruus, amans proprium bonum; hoc ipſo, quòd totus a Deo, ſit totaliter Deo obnoxius. Et quia defectiuus eſt, de ſe tendit in non eſſe: quia recuruus, per ſe non aſſurgit ad rectitudinem perfectæ iuſtitiæ: quia totaliter Deo obnoxius, et Deus bonis eius non indiget, nihil poteſt facere de ſe, et propria virtute: propter quod Deum ſibi cõſtituat debitorem, et maxime mercedis æternæ, quæ Deus eſt, niſi per diuinã condeſcenſionem. Hinc eſt, quòd ad hoc, quòd ſaluetur in eſſe, cum ſit defectiuus, indiget ſemper adiutorio diuinæ præſentiæ, manutenentiæ, et influentiæ, per quam manuteneatur in eſſe: quæ quamuis ſit vniuerſalis in creaturas omnes, nominatur tamen nomine gratiæ: quia non ex debito procedit, ſed ex libertate bonitatis diuinæ. Hinc eſt etiam, quod ad hoc vt ſe præparet ad donum ſupernæ gratiæ, cum ſit recuruus, indiget dono alterius gratiæ gratis datæ, maxime poſt naturam lapſam, per quam habilis efficiatur ad bona moralia, quæ ſunt bona ex circumſtantia, quæ nullo modo poſſunt dici bona, niſi procedant ex intentione recta, videlicet quòd non propter nos, ſed propter ſummum bonum fiant, ad quod non aſſurgit ſpiritus noſter recuruus, niſi præueniatur a Deo per aliquam gratiam gratis datam. Hinc nihilominus eſt, quòd ad hoc, quòd faciat bona opera meritoria mercedis æternæ, cum totaliter ſit Deo obnoxius, et debitor ſui totius, indiget dono gratiæ gratum facientis, per quam Deus ſibi condeſcendat, prius acceptans ſuam imaginem, et voluntatẽ, quam operationem ex eo manantem: quia cum cauſa nobilior ſit ſuo effectu, nullus poteſt ſe facere meliorem, nec facere opus Deo placens, niſi prius placeat ipſe, vt Deus prius ipſum reſpiciat, quàm ad munera eius. Et ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum faciente, cuius eſt facere hominem Deo dignum: propter quod nullus poteſt eam mereri merito condigni, ſed ſolum merito congrui. Ipſa autem habita meretur ſui ipſius augmentum in ſtatu viæ per bonum eius vſum merito condigni. Nam cum ſolus Deus ſit ipſius gratiæ fontale principium influendi: ipſe ſolus eſt principium augmentandi, per modum infundentis: et gratia per modum meriti, et dignitatis: et liberum arbitrium per modum cooperantis, et merentis, pro eo, quòd liberum arbitrium cooperatur gratiæ, et quod eſt gratiæ, ſuum facit: et ideo non tantum liberum arbitrium per gratiam meretur gratiæ augmentum, in ſtatu viæ merito digni, verumetiam complementũ in ſtatu patriæ merito cõdigni: tum propter ſublimitatem doni Spiritus

Neceſſitas triplicis gratiæ.

Gen. 4. a

Gratia vſu creſcit.

Ad augmẽtum gratiæ quo modo Deus, gratia, et liberũ arbitriũ concurrũt.

A ſancti in merito cooperantis: tum propter veracitatẽ Dei promittentis: tum propter vertibilitatem liberi arbitrij conſentientis, et finaliter perſeuerantis: tum propter difficultatem ſtatus merendi: tum propter dignitatem Chriſti noſtri capitis interuenientis, quod debet glorificari cum ſuis membris: tum etiam propter liberalitatem Dei tribuentis, quem non decet parua reddere, propter obſequium ſibi fideliter obtemperantis: tum propter nobilitatem operis, quòd ex charitate procedit, quod tantum ponderat in conſpectu iudicis, quantum amor, ex quo procedit, qui Deum incomparabiliter præponit omnibus creaturis: B et ideo non ſufficienter, et competenter poteſt niſi in Deo, et ſummo bono remunerari. Ex quibus omnibus tamquam ex ſeptem rationibus, gloriam æternam merito non tantum congrui, ſed etiam condigni, mereri facit gratia ſeptiformis.

De gratia inquantum eſt remedium peccati. *Cap. III.*

De gratia vero inquantum eſt remedium cõtra peccatum, hæc tenenda ſunt, ſcilicet, quòd liberum arbitrium licet ſit ſub Deo potentiſſimum, poteſt C tamen per ſe in peccatum corruere: ſed nullatenus poteſt reſurgere ſine adiutorio diuinæ gratiæ, quæ dicitur gratia gratum faciens. Illa autem gratia licet ſit ſufficiens remedium contra peccatum, non tamen infunditur adulto, niſi adſit liberi arbitrij conſenſus. Ex quo colligitur, quòd ad iuſtificationem impij quatuor concurrunt, ſcilicet infuſio gratiæ, expulſio culpæ, contritio, et motus liberi arbitrij. Expellitur ergo culpa a Dei dono, non a libero arbitrio, non tamen ſine libero arbitrio. Nam gratiæ gratis datæ eſt liberũ arbitrium reuocare a malo, et excitare ad bonum: et liberi arbitrij eſt conſentire, vel diſſentire: et conſen- D tientis eſt gratiam ſuſcipere: et ſuſcipientis cooperari eidem, vt tandem perueniat ad ſalutem.

Homo per ſe cadit, nõ per ſe ſurgit.

Iuſtificatio impij quatuor requirit.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ hæc eſt: quia cum primum principium hoc ipſo, quòd primũ, et potentiſſimum, ſit cauſatiuum omnium, quæ fiunt in vniuerſo præter quàm peccatorum, quæ ſunt trãſgreſſiones legis diuinæ, et cæleſtiũ inobedientiæ mandatorum, nihil habet ſibi rebelle, iniurioſum, et offenſiuum, niſi peccatum: quod contemnendo Dei præceptum, et auertendo nos a bono incommutabili, offendit Deum, deformat liberum arbitrium, perimit donum gratuitum, et obligat ad ſupplicium æternum. E Cum igitur deformatio imaginis, et peremptio gratiæ ſit quaſi annihilatio, in eſſe moris, et vitæ gratuitæ, cum offenſa Dei ſit tantum ponderanda, quantus eſt ipſe, cum reatus pœnæ æternæ rationem teneat infiniti; impoſſibile eſt, quòd homo reſurgat a culpa niſi recreetur in vita gratuita, niſi remittatur offenſa, et pœna relaxetur æterna. Solus igitur, qui fuit principium creatiuum, eſt et principium recreatiuum, et reparatiuum, Verbum ſcilicet Patris æternum, quod eſt Ieſus Chriſtus mediator Dei, et hominum, quod quia omnia de nihilo creat, ideo creat ſeipſo ſolo ſine aliquo intermedio.

Ambroſ. li. de paradiſ. c. 8. tom. 1. edit. Rom.

Peccatum quàm graue malum.

1. Tim. 2. b

F Quia vero recreat deformatum per vitium culpæ, reformando per habitum gratiæ et iuſtitiæ, obligatũ ad pœnam, abſoluendo per ſatisfactionem condignã: hinc eſt, quòd nos reparat, ſuſtinendo pro nobis pœnam in natura aſſumpta, et infundendo gratiam reformatiuam, quæ quoniam continuat nos ſuæ origini, facit nos membra Chriſti, ac per hoc animam peccatricem, quæ fuerat inimica Dei, proſtibulum diaboli, et ſerua peccati, facit ſponſam Chriſti, templum Spiritus ſancti, et filiam Patris æterni: quod totum fit per gratuitam, et condeſcenſiuam infuſionem doni gratuiti. Rurſus quoniam Deus ſic reformat, quòd leges naturæ inditas non infirmat; ideo ſic hanc gratiam tribuit libero arbitrio, vt tamen ipſum non cogat, ſed

Iuſtificatio impij.

eius

eius conſeoſus liber maneat; et ideo ad hoc, quòd culpa expellatur, non ſolum neceſſe eſt, qnòd gratia introducatur, verumetiam qoòd liberum arbitrium in adultis (in adultis dico, quia io paruulis ſufficit fides Eccleſiæ, et meritum Chriſti, et excuſat impotentia ſoi) occeſſe eſt, inquam, quòd conformet ſe expulſioni culpæ, per deteſtationem omnium peccatorum, quam vocamus contritionem. Eſt etiam neceſſe, quòd conformet ſe iutroductioni gratiæ, per complacentiã, et acceptatiooem doni diuini, quam vocamus motum liberi arbitrij. Et ſic neceſſe eſt, iſta quattuor concurrere ad iuſtificationem impij.

Gratia et liberum arbitrium quo modo ſe habeant.

Poſtremo quia prædiſpoſitio ad ſormam completiuam, debet eſſe ei conformis, ad hoc, quòd liberum arbitrium ſe diſponat ad gratiam gratum facientem, indiget adminiculo gratiæ gratis datæ; et quia gratiæ eſt liberum arbitrium oon cogere, ſed præuenire, et ſimul vtriuſque eſt in actum prodire: hinc eſt, quòd in noſtra iuſtificatione concurrit actus liberi arbitrij, et gratiæ conſone quidem et ordinate, ita quòd gratiæ gratis datæ eſt excitare liberum arbitrium: liberi arbitrij autem eſt huiuſmodi excitationi conſentire, vel diſſentire: et conſentientis eſt ad gratiam gratum facientem ſe præparare, quia hoc eſt facere quod io ſe eſt: et ſic diſpoſito gratia gratum faciens habet infundi, cui liberum arbitrium poteſt cooperari ſi vult, et tunc meretur: vel contrariari per peccatum, et tunc demeretur. Si ergo cooperetur ei vſque in finem, meretur perueoire ad æternam ſalutem. Verum eſt igitur, quod dicit Auguſtinus, quòd qui creauit te ſine te, oon iuſtificabit te ſine te. Verum eſt etiam quòd non eſt volentis, oeque currentis, ſed Dei miſerentis. Verum eſt etiam, quòd nullus poteſt ſuperbire de meritis, quia nihil in nobis Deus præter ſua dona coronat. Reſeruauit enim ſibi Deus munera gratiæ liberaliter largienda, vt diſcat homo oon eſſe ingratus: nec in ſe, quaſi non acceperit, ſed in Domino gloriari. Verum eſt etiam, quòd licet liberum arbitrium per ſe legem implere noo poſſit, nec gratiam in ſe efficere, inexcuſabile tamen eſt, ſi non facit quod poteſt: quia gratia gratis data ſemper eſt preſto ad commonitionem, cuius adminiculo facere poteſt, quod in ſe eſt: quo facto, habet gratiam gratum facientem, qua obtenta, dioinam impleat legem, et faciat voluntatem; qua facta, tandem ad beatitudinem perueniat ſempiternam propter opera meritoria, quæ totaliter ſunt a gratia, totaliter etiam a libero arbitrio, licet principalius a gratia. Quia vt dicit Auguſtious, gratia cooperatur ad liberum arbitrium ſicut ſeſſor ad equum, qui quidem ſeſſor liberum arbitrium dirigit, deducit, et perducit ad portum æternæ felicitatis exercendo nos in operibus perfectæ virtutis ſecundum donum ipſius gratiæ ſepuſormis.

Auguſt. de Verb. Apoſ. ſer. 15. to. 3
Rom. 9. d
Aug. epiſt. 105. ad Sixt. to. 2.

De ramificatione gratiæ in habitus virtutum: Cap. IIII.

TErtio reſtat agere de gratia io comparatione ad habitus virtutum, circa quam conſideranda ſunt tria. Primum eſt qualiter gratia vna ramificatur in habitus virtutum: ſecundum, qualiter ramificatur io habitus donorum: tertium, qualiter ramificatur in habitus beatitudinum. De ramificatione igitur gratiæ in habitus virtutum hæc tenenda ſunt, qoòd cum vna ſit gratia gratificans animam, ſeptem tameo ſunt virtutes gratuitæ, quibus regitur vita humana: tres quidem theologicæ, ſcilicet Fides, Spes, et Charitas: quattuor cardinales, ſcilicet Prudeotia, Temperantia, Fortitudo, et Iuſtitia, quæ vno modo eſt virtus communis et generalis, alio modo ſpecialis et propria. Hæ autem ſeptem virtutes, licet ſiot diſtinctæ, et proprias excellentias habentes, ſunt tameo connexæ, et æquales ad inuicem in eodem: et licet ſint

Virtutes ſeptem.

A gratuitæ per gratiam informatæ, poſſunt tamen fieri informes per culpam, ſola charitate excepta, et iterum reformari per pœnitentiam aduenіente gratia, quæ eſt habituum virtualium origo, finis, et forma.

Gratia virtutum origo, finis, et forma.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia ſicut principium productiuum ſua ſumma perfectione io dando vitam naturæ, noo tantum dat viuere quantum ad actum primum, verumetiam quantum ad actum ſecundum, qui eſt operari: ſic neceſſe eſt, quòd principium reparatiuum vitam tribuat ſpiritui in eſſe gratuito, et quantum ad eſſe, et quantum ad operari. Et quoniam vnius viuentis ſecundum vnam vitam primam membrorum multæ ſunt operationes vitales ad illius vitæ perfectam B maniſeſtatiooem, cum actus diuerſificentur per obiecta, et diuerſitas actuum requirat diuerſitatem, ſiue diſtinctionem habituũ: hinc eſt, quòd licet voa ſit gratia viuificans, ramificari tameo neceſſario habet in varios habitus propter varias operationes. Et quoniam quædam ſunt opera moralia primaria, ſicut credere; quędam media, ſicut intelligere credita; quædam vero poſtrema, ſicut videre intellecta; et in primis anima rectificatur, in ſecundis expeditur, in tertijs perficitur: ideo gratia gratum faciens ramificatur in habitus virtutum, quorum eſt animam rectificare: in habitus donorum, quorum eſt animam expedi-C re: et in habitus beatitudinum, quorum eſt animam perficere.

Ariſ. 2. lib. de ani. tex. 33.

Virtutum, donorum, et beatitudinum officium.

Rurſus quoniam rectitudo animæ perfecta requirit, quòd ipſa rectificetur ſecũdum duplicem faciem, ſcilicet ſuperiorem, et inferiorem, et reſpectu finis, et reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem: ideo neceſſe eſt animam quantum ad ſuperiorem faciem, in qoa conſiſtit imago trioitatis æternæ, rectificari per tres theologicas virtutes: vt ſicut imago creationis conſiſtit in trinitate potentiarum cum vnitate eſſentiæ, ſic imago recreationis conſiſtit in trinitate habituum cum voitate gratiæ, per quos anima fertur recte in D ſummam Trinitatem ſecundum tria appropriata tribus perſonis; ita quòd fides dirigit in ſumme verum, credendo, et aſſentiendo: ſpes in ſumme arduum, imitando, et expectando: charitas in ſumme bonum, deſiderando, et diligeodo. Neceſſe eſt etiam quantum ad inferiorem faciem, animam rectificari per quattuor cardinales virtutes. Nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo iraſcibilem, temperantia concupiſcibilem, iuſtitia vero rectificat omnes has vires io comparatione ad alterum. Et quia illud alterum determinate poteſt eſſe proximus, poteſt etiam idem E homo comparari ad ſeipſum, vt ad alterum, poteſt etiam eſſe ipſe Deus; hinc eſt, quòd iuſtitia circuire dicitur omnes vires. Dicitur etiam non tantum virtus cardinalis, verumetiam generalis, comprehendens totius animæ rectitudinem, cum ipſa dicatur rectitudo voluotatis. Vode ipſa noo tantum comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, ſicut eſt æquitas, libertas: verumetiam ad ſeipſum, ſicut eſt pœnitentia, et innoceotia: oecnon ad Deum, ſicut eſt latria, pietas, et obedientia.

Neceſſitas virtutũ in reformatione hominis.

Iuſtitia non ſolum cardinalis, ſed generalis virtus.

Poſtremo qoia omnis rectitudo virtutum ſecundũ eſſe gratuitum manat a gratia tamquam ab origine, et F radice, et ſecundum eſſe meritorium comparatur ad charitatem ſicut ad originem, ſormam, et finem: hinc eſt, quòd ceteræ virtutes gratuitæ, quo ad habitus ſunt connexæ, et quo ad actus meritorios ſunt æquales. Hinc eſt etiam, quòd ceteri habitus virtutum poſſunt eſſe informes, ſola charitate excepta, quæ eſt virtutum forma. Cum enim habentur ſine gratia, et charitate, in quibus conſiſtit vita virtotum, tunc ſunt informes. Cum autem ſuperinfunditur gratia, tunc formantur, et decorantur, et Deo acceptabiles fiunt; ſicut, et colores abſque luce ſunt inuiſibiles, ſuperueniente autem lumine, fiũt lucidi, pulchri, et aſpectui complacentes. Vnde quemadmodum ex luce, et coloribus fit vnum in ratio-

Virtutes omoes poſſũt eſſe informes, charitate excepta.

in ratione motiui, et vna lux ſufficit ad multos colores illuminandos: ſic ex gratia, et habitibus informibus cum formantur, fit vnum ſecundum rationem meritorij, et gratuiti: et vna nihilominus gratia ſufficit ad informationem et gratificationem habituum diuerſorum.

De ramificatione gratiæ in habitus donorum.
Cap. V.

DE ramificatione autem gratiæ in habitus donorum hæc tenenda ſunt, quòd licet plurima ſint dona gratiæ gratis datæ, et generaliter omnes habitus diuinitus dati, dona Dei non abſurde dici poſſint, ſpecialiter tamen, et appropriate ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, quæ enumerat, et nominat Iſaias, loquens de flore, qui proceſſit de radice Ieſſe, ideſt, Chriſto: de quo dicit, quòd requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ, et intellectus. Spiritus conſilij, et fortitudinis. Spiritus ſcientiæ, et pietatis, et replebit eum Spiritus timoris Domini. In hac autem enumeratione deſcendendo procedit a ſummo, et combinando, vt ſimul oſtendatur donorum diſtinctio, connexio, origo, et ordo.

Septem dona Spiritus ſancti.
Iſa. 11. a

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia cum principium reparatiuum per ſummam liberalitatem, non tantum det gratiam ad rectificandum contra obliquitates vitiorum per habitus virtutum, verumetiam ad expediendum contra impedimenta ſyntomatum per habitus donorum: ideo plurificari debent dona gratuita, ſecundum quòd neceſſarium eſt ad expeditionis ſufficientiam. Quoniam igitur anima noſtra indiget ſeptiformiter expediri: hinc eſt, quòd ex ſeptiformi cauſa neceſſe eſt Spiritus ſancti dona eſſe ſeptiformia. Indiget namque expediri contra vitiorum obliquitates, quantum ad vires naturales, quo ad ſuperadditas virtutes, in patiendo, in agendo, in contẽplando, et vtroque modo.

Septuplex indigentia hominis.

Primo igitur propter vitiorum obliquitates expeditiſſime repellendas, ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, vtpote timor, contra ſuperbiam: pietas, contra inuidiam: ſcientia, contra iram, quæ quaſi eſt quædam inſania: fortitudo, contra accidiam, quæ mentem reddit ad bona inualidam: conſilium, contra auaritiam: intellectus, contra gulam: et ſapientia, contra luxuriam.

Secundo propter expediendas vires naturales, debent ſeptem dona Spiritus ſancti eſſe. Nam iraſcibilis indiget expediri ad bona tam in proſperis, quàm in aduerſis: in proſperis expeditur per timorem, in aduerſis per fortitudinem. Concupiſcibilis autem indiget expediri quantum ad affectionem reſpectu proximi, et hoc fit per pietatem; et quantum ad affectum reſpectu Dei, et hoc fit per guſtum ſapientiæ. Rationalis vero indiget expediri, in veritatis ſpeculatione, electione, et executione: per donum autem intellectus expeditur ad verum ſpeculandum, per donum conſilij ad verum eligendum, per donum ſciẽtię, ad electũ exequendum: per donum enim ſcientiæ recte cõuerſamur in medio nationis prauæ, et peruerſæ.

Tertio propter expedienda ſeptem virtutũ officia, ſeptem debent eſſe Spiritus ſancti dona. Nam timor expedit ad temperãtiam, timor enim carnes configit, vnde: Confige timore tuo carnes meas: pietas ad veram iuſtitiam: ſcientia ad prudentiam: fortitudo ad fortitudinem, ſeu patientiam: conſilium ad ſpem: intellectus ad fidem: ſapientia ad charitatem. Vnde ſicut charitas eſt mater, et conſummatio omnium virtutum, ſic ſapientia omnium donorum, ita vt vere dicat Sapiens: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honeſtas per manus illius.

Pſ. 118. p
Sap. 7. b

Quarto propter expeditionem in patiendo conformiter ad Chriſtum, ſeptem ſunt habitus donorum. Chriſtum autem ad patiendum mouit paterna volun-

A tas, humana neceſſitas, et virtutis ſtrenuitas. Paterna quidem voluntas mouit, vt cognita per intellectum, vt amata per ſapientiam, vt in reuerentia habita per timorem. Mouit etiam noſtra neceſſitas, ad quam cognoſcendam neceſſaria eſt ſcientia, ad quam miſerandam ſuperadditur pietas. Mouit nihilominus virtutis ſtrenuitas, vt prouida in eligendo per conſilium, et vt vigoroſa in perferendo per fortitudinem. Et ſic dona debent eſſe ſeptem.

Motiua paſſionis Chriſti tria.

Quinto propter expeditionem in agendo ſeptem dona dantur a Spiritu ſancto. Nam ad actionem expediendam neceſſe habemus expediri, ad declinandum B a malo, quod fit per timorem. Neceſſe etiam habemus expediri, ad proficiendum in bono duplici, vel neceſſitatis, vel ſupererogationis. Circa primum expedimur per ſcientiam et pietatem, ita quòd vnum eſt dirigens, et aliud exequens: circa ſecundum expedimur per conſilium dirigens, et fortitudinem exequentem. Neceſſe etiam habemus quieſcere in optimo, et hoc quantum ad intellectum veri, et quantum ad affectum boni: primum fit per donum intellectus, ſecundum per donum ſapientiæ, in quo eſt quies.

Sexto ad expeditionem in cõtemplando, dona Spiritus ſancti in ſeptenario numero ſunt. Nam ad vitam C hierarchicam, et contemplatiuam neceſſarium eſt animam purgari, illuminari, et perfici. Purgari autem oportet a concupiſcentia, a malitia, ab ignorantia, ab infirmitate, ſeu impotentia. Primum facit timor, ſecundum pietas, tertium ſcientia, quartum fortitudo. Illuminari autem indigemus in operibus reparationis, et primariæ conditionis: primum dat conſilium, ſecundum intellectus. Perfici autem habemus per acceſſum ad ſummum, quod conſiſtit in vno, et hoc per donum ſapientiæ: et ſic arcanum contemplationis a lato conſummatur quaſi in cubico.

Ad vitam hierarchicam tres actus neceſſarij.

Septimo ad expeditionem in actione, et contem- D platione, ſeptem debent eſſe dona Spiritus ſancti. Nam contemplatiua propter conuerſionem ad Trinitatem, tria debet habere dona expedientia, ſcilicet quantum ad reuerentiam maieſtatis, timorem: quantum ad intelligentiam veritatis, intellectum: quantum vero ad ſapientiam, ſiue guſtum bonitatis, ſapientiam. Actiua vero, quæ verſatur in agendis, et ſuſtinendis, debet habere quattuor, ſcilicet pietatem ad agendum, et fortitudinem ad ſuſtinendum: et directiua horum duorum, ſcilicet ſcientiam, et conſilium. Vnde quia ad expeditionem neceſſaria eſt directio: ideo fit donorum combinatio, et plurima ſunt dona ad intel- E lectum ſpectantia, quia lux cognitionis vehementer expedit ad dirigendos pedes in viam rectam, et pacis.

Luc. 1. g

De ramificatione gratiæ in habitus beatitudinum, et per conſequens fructuum, et ſenſuum.
Cap. VI.

DE ramificatione autem gratiæ in habitus beatitudinum hæc tenẽda ſunt, ſcilicet quòd ſeptem ſunt beatitudines, quas Saluator enumerat in ſermone de monte: ſcilicet paupertas ſpiritus, mitius, luctus, eſu- F ries iuſtitiæ, miſericordia, munditia cordis, et pax. Ad has vero beatitudines propter ſui perfectionem, et plenitudinem duodecim fructus Spiritus, et quinque ſpirituales ſenſus conſequuntur: qui non dicunt nouos habitus, ſed ſtatus delectationum, et vſus ſpiritualium ſpeculationum, quibus replentur, et conſolantur ſpiritus virorum iuſtorum.

Matt. 5. a

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia cum reparatiuum principium ſit perfectiſſimum, et perfectiſſime reparatiuum, et reformatiuum per donum gratuitum: ideo gratiæ donum ab ipſo manans liberaliter, et abunde, ramificari debet vſque ad habitus perfectionum, qui cum fini approximent, recto vocabulo nuncupantur ex nomine beatitu-

dinum: quarum ſufficientia, numerus, et ordo colligitur ex integritate perfectionis, et ex modis perfectionum, et ex diſpoſitionibus ad perfectionem.

Integritas perfectionis quibus conſtet.

Primo igitur ad integritatem perfectionis, requiritur neceſſario perfectus receſſus a malo, perfectus proceſſus in bono, et perfectus ſtatus in optimo. Quoniam autem malum aut procedit ex tumore ſuperbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ: ideo ad perfecte elongandū ab hoc triplici genere mali, tres ſunt neceſſariæ beatitudines: ſcilicet paupertas ſpiritus elongans a malo tumoris: mititas elongans a malo rancoris: et luctus elongans a malo libidinis et languoris concupiſcentialis.

Tres beatitudines cōtra triplex malum.

B Quia vero perfectus proceſſus in bono attenditur ſecundum diuinam imitationem, et vniuerſæ viæ Domini miſericordia, et veritas: hinc eſt, quòd duplex eſt beatitudo, ſecundum has duas vias, ſcilicet eſuries, ſiue zelus iuſtitiæ, et affectus miſericordiæ. Quoniam autem ſtatus in optimo eſt vel per limpidam cognitionem, vel per tranquillam affectionem: hinc eſt, quòd ſunt duæ vltimæ beatitudines, ſcilicet munditia cordis ad Deum videndum, et pax mentis ad perfecte fruendum.

Pſ.24.b

Secundo etiam ſi modi perfectionum attendantur, debent eſſe ſeptem habitus beatitudinū. Nam eſt perfectio religionis, prælationis, et internæ ſanctitudinis.

Perfectio triplex.

C Ad perfectionem autem religionis neceſſario requiritur abdicatio boni priuati, acceptatio boni fraterni, et appetitio boni æterni. Primum fit per paupertatem ſpiritus, ſecundum per mititatem affectus, tertium per amaritudinem luctus. Ad perfectionem vero prælationis duo neceſſario requiruntur, ſcilicet zelus iuſtitiæ, et affectus miſericordiæ: Miſericordia enim et veritas cuſtodiunt regem. Secundum hæc duo diſponi debet regimen prælationis in Eccleſia militante. Ad perfectionem autem internæ ſanctitudinis neceſſario requiritur puritas conſcientiæ, et tranquillitas

Prou.20.d

Phil.4.b

D totius animæ per pacem Dei omnem humanum ſenſum exuperantem.

Tertio ſi attendantur diſpoſitiones præambulæ, ſeptem debent eſſe beatitudines. Timor enim facit recedere a malo, et a mali occaſione: et quia radix malorum omnium eſt cupiditas; ideo timor diſponit ad ſpiritus paupertatem, in qua ſimul iungitur humilitas cum paupertate, vt ſic elongetur vir perfectus a fonte omnis culpæ, ſcilicet a ſuperbia, et cupiditate. Et hinc eſt, quòd paupertas ſpiritus eſt fundamentum totius perfectionis Euangelicæ. Vnde primo oportet hoc fundamentum ſternere, qui vult ad culmen perfectionis peruenire, ſecundum illud: Si vis

1.Tim. 6.c

Mat. 19.c

E perfectus eſſe, vade, et vende omnia quæ habes. Ecce perfecta paupertas, quæ nihil ſibi prorſus retinet: Et ſequere me. Ecce humilitas, quæ facit, quòd homo abnegando ſeipſum, tollat crucem ſuam, et ſequatur Chriſtum, qui eſt totius perfectionis principaliſſimum fundamentum. Diſponit ergo timor ad ſpiritus paupertatem. Pietas autem ad mititatem nam qui pie ad aliquem afficitur, nec illum irritat, nec ab illo irritatur. Scientia vero diſponit ad luctum, quoniam per ſcientiam cognoſcimus nos a ſtatu beatitudinis relegatos in hanc vallem miſeriæ, et lacrymarum. Fortitudo autē diſponit ad eſuriem iuſtitiæ: qui enim fortis eſt tam auide ſe tenet cum iuſtitia, vt malit a vita corporali, quàm a iuſtitia ſeparari. Conſilium vero diſponit ad miſericordiā: nihil enim Deus magis conſulit in ſcriptura, quàm facere miſericordiam, quod ſuper omnia reputat holocauſta. Intellectus autem diſponit ad cordis munditiam: nam ſpeculatio veritatis mundat cor noſtrum ab omnibus phantaſijs. Sapientia vero diſponit ad pacem: nam ſapientia iungit nos ſummo vero, et bono, in quo eſt finis, et tranquillitas totius noſtri rationalis appetitus.

Mat.16.d

F Qua pace adepta, neceſſario ſequitur ſuperabundās delectatio ſpiritualis, quæ in duodenario fructuū Spiritus continetur, ad inſinuandam ſuperabundantiam

A delectationum. Eſt enim duodenarius numerus abundans, in quo inſinuatur ſpiritualium chariſmatum exuberantia, quibus fruitur, et delectatur anima ſancta: et tunc eſt homo ad contemplationem idoneus, et ad aſpectus, et amplexus ſponſi, et ſponſæ, qui fieri habent ſecundum ſenſus ſpirituales, quibus videtur Chriſti ſponſi ſumma pulchritudo, ſub ratione ſplendoris: auditur ſumma harmonia, ſub ratione verbi: guſtatur ſumma dulcedo, ſub ratione ſapiētiæ comprehendentis vtrumque, verbum, ſcilicet et ſplendorem: odoratur ſumma fragrantia, ſub ratione verbi inſpirati in corde: aſtringitur ſumma ſuauitas, ſub ratione Verbi

Duodecim fructus ſpirituales.

B incarnati inter nos habitantis corporaliter, et reddentis ſe nobis palpabile, oſculabile, amplexabile, per ardentiſſimam charitatem, quæ mentem noſtram per ecſtaſim, et raptum tranſire facit ex hoc mundo ad Patrem.

Ex dictis igitur manifeſte colligitur, quòd habitus virtutum ad exercitium principaliter diſponunt actiuæ. Habitus vero donorum ad actum contemplatiuę. Habitus autem beatitudinum ad perfectionem vtriuſque. Fructus vero Spiritus, qui ſunt charitas, gaudiū, pax, patientia, lōganimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas, dicunt

Gal.5.d

C delectationes conſequentes opera perfecta. Senſus vero ſpirituales dicunt perceptiones mentales, circa veritatem contemplandam: quæ quidem contemplatio fuit in prophetis, per reuelationem quantum ad triplicem viſionem, ſcilicet corporalem, imaginatiuā, et intellectualem. In alijs vero iuſtis reperitur per ſpeculationem, quæ incipit a ſenſu, et peruenit vſque ad imaginationem, et de imaginatione ad rationem, de ratione ad intellectum, de intellectu ad intelligentiā, de intelligentia vero ad ſapientiam, ſiue notitiam exceſſiuam, quæ incipit hic in via, ſed conſummatur in gloria ſempiterna. Ex his gradibus conſiſtit ſcala Iacob, cuius cacumen attingit cælum: et thronus Salo-

Gen.28.c

D monis, in quo reſidet Rex ſapientiſſimus, et vere pacificus, et amoroſus, vt ſponſus ſpecioſiſſimus, et deſiderabilis totus: in quem deſiderant angeli proſpicere, et ad quem ſuſpirat deſiderium ſanctarum animarum: ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum. Quo quidem deſiderio feruentiſſimo ad modū ignis ſpiritus noſter non ſolum efficitur agilis ad aſcenſum, verumetiam quadam ignorantia docta, ſupra ſe ipſum rapitur in caliginem et exceſſum, vt non ſolum cum ſponſa dicat: In odorem vnguentorum tuorum curremus, ſed etiam cum Propheta pſallat: Et nox

3. Reg.10.c

1. Pet. 1.c

Pſ.41.a

Cant.1.a

Pſ.138.b

E illuminatio mea in delicijs meis. Quam nocturnam et delicioſam illuminationem, nemo nouit niſi qui probat: nemo autem probat niſi per gratiam diuinitus datam, quæ quia nemini datur, niſi ei, qui ſe exercet ad illam, ideo deinceps conſideranda ſunt exercitia meritorum.

De exercitio gratiæ reſpectu credendorum. Cap. VII.

Qvarto igitur reſtat conſiderare gratiam, quantum ad exercitia meritorum. Circa quod con-

F ſideranda ſunt quattuor. Primo de exercitatione gratiæ in credendis, cuiuſmodi ſunt articuli fidei: ſecundo in diligendis, cuiuſmodi ſunt illa, quæ ſpectant ad ordinem diligendi: tertio in exequendis, cuiuſmodi ſunt præcepta legis diuinæ: quarto in poſtulandis, cuiuſmodi ſunt petitiones orationis Dominicæ. De credendis autem, hæc tenēda ſunt, quòd licet per fidem aſtringamur credere plurima, quæ ſunt ſupra rationē, et generaliter omnia, quæ continentur, et aſſeruntur in canone ſacræ ſcripturæ; ſpecialiter tamē et proprie articuli fidei dicuntur illi, qui continentur in ſerie ſymboli Apoſtolici: qui quidem vno modo ſunt duodecim, ſi habeatur reſpectus ad eos, qui ſymbolū ediderūt, alio modo quattuordecim, ſi conſi-

Articuli fidei quo modo duodecim, quo modo quattuordecim.

ſi conſideremus, quæ radicaliter ſunt credenda, tamquam omnium credendorum fundamenta.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia cum primum principium in ſeipſo ſit ſumme verum et bonum, in opere vero ſuo ſit ſumme iuſtum et miſericors, et ſumme vero debeatur firma aſſenſio, ſummo bono fruens dilectio, ſumme iuſto vniuerſalis ſubiectio, ſumme miſericordi fiducialis inuocatio, et gratia ſit ordinatiua mentis noſtræ ad primi principij culturam debitam: hinc eſt, quòd ipſa dirigit, et regulat ad debita, et meritoria exercitia, in credendis amandis, exequendis, et poſtulandis, ſecundum quòd requirit ſumma veritas, bonitas, iuſtitia, et miſericordia in Trinitate beata. Quoniam igitur veritati eſt credendum, et maiori veritati magis eſt credendum, et ſummæ veritati per conſequens ſumme eſt credendũ, et veritas primi principij in infinitum maior eſt omni veritate creata, et luminoſior omni lumine intellectus noſtri: hinc eſt, quòd ad hoc, quòd intellectus noſter ſit recte ordinatus in credendis, neceſſe eſt quòd plus credat ſummæ veritati, quàm ſibi, et quòd ſe redigat in obſequium Chriſti: ac per hoc quod non ſolum credat, quæ ſunt ſecundum rationem, verumetiam quæ ſunt ſupra rationem, et contra ſenſuum experientiam: quod ſi recuſat, non exhibet ſummæ veritati debitam reuerentiam, dum iudicium induſtriæ propriæ præfert dictamini lucis æternæ, quod eſſe non poteſt abſque tumore ſuperbiæ, et elationis improbandæ.

Ad firmiter credendum duo ſunt neceſſaria.

Ruſus, quia veritas ſupra rationem, ſiue præter rationem, eſt veritas non viſa, nec apparens, ſed magis occulta, et ad credendum difficillima: ideo ad hoc quòd firmiter credatur, neceſſaria eſt illuſtratio veritatis animam eleuans, neceſſaria eſt etiam teſtificatio auctoritatis animam firmans. Primum fit per fidem infuſam, ſecundum per ſcripturam auctenticam, quorum vtrumque eſt a veritate ſumma per Ieſum Chriſtum, qui eſt ſplendor et Verbum, et per Spiritum ſanctum, qui veritatem oſtendit, et dicit, et nihilominus credere facit. Hinc eſt, quòd auctoritas præbet fulcimentum fidei, et fides aſſentit auctoritati. Et quia auctoritas principaliter reſidet in ſacra ſcriptura, quæ per Spiritum ſanctum eſt condita tota, ad dirigendam fidem catholicam; hinc eſt, quod vera fides a ſcriptura non diſſonat, ſed ei aſſentit aſſenſione non ficta.

Poſtremo, quia veritas ad quam credendam artamur per fidem, et de qua ſacra ſcriptura agit principaliter, non eſt veritas quæcumque, ſed veritas diuina, vel vt eſt in natura propria, vel vt eſt in natura aſſumpta, nam in huius veritatis cognitione conſiſtit, et præmium patriæ, et meritum viæ: hinc eſt, quòd articuli fidei, qui ſunt fidei fundamenta, aut ſpectant ad diuinitatem, aut ad humanitatem. Et quoniam diuinitas habet conſiderari in tribus perſonis, ſcilicet in Patre generante, Filio genito, et Spiritu ſancto procedente: et quadriformi operatione, ſcilicet creatione in eſſe naturæ, recreatione in eſſe gratiæ, reſuſcitatione in reparatione vitæ, et glorificatione in collatione gloriæ: hinc eſt, quòd articuli ſpectantes ad deitatem ſunt ſeptem. Similiter, quia humanitas Chriſti habet conſiderari vt concepta de Spiritu ſancto, vt nata de Virgine, vt patiens in cruce, vt deſcendens ad infernum, vt reſurgens a morte, vt aſcendens in cælum, vt veniens ad finale iudicium: hinc eſt, quòd ſeptem ſunt articuli ſpectantes ad humanitatem: et ſic ſunt in vniuerſo quattuordecim, ad modum ſeptem ſtellarum, ſeptem candelabrorum aureorum, in quorum medio Filius hominis ambulabat.

Diſtinctio articulorũ fidei.

Apoc. 1. c. d.

Quoniam ergo vnus eſt Chriſtus in natura diuina et humana, et vna tantum eſt veritas ſumma, quæ eſt ratio credendi, vna prima, ſumma et ſola, quæ non mutatur per tempora: hinc eſt, quòd de omnibus prædictis articulis vna tantum eſt fides et eadem, non mutata, tam in præſentibus, quàm in præteritis, quàm in futuris: licet magis clara ſit et explicita in eis, qui Chriſtum ſequuntur, quàm in eis, qui præceſſerunt eius aduentum: ſicut nouum Teſtamentum clarius eſt, quàm vetus, in quibus prædicti articuli continentur. Et quia Spiritus ſanctus hos articulos fidei in ſcripturarum profunditate contentos, in vnum compegit per duodecim Apoſtolos, tamquam per teſtes firmiſſimos: hinc eſt, quòd prædicti articuli in vnum ſymbolum Apoſtolorum collecti fuerunt. Et ideo ſecundum Apoſtolos componentes, duodecim articuli dici poſſunt: quia quilibet Apoſtolus in ædificationem fidei poſuit vnum articulum, quaſi lapidem vnum viuum: quod Spiritus ſanctus recte præfigurauit in duodecim viris, qui duodecim lapides de Iordanis alueo extraxerunt, ad altare Dominicum conſtruendum.

Vna et eadem eſt fides omniũ articulorũ.

Ioſ. 4. b

De exercitio gratiæ reſpectu diligendorum. Cap. VIII.

DE diligendis autem hæc tenenda ſunt, quòd licet omnia opera diuina ſint valde bona, quattuor tamen proprie ſunt ex charitate diligenda: ſcilicet Deus æternus, quod nos ſumus, proximus noſter, et corpus noſtrum. In quorum dilectione ſeruandus eſt ordo, et modus, vt Deus diligatur primo, et ſuper omnia, et propter ſe: ſecundo quòd nos ſub Deo, et pro Deo: tertio proximus noſter, ſicut et nos: quarto corpus noſtrum infra nos, et infra proximum, tamquam bonum minus præcipuum. Ad hoc autem exequendum datur vnus charitatis habitus, et duplex mandatum, in quo pendet vniuerſitas legis, et prophetarum, non ſolum quantum ad vetus Teſtamentum, verumetiam quantum ad nouum.

Aug. lib. 1. de Doctr. Chriſt. cap. 23. 10. 3. ex quo Mag. 3. ſen. diſt. 29. §. Hic poteſt. et diſt. 29.

Mat. 22. d

Quattuor eſſe diligenda.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia primum principium hoc ipſo, quòd primum, eſt ſummum; et hoc ipſo quòd ſummum, eſt ſumme bonum; et hoc ipſo quòd ſumme bonum, eſt ſumme beatum, et ſumme beatificatiuum: et hoc ipſo quòd ſumme beatificatiuum, eſt ipſo ſumme fruendum; et hoc ipſo, quòd eſt eo ſumme fruendum, ſumme eſt ei inhærendum per amorem, et in eo quieſcendum tamquam in fine. Quoniam ergo amor rectus, et ordinatus, qui charitas appellatur, principaliter fertur in illud bonum, quo fruitur, et in quo quieſcit, et hoc ipſum eſt ratio diligendi: hinc eſt, quòd illud præcipue diligit tamquam beatificatiuum, et cetera per conſequens, quæ per illud idonea ſunt beatificari. Quoniam igitur nobiſcum ad beatitudinem natus eſt proximus peruenire, natum eſt etiam peruenire et corpus noſtrum, tamquam beatificabile cum ſpiritu: hinc eſt, quòd quattuor tamquam ex charitate diligenda eſſe dicuntur, ſcilicet Deus, et proximus, ſpiritus noſter, et corpus noſtrum.

Ordo ſeruãdus in dilectione.

Ruſus quoniam Deus eſt ſupra nos, tamquam bonum ſupremum: ſpiritus noſter intra nos tamquam bonum intrinſecum: et proximus noſter iuxta nos, tamquam bonum cognatum: corpus vero noſtrum infra nos, tamquam bonum ſubiectum: hinc eſt, quòd hic debet ſeruari ordo in diligendo, vt primo Deus diligatur ſuper omnia, et propter ſeipſum: ſecundo ſpiritus noſter ſub Deo ſupra omne bonum caducum: tertio proximus noſter iuxta nos ad conſimile bonum: quarto corpus noſtrum infra nos ſicut bonum infimum: et in eodem gradu contineri debet corpus proximi, quia vtrumque tenet rationem inferioris boni reſpectu ſpiritus noſtri.

Poſtremo, quia amor eſt pondus mentis, et origo omnis affectionis mentalis, qui de facili reflectitur in ſe, et difficulter tendit in proximum, et difficilius eleuatur in Deum: hinc eſt, quòd licet quattuor ſint diligenda ex charitate, duplex tamen datur mandatum, vnum quod dirigit in Deũ, aliud quod dirigit in proximum.

Duobus mandatis mádata omnia clauduntur.

Charitas radix, forma, et finis virtutum.

xitatum. Et quia omnia præcepta, vel ad Deum referuntur tamquam in finem, vel ad proximum tamquá in illud, quod eſt ad finem; hinc eſt, quòd in his duobus mandatis clauditur collectio mádatorum, et comprehenſio omnium ſcripturarum, at charitas ipſa eſt radix, forma, et finis virtutum, quæ iungit omnes cú vltimo fine, et ligat omnia ad inuicem ſimul, et ordinat: ac per hoc ipſa eſt pondus inclinationis ordinatæ, et vinculum colligationis perfectæ; ordinem quidem ſeruans reſpectu diligendorum diuerſorum, quantum ad affectum pariter, et effectum: vnitatem autem habens in habitu quátum ad vnum finem, et vnum principale dilectum, quod eſt ratio diligendi reſpectu omnium aliorum dilectorum, quæ per amoris vinculum nata ſunt colligari in vnum Chriſtum quantum ad caput et corpus, quod vnitatem continet in ſe ſaluandorum: quæ vnitas nunc inchoatur in vita, ſed conſummatur in æterna gloria, iuxta quod Dominus orat; vt ſint vnum, ſicut et nos vnum ſumus et ego in eis, et tu in me, vt ſint conſummati in vnum. Qua vnitate conſummata per vinculum charitatis, erit Deus omnia in omnibus, æternitate certa, et pace perfecta, et vtique omnia per amorem communia communione ordinata, at ordinatione connexa, et connexione indiſſolubiliter alligata.

Io. 17. d

1. Cor. 15. d

A

De exercitio gratiæ reſpectu agendorum, præceptorum et conſiliorum. Cap. IX.

Præceptorum diuerſitas.

Exo. 31. d

DE præceptis autem legis diuinæ hoc tenendum eſt, quòd in lege Moſaica ſunt præcepta iudicialia, figuralia, et moralia: vtpote decem præcepta decalogi in duabus tabulis conſcripta digito Dei. Lex autem Euangelica iudicialia temperat auferendo, figuralia euacuat adimplendo, moralia conſummat adijciendo. Adijcit autem documenta inſtruentia, promiſſa excitantia, et conſilia perficiétia: cuiuſmodi ſunt conſilium paupertatis, conſilium obedientiæ, et conſilium caſtitatis, ad quæ impleda inuitat Dominus noſter Ieſus Chriſtus eum, qui vult eſſe perfectus.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorú, hęc eſt: quia primum principium, ſicut eſt ſumme bonum in ſeipſo, ſic eſt ſumme iuſtum in opere ſuo, et in vniuerſo regimine diſponendo. Quoniam ergo ſumme iuſti eſt zelare iuſtitiam, non tantum in ſe, verumetiam in altero: iuſtitia autem conſiſtit in conformando ſe regulis iuris: hinc eſt, quòd diuinæ iuſtitiæ eſt regulas iuſtitiæ homini imprimere et exprimere, non tantum dictando, per modum veritatis erudientis, ſed etiam præcipiendo, et obligando, per modum voluntatis imperantis. Et quoniam gratia facit voluntatem noſtram voluntati diuinæ conformem, ipſius eſt diſponere nos ad obtemperandum, et ſubiacendum illis regulis iuſtitiæ, ſecundú dictamen legis diuinitus datæ.

Præceptis diuinis dupliciter obtemperare contingit.

Rurſus quoniam diuinis imperijs dupliciter obtemperare cótingit, videlicet ex timore pœnæ, vel ex amore iuſtitiæ: et primum eſt imperfectorum, ſecundum autem perfectorum; ideo duplicem Deus homini contulit legem, vnam timoris, et alteram amoris: vnam in ſeruitutem generantem, et alteram in adoptionem filiorum Dei transferentem. Ac per hoc, quia timentibus et imperfectis competit, vt terreantur per iudicia, et manuducantur per ſigna, et dirigantur nihilominus per præcepta: hinc eſt, quòd lex Moſaica, quæ eſt lex timoris, continet iudicialia, et figuralia, et moralia. Perfectis autem et amantibus competit aperta inſtructio documétorum, larga promiſſio præmiorum, et alta perfectio conſiliorum: hinc eſt, quòd lex Euangelica continet iſta tria. Et ideo dicitur lex Moſaica differre ab Euangelica: quia illa figuræ, hæc veritatis: illa lex pœnæ, hæc gratiæ: illa litteralis, et iſta ſpiritualis: illa occidens, et iſta viuificans: illa timoris, et iſta amoris: illa ſeruitutis, et iſta libertatis: illa oneris, et iſta facilitatis.

Moſaicæ, et Euangelicæ legis diſcrimen.

A

Poſtremo quoniam regulæ ſpectátes ad iuſtitiæ neceſſitatem, continentur in diuinis præceptis, et iuſtitiæ eſt ius ſuum vnicuique reddere; neceſſe eſt, quòd præcepta moralia quædam ſint, quæ ordinent nos ad Deum: quædam ad proximum ſecundum duplex charitatis præceptum, quod Spiritus ſanctus voluit inſinuare per duarum myſterium tabularum: et ideo digito Dei ſcriptæ dicuntur. Et quia Deus eſt trinus, Pater ſcilicet, et Filius, et Spiritus ſanctus, cui competit ſumma maieſtas adoranda, veritas profitenda, et charitas acceptanda, ſecundum vim iraſcibilem, rationalem, et concupiſcibilem, per actum operis, oris, et cordis: ideo triplex eſt mandatum primæ tabulæ, correſpondens tribus præmiſſis, ſcilicet adorationis ſubiectiuæ, iurationis veridicæ, et ſabbatizationis ſacratæ. Quia vero proximus eſt imago Trinitatis, et ei, quantum præfert imaginem Patris, debetur pietas: inquantum imaginem Filij, debetur veracitas: inquantum imaginem Spiritus ſancti, debetur benignitas: hinc eſt, quòd ſeptem ſunt mandata, quæ ad ſecúdam tabulam ſpectant. Nam penes pietatem duo ſunt, vnum, quod pietatem mandat, ſcilicet de patre honorando: alterum, quod impietatem vetat, ſcilicet de non occidendo. Penes veracitaté vero, quæ principaliter conſiſtit in verbo, accipitur vnum, ſcilicet de falſo teſtimonio non ferendo. Penes benignitatem vero, cui opponitur cupiditas, et concupiſcentia, quarum vtraque poteſt eſſe in opere, vel in corde, accipiuntur quatuor, ſcilicet non mœchaberis: non concupiſces vxoré: non furtum facies: et non concupiſces rem alienam. Et habent hæc ordinari, ſecundum maiora, vel minora nocumenta, per quæ infringi poteſt iuſtitia. Et ſic regulæ ſpectantes ad iuſtitiæ neceſſitatem, debent contineri in decem præceptis. Quoniam autem iuſtitia ad perfectionem peruenit, dum perfecte ſe elongat a malo, et quantum ad culpam, et quantum ad cauſam: et omne malum oritur ex triplici radice, ſcilicet concupiſcentiæ carnis, et concupiſcentiæ oculorum, et ſuperbiæ vitæ; hinc eſt, quòd tria ſunt conſilia Euangelica, perfecte nos elongantia a triplici radice prædicta. Quæ ideo ſunt conſilia, quia vt perfecte faciant recedere a malo, non ſolum ſeparant ab illicitis, verumetiam a licitis, et conceſſis, quæ poſſunt eſſe occaſio mali: ac per hoc non ſolum iuſtitiam continent ſufficientem, verumetiam ſuperabundantem, ſecundum quòd competit perfectioni Euangelicæ legis, et exercitationi gratiæ perficientis.

Inſt. de Iuſtit. et Iu. §. penult.

Exo. 31. d

Sufficiétia præceptorú Decalogi.

B

C

D

1. Io. 2. c

E

De exercitio gratiæ reſpectu petendorum, et orandorum. Cap. X

Cur Deus a nobis requirat orandi aſſiduitatem.

DE petitionibus autem orationis Dominicæ hoc tenendum eſt, quod licet Deus ſit liberaliſſimus, et promptior ad dandum, quàm nos ad accipiendum; tamen a nobis vult orari, vt occaſionem habeat largiendi dona gratiæ Spiritus ſancti. Vult autem orari, non ſolum oratione métali, quæ eſt aſcenſus intellectus in Deum, verumetiam vocali, quæ eſt petitio decentium a Deo, non ſolum per noſipſos, verumetiam per Sanctos, tanquam per adiutores nobis diuinitus datos, vt quod minus digni ſumus impetrare per nos, impetrare valeamus per Sanctos. Et quia quid oremus, ſecundum quòd oportet, neſcimus, ne vagaremur incerti, formam nobis tribuit Dominus, et Deus noſter Chriſtus in oratione, quam compoſuit: in qua ſub ſeptenario petitionum numero vniuerſitas comprehenditur petendorum.

F

Rom. 8. e

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia primum principium ſicut eſt ſumme verum et bonum in ſeipſo, ſic miſericors et iuſtum in opere ſuo. Et quia miſericordiſſimum eſt, ideo libentiſſime condeſcendit humanæ miſeriæ per infuſionem gratiæ ſuæ. Quia vero ſimul cum hoc iuſtum eſt, ideo donum perfectum non dat, niſi deſideranti: non

dat

dat gratiam, niſi regratianti, non impendit miſericordiam, niſi miſeriam cognoſcenti, vt ſalua ſit libertas arbitrij, et non vileſcat nobilitas doni, et integer perſeueret cultus honoris diuini. Quoniam ergo orantis eſt affectare ſubſidium, proprium allegare defectum, et grauas agere propter beneficiũ gratis datum: hinc eſt, quòd oratio diſponit ad ſuſceptionem diuinorum chariſmatum, et Deus orari vult ad hoc, vt munera largiatur. Rurſus quia ad hoc, quòd deſiderium efficaciter ſurſum tendat ad impetrandum dona diuina, neceſſe eſt, quòd affectio noſtra ſit feruida, et cogitatio in vnum collecta, et expectatio noſtra ſit certa, et firma; et quia cor noſtrum frequenter eſt tepidum, frequenter diſperſum, frequẽter etiam pauidum propter peccati remorſum, nec audens per ſeipſum comparere ante Dei conſpectum; hinc eſt, quòd Dominus voluit nos non tantum orare mentaliter, verumetiam vocaliter, ad noſtri affectus excitationem per verba, et ad recollectionem cogitationum per ſenſum verborum. Voluit etiam nos orare per Sanctos, et Sanctos pro nobis, ad dandam fiduciam pauidis, vt quòd non audent, vel non poſſunt impetrare per ſe, per idoneos impetratores obtineant, ac per hoc in orantibus humilitas conſeruetur: in Sanctis intercedentibus dignitas declaretur: in omnibus etiam Christi membris charitas, et vnitas oſtẽdatur: qua quæ inferiora ſunt ad ſuperiora fiducialiter recurrant, et ſuperiora inferioribus liberaliter condeſcendant.

Oratio mẽtalis, et vocalis, et inuocatio Sãctorum.

Poſtremo quia Deus iuſtus et miſericors exaudire non debet niſi in his, quæ ſpectant ad ſuum honorem, et ad noſtram ſalutem: huiuſmodi autem ſunt, quæ ſpectant ad præmium patriæ, et ad viaticum viæ, et prima ſunt tria, et ſequentia quattuor: hinc eſt, quòd petitiones Dominicæ orationis, quæ docent quid petere vtiliter debeamus, ſunt ſeptem. Quæ enim ſpectant ad diuinum honorem, et præmium patriæ, ſunt tria, ſcilicet intelligentia veritatis, reuerentia maieſtatis, et concordia voluntatis. Siue per alia verba. Vel eſt viſio ſummi veri, quod non videtur, niſi a mundis, et a Sanctis, et hæc petitur, cum dicitur: Sanctificetur nomen tuum, ideſt tui nominis notitia perfectis Sanctis, et mundis donetur. Vel eſt tentio ſummi ardui, quæ reges facit, et per quam regnum habetur, et hæc

Orationis Dominicæ petitiones ſeptem, et breuis earũ ſumma.

A petitur, cum dicitur: Adueniat regnum tuum. Vel eſt fruitio ſummi boni, quæ non datur, niſi his, qui voluntates ſuas habent diuinæ voluntati conformes, et hæc petitur, cum dicitur: Fiat voluntas tua ſicut in cælo, et in terra. Quæ autem ſpectant ad tranſitum viæ, aut reſpiciunt collationem boni conferentis, aut amotionem mali nocentis. Collatio autem boni conferentis petitur in pane quotidiano, ſiue superſubſtantiali, in quo petitur quidquid neceſſarium eſt ad conſeruationem vitæ præſentis, ſiue ſecundum ſpiritum, ſiue ſecundum corpus. Amotio autem mali B nocentis petitur in tribus petitionibus vltimis: quia omne malum aut tenet rationem præteriti, aut futuri, aut præſentis. Vel aliter, aut tenet rationem mali culpæ, aut pugnæ, aut pœnæ. Primum petitur amoueri in dimiſſione debitorum: ſecundum in victoria tentationum: tertium, et vltimum in liberatione ab oppreſſione malorum. Et ſic ſeptem in vniuerſo ſunt petitiones, in quibus vniuerſaliter petitur quidquid petendum eſt. Et hoc quidem ſatis recte, vt ſeptenarius petitionum reſpondeat ſeptenario diuinorum chariſmatum, et donorum gratiæ ſeptiformis. C Propter quod notandum eſt, quòd ſeptiformem ſeptenarium proponit nobis ſacra ſcriptura conſiderandum, ſcilicet vitiorum capitalium, ſacramentorum, virtutum, donorum, beatitudinum, petitionum, et dotum glorioſarum, trium ſcilicet ſpiritualium, et quattuor corporalium, vt inferius apparebit. Proponit ergo ſeptenarium vitiorum tamquam primum, a quo debemus recedere: ſeptenarium ſacramentorum ſecundum, per quem debemus incedere: ſeptenarium dotum vltimum, quem debemus appetere: ſeptenarium petitionum penultimum, quo debemus petere: D ſeptenarium autem virtutum, donorum, et beatitudinum, triplicem intermedium, per quem debemus tranſire: vt ſic ſepties in die laudantes nomen domini, et orantes, impetremus gratiam ſeptiformem virtutum, donorum, et beatitudinum, qua vincamus ſeptiformem pugnam vitiorum capitalium, et perueniamus ad ſeptiformem coronam dotum glorioſarũ, adiuuante nihilominus ſeptiformi medicina ſacramentorum diuinitus ad reparationem humani generis ſtatutorum.

Septenarius ſeptiformis ex ſacra ſcriptura.

Pſ 118. x

SANCTI BONAVENTVRÆ

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Breuiloquij

SEXTA PARS,

IN QVA DE MEDICINA SACRAMENTALI AGITVR.

De ſacramentali origine. *Cap. I.*

POSTQVAM actum eſt de Trinitate Dei, de creatura mundi; de corruptela peccati, de incarnatione Verbi, et de gratia Spiritus ſancti: iam nunc ſexto agendum eſt de medicina ſacramentali. Circa quam conſideranda ſunt ſeptem. Agendum eſt enim de ſacramentorum origine, variatione, diſtinctione, inſtitutione, diſpenſatione, iteratione, et vniuſcuiuſ-

Propoſitio agendorum in ſexta parte Breuiloquij.

F que integritate. De origine igitur ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd ſacramenta ſunt ſigna ſenſibilia diuinitus inſtituta tamquam medicamenta, in quibus ſub tegumento rerum ſenſibilium diuina virtus ſecretius operatur: ita quòd ipſa ex ſimilitudine naturali repræſentant, ex inſtitutione ſignificant, ex ſanctificatione conferunt aliquam ſpiritualem gratiam, per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum, et ad hoc principaliter ordinantur tamquam ad finem vltimum: valent tamen ad humiliationem, eruditionem, et exercitationem, ſicut ad finem, qui eſt ſub fine.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia principium reparatiuum, quod eſt Chriſtus crucifixus, Verbum ſcilicet incarnatum, quod ſapientiſſime diſpenſat omnia, quia diuinum, et clementiſſime curat, quia diuinitus incarnatum, ſic debet reparare, ſanare, et ſaluare humanum genus ægrotum, ſecundum quòd competit ipſi ægrotanti, ægritudini, et occaſioni ægrotandi, et ipſius ægritudinis curationi. Ipſe autem medicus eſt Verbum incarnatum, Deus, ſcilicet inuiſibilis in natura viſibili. Homo ęgrotans eſt non tantum ſpiritus, nec tantum caro, ſed ſpiritus in carne mortali. Morbus autem eſt originalis culpa, quæ per ignorantiam inficit mentem, et per concupiſcentiam inficit carnem. Origo autem huius culpæ, licet principaliter fuerit ex conſenſu rationis occaſionem tamen ſumpſit a ſenſibus carnis. Ad hoc ergo, quòd medicina correſpondens eſſet omnibus ſupradictis, oportuit, quòd non tantum eſſet ſpiritualis, verumetiam aliquid haberet et de ſenſibilibus ſignis: vt ſicut hæc ſenſibilia fuerunt animæ occaſio labendi, ita eſſent ei occaſio reſurgendi. Quoniam igitur ſigna ſenſibilia, quantum eſt de ſe, non habent efficacem ordinationem ad gratiam, licet habeant longinquam repræſentationem de ſui natura; hinc eſt, quòd oportuit, quòd ab auctore gratiæ inſtituerentur ad ſignificandum, et benedicerentur ad ſanctificandum: vt ſic eſſent ex naturali ſimilitudine repræſentantia: ex adiuncta inſtitutione ſignificantia: ex ſuperaddita benedictione ſanctificantia, et ad gratiam præparantia, per quam curaretur et ſanaretur anima noſtra. Rurſus, quoniam gratia curatiua non datur elatis, incredulis, et faſtidioſis; ideo oportuit hæc ſigna ſenſibilia diuinitus dari, quæ non ſolum ſanctificarent, et gratiam conferrent, ac per hoc ſanarent, verumetiam ſignificatione erudirent, et ſuſceptione humiliarent, et diuerſificatione exercitarẽt: vt ſic per exercitationem excluſa accidia a concupiſcibili: per eruditionem excluſa ignorantia a rationali: per humiliationem excluſa ſuperbia ab iraſcibili, tota anima curabilis fieret a gratia Spiritus ſancti: quæ reformat nos ſecundum has tres potentias, ad imaginem Trinitatis, et Chriſti. Poſtremo quoniam per huiuſmodi ſigna ſenſibilia diuinitus inſtituta, gratia Spiritus ſancti ſuſcipitur, et in eis ab accedentibus inuenitur: hinc eſt, quòd huiuſmodi ſacramenta dicuntur gratiæ vaſa, et cauſa: non quia gratia in eis ſubſtantialiter contineatur, vel cauſaliter efficiatur, cum in ſola anima habeat collocari, et a ſolo Deo habeat infundi: ſed quia in illis, et per illa gratiam curationis a ſummo medico Chriſto ex diuino decreto oportet hauriri; licet Deus non alligauerit ſuam gratiam ſacramentis.

Sacramentũ cur ſenſibile ſignũ.

Sacramẽta quo modo vaſa, et cauſa gratiæ.

Ex præmiſſis igitur apparet non ſolum, quis ſit ſacramentorum ortus, verumetiam quis vſus, et quis fructus. Nam ortus eorum eſt Chriſtus Dominus. Vſus autem eſt actus exercitatiuus, eruditiuus, et humiliatiuus. Fructus autem eſt hominum cura, et ſalus. Patet etiam quæ ſit cauſa efficiens ſacramentorum, quia diuina inſtitutio: quæ materialis, quia ſigni ſenſibilis repræſentatio: quæ formalis, quia gratuita ſanctificatio: quæ finalis, quia hominum medicinalis curatio. Et quia denominatio fit a forma, et fine; hinc eſt, quòd dicuntur ſacramenta, quaſi medicamenta ſanctificantia. Per hæc enim anima a fœditate vitiorum reducitur ad ſanctificationem perfectam. Et ideo licet ſint corporalia et ſenſibilia, ſunt tamen medicinalia, et ob hoc veneranda tamquam ſancta: quia ſacra ſignificant myſteria, ad ſacra præparant chariſmata, a ſacratiſſimo Deo data, ſacra inſtitutione et benedictione diuinitus conſecrata, ad cultum ſacratiſſimum Dei in ſacra Eccleſia conſtituta, vt merito dici debeant ſacramenta.

A *De ſacramentorum variatione. Cap. II.*

DE variatione autem ſacramentorum hoc tenendum eſt, quòd ſacramenta ab initio ad curationem hominis ſunt inſtituta, et ſemper cum morbo hominis cucurrerunt, et vſque in finem ſeculi perdurabunt: ſed alia fuerunt in lege naturæ, alia ſub lege ſcripta, alia ſub lege gratiæ. Et in his omnibus illa, quæ poſteriora ſunt ſignificatione, ſunt euidentiora, et effectu gratiæ digniora. In lege enim naturæ fuerunt oblationes, ſacrificia, et decimationes. In lege autem ſcripta introducta eſt circumciſio, et B adiuncta eſt expiatio, et ſuperaddita eſt oblationum, decimationum, et ſacrificiorum multiformis diſtinctio. In lege autem noua ſtatuta ſunt ſacramenta numero pauciora, vtilitate potiora, virtute efficaciora, et præeminentia digniora, in quibus eſt impletio ſimul, et euacuatio ſacramentorum omnium prædictorum.

Sacramenta legis naturæ, ſcriptæ, et gratiæ.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia Verbum incarnatum, quod eſt reparationis noſtræ principium, et fons, et origo ſacramentorum, cum ſit clementiſſimum, et ſapientiſſimum; eo quòd clementiſſimum eſt, non permiſit quòd curreret mor C bus peccati ſine remedio ſacramenti: eo vero quòd ſapientiſſimum eſt, ideo iuxta dictamen ſuæ immutabilis ſapientiæ cuncta ordinatiſſime gubernantis, diuerſa adhibuit medicamenta, et varia, ſecundum mutationem variam temporum diuerſorum. Quoniam ergo ab initio præcurrente tempore, et aduentu Saluatoris magis ac magis appropinquante, ſemper magis ac magis effectus ſalutis creuit, et cognitio veritatis; congruum fuit, et ipſa ſigna ſalutis per ſucceſſionem temporum alia poſt alia variari: vt effectus gratiæ diuinæ in ſalutem creſceret, ſimulq. et ipſa ſignificatio in ipſis ſignis viſibilibus euidentior appareret. D Et ideo primum per oblationes, poſtea per circumciſionem, ad vltimum per baptiſmalem ablutionem, expiationis, et iuſtificationis ſacramentum formaliter inſtitutum eſt: quia eiuſdem mundationis forma, et ſimilitudo in oblatione quidem occulte inuenitur, in circumciſione vero euidentius exprimitur, per baptiſmum autem manifeſtius declaratur. Et hinc eſt, quòd illa primi temporis ſacramenta, ſicut dicit Hugo, fuerunt ſicut veritatis vmbra: medij temporis ſicut figura, ſeu imago: poſtremi, ſcilicet gratiæ ſicut corpus, quia intra ſe veritatem, et gratiam curatricem continent, quam præſentant, et præſentialiter E conferunt, quod promittunt.

Hugo de S. Vict. Dialo. de ſacram. leg. nat. et ſcript. longiſſime poſt med.

Rurſus quoniam præſentia veritatis, et gratiæ, quæ in lege gratiæ exhibetur ratione ſuæ excellentiæ, et multiformitatis in opere et virtute, per vnum ſignum exprimi non poterat, vt decebat; hinc eſt, quòd in omni tempore, et lege plura fuerunt ſacramenta data, ad illam veritatem, et gratiam exprimendam: ſed præcipue in tempore legis figuræ, cuius eſt figurare, multa ſigna et varia præceſſerunt, quæ ſua varietate Chriſti gratiam multipliciter exprimerent, et excellentius commendarent, et multipliciter commendando nutrirent paruulos, exercerent imperfectos, et du- F ros onerando frangerent, et ad iugum gratiæ domarent, et quodam modo emollirent.

Quare in omni lege plura fuerunt ſacramenta.

Poſtremo quoniam, ſuperueniente veritate, ceſſat vmbra, et figura prænũcians ſortitur finem intentum, quo habito, ceſſare debet eius vſus, et actus; hinc eſt, quòd gratia ſuperueniente, vetera ſacramenta et ſigna impleta ſunt pariter et ſublata: quia ſigna erant prænoſtica futurorum, et quaſi prænunciantia de longinquo; et noua nihilominus inſtituta tamquam demonſtratiua præſentis gratiæ, et rememoratiua quodam modo paſſionis Dominicæ, quæ fons eſt, et origo gratiæ curatiuæ, ſiue in nobis, ſiue in his, qui præceſſerunt Chriſti aduentum: ſed in his, qui præceſſerunt, tamquam pretium promiſſum: in his, qui ſequuntur, tamquam

Dignitas ſacramẽtorũ nouæ legis.

pretium

pretium perſolutum. Et quoniam non debetur gratia promiſſioni pretij, niſi ratione perſolutionis, et abundantior debetur perſolum pretio, quàm promiſſo; hinc eſt, quòd paſſio Chriſti immediatius ſanctificat ſacramenta temporis legis nouæ, et pleniori gratia in eis redundat. Propter quod illa præparauerunt, et perduxerunt ad hæc, ſicut via ad terminum, ſicut ſignum ad ſignatum, ſicut figura ad veritatem, et ſicut imperfectum reducit, et præparat ad perfectum.

De Sacramentorum numero, et diſtinctione. Cap. III.

DE diſtinctione autem, et numero Sacramentorum nouæ legis, hoc tenendum eſt, quòd ipſa ſunt ſeptem, ſecundum correſpondentiam, ad gratiam ſeptiformem, quæ per ſeptenarium temporis nos reducit ad principium, quietem, et circulum æternitatis, ſicut ad octauam Reſurrectionis vniuerſalis. Horum autem Sacramentorum ianua eſt baptiſmus, deinde confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, vnctio extrema, ordo, et matrimonium: quod licet vltimo collocetur propter morbum concupiſcentiæ annexum, ipſum tamen fuit ante omnia introductum in Paradiſo, etiam ante peccatum.

Sufficientia ſeptem Sacramētorū.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, et curatiuum noſtrorum morborum Chriſtus Dominus, Verbum incarnatum, cum ſit Dei virtus, et ſapiētia, et miſericordia noſtra, ſic potenter, ſic ſapienter, ſic clemēter, ſic decenter ſua debet inſtituere Sacramenta in lege gratiæ, vt nihil prorſus deſit curationi noſtræ quantum competit ſtatui vitæ præſentis. Ad perfectam autem curationem ægritudinis concurrunt hæc tria, ſcilicet expulſio ægritudinis, introductio ſanitatis, et

Prima ratio

conſeruatio introductæ ſalutis. Primum igitur quoniam ad perfectam curationem, perfecta et vniuerſalis requiritur morbi expulſio, et morbus eſt ſeptiformis, triplex culpabilis, ſcilicet culpa originalis, mortalis, et venialis; et quadruplex pœnalis, ſcilicet ignorantia, malitia, infirmitas, et concupiſcentia, et non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum, ſicut dicit Hieronymus: hinc eſt, quòd oportuit adhiberi, contra hæc ſeptenarium medicamentorum, ad hunc ſeptiformem morbum plenius expellendum, ſcilicet contra originalem, baptiſmum: contra mortalem, pœnitentiam: contra venialem, vnctionem extremam: contra ignorantiam, ordinem: contra malitiam, Euchariſtiam: contra infirmitatem, confirmationem: et contra concupiſcentiam, matrimonium, quod eam temperat, et excuſat.

Secunda ratio.

Rurſus, quia perfecta curatio non poteſt eſſe ſine reſtitutione integræ ſanitatis, et ſanitas animæ integra conſiſtit in vſu ſeptem virtutum, trium ſcilicet theologicarum, et quattuor Cardinalium; hinc eſt, quod ad harum vſum ſanum reſtituendum, inſtitui oportuit ſeptiforme Sacramentum. Nam baptiſmus ſanando diſponit ad fidem, confirmatio ad ſpem, Euchariſtia ad charitatem, pœnitentia ad iuſtitiam, vnctio extrema ad perſeuerantiam, quæ eſt fortitudinis complementum, et ſumma, ordo ad prudentiam, matrimonium ad temperantiam cōſeruandam, quam maxime perſequitur infirmitas carnis, ſed honeſtas remediat nuptiarum.

Tertia ratio

Poſtremo quoniam perfecta curatio eſſe nō poteſt, ſine cōſeruatione ſalutis introductæ, et ſalus introducta conſeruari non poteſt in conflictu certaminis, niſi in acie Eccleſiæ, quæ eſt terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, et hoc quidem fit per ſeptiformis gratiæ armaturam; hinc eſt, quòd neceſſe eſt, ſeptem eſſe Sacramenta. Nam vt hæc acies ſit perfecte, et continue communita, cum conſtet ex partibus corruptibilibus, indiget Sacramentis munientibus, releuantibus, et renouantibus, munientibus pugnantes, releuantibus ca-

Cant. 6. d

A dentes, et renouantibus morientes. Sacramentum autem muniens, aut munit ingredientes, et ſic eſt baptiſmus: aut ſtantes, et ſic eſt confirmatio: aut exeuntes, et ſic eſt extrema vnctio. Sacramentum autem releuans, aut releuat a caſu veniali, et ſic eſt Euchariſtia: aut a mortali, et ſic eſt pœnitentia. Sacramentum autem renouans, aut renouat in eſſe ſpirituali, et ſic eſt ordo, cuius eſt adminiſtrare Sacramenta: aut in eſſe naturali, et ſic eſt matrimonium, quod quia renouat multitudinem in eſſe naturæ, quod eſt omnium fundamentum, ideo primo fuit ante omnia inſtitutum, ſiue introductum, licet propter morbum concupiſcētiæ annexum. Et quia minime eſt ſanctificatiuum, B quamuis ſignificatione ſit Sacramentum magnum, inter medicamenta ſpiritualia vltimo collocatur, et locū ſortitur extremum. Vnde quia baptiſmus eſt ingredientium, confirmatio pugnantium, Euchariſtia vires reſumentium, pœnitentia reſurgentium, extrema vnctio exeuntium, ordo nouos milites introducentium, matrimonium nouos milites præparantium, patet ex his ſufficientia, et ordo medicamentorum ſacramentalium, et armorum.

Matrimoniū cur ante omnia alia Sacramenta inſtitutum.

De Sacramentorum inſtitutione. Cap. IIII.

C DE inſtitutione autem Sacramentorum hoc tenēdum eſt, quòd ſeptem Sacramenta legis gratiæ Chriſtus inſtituit, tamquam noui teſtamenti mediator, et præcipuus lator legis, in qua vocauit ad promiſſa æterna, dedit præcepta dirigentia, et inſtituit Sacramenta ſanctificantia. Inſtituit vero ea in verbis, et elementis, ad euidentiam ſignificationis, et efficaciam ſanctificationis: ita quòd ſemper habent ſignificantiam veritatis, ſed non ſemper efficaciam curationis, non propter defectum a parte ſui, ſed a parte ſuſcipientis. Inſtituit autem prędicta Sacramenta diuerſimode. Quædam ſcilicet ex eis confirmando, appro- D bando, et conſummando, vt matrimonium, et pœnitentiam: quædam autem inſinuando, et initiando, vt confirmationem, et vnctionem extremam: quædam vero initiando, et conſummando, et in ſemetipſo ſuſcipiendo, vt ſacramentum baptiſmi, Euchariſtiæ, et ordinis. Hæc enim tria et plene inſtituit, et etiam primus ſuſcepit.

Inſtitutionis Sacramētorum modus diuerſus.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium reparatiuum noſtrum eſt Chriſtus crucifixus, Verbum ſcilicet incarnatū, quod quia Verbum eſt patri coæquale, et cōſubſtantiale, eſt Verbum ſummæ virtutis, ſummæ veritatis, et ſummæ bonitatis, ac per hoc, et ſummæ auctoritatis; et ideo ip- E ſius eſt proprie nouum teſtamentum introducere, ipſius eſt etiam dare legem integram, et ſufficientem, ſecundum exigentiam ſummæ virtutis, et veritatis, ac bonitatis ſuæ. Ratione igitur ſummæ bonitatis, promiſſa propoſuit beatificantia: ratione autem ſummæ veritatis, præcepta dedit dirigentia: ratione vero ſummæ virtutis, Sacramenta ſtatuit adminiculantia: vt ſic per Sacramenta virtus repararetur, ad implenda præcepta dirigentia; et per præcepta directiua perueniretur ad promiſſa æterna, faciente hoc Verbo æterno, Chriſto ſcilicet Domino in lege Euangelica, inquantum eſt via, veritas, et vita.

Ioan. 14. a

Rurſus quoniam reparatiuum principium non ſo- F lum eſt Verbum, inquantum Verbum, ſed etiam inquantum incarnatum, quod hoc ipſo, quòd incarnatum omnibus ſe offert quantum ad notitiam veritatis, et omnibus digne accedentibus ſe exhibet ad gratiam curationis; hinc eſt, quòd tamquam plenum gratiæ, et veritatis ad maiorem euidentiam ſignificandi, et efficaciam ſanctificandi, Sacramēta inſtituit in elementis ſimul, et verbis: vt dum elementa oculis, et verba auribus ſe offerrent, qui ſunt duo ſenſus maxime cognoſcitiui, euidentiam darent ſignificationis expreſſæ: deinde etiam verba ſanctificarent elementa, vt ple-

Ioan. 1. b

vt plenior fieret efficacia curationis humanæ, quæ
quoniam nulli datur repugnanti, et impugnanti fon-
tem gratiæ interius in corde; ideo ſic inſtituta ſunt, vt
ſignificarent ſemper, et vniuerſaliter, non autem
ſanctificarent, niſi accedentes digne, abſque omni
fictione.

Poſtremo, quoniam et ſi Verbum incarnatum ſit
fons gratiæ ſacramentalis, aliqua tamen gratia ſacra-
mentalis fuit ante incarnationem, aliqua vero non ni-
ſi poſt Spiritus ſancti miſſionem, quædam autem me-
dio modo ſe habens; hinc eſt, quòd oportuit Sacra-
menta inſtitui diuerſimode. Nam ante incarnationẽ
neceſſaria fuit compunctio pœnitentialis, et generatio
matrimonialis; ideo hæc duo Sacramenta non de no-
uo inſtituit, ſed iam a ſe inſtituta, et naturali dictami-
ni quodam modo impreſſa cõſummauit, et confirma-
uit in lege Euangelica, dum pœnitentiam prædicauit,
et nuptijs interfuit, et legem coniugij approbauit, ſe-
cundum quòd colligitur ex diuerſis Euangelij locis.
Ante vero Spiritus ſancti miſſionem, nec fuit plena
Spiritus ſancti donatio ad confirmationem, et nomi-
nis Chriſti publicam confeſſionem, nec vnctio mentis
plenaria ad euolationem: ideo hæc duo Sacramenta,
ſcilicet confirmationem, et extremam vnctionẽ Chri-
ſtus ſolum inchoauit, et inſinuauit: cõfirmationem, ma-
num paruulis imponendo, et prædicendo diſcipulos
Act.1. a baptizandos Spiritu ſancto: vnctionem vero extremã,
diſcipulos ad curandum mittendo, qui infirmos vnge-
Mar.6. b bant oleo, ſicut dicitur in Marco. Medio autem tem-
pore, et fuit regeneratio, et Eccleſiæ ordinatio, et ſpi-
ritualis cibatio, ideo Chriſtus hæc tria Sacramenta,
ſcilicet baptiſmi, Euchariſtiæ, et ordinis, et complete,
et clare inſtituit. Primo baptiſmum ſuſcipiendo, dein-
de formam dando, et ceteris publicando: ordinem
vero, dando primo poteſtatem ligãdi, et ſoluendi pec-
cata humani generis, et poteſtatem conficiendi Sacra-
mentum altaris: Euchariſtiam vero, comparando ſe
grano frumenti, et conficiendo, et dãdo diſcipulis, im-
minente paſſione, Sacramentum corporis, et ſanguinis
ſui. Et ideo hæc tria Sacramenta per Chriſtum di-
ſtincte, et integre, debuerunt inſtitui, et in lege ve-
teri multipliciter figurari, tamquam Sacramenta ſub-
ſtantialia noui teſtamenti, et propria legiſlatoris, Ver-
bi ſcilicet incarnati.

De Sacramentorum diſpenſatione. *Cap. V.*

DE diſpenſatione vero Sacramentorum hoc tenen-
dum eſt, quòd poteſtas diſpenſationis Sacramen-
torum, regulariter ſpectat ad ſolum genus humanum.
Miniſtri Sacramẽtorũ. In omnibus autem Sacramentis diſpenſandis, neceſſa-
ria eſt in diſpenſante intentio. In aliquibos etiam ne-
ceſſario cum intentione requiritur ordo ſacerdotalis,
vel pontificalis. Pontificalis, inquam, neceſſarius eſt,
diſpenſationi confirmationis, et ordinis. Sacerdotalis
vero diſpenſationi Euchariſtiæ, pœnitentiæ, et vnctio-
nis extremæ. Baptiſmus autem, et matrimonium, li-
cet ad ſacerdotes ſpectent, poſſunt tamen præter ordi-
nem ſacerdotalem diſpenſari de facto, maxime in ar-
ticulo neceſſitatis. His autem exiſtentibus, Sacramen-
ta diſpenſari poſſunt a bonis, et malis; a fidelibus, et
hæreticis: intra Eccleſiam, et extra: ſed intra ſecun-
dum veritatem, et ad vtilitatẽ; extra vero non ad vti-
litatem, licet diſpenſentur ſecundum veritatem.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc
eſt: quia reparatiuum principium noſtrum, Verbum
ſcilicet incarnatum, inquantum Deus, et homo, Sa-
cramenta inſtituit ad ſalutem hominum, ordinauit, ſi-
cut et congruum fuit, vt hominibus diſpenſarentur
per miniſterium hominum, propter ſeruandam con-
formitatem diſpenſatoris ad Saluatorem Chriſtum,
et ad ipſum hominem ſaluandum. Quoniam ergo Sal-
uator Chriſtus humanum genus ſaluauit, ſecundum
quòd exigebat æquitas iuris, dignitas ordinis, et ſecu-
A ritas ſalutis, operatus eſt enim ſalutem noſtram modo
recto, ordinato, et certo: hinc eſt, quòd ſecundum ho-
rum trium exigentiam, Sacramenta commiſit homi-
nibus diſpenſanda. Primo igitur, quia rectitudo iuris
exigit, vt opera hominis, ſecundum quod homo non
fiant præcipitãter; et opera hominis, vt miniſtri Chri-
ſti, aliquo modo referantur ad Chriſtum; et opera
hominis, vt miniſtri ſalutis, aliquo modo referantur
ad ſalutem. vel in generali, vel in ſpeciali; et diſpen-
ſatio Sacramentorum eſt opus hominis, vt rationalis,
vt miniſtri Chriſti, et vt miniſtri ſalutis: hinc eſt, quòd *Intentio in Sacramẽtis neceſſaria.*
neceſſe eſt, quòd fiat ex intentione, qua quis intendat
B facere, quod Chriſtus inſtituit ad humanam ſalutem,
vel ſaltem facere, quod facit Eccleſia, in quo clauditur
in generali intentio prædicta, quia ipſa Eccleſia ſicut
ſacramenta a Chriſto accepit, ſic ad fidelium ſalu-
tem diſpenſat.

Rurſus, quia ordo dignitatis exigit, vt maiora ma-
ioribus, minora minoribus, et media medijs cõmit-
tantur: et quædam ſunt Sacramenta, quæ præcipue re-
ſpiciunt excellentiam virtutis, ſiue dignitatis, vt Sa-
cramentum confirmationis, et ordinis: quædam, quæ
reſpiciunt indigẽtiam neceſſitatis, vt baptiſmus, et ma-
trimonium, quorum vnum generat, alterum regene-
C rat ad exiſtentiam debitam: quædam autem media,
vt Euchariſtia, pœnitentia, et vnctio extrema; hinc eſt
quòd prima tamquam ſuprema, non poſſunt diſpen-
ſari niſi ab Epiſcopis, et Pontificibus, quantum eſt de
iure communi: alia vero tamquam infima, diſpenſa-
ri poſſunt a quibuſcomque ordinibus, et perſonis infe-
rioribus, maxime in articulo neceſſitatis, quod dico
ratione baptiſmi: media vero a ſolis ſacerdotibus, qui
inter Epiſcopos, et inferiores perſonas, ſunt quaſi in
medio conſtituti.

Poſtremo, quia ſecuritas ſalutis exigit, vt res ſic fiat,
vt in dubium non cadat, et nullus eſt, qui certus ſit de
D bonitate, et credulitate diſpenſatoris, et idem ipſe nõ
eſt certus de ſe, vtrum odio vel amore dignus ſit: ideo *Eccl. 9. a*
ſi Sacramenta diſpenſari ſolum poſſent a bonis, nullus *Quare non a ſolis bonis diſpẽſentur Sacramenta.*
eſſet certus de ſuſceptione Sacramenti, et ſic oporteret
ſemper iterari, et ſic malitia vnius, præiudicaret alie-
næ ſaluti. Nulla etiam eſſet ſtabilitas in gradibus hie-
rarchiæ Eccleſiæ militantis, quæ maxime conſiſtit in
Sacramentis diſpenſandis: et ideo congruum fuit, vt
Sacramentorum diſpenſatio committeretur homini,
non ratione ſanctitatis, quę variatur ſecundum volun-
tatem, ſed ratione auctoritatis, quæ ſemper manet
quantum eſt de ſe: ac per hoc oportuit, quòd ſe ex-
E tenderet ad bonos, et ad malos: ad eos, qui ſunt intra,
et ad eos qui ſunt extra Eccleſiam. Verum, quia extra
vnitatem fidei, et charitatis, quæ facit nos filios Ec-
cleſiæ, et membra, nullus poteſt ſaluari; ideo ſi Sa-
cramenta extra recipiantur, non ad ſalutem recipiun-
tur, quamuis vera ſint Sacramenta, ſed vtilia poſſunt
fieri, ſi quis redeat ad ſanctam matrem Eccleſiam vni-
cã Chriſti ſponſam, cuius filios tantum Chriſtus ſpon-
ſus reputat dignos hereditate æterna. Vnde Augu- *Aug. de Baptiſ. con. Donatiſt. li. 4. c. 1. to. 7.*
ſtinus contra Donatiſtas: Eccleſia Paradiſo compara-
ta, indicat nobis poſſe quidem baptiſmum eius homi-
nes etiam foris accipere, ſed ſalutem beatitudinis ex-
tra eam neminem vel percipere, vel tenere. Nam et
F flumina de fonte Paradiſi, ſicut ſcriptura teſtatur, etiã *Gen. 2. b*
foras largiter manauerunt: nominatim quippe com-
memorantur, et per quas terras fluant, et quòd extra
Paradiſum conſtituta ſunt, omnibus notum eſt: nec ta-
men in Meſopotamia, vel in Aegypto, quo illa flumi-
na perueniunt, eſt felicitas vitæ, quæ in Paradiſo com-
memoratur. Ita fit, vt cum Paradiſi aqua ſit extra Pa-
radiſum, beatitudo tamen nõ ſit niſi intra Paradiſum.
Sic ergo baptiſmus Eccleſiæ poteſt eſſe extra Eccleſiã,
munus autem beatæ vitæ non niſi intra Eccleſiam re-
peritur, quæ ſuper petram etiam fundata eſt, quæ li-
gandi, et ſoluendi claues accepit. Hæc eſt vna, quæ te- *Mat. 16. c*
net, et poſſidet omnem ſponſi ſui et Domini poteſta-
tem.

tem, per quam coniugalem poteſtatem, etiam de ancillis parere filios poteſt, qui ſi non ſuperbiant, in ſortem hereditatis vocabuntur, ſi vero ſuperbiant, extra remanebunt. Magis ergo, quia pro Eccleſiæ honore atque vnitate pugnamus, non tribuamus hæreticis, quidquid apud eos eius cognoſcimus, ſed eos arguentes doceamus, quod extra vnitatem habent, non valere ad ſalutem, niſi ad eandem venerint vnitatem.

De Sacramentorum iteratione. *Cap. VI.*

DE iteratione autem Sacramentorum, hoc tenendum eſt, quòd licet commune ſit omnibus Sacramentis non iterari ſuper eandem perſonam, et materiam, et ex eadem cauſa, ne fiat contumelia Sacramento: ſpecialiter tamen tria ſunt Sacramenta, quæ non ſunt aliquatenus iteranda, ſcilicet baptiſmus, confirmatio, et ordo. In his namque tribus imprimitur triplex character interior, qui non deletur; inter quos, character baptiſmalis retinet fundamentum, nec alij poſſunt imprimi, niſi ille primitus imprimatur. Vnde ſi quis ordinatur non baptizatus, nihil prorſus efficitur, ſed eſt totum de nouo faciendum: quia non intelligitur iteratum, quod conſtat non fuiſſe factum.

Ratio autem ad intelligentiam præmiſſorum, hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, licet ratione ſuæ ſummæ virtutis, et ſapientiæ, et bonitatis nihil agat inefficaciter, nihil inepte, nihil infructuoſe; potiſſime tamen hoc obſeruare debet in nobiliſſimis operibus ſuis, cuiuſmodi ſunt illa, per quæ reparatur genus humanum. Quoniam ergo Sacraměta ſunt de genere huiuſmodi operum diuinorum; hinc eſt, quòd contumelia quodam modo fit eis, quando ſuper eandem materiam, et perſonam, et ex eadem cauſa iterantur: quia ex hoc oſtenditur, quòd prius diſpenſata fuerunt inefficacia, inepta, et infructuoſa, contra id, quod exigebat ipſius reparatiui principij virtus, et ſapientia, et bonitas ſumma, quæ ſemper aſſiſtit ad operandum in illis, et per illa Sacramenta.

Sacraměto-rũ cur quædam iterabilia ſint, quędã vero nõ.

Ruſus quoniam inter hæc Sacramenta reparantia, in quibus eſt generaliter efficacia diuinæ virtutis ad reparationem humani generis, quædam ſunt, quæ tãtum introducta ſunt propter remedia morborũ; quædam etiam non ſolum ad hoc, ſed ad ſtatuendum, diſcernendum, et ordinandum in Eccleſia hierarchicos gradus: et morbi poſſunt variari, expelli, et iterum introduci; gradus autem Eccleſiæ debent eſſe firmi, et ſolidi, et inconcuſſi: hinc eſt, quòd Sacramenta, quæ reſpiciunt morbos iterabiles, habent effectus tranſeũtes: ac per hoc, et iterabiles ratione nouæ cauſæ. Sacramenta vero illa, quæ reſpiciunt gradus hierarchicos, et ſtatus fidei determinatos, neceſſe eſt, quòd pręter effectus remediantes, aliquos effectus tribuãt permanẽtes, ad graduum, et ſtatuum Eccleſiæ diſtinctionem fixam et ſtabilem. Et quoniam hoc non poteſt fieri per data naturalia, vel dona gratuita gratum facientia, neceſſe eſt, quòd fiat per aliqua ſigna, ſubſtantiæ incorruptibili, ſcilicet animę incorruptibili, a principio incorruptibili, ſecundum conformitatem ad incorruptibile indelebiliter, et gratis impreſſa, quæ characteres appellantur: qui quoniam nunquam delentur, ideo nec iterari poſſunt, nec illa Sacramenta, in quibus huiuſmodi characteres imprimuntur.

Triplex ſtatus fidei.

Poſtremo, quoniam triplex eſt ſtatus fidei, ſecundũ quem habet fieri diſtinctio in populo Chriſtiano, in acie Eccleſiaſticæ hierarchiæ, ſcilicet ſtatus fidei genitæ, roboratæ, et multiplicatæ. Secundum primum fit diſtinctio fidelium ab incredulis: per ſecundum fit diſtinctio fortium ab infirmis, et debilibus: ſecundum tertium fit diſtinctio clericorũ a laicis. Hinc eſt, quòd illa Sacramenta, quæ reſpiciunt triplicem fidei ſtatum prædictum, characteres imprimunt, per quos indelebiliter impreſſos ſemper diſtinguuntur: ac per hoc nunquam iterari poſſunt.

Character per quæ Sacramẽta imprimitur.

A Quoniam ergo baptiſmus reſpicit ſtatum fidei genitæ, in quo populus Dei diſtinguitur ab incredulis, vt Iſraelitæ ab Aegyptijs; et confirmatio reſpicit ſtatum fidei roboratæ, in quo diſtinguitur populus fortis ab infirmis, ſicut pugiles ab his, qui ad pugnam non ſunt idonei; et ordo reſpicit ſtatum fidei multiplicatæ, in quo diſtinguitur clerus a laicis, ſicut leuitæ ab alijs tribubus; hinc eſt, quòd in his tantum tribus Sacramentis characteres imprimuntur. Quia vero diſtinctio populi a non populo prima eſt, et radicalis; hinc eſt, quòd character baptiſmalis eſt fundamentum omnium aliorum characterum: et ideo illo non ſubſtrato, (B) nihil poterit ſuperædificari: ac per hoc oportet, de nouo fieri. Si autem ille ſubſternatur, alij imprimi poſſunt, nec vnquam vlterius iterandi ſunt, nec Sacramenta tria prædicta, quæ hos imprimunt, ex cauſa aliqua iterantur, et grauis de facto iterantibus debet pœna imponi, propter diuini cõtumeliam Sacramenti: licet alia quatuor ex cauſis diuerſis poſſint ſine ſui contumelia iterari.

De integritate Baptiſmi. *Cap. VII.*

IAm nunc ſeptimo loco reſtat videre de integritate vniuſcuiuſque Sacramenti, quæ cum ſint in numero ſeptiformi, primo dicendum eſt de baptiſmi integritate, (C) quod eſt ianua omnium aliorum Sacramentorum. De integritate igitur Sacramenti baptiſmi, hoc tenendum eſt, quòd ad hoc, quòd aliquis baptizetur vere, et plene, requiritur expreſſio formæ vocalis a Domino inſtitutæ, quæ eſt hæc: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti, Amen: abſque omiſſione vocabuli, et ſine interpoſitione vocabuli: abſque præpoſteratione ordinis ſupradicti, et ſine cõmutatione nominis prænotati. Requiritur etiam merſio, vel ablutio per elementum aquæ in toto corpore, vel ſaltem in digniori parte: ita quòd expreſſio, et merſio fiat ab vno, et eodem, et in eodem tempore, quibus concurrentibus, (D) ſi non ſit fictio in baptizando, datur ei gratia regenerans, et rectificans, et purificans ab omni culpa. Quod vt efficacius fiat, cathechiſmus et exorciſmus tamquam præparatorij præmittuntur tam in paruulis, quàm in adultis; ita tamen, quòd in adultis requiritur fides propria, in paruulis ſufficit fides aliena.

Forma baptiſmi.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia cum principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, tamquam perfectiſſimum, et ſufficientiſſimum principium reparare habeat genus humanum per medicamenta Sacramentorum, ita (E) quòd nihil ſit in eis ſuperfluum, nihil inordinatum, nihil etiam diminutum; ita diſponere debuit, quòd Sacramentum baptiſmi, et alia integrarentur ſecundum quòd exigebat ſua virtus, noſtra ſalus, et etiam noſter morbus. Quoniam ergo virtus nos reparans, eſt virtus totius Trinitatis, quam ſancta mater Eccleſia credit in animo, cõfitetur in verbo, et profitetur in ſigno, ſub trium perſonarum diſtinctione, et proprietate, ordine, et origine naturali: eſt etiã virtus paſſionis Chriſti, qui mortuus, et ſepultus fuit, et die tertia reſurrexit: hinc eſt, quòd ad horum expreſſionem in Sacramento, quòd primum omnium Sacramentorum eſt, (F) et in quo primo, et principaliter hæc virtus operatur, debuit fieri expreſſio Trinitatis diſtincta, propria, et ordinata nominatione, quantum eſt de forma communi: licet in tempore primitiuæ Eccleſiæ potuerit fieri in nomine Chriſti, in quo intellectus clauditur totius Trinitatis. Debuit etiam fieri propria, et ordinata nominatio verbi baptizandi, cum trina merſione, ad expreſſionem mortis Chriſti, et ſepulturæ, et reſurrectionis poſt triduum factę, quantum eſt de congruitate. Et quia ſimul operatur vtraque virtus, et in vno Chriſto Saluatore, vtrumque horum debet fieri ab vno et eodem ſimul, et eodem tempore, propter ſeruan-

Trinitatis expreſſio in baptiſmo neceſſaria.

Baptiſmus in nomine Chriſti claudit intellectum totius Trinitatis.

uandam vnitatem in Sacramento, et ſignificandam vnitatem in noſtro mediatore.

Rurſus quoniam ſalus noſtra requirebat inchoari per regenerationem, ſeu renouationem in eſſe gratiæ conferentis ſpirituale eſſe, abſtergendo immunditiã, effugando tenebras, et refrigerando cõcupiſcentiam, quæ vniuerſaliter labefactat omnem hominẽ deſcendentem ſeminaliter ab Adam: hinc eſt, quòd Sacramentum primũ, quod eſt regeneratiuum, debuit fieri in elemento, quod haberet conformitatem ex naturali repræſentatione ad triplicem effectum prædictum gratiæ inchoantis noſtram ſalutem. Quoniam ergo aqua ſua puritate mundat, ſua peruietate ſeu diaphaneitate luminis eſt delatiua, ſua frigiditate refrigerat, et maxime communis eſt omnibus inter omnia liquida: hinc eſt, quòd Sacramentum regenerationis noſtræ perfici debuit in elemento aquæ indifferenter: quia omnis aqua omni aquæ eſt eadem ſpecie, et etiã ne aliquis propter defectum elementi periculum ſalutis incurrere poſſet.

Cur Baptiſmus in aqua fiat.

Poſtremo, quoniam morbus noſter, contra quem principaliter eſt baptiſmus, eſt originale peccatum, quod animam priuat vita gratiæ, et omnium virtutum rectitudine habilitãte, et pronum quodam modo reddit ad omne genus culpæ, et traducitur aliunde, et paruulum facit concupiſcibilem, et adultum actu concupiſcentem, redigit etiam in diabolicam ſeruitutem, et in poteſtatem principis tenebrarum: hinc eſt, quòd ad hoc, quòd per illud Sacramentum per contrarium ſufficiens adhibeatur remedij medicamentum, congruit in eo dari gratiam regenerantem contra priuationem vitæ gratuitæ: gratiam rectificantem in ſeptiformi virtute, contra priuationem virtutis habilitatiuæ: gratiam purificantem ab omni culpa, contra pronitatem ad omnem deordinationem vitioſam.

In baptiſmo triplex gratia datur

Et quoniam originale peccatum, trahitur aliunde, et paruulum facit concupiſcibilem, et adultum actu concupiſcentem, neceſſaria eſt adulto fides propria, et pœnitentia: ſed paruulo ſufficit aliena, quæ ſcilicet eſt in vniuerſali Eccleſia. Quia vero baptiſmus debet eruere a ſeruitute diaboli, et de poteſtate principis tenebrarum tam paruulos, quàm adultos; hinc eſt, quod vtrique exorcizari debent ad expulſionem poteſtatis cõtrariæ, vtrique etiam cathechizari: adulti, vt expulſa caligine erroris, informentur ad fidem: paruuli vero, vt ſciant patrini, quid eos debeãt edocere, ne pro humano defectu impediatur baptiſmatis Sacramentum, quo minus habeat finem ſuum.

Quid in paruulo, et qd in adulto ad baptiſmum requiratur.

De integritate confirmationis. *Cap. VIII.*

DE Sacramento confirmationis hoc tenendum eſt, quòd ad ipſius integritatem requiritur forma vocalis, quæ ſecundum morem magis communem hæc eſt: Signo te ſigno crucis, confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti, Amen. Requiritur etiam chriſma, quod conficitur ex oleo oliuarum, et balſamo: de quo cum per manus Epiſcopi ſignum crucis fronti imprimitur ſub prædicta forma verborum, confirmationis ſuſcipitur Sacramentum, per quod confirmatur homo vt pugil ad nomen Chriſti audacter et publice confitendum.

Forma Sacramẽti cõfirmationis, et materia.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia reparatiuum principium noſtrum, Verbum ſcilicet incarnatum, ſicut æternaliter conceptum eſt in corde patris, et temporaliter in carne ſenſibiliter apparuit homini, ſic neminem reparat, niſi ipſum et corde credendo concipiat, et creditum exterius confitendo depromat confeſſione debita: cuiuſmodi eſt cõfeſſio veridica, veritate plena, quæ non tantum eſt veritas ſpeculatiua, verumetiam practica. Hæc autem eſt in qua, non tantum eſt adæquatio intellectus, ſermonis, et rei, verumetiam in qua totus homo veritati cõformatur ſecundum intelligẽtiam rationis, ſecundum

Confeſſio vere Chriſtiana.

A complacentiam voluntatis, et ſecũdum adhærentiam virtutis, vt ſit ex toto corde, tota anima, et tota mente: ſit ex corde puro, conſcientia bona, et fide non ficta: et talis eſt confeſſio integra, placida, et intrepida: vt ſit ex integra ratione eius, de quo eſt; placida ratione eius, coram quo fit: intrepida ratione eius, a quo fieri habet illa confeſſio. Quoniam ergo ad hoc homo puſillanimis non eſt idoneus, niſi per manum ſupernæ gratiæ confirmetur; ideo ad hoc, Sacramentum confirmationis fuit diuinitus inſtitutum, tamquam immediate ſequens baptiſmum.

1. Tim. 1.

Quia vero finis imponit neceſſitatem ijs, quæ ſunt B ad finem, ideo integrari debet hoc Sacramentum ſecundum exigentiam confeſſionis prædictæ, et ſuarum conditionum, trium videlicet prædictarum. Primo ergo quoniam confeſſio hæc debet eſſe integra, et integritas confeſſionis nõ eſt, niſi quis confiteatur Chriſtum verum hominem pro hominibus crucifixum, eũdemq. verum Dei Filium incarnatum in Trinitate Patri, et Spiritui ſancto per omnia coæqualem: hinc eſt, quod in forma vocali non tantum ſit expreſſio actus confirmandi, verumetiam ipſius ſigni crucis, et nominis beatiſſimæ Trinitatis. Amplius, quia confeſſio debet eſſe placida ratione eius, coram quo fit, et fie C ri habet coram Deo et hominibus, et Deo non poteſt placere niſi adſit lumen intelligẽtiæ et nitor conſcientiæ, nec proximis, niſi adſit odor bonæ famæ et vitæ honeſtæ: ideo ad horum deſignationem in elemento exteriori commiſcetur oleum oliuarum, quod eſt nitidum, et balſamum, quod eſt odoriferum: vt per hoc ſignificetur quòd confeſſio, ad quam hoc Sacramentum ordinat et diſponit, coniunctum debet habere nitorem conſcientiæ et intelligentiæ, cum ſuaui odore tam vitæ, quàm famæ, ne contrarietas aliqua ſit inter linguam, et conſcientiam, vel inter linguam, et famam, propter quam talis confeſſio non acceptetur ab D homine, nec approbetur a Chriſto. Poſtremo quoniã talis confeſſio debet eſſe intrepida, vt nec pudore, nec timore dimittat quis dicere veritatẽ, et tempore perſecutionis ignominioſam mortem Chriſti in cruce, confiteri publice formidat quis, et erubeſcat, præcipue horrens incidere in conſimilem pœnam, et ignominiam paſſionis, et huiuſmodi timor et pudor potiſſime apparet in facie, et maxime in fronte: ideo ad omnem verecundiam, et formidinem propulſandam, et manus poteſtatiua imponitur, quæ confirmet; et crux fronti imprimitur, vt non erubeſcat eam publice confiteri, nec formidet pro confeſſione nominis E Chriſti, ſi opus fuerit, quantamcumque pœnam, vel ignominiã ſuſtinere, tamquam verus pugil vnctus ad prælium, et tamquam ſtrenuus miles ferens in fronte Regis ſui ſignum, et crucis eius triumphale vexillum, cum quo paratus ſit penetrare hoſtiũ cuneos ſecurus. Non enim poteſt crucis gloria libere prædicari, ſi crucis pœna, et ignominia formidetur, iuxta quod ſanctus dicebat Andreas: Ego ſi crucem expaueſcerem, gloriam crucis minime prædicarem.

Integritas Sacramenti cõfirmationis.

De integritate Euchariſtiæ. *Cap. IX.*

F DE Sacramento Euchariſtiæ hoc tenendum eſt, quòd in hoc Sacramento verum Chriſti corpus, et verus ſanguis non tantum ſignificatur, verum etiam veraciter continetur ſub duplici ſpecie, panis ſcilicet, et vini tamquam ſub vno, et non ſub duplici Sacramẽto; hoc autem eſt poſt conſecrationem ſacerdotalem, quæ fit in prolatione vocalis formæ a Domino inſtitutæ; ſuper panem ſcilicet: Hoc eſt corpus meum; Super vinum vero: Hic eſt calix ſanguinis mei. Quibus verbis cum intentione conficiendi a ſacerdote prolatis, transſubſtantiatur vtrumque elementum ſecundum ſubſtantiam in corpus, et ſanguinem Ieſu Chriſti, remanẽtibus ſpeciebus ſenſibilibus, in quarum vtraque continetur totaliter, non circumſcriptibiliter, nec localiter,

Doctrina, vere catholica de Euchariſtia.

caliter, ſed ſacramentaliter totus Chriſtus. In qnibus etiam proponitur nobis vt cibus, quem qui digne accipit, non ſolum ſacramentaliter, verumetiam per fidem, et charitatem ſpiritualiter manducando, corpori Chriſti myſtico magis incorporatur, et in ſeipſo reficitur, et purgatur: qui vero indigne accedit, iudicium

1.Cor.11.d

ſibi manducat, et bibit, non diiudicans ſanctiſſimum corpus Chriſti.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, et ſufficientiſſimum eſt in virtute, et ſapientiſsimum eſt in ſenſu: ideo ſic nobis contulit Sacramenta ſecundum quòd exigit ſapientia, et efficientia ſua. Et quia ſufficientiſsimum eſt, ideo largiendo medicamenta morborum, et chariſmata gratiarum, non tantum inſtituit Sacramentum, quod nos in eſſe gratiæ generaret, vt baptiſmus: et genitos augmentaret, et roboraret, vt confirmatio: verumetiam quod genitos, et augmentatos enutriret, vt Sacramentum Euchariſtiæ, propter quod hæc tria Sacramenta omnibus dantur, qui accedunt ad fidem. Quoniam ergo nutrimentum noſtrum quantum ad eſſe gratuitum attenditur in vnoquoque fidelium per conſeruationem deuotionis ad Deum, dilectionis ad proximũ, et delectationis intra ſeipſum: et deuotio ad Deum exercetur per ſacrificij oblationem: dilectio ad proximum, per vnius Sacramenti communionem: et delectatio intra ſeipſum, per viatici refectionem: hinc eſt, quòd principium noſtrum reparatiuum iſtud Sacramentum Euchariſtiæ dedit in ſacrificium oblationis, et Sacramentum communionis, et viaticum refectionis.

Euchariſtia eſt ſacrificiũ Sacramẽtũ, et viaticũ.

Quia vero principium noſtrum reparatiuum non tantum eſt ſufficientiſſimum, verumetiam ſapientiſſimum, cuius eſt omnia agere ordinate; ideo ſic dedit, et diſpoſuit nobis ſacrificium, Sacramentum, et viaticum exhibere, ſecundum quod competit tempore gratiæ reuelatæ, ſtatui viæ, et capacitati noſtræ. Primo igitur quoniam tempus gratiæ reuelatæ requirit, quòd iam non offeratur oblatio qualiſcumque, ſed pura, placida, et plenaria; et nulla alia oblatio eſt talis, niſi illa, quæ in cruce fuit oblata, ſcilicet Chriſti corpus, et ſanguis; hinc eſt, quòd neceſſario oportet in hoc Sacramento non tantum figuratiue, verumetiã veraciter corpus Chriſti, tamquam oblationem huic tempori debitam contineri. Similiter quia tempori gratiæ conſonat, quòd Sacramentum communionis, et dilectionis, non tantum ſit communionem, et dilectionem ſignificans, verumetiam ad illam inflammans, vt efficiat, quod figurat: et quod maxime nos inflammat ad dilectionem mutuam, et maxime vnit membra, eſt vnitas capitis, a quo per vim amoris diffuſiuam, vnitiuam, et transformatiuam, manat in nos dilectio mutua; hinc eſt, quòd in hoc Sacramento cõtinetur verum Chriſti corpus, et caro immaculata, vt ſe nobis diffundens, et nos inuicem vniens, et in ſe transformans per ardentiſſimam charitatem, per quã ſe nobis dedit, ſe pro nobis obtulit, et ſe nobis reddidit, et nobiſcum exiſtit vſque ad finem mundi. Per hunc etiam modum refectio competens ſtatui gratiæ eſt refectio ſpiritualis, communis, et ſalutaris. Refectio autem ſpiritus eſt Verbum vitæ, ac per hoc refectio ſpiritualis ipſius ſpiritus in carne, eſt Verbum incarnatum, ſeu caro Verbi, quæ cibus eſt communis, et ſalutaris: quia licet ſit vna, omnes tamen ſaluantur per ipſam.

Chriſtus vere, et realiter continetur in Sacramento Euchariſtiæ.

Quia ergo non eſt dare alium cibum ſpiritualem communem, et ſalutiferum, niſi ipſum verum corpus Chriſti; hinc eſt, quod neceſſe eſt, ipſum in hoc Sacramento veraciter eſſe contentum, exigente hoc perfectione ſacrificij placatiui, Sacramenti vnitiui, et viatici refectiui: quæ debent eſſe in tempore noui Teſtamenti, et gratiæ reuelatæ, et veritatis Chriſti.

Rurſus quia ſtatui viæ nõ competit Chriſtum aperte videre, propter velamen ænigmatis, et propter meritum fidei, nec conuenit Chriſti carnem dentibus attrectare, et propter horrorem cruditatis, et propter immortalitatem ipſius corporis: ideo neceſſe fuit, corpus et ſanguinem Chriſti tradi velatum ſacratiſsimis ſymbolis, et ſimilitudinibus congruis, et expreſsis. Et quoniam nihil magis idoneum eſt ad refectionem, quam cibus panis, et potus vini, nihil eſt etiam magis idoneum ad ſignificationem vnitatis corporis Chriſti veri, et myſtici, quàm panis factus de mundiſsimis granis, et vinum expreſſum de puriſsimis acinis in vnum collectis: ideo ſub his ſpeciebus magis quàm ſub alijs debuit hoc Sacramentum exhiberi. Et quia Chriſtus ſub illis ſpeciebus eſſe debebat, non ſecundum mutationẽ factam in ipſo, ſed potius in eis: ideo ad prolationem duplicis verbi prædicti, in qua inſinuatur exiſtentia Chriſti ſub ſpeciebus illis, fit conuerſio ſubſtantiæ vtriuſque in corpus, et ſanguinem: remanentibus ſolis accidentibus, tamquam ſignis ipſius corporis contentiuis, et etiam expreſsiuis.

Sacramẽtũ Euchariſtiæ cur ſub panis, et vini ſpeciebus magis quã ſub alijs debuit exhiberi.

Quia vero corpus Chriſti beatum, etglorioſum nõ poteſt diuidi in partes ſuas, nec ſeparari ab anima, neque a diuinitate ſumma: ideo ſub vtraque ſpecie eſt vnus Chriſtus, et totus, et indiuiſus, ſcilicet corpus, et anima, et Deus: ac per hoc vtrobique eſt vnum, et ſimpliciſsimum Sacramentum continens totum Chriſtũ. Et quoniam quælibet pars ſpeciei ſignificat corpus Chriſti; hinc eſt, quòd totum ſic eſt in tota ſpecie, quòd in qualibet eius parte, ſiue ſit integra, ſiue diuiſa: ac per hoc non eſt ibi, vt circumſcriptum, vt occupans locum, vel habens ſitum, vt perceptibile per aliquem ſenſum corporeum, et humanum; ſed omnem latens ſenſum, vt fides habeat locum, et meritum. Propter quod etiam, vt non deprehendatur, accidentia illa habent omnem operationem, quam etiam habebãt prius, licet ſint præter ſubiectum, quamdiu continent intra ſe Chriſti corpus: quod qnidem eſt quamdiu durant in ſuis proprietatibus naturalibus, et ſunt idoneæ ad cibandum.

Chriſtus cur ſub vtraque ſpecie eſt vnus totus, et indiuiſus.

Poſtremo quoniam capacitas noſtra ad Chriſtum efficaciter ſuſcipiendum non eſt in carne, ſed in ſpiritu: non in ventre, ſed in mente: et mens Chriſtum non attingit, niſi per cognitionem, et amorem, per fidem, et charitatem; ita quòd fides illuminat ad recognitionem, vel recordationem, et charitas inflammat ad deuotionem: ideo ad hoc, quòd aliquis digne accedat, oportet, qnòd ſpiritualiter comedat, vt ſic Chriſtum per recordationem fidei maſticet, et per deuotionem amoris ſuſcipiat: per quæ non in ſe transformet Chriſtum, ſed ipſe potius traijciatur in eius myſticum corpus. Propter quod manifeſte colligitur, quòd qni tepide, indeuote, et inconſiderate accedit, iudicium ſibi manducat, et bibit: quia tanto Sacramento contumeliam facit. Et ideo conſilium eſt his, qui ſe ſentiunt minus mundos mente, vel carne, vel etiam indeuotos, vt differant quouſque parati ad eſum veri agni, mundi, deuoti, et circumſpecti accedant. Propter quod etiam hoc Sacramentũ pręceptum eſt celebrari cum ſollemnitate præcipua tam quantum ad locum, quàm etiam ad tempus, et quantum ad verba, et orationes, et quantum ad veſtimenta in celebratione miſſarum: vt tam ipſi ſacerdotes conficientes, quàm etiam ſuſcipientes percipiant gratiæ donum, per quam purgentur, illuminentur, perficiantur, reficiantur, viuificentur, et in ipſum Chriſtum per exceſsiuum amorem ardentiſſime transferantur.

Quo modo ad Euchariſtiam digne accedatur.

1.Cor.11.d

De integritate pænitentiæ. Cap. X.

DE Sacramento pœnitentiæ hoc tenendum eſt, quòd ipſa eſt ſecunda tabula poſt naufragium, ad quam naufragans per mortale peccatum recurrere poteſt, quamdiu eſt in ſtatu præſentis vitæ, quandocũque, et quotienſcumque diuinam clementiam voluerit

Hieron. ep. 61. in med. to. 2.

rit implorare. Ipſius autem partes integrales, ſunt contritio in animo, confeſſio in verbo, et ſatisfactio in facto. Ex quibus tunc pœnitentia integratur, cum peccator omnem mortalem culpam perpetratam et facto deſerit, et verbo accuſat, et animo deteſtatur, proponens numquam iterare peccatum. His autem debito modo concurrentibus cum abſolutione facta ab eo, in quo eſt ordo, clauis, et iuriſdictio, abſoluitur homo a peccato, et reunitur Eccleſiæ, et reconciliatur Chriſto, mediante claue ſacerdotali: per cuius etiam indicium nó tantum fieri habet abſolutio, verumetiã excommunicatio, et relaxatio, quæ proprie habet fieri ab Epiſcopo tamquam ab Eccleſiæ ſponſo.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbom ſcilicet incarnatum, eo ipſo quod Verbum, eſt fons veritatis, et ſapientiæ: eo ipſo quòd incarnatum, fons eſt pietatis, et indulgentiæ; ideo reparare debet genus humanum per medicamenta Sacramentorum, et præcipue contra morbum præcipuũ, qui ſcilicet eſt mortale peccatum: iuxta quod decet Pontificem pium, medicum peritum, et iudicem æquum: vt ſic in curatione noſtra appareat Verbi incarnati ſumma clemẽtia, et ſumma prudentia, et ſumma iuſtitia.

In pœnitentia oſtenditur ſumma Chriſti clementia, prudentia, et iuſtitia.

Primum igitur, quoniam in curatione noſtra a mortali culpa per pœnitentiã, apparere debet ipſius Chriſti Pontificis pijſſimi ſumma clementia, et ſumma clementia Pontificis ſuperexcedit omnia peccata humana, qualiacumque, et quantacumque ſint, et quotienſcumque fuerint perpetrata: hinc eſt, quòd peccantes ſuſcipere ad veniam, eſt ipſius Pontificis clementiſſimi, non ſolom ſemel, nec bis, ſed quotieſcumque ſuppliciter implorauerint clementiam Dei. Et quia diuina clementia tunc vere, et ſuppliciter imploratur, quãdo interuenit pœnitentiæ lamentum, et ad hoc poteſt homo ſe conuertere, quandiu eſt in ſtatu præſentis vitæ, quia conuertibilis eſt in bonum, et in malum: hinc eſt, quòd quantumcumque, et quãdocumque, et quotienſcumque peccator peccauerit, ad Sacramentum pœnitentiæ poteſt habere refugium, per quod ſibi fiat remiſſio peccatorum.

Rurſus, quia in curatione noſtra, debet apparere, et manifeſtari ipſius Chriſti medici peritiſſimi ſumma prudentia, et prudentia medici eſt in adhibendo remedia contraria, per quæ non tantum morbus auferatur, verumetiam præſcindatur cauſa; et cum peccetur in Deum delectatione, conſenſu, et perpetratione, ſcilicet in corde, ore, et opere; hinc eſt, quòd prudentiſſimus medicus inſtituit, vt contra deordinationem peccatoris ſecũdum triplicem vim, ſcilicet affectiuam, interpretatiuam, et operatiuam, quæ fit per delectationis complacẽtiam occultam, eſſet reformatio pœnitentis ſecũdum triplicem vim prædictam, per dolorem pœnitentiæ conceptum in corde per cõpunctionem: expreſſam in ore per confeſſionem: conſummatam in opere per ſatisfactionem. Et quia omnia peccata mortalia ab vno Deo auertunt, et vni gratiæ opponuntur, et vnam principalem hominis rectitudinem peruertunt; hinc eſt quód ad hoc quòd pœnitentiæ medicamentum ſit ſufficienter ex ſuis partibus integratũ, neceſſe eſt, quòd pœnitentia habeatur de omnibus peccatis, et quantum ad præteritum, per diſplicentiam de perpetratis: et quãtum ad præſens, per ceſſationem de perpetrandis: et quãtum ad futurum, per propoſitum numquam recidiuandi, vel in idem, vel in aliud genus peccati. Vt ſic totaliter recedendo a culpa per pœnitentiam, diuina gratia ſuſcipiatur, per quam obtineatur venia omnium peccatorum.

Poſtremo quoniam in curatione noſtra manifeſtari debet ipſius Chriſti iudicis recta iuſtitia, et ipſius in propria perſona non eſt iudicare ante iudicium vltimum, et finale; ideo ad particularia iudicia ante finẽ, iudices debuit conſtituere: et quia iudices iſti inter Deum offenſum, et hominem offendentem, ſunt quaA ſi intermedij, vt proximi Chriſto, præpoſiti populo; Domino autem illi præcipue ſunt proximi, et familiares ratione officij, qui ſunt eius præcipue miniſterio conſecrati, ſcilicet ſacerdotes: ideo omnibus in ſacerdotali ordine conſtitutis, et ſolis datur poteſtas duplicis clauis, ſcilicet clauis ſcientiæ ad diſcernendum, et clauis, quæ eſt poteſtas ligandi, et ſoluendi, ad diiudicandum, et abſolutionis beneficium impendendum.

Quia vero propter confuſionem vitandam nõ quilibet cuilibet eſt prelatus in Eccleſia militante, cum ipſa Eccleſiaſtica hierarchia debeat eſſe ſecundum poteſtatem iudiciariam ordinata; ideo hæc poteſtas ligandi, et ſoluẽdi conceſſa eſt primo vni primo, et ſummo ſacerdoti, cui collata eſt tamquam ſummo capiti poteſtas vniuerſalis: et deinde ſecundum particulares eccleſias diuiditur in partes, ita quòd primo in Epiſcopos, deinde in presbyteros deſcẽdit a capite vno. Ideo licet vnuſquiſque ſacerdos habeat ordinem, et clauẽ; ad eos tamen vſus clauis tantum ſe extendit, qui ſibi ordinarie ſunt ſubiecti, niſi ſibi ab eo, qui habet iuriſdictionem ordinariam committatur. Cum vero illa iuriſdictio ſit principaliter in capite ſummo, et deinde in Epiſcopo, et poſtremo in ſacerdote curato; poteſt quidem a quolibet eorum committi alteri, ſufficiẽter quidem ab infimo, magis a medio, et maxime a ſupremo. Et quia in Pontifice ſummo, et etiam in Epiſcopis eſt huiuſmodi iuriſdictio, non tantum ad iudicandum inter Deum, et hominem in occultó, verumetiã ad iudicandum inter hominem, et hominem in aperto; tamquam in illis, quibus commiſſum eſt Eccleſiæ regimen, et cuſtodia, ſicut ſponſo committitur ſponſa; hinc eſt, quòd gladiũ habent prælati, quo poſſunt percutere ad iuris defenſionem in excommunicatione, et poteſtatem largiendi de theſauris meritorum Eccleſiæ, quos habent repoſitos, et commendatos tam a capite, quàm a membris, et hoc in relaxatione: vt ſic tãquam veri Dei iudices ligandi, et ſoluendi integram poſſideant poteſtatem, per quam impœnitentes feriant, et compeſcant rebelles, et nihilominus abſoluant, et reconcilient Deo, et ſanctæ matri Eccleſiæ veraciter pœnitentes.

Poteſtas ligãdi, et ſoluendi quibus et quo modo collata, et diſtributa in Eccleſia.

B C D (marginal section letters)

De integritate vnctionis extremæ. Cap. XI.

DE ſacramento extremæ vnctionis hoc in ſumma tenendum eſt, quòd ipſa eſt ſacramentum exeuntium ex hac vita, præparans, et diſponens ad ſanitatem perfectam. Valet etiam ad delenda venialia, et ad recuperãdam ſanitatem præſentem, ſi infirmo expediat. E Ad huius autem Sacramenti integritatem requiritur oleum ſimplex, ſed conſecratum: vocalis expreſſio orationum: inunctio infirmi in ſeptem partibus determinatis: ſcilicet in oculis, auribus, naribus, labijs, manibus, pedibus, et lumbis. Nec debet illud Sacramẽtum dari, niſi adultis, et poſtulantibus, imminente periculo mortis, et hoc per manum, et miniſterium ſacerdotis. Ex quo colligitur, quòd inter hoc Sacramentum, et confirmationẽ eſt differẽtia ſeptiformis, ſcilicet in efficacia, in materia, in forma, in ſuſcipiente, in dante, in loco, et in tempore.

Differentia extremę vnctionis, et cõfirmationis.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc F eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, nos reparat, inquantum mediator Dei et hominum, homo Chriſtus Ieſus, et inquãtum Ieſus habet ſaluare; inquantum autem Chriſtus vnctus, habet vnctionis gratiam in alios deriuare: hinc eſt, quòd ipſius eſt in Sacramentis ſuis vnctionem mẽbris ſuis tribuere ſalutarem. Quoniam autem anima, ad hoc quòd perfecte ſanetur, indiget triplici genere ſanitatis, ſcilicet ad ſtrenuitatem actionis, ad ſuauitatem cõtemplationis, et ad ſelicitatem comprehenſionis: et prima eſt intrantium in aciem Eccleſiæ: ſecunda eſt præſidentium in eadem, quorum eſt alios erudire: et tertia eſt exeuntium de eadem per mortem:

1. Tim. 2. b

Anima triplici genere ſanitatis indiget.

hinc

hinc eſt, quòd non ſolum vnctionem ſacramentalem inſtituit Dominus in confirmatione, verumetiam mediam in ordine pontificali, et extremam imminente periculo mortis.

Quoniam ergo finis imponit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finem; hinc eſt, quòd ſecundum exigentiā huius finis debet hoc ſacramentum operari, debet etiam integrari, ſuſcipi, et diſpenſari. Primum igitur, quia huius ſacramenti operatio debet regulari a fine, et finis eſt, quia introductū eſt ad ſalutem felicitatis perpetuæ facilius, et expeditius conſequendam, et hoc fit per deuotionem ſurſum leuantē, et per exonerationem a culpis venialibus, et alijs ſequelis, quæ deorſum depri- B munt; hinc eſt, quòd Sacramētum iſtud efficaciam habet, et ad deuotionem exci adam, et ad venialia dimittenda, et ad peccatorum ſcoriam facilius abolendam. Et quia plurimis infirmis expedit adhucviuere ad ſuorum cumulum meritorum; hinc eſt, quòd ſacramentū iſtud, et animam vigorando in bono, et exonerando a malo, frequenter etiam alleuiat a morbo. Et hinc eſt, quòd dicit B. Iacobus, quòd oratio fidei ſaluabit infirmum, et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei.

Efficacia extremæ vnctionis.

Iac. 5. c

Rurſus, quia huius Sacramenti inſtitutio debet eſſe ſecundum exigentiam finis, et hæc eſt acquiſitio ſpiritualis ſalutis per remiſſionem culparum, et hæc ſalus C reſpicit ſanitatem, et munditiam conſcientiæ interioris, ſecundum quam iudicat ille iudex cæleſtis: hinc eſt, quòd in iſto Sacramento debet eſſe oleum ſimplex et conſecratum, quia ſanctitatem, et nitorem deſignat in habitaculo conſcientiæ. Quia vero ſuper iſtam ſalutem mortalis homo non habet poteſtatem: hinc eſt, quòd oratio, et forma vocalis exprimitur per verbum deprecatiuum, ad impetrandū gratiæ donum. Et quoniam anima infirmitates ſpirituales contrahit, in corpore ſecūdum quattuor virtutes ipſius corporis regitiuas, ſcilicet ſenſitiuam, interpretatiuam, generatiuā, et progreſſiuam; hinc eſt, quòd membra his virtuti- D bus deſeruientia, ſunt inungenda. Quia igitur quinque ſunt membra deſeruientia quinque ſenſibus, ſcilicet oculi viſui, aures auditui, nares olfactui, manus tactui, et os guſtui, et etiam alij virtuti, ſcilicet interpretatiuæ, et pedes deſeruiūt progreſſiui, et lumbi generationi, quia genitalia indignum, et pudendum eſt contrectari, et etiam nominari; hinc eſt, quòd inunctio debet fieri in ſeptem locis prædictis, vt ſic diſponatur homo per hoc Sacramentum ad plenitudinem ſanitatis per deletionem omnis venialis peccati.

Cur oleo ſimplici conſecrato, et oratione deprecatiua conficiatur extrema vnctio.

Poſtremo, quia iſtius Sacramēti ſuſceptio a fine dependet, et finis eſt velocior tranſitus ad cælum, per de- E poſitionem omnium venialium, et conuerſionem mētis ad Deum; ideo non debet dari niſi adultis, qui venialiter peccant, nec aliquibus niſi petentibus, qui deuotione ſurſum eriguntur: nec aliquibus niſi in periculo conſtitutis, et quaſi in tranſitu ad alium ſtatum. Et quia hoc Sacramentum eſt periclitantium, et tamē habet materiam ſacram, ſcilicet oleum conſecratum; hinc eſt, quòd propter periculum euitandum communiter committi debet ſacerdotibus; et propter conſecrationem olei non eſt, niſi a conſecratis manibus contrectandum.

Quare non niſi adultis conferendū.

Miniſter huius Sacramenti.

Ex variatione igitur finis in confirmatione, et vn- F ctione extrema, oritur diuerſitas in efficacia, in materia, et in forma, in loco, et in tempore, in ſuſcipiente, et in diſpenſante. In efficacia, quia illud Sacramentum diſponit ad melius agonizandum, hoc ad celerius euolandum. In materia, quia illud in oleo permixto balſamo, hoc vero in oleo puro. In forma, quia illud in indicatiua, hoc vero in deprecatiua. In loco, quia illud in fronte, hoc vero in multiplici parte. In tempore, quia illud in ſanitate, hoc vero in ægritudine. In ſuſcipiente, quia illud non ſolum adultis, verumetiam paruulis, hoc vero tantum adultis. In dante, quia illud ab Epiſcopis, hoc autem a ſacerdotibus quibuſcumque. Et hæc omnis diuerſitas a fine proce- A dit: quia ſicut claruit, diuerſitas in finibus proximis diuerſitatem introducit in his, quæ ad fines illos habent finaliter ordinari.

De integritate ordinis. *Cap. XII.*

DE Sacramento ordinis, hæc in ſumma tenenda ſunt, quòd ordo eſt ſignaculum quoddam, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Licet autem ordo ſit vnum de ſeptem Sacramentis, ſeptiformis tamen eſt ordinis gradus. Primus eſt in Oſtiarijs, ſecundus in Lectoribus, tertius in Exorciſtis, quartus in Acoli- B tis, quintus in Subdiaconis, ſextus in Diaconis, ſeptimus in Sacerdotibus. His autem quaſi per modum cuiuſdam præparatorij ſupponitur clericalis tonſura, et etiam Pſalmiſtatus, per modum autem complementi ſuperponitur Epiſcopatus, Patriarchatus, et etiā Papatus; a quibus manant ordines, et diſpenſari debent ſub debitis ſignis, tam ex parte viſus, quam ex parte auditus, ſollemnitate debita nihilominus obſeruata, quantum ad tempus, locum, officium, et perſonam.

Sacramenti ordinis ſeptē gradus.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, quia vt Deus et homo Sacramen- C torum medicamenta ad ſalutem hominum inſtituit ordinate, diſcrete, et poteſtatiue, ſecundum exigentiā ſuæ bonitatis, ſapientiæ, et virtutis; hinc eſt, quòd ipſa medicamenta Sacramentorum commiſit hominibus diſpenſanda, non qualitercumque, ſed eo modo, quo exigebat ordo, diſcretio, et poteſtas. Oportuit ergo aliquas perſonas ad huiuſmodi officium exequendum diſtingui et ſegregari, quibus ordinario iure poteſtas huiuſmodi committeretur.

Et quia huiuſmodi diſcretio non debuit fieri, niſi per ſigna ſacra, cuiuſmodi ſunt Sacramenta; hinc eſt, quòd debuit eſſe aliquod Sacramentum, quod eſſet ſa- D crum ſignaculum, ordinatiuum, diſtinctiuum, et poteſtatiuum ad Sacramenta cetera diſpenſanda modo diſtinctiuo, poteſtatiuo, et ordinatiuo. Et ideo ordo diffinitur ſignaculum, quoddam, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato: ita quòd ſimul in eius notificatione clauduntur tria prædicta, ex quibus colligi poſſunt in ſumma, quæ ad integritatem ordinis exiguntur. Primum igitur, quoniam ordo eſt ſignaculum diſtinctiuum, et ſequeſtratiuum ab omni populo, vt quis totaliter diuino ſit cultui mancipatus; ideo ordines præcedit diſtinctio quædam in tonſura, et corona: per quam intelligitur appetituum temporalium E reſecatio, et mentis eleuatio ad æterna: vt totus oſtendatur clericus deputatus eſſe ad diuinum cultum: et ideo dicit in ſuſceptione coronæ: Dominus pars hereditatis meæ. Et quia talis debet eſſe inſtructus in diuinis laudibus, quæ maxime conſiſtunt in Pſalmis: ideo Pſalmiſtatus, tamquam præambulans cæteros ordines, antecedit, quem tamen largo modo Iſidorus inter ordines numerauit. Secundo vero, quia ordo eſt ſignaculum ordinatiuum, et in ſeipſo etiam eſt ordinatum, et ordo conſiſtit in graduum diſparitate, et diſtinctione completa, ſecundum quòd exigit ſeptiformis gratia, ad cuius diſpenſationem Sacramentum or- F dinis principaliter ordinatur: hinc eſt quòd ſeptem ſunt ordines gradatim ordinati, vſque ad ſacerdotiū, in quo ſtatus eſt ordinum: quia ipſius eſt conſecrare Sacramentum corporis Chriſti, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum: vnde alij ſex ſunt tamquam ſubminiſtratiui, et quaſi gradus quidam, per quos aſcenditur ad thronum Salomonis. Qui, et ſex ſunt propter numeri perfectionem: quia ſenarius eſt primus numerus perfectus; et propter hoc, quòd ſic exigit perfectio, et ſufficientia officij miniſtrandi. Nam oportet aliquos miniſtrare, quaſi a remotiori: aliquos a propinquiori: et aliquos a proximo, vt nihil deſit miniſterio ordinato. Et quia quodlibet iſtorum miniſteriorum geminatur ſecundum actum purgandi, et illumi-

Ordo quid.

Tonſura clericalis.

Pſal. 15. b

Iſid. lib. 2. de Eccleſ. officijs. c. 2.

luminandi; hinc eſt, quòd ſex ſunt ordines miniſteriales, et ſeptimus omnium perfectiſſimus, in quo altaris conficitur ſacramentum, qui conſummatur in ordine vno, tamquam in termino vltimo et completo.

Poſtremo, quia ordo eſt ſignaculum poteſtatiuum non tantum reſpectu aliorum Sacramentorum diſpēſandorum, verumetiam reſpectu ſui: et poteſtas ſuper poteſtatem eſt poteſtas excellens: ideo ſibi non tantum competit poteſtas ſimplex, cuiuſmodi eſt in ordine ſimplici, verumetiam eminentia poteſtatis, cuiuſmodi eſt in his, quorum eſt ordines ordinare, et diſpēſare. Et quia excellentia quanto magis deſcendit, tanto magis dilatatur; et quanto magis aſcendit, tanto magis vnitur; hinc eſt, quòd plures ſunt Epiſcopi, pauciores Archiepiſcopi, pauciſſimi Patriarchę, et vnus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tamquam vnus primus, et ſummus pater ſpiritualis omnium patrum, immo, omniū fidelium, et hierarcha pręcipuus, ſponſus vnicus, caput indiuiſum, Pontifex ſummus, Chriſti vicarius, fons, et origo, regula, cunctorū principatuum Eccleſiaſticorum: a quo tamquam a ſummo deriuatur ordinata poteſtas, vſque ad infima Eccleſiæ membra, ſecundum quòd exigit præcellens dignitas in Eccleſiaſtica hierarchia.

Ordo hierarchiæ Eccleſiaſticæ.

Sūmus Pōtifex et eius primatus.

Sacramenti ordinis diſpenſatio.

Et quia hæc dignitas præcipue manet in ordine, ideo hoc Sacramentum non debet diſpenſari, niſi cum magna diſcretione, et ſollemnitate: ac per hoc non a quolibet, nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore; ſed perſonis literatis, honeſtis, et a cunctis irregularitatibus alienis, ieiuno ſtomacho, loco ſacro, tempore miſſæ. Et tēporibus ab Eccleſiaſtico iure ſtatutis debent huiuſmodi ordines diſpenſari, et hoc ab Epiſcopis, quibus propter ſui eminentiam reſeruatur diſpenſatio ordinum, confirmatio per impoſitionem manuum, conſecratio monialium, et abbatum, et dedicatio eccleſiarum, quæ propter ſui celebritatem non debent diſpenſari, niſi ab his, qui habent præeminentiam poteſtatis.

De integritate matrimonij. Cap. XIII.

matrimonij definitio.

DE ſacramento matrimonij hæc in ſumma tenenda ſunt, quòd matrimonium, eſt cōiunctio legitima maris, et feminæ, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Hæc autem coniunctio non ſolum fuit poſt peccatum, verumetiam ante peccatum. Sed prius inſtitutum fuit ſacramentum coniugij in officium, nunc autē non ſolum in officium, verumetiam in remedium contra libidinis morbum. Prius ſignificabat coniunctionem Dei, et animæ; nunc autem prætet hoc ſignificat coniunctionem Chriſti, et Eccleſiæ, et duarum naturarum in vnitate perſonæ. Introducitur autem hæc cōiunctio in eſſe per liberum conſenſum animorum ex parte vtrinſque perſonæ, exterius expreſſum in aliquo ſigno ſenſibili: conſummari autem habet in copula carnali. Nam per verba de futuro dicitur matrimonium initiari, per verba de pręſenti ratificari, ſed per carnalem copulam habet conſummari. Huius autem ſacramenti tria ſunt bona, ſcilicet fides, proles, et ſacramentum: et duodecim impedimenta, quæ impediunt contrahendum, et dirimunt iam contractum, quæ in his verſibus, continentur.

Aug. lib. 9. de Gen. ad litt. c. 7. et 8.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retractant.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium noſtrum reparatiuum, Verbum ſcilicet incarnatum, eo ipſo quòd Verbum Dei, eſt fons ſapientiæ in excelſis: eo ipſo quòd incarnatum, eſt clementiæ fons in terris: et ideo eo ipſo, quòd Verbum increatum, eſt humani generis formatiuum ex ſumma ſapiētia: eo ipſo quòd incarnatum, eſt ipſius reformatiuum ex ſumma clementia: ideo enim humanum ge-

A nus reparat per clementiam, quia prius reparabile fecit ex ſapientia, quæ pro ſuo ſummo ordine exigebat, quòd genus humanum faceret, potēs ſtare, potens labi, potens etiam reparari, ſicut in præcedentibus oſtenſum fuit. Quoniam ergo Verbum Dei in ſua ſapientia hominem fecit, ſicut et cōgruum fuit, potentem ſtare, cadere, et ſurgere; hinc eſt, quòd genus humanum eo modo propagandū ordinauit, quòd ex ipſo modo propagādi haberet, quod manuduceret ipſum ad ſtandū: haberet etiam quod manuduceret ad remedium, ſicut etiā in propagatione illa eſt aliquid per peccatum, ſcilicet libido, quod traducit morbū. Et quia ſtatus homi-

B nis erat ex coniunctione ipſius animę ad Deū per amorem vnitiuū modo caſtiſſimo, ſingulari, et indiuiduo, remediū veniebat ex coniunctione diuinæ naturæ, et humanæ in vnitatem hypoſtaſis, et perſonæ, vnitatem, inquam, diuina gratia introductam, vt ſingularem, et indiuiduam. Hinc eſt, quòd Deus ab initio inſtituit, vt propagatio fieret per cōiunctionem maris, et feminæ, indiuiduam, et ſingularem, quæ ſignificaret ante peccatum cōiunctionem Dei, et animæ, ſeu Dei, et ſubcæleſtis hierarchiæ: poſt peccatum vero coniunctionem Chriſti, et humanæ naturæ, ſeu Chriſti, et Eccleſiæ: et ideo vtrobique eſt ſacramentum, ſcilicet, ante, et poſt, licet alio, et alio modo, quantum ad ſignificationem, et vſum. Cum enim eſſet ſacramētum, antequā ſuperue-

Matrimonium cur ab initio inſtitutum.

C niret morbus: libido, quæ ſuperuenit per peccatū, potius habet per matrimonium excuſari, quàm ipſum valeat vitiare; quia non morbus medicamentum corrūpit; ſed medicamentum habet curare morbum. Ex quo manifeſte apparet, quid ſit matrimonium, et qualiter diuinitus ſit introductum in eſſe.

Rurſus quia quęlibet prædictarū ſpiritualium vnionum in ſacramēto matrimonij ſignificatarum eſt vnio vnius ſicut agentis, et influentis, alterius ſicut patiētis, et ſuſcipientis, et hoc faciente amoris vinculo, qui ex mera volūtate procedit: hinc eſt, quòd matrimonium debet, eſſe coniunctio duplicis perſonæ, differentis ſe-

D cundum rationem agentis, et patientis, ſcilicet virilis ſexus, et muliebris, et hoc ex mero conſenſu voluntatis. Et quia voluntas exterius nō apparet, niſi per ſigna ipſam exprimentia; hinc eſt, quòd neceſſe eſt, vt conſenſus, mutuus exterius exprimatur. Quia vero cōſenſus, vt de futuro non eſt proprie conſenſus, ſed ipſius promiſſio, conſenſus vero ante commixtionem non facit plenariam vnionem, quia nondum ſunt vna caro; hinc eſt, quòd per verba de futuro dicitur matrimonium eſſe initiatum: de præſenti ratum, vel confirmatum: ſed in carnali copula conſummatum, quia tunc ſunt vna caro, et vnum corpus fiunt: ac per hoc plene

Conſenſus cōiugū mutuus exterius eſt exprimendus.

E ſignificat vnionem illam, quæ eſt inter nos et Chriſtū. Tunc enim plene traducitur corpus vnius in corpus alterius ſecundum ſui comparis poteſtatem ad procreādam prolem. Et ideo ipſius matrimonij ſunt tria bona, ſcilicet ſacramentum, propter vinculum inſolubile: fides, propter debiti ſolutionem: proles vero, ſicut effectus conſequens ad vtrumque.

Poſtremo, quia dicta coniunctio, matrimonialis debet eſſe ex libero conſenſu, procedens ad copulationem perſonarum diſtantium in vnam matrimonij legem, et hoc poteſt duodecim modis impediri; hinc eſt quòd duodecim ſunt impedimenta matrimonij:

F quod patet ſic. Ad matrimonialem namque conſenſum requiritur libertas in conſenſu, et libertas in conſentiente, et idoneitas ad coniunctionem. Sed libertas in conſenſu tollitur per duo, ſecundum duas partes inuoluntarij, ſcilicet per ignorantiam, et per violentiam. Et ſic ſunt duo impedimenta, ſcilicet error, et violentia. Libertas autem in conſentiente tollitur, per hoc, quòd quis eſt alligatus alteri, et hoc, vel Deo, vel homini. Si Deo, hoc eſt, vel per votum expreſſum, vel per aliquid, quod habet votum annexum. Primum eſt in voto, ſecundum in ordine. Si autem homini, hoc eſt dupliciter, aut per ligamen exiſtens, aut per ligamen,

Impedimētorum matrimonij ſufficientia.

præce-

præcedens. Primum eſt in ligamine, quo quis ligatus eſt vxori: ſecundum eſt in crimine, quando mæchus, vel mæcha machinatus eſt in mortem coniugis, vel, ipſo viuente, fidem de contrahendo dedit. Et ſic ſunt quattuor impedimenta, ſcilicet votum, ordo, ligamen, et crimen. Idoneitas autem ad vnionem eſt diſtantia perſonarum conueniens, quæ tollitur per nimiam proximitatem, vel per nimiam elongationem. Nimia autem proximitas venit ſiue per generationem, ſiue per aliquid ſimile generationi, vt eſt cognatio legalis, aut ſpiritualis: aut venit per commixtionem ſexuum, aut per contractionem ſponſalium. Et ſic ſunt tria impedimenta, ſcilicet cognatio, affinitas, et publicæ iuſtitiæ honeſtas. Nimia autem diſtantia aut attenditur quantum ad ea, quæ ſunt naturæ, vt cum non poſſunt commiſceri carnaliter: aut quantum ad ea, quæ ſunt fortunæ, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, vt patet, cum eſt vnus ſeruus, et alter liber: aut quantum ad ea, quæ ſunt re- A ligionis Chriſtianæ, vt cum vnus eſt baptizatus, alter vero minime. Et ſic ſunt tria impedimenta, ſcilicet impotentia coeundi, error conditionis, et diſparitas religionis. Ac per hoc ſunt in vniuerſo duodecim impedimenta, quæ, Spiritu ſancto dictante, introducta ſunt in Eccleſia Dei. Cui ſcilicet Eccleſiæ, et ſi omnia Sacramenta ſunt commiſſa, potiſſime coniugij Sacramentum commiſſum eſt regulandum propter varietates, quæ circa hoc Sacramentum incidere poſſunt, et propter morbum annexum, qui eſt maxime infectiuus, et minime tenens modum: et ideo ipſius Eccleſiæ eſt gradus cognationum limitare, ſicut B pro tempore expedire videt, et perſonas legitimas, vel illegitimas iudicare, et diuortia facere. Sed numquam debet, nec poteſt matrimonium, quod legitime introductum eſt annullare: quia quos Deus coniunxit, non poteſt homo, quantumcumque ſit magnæ potentiæ, ſeparare, cum ipſius Dei iudicio iudicandi remaneant vniuerſi.

Poteſtas Eccleſiæ, ad moderanda matrimonij iura.

Mat. 19. a et Marc. 10. a

SANCTI BONAVENTVRÆ

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Breuiloquij

SEPTIMA PARS,

IN QVA TRACTATVR DE STATV FINALIS IVDICII.

De iudicio in communi. *Cap. I.*

POSTQVAM aliqua breuiter D dicta ſunt, de Trinitate Dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione Verbi, de gratia Spiritus ſancti, et de medicina Sacramentali: reſtat nunc ſeptimo, et vltimo aliqua breuiter tangere de ſtatu finalis iudicij. De quo in ſumma tenendum eſt, quòd ſine dubio iudicium vniuerſorum futurum eſt, in quo Deus pater per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iudicabit viuos, et mortuos, bonos, et malos, reddendo vnicuique ſecundum exigentiam meritorum. In hoc E autem iudicio fiet apertio librorum, ſcilicet conſcientiarum, quibus merita et demerita vniuerſorum ſibiipſis, et ceteris innoteſcent: faciente hoc virtute illius libri vitæ, Verbi ſcilicet incarnati, qui in forma diuinitatis non videbitur, niſi a bonis: in forma vero humanitatis, in qua et ſententiam promulgabit, videbitur tam a bonis, quàm a malis, licet terribilis in eadem forma appareat reprobis, et blandus iuſtis.

Apo. 20. d

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia primum principium cum hoc ipſo, quòd primum ſit a ſeipſo, ſecundum ſeipſum, et propter ſeipſum, hoc ipſo, ipſum eſt efficiens, forma, et finis, vni- F uerſa producens, regens, et perficiens: ita quòd ſicut producit, ſecundum altitudinem ſummæ virtutis, ſic etiam regit ſecundum rectitudinem veritatis, et conſummat ſecundum plenitudinem bonitatis. Quoniam ergo altitudo ſummæ virtutis requirebat, vt nō tantum eſſet productio creaturæ ad veſtigium, verum etiam ad imaginem: non ſolum creaturæ irrationalis, verumetiam rationalis: non ſolum creaturæ, quæ mouetur ſecundum impetum naturalem, verumetiā ſecundum libertatem voluntatis: et creatura, quæ eſt ad imaginē, quia capax eſt Dei, eſt beatificabilis, creatura rationalis eſt diſciplinabilis, creatura habēs libertatem voluntatis eſt ſecundum legem iuſtitiæ ordinabilis, et deordinabilis: hinc eſt, quòd rectitudo veritatis legem homini imponere debuit, in qua ad beatitudinē inuitaret, et ad veritatem erudiret, et ad iuſtitiam obligaret: ita tamen quòd libertatem voluntatis non cogeret, quin pro ſuo libito voluntatis iuſtitiam relinquere poſſet, et ſequi: cum ſic res, quas condidit administrat, vt eas agere proprios motus ſinat. Et quia plenitudo bonitatis in conſummando, operatur ſecundum quod exigit altitudo virtutis, et rectitudo veritatis: hinc eſt, quòd conſummatio beatitudinis non datur a bonitate ſumma niſi his, qui ſeruauerunt iuſtitiam a rectitudine veritatis impoſitam; qui ſuſceperunt diſciplinam, et amauerunt illam ſummam et perpetuam felicitatem plus, quàm bona tranſitoria.

Ratio futuri vniuerſalis iudicij.

Et quoniam quidam hoc agunt, quidam autem oppoſitum, pro ſuarum varietate voluntatum, quæ interius occultantur, et in ſtatu viæ ſecundum ſuum arbitrium currunt: hinc eſt, quòd ad manifeſtationem altitudinis virtutis, rectitudinis veritatis, et plenitudinis bonitatis, neceſſe eſt vniuerſale iudicium ſequi; in quo fiant iuſtæ retributiones præmiorum, apertæ declarationes meritorum, et irreuocabiles lationes ſententiarum, vt in iuſtis retributionibus ſtipendiorum, ſummæ bonitatis appareat plenitudo: in apertis declarationibus meritorum, veritatis appareat rectitudo: et in irreuocabilibus lationibus ſententiarum, ſummæ virtutis, et poteſtatis appareat altitudo. Primum igitur, quoniam iuſta retributio reſpicit culpam, cui debetur pœna, vel iuſtitiam, cui debetur gloria, et vniuerſi filij Adæ habent hanc, vel illam; hinc eſt, quòd neceſſe eſt iudicio retributionis omnes iudicari, vt boni glorificentur, et impij condemnentur. Rurſus, quia aperta declaratio meritorum requirit, quòd ſimul appareat quid agendum eſt, et quid actum eſt, vel omiſſum a libertate voluntatis humanæ, ſecundum

Ratio retributionis premiorum in iudicio.

Apertio librorum cōſcientiæ.

varietatem circumſtantiarum; hinc eſt, quòd et libri A conſcientiarum aperientur, vt appareant merita, et liber vitæ, vt appareat ipſa iuſtitia, ſecundum quam approbanda, vel reprobanda ſunt merita illa. Et quoniá ille liber vitæ eſt liber, in quo ſcripta ſunt omnia ſimul et lucidiſſime, et in conſcientijs ſcribuntur veraciter; ideo ex concurſu apertionis horum librorum fiet aperta declaratio omnium meritorum; ita quòd occulta cordis cuiuſlibet, et ſibi, et ceteris innoteſcant. Vnde, vt vult Auguſtinus, liber ille eſt vis, qua fiet, vt ad memoriam cuiuſlibet cuncta mirabiliter reuocentur, vt lucide appareat æquitas diuinorum iudiciorú in apertiſſimo lumine veritatis. Poſtremo, quia irreuocabi- B lis latio ſententiarum debet fieri ab eo, qui poſſit audiri, et videri, et a quo non poſſit appellari: et videri ab vniuerſis non poteſt ſumma lux, quam tenebroſi oculi videre non poſſunt, pro eo quòd facie ad faciem videri non poteſt ſine deiformitate mentis, et iucunditate cordis, neceſſe eſt quòd index appareat in effigie creaturæ. Quia vero pura creatura auctoritatem nó babet ſummá, a qua appellari non poſſit, hinc oportet, quòd iudex noſter, et Deus ſit, vt iudicet per auctoritatem ſummam; et homo ſit, vt videatur, et diſceptet cum peccatoribus in effigie humana. Et quia vna vox diſceptationis terret culpabiles, et aſſecurat innocen- C tes; hinc eſt, quòd vna eius effigies iuſtos lætificabit, et econtrario impios deterrebit.

Aug. li. 20. de Ciu. Dei c. 14. to. 5.

Latio ſentētiæ irreuocabilis.

De antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi eſt pœna purgatoria. Cap. II.

DEinde in ſpeciali circa ſtatum finalis iudicij conſideranda ſunt quædam, ſicut præambula; quædá, ſicut concomitantia: et quædam, ſicut conſequentia. Præambula autem ſunt duo, ſcilicet pœna purgatorij, et ſuffragia Eccleſiaſtica. Primo igitur de pœna pur- D gatorij hoc tenendum eſt, quòd ignis purgatorius eſt ignis corporalis, quo tantum ſpiritus iuſtorum, qui in hac vitá non impleuerunt pœnitentiam, et ſatisfactionem condignam, affliguntur ſecundum plus, et minus, ſecundum quòd plus, vel minus de cremabili ſecum ex hac vita traxerunt. Affliguntur autem minus grauiter, quàm in inferno, et grauius, quàm in hoc mundo: non tamen ita grauiter, quin ſemper ſperent, et ſciant ſe in inferno non eſſe, licet forte pro pœnarum magnitudine, hoc aliquouens non aduertant. Hac autem afflictione, ab igne corporali inflicta, purgantur ſpiritus a reatibus, et ſcorijs, et etiam reliquijs pecca- E torum, quibus ſufficienter expurgatis, immediate euolant, et introducuntur in gloriam Paradiſi.

Summaria doctrina de purgatorio.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia cum primum principium eo ipſo, quòd primum, ſit optimum, et perfectiſſimum: et eo ipſo, quòd optimum, ſit ſumme amatiuum boni, et ſumme deteſtatiuum mali, ſicut ſumma bonitas non patitur, quòd bonum maneat irremuneratum, ſic etiam non debet pati, quòd malum remaneat impunitum. Quoniam ergo viri iuſti aliquando decedunt, qui in hac vita non totaliter pœnitentiam impleuerunt, cum meritum vitæ æternæ in eis non poſſit remanere irremune- F ratum, et vitium culpæ non poſſit remanere impunitum; ne perturbetur pulchritudo ordinis vniuerſi, neceſſe eſt, quòd ipſi finaliter præmientur, neceſſe eſt etiam, quod iidem temporaliter puniantur ſecundum ſuarum culparum exigentiam et reatum.

Ratio purgatoriæ pœnæ.

Et quia culpa commiſſiua, et offenſiua fuit maieſtatis diuinæ, et damnificatiua Eccleſiæ, et deformatiua imaginis diuinæ mēti noſtræ impreſſæ, maxime ſi fuit culpa mortalis, et venialis etiam diſponit ad hoc: et de offenſa requiritur punitio, de damno vero agenda eſt ſatisfactio, et de deformatione requirenda eſt expurgatio; hinc eſt, quòd neceſſe eſt, quòd pœna illa ſit iuſte punitiua, digne ſatisfactoria, et ſufficienter expurgatiua. Primum igitur quoniam pœna iſta debet eſ- A ſe iuſte punitiua, et ſpiritus, qui, contempto bono æterno, et ſummo, ſe ſubiecit infimo, iuſte debet inferiori ſubijci, vt ab eis ſuſcipiat pœnam, ex quorum occaſione perpetrauit culpam, et ratione quorum et Deum contempſit, et ſeipſum vilem fecit; hinc eſt, quòd ordo diuinæ iuſtitiæ exigit, vt ſpiritus ab igne materiali habeat puniri, vt ſicut ſecundum ordinem naturæ anima vnitur corpori, vt influat vitam ipſi corpori, ſic vniatur igni materiali ſecundum ordinem iuſtitiæ, vt punibile punienti, a quo ſuſcipiat pœnam. Et quia viri iuſti qui ſunt in gratia, non ſunt digni niſi pœna tranſitoria, et tanto maiori digni ſunt pœna, B quanto maiora commiſerunt peccata, et minorem egerunt pœnitentiam: hinc eſt, quòd ab igne materiali puniuntur temporaliter, quidam tamen diutius, quidam vero breuius, quidam acerbius, quidam leuius, ſecundum quòd reatus exigit offenſarum. Neceſſe enim eſt, vt dicit egregius doctor Auguſtinus, quòd tantum vrat dolor, quantum hæſerat amor. Tanto enim difficilius quis purgatur, quanto medullis cordis eius intimius amor inhæſerat mundanorum. Amplius quoniam pœna illa debet eſſe ſatisfactoria, et ſatisfactio reſpicit libertatem voluntatis, et ſtatum viæ, potiſſime cum ibi iam non ſit ſtatus merendi, et C pœnæ illæ minime teneant rationem voluntarij: neceſſe eſt, quòd illud, quod defecit ex parte libertatis in voluntate ſuſtinente, ſuppleatur in acerbitate ex parte pœnæ. Quia vero gratiam habent, qui purgantur, quam quidem vltra perdere non poſſunt: hinc eſt, quòd nec a triſtitia penitus abſorberi, nec in deſperationem incidere, nec in blaſphemiam poſſunt, nec volunt aliquatenus proſilire; ac per hoc licet grauiter puniantur, longe tamen aliter, et mitius, quàm in inferno: et ſtatum etiam illum indubitanter ſciunt alium eſſe, quàm iſtum, in quo ſunt illi, qui in inferno irremediabiliter cruciantur. Poſtremo quia pœna D illa debet eſſe expurgatoria, et purgatio illa ſpiritualis, neceſſe eſt, vel quòd ignis ille ſpiritualem habeat virtutem diuinitus ſibi datam, vel, vt magis credo, ipſa virtus gratiæ interius habitantis adiuta a pœna extrinſeca, ipſam animam iam pro offenſis punitam, et a reatuum onere alleuiatam purget purgatione ſufficienti, vt iam nulla remaneat diſſimilitudo ad gloriam. Et quoniam tales ſpiritus diſpoſiti ſunt in ſummo, ad deiformitatem gloriæ ſuſcipiendam in ſe, cum ianua ſit aperta, et purgatio conſummata, neceſſe eſt illos ſpiritus euolare, in quibus charitatis ignis ſurſum leuans, et nihil retardans ex parte impuritatis ani- E mæ, vel reatus. Nec enim decet diuinam miſericordiam, ſeu iuſtitiam, vt amplius differat gloriam, cum inueniat receptaculum idoneum, et magna ſit pœna in dilatione præmiorum, nec amplius puniri debeat ſpiritus iam purgatus.

Culpæ grauitas.

Aug. li. 21. de Ciu. Dei c. 26. prope fi. to. 5.

Quo modo ab igne materiali in purgatorio ſpiritus patiantur.

Animæ purgatę ſtatim euolant ad gloriam.

De antecedentibus ad iudicium, cuiuſmodi ſunt ſuffragia Eccleſiaſtica. Cap. III.

DE ſuffragijs autem Eccleſiaſticis hoc tenendum eſt, quòd ſuffragia Eccleſiæ proſunt mortuis, ſuffragia dico, quæ pro mortuis Eccleſia facit, ſicut F ſunt ſacrificia, ieiunia, eleemoſynæ, et aliæ orationes, et pœnæ voluntarie aſſumptæ pro eorum culpis celerius, et facilius expiandis. Proſunt autem mortuis, non quibuſcumque, ſed mediocriter bonis; vtpote illis, qui ſunt in purgatorio: non, valde malis; ſcilicet illis, qui ſunt in inferno: nec, valde bonis; ſcilicet his, qui ſunt in cælo: quin potius, econuerſo eorum merita, et orationes ſuffragantur Eccleſiæ militanti, cuius membris multa beneficia impetrant beati. Proſunt autem ſecundum magis, et minus, vel pro diuerſitate meritorum in mortuis, vel pro charitate viuorum, quæ magis ſolicitatur pro aliquibus, quàm pro alijs, et hoc, vel ad pœnarum mitigationem, vel celeriorem liberationem, ſecun-

dum quòd ſupernæ prouidentię diſpenſatio melius eis viderit expedire.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quoniam primum principium cum ſit optimum, ac per hoc ſummæ ſeueritatis cōtra malum, debet pariter ſummæ ſuauitatis eſſe ad bonum: et ideo cum ratione ſeueritatis iuſtitiæ, iuſti, in quibus eſt reatus culpæ, debeant poſt hanc vitam in purgatorio tormentari, debent etiam ratione ſuauitatis miſericordiæ releuari, et habere auxilium, et munimen: maxime quia in miſeria ſunt conſtituti, et ſuis operibus, et meritis nō poſſunt amplius ſe iuuare. Diſponere igitur debuit regimen diuinæ prouidentiæ ſuffragia eis conferri ab eis, qui poſſunt, ſalua tamen rectitudine iuſtitiæ, a qua nec debet, nec poteſt dulcedo miſericordiæ diſſentire, nec aliquatenus ſeparari. Quoniam igitur rectitudo iuſtitiæ exigit conſeruationem honoris diuini, regiminis vniuerſi, et qualitatis meriti humani; ideo superni, et primi principij prouidētia ſomma diſpoſuit, hæc ſuffragia valere defunctis ſecundum dulcedinem miſericordiæ, et rectitudinem iuſtitiæ, ſeruantis honoris diuini dignitatem, vniuerſi regimen, et humani meriti qualitatem.

Ratio ſuffragiorum pro mortuis.

Primo igitur quoniam in huiuſmodi ſuffragijs ſeruari debet iuſtitia, quæ diuini præcipue eſt conſeruatiua honoris; et honor diuinus nihilominus exigit opera ſatisfactoria, et pœnalia ſibi perſolui pro culpis: hinc eſt, quòd per illa opera habent ſuffragia fieri, per quæ potiſſime fit ſatisfactio, et honor recompenſatur Deo. Quoniam igitur huiuſmodi ſunt tres partes ſatisfactionis, ieiunium, oratio, et eleemoſyna, et altaris ſacrificium, in quo maxime redditur honor debitus propter placentiam illius, qui in ſacrificio illo offertur; hinc eſt quòd ſuffragia Eccleſiæ conſiſtunt in huiuſmodi operibus ſatisfactorijs, et maxime in miſſis celebrandis, ſecūdum quòd Gregorius in dialogis inſinuat aliquos, propter Miſſarum beneficia de pœnis magnis celerrime liberatos: et per hoc pompa exequiarum, et accuratio funeris, et huiuſmodi non debent inter ſuffragia Eccleſiæ computari. Propter quod et ſanctus Auguſtinus dicit, quòd curatio funeris, conditio ſepulturæ, et pompa exequiarū, magis ſunt ſolatia viuorum, quàm ſubſidia mortuorum.

Satisfactionis partes.

Greg. 4. lib. Dialog. ca. 55.

Auguſt. lib. de cura pro mort. agen. c. 2. to. 4.

Amplius, quia debet ibi ſeruari iuſtitia conſeruatiua ordinis, et regiminis vniuerſi, et hæc exigit, vt in communicatione influentiarum ſaluetur ordo, et ſymbolum inter ea, in quibus, et in quæ influentiæ illæ manant, ac per hoc inferius non debeat influere in illud, quod eſt ſupra, neque in id, quod eſt per omnimodam diſtantiam elongatum: hinc eſt quòd ſuffragia Eccleſiæ nō poſſunt valere his, qui ſunt in inferno, quia ſunt a corpore Chriſti myſtico penitus ſeparati, vnde nulla ſpiritualis influentia capitis ad eos peruenit, nec eis prodeſt, ſicut nec influentia capitis prodeſt membris a corpore amputatis. Hinc eſt etiam, quòd non proſunt beatis, quia ſunt omnino ſuperiores ſecūdum ſtatum, et iam in termino exiſtentes non poſſunt ad altiora conſcendere, ſed magis econuerſo ipſi proſunt nobis, et eorum orationes, nam et hoc meruerunt in carne; ideo diſpoſuit ordo diuinus, vt etiā ipſis ſanctis Dei orationes offerantur, vt et ipſi ſuffragentur nobis ad diuina beneficia impetranda. Non proſunt ergo eis Eccleſiaſtica ſuffragia, ſed magis nobis proſunt ſua. Reſtat igitur quòd proſunt ſolis iuſtis, qui ſunt in pœnis purgatorij. Nam ibi ratione pœnæ, et impotentiæ ſe iuuandi, ſunt viuis inferiores, ratione vero iuſtitiæ ceteris membris Eccleſiæ ſunt coniuncti: ita vt merito eis Eccleſiæ ſanctæ merita poſſint propter ſymbolum, et ordinem ſuffragari.

Suffragia Eccleſiæ quibus nō proſint.

Poſtremo, quoniā debet in his ſeruari iuſtitia, quæ penſat exigentiam meritorum; hinc eſt, quòd ſuffragia illa, quæ communiter fiunt pro defunctis, licet omnibus bonis valeant pro modulo ſuo, his tamen amplius valent, qui magis meruerunt, vt ſibi valerent, et pro-

Eccleſiæ ſuffragia quibus magis proſint.

A deſſent, dum erant in ſtatu viæ. Illa vero, quæ ſpecialiter fiunt pro aliquibus, quia intentio facientis eſt recta, et ſecundum Deum procedit, et Eccleſiaſtica inſtitutio abſque dubio non eſt caſſa: ideo plus valent illis, pro quibus determinate fiunt, licet etiam alijs aliquo modo cōmunicentur. Nec tamen poſſunt ita alijs ſubuenire, ſicut illi principali perſonæ, pro eo quòd licet ſint ſpiritualia, tamen diuina iuſtitia pro maiori culpa maiorem exigit emendam, et pro pluribus culpis plures emendas. Vnde exēplum de lumine, quod æqualiter illuminat ad vnam menſam ſedentes, non placet: quia huiuſmodi ſuffragia potius aſsimilari habēt pre-
B tijs redemptiuis, quàm huiuſmodi influentijs diffuſiuis. Quantum autem cuilibet determinate valeant, ille certitudinaliter diffinire habet, cuius eſt in reatibus, et pœnis, et ſuffragijs attendere pondus, numerum, et menſuram.

De concomitantibus iudicium, ſicut eſt conflagratio ignium. Cap. IIII.

DEinde aliquid dicendum eſt de concomitantibus iudicium, quæ ſunt duo, ſcilicet conflagratio igniū mundanorum, et reſurrectio corporum. De confla-
C gratione igitur hoc tenendum eſt, quòd ignis pręcedet faciē iudicis, quo terræ facies exuretur, ita quòd figura huius mundi mundanorum ignium, et cōflagratione peribit, ſicut factum eſt aquarum innundatione tēpore diluuij. Dicitur autem tranſire figura huius mūdi, non quantū ad deſtructionem totalem huius mundi ſenſibilis, ſed quia per actionem illius ignis omnia elementaria inflammantis, conſummentur vegetabilia, et animalia purgabuntur, et innouabuntur elementa, maxime aer et terra: purgabuntur iuſti, et adurentur reprobi: quibus factis, ceſſabit etiam motus cæli, vt ſic completo numero electorum, fiat quodam mo-
D do innouatio et præmiatio corporum mundanorum.

Gen. 7. d

1. Cor. 7. f

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia principium rerum vniuerſale, cum ſit ſapientiſsimum, et ſi in omnibus, quæ agit, attendit ordinem ſapientiæ, potiſsime tamen in his debet attendere, quę ſpectant ad conſummationem: vt ſic non diſcordet primum a medio, nec medium a poſtremo, ſed in cunctis congruentiſsime ordinatis appareat illius primi principij ſapientia ordinans, et bonitas, et altitudo. Quoniam ergo Deus ſecundum ſapiētiam ſuam ordinauiſſimam cunctum mundum iſtum ſenſibilem, et maiorē fecit propter mundum minorē, ſcilicet hominem,
E qui inter Deum, et res iſtas inferiores in medio collocatus eſt: hinc eſt, quòd vt omnia ſibi inuicem congruant, et habitatio cum habitatore habeat harmoniam, homine bene inſtituto, debuit mundus iſte in bono, et quieto ſtatu inſtitui: homine labente, debuit etiam mundus iſte deteriorari: homine perturbato, debuit perturbari: homine expurgato, debuit expurgari: homine innouato, debuit innouari; et homine conſummato, debuit quietari.

Primo ergo quoniam mundus ille perturbari debet, homine perturbato, ſicut ſtetit cum ſtante, et quodāmodo cecidit cum labente: et in futuro iudicio pro-
F pter ſeueritatem iudicis oſtendendam, neceſſe eſt omnium corda terreri, et peccatorum maxime, qui vniuerſorum Dominum contempſerunt: vt ſic omnis creatura diuinum accipiat zelum; et conformetur auctori, conformetur etiam habitatori, neceſſe eſt totius orbis cardines horribiliſsime commoueri. Et quia nihil intenſius, et velocius, et horribilius in agendo cōmouet alia elementa, quàm ignis hinc inde ex omni parte concurrens; hinc eſt, quòd neceſſe eſt, quòd ipſius iudicis faciem ignis præcedat, non ex vna parte tantum, ſed ex omni parte mundi, vt ſit ibi concurſus ignis elementaris, et terreſtris: ignis purgatorij, et etiā infernalis: vt per infernalem, reprobi adurantur: per purgatorium, iuſti purgentur: per terreſtrē, hæc terræ

Commotio totius creaturæ in fine mundi.

naſcentia conſumantur: per elementarem, elementa ſubtilientur, et ad innouationis faciem diſponantur, et ſimul cum hoc cetera conturbentur, vt non ſolum homines, et dæmones, verumetiam angeli videntes terreantur.

Rurſus quoniam mundus iſte purgari debet cum homine expurgato, et homo in ſtatu finalis temporis indiget purgari a ſcoria auaritiæ, et malitiæ, ſicut in primo tempore a fæce luxuriæ; indiget etiam purgari et velociter, et intime, et perfecte: hinc eſt, quòd ſicut

Gen. 7.

mundus prius deletus eſt, et quodam modo purgatus, per elementum aquæ, quod eſt frigidum contra ardorem, et fœtorem luxuriæ: ſic finalis mundus per ignẽ B propter refrigerium charitatis, et frigus malitiæ et auaritiæ, quæ regnabunt in fine quaſi in ipſius mundi ſenectute.

Auaritia et malitia in ſenectute mundi.

Quæ quia maximæ ſunt adhærentiæ, neceſſe eſt, quòd purgans ſit actionis intimę, violentæ, et acceleratæ: quod non contingit reperiri in elemento alio, quàm in igne. Et ideo ſicut factum eſt aquarum inundatione diluuium, ſic per actionem ignis huius mundi ſenſibilis facies exuretur.

Mundi innouatio.

Amplius quoniam mundus ille innouari debet cũ homine innouato, nec innouari poteſt aliquid in nouam formam, niſi perdat vetuſtam, et quodam modo diſponatur diſpoſitione noua ſuper inducta: hinc eſt, quòd cum ignis maxime habeat virtutem expulſiuam formæ extraneæ, habeat etiam vim ſubtiliatiuam, et C cæleſti naturæ cognatam: ideo per ipſum debet fieri purgatio ſimul et innouatio, ita quòd cum geminam habeat efficaciam, quantum ad aliquam, iudicis aduẽtum præcedit, quantum autem ad reliquam habet ſequi. Et cum innouatio ſit ad nouitatem, quæ amplius non redit ad vetuſtatem: ac per hoc ad nouitatem incorruptibilem, quam dare non eſt in potentia alicuius creaturæ: hinc eſt, quòd licet in illa purgatione et innouatione, ignis aliquid agat per naturalem virtutem, vt inflãmare, purgare, rarefacere, et ſubtiliare: tamen neceſſe eſt, quòd cũ illa virtute naturali ſit virtus operãs ſupra naturã, cuius imperio fiet conflagrationis initiũ, D et cuius etiam virtute fiet nihilominus complementũ.

Poſtremo quoniam mundus ille debet conſummari, homine conſummato, et tunc eſt homo cõſummatus, quãdo in gloria completus erit numerus electorũ, ad quẽ quidem ſtatũ omnia tendunt, ſicut ad finẽ vltimum, et completum: neceſſe eſt, facta cõpletione illius numeri, terminari, et quietari motus naturæ cæleſtis: neceſſe eſt etiã terminari tranſmutationes elemẽtares: neceſſe eſt etiam per conſequens terminari generatiõẽ, quæ eſt in animalibus, et in plantis.

Completo numero electorum, omnia terminantur.

Cum enim omnia iſta ordinentur ad formã nobiliſſimam, quę quidẽ eſt anima rationalis, poſito ſtatu in animalibus, neceſſe E eſt et ſtatũ, et cõplementum poni in ceteris pręcedentibus. Et ideo corpora cæleſtia habita quiete, et luminis plenitudine, dicuntur remunerari. Elementa vero, quæ amplius non habent vim multiplicandi per tranſmutationem mutuam, dicuntur interire, nõ quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad actionem, et paſſionẽ mutuam, et hoc maxime, quantum ad qualitates actiuas. Vegetabilia vero, et ſenſibilia, quia non habent poteſtatem, et vitã perpetuam, et durationem ſempiternam, qualis cõpetit ſtatui illius nobilitatis; neceſſe eſt in propria natura cõſumi: ita tamen quòd ſaluentur in principijs, et quodã modo in ſimili, videlicet in homi- F ne, qui ſimilitudinem habet cum omni genere creaturæ: et ideo in ipſius innouatione, et glorificatione poſſunt dici omnia innouari, et quodam modo præmiari.

De concomitantibus iudicium, ſicut eſt reſurrectio corporum. Cap. V.

Vniuerſalis reſurrectionis qualitas et ratio.

DE reſurrectione autem corporum hoc tenendum eſt, quòd omnium corpora hominum in generali reſurrectione reſurgent, nulla in eis exiſtente diſtantia quantum ad ordinationem temporis, ſed magis quan- A tũ ad ordinationem dignitatis. Nam mali ſurgent cum ſuis deformitatibus, et pœnalitatibus, miſerijs, et defectibus, quos habuerant in ſtatu viæ. In bonis autem natura ſeruabitur, et vitia detrahentur, et omnes reſurgent integro corpore, et plena ætate, et debita menſura membrorum; vt ſic omnes ſancti occurrant in virũ perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Eph. 4. b c.

Surgent autem tã in bonis, quã in malis corpora eadẽ numero, quæ prius, et ex eiſdem partibus cõſtituta, ſalua totius veritate naturæ, non ſolũ quantum ad membra principalia, et humiditatem radicalẽ, verumetiam ſaluis capillis, et ceteris membris, quæ faciũt ad decentiã B corporis: ita quòd in quaſcumque auras, vel ſinus naturæ, puluis humani corporis cedat, ad eã animã redibit, quæ ipſum primitus, vt viuęret et creſceret, animauit.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum, hæc eſt: quia primum principium eo ipſo, quòd primum et ſummum, eſt vniuerſaliſſimum, et ſufficientiſſimum, ac per hoc principium eſt naturarũ, gratiarum, et præmiorum: principium etiam potentiſſimum, clemẽtiſſimum, et iuſtiſſimum, et licet ſecundum quandam appropriationem ſit potentiſſimum in conſtitutione naturarum, et clemẽtiſſimum in collatione gratiarum, et iuſtiſſimum in retributione ſtipendiorum; tamen ſigillatim ſingula ſunt in ſingulis, quia ſumma potentia, clementia, et iuſtitia nullatenus poſſunt ab inuicem ſepa- C rari: et ideo in opere retributionis neceſſe eſt, quòd ipſa fiat ſecũdum quòd exigit rectitudo iuſtitiæ, et reformatio gratiæ, et completio naturæ. Quoniam ergo iuſtitia neceſſario requirit, vt homo qui meruit, vel demeruit non in anima ſolum, nec in corpore ſolũ, ſed in anima ſimul, et corpore puniatur, vel præmietur in vtroque: reformatio autem gratiæ requirit, vt totũ corpus aſſimiletur Chriſto capiti, cuius corpus mortuum neceſſarium fuit reſurgere, cum vnitum eſſet inſeparabiliter deitati: completio vero naturæ requirit vt homo conſtet ſimul ex corpore, et anima, tamquã ex materia et forma, quæ mutuum habent appetitum, et in- D clinationem mutuam; neceſſe eſt, reſurrectionem eſſe futuram, exigente hac conſtitutione naturæ, infuſione gratiæ, et retributione iuſtitiæ, ſecundum quas tota vniuerſitas habet regi. Et ideo ex his tribus, omnia clamant hominem ſuſcitandum, vt omnis tollatur excuſatio illis, qui cõtra hanc veritatẽ fidei obſurdeſcũt, et merito contra tales vniuerſus pugnet orbis terrarũ.

Sap. 5. d

Ratio iuſtitiæ Dei in reſurrectione.

Primo igitur, quoniam reſurrectio debet eſſe ſecundum exigentiã ordinis diuinæ iuſtitię, et diuina iuſtitia reddit vnicuique quod ſuum eſt pro loco, et tempore, et omnis anima corpori ſemel, et ad pũctum temporis vnita, vel habet in eo culpã, vel gratiã; neceſſe eſt quòd E omnes reſurgant. Et quia diſtinctus debet eſſe ſtatus retributionis a ſtatu vię, et reſurrectio ſpectat ad ſtatũ retributionis; vt non confundatur ordo vniuerſi, et vt fides habeat meritum, quæ credit, quod non videt, et vt certius, et clarius appareat æquitas diuinæ iuſtitiæ; et vt ſimul fiat conſummatio, et retributio finalis in angelis, et hominibus; requirit hoc diuina iuſtitia, vt omnes reſurgant ſimul, quãtum eſt de lege communi. Quod dico propter Chriſtum, et eius beatiſſimam matrem glorioſam virginem Mariam. Quia vero malis debetur pœna, et miſeria, et bonis gloria: ideo etſi ſimul reſurgant in tẽpore, valde tamen diſſimiles erunt F in conditione. Nam quia malis reſurrectio non eſt ad vitam, ſed ad ſuppliciũ, neceſſe eſt, quòd ipſi cum infirmitatibus, et deformitatibus, et defectibus ſuſcitẽtur.

Ratio reſurrectionis ex conſummatione gratię.

Rurſus, quia reſurrectio debet eſſe ſecundũ exigentiã conſummationis gratiæ, et perfecta gratia facit nos cõformes Chriſto capiti noſtro, in quo nullus fuit defectus membrorũ, ſed perfecta ætas, et ſtatura debita, et effigies formoſa; opportunũ eſt, quòd boni ſuſcitentur in optimis cõditionibus, ac per hoc neceſſe eſt, quòd in eis vitia detrahantur, et natura ſeruetur. Opportunum etiam eſt, vt ſi aliquod membrum deerat, ſuppleatur: ſi aliqua erat ſuperfluitas, auferatur: ſi aliqua membrorũ

deordi-

deordinatio, corrigatur: ſi paruulus erat, ad quantitatem ætatis Chriſti, quam habebat in reſurrectione, licet non in mole, diuina virtute deducatur: ſi decrepitus, ad eandem ætatem reducatur: ſi gigas, ſi nanus, ad menſuram congruam limitetur: vt ſic omnes integri, et perfecti occurrant in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.

Eph.4.b

Ratio ex conditione naturæ.

Poſtremo quia reſurrectio debet eſſe ſecundum exigentiam perfectionis naturæ, et natura ſpiritus rationalis exigit, quòd viuificet corpus proprium, quia proprius actus in propria materia habet fieri: neceſſe eſt, quòd idem corpus numero reſurgat, alioquin nõ eſſet reſurrectio vera. Requirit etiam natura animæ rationalis, et immortalis, quòd ſicut habet eſſe perpetuum, ſic corpus habeat, cui perpetuo influat vitam: ac per hoc, corpus, quod animæ vnitur, ex ipſa vnione ordinationem habet ad incorruptionem perpetuam: ita tamen quòd illud, in quo conſiſtit ſubſtantia totius corporis, ſicut ſunt membra principalia, et etiam humiditas radicalis, et caro ſecundum ſpeciem habeat ordinationem neceſſariam; alia vero, ſcilicet caro ſecundum materiam, et partes, quæ ſunt de bene eſſe corporis, habeant ordinationem de congruo: et ideo primæ partes ſunt ordinatæ ad reſurrectionem, ſecundum ordinem neceſſitatis, aliæ vero omnes ſecundum ordinem congruitatis. Quem quidem ordinem, quia Deus impreſſit naturæ, et natura non poteſt perficere, quia non poteſt mortuum ſuſcitare, et ipſa diuina prouidentia nihil debuit facere fruſtra: neceſſe eſt, quòd ipſius virtute reparetur corpus idem numero, et immortale, et ex omnibus partibus conſtitutum, et ſalua tota veritate humanæ naturæ. Cum autem hæc natura non habeat in poteſtate, ſed ſolum in appetitu, quia nec idem corpus numero deſtructum reparare poteſt, cum non poſſit in totam rei ſubſtantiam: nec corpus immortale poſſit efficere, cum omne per naturam generabile ſit corruptibile; nec diſperſa colligere poteſt: neceſſe eſt, quòd reſurrectio non ſeminalibus, nec naturalibus cauſis, ſed primordialibus attribuatur, vt fiat ſecundum curſum mirabilem et ſupernaturalem, et ſecundum diuinæ imperium voluntatis.

De conſequentibus ad iudicium, ſcilicet de igne infernali. Cap. VI.

De pœna infernali ſummatim.

CONſequenter de conſequentibus ad iudicium eſt dicendum, quæ ſunt duo, ſcilicet pœna infernalis, et gloria cæleſtis. De pœna igitur infernali hoc tenendum eſt, quòd pœna infernalis eſt in loco corporali deorſum, in quo æternaliter affligentur omnes reprobi tam homines, quàm ſpiritus mali. Affligentur autem eodem igne corporali, qui concremabit et affliget ſpiritus, et etiam corpora: nec tamen corpora illa conſumet, ſed ſemper affliget alios plus, alios minus ſecundum exigentiam meritorum. Huiuſmodi autem afflictioni ignis coniuncta erit afflictio ſecundum omnes ſenſus, coniuncta erit pœna vermis, et carentia viſionis Dei: ita quòd in his pœnis erit varietas, et cum varietate acerbitas, et cum acerbitate interminabilitas, vt ad reproborum ſupplicium, tormentorum fumus aſcendat in ſæcula ſæculorum.

Apoc.14.c

Ratio autem ad intelligentiam prædictorũ, hęc eſt: quia cum primum principium ſummum ſit, quidquid habet, habet in ſummo: ideo neceſſe eſt ipſum eſſe rectiſſimum. Cum ergo in retribuendo agat ſecundum rectitudinem, ſicut contra ſe facere non poteſt, nec ſe negare, nec ſuam iuſtitiam impugnare: ſic neceſſario ſua rectitudine exigente, oportet, quòd peccatum puniatur ſecundum quantitatem culpæ, in his maxime, qui legem miſericordiæ contemnentes, per impœnitentiam impegerunt in ſeueritatem iuſtitiæ. Quoniam ergo ſeueritatis iuſtitiæ eſt conſiderare culpam, non ſolum quantum ad radicem, verumetiam

Diuinæ iuſtitiæ ſeueritas.

A quantum ad circumſtantias aggrauantes: congruiſſimum eſt, vt iudex iuſtus pœnas debitas ab impijs exigat vſque ad vltimum quadrantem: vt ſic non remaneat dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ: et ſicut manifeſta eſt poteſtas in creando, et ſapientia in gubernando, et clementia in reparando; ſic manifeſtetur ſumma iuſtitia in puniendo. Quoniam ergo diuina iuſtitia peccatorem impium debet punire ſecundum exigentiam culpæ; et culpa mortalis, ad quam ſuccedit finalis impœnitentia, ipſa habet rationem deordinationis perpetuæ, deordinationis libidinoſæ, deordinationis multimodæ: neceſſe eſt, quòd ipſa puniatur
B pœnarum æternitate, acerbitate, et multiformitate.

Deordinationis perpetuæ pœna.

Primo igitur deordinationis perpetuæ pœna debet eſſe perpetua, quia peccatum, quod quis committit, et de quo numquam pœnitet, perpetuo in animo durat, et a vita perpetua, ſcilicet Deo ſeparat, et a voluntate procedit, quæ in peccato vellet perpetuo delectari. Et licet delectatio illa tranſiens ſit momentanea, quia tamen deordinatio tenet rationem perpetuitatis, pœna deordinationi reſpondens, debet habere carentiam finis: vt ſicut homo in ſuo perpetuo finem non appoſuit a peccato recedendo, ſic Deus in
C ſuo perpetuo non deſiſtat a puniendo: et ſicut homo contra infinitum peccauit, ſic pœnam habeat infinitam. Et quia non poteſt habere pœnam infinitam intenſiue, habeat ſaltem duratione. Et ſicut voluntas eius poſt mortem ſemper malo adhæret ſine ſuſceptione pœnitentiæ; ſic Deus ſemper affligat ſine immutatione ſententiæ, requirente hoc perpetuitate deordinationis in impijs damnatis.

Libidinoſæ deordinationis pœna.

Ruſus quoniam deordinationis libidinoſæ pœna debet eſſe afflictiua, quia delectatio punitur per triſtitiam contrariam, et ſpiritus rationalis in peccando conuertit ſe ad bonum proprium, et vt nunc, et partia-
D le libidinoſe amandum, et ex hoc contemnit diuinum imperium et dominium: hinc eſt, quòd ad hoc, quòd illa delectatio improba perfecte puniatur, in qua ſimul eſt delectatio cum contemptu: neceſſe eſt, quòd ad punitionem illius contemptus et delectationis, peccator, ſiue ſit homo, ſiue ſpiritus præcipitetur in locũ infimum, et maxime a ſtatu gloriæ longinquum, hoc eſt in profundiſſimum infernum. Neceſſe eſt etiam, quòd ibi exponatur affligendus infimæ naturæ, ac per hoc non a ſubſtantia ſpirituali patiatur, ſed a corporali, et infima, hoc eſt a fæcibus corporum mundanorum, vt in fæcibus defigatur, et igne, et ſulphure con-
E cremetur. Et quoniam ſpiritus, qui per naturam præponitur corpori, et in corpus habet influere, et ipſum mouere, dignitatem naturæ per culpam peruertit, et ſe ſubijcit quodam modo vilitati et nihilitati peccati: hinc eſt, quòd ſecundum ordinem iuſtitiæ debet ordinari, vt tam peccator ſpiritus, quàm homo igni corporeo alligetur: non vt in illum influat vitam, ſed vt diuino decreto ſuſcipiat pœnam. Cum enim rei, quàm horret per timorem diuinitus immiſſum, et quam ſentit per vim naturalis ſenſus, ſit inſeparabiliter alligatus, neceſſe eſt, quòd acriter tormẽtetur. Et quia ille ignis non agit niſi per diſpoſitionem pecca-
F ti, et reatus, et maculæ, ex improbitate libidinis procedentis, et hæc non eſt æqualiter in omnibus: hinc eſt, quòd ab eodem igne alij cremantur plus, alij vero minus: ſicut ab eodem igne aliter vritur palea, et aliter comburitur lignum. Quoniam autem illa peccati diſtinctio, et reatus, ſecundum quam actio ignis moderatur, eſt in eodem vniformis, et numquam creſcit, nec decreſcit nec mutatur: hinc eſt, quòd diuino imperio ordinante, ignis ille ſic agit, quòd ſemper vrit, et non conſumit: ſemper affligit, et non interimit: quia non agit ad ſuæ formæ multiplicationẽ, ſed ad pacis animæ in corpore perturbationem, ſiue ipſius ſpiritus in ſeipſo. Vnde non fit noua adem ptio, ſed ademptæ pacis continuatio: vt ſic in eadem pœ-

na, nec

na, nec acerbitas æternitatem, nec æternitas tollat acerbitatem.

Deordinationis multimodæ pœna.

Poſtremo quoniã deordinationis multimodæ pœna debet eſſe multimoda, et in omni peccato actuali mortali eſt deordinata auerſio a ſumma luce et bonitate, et inordinata conuerſio ad bonum commutabile, et deordinatio voluntatis contra dictamen rationis rectæ: hinc eſt, quòd omnes actualiter peccantes, qui erunt damnati, punientur pœna triplici: propter auerſionem, carentia viſionis Dei: propter conuerſionem, pœna incendij materialis: propter pugnam voluntatis et rationis, pœna vermis: vt ſic ex hac multiplicitate pœnarum afflicti, et varie, et acerbe, et (B) æternaliter crucientur, et tormentorum fumus aſcendat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Apoc. 14. c

De conſequentibus ad iudicium, ſcilicet gloria paradiſi. Cap. VII.

Præmium beatorũ triplex.

DE gloria autem cæleſti hoc in ſumma tenendum eſt, quòd in ipſa eſt præmium ſubſtantiale, conſubſtantiale, et accidentale. Præmium, inquam, ſubſtantiale conſiſtit in viſione, fruitione, et tentione vnius ſummi boni, ſcilicet Dei: quem beati videbunt facie ad faciem, hoc eſt nude, et ſine velamine fruentur auide, et delectabiliter: (C) quem etiam tenebunt ſempiternaliter, vt ſic verificetur illud Bernardi: quòd Deus futurus eſt rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, et memoriæ continuatio æternitatis. Præmium vero conſubſtantiale conſiſtit in gloria corporis, quæ ſecunda ſtola dicitur: qua reſumpta, perfectius anima beata tendit in ſummum cælũ.

1. Cor. 13. d

Bernar. in Cãt. ſerm. 11. poſt med.

Dotes corporis quattuor.

Et hæc ſtola conſiſtit in quadruplici dote corporis, ſcilicet in dote claritatis, ſubtilitatis, agilitatis, et impaſſibilitatis: quæ erunt ſecundum plus et minus in diuerſis, ſecundum maioritatem, et minoritatem prius habitæ charitatis. (D) Præmium autem accidentale, conſiſtit in quodam decore ſpeciali ſuper adiecto, qui quidem aureola nuncupatur; et ſecundum Doctorum ſententiam, debetur triplici generi operum, ſcilicet martyrio, prædicationi, et continentiæ virginali. Et in omnibus prædictis ſeruabitur gradus, et diſtinctio, ſecundum exigentiam meritorum.

Aureola.

Beatitudinis noſtræ ratio.

Ratio autem ad intelligentiam prædictorum hæc eſt: quia primum principium hoc ipſo, quòd primũ, habet ſummam vnitatem, veritatem, et bonitatem; et hoc ipſo in eo etiam eſt ponere ſummã potentiam, ſapientiam, clementiam, et iuſtitiam. Quoniam autem hæc inuiſibilia Dei manifeſtari decet per opera; (E) ideo Deus mundum iſtum ſenſibilem principians, ſic produxit, ſic gubernat, ſic reparat, ſic remunerat, et conſummat, quòd in productione manifeſtetur ſumma potentia: in gubernatione ſumma ſapientia: in reparatione ſumma clementia: et in remuneratione iuſtitia conſummata. Vt ergo manifeſtaretur potentia ad ſuipſius laudem, et gloriam, et honorem; omnia produxit de nihilo, faciens aliquid prope nihil, ſcilicet materiam corporalem: et aliquid prope ſe, ſcilicet ſubſtantiam ſpiritualem, et ſimul hæc iungens in vno homine, in vnitate naturæ, et perſonæ, ſcilicet rationalem animam, et materiam corporalem. (F) Vt manifeſtaretur ſapientia, ipſe quidem prouidentiſſime omnia gubernat, et ordinate. Nam ipſe ſupremum hominis regit per ſeipſum, mentem ſcilicet, quam illuſtrat: et infimum, ſcilicet corpus per liberum arbitrium voluntatis, vt ſic corpus, et corporalia quo ad regimen ſubiaceant ſpiritui, ſpiritus vero Deo. Vt manifeſtaretur clementia, lapſum hominem reparauit, aſſumendo hominis naturam, ſuſcipiendo pœnalitates, et tandem perferendo pœnam: vt ſic ſumma miſericordia miſero miſericordem faceret eſſe conformem ad reuelationem miſeriæ, non ſolum in dignitate naturæ conditæ, verumetiam in defectibus naturæ in miſeria conſtitutæ. Vt tandem manifeſtetur

Rom. 1. c

(A) iuſtitia, retribuet vnicuique ſecundum exigentiam meritorum, non ſolum malis pœnam, verumetiam iuſtis gloriam ſempiternam. Sic enim exigit retributio æqua, et reparatio gratuita, et gubernatio ordinata, et productio virtuoſa. Nam omnium horum conſummatio eſt in fine.

Ratio præmij iuſtorũ quoad corpus et animam.

Primum igitur quoniam omniũ iuſtorum præmiatio fieri debet, ſecundum quòd exigit retributio iuſta, et etiam productio virtuoſa: et productio Dei fecit rationalem ſpiritum prope Deum, capacem Dei, capacem ſcilicet ſecundum vim inditæ imaginis ipſius beatiſſimæ Trinitatis, cui in iuſtis totus hominis (B) ſpiritus ſecundum integritatem imaginis deſeruiunt: hinc eſt, quòd a nullo minus Deo poteſt rationalis ſpiritus præmiari, nec impleri, nec eius capacitas terminari: ideo in præmium datur ei deiformitas gloriæ, per quam Deo effectus conformis, et ratione ipſum videat clare, et voluntate diligat plene, et memoria retineat in æternum: vt ſic anima tota viuat, tota dotetur in tribus animæ viribus, tota Deo configuretur, tota illi vniatur, tota in illo requieſcat: in ipſo ſicut in omni bono inueniens pacem, lucem, et ſufficientiam ſempiternam, per quam in ſtatu omnium bonorum congregatione perfecto conſtituta, et æterna vita viuens, (C) dicatur beata, et etiam glorioſa.

Boet. lib. 3. de conſol. philoſ. proſa 2. circa prin.

Rurſus quoniam retributio illa debet fieri ſecundum quòd exigit non ſolum retributio iuſta, et productio virtuoſa, verumetiam gubernatio ordinata, et Deus in productione corpus animæ alligauit, et naturali, et mutuo appetitu inuicem copulauit: ad gubernationem vero ſubiecit, et in ſtatu meriti fecit, vt ſpiritus condeſcenderet, et intenderet corpori gubernando propter exercitium in merendo; nec naturalis appetitus patitur, quòd anima ſit plene beata, niſi reſtituatur ei corpus, ad quod reſumendum habet inclinationem naturaliter inſertam; nec regiminis (D) ordo ſuſtinet, quòd reſtituatur corpus ſpiritui beato, niſi per omnia illi conforme, et ſubiectum, quantum poteſt corpus ſpiritui conformari. Quoniam ergo ſpiritus eſt viſione lucis æternæ clarificatus; ideo debet, in eius corpore claritas lucis permaxime reſultare. Quia vero dilectione illius ſummi ſpiritus eſt ſumme ſpiritualis effectus; ideo in corpore habere debet correſpondentem ſubtilitatem et ſpiritualitatem. Quia tentione æternitatis factus eſt omnino impaſſibilis; ideo in corpore eius, debet eſſe impaſſibilitas omnimoda, tam intra, quàm extra. Quia vero ex his omnibus, ſpiritus promptiſſimus eſt ad tendendum in (E) Deum; ideo in corpore glorioſo debet ſumma agilitas reperiri. Quoniam igitur per has quattuor proprietates fit corpus ſpiritui conforme, et etiam ſubiectum: hinc eſt, quòd in his quattuor præcipue dotari dicitur, ratione quorum idoneitatem habet ſequi ſpiritum, et locari in regione cæleſti, quæ eſt regio beatorum. In iſtis enim proprietatibus, cæleſtibus corporibus aſſimilatur, per quas quaſi gradatim diſtat corpus cæleſte a quattuor elementis, et ſic dos corporum quadruplicata et corpus in ſe perfectum reddit, et conforme habitationi cæleſti, et ſpiritui beato: per quem a ſummo capite Deo vſque in oram veſti(F)menti, ſcilicet corporis, plenitudo dulcedinis, et beatudinis ebrietas redundat, et quantum eſt poſſibile deriuatur.

Poſtremo quoniam illa pręmiatio debet fieri, ſecundum quod exigit retributio iuſta, et productio virtuoſa, et gubernatio ordinata, et etiam reparatio glorioſa, et in diuerſis Chriſti membris diuerſa ſunt chariſmata gratiarum, non ſolum quantum ad interiora dona, verumetiam quantum ad exercitia exteriora; non ſolum quo ad habitus, verumetiam quo ad ſtatus; non ſolum quo ad perfectionem charitatis in mente, verumetiam quo ad perfectionis decorem et pulchritudinem in opere corporali: hinc eſt, quòd aliquibus membris, non ſolum ſtola animæ cum tribus eius dotibus,

tibus, et ſtola corporis cum quattuor, verumetiam *[A]* excellentia quædam decoris et gaudij debetur, propter excellentiam perfectionis, et decoris habiti in corpore virtuoſo. Quoniam igitur triplex eſt genus operis præcellentis, perfectum, et pulchrum, et ſpirituali formoſitate formoſum, ſecundum triplicem vim animæ: ſecundum rationalem, prædicatio veritatis perducens alios ad ſalutem: ſecundum concupiſcibilem, perfecta declinatio concupiſcentiarum, per integritatem perpetuam continentiæ virginalis: ſecundum iraſcibilem, perpeſſio mortis ad honorem Chriſti: hinc eſt, quòd his tribus generibus iuſtorum, ſcilicet prædicatoribus, virginibus, et martyribus debetur illa excellentia præmij accidentalis, quod aureola nuncupatur, quod ad decorem facit, non ſolum animæ, verumetiam corporis: quia non redditur voluntati tantum, ſed operi extrinſeco, ſubſternens ſibi meritum, et præmium charitatis, quod conſiſtit in ſeptiformi dote, triplici animæ, et quadruplici corporis, in quibus clauditur conſummatio, integritas, et plenitudo omnium bonorum ſpectantium ad gloriæ complementum. *[Aureola quibus reddenda.]* *[B]* Qualia autem et quanta ſint illa non verba mea, ſed beati Anſelmi ponantur. Ait enim in fine Proſologij: *[Anſel. Proſolog. c. 24.]* Excitare nunc anima mea, et erige *[C]* totum intellectum tuum, et cogita quantum potes, quale et quantum ſit illud bonum. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt, cogita intente, quàm delectabile illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum: non qualem in rebus creatis ſumus experti, ſed tanto differentem, quanto differt creator a creatura. Si enim bona eſt vita creata, quàm bona eſt vita creatrix? Si iucunda eſt ſalus facta, quàm iucunda eſt ſalus, quæ fecit omnem ſalutem? Si amabilis eſt ſapientia in cognitione rerum conditarum, quàm amabilis eſt ſapientia, quæ omnia condit ex nihilo? Denique ſi multæ, et magnæ delectationes ſunt in rebus delectabilibus, quaſis, et quanta eſt delecta- *[D]* tio in illo, qui fecit ipſa delectabilia?

[Idem Proſolog. c. 25.] Qui hoc bono fruetur, quid illi erit, et quid illi non erit? Certe quidquid volet, erit, et quod nolet eſſe, non erit. Ibi quippe erunt bona corporis et animæ, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis cogitauit. *[1. Cor. 2. c]* Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuę et corporis tui? Ama vnum bonum, in quo ſunt omnia bona, et ſufficit. Deſidera ſimplex bonum, quod eſt omne bonū, et ſatis eſt. Quid enim amas caro mea, quid deſideras anima mea? Ibi eſt quidquid amatis, quidquid *[E]* deſideratis. Si delectat pulchritudo: Fulgebunt iuſti ſicut Sol. *[Sap. 3. a]* Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis, cui nihil obſiſtere poſſit: Erunt ſimiles angelis Dei: *[Mat. 22. c]* quia ſeminatur corpus animale; et reſurget corpus ſpirituale: *[1. Cor. 15. f]* poteſtate vtique non natura. Si longa, et ſalubris vita, ibi erit ſana æternitas, et æterna ſanitas; quia iuſti in perpetuum viuent, et: *[Sap. 5. c]* Salus iuſtorum a Domino. *[Pſ. 36. g]* Si ſatietas: Satiabuntur, cum apparuerit gloria Dei. *[Pſ. 16. c]* Si ebrietas: Inebriabuntur ab vbertate domus Dei. *[Pſ. 35. b]* Si melodia, ibi Angelorum chori concinnunt ſine fine Deum laudantes: Si quælibet nō immunda, ſed munda voluptas: Torrente voluptatis tuæ potabis eos Deus. *[Ibidem.]* *[F]* Si ſapientia, ipſa Dei ſapientia oſtendet eis ſeipſam. Si amicitia, diligent Deum plus, quàm ſeipſos, et inuicem tamquam ſeipſos, et Deus illos, plus quam ſeipſos: quia illi illum, et ſe inuicem per illum, et ille ſe, et illos per ſeipſum. Si concordia, omnibus illis erit vna voluntas, quia nulla illis erit niſi Dei voluntas. Si poteſtas, omnipotentes erunt ſuæ voluntatis, vt Deus ſuæ. *[A]* Nam ſicut poterit Deus, quod volet per ſeipſum, ita poterunt illi per illum quod volent; quia ſicut illi non aliud volent, quàm quod ille, ita ille volet, quidquid illi volent: et quod ille volet, non poterit non eſſe. Si honor, et diuitiæ, Deus ſuos ſeruos bonos, et fideles ſupra multa conſtituet: *[Mat. 25. b]* immo filij Dei, et Dei vocabuntur, et erunt, *[Matt. 5. a]* et vbi erit filius Dei, ibi erunt et illi. Heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. *[Rom. 8. c]* Si vera ſecuritas, certé ita certi erūt nunquam, et nullatenus iſta, vel potius iſtud bonum ſibi defuturum, ſicut certi erunt ſe non ſua ſponte illud amiſſuros, nec dilecto- *[B]* rem Deum, illud dilectoribus ſuis inuitis ablaturum; nec aliquid Deo potentius, inuitos Deum, et illos ſeparaturum. Gaudium vero quale, aut quantum eſt, vbi tale, ac tantum bonum eſt? Cor humanum, cor indigens, cor expertum ærumnas, immo obrutum ærumnis, quantum gauderes ſi his omnibus abundares? Interroga intima tua, ſi capere poſſunt gaudium ſuum de tanta beatitudine ſua. Sed certe ſi quis alius, quem omnino ſicut te ipſum diligeres, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuum, quia non minus gauderes pro eo, quàm pro te ipſo. Si vero duo, vel tres, vel multo plures idipſum haberent, *[C]* tantundem pro ſingulis, quantum pro te ipſo gauderes, ſi ſingulos ſicut te ipſum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium angelorum, et hominum béatorum, vbi nullus minus alium, quàm ſeipſum diligit, non aliter gaudebit quiſque pro ſingulis alijs, quàm pro ſeipſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo bono vix capiet ſuum gaudium, quo modo capax erit tot, et tantorum gaudiorum? Et vtique quia quantum quiſque diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet, ſicut in illa perfecta felicitate vnuſquiſque plus amabit ſine comparatione Deum, quàm ſe, et omnes alios ſecum; ita gaudebit plus abſque æſtima- *[D]* tione de felicitate Dei, quàm de ſua, et omnium aliorum ſecum. Sed ſi Deum ſic diligent toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima non ſufficiat dignitati dilectionis, profecto ſic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima non ſufficiat plenitudini gaudij.

[Anſel. Proſolog. c. 26.] Nondum ergo Domine dixi aut cognoui, quantum gaudebunt illi beati tui, vtique tantum gaudebunt, quantum amabunt: tantum amabunt, quantum cognoſcent te. Quantum cognoſcent te, et quantum amabunt te? certe nec oculus vidit, nec auris audiuit, *[1. Cor. 2. c]* *[E]* nec in cor hominis aſcendit in hac vita, quantum te cognoſcent, et amabunt in illa vita. Oro Deus cognoſcam te, amem te, vt gaudeam de te; et ſi non poſſum ad plenum in hac vita, vt proficiam in dies, vſque dum veniat illud ad plenum; proficiat hic in me notitia tui, et ibi fiat plena; creſcat hic amor tuus, et ibi fiat plenus; vt hic gaudium meum ſit in ſpe magnum, et ibi ſit in re plenum. Domine per filium tuum iubes, *[Iſa. 16. g]* immo cōſulis petere, et promittis accipere, vt gaudium noſtrum plenum ſit. Deus verax peto, accipiam, vt gaudium meum plenum ſit. Peto Domine, quod *[F]* per admirabilem conſiliarium noſtrum conſulis, accipiam, quod promittis per veritatem tuam, vt gaudiū meum plenum ſit. Meditetur interim inde mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, ſermocinetur os meum, eſuriat illud anima mea, ſitiat caro mea, deſideret tota ſubſtantia mea, donec intrem in gaudium Domini mei, qui eſt trinus et vnus Deus benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen. *[Mat. 25. b]* *[Rom. 1. c]*

FINIS BREVILOQVII.

SANCTI

SANCTI BONAVENTVRÆ,

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS,

Centiloquium,

QVOD COMPENDIVM THEOLOGIÆ DICITVR.

Ingredientem ad ſacram Theologiam generalibus præceptis inſtruit hoc opuſculo eximius Eccleſiæ Doctor: idq. breuitate verborum, ac ſententiarum vbertate, quibus in Breuiloquio uſus eſt, egregie præſtat. Tractatus vero iſte in partes quattuor diſtributus eſt, quæ omnes continent Sectiones centum, vnde Centiloquium ſibi nomen ſortitur. Prima igitur pars eſt de malo ſub ratione culpæ: ſecunda de malo ſub ratione pœnæ: tertia de bono ſub ratione gratiæ: quarta de bono ſub ratione gloriæ. Vt autem notum ſit, perſpicere volenti, quo modo Centiloquium, et Breuiloquium connexa ſint, animaduertendum eſt: primam, et ſecundam partem Centiloquij tertiæ omnino, et partim ſeptimæ Breuiloquij reſpondere: tertiam primæ, ſecundæ, quartæ, quintæ et ſextæ ſimiliter: quartam vero ſeptimæ pro ſua ratione. Adeo vero conformis eſt doctrina vtriuſque tractatus, vt eundem et ſibi maxime conſonantem demonſtret auctorem.

P R O OE M I V M.

Prou.22. c

A ECce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus, et ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem, et eloquia veritatis reſpòndere ex his, illis, qui miſerunt te. Informans Sapiens in his verbis eum, qui intendit ad prædicationis officium promoueri, quattuor innuit ſtudioſo diſcipulo videnda, ſcilicet in quo eſt ſtudendum, quia in trina traditione, cum dicit: Ecce deſcripſi eam, ſcilicet doctrinam ſacram tripliciter: quia ad diſcretionem boni, et mali, informaui rationalem: ad reiectionem mali, animaui iraſcibilem: ad dilectionem boni, excitaui concupiſcibilem. Item tripliciter doctrina ſacri canonis eſt deſcripta, quia præter litteralem ſenſum tribus modis traditur exponenda, ſcilicet moraliter, ſiue tropologice, allegorice, et anagogice. Tropologia ſiue moralitas, eſt quando per illud, quod factum eſt, datur intelligi, quod faciendum eſt. Allegoria eſt quando, per illud quod factum eſt, indicatur illud quod credendum eſt. Anagogia eſt, quaſi ſurſum ductio, quando per vnum factum intelligendum eſt illud, quod deſiderandum eſt, ſcilicet æterna felicitas beatorum. Secundo, de quo eſt conferendum, quia de audita lectione, cum addit: In cogitationibus, et ſcientia, ideſt, vt cogites, quæ audiſti, et intellectum frequenter cogas circa ruminationem, vt ſcias vbi audita, et ruminata comprehendas per cognitionem. Tertio quid proponendum in prædicatione, quia præcepta moralia, quæ ſub lege naturæ, ſcripturæ, et gratiæ, firma et immobilia permanſerunt: et Euangelia præcipue, quæ ex ore altiſſimi prodierunt, cum dicit: Vt oſtenderem tibi firmitatem, et eloquia veritatis. Quarto per quid reſpondendum in interrogatione, quia per ea, quæ ſunt ex lectione percepta, in ratione collecta, et prædicatione concepta, cum ſubiungit: Reſpondere ex his, ideſt examinatoribus illis, qui miſerunt, ideſt miſſi ſunt, quo modo examinent te.

Præfatio auctoris.

Sacra ſcriptura quot modis exponitur.

Eccli.24.a

B

C

D

In adminiculum itaque paruulorum rudis rogatus a rudibus, rudem tractatum rudibus compilaui, in quo rudium ruditas, circa generalia theologiæ, ſaltem ruditer poterit erudiri, et ex lacte infantiæ ad cibum ſolidum præuia Dei gratia, cum ſenſus induſtria præparari. Collegi autem hoc ex dictis proborum, quæ hinc inde decerpens, in vnius opuſculi anguſtiam coartaui. Quod cum et centum recipiat Sectiones, centiloquium poterit appellari. Cuius continentia, vt facilius pateat requirenti, præmittuntur centum tituli Sectionum, quæ ex quattuor partibus diſtinguuntur. In vniuerſo enim agitur de quattuor in præſenti opuſculo. Primo ſcilicet de malo ſub ratione culpæ. Secundo de malo ſub ratione pœnæ. Tertio de bono ſub ratione gratiæ. Quarto de bono ſub ratione gloriæ.

Intentio auctoris.

Centiloquium.

Materia tractanda.

CENTILOQVII

PRIMA PARS,

Sectionibus triginta tribus comprehenſa.

De malo culpæ in generali. Sectio. I.

MALVM conſiderare occurrit quantum ad diffinitionem. Quod diffiniens Auguſtinus, ait: Malum eſt priuatio modi, ſpeciei, et ordinis. Ad cuius intelligentiam, eſt notandum, quòd creatura quælibet, quantumcumque modica comparari habet ad Deum ſecundum triplex genus cauſæ, ſcilicet efficientis, formalis, et finalis: et ſic habet modum, ſpeciem, et ordinem. Creatura vero rationalis non ſolum habet modum, ſpeciem, et ordinem, prout eſt natura quædam, ſicut ceteræ creaturæ; verumetiam prout eſt voluntate libera. Voluntas autem noſtra quando habet modum, ſpeciem, et ordinem, tunc eſt bona. Tunc autem habet hæc tria, quando in operando continuatur virtuti diuinæ, vt principio mouenti:

Sup.breuil. 3.p.c.1.

Aug.lib.de nat. boni contra Manich. c. 4. eo. 8.

Volũtas noſtra quando bona.

mouenti: conformatur ei, vt regulæ dirigenti: vnitur ei, vt fini quietanti. In primo eſt modus, in ſecundo eſt ſpecies, in tertio ordo attenditur ſecundum triplex genus cauſæ. Quandocunque vero quis peccat mortaliter, diſcontinuatur neceſſario a Deo, tamquam a principio mouente, quia Deus numquam mouet ad peccatum: diſcordat a Deo, tamquam a regula dirigente: elongatur, et deordinatur a Deo, tamquam a fine quietante, ponens creaturam finem ſui. Et ſic malum culpæ priuat, et corrumpit hæc tria inſeparabiliter, et æqualiter, non tamen totaliter in rationali creatura, inquantum eſt agens voluntarie, et libere, vltra alias creaturas. Malum vero pœnæ corrumpit hæc tria prædicta, prout cum alijs creaturis conuenit in natura.

Peccatum mortale corrumpit modũ, ſpeciem, et ordinem.

Item conſideratur malum quantum ad diſtinctionem. Diſtinguitur enim malum per triplicem differentiam, ſcilicet in malum culpæ, ſiue transgreſſionis: malum pugnæ, ſiue tentationis: malum pœnæ, ſiue punitionis. Malum culpæ idem eſt, quod iniuſtitia generalis, ſiue abſentia debitæ honeſtatis, vel paſſio voluntaria. Malum pœnæ eſt abſentia debitæ delectationis, cum ſenſu ſui contrarij, ſiue paſſio inuoluntaria. Malum pugnæ tenet medium inter iſta: nam diabolo eſt culpa in inſtigando, iuſto eſt pœna in reluctando.

Malum triplex.

Quantum ad ſubdiuiſionem. Subdiuiditur enim malum in malum culpæ, ſecundum ſe, et per ſe, quod nullo modo poteſt bene fieri, vt odire Deum, et blaſphemare Deum: in malum in ſe, ſiue in genere, vt occidere, quod poteſt bene fieri propter iuſtitiam: in malum ex circumſtantia, vt dare eleemoſynam propter vanam gloriam.

Mali ſubdiuiſio.

Item conſideratur quantum ad introductionem: et ſic malum originatur a bono, ideſt a voluntate et libero arbitrio non efficiente, ſed deficiente: ſubſtantificatur in bono, non enim eſt eſſentia aliqua, vel natura, ſed corruptio boni, quæ non poteſt eſſe, niſi in bono, quod corrumpitur, ideſt in libera voluntate: contrariatur bono. Ad quod intelligendum nota, quòd malum corrumpit et perimit iuſtitiam, ideſt rectitudinem voluntatis. Tria enim circa rectitudinem animæ attenduntur, ſcilicet potentia rectificabilis, hãc non corrumpit: habitus rectificans, hunc priuat ſimpliciter, et corrumpit, ſcilicet gratiam et virtutes: habilitas media, et hanc diminuit, dum minus redditur homo habilis ad bonum per peccatum, non tamẽ tollit eam. Non enim opponitur malum illi habilitati, ratione naturæ, cuius eſt, ſed ratione gratiæ, et virtutis, ſiue finis, ad quæ eſt.

Mali introductio.

De tentatione. Sectio II.

MAlum tentationis ſiue pugnæ, notificatur per diffinitionem Hugonis de ſancto Victore. Tentare eſt callide experiri, et quaſi quibuſdam blandis conatibus probare. Auguſtinus: Omnis tentatio probatio eſt. Caſſiodorus: Tentatio diaboli eſt aſſimulatio apparentis boni ad fallendum. Sic etiam aliter diffinitur: Tentatio eſt pulſatio ex intentione, vel propoſito ad declarandum bonum hominis ſiue malum. Multiplicatur per diuiſionem. Poteſt enim tentatio conſiderari quantum ad motiuum, et ſic diuiditur tentatio in eam, quæ eſt ab hoſte, a carne, et a mundo. Iuxta illud: Mundus, caro, dæmonia diuerſa mouent prælia. Item in eam, quæ eſt tentatio, alia ab hoſte, alia a carne: prima generaliter, ſecunda ſpecialiter. Diuiditur etiam quantum ad inſtrumentum, et ſic generaliter eſt illa diuiſio Gregorij: Eſt quædam tentatio per vitia, quædam per flagella. Specialiter, et ſic eſt illa ſuper pſalmo: Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: Multiplex eſt tentatio, quarum prima eſt error, ſiue neſcientia viæ veritatis, ſecunda difficultas vincendarum concupiſcentiarum, tertia tædium boni, quarta tempeſtas ſæculi. Quantum ad effectum, et ſic generaliter eſt illa, de qua dicitur: Tentatio vos non apprehendat niſi humana. Tentatio alia diabolica, alia humana. Diabolica malum habet exitum, quia terminatur in mortali. Humana non habet periculoſum exitum, quia vel ibi eſt peccatum veniale, vel nulla eſt ibi culpa. Specialiter, et ſic eſt illa de doctrina chriſtiana: Diabolus tentat aut vexando carnem, aut vulnerando naturalia, aut expoliando gratuita. Quantum ad gradum, et ſic generaliter eſt illa: tentatio alia exterior, alia interior. Specialiter, et ſic eſt illa Gregorij: Tentatio tribus modis perficitur, ſcilicet ſuggeſtione, delectatione, et conſenſu. Quantum ad tentandi modum. Et ſic eſt illa generaliter et implicite ſuper pſalmos: Qui habitat in adiutorio. Quædam tentatio eſt leuis et occulta: quædam grauis et occulta: quædam leuis et manifeſta: quædam grauis et manifeſta. Generaliter, et explicite, ſic eſt illa Richardi per ſeptem membra. Prima eſt importuna, quæ pertinaciter inſiſtit: ſecunda eſt dubia, quæ animũ dubietatis nebula inuoluit: tertia eſt ſubita, quæ iudicium rationis præuenit: quarta occulta, quæ deliberationis ordinem præterfugit: quinta eſt violenta, quæ vires noſtras tranſcendit: ſexta fraudulenta, quæ animum ſeducit: ſeptima perplexa, quæ varijs vitijs impetit. Si ſpecialiter et implicite, ſic eſt illa Auguſtini: Diabolus tentat vt leo, tentat vt draco. Si ſpecialiter et explicite, ſic eſt illa Gregorij ſuper Iob: Diabolus premendo rapit, inſidiando circumuenit, minando terret, ſuadendo blanditur, deſperando frangit, promittendo decipit. Diuerſificatur autem per intentionem. Nam tentat Deus vt erudiat, diabolus vt decipiat, mundus vt alliciat, homo vt conijciat, caro vt inficiat.

Aug. enar. in pſal. 55. to. 8.

Tẽtationis diuiſio.

Aug. enar. in pſ. 106. to. 8.

1. Cor. 10. c

Greg. homil. 16. in Euang.

Gloſſ. in pſ. 90.

Richar. in pſ. 90. p. 2.

De diffinitione peccati. Sectio III.

VIſo de malo culpæ in generali, et de malo pugnę, quod impellit ad culpam, deſcendendum eſt ad peccatum in ſpeciali. Circa quod tria conſiderare debemus, ſcilicet modum diuiſiuum, modum diffinitiuum, modum punitiuum. Poteſt autem peccatum conſiderari formaliter prout dicit priuationem, et materialiter, prout ſubſternit ſibi aliquam actionem. Habet ergo formales diffinitiones, prout dicit priuationem per hunc modum. Nam aut dicit receſſum a bono, et ſic tribus diffinitionibus quaſi idẽ circumloquentibus diffinitur. Prima ex Auguſtino hæc eſt: Peccatum eſt abſentia boni, vbi debet eſſe. Secũda: [a] Peccatum eſt appetitio non naturarum malarum, ſed deſertio meliorum. Tertia: [b] Peccatum eſt corruptio ſpeciei, modi, et ordinis. Aut dicit receſſum a naturæ rectitudine, et ſic triplex diffinitio idem circumloquens inuenitur. Prima eſt Damaſceni: [c] Peccatum eſt ab eo, quòd eſt ſecundum naturam, in id, quod eſt præter naturam, conuerſio. Secunda eſt Anſelmi: [d] Peccatum eſt carentia debitæ iuſtitiæ. Tertia eſt Auguſtini: Peccatum eſt defectus quidam a luce veritatis, naturam non perimens, ſed obſcurans. Aut dicit receſſum ab omnis boni complemento, et perfectione, et ſic tripliciter diffinitur. Primo ab Auguſtino: [e] Peccatum eſt auerſio a bono incommutabili. Secundo ab eodem in lib. de Chriſtiana religione: Peccatũ eſt carere bonis incommutabilibus, quibus fruendum eſt. Tertio etiam ab eodem. Peccatum eſt tenebra intellectus. Habet quoque peccatum materiales diffinitiones prout ſubſternit ſibi actum, et ſecundum hoc poteſt tripliciter comparari. Aut ad Deum, quem offendit, et ſic tripliciter diffinitur. Primo ab Auguſtino contra Manichæos: [f] Peccatum eſt in præceptis veritatis, vel in ipſa veritate errare. Secundo ab Ambroſio: [g] Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, et cæleſtium inobedientia mandatorũ, vel præceptorum. Tertio ab Auguſtino: [h] Peccatum eſt di-

Aug. li. 11. de ciu. Dei c. 9. et 22. to. 5.

a Aug. lib. de nat. bo. ca. 34. to. 6.

b Ibid. c. 4.

c Damaſc. lib. 4. fid. orth. c. 21.

d Anſ. de concep. Virg. et pec. orig. c. 6.

e Aug. li. 2 de lib. arb. c. 16. to. 1.

f c. de fide. c. 8. to 6.

g Ambroſ. lib. de Parad. cap. 8. to. 4. edit. Rom.

h Lib. 22. cont. Fauſ. Manic. ca. 27. to. 6.

a Baſil. orat. de vit. et vit. b Idem li. c. Retr. c. 15. to. c. et lib. de dua. animab. c. 11. to. 6. c Idem li. de ver. rel. c. 16. to. 1. d Lib. de Trin. c. 10. to. 3. et lib. 83. queſt. q. 30. to. 4. e Lib. 1. de lib. arbit. c. 16. to. 1.

A eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Aut ad virtutem quam excludit. Et ſic triplex datur diffinitio de peccato. Prima eſt Baſilij: [a] Peccatum eſt diſpoſitio animæ, contrarie ſe habens ad virtutem. Secunda Auguſtini: [b] Peccatum eſt voluntas retinendi, vel aſſequendi quod iuſtitia vetat. Tertia eſt etiam Auguſtini: [c] Peccatum eſt appetere, quæ Chriſtus contempſit, vel contemnere, quæ Chriſtus appetijt. Aut ad bonum, quod prætendit. Et ſic tripliciter diffinitur. Primo ab Auguſtino in lib. de Ciuit. Dei: Peccatum eſt, male vti bono. Secundo ab eodem: [d] Peccatum eſt, vti fruendis, et frui vtendis. B Tertio etiam ab eodem: [e] Peccatum eſt, ſpreto bono incommutabili, rebus commutabilibus adhærere. Duæ autem inueniuntur diffinitiones peccati. Vna hæc eſt: Peccatum eſt actus incidens ex defectu boni. Secunda eſt hæc: Peccatum eſt demeritum pœnæ æternæ.

De peccato originali. Sectio IIII.

Peccati diuiſiones.

VIſo de peccati diffinitione, ſeqoitur videre de diuiſione. Diuiditur autem peccatum in originale, et actuale, veniale, et mortale, delictum, et commiſſum. Et hæ diuiſiones ſumuntur penes cauſam formalem. C Item in peccatum cordis, oris, et operis. Item in peccatum ſuperbiæ ſiue inanis gloriæ, inuidiæ, iræ, accidiæ, auaritiæ, gulæ, luxuriæ. In concupiſcentiam, carnis, in concupiſcentiam oculorum, et ſuperbiam vitæ. *1. Io. 2. a* In peccatum cogitationis, delectationis, conſenſus, operis, et conſuetudinis. Et hæ ſumuntur penes cauſam materialem. Item peccatum aliud ex ignorantia, aliud ex infirmitate, aliud ex certa malitia perpetratur. Item peccatum aliud ex timore male humiliante, aliud ex amore male accendente. Et hæ ſumuntur penes conditiones peccantis. Item peccatum aliud in Deum, aliud in ſe, aliud in proximum. D Et hæ ſumuntur penes circumſtantias eius, in quem peccatur.

Peccatum originale.

Primam diuiſionem proſequamur primo quantum ad peccatum originale. Circa quod ſunt quattuor attendenda, diffinitio, corruptio, curatio, et nominatio. Diffinitur autem peccatum originale ab Anſelmo ſic: Peccatum originale eſt carentia ſiue nuditas debitæ iuſtitiæ per inobedientiã Adę facta, quam comitatur carentia viſionis Dei. Iſta diffinitio eſt formalis, indicans huius peccati eſſentiam, cauſam, et pœnam. *Anſ. de con cep. Virg. et pec. origin. c. 26.* Item aliter diffinitur ſic: Peccatum originale E eſt vitium ex qualitate ſeminis in humana natura natum. Iſta eſt materialis, oſtendens originalis peccati effectum, et originem. Item diffinitur tertio ab Auguſtino ſic: Peccatum originale eſt concupiſcentia, vel concupiſcibilitas, quæ paruulum facit concupiſcibilem, adultum concupiſcentem. *Ex Auguſ. colligitur a Mag. ſent. d. 30. § Nomine aut.*

Corrumpitur autem genus humanum, per originale peccatum, quia licet anima non ſit ex traduce, originalis tamen culpa tranſit ab anima Adæ, ad animas poſterorum, mediante carne infecta, tamquam per concupiſcentiam generata, et per libidinem ſeminata, quæ infectionem ſecum trahens, animam ſibi vnitam inficit, et vitiat, non tantum pœna, ſed et F culpa. Et ſic homo per concubitum generatus naſcitur natura filius iræ, quia priuatus eſt rectitudine diuinæ iuſtitiæ, propter cuius abſentiã incurrit quantum ad animam, infirmitatem, ignorantiam, malitiã, et concupiſcentiam: quãtum vero ad corpus pœnalitates, labores, dolores, defectus, morbos multiplices: et præter hæc pœnam mortis, et incinerationis, pœnam carentiæ viſionis Dei, et amiſſionis gloriæ cæleſtis, tam in paruulis, quàm in adultis.

Curatio originalis peccati.

Curatur autem originale peccatum per baptiſmum ſic quantum ad culpam, quòd tamen remanet quantum ad temporalem pœnam: ſic curatur quantum ad reatum pœnæ æternæ, quòd remanet quantum ad A actum, et motum concupiſcentiæ: ſic curatur in parente, quòd nihilominus a curato parente tranſmittitur in generatam prolem: ſic tollitur originalis culpæ macula, quòd remanet ſequela, cum qua oportet nos pugnare, quamdiu viuimus in hac vita.

Originale peccatũ varia ſortitur vocabula.

Nominatur autem originale diuerſis vocabulis, tam ex parte culpæ, quàm ex parte pœnæ. Comparatum enim ad animam dicitur infirmitas, quia reddit animam impotentem reſiſtere motibus. Dicitur fœditas, quia ſecundum eam anima ratione corporis coinquinatur. Dicitur pronitas, propter inclinationem appetitus ad malum. Dicitur corruptio, quia B ducit ad nihilum, ſcilicet ad peccatum. Dicitur vitiũ, quia diminuit naturales virtutes. Dicitur languor naturæ, propter diminutionem boni naturalis et delectabilis. Comparatum vero ad corpus, dicitur lex carnis, quia eſt pœna a lege iuſtitiæ naturaliter inflicta. Dicitur lex membrorum, quia præſtat aptitudinem ad faciendum opera mala. Dicitur tyrannus, propter dominationem quaſi violentam in concupiſcentijs. Dicitur fomes, quia eſt cauſa materialis conſeruandi peccatum in carne. Ambroſius diffiniens fomitem dicit ſic: Fomes eſt morbidus quidam affectus, qui commouet ad illicitum deſiderium, quantum ad C actum generatiuæ, et nutritiuæ. Comparatum ad actus delectabiles illicitos, dicitur concupiſcentia, vel concupiſcibilitas. Differunt tamen, quia concupiſcibilitas, dicit potentiam, concupiſcentia vero actum. Dicitur etiam libido, quia ſequitur quidquid libet, ſcilicet voluptuoſas delectationes in ſenſu. Comparatum vero ad pœnam, ad quam obligat, dicitur peccatum originale, quia eſt carentia, vel nuditas debitæ, et originalis iuſtitiæ.

De peccato actuali. Sectio V.

D SEquitur videre de peccato actuali. Circa quod quattuor videamus, ſcilicet diffinitionem eſſentialem, originalitatem, differentiam materialem, et maioritatem.

Peccatum actuale quid et quo modo perpetretur.

Diffinitur autem peccatum actuale ſic. Peccatum actuale eſt carentia debitæ iuſtitiæ, facta per inobedientiam propriæ voluntatis: vel eſt auerſio ab incommutabili bono, et ad bonum commutabile conuerſio. Trahit autem peccatum actuale originem a libera voluntate vniuſcuiuſque per ſuggeſtionem, et delectationem, conſenſum, et operationem. Si autem ſuggeſtio, et delectatio ſiſtant citra conſenſum, peccatum E eſt veniale: Si autem ſequatur conſenſus, et opus in his, quæ diuina lege prohibentur, peccatum eſt mortale conſummatum. Si autem medio modo fiat, vt ſit conſenſus ſine opere, hoc poteſt eſſe dupliciter: quia aut homo vult in opus procedere, ſed non poteſt, et tunc voluntas pro facto reputatur, nec minus culpabilis eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur. Aut non vult in opus procedere, ſed vult interius voluptari in delectatione, et tunc licet non ſit peccatum plenarie conſummatum, eſt tamen inter mortalia reputandum, quod maxime de peccatis carnalibus habet intelligi.

Peccatum Angeli.

F Differentiæ materiales actualis peccati ſunt duæ, ſcilicet peccatũ Angeli, et hominis. Peccatum Angeli inchoatum eſt in præſumptione: ſtatim enim, vt vidit ſuam pulchritudinem præſumpſit; et conſummatum eſt in ambitione, quia præſumens de ſe, appetijt quod erat ſupra ſe: atque confirmatum eſt in inuidiæ, et odij auerſione: quia, ex quo non potuit hoc obtinere quod appetijt, cœpit odio, et inuidia contraire. Et ſic in peccato Luciferi, ſuperbia præſumptionis fuit prima generatione, ſuperbia ambitionis fuit prima conſummatione.

Peccatum hominis.

Peccatum vero hominis fuit inobedientia, ad quam præcipitauit diabolus hominem per triplex appetibile naturale, ſcilicet per bonum glorioſum, copioſum,

et deli-

et delitioſum. Tentauit enim de excellentia, ſufficientia, experientia, ſiue demulcentia. Diabolus enim per mulierem volens deijcere hominem, promiſit mulieri dignitatis excellentiam, dicens: Eritis ſicut dij. Deinde ſubiunxit cognitionis abundantiam, dicens: Scientes bonum et malum. Tertio prætendit ſuauitatis experientiam, cum oſtendit ei lignum pulchrum viſu, et ad veſcendum ſuaue. Vnde peccatum mulieris inchoatum fuit in ſuperbia: progreſſum habuit in auaritia, quia non in rebus ſolum, ſed etiam in ſcientia inuenitur auaritia: conſummatum fuit in gula. Et ſic deordinatum fuit quantum ad iraſcibilem, appetendo alta: quantum ad rationalem, appetendo ſcire occulta: quantum ad concupiſcibilem, volendo guſtare ſuauia.

Gen. 3. a
Ibidem.
Ibidem.

Peccatum maius vnum altero dicitur duodecim modis, primo cauſalitate, et ſic peccatum diaboli dicitur maius eſſe: quia eius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Secundo generalitate, et ſic peccatum primi parentis fuit maius, quia ſe per totum genus humanum diffudit. Tertio enormitate, et ſic peccatum Iudæ fuit maximum, quia tradidit Dominum Saluatorem. Quarto ingratitudine, et ſic eius peccatum dicitur eſſe maius, qui plura gratiarum dona percepit. Quinto periculoſitate, et ſic peccatum ignorantiæ dicitur eſſe grauius, quia periculoſius. Sexto inſeparabilitate, et ſic peccatum cupiditatis dicitur eſſe maius, quia cum cetera vitia cum homine conſeneſcant, ſola auaritia iuueneſcit. Septimo importunitate, et ſic ſuperbia dicitur eſſe maximum peccatum, quia etiam ex bonis operibus generatur. Octauo pronitate, et ſic luxuria dicitur eſſe grauius, ad quam homines pronius inclinantur. Nono maioris gratiæ impugnatione, et ſic peccatum in Spiritum ſanctum dicitur eſſe grauius. Decimo ratione maioris offenſæ, et ſic peccatum idolatriæ dicitur eſſe maius. Vndecimo ratione maioris facilitatis reſiſtendi, et ſic peccatum Adæ fuit grauiſſimum. Duodecimo ratione maioris improbitatis, et libidinis, et ſic peccatum cuiuſlibet generis poteſt fieri maius altero.

Peccatum maius vnū altero duodecim modis.

De peccato veniali, et mortali. Sectio VI.

SEquitur videre de diuiſione peccati in veniale, et mortale. Ad cuius euidentiam tria ſunt breuiter attendenda, ſcilicet ordo diuinæ iuſtitiæ, qui imponitur: peccatum veniale, quod contrahitur: et peccatum mortale, quod incurritur. Ordo autem diuinæ iuſtitiæ, ad quem Dominus hominem obligauit, eſt, vt bonum incommutabile præferatur bono commutabili: vt bonum honeſtum præferatur bono vtili: et voluntas Dei præferatur voluntati noſtræ: et iudicium rationis rectæ præferatur, et præſit ſenſualitati humanæ. Peccatū vero actuale eſt inordinatio actualis voluntatis. Iſta autem inordinatio ſi eſt tam modica, quòd ordinem iſtum non exterminat, quamuis in aliquo perturbet, tunc peccatum eſt veniale. Quod habemus pertractare breuiter, quantum ad diffinitionem, diſtinctionem, et curationem. Diffinitur autem ſic: Peccatum veniale eſt libido ſiue amor voluptatis in creatura citra Deum.

Veniale, quid et quotuplex.

Diſtinguitur autem veniale tripliciter. Nam quoddam eſt veniale ex ſurreptione, et ideo veniale eſt, quia non poteſt vitari tunc: et quia committitur præter rationem ſemper eſt veniale. Quoddam eſt veniale ex cogitatione ſine conſenſu: et ideo veniale, quia non plene conſentitur, vt in cogitatione, et delectatione de muliere, citra conſenſum in delectatione: et ideo veniale fit mortale per complacentiam et conſenſum. Quoddam eſt veniale cum delectatione, et conſenſu: et ideo veniale eſt, quia non eſt deordinatio contra præceptum, vt ebrietas et mendacium iocoſum: et iſtud cum ſit veniale propter delectationem, quæ eſt citra Deum, tamen poteſt fieri

A mortale propter nimiam libidinem et contemptum. Non tamen intelligendum eſt, quòd aliquod veniale per eſſentiam fiat mortale, ſed quia de veniali fit tranſitus ad mortale, per complacentiam et conſenſum, ſiue per libidinem et contemptum.

Curatur autem peccatum veniale per actus, in quibus eſt aliqua humiliatio et deuotio, qui quidē actus gratia informati repugnant veniali: et ſic ad actum curationis, et deletionis venialium, gratiam gratum facientem coadiuuant et vigorant. Huiuſmodi remedia his verſibus continentur.

Remedia vndecim cōtra veniale.

Confiteor, tundo, reſpergo, conteror, oro.
B *Signor, edo, dono, per quæ venialia pono.*
Vnctio, pœna leuis, compaſſio, quæ fit egenis.

Hæc enim remedia ſunt. Generalis confeſſio, pectoris tunſio, aquæ benedictæ aſperſio, cordis contritio, Dominica oratio, ſignatio ab Epiſcopo, Euchariſtiæ ſumptio, offenſæ condonatio, extrema vnctio, leuis pœnitentia, compaſſio fraterna.

Si autem eſt tanta deordinatio voluntatis, quòd ordinem exterminat ſupradictum, tunc mortale eſt peccatum, quod poteſt cōſiderari quantum ad diffinitionem, punitionem, et remiſſionem. Diffinitur autem ab Ambroſio ſic: Peccatum mortale eſt præuaricatio C legis diuinæ, et cæleſtium inobedientia mandatorum, vel præceptorum. Pœna peccati mortalis eſt æterna damnatio. Dicitur enim mortale, quia per ipſum vita gratiæ perditur in præſenti, et vita gloriæ in futuro. Et ſic contrahitur mors culpæ, et infligitur mors gehennæ.

Peccatum mortale.

Amb. li. de Parad. c. 8. to. 1. edit. Rom.

Iuſte autem propter mortale, in quo quis finaliter perſeuerat, ſempiternaliter cruciatur. Vnde ſecundum Gregorium, quia peccator peccat in ſuo æterno, æternaliter eſt cruciandus. Secundum Auguſtinum vero, quia peccat contra bonum æternum, et infinitum, æternaliter punietur.

Greg. lib. 4. Dial. c. 44.
Aug li. 21. de ciu. Dei c. 12. to. 5.

D Curatur autem ſiue remittitur mortale peccatum per ſepoforme remedium, ſcilicet per baptiſmum, eleemoſynam, martyrium, conuerſionem proximorum, dimiſſionem iniuriæ, fletum pœnitentiæ, et per dignam Euchariſtiæ, ſumptionem. Attende tamen quod baptiſmus, et pœnitentia, non ſolum valent contra pœnam peccati, verumetiam contra culpam, cetera vero valent contra pœnam tantum. Vnde verſus:

Remedia ſeptem contra mortale.

Sunt ſeptem, delere quibus mortalia poſſis.
Fons, eleemoſyna, martyrium, conuerſio fratrum.
E *In te peccanti dimittere, flere reatum.*
Sanguinis, et carnis Chriſti perceptio digna.

De ignorantia. Sectio VII.

SEquitur videre de diuiſione peccati in delictum, et commiſſum. Præuaricatio præceptorum eſt delictum, hoc eſt tranſgreſſio præceptorum affirmatiuorum. Præuaricatio prohibitionum eſt commiſſum, hoc eſt tranſgreſſio præceptorum negatiuorum. Differentiæ delicti ſunt ignorantia, omiſſio, negligentia. Delictum dicitur quaſi derelictum, ideſt boni deſertio. Bonum eſt duplex, ſcilicet ſciendum, F cuius deſertio dicitur ignorantia; et faciendum, ad quod duo requiruntur, ſcilicet quòd fiat bonus actus, cuius deſertio dicitur omiſſio; et quòd bene fiat, ideſt cum debitis circumſtantijs, quarum deſertio dicitur negligentia.

Delictū, et cōmiſſum.

Bonum duplex.

Circa ignorantiam quadruplex diuiſio eſt attendenda. Prima eſt hæc: Ignorantia alia negationis, alia priuationis, alia prauæ diſpoſitionis. Ignorantia negationis, eſt in paruulis, quæ non eſt culpa neque pœna, vſque ad præfinitum tempus. Ignorantia priuationis eſt in adultis, qui tempore determinato ignorant, quæ poſſent ſcire, vel obliti ſunt, quæ aliquando didicerunt. Ignorantia prauæ diſpoſitionis eſt, qua quis opinatur contraria fidei, quæ poteſt erronea dici,

Ignorantiæ prima diuiſio.

et eſt in hæreticis. Prima excuſat a toto, ſecunda a parte non a toto, tertia accuſat in toto, quia peruerſam ſequitur voluntatem.

Secunda diuiſio. Secunda diuiſio eſt hæc: Ignorantia alia facti, alia iuris. Iuris, aut iuris naturalis, et hæc non excuſat, cũ ſit ſcriptum in corde hominis: vel iuris diuini, vt legis, prophetarum, Euangelij, et doctrinæ Apoſtolicæ, et iſta accuſat ſicut de magno, et mortali delicto prælatos, maxime Epiſcopos et Metropolitanos, qui *1. Pet. 3. c* tenentur, de fide, et ſpe reddere rationem. Accuſat autem ſicut de veniali clericos ſimplices, et illitteratos, qui cum potuiſſent diſcere noluerunt. Laicos vero in nullo accuſat, quia ad ipſos non pertinet, dummodo non B contemnant. Si eſt iuris poſitiui, vt legum, et decretorum ſolos iudices accuſatur. Si eſt ignorantia iuris continentis morales conſtitutiones Eccleſiaſticas, ad diſcernenda peccata, accuſat ſacerdotes, et confeſſores. Si vero eſt ignorantia facti, aut indifferentis, ſic ſufficienter excuſat: aut neceſſarij ad ſalutem, et ſic aut non poteſt vitari ſicut in amente, qui a natiuitate caruit iudicio rationis, et hæc excuſat: aut poteſt vitari, ſicut in Iudæis, et Paganis, qui potuerunt ſcire Chriſtum paſſum fuiſſe pro ſalute hominum, et hæc non excuſatur.

Tertia diuiſio. Tertia diuiſio ignorantiæ eſt, quia alia eſt ſimplex, C vt quando aliquis neſcit, quæ tenetur ſcire, facit tamen aliquid ſed non plene, vt illa ſciat, hæc excuſat a tanto ſed non a toto: alia eſt craſſa ſiue ſupina, vt quando quis negligit ſcire, quæ tenetur, et tamen non eſt determinatum ei, quod teneatur ſcire illa, hæc minus excuſat, non excuſat a toto, ſed a tanto: alia eſt affectata ſiue affectiua, vt quando aliquis negligit ſcire, quæ tenetur ſcire, cum ei ſit determinatum, quòd tenetur ſcire illa, hæc accuſat potius quam excuſatur.

Quarta diuiſio. Quarta diuiſio eſt: Ignorantia alia vincibilis, alia inuincibilis. Vincibilis alia, poteſt remoueri cum ma- D gna difficultate, vt in valde hebetibus, hæc excuſat a tanto non a toto, ſi eſt de neceſſarijs ad ſalutem. Alia poteſt remoueri cum facilitate, vt in ingenioſis, hæc non excuſat. Inuincibilis, alia eſt inuincibilis per naturam, vt in puero, qui non vtitur ratione, et in decrepito, qui non diſcernit, et in eo, qui naſcitur amens, hæc excuſat a toto. Alia eſt inuincibilis per culpam, vt in eo, qui per culpam efficitur furioſus, et ſecundum quoſdam non excuſat a toto.

De omiſſione, et negligentia, Sectio VIII.

E VIſo de ignorantia, quæ eſt deſertio debitæ ſcientiæ, ſequitur videre de omiſſione, et negligentia, quæ dicunt deſertionem rei debitæ faciendæ.

Omiſſio quid. Omiſſio eſt deſertio actus debiti in tempore determinato. Et dicitur actus debitus quem tenemur facere. Circa omiſſionem autem habemus videre quattuor actus debitos. Tentionem, diſtinctionem, deſcriptionem, abſolutionem. Dicitur autem omiſſio, derelictio actus non circumſtantiæ: actus principalis, non annexi: præcepti affirmatiui, non negatiui. Eſt autem triplex tentio, quam omittere non debemus.

Obligatio multiplex. F Quædam eſt ratione diuinæ obligationis: et hæc eſt duplex, vna ad agendum, vt in præceptis affirmatiuis, vt: Honora patrem tuum: alia ad non agendum, vt in præceptis negatiuis, ſiue prohibitionibus, vt: Non occides. Prima obligat ſemper, ſed non ad ſemper niſi pro loco, et tempore. Secunda obligat ſemper, et ad ſemper. Quædam eſt ratione ſpontaneæ conſenſionis, vt in contractibus, votis, iuramentis, promiſſis, et obligatione, quam facit conſcientia. Quædam ratione culpabilis offenſionis. Nam propter culpã mortalem obligatur homo ſiue tenetur ad pœnam æternalem, propter venialem vero ad pœnam temporalem. Deſcribitur autem tentio ſic: Tentio eſt alieni præcepti, vel prohibitionis, vel propriæ, aſſenſus, vel

A culpæ, ad agendum, vel non agendum, vel patiendũ obligatio. Ad agendum quantum ad præcepta affirmatiua: ad non agendum, quantum ad præcepta negatiua, et prohibitiones: ad patiendum quantum ad culpam. Triplex eſt autem abſolutio prædictæ triplicis tentionis, ſcilicet impoſſibilitas, diſpenſatio, et pœnitentia.

Negligẽtia quid. Negligentia eſt debitæ circunſtantiæ derelictio in bono opere faciendo. Circa quam breuiter ſunt videnda tria, ſcilicet eius originatio, denominatio, concomitatio. Oritur autem negligentia ex torpore, vnde dicit Gregorius: Duo ſunt in bonis operibus timenda, *Greg. lib. 9. Mor. c. 17.* B deſidia ſcilicet, et fraus. Deſidiam facit minor amor Dei: fraudem maior amor ſui. Item deſidia per torporem naſcitur: fraus per priuatam dilectionem.

Fraus. Fraus iſta ſic notificatur. Fraudem in opere Dei perpetrat, qui ſe inordinate diligens, ad remunerationis tranſitoriæ bona feſtinat. Tripliciter autem fraus iſta committitur, aut cum cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut cum quælibet res exterior deſideratur. Vt enim bonum opus bene fiat, requiritur bonus finis, quem qui omittit, fraudatur. Requiruntur et aliæ circunſtantiæ, vt locus, tempus, modus, quas qui omittit, vtique negligit. Nominatur autem dupli- C ci vocabulo, ſcilicet negligentia, et deſidia, quæ ſi large accipiantur communia ſunt ad quamcumque omiſſionem, tam actus debiti, quàm circũſtantiæ. Si vero accipiatur ſtricte per omiſſionem circunſtantiæ, tunc deſidia magis reſpicit communem ſignificationem.

Deſidia. Deſidia dicitur quaſi deſiſtentia: negligentia vero magis reſpicit ſignificationem propriam, ſcilicet omiſſionem circunſtantiæ debitæ, quaſi non diligentia: quæ diligentia circunſtantias diligenter proſequitur. Sunt autem comites negligentiæ, torpor, et pigritia, quæ quamuis ſint idem, tamen pigritia dicitur eo, quod pigeat difficultas laboris. *Torpor.* Torpor vero aſpicit appeti- D tum quietis. Triplex eſt autem torpor ſiue pigritia, ſcilicet infirmitatis naturalis, ſicut in flegmaticis, et eſt pœna, et non culpa. Et eſt torpor infirmitatis acquiſitæ ex culpa præcedente, vt in ebrioſis, et guloſis: et talis non excuſat, ſecundum quoſdam. Et eſt torpor libidinoſus, et dicitur torpor captatus, et ille torpor eſt voluntas recuſans facere bonum difficile, eo quod difficile. Et talis torpor ſiue pigritia cum ſit peccatum, reprehenditur in ſcripturis.

De commiſſione. Sectio IX.

E SEquitur videre de commiſſo. De quo eſt breuiter videndum, et adiungendum, quòd eſt tranſgreſſio legis diuinæ prohibentis quantum ad præcepta negatiua. *Peccatum contra naturam.* Poteſt autem aliquid committi contra naturam. Et hoc dupliciter, ſcilicet contra naturã communem hominibus et brutis, vt quòd maſculus pro femina ſit: et hoc eſt peccatũ ſodomiticum. Aut contra naturam particularem, vt in natura angelica, aut humana: et hoc eſt naturale iudicatorium dictans malum eſſe fugiendum, et bonum faciendum. Iſta natura dictat, quòd debemus Deo obedire, Deum colere, et diligere. Dictat etiam quod proximo debemus fa- F cere, quod nobis volumus fieri ab eodem. Et quod nobis nolumus fieri, alij non debemus irrogare. Sic largo modo, omne peccatum, quod committitur, eſt contra naturam. *Peccatum cõtra legẽ.* Poteſt etiam aliquid contra legem committi. Et hoc dupliciter variatur, nam lex prohibet aliquid quantum ad omne tempus, et hoc eſt prohibitum, quia eſt malum, et ſic ſunt prohibitiones Decalogi. Prohibet etiam aliquid non ſimpliciter, ſed ad tempus, et ſic ſunt prohibitiones cærimonialium: et hoc eſt malum, quia prohibitum. *Peccatum contra conſuetudinẽ.* Committi poteſt etiam aliquid contra conſuetudinem: et hoc eſt, quod committitur contra mores. Proprie autem loquendo mos non ſcriptus dicitur conſuetudo, mos vero ſcriptus conſtitutio nominatur. Nota tamen quòd

facere

facere contra conſuetudinem conſeruatiuam honeſti, eſt peccatum: facere contra conſuetudinem deſtructiuam honeſti, ſanctum eſt: facere contra conſuetudinem indifferentem, malum non eſt. Honeſtum autem eſt, quod ſua vi nos trahit, et ſua dignitate nos allicit. Item nota, quòd lex reſpicit honeſtum: conſuetudo ſiue conſtitutio reſpicit vtile, quod eſt conſeruatiuum honeſti.

De errore, prauo iudicio, et perſonarum, acceptione.
Sectio X.

Sequitur de diuiſione peccati, in peccatum cordis, B oris, et operis. Et primo aliquid de peccato cordis, breuiter videamus, et primo de eius diffinitione,

Peccatum cordis quid

poſtea de differentijs. Peccatum cordis ſic diffinitur: Peccatum cordis eſt tranſgreſſio legis diuinæ per inordinationem intrinſeci motus mentis. Differentiæ autem eius ſunt peccatum cogitationis, delectationis,

Sup. Sect. 5

et conſenſus. De peccato delectationis viſum eſt ſupra, cum de peccato actuali ageretur. Ad peccatum cogitationis pertinet error, prauum iudicium, et acceptio perſonarum. Ad peccatum conſenſus reducitur peccatum conſcientiæ. Quantum ad peccatum cogitationis primo videndum eſt de ipſa, deinde de prauo iudicio, poſtremo de perſonarum acceptione. C Cogitationum alia ſpeculatiua pure, et iſta non eſt peccatum, alia practica ſiue affectiua. Prima eſt in conſpectu mentis, et eſt inuoluntaria, quantum eſt de ſe. Secunda in aſpectu cum affectu, et eſt voluntaria, et ideo poteſt eſſe peccatum.

Error.

Error quidam eſt infirmantis, qualis eſt in febricitantibus, quibus dulcia videntur amara. Quidam eſt infirmitatis naturalis originalis, quo corrumpitur ratio in iudicijs, et frequenter deuiat. Iſte error quia non eſt voluntarius, non eſt peccatum, ſed pœna peccati. D Quidam eſt error peruerſæ voluntatis, cuius eſt, habere falſa pro veris. Talis autem error aut eſt contra fidem, vel bonos mores, et ille ſemper eſt peccatum. Si non eſt contra fidem, vel bonos mores, tunc aut accidit in his quæ ſunt ſupra iudicium humanum, vt iudicare de intentionibus cordium: et ſic ſemper eſt peccatum: quia tunc vſurpatur, quod ſolius Dei eſt. Aut accidit in his, quæ ſubſunt iudicio humano, vt errare in logicis, naturalibus, et mathematicis: et tunc non eſt peccatum. Prauum iudicium, recipit diffinitionem, et diſtinctionem. Diffinitur autem ſic.

Prauum iudicium.

E Prauum iudicium, eſt ex errore proueniens temeraria ſententia, vel ſuſpicio mali de occultis aliorum. Error eſt habere ignota pro notis. Sententia eſt in aſſerentia, vel diffiniendo, quòd ita eſt. Suſpicio eſt in opinando cum dubitatione temeraria, etiam ſententiando quæ ad ipſum non pertinent. Diſtinguitur autem humanum iudicium ſecundum hunc modum. Iudicium aliud eſt certitudinis, aliud temeritatis, aliud ſuſpicionis. Primum, ſcilicet iudicium certitudinis non eſt peccatum, quia de manifeſtis licite iudicamus. Secundum iudicium temeritatis eſt triplex, videlicet diffinitionis, arguitionis, aſſertionis. F Diffinitionis, cum quis de futuris male iudicat. Nam de alicuius correctione deſperare, et eum tanquam abiectum reprehendere, qui nunc apparet malus, cum neſciamus qualis futurus ſit, temerarium iudiciũ eſt. Arguitionis, cum quis iudicat de his, quæ ad eum nõ

Rom. 14. a

pertinent, de quo Paulus dicit: Tu quis es, qui alienum ſeruum iudicas? Aſſertionis, cum quis iudicat de occultis. Gloſſa ſuper prædictum locum: De quibus incertum eſt quo animo fiant, ſine periculo nemo iudicat. Auguſtinus vel Beda ſuper illud dictum

Matt. 7. a

Chriſti: Nolite iudicare, dicit: hoc loco, nihil aliud nobis præcipi, niſi vt ea facta, quæ dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Primum eſt pernicioſum, ſecundum præſumptuo-

A ſum, tertium ſuperſtitioſum. Tertium iudicium, ſcilicet ſuſpicionis eſt triplex, ſcilicet ſuſpicionis violentæ, quando omnia ſigna apparent mali, nulla, vel pauca boni: temerariæ, quando multa boni, pauca mali: leuis, quando multa mali, pauca boni. Primo modo non eſt peccatum, ſecundo veniale graue, tertio veniale paruum. Nota quòd iudicium certitudinis, nec veniale eſt, nec mortale. Iudicium temeritatis menſuratur iuxta illud Saluatoris: In quo iudi-

Matt. 7. a

cio iudicaueritis iudicabimini. Gloſſa: Si quem iudicaueris temerarie damnatione veniali, venialiter condemnaberis, ſi damnatione mortali, mortaliter con-B demnaberis. Et hoc intellige ſine præiudicio. Iudiciũ ſuſpicionis, quamdiu manet in ſuſpicione, non eſt mortale, niſi veniat in aſſertionis iudicium.

Perſonarũ acceptio.

Circa perſonarum acceptionem, attendendum eſt quantum ad diffinitionem, et differentiam triplicem. Diffinitur autem ſic: Perſonarum acceptio eſt iniuſtitia, qua præfertur perſona perſonæ propter cauſam indebitam. Differentiæ acceptionis perſonarum ſunt tres. Vna committitur in honoris exhibitione. De qua

Iac. 2. a

Iacobus dicit: Fratres mei, nolite habere fidem Ieſu Chriſti in perſonarum acceptione. Alia eſt in iudicij

Deut. 16. d

executione. De qua in Deuteronomio: Non accipies C perſonam in iudicio. Alia in promotione ad dignita-

1. Reg. 16. c

tes, quæ prohibetur in electione Dauid, cui non prætulit Dominus fratres ſuos, propter vultus pulchritudinem, ſeu propter altitudinem ſtaturæ.

De peccato conſenſus, et de peccato contra conſcientiam, et de perplexitate.
Sectio XI.

Sequitur videre de peccato conſenſus, vbi primo videndum eſt de ipſo conſenſu, quid eſt. Secundo de peccato contra conſcientiam. Tertio de dif-

Conſenſus quid.

D ferentijs perplexitatis. Conſenſus diffinitur ſic: Conſenſus eſt nutus voluntatis ſpontaneus, vel motus animi liber ſui. Et cum nihil ita ſit in poteſtate noſtra, ſicut conſentire, vel diſſentire: hinc eſt, quòd conſummatur ibi omne peccatum. Initiatur enim in cogitatione, creſcit in delectatione, perficitur vero in conſenſu.

Ad intelligendum quo modo peccatur, quando agitur contra conſcientiam, multiplicitas conſcientię

Conſciẽtia.

attendenda eſt. Conſcientia enim vno modo dicitur ſuperior pars rationis, quam Græci ſynderesim vocant, et apud nos, ſcintilla conſcientiæ poteſt dici.

Baſil. hom. in princip. Prouerb.

E Hæc diffinitur a Baſilio ſic: Conſcientia eſt naturale iudicatorium faciendi, vel non faciendi. Differunt tamen ſecundum rationem ſynderesis, et conſcientia. Nam ſynderesis iudicat faciendum, ideſt dignum fieri. Conſcientia vero iudicat faciendum, ideſt debitum fieri. Alio modo dicitur conſcientia habitus naturalis dictandi bonum, vel malum, et ſic diffinitur a Da-

Damaſc. li. 4. de fide ort. c. 23.

maſceno: Conſcientia eſt lex intellectus noſtri naturalis, appoſita peccato. Et ſecundum hoc, conſcientia numquam errat. Tertio dicitur conſcientia opinio habita de agendis, vel non agẽdis, ideſt debitis fie-

1. Cor. 8. b

F ri, vel non fieri formata. De qua Apoſtolus: Quidam cum conſcientia vſque nunc idoli, quaſi idolothytum

Rom. 14. d

manducat. Et alibi: Omne quod non eſt ex fide, peccatũ eſt. Gloſſa, ideſt omne, quod eſt contra conſcientiã. Iſto tertio modo, conſcientia eſt habitus acquiſitus, frequenter erroneus in iudicando eſſe faciendum, quod non eſt faciendum, et econuerſo. Poteſt autem dictare conſcientia tertio modo dicta, aliquid ſecundum legem Dei, præter legem Dei, contra legem Dei. Et eſt hic ſermo de dictamine conſcientiæ per modum præcepti ſiue prohibitionis, non per modum conſilij, vel perſuaſionis. Primo modo conſcientia ligat ſimpliciter, et vniuerſaliter: quia legi Dei concordat, qua conſcientia oſtendit eſſe ligatum. Secundo modo conſciẽtia ligat, quamdiu manet: vnde tenetur homo, vel

F 2 eam

eam deponere, vel quod dictat opere adimplere: A vtpote ſi dictat conſcientia, quòd leuare feſtucam de terra eſt neceſſarium ad ſalutem. Tertio modo conſcientia non ligat ad faciendum, vel non faciendum, ſed potius ad ſe deponendum: quia cum talis cóſcientia ſit erronea, et error ille repugnet legi diuinæ, neceſſario, quamdiu durat, ponit hominem extra ſtatum ſalutis; vtpote ſi dicat peccatrix alicui: Moriar ſi non cognoſcas me: et ille incipiat habere conſcientiam de mortali, ſi non cognouerit peccatricem; non eſt in ſtatu ſalutis, ipſa conſcientia perdurante: quia ſi non cognoſcit eam, peccat mortaliter contemnendo Deũ, cum dictet conſcientia hoc Domino diſplicere: ſi cognoſcit eam, facit contra præceptum Domini. B

Conſciẽtia erronea.

Perplexitas triplex. Perplexitas naſcitur ex errore conſcientiæ. Eſt autẽ triplex perplexitas. Prima eſt intelligentiæ verborum ſacræ ſcripturæ, quæ videntur ſibi repugnare. Secunda eſt intelligentia faciendorum, de qua Paulus: Quid oremus neſcimus, etc. (*Rom. 8. e*) Tertia eſt ineuitabilitas peccandi. Prima diſſoluitur per diſtinctionem, et conſiderationem cauſarum dicendi vtrumque. Secunda diſſoluitur per inſpirationem Spiritus ſancti, quæ eſt vnctio docens de omnibus per meritum orationis, de qua Iacobus dicit: Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Deo, etc. (*Iac. 1. a*) Et cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſiduũ, vt oculos noſtros dirigamus ad te. (*2. Paral. 20. b*) C Tertia diſſoluitur per depoſitionem erroneæ conſcientiæ.

De mendacio periurio, et contentione. Sectio XII.

Peccatum oris. SEquitur videre de peccato oris, quod pluribus differentijs variatur. Peccata enim oris ſunt mendacium, in quo veritas deſtruitur: periurium, in quo veritas contemnitur: contentio, in quo veritas impugnatur. Eſt enim contentio veritatis impugnatio cum confidentia clamoris. Hæc tria præcipue ſunt contra veritatem. D Iſta vero contra bonitatem ſunt, ſcurrilitas, quæ eſt contra honeſtatem: vaniloquium, ſiue multiloquium, quod eſt contra vtilitatem: adulatio, quæ eſt contra rectitudinem in laude aliena: iactantia, quæ eſt contra rectitudinem in laude propria: blaſphemia, quæ eſt contra rectitudinem in vituperium Dei: maledictum, quod eſt contra rectitudinem in vituperium proximi, quantum ad pœnam: contumelia, quæ eſt contra rectitudinem in vituperium proximi, quantum ad culpam apertam, quæ improperatur: detractio, quæ eſt contra rectitudinem in vituperium proximi, quantum ad occultam culpam. E

Mendaciũ. De mendacio eſt videre quantum ad diffinitionẽ, et diuiſionem. Diffinitur autem ab Auguſtino ſic: Mendacium eſt falſa ſignatio vocis, cum intentione fallendi. (*Aug. lib. con. mẽdac. ad Conſen. c. 12. inſ. to. 4.*) Et nota, quod cum mentiri, ſit contra mentem ire, poteſt homo mentiri, dicendo falſitatem ex certa ſcientia. Item poteſt homo mentiri, dicendo veritatem: quia quamuis ſit verum, quod loquitur, tamen aliud ſentit in conſcientia. Item poteſt homo dicere falſum non mentiendo, nec peccando, vt quando fallitur, adhibita tamen debita diligentia. Diuiditur autem mendacium diuiſione trimembri, F ſcilicet in mendacium officioſum, pernicioſum, iocoſum. Officioſum eſt, quod iuuat: pernicioſum, quod nocet: iocoſum, quod delectat. Diuiditur autem diuiſione octimembri ſic: Octo ſunt genera mendaciorum: (*Idem li. de medac. ad Conſent. c. 14. to. 4.*) primum, quod ſit in doctrina religionis, vt dicere Chriſtum non eſſe de virgine Maria natum. Secundum, quod nulli prodeſt, et alicui obeſt, vt mendacium detractionis, et ſi quis eſt teſtis falſus in cauſa criminali. Tertium, quod alicui obeſt, vt proſit alij, vt quod aliquis ſit teſtis falſus in cauſa pecuniaria. Quartum, quod ſit ſolum mentiendi libidine. Quintum, quod ſit cupiditate placendi, aut delectandi ſuaui eloquio, vt mendacium adulationis.

A Sextum, quo quis mentitur, pro conſeruanda pecunia alicuius. Septimum, quo quis mentitur, pro conſeruanda vita alterius. Octauum, quo quis mentitur, pro conſeruanda caſtitate alterius. Nullo horum mendaciorum eſt mentiendum. Dat autem talem regulam Auguſtinus, (*Ibidem.*) quòd quanto aliquid mendacium magis accedat ad primum, tanto maius eſt peccatum; et quanto magis recedit a primo mendacio, tanto minus eſt peccatum.

Poſt mendacium, quo veritas deſtruitur, ſequitur periurium, quo veritas contemnitur. Sed quia periurium eſt violatio iuramenti, prius videndum eſt de *Iuramentũ.* B iuramento quantum ad eſſentiam: et ſic iurare, eſt inuocare Deum in teſtem ſuæ locutionis. Quantum ad licentiam: et ſic iurare, licet, propter pacem, et iuſtitiam conſeruandam, vel amicitiam confirmandam. Propter veritatem aſtruendam: et ſic Paulus frequenter iurabat. Propter calumniam vitandam: ſicut iurant actor, et reus. Prpter fidelitatem ſeruandam: ſic iurant principes regi. Quantum ad formam: et ſic eſt forma conceſſa, vt iurare per Deum. Et hæc variatur: nam in veteri Teſtamento dicebatu: Viuit Dominus, ideſt per Deum viuum. In Eccleſia primitiua dicebatur: Teſtis eſt mihi Deus, C ideſt teſtem Deum inuoco. Modo vero dicitur: Per Deum. Et eſt forma non conceſſa: vt iurare per idola. Quantum ad comites: et ſic dicitur, quòd iuramentum tres debet comites habere, ſcilicet veritatem, quæ debet eſſe in conſcientia, vt nouerit ita eſſe: iudicium, vt diſcrete iuret, et cum deliberatione: iuſtitiam, vt quod iuratur ſit licitum, et honeſtum. Quantum ad differentias, quæ ſunt duæ, ſcilicet iuramentum aſſeriorium, vt quando iuratur, vel de præſenti, vel de præterito ita eſſe, vel fuiſſe: Promiſſorium, vt cum iurat aliquis de futuro aliquid ſe facturum. Modo videri poteſt periurij diffinitio, D quæ eſt talis. Periurium eſt mendacium iuramento firmatum. (*Mag. in 4. diſt. 39. in prin.*) Poteſt etiam videri diſtinctio, quç eſt hæc: Periurium dicitur falſa iuratio. Item, peruerſa iuratio: quod ſit, quando eſt illicitum, quod iuratur. Tertio dicitur tranſgreſſio iuramenti.

De adulatione, maledicto, et detractione. Sectio XIII.

SEquitur videre de adulatione, maledicto, et detractione, quæ contra rectitudinem laudis et vituperij committuntur. Adulatio autem diffinitur ſic: Adulatio eſt ſermo laudis alicui exhibitus, intentione placendi. (*Adulatio quid.*) E Diſtinguitur autem ſic. Eſt enim quædam adulatio, quæ bonum non habitum attribuit: quædam, quæ habitum extollit, dicendo maius eſſe, quàm ſit: quædam eſt, quæ malum nutrit, laudando malum, et dicendo eſſe bonum, et licitum. Vnde in Pſalmo dicitur: Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, et iniquus benedicitur: (*Pſ. 9. e*) quædam eſt, qua homo homini vult placere, non proptèr Deum, laude tamen vera; de qua Paulus: Si adhuc hominibus placerem, ideſt placere vellem non propter Deum, Chriſti ſeruus non eſſem. (*Gal. 1. b*)

F Maledictum quadrupliciter variatur. Eſt enim maledictum ſurreptionis, de quo dicit Auguſtinus: Si enim cum omni facilitate, et temeritate maledixerimus, ad minima pertinet peccata. (*Aug. ſerm. 41. de Sanctis. qui eſt 4. de animab. defunc. ante med. to. 10*) Laſciuiæ eſt, cum alicui non ex animo maledicimus, de quo dicit Hieronymus: Qui negligit oris maledici reſecare conſuetudinem, et ſi non corde maledicat, immunditiam tamen labiorum, et oris inquinamentum incurrit. Eſt et maledictum odij, quod ex malo corde procedit zelo vindictæ. Quartum eſt maledictum iuſtitiæ, quod ex charitate procedit, ſcilicet cum alicui amico noſtro maledicimus ad eius correctionem. De his duobus vltimis dicit Gregorius: Scriptura ſacra duobus modis maledictum commemorat, aliud (*Greg. lib. 4. Moral. c. 6.*)

rat, illud quod approbat, aliud quod condemnat. Aliter enim profertur amore iuſtitiæ, aliter amore vindictæ.

Detractio.

Detractio ſic diffinitur: Detractio eſt alienæ famæ denigratio. Committitur autem ſex modis, ſcilicet cum bonum negamus, quod nouimus eſſe ſactum: vel cum tacemus, ne fiat alijs manifeſtum: vel cum peruertimus, dicendo illud mala intentione eſſe factum: item malum occultum reuelando, in caſu non conceſſo: vel augmentando, dicendo maius eſſe, quàm ſit: vel adinueniendo mendaciter malum, quod factum non fuit. Tenetur autem detractor ad reſtitutionem bonæ famæ, quam abſtulit. Maius enim bonũ aufert detractor, quàm raptor: et * non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.

* *Aug. epiſ. 54. ad Macedonium to. 2.*

De peccato operis. Sectio XIIII.

DE peccato operis breuiter eſt videndum, quantũ ad diffinitionem, et diſtinctionem ab offenſa voluntatis, et ſuperadditionem ad malitiam voluntatis. Eſt autem peccatum operis tranſgreſſio legis diuinæ, per inordinationem extrinſeci motus mentis. Ad peccatum operis reducitur peccatum conſuetudinis. Peccamus enim cogitatione, delectatione, conſenſu, verbo, opere, et conſuetudine. Peccatum autem operis comparari habet ad peccatum voluntatis interioris, prout ſunt coniuncta; et ſic ſunt vnum peccatum, pro eo quod eſt ibi vnus contemptus, et vna auerſio. Vnũ, inquam, ſunt, loquendo formaliter; cum ſit ibi vna deordinatio præuia. Loquendo tamen materialiter, plura ſunt peccata: quia plura ſunt deordinata, ſcilicet voluntas interior, et actus exterior. Si autem hæc duo adinuicem comparentur tamquam diſiuncta, ita quòd vnus peccet voluntate tantum, alius voluntate, et opere: tunc diuerſa ſunt peccata, non ſolum materialiter, ſed etiam formaliter. Superaddit vero malitia operis, ſuper malitiam voluntatis, quando voluntas mala nõ vult in opus procedere: quia tunc non eſt omnino plenus conſenſus. Nam ſi actus operis ſubſequatur contemptum, auerſio, et conuerſio conſummantur. Si autem voluntas mala vult in opus malum procedere, ſed non poteſt, tunc diſtinguendum eſt. Nam vnum peccatum maius altero tripliciter iudicatur, ſcilicet aut ratione maioris contemptus Dei, et ſic opus non addit ad iniquitatem voluntatis: aut ratione maioris delectationis, et libidinis, et ſic opus aggrauat, maxime quantum ad genus carnalis peccati, quo peccat quis in ſeipſo: aut ratione maioris damnificationis, et ſic opus addit ad malam voluntatem, maxime quantum ad genus peccati, quo quis peccat in proximum. Quantumcumque enim velit quis fornicari, non tantum delectatur in voluntate, quantum in opere. Et quantumcumque velit quis occidere, non tantum nocet volendo, quantum actualiter occidendo.

Peccatum operis.

De ſeptem vitijs capitalibus in generali. Sectio XV.

SEquitur videre de diuiſione peccati in ſeptem vitia capitalia, quæ ſunt: Superbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, luxuria. De quibus primo videndum eſt in generali, deinde de ſingulis in ſpeciali. In generali tria ſunt in vitijs capitalibus attendenda, ſcilicet diuerſa nominatio, connexiua ordinatio, ſufficiens aſſignatio. A beato Gregorio, et alijs Doctoribus ſic nominantur: Superbia, inuidia, ira, accidia, auaritia, gula, luxuria. Ab Iſidoro ſic: Gaſtrimargia, fornicatio, philargiria, triſtitia, accidia, cenodoxia, ſuperbia.

Greg. li. 31 Mor. c. 17. Iſid. lib. in Deut. c. 10.

Item ſuperbiam quidem, et cenodoxiam, ſiue vanam gloriam diſtinxit Iſidorus. Sed Gregorius coniunxit: quia idem ſunt in re, differentes tantum ratio-

A ne. Superbia enim dicitur, quando aliquis ſibi magnus apparet intra animum: vana gloria eſt, quando aliquis nititur magnus apparere per laudem in facie aliorum. Similiter Iſidorus diſtinxit accidiam, et triſtitiam. Sed Gregorius coniunxit: quia idem ſunt in re, ſed differunt ratione. Idem enim motus eſt in accidia, et triſtitia, differens ratione terminorum. Nam ſecundum auerſionem, et receſſum ab arduo graui, dicitur triſtitia; ſecundum vero acceſſum, et conuerſionem ad leuia, dicitur accidia: vt quia iſti eſt graue ſurgere ad matutinas, triſtis auertit ſe: quia vero leue eſt ei quieſcere, accidioſus conuertit ſe.

B

Ordinantur autem vitia capitalia ſecundum connexionem, qua fit, vt vnum ex altero proferatur. Nam ſuperbus non vult ſubeſſe maioribus, vult præferri æqualibus, vult conculcare minores. Et ſi non poteſt, inuidet maioribus, quia principantur: æqualibus, quia proſperantur: minoribus, quia exaltantur. Et cum ſic nihil proficiat, concipit iram de facili ad maiores, mediocres, et minores. Deinde decidit in accidiam, qua mentis tranquillitas perturbatur. Et tunc cum interiorem conſolationem amiſerit, ad exteriorem per auaritiam ſe conuertit, et ſic factus C opulentus, immoderate per ingluuiem farcit vẽtrem, et poſtremo ad luxuriam reſoluit carnem, a ſummo rationis vertice, vſque ad carnis infimum deprauatus. Sic patet quòd quinque prima ſunt ſpiritualia, duo vero vltima ſunt carnalia.

Vitiorum connexio.

Accipitur autem ſufficientia ſeptem capitalium vitiorum, penes pronitatem ad apparens bonum. Hæc autem pronitas ſi eſt reſpectu boni, quod reſpicit ſpiritum ſecundum ſe, poteſt eſſe quadruplex, ſecundũm quattuor conditiones boni, ad quod appetitus hominis inclinatur. Appetit enim quis bonum ſub ratione dignitatis, et ſic eſt ſuperbia: aut ſub ratione D proprietatis, et ſic eſt inuidia: aut ſub ratione ſecuritatis, et ſic eſt ira: aut ſub ratione quietis, et tranquillitatis, et ſic eſt accidia. Si vero ſit pronitas reſpectu boni, quod reſpicit carnem ſiue ſpiritum in carne, ſic poteſt eſſe tripliciter. Nam ſpiritus carnalis appetit bonum ſub ratione ſufficientis, et ſic eſt auaritia: aut ſub ratione demulcentis, et ſic eſt luxuria: aut ſub ratione reficientis, et ſic eſt gula. Et ex hoc patet numerus et ſufficientia vitiorum capitalium.

Numerus vitiorũ capitalium.

E

De differentia inter capitale vitium, initium peccati, et radicem malorum. Sectio XVI.

ATtendenda eſt differentia inter capitale vitium, peccati initium, et radicem malorum. Capitale vitium dicitur, quia ſicut caput eſt membrum principale, et completum, et aliorum membrorum principium quantum ad motum, et ſenſum: ſic vitium, quod dicitur capitale, nominat peccatum completum, a quo alia vitia oriuntur. Initium vero nominat proprie illud, in quo actus inchoatur. Radix autem illud, a quo nutrimentum trahitur, et fomentum. Vnde cum peccatum nutrimentum F trahat ex parte appetibilis, et dicat receſſum a Deo: hinc eſt, quòd initium peccati attenditur ex parte auerſionis, radix vero, ex parte conuerſionis. Et ſic auerſio eſt ratione contemptus, conuerſio vero eſt ratione cupiditatis, et libidinis. Et ideo ſuperbia dicitur initium omnis peccati, cupiditas radix omnium malorum.

Caput peccati.

Dicitur autem initium peccati tripliciter, ſiue nominatur, aut prout dicit receſſum liberi arbitrij a lege maieſtatis, et ſic ſuperbia ſiue contemptus Dei, dicitur initium peccati: quia qui præceptum tranſgreditur creatoris, a ſuperbia incipit et contemptu: aut a lege veritatis, et ſic error dicitur initiũm peccati, quia ſicut dicit Sapiens: Omnis malus, ignorans.

Initiũ peccati.

Ariſtot. 3. Ethic. c. 1. in med.

 Et vere

A Et vere ab ignorantia incipit et errore, quia æterna deſerit pro terrenis. Aut a lege bonitatis, et ſic inſipientia dicitur initium peccati, vnde Chryſoſtomus ſuper illud Pſalmi: A facie inſipiētiæ meæ, dicit, quòd omnis peccati initium inſipientia eſt. Inſipientia enim eſt contraria ſapientiæ, in qua diuina bonitas præguſtatur. Merito ergo ab inſipiditate dicitur inchoare, qui potius in malitia peccati, quàm in ſuauitate Dei elegit delectari.

Chryſoſt. hom. 4. in c. 1. Io. 10. 3 Pſ. 37.

Radix. Radix etiam peccati, ſiue mali, quæ circa peccatum dicit libidinis pronitatem, tripliciter poteſt ſumi, ſcilicet generaliſſima, cum dicitur: Cupiditas, ſiue libido eſt radix omnium malorum: generaliter, vt cum dicitur: Duplex eſt radix malorum, ſcilicet amor male accendens, et timor male humilians, ſiue deijciens: amor eſt reſpectu boni, timor reſpectu mali: Minus generaliter, vt cum dicitur, quòd triplex eſt radix peccati, ſcilicet concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, et ſuperbia vitæ. Et ſic patet ex prædictis, quo modo accipiatur vitium capitale. Patet etiam, quòd initium dicitur aliquando de ſuperbia, aliquando de errore, aliquando de inſipientia. Patet nihilominus, quòd aliquando dicitur vna radix, aliquando duæ, aliquando tres.

1. Io. 2.

De ſuperbia. *Sectio XVII.*

IAm de ſingulis vitijs capitalibus eſt videndum. Et primo de ſuperbia. Circa quam tria ſunt attendenda, ſcilicet diffinitio, differentia, et gradus. Superbia diffinitur ſic a Bernardo: Superbia eſt propriæ excellentiæ appetitus. Sic ab Auguſtino: Superbia eſt amor propriæ excellentiæ. Item ab eodem: Superbia eſt peruerſæ celſitudinis appetitus.

Ber. ep. 42. ante med. Aug. de Gene. ad litt. li. 11. c. 14. to. 3.

Superbia ſecundum Gregorium habet quattuor differentias. Prima eſt, quando homo attribuit ſibi bonum, quod habet. Secunda eſt, quando, et ſi non ſibi, tamen ſuis meritis. Tertia eſt, quando iactat ſe habere, quod non habet. Quarta eſt, quando ſe exiſtimat alijs præualere, vnde Verſus.

Idem li. 14 de ciui. Dei c. 13. to. 5. Greg. li. 23. Mor. c. 4.

A ſe, pro meritis, falſo, plus omnibus inſtat.

Secundum Anſelmum, quattuor ſunt exaltationis ſpecies. Quædam eſt exaltatio in opinione, quædam in voluntate, quædam in ſermone, quædam in opere. Exaltatio in opinione eſt, cum quis reputat ſe dignum epiſcopatu, vel aliqua dignitate, tamen nollet eam habere. Exaltatio in voluntate eſt, cum quis vellet habere epiſcopatum, tamen non reputat ſe dignum, vel etiã opinatur. Exaltatio in ſermone eſt, quando nec ſe dignum reputat, nec vellet habere, tamen loquitur ampulloſa de aliqua ſcientia, vt magis appareat. Exaltatio in opere eſt, quando aliquis nec ſe dignum reputat, nec vellet habere, nec loquitur magna; tamen exaltatur in opere, vt quando vocatur ad conſilia, et huiuſmodi.

Anſ. lib. de ſimilitud. c. 21.

Gradus ſuperbiæ ſecundum Bernardum ſunt duodecim, ſcilicet curioſitas, leuitas mentis, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, defenſio peccatorum, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas peccandi, conſuetudo. His, quaſi quibuſdam paſſibus, ſuperbus diligenter ad finem, quem intẽdit, peruenit. Curioſitas eſt, quando ſuperbus diligenter inquirit rumores, ſcilicet quid de ipſo dicatur. Leuitas mẽtis eſt, quãdo leuiter aliquis mutatur de delectatione ex verbis laudis, in triſtitiam propter verba vituperij. Inepta lætitia eſt, quando lætatur ex defectibus, et criminibus aliorũ. Iactantia eſt, quando narrat ea, quæ habet, vt laudetur. Singularitas eſt, quando præter conſuetudinem aliqua ſingulariter operatur, vt ſolus appareat, et laudetur. Arrogantia eſt, quando iactat ſe habere, quod non habet. Præſumptio eſt, quando ingerit ſe ad faciendum, quod ad eũ non pertinet. Defenſio peccati eſt, quãdo peccatum ſuum, et errorem defendit, et excuſat quis manifeſte, et aperte. Simulata confeſſio eſt, quando peccatũ ſuum excuſat occulte. Rebellio, quando diſſidet, ſcilicet ſuperioribus, paribus, et inferioribus: ſuperioribus obuiat, inferiores opprimit, pares moleſtat, et perturbat. Tunc libertas peccandi ſuccedit, quia nec Deum timens, nec homines reuerens, peccat libere, conſuetus ad mala, in profundum decidens peccatorum.

Ber. Tract. de grad. humil. §. Primus vtaq. et ſeq.

De inani gloria. *Sectio XVIII.*

B SEquitur videre de inani gloria, quæ idem eſt, quod ſuperbia, ſecundum rem, ab eadem differẽs ratione. Circa quam breuiter videnda ſunt quattuor, ſcilicet diffinitio, oppoſitio differentiæ, et filiæ.

Inanis gloriæ diffinitio. Inanis gloria ſic diffinitur: Inanis gloria eſt amor laudis propriæ, propter excellentiam apparentem. Inanis gloria ad humilitatem habet opponi. Humilitas autem quattuor habet actus, et ſic habet quattuor oppoſitiones. Primus actus eſt, velle ſubijci, et ſic opponitur ſuperbiæ large ſumptæ. Secundus eſt, de ſe parua ſentire. Vnde Auguſtinus dicit: Humilitas eſt ſenſus propriæ paruitatis, et ſic opponitur tumori, vel elationi. Tertius eſt, velle ſubeſſe omnibus, ſcilicet ſuperioribus, paribus, et inferioribus: et ſic opponitur ſuperbiæ ſtricte ſumptæ, quæ eſt amor propriæ excellentiæ. Quartus eſt, de ſe velle parua dici, et ſic opponitur inani gloriæ.

C Habet inanis gloria duas differentias formales, ſcilicet appetitum fauoris, et appetitum laudis. Fauor eſt excellentia alicuius in corde, laus in ore. Tres autem habet differentias materiales, quæ ponuntur in Hieremia, vbi dicit: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, nec diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire et noſſe me, dicit Dominus. Cũ gloria ſit beatiſſimæ Trinitatis propria, non eſt gloriandum in ſapientia, quæ attribuitur Filio: nec in fortitudine, quæ attribuitur Patri: nec in diuitijs tam temporalibus, quàm ſpiritualibus, quæ attribuuntur Spiritui ſancto.

Hiere. 9. f

D Inanis gloriæ, ſecundum beatum Gregorium, ſeptẽ ſunt filiæ, ſcilicet inobedientia, iactantia, hypochriſis, incontinentia, pertinacia, diſcordia, nouitatum præſumptio. Inobedientia eſt volũtas fugiens minorationem poteſtatis, nolens ſubiacere ſuperioribus in debitis. Iactantia eſt voluntas, propter apparentem poteſtatem propriam ſe oſtentans. Hypocriſis eſt voluntas, per ſpeciem ſanctitatis ſe ſimulans fallaciter in aperto, et viliter agens in occulto, ſiue intentione, ſiue opere. E Incontinentia eſt voluntas per cõformationem ſui, ab his, qui mali ſunt, laudari appetens. Pertinacia eſt voluntas fugiens minorationem probitatis, dicta vel facta ſua irreuocabiliter defendens. Diſcordia eſt voluntas fugiens minorationem ſapientiæ, ab his, quæ ab alijs dicuntur, diſſentiens. Nouitatum præſumptio eſt voluntas excedens qualitatem ſui ordinis, propter apparentem nouitatem ſcientiæ, vel ſapientiæ oſtentari cupiens. Iſidorus vero diſtinguens inter ſuperbiam, et inanem gloriam, propter differentiam rationis, dicit, quòd de ſuperbia oriuntur contemptus, F inuidia, inobedientia, blaſphemia, murmuratio, detractio, et plura alia. De inani gloria vero, ſecundum eundem, oriuntur contentiones, hæreſes, iactantia, et præſumptio nouitatum.

Greg. li. 31. Mor. ca. 17.

Iſid. lib. in Deut. c. 16.

De inuidia. *Sectio XIX.*

SEquitur videre de inuidia quantum ad quinque, ſcilicet quantũ ad diuerſam nominationẽ, diuerſam diffinitionem, oppoſitionem, differentias, et filias.

Inuidia dicitur aliquando nomine iræ, vt dicitur in Geneſi: Quare iraſceris: Gloſſ. i. liuore torqueris. Aliquando nomine odij, vt habetur in eodem: Oderãt eum fratres, ideſt inuidebant. Aliquãdo nomine æmulationis, ſicut cõſtat ex primo Regum: Affligebat eam æmula

Gen. 4. a Ibid. 37. a 1. Reg. 1. a

æmula eius. Tamen æmulatio quattuor habet ſignificationes hoc verſiculo comprehenſas:

Æmulor. inflatur. amat. inuidet. ac imitatur.

Damaſc. Orth. fid. li. 2. c. 14.

Aliquando nomine proprio: et ſic Damaſcenus dicit, quòd quattuor ſunt ſpecies triſtitiæ, ſcilicet accidia, quæ eſt triſtitia aggrauans: achos, quæ eſt triſtitia vocem auferens: miſericordia, quæ eſt triſtitia de alieno malo: inuidia, quæ eſt triſtitia de alieno bono.

Aug. Enar. in Pſ. 104. nu. 2. *Damaſc. Orth. fid. li. 2. c. 14.* *Ariſtot. 2. Rhet. c. 10.* *Aug. li. 11. in gen. cap. 13. nu. 3.*

Diffinitur autem ſic inuidia ab Auguſtino: Inuidia eſt odium felicitatis alienæ. A Remigio ſic: Inuidia eſt dolor de alieno bono. A Damaſceno: Inuidia eſt triſtitia de alienis bonis. A Philoſopho: Inuidia eſt triſtitia in apparenti felicitate alicuius inimicorum. B Item aliter: Inuidia eſt diſſenſio ab alieno bono, extimato diminuere proprium.

Differentiæ inuidiæ materialiter aſſignatæ ſecundum Auguſtinum ſunt tres, ſcilicet inuidere ſuperioribus, paribus, et minoribus, ſiue inferioribus. Inuidet enim homo ſuperioribus, quia eis non æquatur: paribus, quia in melius proſperantur: inferioribus, ne ei æquentur.

Opponitur autem timor Domini ſuperbiæ, ratione humilitatis, quam generat: et pietas inuidiæ, ratione charitatis, ex qua generatur. Prima enim, et potiſſima filia charitatis eſt pietas, quæ ad omnia valet. C

Greg. li. 31. Moral. c. 17

Filiæ inuidiæ ſecundum Beatum Gregorium ſunt quinque, ſcilicet odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio in proſperis ipſius. Odium eſt voluntas affectans proximo malum, vt careat contriſtante bono. Suſurratio eſt voluntas loquendi ſeminans diſcordias inter fratres, vt perſequatur proximum propter ipſius bonum contriſtans. Detractio eſt voluntas famam proximorum per verba denigrans, vt deſtruat in aliorum opinione contriſtans bonum. Exultatio in aduerſis proximorum eſt voluntas procurata in proximi aduerſitate delectans. D Afflictio in bonis proximi eſt voluntas procurans malum ſuo deſiderio, per euentum proſperitatis contrariæ defraudata.

De Ira. *Sectio XX.*

SEquitur videre de ira quantum ad quattuor, ſcilicet quantum ad diffinitionem, oppoſitionem, differentias, et filias.

Damaſc. Orth. fid. li. 2. c. 16. *Ibidem.* *Ibidem.* *Ariſt. Rhetor. lib. 2. c. 2.*

Diffinitur autem ira a Caſſiodoro ſic: Ira eſt animi motus concitatus, ad pœnam prouocans inferendam. A Rabano: Ira eſt omnis malus motus ad nocendum. E Ab Auguſtino: Ira eſt triſtitia ex impotentia vlciſcendi. A Damaſceno: Ira eſt feruor eius, qui circa cor eſt ſanguinis, ex euaporatione fellis, vel returbatione fiẽs. Item ab eodem ſic: Ira eſt id, quod eſt audax mentis vindex concupiſcentia. Item ab eodem: Ira eſt deſiderium repunitionis. A Philoſopho: Ira eſt appetitus contrarij doloris, propter apparentem exanimationẽ: et appetitus inferendi dolorem ſibi aduerſanti, propter illatam iniuriam apparentem: quæ quodam modo exanimat, per hoc, quòd debito ordine hominem quantum ad iudicium animæ priuat.

Habet autem ira oppoſitionem ad manſuetudinem F ratione ſui initij, quia mãſuetus etiam numquam vult incipere iraſci: ad iram per zelum, ratione materiæ. Sunt enim circa eandem materiam, ſcilicet circa perſonam, ira per vitium, et ira per zelum, quam vtraque vult puniri. Sed ira per vitium, vult quòd perſona puniatur, vt ſic ſatietur vindicta perſonæ. Ira vero per zelum, appetit punitionem perſonæ, vt deſtruat vitium in perſona. Breuiter ira per zelum, vult punitionem perſonæ cum debitis circunſtantijs: ira per vitium cũ indebitis. Ad patientiam vero habet ira oppoſitionem ratione finis: quia patientia extinguit iram, ne procedat. Nam qui patiens eſt, iras mitigat ſuſcitatas, vt teſtatur Salomon. *Prou. 15. c*

Species, ſiue differentiæ iræ ſunt tres ſecundum A Damaſcenum, ſcilicet fel, mania, cotus. Fel ſiue fellea paſſio, dicitur ſubitus animi motus impatiens læſionis. Et accidit ex parte corporis, ex commotione fellis; et ex parte animæ, ex corruptione vis iraſcibilis: et tunc mouetur fel ad vindictam, vt expellatur triſtitia. De qua dicit Auguſtinus: Ira eſt commotio paſſionis illatæ. Hæc ira cito tranſit. Mania, dicitur manens ira, et memoriæ tradita. Cotus eſt ira obſeruans tempus ad vindictam. *Damaſc. Orth. fid. li. 2. c. 16.*

Greg. li. 31. Moral. c. 17

Filiæ iræ, ſecundum beatum Gregorium, ſunt ſex: ſcilicet rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blaſphemia. Rixa eſt audax vindicandi voluntas, in iniuriam facti procedens. Tumor mentis eſt voluntas vindicandi, fugiens aduerſantem, propter æſtimatas inimicitias. Contumelia eſt voluntas vindicans per exprobrationem malorum. Clamor eſt voluntas ſe vindicans in exaltando vocem, per vituperium, ad aliorum aures perueniens. Indignatio eſt voluntas ſe vindicans per ſignum moleſtiæ exterius declaratum. Blaſphemia eſt voluntas ſe vindicans per opprobrium Deo, vel ſanctis illatum. Secũdum Iſidorum ſunt tres filiæ iræ, ſcilicet homicidium, clamor, indignatio. Quæ ſic diſtinguuntur: nã vindicta infertur homicidio per manum: clamore, per os: indignatione, per ſignum. *Iſid. lib. in Deut. c. 16.*

De Accidia. *Sectio XXI.*

SEquitur videre de accidia quantum ad tria, ſcilicet quantum ad diffinitionem, oppoſitionem, et filias. Diffinitur autem ſic ab Auguſtino: Accidia eſt tædiũ interni boni. A Richardo: Accidia eſt torpor animi, bonum inchoare negligentis. A Damaſceno: Accidia eſt triſtitia aggrauans. A magiſtris. Accidia eſt diffidentia de proprijs viribus, et auxilio Dei implendi ardua, ſiue mandata. *Damaſc. Orth. fid. li. 2. c. 14.*

Opponitur autem accidia, inquantum eſt diffiden-D tia implendi præcepta, virtuti ſpei, cuius eſt confidere. Inquantum eſt tædium interni boni, ex quo generatur puſillanimitas, opponitur virtuti fortitudinis. Inquantum vero, quòd eſt facile, reputat difficile, opponitur virtuti charitatis, quæ omnia etiam difficilia facit facilia reputari. Quantum vero ad ſuam eſſentiam, quæ eſt triſtitia, opponitur gaudio ſpiritus.

Greg. li. 31. Moral. c. 17

Accidia, ſecundum beatum Gregorium, habet ſex filias, quæ ſunt, videlicet malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor, vagatio mentis circa illicita. Malitia eſt voluntas grauedinis impatiens, machinans malum illius, quem æſtimat inferentem. Rancor eſt E voluntas ex impotentia repellendæ grauedinis amaricata, amaritudinem intus clauſam per ſignum exterius manifeſtans. Puſillanimitas eſt voluntas immoderate metuens grauedinem in aggreſſu aggendorum, ſiue de proprijs viribus immoderate diffidens. Deſperatio eſt voluntas grauedinem reprimens, de adiutorio ad perficienda agenda diffidẽs, ſiue de remuneratione diuina, propter ſuſtinentiam grauedinis, quæ eſt in implendis præceptis diffidens. Torpor eſt voluntas grauedinis impatiens, tepida, vel pigra ad expletionem agendorum inchoatorum. Vagatio mentis circa illicita, eſt voluntas interno gaudio deſtituta, in rebus exteriori-F bus illicitis quietem, vel conſolationem quærens. Secundum Iſidorum aliæ ſunt filiæ triſtitiæ, aliæ accidiæ. Ipſe enim triſtitiam vocat voluntatem, inquantum a graui debito ſe auertit. Accidiam vero vocat voluntatem, inquantum ſe ad quietem indebitam conuertit. Dicit ergo: De triſtitia exeunt rancor, puſillanimitas, amaritudo, deſperatio. De accidia ſecundum ipſum oriuntur otioſitas, ſomnolentia, importunitas, inquietudo mẽtis, corporis inſtabilitas, verboſitas, curioſitas. *Iſid. lib. in Deut. c. 16.*

De Auaritia. *Sectio XXII.*

SEquitur videre de auaritia, quantum ad quinque, ſcilicet quantum ad diffinitionem, comparationem,

nem, oppoſitionem, differentias, et filias. Auguſtinus ſuper Geneſim, ad litteram, diffinit ſic auaritiā: Auaritia eſt appetitus non ſolum pecuniæ, ſed etiam altitudinis, et ſciētiæ. Idem in lib. de Ciuit. Dei: Auaritia eſt libido habendi pecuniam. Idem alibi: Auaritia eſt immoderata habendi cupiditas. Item Tullius diffinit eā ſic: Auaritia eſt amor immoderatus habendi.

Aug. lib. 14 de Ciu. Dei c. 15.

Epheſ. 5. b

Comparatur autem auaritia idolatriæ: vnde ſæpe dicitur idolorum ſeruitus in ſcriptura. Hoc autem dicitur, quia cultor Dei, ad Deum tripliciter comparatur, ſcilicet diligendo, honorando, et in ipſo confidendo; quæ tria in auaro reſpectu pecuniæ inueniuntur, et reperiuntur, propter quod auaritia non immerito dicitur ſeruitus idolorum.

B

Duplex eſt etiam actus auaritiæ, ſcilicet diligere pecuniam, et retinere, ſiue nō dare. Ratione primi actus, auaritia opponitur charitati, quæ bonum diligit incōmutabile. Ratione vero ſecundi actus, opponitur largitati, ſiue liberalitati, quę dat danda, et retinet retinēda. Duplex quidem eſt actus largitatis, ſcilicet dare danda, et retinere retinenda. Cuius duplex eſt extremitas vitioſa, ſcilicet prodigalitas, quæ dat non danda, et auaritia, quæ retinet non retinenda. Largitas, ſiue parcitas, quod idem eſt, eſt virtus, tamē ratione actuū differens erit medietas. C Si autem attendatur oppoſitio, ſecundum actum dandi, prodigalitas eſt ſuperfluitas, quæ dat non danda: auaritia eſt diminutio, quæ nihil dat: largitas eſt medietas. Si vero ordinatur ſecundum actum retinendi: auaritia eſt ſuperfluitas, quæ retinet retinenda, et non retinenda: prodigalitas eſt diminutio, quæ nihil retinet: parcitas vero eſt medietas.

Differentiæ auaritiæ ſunt quinque, ſcilicet beneficij ſubtractio, furtum, rapina, vſura, ſimonia. Subtractio beneficij eſt auaritia retinens beneficium, quod tenetur dare pauperibus in tempore neceſſitatis, vt diues indigenti. D Furtum eſt auaritia retinens rem alienam inuito domino. Rapina eſt auaritia per vim occupans rem alienam. Vſura eſt auaritia acquirens per mutuum aliquid præter ſortem. Simonia eſt auaritia ſtudioſe appetens vēdere, vel emere ſpiritualia, vel ſpirituali annexum.

Greg. li. 31. Mor. c. 17.

Filiæ auaritiæ, ſecundum Gregorium, ſunt ſeptem, ſcilicet proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo mentis, violentia, obduratio mentis contra miſericordiam. Proditio eſt voluntas per deceptionem domeſticorum acquirendis inhians. Fraus eſt voluntas profectum proximi decipiens, propter terrenum emolumentum. E Fallacia eſt voluntas per verba decipiens proximum, cauſa lucrādi. Periurium eſt voluntas violans ſacramentum, et iuramentum. Inquietudo mentis eſt voluntas cogitare non ceſſans, qualiter poſſit diuitias congregare. Violentia eſt voluntas per vim aliorum bona rapiens. Obduratio mentis contra miſericordiam eſt voluntas concitata aduerſus poſtulationē indigentis, ex nimio ardore pecuniæ retinendæ. Secundum Iſidorum, octo ſunt filiæ auaritiæ, ſcilicet, mendacium, fraus, furtum, turpis lucri appetitus, falſa teſtimonia, violentia, inhumanitas, et rapacitas.

Iſid. lib. in Deut. c. 16

F

De Gula. Sectio XXIII.

Gulæ diffinitio.

SEquitur videre de gula quantum ad quattuor, ſcilicet quantum ad diffinitionem, oppoſitionem, differentias, et filias. Diffinitur autem gula quantum ad exceſſum in cibo ſic: Gula eſt immoderatus amor edēdi. Quantum vero ad exceſſum in potu dicitur ebrietas, quam diffinit Seneca ſic: Nihil aliud definio ebrietatem, quàm inſaniam voluntariam. Quantum vero ad exceſſum cibi et potus, ſic poteſt diffiniri: Gula eſt immoderatus amor alimenti. Item ſic: Gula eſt immoderatus amor delectationis eius, quæ eſt circa, vel ſecundum guſtum.

Sene. Epiſt. ad Lucil. 83.

Secundum hoc gula poteſt ſumi ſtricte pro immo- A derantia in cibo, et ſic opponitur ei parſimonia. Vel large poteſt accipi pro immoderantia in cibo et potu pariter. Et ſic opponitur ei ſobrietas, quæ modum ſeruat in vtroque.

Iſid. ſen. lib. 2. c. 42.

Differentiæ ſiue conditiones gulæ, ſecundum Iſidorum, ſunt quattuor, ſcilicet, quid, quantum, quando, quo modo. Quid, ad ipſam rem pertinet: quando, ſi ante legitimum tempus appetat: quantum, ad immoderantiam refertur: quo modo, ſi nimis ardentèr appetat. Secundum beatum Gregorium, ſunt quinque differentiæ, hoc verſū comprehenſæ:

Greg. li. 30. Mor. c. 18.

Præpropere. laute. nimis. ardenter. ſtudioſe.

B Præpropere, pertinet ad ſumptionem cibi ante tempus: laute, pertinet ad cibi ſubſtantiam, cum ſcilicet ex ſe pretioſus, et delicatus eſt: nimis, ad cibi quantitatem: ardenter, attenditur ex parte affectiuæ: ſtudioſe, ex parte cognitiuæ. Duas iſtas vltimas differentias ſecundum Beatum Gregorium, ſub illa, quæ eſt quarto modo, apprehendit Iſidorus.

Idem li. 31 Mor. c. 17.

Quinque ſunt filiæ gulæ ſecundum Gregorium, ſcilicet inepta lętitia, ſcurrilitas, immūditia, multiloquiū, hebetudo mentis, vel ſenſus circa intelligentiam. Inepta lætitia eſt voluntas per exteriores luſus excitans libidinem in guſtu, et ex ipſa poſtmodum excitata. C Scurrilitas eſt voluntas per verba carnalia libidinem guſtus commouens, et ex ipſa poſtmodum commota. Immunditia eſt voluntas per nimiam cibi ſumptionem, libidinem in guſtu continuare deſiderans. Multiloquium eſt voluntas per multiplicationem verborum, intendens in guſtu conſeruare libidinem. Hebetudo mentis eſt voluntas libidinis conſeruandæ propriæ carnis abſorpta, intelligere ſpiritualia faſtidiens. Secundum Iſidorum, duæ ſunt filiæ gulæ, ſcilicet commeſſatio, et ebrietas, quarum vna in cibo attenditur, alia in potu.

Iſid. lib. in Deut. c. 16.

D

De Luxuria. Sectio XXIIII.

Luxurię diffinitio.

SEquitur videre de luxuria quantum ad diffinitionem, oppoſitionem, tentationem, differentias, et filias. Diffinitur ſic: Luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus. Item ſic: Luxuria eſt concupiſcentia nimia experiendæ voluptatis. Item ſic: Luxuria eſt inordinatus appetitus illius delectationis, quæ eſt ſecundum coitum.

Opponitur autem luxuria continentiæ: cuius triplex eſt differentia. Eſt enim continentia coniugalis, vidualis, et virginalis.

Tētationes

E Quintuplex autem tentatio eſt luxuriæ, ſecundum quòd in hoc verſu continetur.

Viſus. et alloquium. contactus. et oſcula. factum.

Hoc quippe ordine tentatio luxuriæ conſummatur. Primo enim inchoatur in viſu exteriori, ſiue interiori, vt in cogitatione: deinde venitur ad alloquium: poſtea tranſitur ad contactum: deinde prorumpitur ad oſculum: poſtea conſummatur per factum.

Differentiæ

Differētiæ luxuriæ ſunt ſex, ſcilicet, fornicatio, adulterium, ſtuprum, ſacrilegium, inceſtus, peccatum contra naturam. Fornicatio eſt luxuria, qua ſolutus cognoſcit ſolutam naturali vſu. Et intelligitur, et ſolutus, et ſoluta a vinculo coniugij, conſanguinitatis, F affinitatis, ordinis, et religionis, vel voti continentiæ. Adulterium eſt luxuria, qua coniugalis thorus violatur. Stuprum eſt luxuria, qua virginalis incorruptio violatur, ſeu defloratur. Sacrilegium hic appellatur ſacræ perſonæ læſio, per vitium luxuriæ: et melius luxuria ſacrilega diceretur. Hæc eſt luxuria, qua votum continentiæ violatur, et hoc in ſe, vel quando in ſacris ordinibus conſtitutus, vel religioſus aliquis fornicatur, cum aliqua ſoluta, vel ſoluta aliqua cum religioſo, vel ſacerdote. Inceſtus eſt coitus contra conſanguinitatem, affinitatem, vel compaternitatem commiſſus. Peccatum contra naturam eſt luxuria, qua naturalis vſus coeundi maris, et feminæ diſſipatur.

Greg. li. 31. Moral. c. 17

Filiæ luxuriæ ſecundum Gregorium, ſunt octo, ſcilicet

licet cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror, ſiue deſperatio futuri ſæculi. Cæcitas mentis eſt voluntas faſtidiens, et deſpiciens ſuperiora, et ſpiritualia. Inconſideratio eſt voluntas, prævidere renuens agenda inferiora. Inconſtantia eſt voluntas libidine carnis confracta, ſtatum ſuum tenere non valens. Præcipitatio eſt voluntas ad aggredi quælibet impetuoſe. Amor ſui eſt voluntas affectione carnis imbuta, ſibi propter ſe ſoper omnia adhærens. Odium Dei eſt voluntas, Deum tamquam impedimentum propriæ voluntatis carnalis, vel voluptatis deteſtans. Affectus præſentis ſæculi eſt voluntas præſens ſæculũ ſemper manere deſiderans, propter fruitionem voluptatis carnis. Deſperatio, ſiue horror futuri ſæculi, eſt voluntas voluptate præſenti cæcata, de æterna iocunditate deſperans. Secundum Iſidorum quattuor ſunt filiæ fornicationis, ſcilicet turpiloquia, ſcurrilia, ludicra, ſtultiloquia. Sapientiæ in ſermone opponuntur ſtultiloquia: bonitati in ſermone opponuntur alia tria. Nam cum triplex ſit bonitas, ſcilicet vtilitas, delectatio licita, et honeſtas; ſermoni vtili opponuntur ludicra: ſermoni delectabili licito opponuntur ſcurrilia: ſermoni honeſto opponuntur turpiloquia.

Iſid. lib. in Deut. c. 16.

De peccato ex infirmitate, et ignorantia, et induſtria. Sectio XXV.

SEquitur videre de diuiſione peccati trimembri, quæ eſt. Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia ſiue induſtria perpetratur. Quod alijs verbis dicitur in Euangelio: Eſt peccatum in Patrem, peccatum in Filium, peccatum in Spiritum ſanctum. In Patrem, cui attribuitur potẽtia, peccare dicitur, quando quis peccat ex infirmitate: in Filium, cui attribuitur ſapientia, qui peccat ex ignorantia: in Spiritum ſanctum, cui attribuitur bonitas, qui peccat ex induſtria, ſiue ex certa malitia.

Primo videndũ eſt de peccato ex infirmitate, quòd eſt auerſio voluntatis male humiliatæ, vel male accenſæ ab infirma creatura, a Deo omnipotente. Duæ ſunt differentiæ huius peccati effectiuæ, timor male humilians, et amor male accendens. Tripliciter autem diſtinguitur amor, ſcilicet amor gratuitus, libidinoſus, et naturalis. Gratuitus habet finem principalem ſummum bonum, ſcilicet incommutabilem Deum: libidinoſus habet finem voluptatem, ſiue delectationem in creatura: naturalis habet finem neceſſitatem, ſiue vtilitatem propriam. Primus eſt laudabilis, quia virtus: ſecundus vituperabilis, quia peccatum: tertius nec laudabilis, nec vituperabilis, quia naturalis eſt. Similiter diſtinguitur triplex timor, ſcilicet naturalis, gratuitus, libidinoſus. Naturalis eſt paſſio, id eſt primus motus, et in teſtimonium humanitatis veræ fuit in Domino Ieſu Chriſto: gratuitus multiplicatur in ſeruilẽ, initialem, et filialem, de quibus alibi dicetur, ſcilicet in libro de donis: libidinoſus, diuiditur in humanum, quo quis eligit peccare, ne lædatur in corpore, et mundanũ, quo quis eligit peccare, ne lędatur in poſſeſſione. Timore libidinoſo homo male humiliatur: timore gratuito bene: timore naturali nec laudabiliter, nec vituperabiliter. Item amore libidinoſo homo male accenditur: amore gratuito bene: amore naturali, indifferenter.

Amor triplex.

Timor triplex.

Peccatum ex ignorantia eſt auerſio voluntatis ignorantis, et perpetrantis, quod malum eſt, ab omni ſcientia Dei. Nota tamen, quòd aliud eſt peccatum ex ignorantia, aliud peccatum ignorantiæ. Peccatum ignorãtiæ, eſt omiſſio debitæ ſcientiæ: peccatum ex ignorantia, eſt peccatum, quod committitur ignoranter. Eſt ignorantia iuris, et ignorantia facti. Ignorantia facti duplex, aut adhibita debita diligentia, et hoc excuſat a toto: aut non adhibita debita diligentia, et hoc excuſat a tanto, et non a toto. Ignorantia iuris, quædam eſt

Ignorantia.

A vincibilis, quæ eſt culpa: hæc autem aut eſt vero conſenſu, vt ignorãtia affectata; et iſta ſic ex vna parte excuſat, et alia magis aggrauat: aut eſt ex negligentia, et ignauia, ſicut ignorantia craſſa, et ſupina, et iſta, et ſi aliquo modo excuſat, non tamen ſic excuſat, quin æterno igne ardeat, ſicut dicit Auguſtinus. Sic et ignorantia iuris inuincibilis poteſt eſſe duplex: aut enim eſt introducta per præambulam culpam, aut præter omnẽ culpam. Si præter omnem culpam, aut ſimpliciter priuat cognitione iuris, ſicut in infantibus, et furioſis, qui omnino carent vſu rationis, et hæc excuſat a toto: vnde dicit Bernardus, quòd paruulis, infantibus, et dormiẽ- B tibus nihil imputatur, quod faciunt: aut non tollit omnino vſum rationis, ſed ſemiplenũ, et tunc non excuſat a toto, ſed a tãto, ſicut in his, qui nõ plene ſunt furioſi, ſed habent aliquo modo aliqua interualla lucida, et in pueris, qui ſunt aliquo modo capaces pręcepti, licet nõ plene. Si autẽ ignorantia eſt introducta per præambulam culpam, ſicut in ebrio, et furioſo, quorum vterque præcipitauit ſe in hoc per culpam ſuam; ſic non excuſat a toto, ſed vt dicit Philoſophus: Ebrius habet duplices maledictiones, vnam pro culpa præcedenti, aliã pro culpa ſequenti. Non tamen proprie loquendo eſt dicendum, quòd ebrius aliquid perpetrans nouã cul- C pam committat, ſed ex conſequenti culpa, aggrauatur prima, vt videtur magis peritis, quamuis aliqui dixerunt, quòd præter culpam primam in ebrietate commiſſam, ſecundo committat nouam.

Ariſt. 3. eth. c. 5.

Peccatum ex induſtria, ſiue in Spiritum ſanctum, eſt auerſio volũtatis malignantis a ſummo clemente Deo. Cuius ſunt ſex differentiæ, ſcilicet deſperatio, præſumptio, impugnatio veritatis agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ, obſtinatio mentis, finalis impœnitentia. Quarum ſufficiẽtia accipitur ſic: Iſtud peccatum impugnat gratiam pœnitentialem, per quam fit remiſſio peccati a Deo intra Eccleſiaſticam vnitatem. Poteſt ergo im- D pugnare pœnitẽtiam in ſe, et ſic ſunt duæ ſpecies, quia pœnitentia facit reſilire a commiſſis, contra quod eſt obſtinatio mentis: facit etiam præcauere a committẽdis, contra quod eſt finalis impœnitentia, id eſt propoſitum numquam finaliter pœnitendi. Si autem impugnat gratiam pœnitẽtialem in comparatione ad Deũ, a quo datur, ſic eſt duplex ſpecies. Nam vniuerſæ viæ Domini, miſericordia, et veritas, ſiue iuſtitia. Miſericordiam impugnat deſperatio: iuſtitiam impugnat præſumptio. Si autem impugnat gratiam pœnitentialem in comparatione ad vnitatem Eccleſiæ, in qua recipitur, ſic eſt duplex peccatum. Nam vnitas Eccleſiæ E maxime conſiſtit in duobus, ſcilicet in fide, ſiue veritate, contra quam eſt impugnatio veritatis agnitæ: et in gratia ſiue charitate, contra quam eſt inuidentia fraternæ gratiæ.

Peccati in Spiritũ ſanctũ ſex ſpecies.

Pſal. 24. b

De idolatria, et hæreſi. Sectio XXVI.

SEquitur videre de diuiſione peccati, quæ eſt peccatum aliud in Deum, aliud in proximum, aliud in ſe ipſum. Peccatum in Deum, dicitur impietas: peccatum in proximum, iniquitas: peccatum in ſeipſum, impuritas.

F Primo videndum eſt de peccatis, quibus inhonoratur diuinæ maieſtatis omnipotentia, ſuperſtitione colendi, quę ſunt idolatria, ritus Iudaicus, ritus Saracenicus, apoſtaſia, ſchiſma, hæreſis. Idolatria eſt falſa, et ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuinæ in idolo. Idolatriæ duæ ſunt ſpecies. Vna in rebus naturalibus, alia eſt in rebus artificialibus, ſicut oſtenditur in libro Sapientiæ. Committitur autem tripliciter, ſcilicet proteſtatione cordis, vt credere de creatura, quòd ſit omnipotens, quòd eſt proprium creatoris: confeſſione oris, vt eſt non ſolum credere, ſed etiam verbis exprimere: exhibitione operis, vt fit in reuerentia, et in ſacrificijs.

Idolatria.

Sap. 13. a

Triplex eſt apoſtaſia, ſcilicet perfidiæ, cum quis recedit a fide, vt Iulianus apoſtata: inobedientiæ, cum quis

Apoſtaſia.

quis

Eccli. 10. b quis recedit a præceptis Eccleſiæ, et ſic: Initium ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare a Deo: irregularitans, cum quis recedit a religione clauſtrali, vel clericali. Apoſtaſia ſic poteſt deſcribi: Apoſtaſia eſt temerarius a ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel religionis receſſus.

Schiſma. Schiſma eſt illicita diſſenſio eorum, inter quos vnitas eſſe debet, vel illicitus ab vnitate diſſenſus. Omnis hæreſis eſt ſchiſma, ſed non conuertitur: hæreſis eſt receſſus a fidei veritate. Item differunt ſchiſma, et hæreſis: nam hæreſis addit prauum dogma, ſchiſma in fine confingit aliquam hæreſim. Poſt receſſum enim ab vnitate Eccleſiæ, ſequitur inobedientia in mandatis Eccleſiæ, in fine vero ſequitur aſſertio, quòd non eſt obediendum Eccleſiæ.

Hæreſis. Hæreſis idem eſt, quòd diuiſio, et ſic dicitur hæreſis propriiſſime receſſus a fide: proprie, falſa interpretatio ſcripturarum: minus proprie, excommunicatio. Secundum hoc hæreticus dicitur multipliciter: vno modo ſecundum Auguſtinum hæreticus eſt, qui alicuius temporalis lucri, et maxime gloriæ principatusq. ſui gratia, falſas opiniones de fide, ac nouas gignit, aut ſequitur. Gignit, vt hæreſiarchæ, Sabellius, et Arrius: ſequitur vt Sabelliani, et Arriani decepti per tales. Secundum Hieronymum poteſt hæreticus appellari, licet ab Eccleſia non deceſſerit, qui aliter intelligit ſcripturam, quàm ſenſus Spiritus ſancti expoſtulat. Tertio dicitur hæreticus quicumque a Sacramẽtis Eccleſiæ, vel communione fidelium eſt diuiſus, vt excommunicatus, ſeu ſubuerſor Eccleſiæ, ſeu ſubriſor Sacramentorum, vnde ſimoniacus hæreticus reputatur.

Aug. lib. de vtil. cred. ad Honor. in prin. to. 6.

Hieron. in Epiſtol. ad Galat. c. 5. poſt med. to. 6.

De interdicto, et duabus ſpeciebus excommunicationis. Sectio XXVII.

SEquitur de hæreſi, quæ eſt excommunicatio, diffuſius videre in ſpeciali: et primo de interdicto, quod eſt excommunicationis initium. Ad quod notandum, quòd nomine cenſuræ Eccleſiaſticæ intelligitur ſententia interdicti, excommunicationis, et ſuſpenſionis. Proprie autem excommunicatur perſona, a communione Sacramentorum, et fidelium ſeparata. Suſpenditur etiam perſona quandoque ab officio, quandoque a beneficio, quandoque ab vtroque. Interdicitur locus, vtputa ciuitas, villa, vel caſtrum.

Cenſuræ Eccleſiaſticæ.

In generali interdicto debent iſta conferri ab Eccleſia: Baptiſmus paruulorum, morientibus pœnitentia, peregrinis crucem accipientibus, ob reuerentiam crucifixi, non eſt pœnitentia deneganda. Poteſt Epiſcopus baptizatos paruulos confirmare, ſemel in menſe, vel ſeptimana; populum interdictum cauſa prædicationis ad Eccleſiam conuocare. Item morientibus, ſi digne pœniteant, poteſt Euchariſtia miniſtrari. Clerici decedentes, ſine pulſatione campanarum, ceſſantibus ſollemnitatibus, cum ſilentio in cemæterio ſepeliri poſſunt, ſi bene ſeruauerunt interdictum. In conuentualibus Eccleſijs, bini, vel tres ſimul horas canonicas poſſunt legere, non cantare, ianuis clauſis, et interdictis excluſis: et hoc ita demiſſe, quòd exterius non poſſint audiri. Ex quo colligitur, quòd interdicti, et multo fortius excommunicati, non debent horas extra Eccleſiam auſcultare. Pleriſque tamen religioſis indultum eſt, vt ianuis clauſis, et interdictis excluſis, poſſint ſimul celebrare diuina, quod hodie ad Epiſcopos extenditur, niſi ſpecialiter eis prohibeatur.

Excommunicatio. Excõmunicatio vero eſt animaduerſione gladij ſpiritualis Eccleſiæ a communione Sacramentorum, et fidelium ſeparatio. Excommunicationis duæ ſunt ſpecies: vna, quæ dicitur maior, excludens a Sacramentis, et legitimis actibus fidelium, hoc verſiculo comprehenſis:

Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Alia, quæ dicitur minor, ſeparans a Sacramentis. Item excommunicatio, quædam infligitur a iure, et hæc eſt conſeruatiua: quia licet videatur eſſe ad liber- A tatem Eccleſiæ conſeruandam, principalius tamen eſt ad culpam præcauendam: quædam infligitur a iudice, et hæc eſt curatiua: nam licet videatur eſſe propter emendam faciendam, principalius tamen eſt propter contumaciam confringendam. Pœna ſuſtinentis excommunicationem eſt multiplex, quæ in hoc verſu continetur.

Gratia ſubtrahitur, magis, ac magis obice rupto.
De vitio cadit in vitium, ſuffragia perdit.
Eccleſia ſatanæ venundus traditur ille.
Quem ligat ex proprijs anathematis vltio culpis.

Circumſtantia vero præſeruans perſonam partici- B pantem cum excommunicato, ne excommunicationis vinculo inuoluatur, eſt multiplex, vt his verſibus continetur:

Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.
Hæc anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.

Vtilitas, communicantis, vt quando petit quod ſibi debetur: excommunicati, vt quando ſecum tractat de correctione. Lex, matrimonij, quæ ligat virum, et vxorem. Humile, vt filij non emancipati, ſerui, ancillæ, ruſtici, mancipijs, et alijs obnoxijs aſtricti. Res ignorata, vt quando neſcitur eſſe excommunicatus, cum quo participatur. Neceſſe, vt peregrini, et pau- C peres, ac ceteri viatores.

De duabus regulis generalibus circa excommunicationem. Sectio XXVIII.

CIrca excommunicationẽ nota duas regulas generales. Prima eſt hęc: quicumque in clericum vel in perſonam Eccleſiaſticã, manus injicit temere violẽtas, excommunicatus eſt. Hoc fallit in quattuordecim caſibus. Primus eſt in apoſtata percuſſo, qui clericus ignoratur: ſecundus eſt in apoſtata admonito, ſe non corrigente: tertius eſt in eo, qui gerit procurationem, et D adminiſtrationem ſæcularium perſonarum: quartus eſt in eo, qui ex loco injicit manus in clericum: quintus in magiſtro, qui cauſa diſciplinæ verberat clericũ: ſextus in eo, qui vim ſibi illatam a clerico vi repellit: ſeptimus in eo, qui clericum deprehendit cum vxore, matre, vel ſorore, aut filia commiſceri: octauus in eo, qui auctoritate ſuæ prælationis, vel de mandato prælati, manus injicit in clericum: nonus in ſenioribus Eccleſiæ: decimus in dominis: vndecimus in patribus familias: duodecimus in propinquis: tertiuſdecimus in eo, qui manus in clericum injicit depoſitum, et curiæ traditum: quartuſdecimus, cum clericus trãſ- E fert ſe ad vitam clericatui prorſus contrariam, vt quando fit miles, vel contrahit bigamiam.

Caſus ab excõmunicatione excepti in clericis percuſſione.

Secunda regula eſt hæc: Quicumque eſt excommunicatus propter manus iniectas in clericum violentas, pro abſolutione ad ſedem Apoſtolicam eſt mittendus. Hoc autem fallit in quindecim caſibus. Primus eſt, quando percuſſor eſt in mortis articulo conſtitutus: ſecundus caſus eſt in eo, qui iuſtam excuſationem habet, vt inimicitias capitales: tertius eſt in oſtiario, qui neceſſitate officij ſui aliquem clericum non enormiter percuſſerit: quartus in infirmo: quin- F tus in paupere: ſextus in ſenectute depreſſo: ſeptimus in clauſtrali, qui enormem non intulit læſionem: octauus in muliere: nonus in eis, qui ſui iuris non ſunt: decimus in his, qui ſunt magnæ potentiæ, et nimium delicati, ita vt laborem in eundo ad curiam non poſſint ſuſtinere: vndecimus in his, qui non grauem læſionem, ſed leuem, vel modicam iniuriam intulerunt clericis: duodecimus in impubere, ſiue ante pubertatem, ſiue poſt poſtulet ſe abſolui: tertiuſdecimus in ſeruo, de cuius abſentia dominus nimium grauaretur, vel cum ipſe ſeruus verberaret clericum, vt materiam habeat euadendi: quartuſdecimus de monialibus: quintuſdecimus in omnibus communiter viuentibus.

Caſus, in quibus percuſſor ſedem Apoſt. adire non tenetur.

De diui-

De diuinatione. *Sectio XXIX.*

SEquitur videre de peccatis, quibus inhonoratur diuinæ ſapientiæ altitudo, ſuperſtitione ſciendi, quæ ſunt ſortilegium, et diuinatio. Ad cuius mali notitiam, eſt videndum quid ſit diuinatio, quæ ſunt eius ſpecies, vtrum omnis diuinatio ſit prohibita.

Diuinatio quid et quotuplex.

Diuinatio ſic deſcribitur: Diuinatio eſt ſuperſtitioſa inueſtigatio præſcientiæ futurorum. Cuius quinque ſunt ſpecies, ſcilicet mantia, maleficium, ſortilegium, augurium, præſtigium. Mantia, dicta eſt a Mante, quæ in ea præualuit: et hæc habet quinque ſpecies, ſcilicet necromantiam, quæ eſt diuinatio facta in cadaue- B ribus mortuorum, a necron, quod eſt mortuus, et mantia, diuinatio: geomantiam, quæ eſt diuinatio facta in terra, a Gea, quod eſt terra, vt in circulo: hydromantiam, quæ eſt diuinatio facta in aqua, ab hydor, quod eſt aqua, vt in aqua pluuiali: aeromantiam, quæ eſt diuinatio facta in aere, vt in cõtemplatiuis circulis: pyromantiam, quæ eſt diuinatio facta in igne, a pyr, quod eſt ignis. Iſtæ ſunt ſpecies mantiæ. Maleficium eſt perioa, per quam mulieres faciũt aliquas ligaturas in damnum, vel incommodum alicuius, vt de criſta galli, et de rana, et de imagine cum eis. Sortilegium, eſt ratio diuinandi per ſortes. Vſus huius di- C uinationis fuit in veteri teſtamento. Sorte etiam vſi ſunt Apoſtoli, ante Spiritus ſancti plenitudinem. *Act. 1. d* Augurium eſt ratio diuinandi per garritus auium, vel geſtus, vt per volatum. Præſtigium eſt, per quod diabolicis illuſionibus oculi hominum perſtringũtur, ne poſſint cernere quod verum eſt, ſed phantaſtica figmenta, vt faciunt incantatores. Præter hos modos, ſunt alij multi, et plures, qui quotidie per diabolum adinueniuntur.

Eſt etiam diuinatio facta in varia inſpectione pſalterij, et Euangelij. Eſt et diuinatio, quæ futura præ- D dicit in fatis, et conſtellationibus, dicta matheſis, media producta. Eſt et diuinatio facta per aurarum, vel aſtrorum inſpectionem, dies, et horas cuſtodiens in agendis, et dicitur auruſpicium. Eſt quæ exta, vel inteſtina pecudum inſpicit. Eſt quæ in aris idolorum a dæmonibus reſponſa accipit. Dicitur autem ariolus diuinator in aris. Eſt quæ ſomnia obſeruat. Coniectur rator, dicitur obſeruator in ſomnijs. Augur, in garritu auium. Maleficus immolans dæmonibus pueros, vel ſaltem luſtrans, magus alio nomine dictus. Incantator eſt præſtigioſus fallens oculos intuentium. Phyto eſt ventiloquus per ſpiritum malignum loquens, a E Phitone, vel Phitio, id eſt Apolline dictus. Diuinus, id eſt auruſpex, id eſt inſpector aſtrorum. Auſpex, qui volatum auium aſpicit. Augur, qui voces audit auium. Extiſpex, qui exta, id eſt inteſtina pecudum inſpicit. Aſtrologus, qui in aſtris auguratur. Genethliacus, qui mores hominum prædicere conatur, ſecundum ſigna ſub quibus homines naſcuntur. Hic vulgo mathematicus vocatur, cuius ſuperſtitio conſtellatio dicitur a latinis. Horoſcopus, qui per horas natiuitatem hominum ſpeculatur diuerſo, et diſſimili facto. Sortilegus eſt, qui ſub nomine fictæ religionis, diuinationis ſciẽ- F tiam profitetur, vel ex inſpectione aliquarum ſcripturarum prædicit futura. Saliator, qui dum quæcumque pars membrorum ei ſalierit, exinde aliquid proſperum vel triſte ſignificari prædicit.

Omnis diuinatio damnabilis.

Eſt autem omnis diuinatio deceptio, et deluſio diabolica, ideo maledicta a Deo, et ab Eccleſia interdicta. Nec poteſt ea ex voluntario commercio quiſquã vti, ſine peccato. Aut enim eſt ibi peccatum infidelitatis, dum aliquid diuinum diabolo attribuitur, quod Dei eſt: aut eſt peccatum idolatriæ, vtpote in oblationibus, et ſacrificijs: aut eſt peccatum inobedientiæ, quia fit contra prohibitionem Dei, et Eccleſiæ. Talis autem prohibitio eſt ſancta, quia talis peccat in ſeipſum, dum diſcrimini ſe committit: peccat in maieſtatem diuinam, dum recurrit ad diabolum, quaſi non A ſit omnipotens, omniſciens, benignus Deus chriſtianorum: peccat in Eccleſiam, cum commercium habeat cum illo, qui omnino præciſus eſt ab Eccleſia, et eidem aduerſatur.

De hypocriſi, ſimonia, et ſacrilegio. *Sectio XXX.*

SEquitur videre de peccatis, quibus vilipenditur ſanctitas bonitatis diuinæ peruerſitate vtendi: quod fit tripliciter, ſcilicet apparentis ſanctitatis ſimulatione, vt in hypocriſi: abuſione doni gratuiti, vt in ſimonia: violatione loci ſacri, vt in ſacrilegio.

Hypocriſis qd, et quotuplex.

B Primo de hypocriſi ſunt videndæ notificationes, et differentiæ. Hypocriſis ſic diffinitur a Rabano: Hypocrita eſt, qui vult videri, quod non eſt, ſcilicet bonus, quaſi alterius perſonæ repræſentator. Item aliter diffinitur: Hypocrita eſt, qui vult videri bonus, cum non ſit. Item aliter: Hypocriſis eſt vitium clauſum, ſimulatione virtutis palliatum. Poteſt etiam hoc modo diffiniri: Hypocriſis eſt vitium, quo quis vult videri bonus inordinate. Species hypocriſis ſecundum Richardum ſunt quattuor, ſcilicet affectatio dignitatis, affectatio libertatis, affectatio auctoritatis, affectatio poteſtatis. *Richar. de erudit. interi. homi. c. 19. par. e* Secundum Gregorium, Pardus in Da- C niele habens quattuor alas, hypocrita habẽs quattuor ſpecies. *Dan. 7. b* Prima eſt iactantia de bono manifeſto: ſecunda ſimulatio de bono occulto: tertia excuſatio de malo manifeſto: quarta diſſimulatio de malo occulto.

Simonia.

Simonia, eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi aliquod ſpirituale, vel ſpirituali annexum. Hæc autem contrahitur tripliciter ſecundum Gregorium, ſcilicet munere a manu, quod eſt pecunia: munere ab obſequio, quod eſt ſeruitus indebite impenſa: munere a lingua, quod eſt fauor. *Greg. hom. 4. in Euãg. longe poſt med.* Tres autem ſunt differentiæ materiales ſimoniæ. Prima eſt quando venditur ſpirituale, ſicut ſunt Eccleſiæ Sacramenta: ſecunda eſt, D quando venditur annexum ſpirituali, vt eſt præbenda, quæ ratione conſanguinitatis ſiue pretij, vel fauoris datur, et obtinetur indigne: tertia eſt, quando venditur ſpirituale, et annexum ſpirituali, vt eſt prædicatio.

Sacrilegiũ.

Sacrilegium eſt ſacræ rei violatio, vel eiuſdem vſurpatio, quaſi ſacrilædium. Committitur autem ſacrilegium aliquando ratione perſonæ, vt cum religioſus, vel clericus verberatur. Quandoque ratione loci, vt quando Eccleſiæ, vel cœmeterij immunitas violatur. Quandoque ratione rei, vt quando res ſacra, vel ſacro E vſui deputata vſurpatur. Circa quod eſt diſtinguendum, quia ſacrilegium committitur aut auferendo ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro, aut non ſacrum de ſacro.

De rapina, furto, vſura, homicidio, et ſcandalo. *Sectio XXXI.*

Tripliciter in proximũ peccamus.

SEquitur videre de peccatis, quæ committuntur in proximum, quorum tria ſunt genera. Quibuſdam enim læditur proximus in poſſeſſione, quæ ſunt rapina, furtum, vſura. Rapina eſt manifeſta, et violenta F alienæ rei contrectatio. Furtum eſt occulta, et ignorante domino, et inuito alienæ rei contrectatio. Vſura eſt ſub ſpecie negotiationis, domino ſciente, alienæ rei contrectatio. Quibuſdam etiam læditur in perſona, vt in homicidio, et in bello.

Eſt autem homicidium hominis occiſio ab homine facta. Duplex eſt autem homicidium, ſcilicet ſpirituale, et corporale. Spirituale eſt, quo quis occiditur ſpiritualiter, quod fit duobus modis, ſcilicet odiendo: nam qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, *1. Ioan. 3. c* et detrahendo: lingua enim detractoris eſt gladius acutus. Corporale vero homicidium eſt, quo quis corporaliter occiditur, quod etiam fit duobus modis, ſcilicet lingua, et opere. Lingua tripliciter, ſcilicet præcipiendo, conſulendo, et non defendendo. Opere quadrupliciter, ſcilicet

ſcilicet iuſtitia, caſu, neceſſitate, et voluntate. Quibuſdam vero læditur in mente proximus, vt ſunt ſcādala.

Scandalum

Eſt autem ſcandalum, dictum vel factum minus rectum, præbens alijs occaſionem ruinæ. Scandalon græce, latine, obex. Sicut ad obicem in via poſitum læditur pes euntis: ſic dictum vel factum minus rectum eſt obex infirmis in via morum. Scandalum aliquādo dicitur obex, ſcilicet dictum, vel factum minus rectū. Aliquando dicitur actio, ſiue impactio illius, qui ſcandalizat. Aliquando dicitur caſus, et ruina illius, qui ſcandalizatur. Vnde verſus:

Scandalum æquiuocat, obex, impactio, caſus.

Eſt autem duplex differentia ſcandali. Eſt enim ſcādalum actiuum, et paſſiuum. Actiuum, quo quis alij dat occaſionem ruinæ ſpiritualis: paſſiuum eſt ipſa ruina facta ad obicem mali exempli alterius, vt cum fornicatur quis exemplo alterius. Ad ſciendum autem, quæ ſunt propter ſcandalum omittenda, duæ regulæ ſunt notandæ. Vna eſt Bernardi, alia Hieronymi. Regula Bernardi eſt hæc: Peccamus ex infirmitate, vel ignorantia, ex certa etiam interdum malitia, cauendum eſt, ne quid faciamus, quod ſit in ſcandalum alicuius. De talibus dicit Dominus Petro: Ne autem ſcandalizemus eos, etc. In tertio vero caſu cum ſcandalum procedit ex certa malitia, non propterea eſt omittendum opus vel ab opere deſiſtendum. Vnde dicit Dominus de Phariſæis ſcandalizatis ex malitia: Sinite eos, cæci ſunt, etcet. Regula Hieronymi eſt talis: Omne quod poteſt fieri, vel non fieri ſalua triplici veritate, omittendum eſt propter ſcandalum. Non eſt autem omittenda veritas vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ, propter ſcandalum euitandum. Veritas vitæ pertinet ad omnes, comprehendens præcepta, prohibita, et conſilia. Veritas doctrinæ pertinet ad ad prædicatores, et magiſtros. Veritas iuſtitiæ pertinet ad prælatos, comprehendens duas partes iuſtitię, ſcilicet ſeueritatem in puniendo malos, et reos, et liberalitatem in ſuſtinendo iuſtos.

Mat. 17. d

Mat. 15. b

De peccato luxuriæ, et gulæ. Sectio XXXII.

SEquitur videre de peccatis, quibus peccat quis in ſeipſum, quæ ſunt duo, ſcilicet peccatum luxuriæ deordinans generatiuam, et peccatum gulæ deordinans nutritiuam. Peccata, quæ accidunt ex deordinatione generatiuæ, ſunt iſta, ſcilicet pollutio nocturna, luxuria in propria vxore, fornicatio ſimplex, meretricium, raptus, adulterium, inceſtus, vitium contra naturam. Peccata ex deordinatione nutritiuæ dupliciter committuntur, manducando, et ſic dicitur guloſitas; et bibendo, et ſic dicitur ebrietas. Quod ſit quinque differentijs, vt ſupra dictum eſt, hoc verſu comprehenſis:

Dupliciter in noſipſos peccamus.

Præpropere, lautè, nimis, ardenter, ſtudioſe:

Sup. ſect. 23.

Suppoſito, quòd coitus coniugalis poſſit eſſe peccatum, videndum eſt per diſtinctionem, quis coitus coniugalis eſt peccatum, et quis non, et quis venialis, et quis mortalis. Nota ergo, quod coitus coniugalis alius eſt licitus, alius eſt fragilis, alius eſt impetuoſus. Licitus eſt triplex. Quidam fit cauſa prolis generandæ ad cultum diuinum, et hic eſt theoſebiæ virtutis, quæ dicitur pietas. Quidam cauſa reddendi debitum, et hic eſt iuſtitiæ. Quidam cauſa fornicationis vitandæ, et hic eſt cautelæ: de quo Apoſtolus: Vnuſquiſque habeat ſuam vxorem, propter fornicationem, vitandam ſupple. Fragilis ex fragilitate proueniens, cum quis in vxore quærit coniugalem delectationem, non cauſa prolis habendæ, nec debiti reddendi, nec fornicationis vitandæ, ſed cauſa delectationis in coniuge. Et diſtinguitur, aut illa delectatio amatur citra Deum, et tunc culpa eſt venialis: vel amatur pluſquam Deus, vel æque vt Deus, et tunc peccatum eſt mortale. Impetuoſus eſt, qui ex libidine ſola proueniens, metas honeſtatis, et rationis excedit. Et ideo mortalis eſt quinque modis. Primo quando fit propter ſatiandam libidinem, per blanditias meretricias: ſecundo, quando fit præter naturalem modum: tertio, quando fit in tempore prohibito: quarto, cum fit in loco prohibito: quinto, cum accedit vir ad prægnantem mulierem vicinam partui, aut in fluxu menſtruo laborantem.

1. Cor. 7. a

A

Simplex fornicatio eſt luxuria, qua ſolutus cum ſoluta naturali vſu feminæ commiſcetur: ita quod ſolutus excludit vinculum matrimonij, conſanguinitatis, affinitatis, ordinis, voti, religionis: et hoc cum muliere ſoluta, quæ vnius, vel paucorum libidini ſe exponit. Meretricium eſt commercium nefarium cum muliere, quæ multorum paret libidini. Nam meretrix propriè dicta eſt mulier, quæ multorum libidini ſe exponit. Adulterium eſt alterius thori violatio. Inceſtus eſt lubricum carnis contra conſanguinitatem, affinitatem, votum, commiſſum, de quibus ſupradictum eſt.

B

Sup. ſect. 24.

De paſſionibus ſiue proprietatibus peccatorum. Sectio XXXIII.

AD clariorem expeditionem prædictorum, poſtremo videndum eſt de paſſionibus, ſiue proprietatibus peccatorum. Sciendum eſt ergo, quod ad peccatum quædam ſunt antecedentia, quædam circumſtantia, et quædam ſubſequentia. Antecedentia quædam ſunt ex parte auerſionis, quædam ex parte conuerſionis. Ex parte auerſionis a Deo, ſunt contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia, et præuaricatio. Ex parte conuerſionis ad creaturam, ſunt libido, concupiſcentia, delectatio, conſenſus in peccatum, et praua intentio. Subſequentia ſunt macula, et reatus. Circumſtantia ſunt illa, quæ circumſtantias nominamus. Auerſionem a Deo comitantur contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia, et præuaricatio. Nam voluntas ad Deum conuerſa, et Deo conformis, vult quod Deus vult, et non vult quod Deus non vult, et hoc debet fieri. Tum quia voluntas Dei ſuperior eſt ſimpliciter, voluntas rationalis creaturæ inferior; et ideo tenetur ſequi ſuperiorem: quod ſi non facit, dicitur contemnere. Tum quia dignum eſt facere, quidquid Deus vult fieri: et ideo cum auertimur, dicimur omittere. Tum quia iuſtum eſt, propter accepta beneficia, obſequium impendere: vnde cum auertimur a Deo, dicimur ingrati. Tum quia ipſe eſt Dominus, et nos ſerui: ideo tenemur facere quidquid nouimus, ipſum velle, quod cum non facimus, dicimur inobedientes, et præuaricatores: ſed inobedientes, quia auertimur a voluntate Dei: præuaricatores, quia transgredimur legem eius. Et nota, quòd in voluntate auertente ſe a Deo contemptus, omiſſio, ingratitudo, inobedientia, et præuaricatio, idem ſunt ſecundum rem, differunt autem ſecundum rationem. Nam contemptus reſpicit Dei potentiam: omiſſio, ſapientiam: ingratitudo, beneficium: inobedientia, præceptum: præuaricatio, legem. Et ſic ſecundum iſta, receſſus eſt in frequenti auerſione a Deo: elongatio vero eſt in obduratione.

C

D

E

Conuerſionem autem voluntatis ad creaturam comitatur libido, quæ eſt improbitas voluntatis, bonum creatum præeligens, et deſerens increatum. Quam ſequitur concupiſcentia, quæ eſt primus motus ex fomite proueniens in ſenſualitatem, tendens ad delectationem illicitam. Tunc ſequitur delectatio, cum inferior pars rationis condelectatur. Tertio eſt conſenſus, cum ſuperior pars rationis non contradicit, ſed aſſentit. Iſte triplex ſtatus, deſignatus eſt in prima tentatione, per ſerpentem, mulierem, et virum. Deinde reſtat operis conſummatio, vel adhuc eſt praua intentio: nam intentio eſt ad opus. Et ſic ex parte cōuerſionis, actuale peccatum antecedit libido, cōcupiſcentia, delectatio, conſenſus in peccatum, et praua intentio.

Quæ peccatum præueniant.

F

Circum-

Circumſtã-tiæ.

Circumſtantiæ vero dicuntur, quæ peccatum circumſtant, quæ nos circumſtantias appellamus. Eſt autem circumſtantia, proprietas perſonæ, vel negotij, ex ſe pertinens ad laudem, vel vituperium, vel diminuendo, vel augendo, vel in aliud genus peccati trahendo. Proprietas perſonæ eſt, vt quia pulcher eſt homo, ſapiens, bonus, et cetera huiuſmodi. Et talis proprietas reſpondet ad quæſtionem factam, per quis. Proprietas negotij eſt, quæ pertinet ad opus, et eſt genus operis: vt quia fecit hoc, vbi fecit, quare fecit, quo tempore fecit, et quo modo fecit. Quæ in hoc verſiculo continentur:

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quo modo, quãdo.

Quæ poſſunt in quattuordecim differentias explicari, his verſibus comprehenſas.

Aggrauat ordo, locus, perſona, ſcientia, tempus.
Ætas, conditio, numerus, mora, copia, cauſa.
Et modus in culpa, ſtatus altus, lucta puſilla.

Ex his autem, quinque reſpiciunt perſonam, ſcilicet, ſcientia, ætas, conditio, ordo, et ſtatus. Tres reſpiciunt crimen, ſcilicet, copia, cauſa, lucta puſilla. Duæ ſunt adiacentes, ſcilicet locus, et tempus.

Quæ peccatum ſequãtur.

Ad peccatum vero ſequentia ſunt macula, et reatus. Anima enim cum ad creaturam conuertitur, ſecundum Auguſtinum, obtenebratur, peioratur, et deſtruitur. Iſta autem obtenebratio, peioratio, et deſtructio, idem ſunt quod deformitas imaginis Dei, ſiue diminutio naturalis boni, ſiue macula, quia ex cõtactu ſpirituali inferiorum, qui eſt per amorem inordinatum, ſordidatur imago Dei in nobis, et polluitur. Reatus vero ſequitur peccatum, ratione auerſionis: quia tantum bonum eſt Deus, ſicut dicit Auguſtinus, vt nulli bene ſit, qui ab eo recedit. Sicut ergo ex conuerſione ad creaturam eſt macula: ſic ex auerſione a Deo eſt reatus, qui eſt obligatio ad pœnam. Peccatum quippe pertranſit actu, ſed remanet reatu: peccatum ſcilicet actuale.

In ſent. ex Auguſt. de corp. ſent. 289. to. 3.

CENTILOQVII

SECVNDA PARS,

Quæ recipit ſeptem Sectiones.

De vulneratione naturalium. *Sectio I.*

POſtquam viſum eſt de malo, prout tenet rationem culpæ, videndum eſt de malo, inquantum tenet rationem pœnæ. Eſt ergo notandũ, quòd malum, ſiue peccatum, punitur pœna multiplici in præſenti, et etiam in futuro. In præſenti autem punitur, quantum ad animam, et quantum, ac corpus. Quantum ad animam punitur in vulneratione naturalium, et expoliatione gratuitorum.

Pœna peccati.

Vulnera, quibus vulnerata eſt anima propter peccatum, ſunt quattuor ſecũdum Bedam. Dicit enim quòd quattuor ſunt nobis inflicta propter peccatum Adæ, ſcilicet infirmitas, ignorantia, malitia, et concupiſcentia ex his contracta, et conflata. Quorum ſufficientia ſic accipitur. Anima ſicut dicit Auguſtinus, eſt media inter Deum, et creaturas. Deus autem eſt omnipotẽs, omniſciens, ſumme bonus, eſſentia indiuiſus. Potentia attribuitur Patri: ſapientia, Filio: bonitas, Spiritui ſancto. Indiuiſio ad Patris, et Filij, et Spiritus ſancti pertinet vnitatem. Auertens ergo ſe a Deo anima, et ad creaturas tranſiens per amorem, deſerendo potentiam, qua poteſt, quidquid poteſt, incurrit infirmitatem: deſerendo ſapientiam, qua ſcit, quidquid ſcit, incurrit ignorantiam: deſerendo bonitatem, qua valet, quidquid valet, incurrit malitiam: deſerendo ſubſtantiam indiuiſam, incurrit concupiſcentiam: qua

Beda.

Nota.

A homo diuiditur in ſeipſo, et a ſeipſo, intantum vt voluntas ſenſualitatis, voluntati non ſubiaceat rationis. Non enim quod volumus, hoc facimus bonum: cum caro aduerſus ſpiritum concupiſcat. Eſt autem infirmitas ex deſertione omnipotentiæ, impotentia reſiſtendi malis, vel difficultas in aggendis bonis. Ignorantia ex deſertione ſummæ ſapientiæ, eſt hebetudo ad cognoſcendum ea, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Malitia ex deſertione ſummæ bonitatis, eſt pronitas, vel inclinatio ad malum. Concupiſcentia ex deſertione indiuiſæ ſubſtantiæ, eſt corruptio diuidens appetitus, vt appetitus ſenſualitatis, ab appetitu rationis diſſentiat. B Peccauit ſiquidem per rationalem primus parens, ſcientiam indebitam appetendo: et ideo in rationali potentia eſt punitus per ignorantiam. Peccauit in concupiſcibili, appetendo cibum vetitum: et ideo in concupiſcibili eſt punitus per caſum in malitiã, quæ dicitur pronitas ad malum. Peccauit in iraſcibili, appetẽdo indebitam poteſtatem: et ideo in iraſcibili eſt punitus, cadendo in infirmitatem. Ex tribus autem prædictis, concupiſcentia eſt conflata. Hæc autem quadruplex pœna, vulnerans animam, per originale peccatum ad poſteros eſt tranſmiſſa.

Rom. 7. c
Gal. 5. c

C *De ſpoliatione gratuitorum.* *Sectio II.*

SEquitur videre de ſpoliatione gratuitorum, qua punitur anima propter peccatum. Eſt autem ſpoliatio gratuitorum, ſubtractio gratię gratum facientis, mortificatio meriti præcedentis, fruſtratio ſanguinis redimentis, iniuria angeli promouentis, inimicitia Domini præſidentis, deformatio diuinæ imaginis, honoratio dæmonis, ſeruitus peccati, reatus æterni ſupplicij, debilitatio liberi arbitrij, elongatio ſuperni beneficij, et prouocatio omnis creaturæ Dei in vltionem inimicorum creatoris ſui.

D Et quia, teſte Auguſtino, numquam eſt dedecus culpæ, ſine decore iuſtitiæ, nec eſt culpa commiſſa, ſine pœna permixta: ideo nota, quòd quædam ſunt ſic peccata, quod etiam ſunt pœna peccati. Speciali modo ſunt illa peccata, et pœna peccati, quæ habent adiũctam mæſtitiam, et dolorem, ſicut ſunt, inuidia, ira, gula, et accidia. Minus ſpecialiter dicuntur illa peccata, et pœna peccati, quæ habent adionctam metam depravationem naturæ, vel ignominiam, ſicut ſunt illa peccata, propter quæ dicitur homo, tradi in reprobum ſenſum. Generaliter vero peccata, et pœna peccati, dici poſſunt omnia peccata, quæ ſunt inter primam apoſtaſiam, et vltimam gehennæ pœnam. E Dicit enim Beatus Gregorius, quòd crimina criminibus vindicantur. Et peccatum, quod per pœnitentiam nõ diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Licet autem idem dicatur peccatum, et pœna peccati, nota tamen, quòd omnis pœna inquantum pœna, iuſta eſt, et a Deo eſt. Nulla autem culpa iuſta eſt, nec a Deo eſt, ſed tantum a liberæ voluntatis arbitrio. Pœna vero, quæ mere pœna eſt, a Deo eſt inflicta: quæ vero culpa eſt, vel ad culpam inclinans, eſt contracta, vel acta. Et ſic collige breuiter, quod triplex eſt pœna, ſcilicet acta, inflicta, et contracta. Acta eſt, quæ ſequi- F tur ad peccatum actuale: nam qui culpam mortalem committit, pœnam damni facit ſibi, quia gratiam Dei perdit. Pœna inflicta eſt, quam Deus non ſtatuendo, ſed iudicando, vel vindicando peccatori infligit. Pœna contracta eſt, quæ ſequitur ad peccatum originale.

Idem ſup. 3. par. Breuil. c. 10.
Rom. 1. c
Greg. li. 25 Mor. c. 9.
Pœna triplex.

De pœnis corporalibus. *Sectio III.*

SEquitur videre de pœnis quantum ad corpus, quas homines propter peccata patiuntur. Patiuntur autẽ homines propter culpam pœnas naturales: de quibus dicit B. Gregorius, quòd ſeptem ſunt ſagittæ naturam hominum moleſtãtes, ſcilicet frigus, calor, fames, ſitis, labor, morbus, mors. Hæ ſunt pœnæ naturales, et

generales, quæ e primis parentibus ad poſteros ſunt transmiſſæ, et in ipſis progenitoribus inchoatæ. Nam primi parentes, ſtatim poſt culpam ſenſerunt pœnam rebellionis, et erubeſcentiæ in carne: et poſt diuino iudicio vir incurrit pœnam laboris, et anguſtiæ, pœnam famis, et indigentiæ, pœnam mortis, et incinerationis. Mulieri autem duplicata eſt pœna: quia inflicta eſt ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna ſubiectionis ad virum in conuictu: Patiuntur etiam pœnas perſonales complures: plurimi enim filiorum Adam patiuntur in membris diminutionem, quidã ſuperfluitatem, quidã intrinſecam corruptionem, quidã extrinſecam deformitatem, quidam ſunt paralytici, quidam epileptici: et alij ſunt diuerſis infirmitatibus, et ægritudinibus, et ſpecialibus morbis oppreſſi: alij leproſi, alij a dæmonibus obſeſſi. Patiuntur quoque pœnas temporales: nã, teſte Oroſio, ab Adam vſque ad nos ſunt ſæcula tranſacta nunc bellis grauia, nunc morbis corrupta, nunc fame triſtia, nunc terrarum motibus terribilia, nunc inundationibus aquarum inſolita, nunc eruptionibus ignium metuenda, nunc ictibus fulminum, plagisq. grandinum ſæua, nunc parricidijs flagitijsq. miſera.

Idem ſup. 3. par. Breuil. c. 4.

Oroſ. hiſt. li. 1. in præf. ad Aur. Auguſt.

A B

De locis pœnalibus. *Sectio IIII.*

C

SEquitur videre, de pœna, qua punitur quis, poſt hãc vitam. Ad cuius rei notitiam, ſunt quattuor attendenda, ſcilicet diſtinctio locorum, apertio librorum, conflagratio ignium mundanorum, et triplicatio cruciatuum inflictorum.

Triplex locus, in quo puniuntur peccata poſt hãc vitam.

Triplex autem locus eſt, ſiue receptaculum, poſt hanc vitam ad peccata hominum punienda, ſecundum triplex genus peccati. Eſt enim locus purgatorius, et hic debetur peccato veniali: eſt limbus, et hic debetur peccato originali: eſt infernus, et hic debetur peccato mortali. Et creduntur eſſe ſub terra gradatim poſita iſta loca, quæ aliter diſtingui poſſunt, ſecundum differentiam quadrimembrem. Pœnalis enim locus dicitur alicui deputatus, aut ſecundum pœnam damni, et ſic eſt limbus: aut ſecundum pœnam ſenſus, et ſic eſt infernus. Vtrumque autem membrorum in duo diuiditur: nam qui pœna damni puniuntur, aut ſimpliciter, et æternaliter puniuntur, et hi ſunt in inferiori parte loci illius, qui dicitur limbus: aut puniuntur non æternaliter, ſed ad tempus, et hi erant in ſuperiori parte eiuſdem loci, qui dicebatur Abrahæ ſinus. Similiter qui pœna ſenſus puniuntur, aut ſimpliciter, et æternaliter puniuntur, et iſti ſunt in inferno proprie dicto: aut ad tempus puniuntur, et iſti ſunt in purgatorio.

D E

Purgatorius locus vbi ſitus.

Determinatur autem locus purgatorius ſecundum legem communem, et ſic credendum eſt, eſſe inferius non ſuperius, ſicut creditur de limbo. Determinatur etiam ſecundum diſpoſitionem diuinam, et ſic diuerſis diuerſa conceſſa ſunt loca: vel propter eorum celeriorem liberationem, vt poſſint alijs ſuam indigentiam reuelare: vel propter noſtram inſtructionem, vt cogitemus poſt hanc vitam, quàm magnum reſtare peccantibus cruciatum: vel propter alicuius ſancti impetrationem, ſicut legitur, ſanctus Patricius cuidam in quodam loco purgationem a Deo impetraſſe.

F

Idem ſup. par. 7. Breuil. c. 6.

Locus vero infernalis abſque dubio, eſt ſub terra deorſum, in quo omnes reprobi æternaliter affligentur, tam homines, quàm ſpiritus mali, ſub eodem igne materiali, qui ſemper affliget damnatos, nec conſumet, ſecundum exigentiam meritorum excruciãs omnes ſenſus. Nec ſolus ignis reprobos inflammabit, ſed et cetera elementa confuſa, et permixta, in reprobos conuertentur: ita quod erit ibi ignis ardens, aqua congelans, aer inquietus et perturbatus, et terræ fœtor. Vnde Gregorius: In inferno erit frigus importabile, ignis inextinguibilis, fœtor intolerabilis.

De apertione librorum. *Sectio V.*

Hæc ſup. par. 7. Breuil. c. 2.

SEquitur videre, de apertione librorũ, id eſt conſciẽtiarum, quæ fiet in iudicio. De qua apertione tenendum eſt, quod in iudicio ſingulis aderit vis diuina: qua fiet, vt omnia merita, vel demerita ſibijpſis, et alijs innoteſcant. Sibijpſis autem innoteſcent propria, vt in promptu habeant ſinguli cogitationes accuſantes, vel etiam defendentes. Reducentur etiam ad memoriam ſingulorum cogitationes, affectiones, et operationes, et intentiones, ad oſtenſionẽ diuinę iuſtitiæ ſecundum ſtatum illum, et ad oſtenſionem diuinæ miſericordiæ ſecundum ſtatum tranſactum, vel præteritũ. Ad oſtenſionem diuinæ iuſtitiæ in retribuendo ſingulis, ad memoriam reducẽtur bona, vel mala, in quibus finaliter permanſerunt: quia illa ſola digna ſunt retributione æterna. Ad oſtenſionem diuinæ miſericordiæ, de præterito rememorabuntur mala bonorum, a quibus ſunt miſericorditer liberati: et bona malorum, quæ eis Dominus miſericorditer operatus eſt. Non ſolum autem ſibiipſis, verumetiã ſingulis ſingulorum ſingula innoteſcent geſta, et cogitata bona et mala, et ex tunc nota erunt et aperta omnibus. Et hoc ad certam liberationẽ meritorum, quæ ſcitur in omnium actuum bonorũ, et malorum recognitione, ita vt ſinguli de ſingulis meritis aliorum valeant iudicare. Oſtenſio quippe malorum in bonis, erit ad manifeſtationem diuinæ miſericordiæ, prius ſibi factæ. Oſtenſio bonorum in eiſdem, erit ad manifeſtationem iuſtitiæ, qua digne a Deo præmiantur. Oſtenſio autem bonorum in malis, erit ad manifeſtationẽ diuinæ miſericordiæ, in hoc ſęculo ſibi factæ. Oſtẽſio vero malorum in eis, erit ad manifeſtationem iuſtitiæ, qua digne a Domino condemnantur.

Rom. 2. e

Aperietur nihilominus alius liber, qui eſt liber vitæ, Verbum ſcilicet incarnatum, cuius virtute omnia iſta fient, qui in forma deitatis non videbitur niſi a bonis. In forma humanitatis, in qua ſententia promulgabit, videbitur tam a malis, quàm a bonis, licet in eadem forma appareat terribilis reprobis, blandus iuſtis.

De igne conflagrationis. *Sectio VI.*

Idem ſup. par. 7. Breuil. c. 4.

DE igne conflagrationis iam modo eſt agendum. De hoc breuiter eſt tenendum, quòd ignis præcedet faciem iudicis, quo terræ facies exuretur: ita quòd figura huius mundi ignium conflagratione peribit, ſicut factum eſt aquarum inundatione diluuium. Sicut enim prius mundus deletus eſt per aquam, quæ eſt frigida, et purgatiua, contra ardorem, et fœtorem luxuriæ, qua illud ſæculum inficiebatur: ſic finalis mundus, per ignem, qui calidus eſt, et conſumptiuus finiri debet, contra teporem charitatis, et algorem, ſiue frigus auaritiæ: quæ maxime regnabit in ſæculi ſenectute. Et quia tunc hominis iniquitas punietur, neceſſe erit, terreri corda omnium peccatorum, qui vniuerſorum Dominum contempſerunt. Et quia habitaculũ debet conformari ſuo habitatori, tunc totus mundus perturbabitur, homine perturbato, ſicut ſtetit cum ipſo ſtante, et quodam modo cecidit cum labente. Quia etiam tunc iudicis ſeueritas oſtenditur, cum diuinum zelum accipiet omnis creatura, vt ſuo conformetur auctori: et ideo neceſſe erit, totius orbis cardines commoueri. Et quia nihil eſt intenſius, et velocius, et horribilius in agendo, et commouendo cetera elementa, quàm ignis, ex omni parte concurrens: hinc eſt, quòd ipſius iudicis faciem præcedet ignis, non ex vtraque parte tantum, ſed ex omni parte mundi: ita quod ibi erit concurſus ignis elementaris, terreſtris, purgatorij, et infernalis. Et tunc per infernalem reprobi adurentur: per purgatorium, iuſti purgabuntur: per terreſtrem, terræ naſcentia conſummentur, vtpote vegetabilia, et animalia: per elementarem omnia ſubtiliabuntur, et ad innouationis faciem diſponẽtur; et etiam cum hoc non ſolum homines, ſed etiã dæ-

Gen. 7. d

mones

mones turbabũtur, et tandem homines reprobi, et ſpiritus mali cum infernali igne in baratrum intrudẽtur.

De cruciatibus inferorum. *Sectio VII.*

Hac ſup. par. 7. Breuil. c. 6.

SEquitur videre iam ſeptimo, de tribulatione cruciatuum inferorum. Ad cuius rei notitiam eſt tenendum, quòd omnes actualiter peccantes, et in peccatis finaliter perdurantes, pœna triplici apud inferos punientur, ſecundum quod multimoda deordinatio eſt in mortali, et actuali peccato. In omni quippe mortali peccato eſt deordinata auerſio a ſumma luce, et bonitate: et huic debetur carentia viſionis Dei.

Damnatorũ pœna triplex.

B Eſt etiam deordinata conuerſio ad bonum commutabile: et huic debetur pœna materialis incendij. Eſt etiam tertio deordinatio voluntatis liberæ, contra dictamen rectæ rationis: et huic debetur vermis intrinſecus. Punietur etiam pœna æterna, ſecundum quod deordinatio in mortali peccato eſt perpetua. Peccatum enim, quod quis committit, et de quo numquam pœnitet, perpetuo in anima perdurat, et a vita perpetua, ſcilicet Deo, perpetuo ſeparat, et a voluntate procedit, quæ vellet in peccato perpetuo delectari. Et licet illa delectatio tranſiens, ſit momentanea, deordinatio tamen tenet rationem perpetuitatis: ideo pœna deordinationi reſpondens, debet habere carentiam finis: C vt ſicut homo in ſuo perpetuo non appoſuit finem, a peccato recedendo: ſic Deus in ſuo perpetuo non deſiſtat a puniendo. Et ſicut contra infinitum peccauit, ſic pœnam habeat infinitam. Et quia infinitam pœnã non poteſt habere intenſione, ſaltem infinitam pœnam habeat duratione. Et ſicut voluntas poſt mortem, malo adhæret ſine ſuſceptione pœnitentiæ: ſic Deus ſemper affligat ſine ſententiæ mutatione. Punietur nihilominus pœna acerba, ſecundum quòd deordinatio in peccato fuit libidinoſa. Delectatio enim libidinoſa puniri debet per pœnam afflictiuam. Et quia peccatores delectabiliter creaturæ adhæſerunt, D et creatorem contumaciter contempſerunt: ideo præcipitabuntur in locum infimum, et maxime a ſtatu gloriæ longinquum, ſcilicet in profundiſſimum infernũ; vbi exponentur affligendi infimæ naturæ, ſcilicet fæcibus corporum mundanorum, igne fumoſo, et ſulphureo concremandi, in illo igne inſeparabiliter alligandi, et ab eodem ſecundum exigentiam meriti æternaliter cruciandi, numquam tamen ſubſtantialiter conſumendi. Et ſic patet, quòd in pœnis damnatorum erit varietas: et cum varietate æternitas: et cum æternitate acerbitas.

E

CENTILOQVII

TERTIA PARS.

Quæ habet 57. Sectiones.

De eo, quod eſt frui, et vti. *Sectio I.*

DICTO de malo culpæ, quod eſt fugiendum, et de malo pœnę, quod eſt pertimeſcendum, videndum eſt de bono, et hoc dupliciter. F Primo ſub ratione meriti in viatoribus: ſecundo ſub ratione præmij in comprehenſoribus. Ad meritum viatorum ſpectat, cognoſcere, et diſcernere triplex bonũ, ᵃ ſcilicet bonum increatum, quod eſt Deus: procreatũ, quod eſt mundus: coniugatũ, quod eſt Chriſtus. Deus eſt creator: mundus creatura: Chriſtus creator, et creatura. Deo eſt fruẽdum, mundo eſt vtendum, Chriſti Dei felicitate eſt fruendum, Chriſti hominis conformitate eſt vtendum. ᵃSunt ergo res, quibus eſt fruẽdum, vt increatæ: ſunt quibus eſt vtendum, vt procreatæ: ſunt quæ fruuntur, et vtuntur, vt angeli, et homines.

Bonum triplex.

ᵃ Aug. lib. 1. de Doct. Chriſt. c. 3. to. 3. ex quo Mag. 1. ſen. d. 1. §. Id ergo.

A Res, quibus eſt fruendum, faciunt nos beatos: res, quibus eſt vtendum ad beatitudinem, adiuuant viatores: res, quę fruuntur et vtũtur, habent Chriſtum Deũ et hominem, vt contemplentur delectabiliter eius diuinitatem, et imitentur exemplariter eius humanitatem. Deitas Chriſti maxime beatificat angelos, et ſanctos etiam comprehenſores: humanitas vero eius, maxime lætificat, et ædificat homines adhuc viatores. ᵇ Eſt autem frui, alicui rei amore inhærere, propter ſe ipſam. Vti vero, eſt id, quod in vſum venerit, referre ad obtinendum illud, quod fruendum eſt. ᶜ Item fruimur B cognitis, in quibus ipſis volũtas delectata cõquieſcit. Vtimur vero eis, quę ad illud referimus, quo fruẽdum eſt. Itẽ aliter accipit hæc duò Auguſtinus dicens: ᵈ Vti, eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui, eſt vti cum gaudio, non adhuc ſpei, ſed iam rei. Videndum eſt ergo per ordinem de his tribus. Et primo, de Deo trino, et vno: ſecundo, de mundo ex creatura triplici conſtituto: tertio, de Chriſto, et triplici eius beneficio, ſcilicet doctrina, vel ſcriptura ſacra, gratia virtutum, et medicina ſacramentali.

ᵇ Idem ibi. c. 4. ex quo Mag. ibid.
ᶜ Idem lib. 10. de Tri. c. 10. to. 3. ex quo Mag. ibidem.
ᵈ Ibid. cap. 11. ex quo Mag. ibid. §. Notand.

Quid de Deo trino, et vno credendum eſt, et intelligendum, et exprimendum. *Sectio II.*

C DE Deo trino, et vno ſecundum fidem rectam, habemus credere, intelligere, et exprimere. Credere de pluralitate perſonarum in vnitate naturæ, hoc eſt, quòd in diuinis eſt vna natura, et tres perſonæ, ſcilicet Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus: quarum prima a nulla eſt: ſecunda a prima ſola eſt per æternam generationem: tertia a prima, et ſecunda eſt, per communem ſpirationem: ita quòd perſonarum Trinitas non præiudicat vnitati, nec eſſentiæ vnitas præiudicat Trinitati. Habemus quoque intelligere, quòd in diuinis, ſunt duæ emanationes: vna per modum naturæ, qua generatur Filius: alia per modum voluntatis, qua ſpi- D ratur, et procedit Spiritus ſanctus. Tres hypoſtaſes, vna Patris, vna Filij, vna Spiritus ſancti. Quattuor relationes, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio, et proceſſio. Quinque notiones, ſcilicet quattuor prædictæ relationes, et innaſcibilitas eſt quinta: ita quòd innaſcibilitas priuatiue, et paternitas poſitiue, ſunt duæ patris notiones. Filiatio eſt notio filij: ſpiratio actiua eſt cõmunis notio Patris, et Filij: proceſſio eſt notio Spiritus ſancti. Tres ſunt etiam proprietates perſonales, quæ his vocabulis exprimuntur, ſcilicet Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus. Habemus tertium myſterinm diuinitatis beatę exprimere, ſecundum duos modos prędicandi, E ſcilicet per modum ſubſtantię, et per modũ relationis. Omnia enim prędicamenta dicta de Deo, tranſeũt in ſubſtãtiam, excepta relatione, quæ ratione ſubiecti, in quo eſt, tranſit in ſubſtantiã, ne faciat compoſitionẽ: ratione vero termini, ad quẽ eſt, manet, vt faciat diſtinctionem, ſecundum tres modos ſupponendi, ſcilicet ſecundum modũ ſubſtãtiæ, notionis, et perſonæ, de quibus datur talis regula. Quod ſuppoſita eſſentia, nõ ſupponitur notio, vel perſona: et ſuppoſita notione, non ſupponitur perſona, vel eſſentia: et ſuppoſita perſona, nõ ſupponitur notio, vel eſſentia, ſecũdũ quattuor modos ſignificãdi ſubſtantiã, ſcilicet nomine eſſentię, ſub- F ſtantiæ, hypoſtaſis, et perſonæ. Horum quattuor exempla in creaturis ſunt, humanitas, quæ eſſentiam: homo, qui ſubſtantiam: aliquis homo, qui ſignificat hypoſtaſim, ſiue ſuppoſitum: Petrus, qui dicit perſonam, ſecundum quinque modos dicẽdi, ſiue quærẽdi, ſcilicet per quis, qui, quæ, quod, et quid. Quis, ratione ſubſtantiæ: qui, ratione hypoſtaſis: quæ, ratione notionis: quod, ratione ſubſtantiæ: quid, ratione eſſentiæ. Secundum tres modos differendi, ſcilicet ſecundum differentem modum exiſtendi, ſiue emanãdi, ſicut differt perſona, a perſona. Secundũ modum differentem ſe habendi: ſicut differt perſona, et eſſentia, quia perſona vna fertur

Sup. par. 1 Breuil. c. 2.
Vbi ſup. c. 3 et 4.
Duo modi prædicandi in diuinis.

fertur ad aliam, ſed eſſeotia non refertur. Secundum modnm iotelligendi, ſicut differt vna proprietas ſubſtantialis ab alia, vt bonitas, et ſapientia.

Qualiter Deus trinus, et vnus manifeſtat ſe in effectibus creaturæ. Sectio III.

Hæc ſup. par. 1. Breuil. c. 5.

DE Deo trino, et vno ſecundum fidem catholicam, eſt tenendum, quòd licet ſit incommutabilis inſenſibilis, incircumſcriptibilis, reddit tamen ſe per creaturas diuerſas, ideſt per effectus multiplices manifeſtum: ita quod in creaturis omnibus dicitur Deus eſſe, quantum ad naturam, et hoc tripliciter, ſcilicet per B eſſentiam, præſentiam, et potentiam: ita quòd extra immenſitatem diuinæ eſſentiæ nihil manet: propter limpiditatem diuinæ præſentiæ nihil latet: contra infinitatem diuinæ potentiæ nihil valet: et ſic eſſe competit beatiſſimæ Trinitati. Dicitur habitare io iuſtis, quantum ad gratiam, quæ eſt effectus beatiſſimæ Trinitatis, ad Deum reducens, et faciens oos habere Deum, et Deum haberi a nobis: ac per hoc Deus Trinitas in nobis dicitur habitare. Dicitur ſedere in beatis, quantum ad gloriam, ratione cuius Deos trinus in beatorum mentibus quietatur, io quorum poteſtatiua ſedet, vt æquitas: in cognitiua lucet, vt veritas: C in affectiua ardet, vt charitas. Dicitur apparere ſenſibiliter cum expreſſa ſignificatione. Sicut Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ apparuit ſuper Chriſtum: et in linguis igneis ſuper Apoſtolos. Et quia perſonæ diſtinctæ ſunt, diſtinctis poſſunt ſignari ſignis, ita quòd tres ſimul perſonæ, ſicut Abraam in tribus angelis dicitur apparuiſſe Trinitas perſonarum: poſſunt etiam duæ apparere, et quælibet ſingilatim dicitur deſcendere de cælis: et hoc cum effectus, tam ſpiritualis, quàm ſenſibilis inchoatione: qui quamuis in ſe immutabilis perſeueret, tamen de abſente, dicitur fieri nobis præſens, quando in nobis incipit habitare per donum gratuitum, quod non videmus, ſicut accidebat frequenter in Eccleſia primitiua. Dicitur mittere, ſiue mitti, D cum æterna productione. Pater ſiquidem mittit Filiũ, quando inſinuat, quòd procedit ab ipſo per æternam generationem. Pater et Filius mittunt Spiritum ſanctum, cum ioſinuant, quòd procedit ab ambobus per communem ſpirationem. Pater noo mittitur, quia a nullo procedit. Spiritus ſanctus non mittit perſonam, ſed mittitur, quia noo producit, ſed producitur. Filius vero mittitur, et mittit: quia producitur, et producit. Dicitur incarnari, per commercium diuinæ naturæ, et humanæ in perſonæ voione: quæ vnio facta E eſt tantum in perſona Filij, quam tamen eſt tota Trinitas operata.

Deus in qbus habitet, ſedeat, et appareat. — *Matt. 3. d et Io. 1. d* — *Act. 2. a* — *Gen. 18. a* — *Mitti, et mittere qd.*

De appropriatis patri. Sectio IIII.

Hæc ſup. par. 1. Breuil. c. 6.

DE Deo trino, et vno ſecundnm fidem catholicam, eſt teneodum, quòd licet omnia eſſentialia tribus perſonis æqualiter, et indifferenter conueniant: tamen Patri dicitur appropriari vnitas, æternitas, ratio principiandi, et omnipotentia. Hæc autem quattuor dicuutur appropriari patri, non quia fiant propria, cũ F omnibus perſonis ſint communia: ſed quia ducunt in cognitione perſonæ Patris, quæ eſt origo perſonarum in Trinitate, non habens principium, ſed principians, a qua etiam fluit omne poſſe. Eſt autem Dei potentia completa, non poſſe deficere, cum oon ſit de nihilo: non potens ſuccumbere, cum non ſit de aliquo: non potens indigere, cum numquam careat aliquo booo. Potentia vero hominis in peccando deficit: in patiendo ſuccumbit: io corporalibus actionibus indigeotiam includit. Eſt igitur Deus omnipotens, ita tamen quod ei nou attribuuntur actus culpabiles: vt poſſe mentiri, et malum facere: nec actus pœnales, vt poſſe metuere, et dolere: nec actus materiales, ſiue corporales, vt poſſe currere, et ambulare. Eſt etiam Dei po-

Vbi ſup. c. 7

A tentia ordinata, ita quòd oi non attribuuntur actus inconuenientes, vt poſſe facere maiorem ſe, vel alium Deum æqualem ſibi, vel creaturam infinitam actu. Quia ſicut dicit Anſelmus, quodlibet inconueniens, etiam minimum, eſt impoſſibile apud Deum.

De appropriatis filio. Sectio V.

FIlio appropriatur veritas, ſpecies, ratio exemplandi, et omnis ſcientia. Hæc autem quattuor dicuntur appropriari filio, non quia fiant propria, cum tribus perſonis ſiot communia: ſed quia ducunt in coB gnitionem Filij perſonæ, quæ eſt a patre, vt Verbum, quod eſt patri æquale, et ideo ſumme pulchrum, in quo omnia præuiſa, et diſpoſita exemplantur, a quo tamquam primo, et ſummo exemplari fluit omoe ſcire. Cognoſcit autem Dei ſapientia limpide omnia bona, et mala, et præterita, præſentia, et futura, actualia, et poſſibilia, incomprehenſibilia a nobis, et infinita. Ita tamen quòd in ſe nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa vocabula ſortiatur. Nam inquantum ipſa ſapientia Dei eſt cognoſcitiua omnium poſſibilium, dicitur ſcientia, ſiue cognitio. Ioquantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ fiunt in vniuerſo, dicitur viſio. InC quantum eſt cognoſcitiua omnium, quæ bene fiunt, dicitur approbatio. Inquantum eſt cognoſcitiua omniũ, quæ futura ſunt, dicitur præſcientia, ſiue præuiſio. Inquaotum eſt cognoſcitiua eorum, quæ ab ipſo Deo fienda ſunt, dicitur diſpoſitio. Inquantum eorum, quæ præmianda ſunt, dicitur prædeſtinatio. Inquantum eorum, quæ damnanda ſunt, dicitur reprobatio. Poſſunt autem ad tria reduci vocabula iſta ſeptem, ſcilicet ad notitiam ſimplicis cognitionis, qua cognoſcit Deus bona, et mala, quæ ſunt, fuerunt, et futura ſunt, et quæ poſſunt eſſe, et numquam erunt. Ad notitiam viſionis, qua cognoſcit Deus omnia bona, et mala, D quæ ſunt, fuerunt, et futura ſunt. Ad notitiam approbationis, qua cognoſcit Deus, quæ ſunt, fuerunt, et futura ſunt tantum bona.

Vbi ſup. c. 6 — *Vbi ſup. c. 8* — *Dei ſapientia diuerſimode appellatur.*

De appropriatis Spiritui ſancto. Sectio VI.

SPiritui ſancto appropriatur bonitas, vſus, ratio finiendi, et voluntas, ſiue beneuolentia. Hæc autem quattuor appropriantur Spiritui ſancto, nó quia fiant propria, cum tribus perſonis ſint communia: ſed quia ducunt in cognitionem perſonæ Spiritus ſancti, quæ E eſt a Patre, et Filio, vt amor, et dooum ſumme proficuum, et communicatiuum, omnis noſtri deſiderij finitiuum, ad quod bonum, tamquam ad finem ſummum, tendit omne velle rationabiliter ordinatum, et inclinatum. Eſt autem voluntas Dei ſic recta, quòd nullo modo poteſt obliquari: ſic efficax, quòd nullo modo poteſt retardari: ſic vnica, quòd tameo quinque ſignis habet ſignificari: quæ hoc verſiculo continentur.

Imperat, et prohibet, permittit, conſulit, implet.

Dicitur autem voluntas Dei ratione regulata, prouidentia: qua omnia, quæ in vniuerſo fiunt, irreprehenſibiliter gubernaotur, cum nihil præcipiat, prohiF beat, et conſulat, niſi recte: nihil agat, niſi bene: oihil permittat fieri, niſi iuſte. Cum autem voluntas Dei ſit rectiſſima, nullus poteſt eſſe rectus, niſi conformetur ei: et nemo poteſt ei conformari, niſi ſibi ſignis aliquibus innoteſcat, tamquam regula rectitudinis proſequendæ. Eſt autem duplex rectitudo, quædam neceſſitatis, quæ conſiſtit in faciendo bonum, ad quod eſt præceptum: et in declinando malum, propter quod eſt prohibitio: quædam eſt perfectionis in ſupererogando vltra debitum, ad quod eſt conſilium. Eſt etiam voluntas Dei efficaciſſima, ita quòd nullus poteſt aliquid efficere, niſi ipſa coefficiente, et ſic eſt impletio in ſignum voluntatis efficientis. Item nullus poteſt deficere, vel peccare,

Vbi ſup. c. 6 — *Voluntas Dei.* — *Vbi ſup. c. 9* — *Rectitudo duplex.*

niſi

niſi ipſa iuſte, et merito deſerente, et ſic eſt permiſſio, vt ſignum voluntatis diuinæ iuſtitiæ deſerentis.

De quattuor ſimul creatis, et de menſuris durabilium. Sectio VII.

POſtquam vidimus de bono increato, quod eſt Deus, videndum eſt de bono creato, quod eſt mundus. Circa productionem autem mundialis machinæ, habemus primo explicare creaturæ ſummitatem. Et ſic dicit Beda: quod quattuor fuerunt primo creata, quæ dicuntur eſſe coæua, vel ſiuiſſe, ſcilicet natura angelica, cælum empyreum, materia quattuor B elementorum, et tempus. Quorom ſufficientia ſic accipitur: Primo debuerunt creari aliqua prima in quolibet genere creaturæ, ſcilicet reſpectu creaturarum ſpiritualium, et corporalium actiuarum, et corporalium paſſiuarum, et etiam reſpectu menſurarũ. Reſpectu creaturarum ſpiritualium, primo creata eſt natura angelica: reſpectu creaturarum corporalium actiuarum, eſt primo creatum cælum empyreum, de quo dicit Damaſcenus, quòd eſt continentia omnium corporalium, et ſpiritualium creaturarum: reſpectu creaturarum corporalium paſſiuarum, primo creata eſt materia quattuor elementorum: reſpectu menſu- C rarum primo creatum eſt tempus, quod generaliter accipitur, pro menſura cuiuſlibet durationis habentis initium, ſiue finem habeat, ſiue non.

Damaſc. li. 2. Orth. fid. c. 6.

Tres durationis menſuræ.

Ad cuius rei notitiam ſciendum, quòd tres ſunt menſurabilium, ſiue durabilium menſuræ principales, ſcilicet æternitas, æuiternitas, et tempus proprie dictum. Æternitas eſt diuinarum perſonarum duratio, quæ nõ habet principium, neque finem, de qua dicit Boetius: quòd eſt interminabilis vitæ tota ſimul, et perfecta poſſeſſio. Æuiternitas eſt menſura eorum, quæ habẽt principium, ſed non finem, ſicut ſunt angeli, animæ, D cæleſtis natura, et materia quattuor elementorum. Hæc menſura aliquando dicitur æuũ, aliquando æternitas creata. Sed quia æternitas proprie dicitur de diuinis, æuum vero aliquando pro tempore inuenitur: ideo ex his duobus æuiternitas nominatur. Tempus autem proprie dictum eſt menſura eorum, quæ habẽt principium atque finem, ſicut ſunt generabilia, atque corruptibilia, quæ ſecundum motum primi mobilis variantur, vſque ad completionem numeri quattuor elementorum. Quarta vero differentia non poteſt eſſe, quæ careat principio, habens finem.

Boet. de conſo. philoſ. li. 5. proſa 6.

E *De veritate exprimenda cum excluſione erroris circa productionem mundi. Sectio VIII.*

SEcundo habemus errorem extinguere, et exprimere veritatem. Propter quod tenendum eſt, quòd vniuerſitas machinæ mundialis eſt producta in eſſe ex tempore, in quo excluditur error ponentium mundum æternum. Ex nihilo, in quo excluditur error ponentium æternitatem circa materiale principium. Ab vno principio, in quo excluditur error Manichæorum, ponentium pluralitatem principiorum. Solo, et ſummo, in quo excluditur error ponentium Deum F produxiſſe inferiores creaturas per miniſterium intelligentiarum. In certo pondere, numero, et menſura: in quo oſtenditur, quòd creatura eſt effectus Trinitatis creantis ſub triplici genere cauſalitatis, ſcilicet efficientis, ratione cuius eſt in creatura vnitas, modus, et menſura: exemplaris, ratione cuius eſt in creatura veritas, ſpecies, et numerus: finalis, ratione cuius in creatura eſt bonitas, ordo, et pondus. Omnis quippe creatura conſtituitur in eſſe, ab efficiente: formatur ad exemplar: ordinatur ad finem: ac per hoc eſt vna, vera, et bona: modificata, ſpecioſa, et ordinata: menſurata, diſcreta, et ponderata. Alijs etiam vocabulis prædictus ternarius nominatur. Ab Auguſtino in libro de anima, et ſpiritu, dicitur eſſentia, ſpecies,

Hæc ſup. par. 2. Breuil. c. 1.

Aug. lib. de hæreſ. ad Quoduult. hære. 46. to. 6.

Plato in Timæo.

Sap. 11. d

A et vſus. A Dionyſio: Harmonia, ſpecies, et commenſuratio. Item ab eodem: Subſtantia, virtus, et operatio. Ex vna ergo parte cadunt vnitas, modus, eſſentia, ſubſtantia, menſura, et commenſuratio. Ex vna, veritas, numerus, ſpecies, virtus, et harmonia. Ex vna bonitas, ordo, vſus, pondus, et operatio. De primo autem ternario nota, quòd vnum nominat ens commutabile connumerabile, et hoc propter indiuiſionem ſui in ſe: verum nominat ens cognoſcibile, et hoc habet per indiuiſionem ſui, a propria ſpecie: bonum nominat ens communicabile, et hoc habet per indiuiſionem ſui a propria operatione.

De triplici differentia creaturæ. Sectio IX.

TErtio circa productionem mundi, habemus attendere creaturæ triformitatem. Produxit enim Deus trinus, et vnus differentiam triplicem creaturæ. Nam produxit creaturam pure corporalem, vt eſt mundialis machina: creaturam pure ſpiritualem, vt eſt natura angelica: creaturam ex vtraque compoſitã, vt eſt natura humana. Sic enim decuit Deum producere varia, et diuerſa, vt multiplicitas creaturæ faceret ad perfectionem vniuerſi: quæ conſiſtit in amplitudine ambitus, in ſufficientia ordinis, et influentia bonitatis: ex quibus etiam diuina potentia, ſapientia, et bonitas innoteſcit.

Creatura triplex.

Decuit namque Deum ſic res producere, vt eſſent ad manifeſtationem ſuæ potentiæ: quæ quidem apparuit, in productione creaturarum ſumme diſtantium, et earundem coniunctione: vt patet in natura humana, in qua corporeum, et incorporeum vniuntur. Item decuit Deum ſic res producere, vt eſſent in manifeſtationem ſuæ ſapientiæ: quæ maxime ex perfectione ordinis declaratur: qui quidem ordo neceſſario tria requirit, ſcilicet infimum, medium, et ſupremum. Infimum fuit natura corporalis: ſupremum, natura ſpiritualis: medium, natura compoſita ex vtraque. Item decuit Deum ſic res producere, vt eſſent in manifeſtationem ſuæ bonitatis, et beneuolentiæ: quæ maxime conſiſtit in diffuſione, et communicatione in alterum. Sic ergo diuina bonitas communicauit actum nobiliſſimum, qui eſt viuere, et intelligere, vt non tãtum daret alij potentiam viuendi, et intelligendi, ſed etiam potentiam ſe communicandi alij: quod factum eſt in homine, in quo ſpiritualis vita et intellectiua perficit corporalem.

Potentia, ſapiẽtia, et bonitas Dei, in creatione.

De productione machinæ mundialis. Sectio X.

DE his tribus differentijs videndum eſt per ordinẽ, et primo de natura pure corporali, cuiuſmodi eſt machina mundialis, quæ ſex diebus fuit in eſſe producta: ita quod in principio ante omnem diem creauit Deus cælum et terram. Prima vero die formata eſt lux: ſecunda, factum eſt firmamentum in medio aquarum: tertia die, ſeparatæ ſunt aquæ a terra, et congregatæ in vnum locum: quarta die, ornatum eſt cælum luminaribus: quinta die, aer, et aqua ornati ſunt piſcibus, et auibus: ſexta die, ornata eſt terra animalibus, et hominibus: ſeptima die, requieuit Deus a nouarum ſpecierũ productione: quoniam omnia fecerat, vel in ſimili, ſicut illa, quæ propagantur: vel in ratione ſeminali, ſicut illa, quæ alijs modis introducuntur in eſſe.

Sup. par. 2. Breuil. c. 2.

Gen. 1.

Et ſic colligitur ex prędictis, quod triplex fuit operatio diuina, in mundi machina producenda, ſcilicet creatio, diſtinctio, et adornatio. Prima operatio appropriatur Patri: ſecunda Filio: tertia Spiritui ſancto. Creatio fuit ex nihilo: ideo fuit in principio ante omnẽ diem tamquã rerum omniũ, et temporum fundamentũ. Diſtinctio vero corporũ mundanorũ fuit modo triplici: ideo per triduum fuit facta. Ita quòd prima die, fuit facta diſtinctio naturę luminoſę a perſpicua, et opaca, cũ lux a tenebris eſt diſtincta. Secũda die, eſt facta diſtin-

Operatio Dei triplex in producẽdo mundo.

ctio naturæ perſpicuæ a perſpicua, cum aquæ inferio-
res a ſuperioribus ſunt diuiſæ. Tertia die facta eſt di-
ſtinctio naturæ perſpicuæ ab opaca, cum diuiſæ ſunt
aquæ a terra. Ornatus autē, qui diſtinctioni corporum
correſpondet, eſt etiā in triduo cōſummatus. Ita quod
ornatus naturæ luminoſæ eſt factus quarta die, in for-
matione ſtellarum, et ſolis, et lunæ. Ornatus naturæ
perſpicuę factus eſt quinta die, in qua facti ſunt piſces,
et aues, in aquæ et aeris ornamentum. Sexta die eſt
factus ornatus naturæ opacæ, quando factæ ſunt be-
ſtiæ de terra, facta ſunt reptilia, facta eſt humana na-
tura, ad conſummationem omnium prædictorum.

De conſiſtentia machinæ corporalis. Sectio XI.

Sup. ibid. c. 5. Natura cæleſtis triplex.

CONſiſtit autem tota natura corporea, maxime in
in duobus, ſcilicet in natura elemeotari, et cæle-
ſti. Cæleſtis diſtinguitur in tres cælos principales,
ſcilicet empyreum, chriſtallinum, et firmamentum.
In firmamento autem, quod eſt cælum, continentur
ſeptem orbes ſeptem planetarum, qui ſunt, Satur-
nus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, et Lu-
na. Natura vero elementaris diſtinguitur in quat-
tuor ſphæras, ſcilicet Ignis, Aeris, Aquæ, et Terræ.
Et ſic procedendo a ſummo cæli cardine, vſque ad cen
trum terræ, occurrunt nobis decem orbes cæleſtes, et
quattuor ſphæræ elementares: ex quibus tota mun-
di ſenſibilis machina integratur. Ita quòd cæleſtia, in-
fluunt in terreſtria, et elementaria, quantum ad di-
ſtinctiuam ſignificationem temporum, dierum, men-
ſium, et annorum, dicente ſcriptura: Sint in ſigna,
et tempora, et dies, et annos. Influunt etiam quan-
tum ad effectiuam productionem rerum generabi-
lium, et corruptibilium, et corporum humanorum.
Sic tamen ſunt in ſigna temporum rerum, et operatio-
num per lucem, calorem motum, et virtutem; vt non
ſint certa ſigna contingentium futurorum, nec influāt
ſuper liberum arbitrium per vim conſtellationum,
quam dixerunt aliqui fatum eſſe. Et ſic colligitur ex
prædictis, quod Deus ordinate res condidit, quantum
ad tempus: ordinate diſpoſuit, quantum ad ſitum: or-
dinate gubernat, quantum ad influentiam. In ſcriptu-
ra ſacra ordinate narrat, quantum ad doctrinæ ſacræ
ſufficientiam, quæ in principio ſui inſinuat naturam
luminoſam, nomine cæli: naturam opacam, nomine
terræ: naturam perſpicuam, nomine aquæ. Inſinuat
et beatiſſimam Trinitatem, Patrem, in nomine Dei
creantis: Filium, in nomine principij: Spiritum ſan-
ctum, in nomine ſpiritus Dei. Inſinuat etiam nobis
appropriata trium perſonarum, ſcilicet omnipoten-
tiam Patris, in producendo: omniſcientiam Filij, in di
ſtinguendo: beneuolentiā Spiritus ſancti, in influēdo.

Natura elementaris quadruplex. *Sup. ibid. c. 4.* *Gen. 1. b*

De ſufficientia cælorum. Sectio XII.

Cælorū numerus diuerſimode cōputatur.

DE natura cæleſti ſpecialiter eſt videndum. Cælum
quidem ſecundum communem acceptionem, no-
minat naturam perſpicuam contentiuam. Secundum
vero propriam acceptionem, nominat naturam per-
ſpicuam contentiuam, nulli contrarietati ſubiectam.
Secundum primam acceptionem, ſeptem cæli a Ra-
bano diſtinguuntur, ſcilicet cælum aereum, æthereū,
olympum, igneum, ſidereum, aqueum, empyreum.
Quorum ſufficientia ſic ſumitur. Cælum enim natura
perſpicua, et contentiua, aut eſt datiua luminis, aut
receptiua. Si eſt datiua, aut eſt vniformis non mota,
et ſic eſt cęlum empyreum: aut multiformis, et mo-
ta, et ſic eſt ſidereum: aut vniformis, et mota, et ſic
eſt cryſtallinum: quarta differentia non habetur, ſcili-
cet moloformis, et non mota. Si autem natura perſpi-
cua eſt luminis receptiua, aut eſt receptiua ſeparabili-
ter, aut inſeparabiliter. Si inſeparabiliter, aut ſecundū
ſuperioris ſuperficiei circulū, et ſic eſt olympum, quod
monti appropinquat olympo: ſi vero ſeparabiliter, aut
A ſecundum ſuperiorem partem, et ſic eſt æthereum:
aut ſecundum inferiorem, et ſic eſt aereum.
Si autem dicatur cælum natura perſpicua contenti-
ua nulli contraria, ſic a quibuſdam octo orbes diſtin-
guuntur, ſcilicet ſeptem planetarum cum octaua ſphę-
ra. A quibuſdam amplius eruditis, nouem. Ab alijs
vero vlterius illuſtratis, decem. Horum autem ſuffi-
cientia ſic poteſt accipi. Diſtinctio enim cælorum, aut
eſt per primam diuerſitatem formarum, aut eſt per di
ſpoſitiones motuum, et luminarium contentorum. Si
per diuerſitatem formarum, ſic diſtinguuntur tres cę-
li: aut enim in cælo viget natura perfectæ luminoſita-
B tis, et ſic eſt habile ad ſtatum gloriæ, et quietum, ſic
eſt empyreum: aut viget in eo natura perfectæ perſpi-
cacitatis, et effectiuæ frigiditatis, et ſic eſt aqueum,
ſiue cryſtallinum, quod facit ad conſeruationem rerū
corruptibilium, ideo eſt habile ad motum: aut viget
in eo natura perfectæ perſpicuitatis ſimul, et lumino-
ſitatis, et effectiuæ caliditatis, et ſic eſt ſidereum,
quòd facit tranſmutationem inferiorum: ideo eſt
multiforme habile ad motum. Si vero cæli penes con-
tenta luminaria diſtinguuntur, ſic eſt orbium diſtin-
ctio attendenda: aut enim orbis continet ſiderum
multitudinem, et ſic eſt cælum ſidereum, ſiue ſtella-
C tum: aut continet vnitatem, et ſic ſeptem planetæ ſe-
ptem orbibus ſunt diſtincti, quibus regitur vniuerſi-
tas temporum, dierum ſeptenario diſpenſata.

De quattuor attributis angelis, cum conditione ſui. Sectio XIII.

DE natura pure ſpirituali cuiuſmodi eſt angelica,
ſex per ordinem ſunt videnda, ſcilicet conditio
angelorum omnium, præuaricatio malignorum dæ-
monum, confirmatio beatorum ſpirituum, diffinitio
aliquorum nominum communium, non omnium, di-
D uiſio hierarchiarum diuerſorum ſtatuum, cuſtoditio
commiſſorum hominum. De conditione ſupernorum
ſpirituum eſt tenendū, quod angelis a primordio ſuæ
conditionis ſunt quattuor attributa, ſcilicet ſimplicitas
eſſentiæ: diſtinctio perſonalis propter rationem natu-
raliter inſitam: memoria, intelligentia, et voluntas:
et libertas arbitrij ad eligendum bonum, et reſpuendū
malum. Hæc autem quattuor principalia attributa,
alia quattuor comitantur, ſcilicet virtuoſitas in ope-
rando, officioſitas in miniſtrando, perſpicacitas in co-
gnoſcendo, et immutabilitas in eligendo. Immutabi-
litas, inquam, poſt electionem, ſiue in bono, ſiue in
E malo. Subſtantia quippe ſpiritualis, et incorporea, ſim
plex, et omni carens diuiſione quantitatis, cuiuſmodi
eſt natura angelica, hoc ipſo, quòd eſt ſimplex, eſt vir-
tuoſa in operando: hoc ipſo, quòd eſt virtuoſa, et per-
ſonaliter diſcreta, competit ei diſtinctio officij in mi-
niſtrando: hoc ipſo, quòd eſt ſimplex, et virtuoſa,
competit ei perſpicacitas in diſcernendo: hoc ipſo,
quòd eſt perſpicax, et ſimplex, et habens intellectum
deiformem, habet poſt electionem ſtabilitatem in ele
cto, ſiue bonum fuerit, ſiue malum. Sufficiētia horum
quattuor ſic accipitur. Angelus poteſt conſiderari qua-
druplicitur, ſcilicet in ſe, et ſic eſt eſſentiæ ſimplicitas:
F ad alterum angelum, et ſic eſt diſtinctio perſonalis: ad
Deum, et ſic eſt memoria intelligentia, et voluntas:
in quibus conſiſtit ratio imaginis: ad ea, quæ eius regi-
mini ſunt ſubiecta, et ſic eſt libertas liberi arbitrij.

De præuaricatione ſpirituum malignorum. Sect. XIIII.

DE præuaricatione damnatorum ſpirituū eſt tenen
dū, quòd Lucifer primus inter angelos pręſumens
de bono priuato, appetijt priuatā excellentiam, volens
alijs ſuperferri: ideo cum omnibus adhærentibus ſibi,
perdidit locum ſummum, ſcilicet cælum empyreum,
deſcendēs in locum imum, ſcilicet caliginoſum aerem,
vel infernū. Cecidit autem in culpam per liberū arbi-
trium,

Status, et volũtas diaboli poſt caſum.

triũm, lapſus vero in pœnam per diuinũ iudiciũm. Cadens autem factus eſt immutabilis per ruinam: ideo ſtatim fuit obſtinatus in malo, excæcatus a vero, deordinatus in operatione, infirmatus in virtute. Voluntas diaboli obſtinata habet deformitatem, in qua eſt continuatio, naturæ variatio, deciſio ſiue minoratio ratione primæ maculæ, a cuius adhæſione nullatenus ſeparatur. Habet pronitatem, in qua eſt continuatio, quantum ad actum peccandi: tamen interuenit variatio, quantum ad genus peccati. Ratio vero in diabolo eſt excæcata. Prædicit aliquando futura, quod dicit Auguſtinus fieri quattuor modis, ſcilicet ſenſus vel ingenij acrimonia: longa temporum experientia: doloſa cautela, quia proponit aliquando facere, quæ prædicit: aliena doctrina, cum ab angelis aliquid didicit, iuſto Dei iudicio permittente.

Aug. lib. de diui. dæmon. c. 3. et 5. tom. 3. et ex li. de ſpiri. et ani. c. 28. ibid.

Miniſterialis diaboli operatio eſt hominibus interdicta, tum propter peccatum infidelitatis, ne attribuatur diabolo, quod eſt Dei: tum propter peccatum idolatriæ, quia deſiderat diabolus aliquid ſibi immolari: tum propter peccatum inobedientiæ, quia voluntarium commercium cũ diabolo præciſo, tam a Deo, quàm ab Eccleſia prohibetur. Virtus diaboli peccati merito coartata, quando permittitur, vertitur ad miracula facienda, propter tranſmutationes repentinas circa corporeas creaturas. Poſſunt diſcerni diaboli miracula a miraculis Dei veris, quattuor modis, ſcilicet ex parte principalis agentis: nam in miraculis Dei operatur virtus potentiæ infinitæ, in miraculis diaboli virtus creaturæ. Ex parte miniſtri, quia miracula Dei fiunt per publicam iuſtitiam, ſcilicet per fidem iuſtificantem, quæ publice prædicatur, vel ſigna publicæ iuſtitiæ, vt in peccatoribus, qui per fidem aliquando ſunt miracula operati: miracula diaboli fiunt per priuatos contractus, et arcana quædam: quia ſic inuentores artis magicæ cum dæmonibus pepigerunt. Ex parte finis, quia miracula Dei fiunt ad hominum vtilitatem, et Dei gloriam: miracula dæmonum, et magorum ad deceptionem, et fraudem. Ex parte facti, quia miracula Dei ſunt excellentia vt ſuſcitare mortuos, illuminare cæcos, et ſimilia: miracula diaboli ſunt vilia, vt facere muſcas, bufones, et ſerpentes.

Cur miniſterium diaboli hominibus interdictum.

Diſcretio miraculorum.

De confirmatione ſpirituum bonorum. Sectio XV.

Sequitur videre de confirmatione ſpirituum beatorum, de quibus tenendum eſt, quod alijs apoſtatantibus, ipſi immobiliter Domino adhæſerunt. Ita quod alijs per malitiam irreuocabiliter obſtinatis, ipſi ſunt per gratiam, et gloriam in voluntate perfecte confirmati. Simul enim tempore non natura, gratiam et gloriam conuerſionis, et adhæſionis ad Deum merito perceperunt: ratione cuius fuerunt quantum ad voluntatem ſtabiles, et felices. In ratione ſunt perfecte illuminati, ſecundum cognitionem matutinam, et veſpertinam. Lux quippe diuina angelum illuminans ad cognitionem Dei, angelum facit lucem. Cognitio autem Dei in ſe dicitur dies: quia pure eſt lux tamquam cognitio, et ratio cognoſcendi. Lux autem angelica diuinitus illuſtrata, habet cognoſcere creaturam: quæ reſpectu Dei tenebra reputatur: ideo eius cognitio dicitur veſpertina, prout cognoſcitur in ſeipſa: dicitur matutina, prout ex illa cognitione conſurgit mens angelica in laudem Dei, cognitionem illam referens ad cognitionem, quam habet in verbo, et virtute. In virtute ſunt perfecte fortificati, ſiue in operando, ſiue in exequendo: et hoc ſiue aſſumpto corpore, ſiue etiam non aſſumpto corpore. In operatione ſunt perfecte ordinati, ſiue contemplatiua, ſiue adminiſtratiua. Duplex eſt enim vis angelica: contemplatiua, qua contemplantur Deum: et negotiatiua, ſiue adminiſtratiua, qua negotiantur circa ſalutem hominum. Non poſſunt autem deordinari aſcendendo ad contemplationem Dei, nec deſcendendo in adminiſtrando homini: quia quocumque mittuntur, ſemper currunt, et militant intra Deum.

Angelorũ vis duplex.

De diffinitionibus angeli, ordinis, et hierarchiæ. Sectio XVI.

Sequitur videre de diffinitionibus trium vocabulorum, quæ faciunt ad notitiam angelorum, quæ ſunt angelus, ordo, hierarchia. Ex multis nempe angelis ordo conſurgit. Ex pluribus ordinibus ſaltem tribus conſtituitur angelica hierarchia. Angelus diffinitur a Damaſceno ſic: Angelus eſt ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrans, ſecundum gratiam, non naturam immortalitatem ſuſcipiens. Ordo ſic diffinitur a Gregorio: Eſt multitudo cæleſtium ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur, ſicut et in naturalium datorum munere conueniunt. Triplex autem inuenitur diffinitio hierarchiæ, ſecundum quod triplex eſt differentia hierarchię, ſcilicet diuina, angelica, et eccleſiaſtica. Diuina ſic diffinitur a Dionyſio: Hierarchia eſt diuina pulchritudo, vt ſimplex, vt optima, vt conſummatiua. Angelica ſic diffinitur ab eodem: Hierarchia eſt ordo diuinus, ſcientia, et actio, deiforme quantum poſſibile eſt ſimilans, et ad inditas ei diuinitus illuminationes, proportionabiliter in Dei ſimilitudinem aſcendens. Eccleſiaſtica magiſtraliter ſic diffinitur: Hierarchia eſt rerum ſacrarum, et rationabilium, ordinata poteſtas, debitum in ſubditis obtinens principatum. Hæc autem diffinitio poteſt etiã conuenire angelicæ hierarchiæ.

Damaſc. orth. fid. li. 2. c. 3.

Eſt Mag. in 2. diſt. 9. §. conſiderandũ colligitur ex Gregor. ho. 34. in Euang.

Dionyſ. de cæleſt. Hierarch. c. 3.

A Damaſceno diffinitur Angelus quantum ad ſubſtantiam cum dicit: Angelus eſt ſubſtantia incorporea: quantum ad virtutem, cum dicit: Intellectualis, ſemper mobilis arbitrio libera. Vbi tangitur triplex virtus angelica, ſcilicet cognitiua, cum dicit: Intellectualis: operatiua, cum dicit: Semper mobilis, quia infatigabiliter operatur: imperatiua, cum dicit: Arbitrio libera. Operatio tangitur, cum dicitur, Deo ſeruiens: duratio, cum dicitur, gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens. Ordo notificatur quantum ad fundamentum cum dicitur: Ordo eſt cæleſtium ſpirituum multitudo: et quantum ad complementum cum dicitur: Qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur: et quantum ad diſpoſitionem, quæ inter hæc medium tenet locum, cum dicitur: Sicut in naturalium donorum participatione conueniunt. Diffinitio angelicæ hierarchiæ notificat ipſam egredientẽ a Deo per modum imaginis, cum dicit: Hierarchia eſt ordo diuinus, ſcientia, et actio. Vt ordo, ideſt ordinata poteſtas reſpondeat patri: ſcientia filio: actio, Spiritui ſancto, ſecundum memoriam, intelligentiã, et voluntatem. Secundo deſcribitur, vt egrediens per modum ſimilitudinis, cum dicitur: Deiforme quantum poſſibile eſt ſimilans, quantum ad habitum: et ad inditas Dei diuinitus illuminationes, proportionabiliter in Dei ſimilitudinem aſcendens, quantum ad actum. In diffinitione hierarchiæ increatæ, oſtenditur eſſe vnitas in trinitate, cum dicitur: Diuina pulchritudo. Pulchritudo enim ex pluralitate, et æqualitate conſtat. Vt autem oſtendatur, quod pluralitas non præiudicat vnitati, dicitur: Vt ſimplex: quod vnitas pluralitati, dicitur: Vt optima: quod vnitas ſpectat ad perfectionem pluralitatis, et econuerſo ſubiungitur: Vt conſummatiua.

Damaſc. loco ínit. Sectio. cit.

De triplici diuiſione hierarchiæ. Sectio XVII.

Sequitur videre de tribus diuiſionibus hierarchiæ. Prima hæc eſt. Hierarchiarum alia ſupercæleſtis, ideſt diuina: alia cæleſtis, ideſt angelica: alia ſubcæleſtis, ideſt eccleſiaſtica, vel humana. Omiſſa eccleſiaſtica,

ſiaſtica, et diuina, ſubdiuiditur ſecunda diuiſione angelica hierarchia, in ſupremam, mediam, et infimam: ſiue per alia vocabula, in epiphaniam, hyperphaniam, et hypophaniam. Epiphania eſt incaleſcentis actionis incendio, altioris intellectus faſtigio iudicijq. libera reſultatio diſtributa. Hyperphania eſt, diuina illuminatio ſui particeps interſcalari reuerentia inſigniens vſum edocens dominandi, arcensq. contrariũ. Hypophania eſt diuinum participium legibus naturę occurrens, arcana reſerans pro capacitate diſcreta. Tertia diuiſio eſt hæc. In ſuprema hierarchia, quæ dicitur epiphania, ſunt ſeraphin, cherubin, et throni. In media, ſiue hyperphania, ſunt dominationes virtutes, et poteſtates. In infima, ſiue hypophania, ſunt principatus, angeli, et archangeli.

Angelorum mutua actio.

Aguntur quidem, et agunt angeli, ſecundum ordinem hierarchicum in eis initiatum, per naturam: conſummatum, per gloriam; quæ in eis ſtabiliuit liberi arbitrij vertibilitatem, illuſtrauit perſpicacitatem, roborauit virtuoſitatem, et ordinauit officioſitatem. Perſpicacitas rationis in contemplando, aut reſpicit bonitatem deſiderandam, ſic ſunt ſeraphin: aut veritatem intelligendam, ſic ſunt cherubin: aut maieſtatem venerandam, ſic ſunt throni. Ad thronos ſpectat reuerentia: ad cherubin ſapientia: ad ſeraphin beneuolentia. Ad perfectam virtuoſitatem ſpectat virtus imperatiua, quæ eſt in dominationibus: virtus executiua, quæ eſt in virtutibus: virtus expeditiua, quæ eſt in poteſtatibus, quarum eſt arcere contrarias poteſtates. Ad perfectam officioſitatem ſpectat regere, quod faciunt principatus: dirigere, quod faciunt archangeli, reuelare, quod faciunt angeli.

De cuſtodia hominum per Angelos. Sectio XVIII.

Huius ſectionis doctrina fere omnis eſt ex Greg. homil. 34. in Euang.

IAm ſexto, et vltimo, circa naturam angelicam, de cuſtodia hominum ſuo regimini commiſſorum, eſt videndum. Ad cuius notitiam eſt notandum, quòd angeli habent ab hominibus defectum quadruplicem releuare, ſcilicet pronitatem ad malum, difficultatem ad bonum, longinquitatem a Domino, et tepiditatem a mente. Ad quæ quattuor deſignanda, quattuor nomina angelorum, et non plura, ſont in ſcriptura hominibus reuelata, ſcilicet Raphael, qui interpretatur medicina Dei, ſiue ſanans Dominus. Hic eſt miſſus curare Tobiam a cæcitate oculorum, et Saram ab improperio de occiſione virorum. Et hoc contra duo, quæ ex originali contraximus, quæ ſunt ignorantia rerum agendarum, et concupiſcentia noxiarum: per quæ duo reddimur ad malum labiles. Item Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei, qua fortificamur, et confortamur, ad obſeruantiam præceptorum Dei, et adimpletionem conſiliorum. In ſignum primi, miſſus eſt annunciare ortum Præcurſoris de coniugatis. In ſignum ſecundi, miſſus eſt annunciare ortum Saluatoris de Virgine. Per Ioannis exemplum, reddimur fortes ad expugnandum malum: per Chriſti beneficium, et exemplum, reddimur diſpoſiti et faciles ad bonum. Item Michael, qui interpretatur quis vt Deus, qui dicitur animas in cælo Domino præſentare: propter quas de manu diaboli eruendas, commiſit prælium cum dracone. Huius duas ſollemnitates ſollemniter celebramus, ſcilicet apparitionis, et dedicationis. In ſignum, quod ipſe pro nobis eſt, dum viuimus in hoc ſæculo, et dum educimur de exilio.

Raphael. — Tob. 12. c — Gabriel. — Luc. 1. a — Ibid. c — Michael. — Apoc. 12. b

Vriel. Item Vriel, qui interpretatur lucens Deo, ſiue apparens Deo, vel ignis Dei, aut incendium Dei: quæ duplex interpretatio innuit, quod per eius miniſteriũ illuſtramur in veritate, et inflammamur in charitatẽ. Mittuntur enim Angeli, ad illuminandum noſtrum intellectum, et inflammandum noſtrum affectum, et ſi non effectiue, ſaltem diſpoſitiue. De hoc nomine Vriel, legitur in tertio Eſdræ, quia miſſus eſt iſte angelus ad conſolationem populi Dei, qui ab alienigenis premebatur.

4. Eſdr. 4. a

Angelorũ actus circa hominem.

Habent etiam angeli circa hominem actum triplicem frequentare, ſcilicet purgare, illuminare, perficere. Primus actus ordinatur ad amotionem impedimentorum: ſecundus actus ad cognitionem verorum: tertius ad dilectionem bonorum. Habent tertio in hominibus effectum duplicem procreare: vnum ſcilicet reſpectu boni, vel conſeruandi, vel acquirendi, vel augmentandi: alium reſpectu mali, vel deſerendi, vel vitandi, vel minuendi. Habent nihilominus omnes propter miniſterium humani generis militare. Quidam enim mittuntur ad nos miſſione exteriori: quidam mittuntur ad angelos propter nos, miſſione interiori, ſicut illa ſuperna agmina, quæ præeminent, quæ vſum exterioris officij numquam habent, tamen ad nos, vel propter nos mittuntur, ſecundum quod dicit Apoſtolus: quod omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi, propter eos, qui hereditatem capiunt ſalutis. Habent quoque angeli, ad cuſtodiam hominum deputati, ab infuſione animæ vſque ad egreſſionem de corpore, conatum diaboli contra hominem refrenare. Vnde dicit Beatus Hieronymus: * Magna dignitas animarũ, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiã ſui angelum delegatum. Et beatus Gregorius dicit, quòd vnuſquiſque habet vnum bonum Angelum ſibi ad cuſtodiam, et vnum malum ad exercitium deputatum.

** Hieron. cõment. in Mat. c. 18. to. 6. — Greg. lib. 2. Mor. c. 30. et 16.*

De diffinitionibus animæ. Sectio XIX.

REſtat videre de tertia differentia creaturæ, quæ compoſita eſt ex ſpirituali, et corporali, cuiuſmodi eſt humana. Et primo, quantum ad animam: ſecundo quantum ad corpus: tertio quantum ad coniunctum. De anima humana duo ſunt principaliter videnda, ſcilicet diffinitio, et potentiarum diuiſio.

Anima ſeptem diffinitionibus diffinitur. Prima eſt in libro de motu cordis. Anima eſt ſubſtantia incorporea, intellectualis, illuminationum, quæ ſunt a prima, et vltima relatione perceptiua. Secunda eſt Remigij. Anima eſt ſubſtantia incorporea, regens corpus. Tertia eſt Ariſtot. in libro de anima. Anima eſt actus primus corporis organici phyſici, potentia vitam habentis. Quarta eſt Auguſtini. Anima eſt ſimilitudo omnium. Quinta eſt ſimiliter Auguſtini. Anima eſt ſubſtantia quædam rationis particeps, regendo corpori accommodata. Sexta ſumitur ex Geneſi. Anima eſt deiforme ſpiraculum vitæ. Septima eſt Senecæ. Anima eſt ſpiritus intellectualis, in ſe, et in corpore ad beatitudinem ordinatus. Per primam diffinitionem, notificatur anima rationalis, prout eſt ſpiritus: per ſecundam, et tertiam, prout eſt anima. Copulatur enim anima, et vnitur corpori, vt motor mobili, et ſic eſt ſecunda: et ut perfectio perfectibili, et ſic eſt tertia. Per alias vero quattuor, quæ ſequuntur, diffinitur vt anima, et ſpiritus: ita quod quarta eſt per comparationem ad creaturas generaliter: quinta, per comparationẽ ad corpus, quod perficit: ſexta, per comparationem ad Deum, tamquam ad ſuam cauſam efficientem: ſeptima, per comparationem ad Deum, vt finem vltimum; citra quem non poteſt rationalis anima quietari.

Ariſtot. de Ani. lib. 2. tex. 5. — Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 6. to. 3. — Ibid. c. 1. — Gen. 1.

De diuiſione potentiarum animæ, ſecundum magiſtros in quinque membra. Sectio XX.

SEquitur videre diuiſionem potentiarum animæ. Ad quarum notitiam habendam, quadruplex eſt diuiſio percurrenda. Vna diuiſio ſecundum magiſtros eſt in quinque membra, ſcilicet in ſenſualitatem, ſenſum, imaginationem, rationem, et intellectum. Senſualitas ſecundum magiſtros, eſt illa potentia, quæ ſenſiti-

Sẽſualitas.

A ſenſificat corpus et mouet, et appetit ea, quæ ſunt delectabilia corpori, et refugit nociua. **Senſus.** Senſus eſt illa vis animæ, qua homo cognoſcit res corporales præſentes. **Imaginatio** Imaginatio eſt illa vis animæ, quæ intuetur res corporales abſentes. **Ratio.** Ratio eſt illa vis animæ, qua anima inter bonum et malum, inter verum et falſum diſcernit infra ſe. **Intellectus** Intellectus eſt illa vis animæ, qua anima apprehendit res immateriales, et intelligibiles, vt animam, angelum, et Deum.

Aug. li. de ſpir. et ani. c. 9. 10. 3.

· Iſtorum quinque membrorum ſufficientia, ſic poteſt ſumi: Anima eſt quaſi duo, ſicut dicit Auguſtinus. Eſt anima, et ſpiritus. Anima, inquantum corpus perficit et viuificat: ſpiritus, inquantum ſine corpore conſideratur, et ſeparata perdurat. Secundum vero, quod eſt anima, comparatur ad corpus, et corpus ad animam: et ſic congruit anima corpori, et aptatur ei, vt influat ei vitam, et ſenſum. Et hæc potentia animæ dicitur ſenſualitas. Congruit etiam corpus animæ et aptatur ei, vt per corpus perficiatur quantum ad vitam inferiorem. Et hæc potentia dicitur ſenſus. Senſus autem eſt duplex, ſcilicet interior, qui dicitur imaginatio, et exterior, qui communiter dicitur ſenſus: vt viſus, qui fit per oculum, et auditus per aurem, et ſic de alijs. Ipſa vero anima, inquantum ſpiritus, dicitur duplicem habere aſpectum. Vnum respectu inferiorum, et vnum reſpectu ſuperiorum, ſecundum, quod dicit Auguſtinus, quòd anima duas habet partes, ſcilicet vnam ad ſuperiora reſpicientem et aliam ad inferiora. Inferiorem magiſtri appellant rationem, ſuperiorem vero intellectum.

Ibid. c. 11.

De diuiſione potentiarum ſecundum naturales in tria membra. *Sectio XXI.*

SEcunda vero diuiſio ſecundum naturales, eſt in tria membra. Secundum enim quòd anima comparatur ad actus, tres ſunt animæ potentiæ, ad actum triplicem ordinatæ. Tres quidem ſunt actus animæ primi, ſcilicet vegetare, ſentire, et ratiocinari. Et ſecundum hoc diſtinguitur triplex animæ potentia, ſcilicet vegetabilis, ſenſibilis, et rationalis. Nota tamen quod vegetabilis eſt anima in plantis. Senſibilis eſt anima in brutis. Rationalis eſt anima in hominibus. **In homine vna tantum anima.** In homine autem non ſunt tres animæ, ſed tres potentiæ ſunt dicendæ in anima. Vegetabilis appetit eſſe, ſenſibilis bene eſſe, rationalis optime eſſe. Vegetabilis ſubdiuiditur in generatiuam et nutritiuam. Generatiua eſt ad conſeruationem eſſe vniuerſalis, ſcilicet ſpeciei. Nutritiua eſt ad conſeruationem eſſe ſingularis, ſcilicet indiuidui. Nutritiuæ duplex eſt actus, ſcilicet nutrire, et iſte actus ſemper eſt neceſſarius: augmentare, et iſte ſolum eſt neceſſarius vſque ad rei completionem. Vnde nutriuntur ſemper animalia, non autem ſemper augmentantur. Vis ſenſibilis diuiditur in apprehenſiuam, et motiuam. Apprehenſiua, diuiditur in ſenſum particularem, et ſenſum communem: ſiue in ſenſum exteriorem, et interiorem. Senſus particularis ſiue exterior, diuiditur in quinque ſenſus, ſcilicet viſum, auditum, guſtum, odoratum, et tactum.

Tria in ſenſu requiſita.

Circa iſtos quinque ſenſus, tria neceſſario requiruntur, ſcilicet bonitas organi, diſpoſitio medij, et præſentia obiecti. Organum viſus, ſunt pupillæ oculorum: organum odoratus, ſunt nares: organum auditus, ſunt aures: organum guſtus, lingua et palatum: organum tactus, ſunt nerui totius corporis. Iſta organa deſcendunt ab interiori parte cerebri: In qua quidem eſt neruus, qui dicitur opticus, et deſcendit ad pupillas, et ramificatur in duas partes: alius deſcendit ad nares: alius ad aures: quidam alius ad linguam, et palatum: quidam multipliciter ramificatus eſt organum tactus in toto corpore. Obiecta vero ſenſuum ſunt hæc: obiectum viſus eſt color, et eius differentiæ: obiectum odoratus eſt odor et eius differentiæ: obiectum guſtus eſt ſapor, et eius differentiæ: obiectum auditus eſt ſonus, et eius differentiæ: obiectum tactus ſunt elementares qualitates, vt calidum, humidum, frigidum, ſiccum, rarum, et denſum, leue, et graue, aſperum, et lene. Media ſenſuum ſunt hæc: aer, et aqua, et quodlibet corpus diaphanum, et tranſparens. Illuminatum eſt medium in viſu: aer exterior, et interior eſt medium in auditu: auris enim concaua, in concauitate habet aerem intrin ſecum ſibi connaturalem. Vapor per aerem delatus eſt medium in odoratu: res enim odorifera quaſi fumum ſenſibilem euaporat, ex quo immutatur aer deferens odoratui odoratum. B Humor ſaliualis eſt medium in guſtu. Caro eſt medium in tactu.

Senſus interior.

Interior ſenſus diuiditur in tres partes, ſecundum tres partes cerebri, quæ ſunt, anterior, in qua eſt imaginatio: media, in qua eſt æſtimatiua: poſtrema, in qua eſt memoria. Imaginatio aliquando dicitur ſenſus communis, aliquando imaginatio, aliquando phantaſia. Senſus communis dicitur inquantum ibi concurrunt ſenſus particulares quinque, tamquam lineæ ad centrum, ibiq. ligantur. Imaginatio dicitur, inquantum repræſentat formas prius receptas a particularibus ſenſibus, quamuis abſentes. Phantaſia, inquantum C poteſt componere formas nouas ſecundum ſimilitudines eorum, quæ percepit per ſenſus particulares. Æſtimatiua eſt illa vis, ſecundum quam dicimus ſagacitatem, vel prudentiam in brutis: vt in vulpe, ſiue in alijs, in appetendis delectationibus et refugiendis nociuis. Memoria eſt vis illa, quæ conſeruat, ſiue retinet formas ſenſibilium ſpecierum. Vis ſenſibilis motiua eſt motiuum ſecundum motum mouens vniuerſaliter membra corporis, vt caput, brachia, et armos. Motiua pedum dicitur greſſibilis, quia ſecundum eam mouetur animal motu progreſſiuo. Vis rationis diuiditur in intellectum ſpeculatiuum, qui exercetur in contem D platione veri: et practicum, qui in operatione boni. Secundum hanc duplicem radicem intellectuum, dicuntur vita actiua, et contemplatiua.

De diuiſione potentiarum ſecundum naturales, et theologos. *Sectio XXII.*

TErtia diuiſio ſecundum theologos et naturales eſt hæc: Potentiarum alia corporalis, ideſt corporis regitiua: alia ſpiritualis. Corporis regitiua diſtinguitur in animalem, vitalem, et naturalem. Secundum has vires anima regit corpus. **Vis animalis.** Vis animalis ſecundum E medicos eſt in cerebro, vitalis in corde, naturalis in epate. Vis animalis diuiditur in cognitiuam, et motiuam. De cognitiua dictum eſt ſupra. Motiua diuiditur in iraſcibilem, et concupiſcibilem. Motus enim animalis aut eſt a malo nociuo, et dicitur motus fugę, qui eſt ab iraſcibili. Aut eſt ad bonum delectabile, et talis motus eſt a concupiſcibili. **Vis vitalis.** Vis vitalis, eſt vis motiua aeris in corpore animalis, per arterias, vnde eſt pulſus. Tanti enim caloris eſt cor, quod niſi refrigeraretur aere attracto per inſpirationem, et emiſſo per reſpirationem, animal moreretur. Hæc eadem vis eſt motiua ad vocem formandam, eo modo, quo for F matur vox irrationalis, vt vox auium, et animalium. **Vis naturalis.** Vis naturalis comprehendit nutritiuam, et generatiuam. Sed nutritiua eſt ad conſeruationem naturæ ſingularis: generatiua eſt ad conſeruationem naturæ vniuerſalis. Nutritiuæ virtuti aliæ quattuor deſeruiunt, ſcilicet appetitiua, quæ appetit nutrimentum: digeſtiua, quæ ſeparat conueniens, et non conueniens in alimento: retentiua, quæ tranſmittit ad ſingulas partes corporis, quod conueniens eſt in nutrimento, vt facta deperditio reſtauretur: expulſiua, quæ expellit, quod in nutrimento fuit inconueniens, et nociuum.

Vis ſpiritualis. Spiritualis autẽ ideſt ſpiritus regitiua, diuiditur aliquando ſecũdum naturam intellectiuam, et affectiuã.

Aliquando

Aliquando ſecundum officia, vt cum diuiditur ratio in ſuperiorem, et inferiorem. Aliquando ſecundum ſtatus, vt cum diuiditur, in intellectum ſpeculatiuum, et practicum: Speculatiuus intellectus, extenſione fit practicus, dum coniungitur voluntati, et operi. Aliquando ſecundum aſpectus, vt cum diuiditur cognitiua in rationem, quæ aſpicit ad inferius, et intellectum, qui aſpicit ad par, et intelligentiam, quæ aſpicit ad ſuperius. Aliquando ſecundum actus, vt cum fit diuiſio in inuentiuam, et dijudicatiuam. Inuenire enim et iudicare, ſunt actus potentiæ cognitiuæ ad inuicem ordinati. Aliquando ſecundum differentias, vt cum diuiditur intellectus, in agentem, et poſſibilem: nam prima differentia intellectus vtitur anima ad abſtrahendum, ſecunda vero ad recipiendum. Aliquando ſecundum diuerſos modos mouendi, et ſic eſt diuiſio voluntatis, ſiue appetitus, in naturalem, et deliberatiuam. Prima eſt diuiſio principalis in intellectum, et affectum, ſiue cognitiuam, et affectiuam, ſiue in rationem, et voluntatem.

Ariſt. li. 3. de ani. tex. 49.

Voluntas.

Voluntas dicitur potentia, et ſic diffinitur ab Anſelmo: Voluntas eſt inſtrumentum per ſeipſum mouens. Dicitur actus ſiue motus potentiæ, et ſic diffinitur ab Auguſtino: Voluntas eſt animi motus, cogente nullo ad aliquid admittendum, vel non admittendum, vel adipiſcendum, vel non adipiſcendum. Dicitur etiam volitum, vt cum dicit aliquis, hæc eſt mea voluntas. Sex ſunt actus ad voluntatem liberam pertinentes ſecundum Damaſcenum, ſcilicet conſilium, iudicium, ſententia, electio, operatio, et vſus. Liberum arbitrium vult, ecce voluntas: inquirit et ſcrutatur, ecce conſilium: iudicat, ecce iudicium: diſponit, ecce ſententia: eligit, ecce electio, quæ eſt duobus placentibus alterum præoptare: impetum facit, ecce operatio: agit, ecce vſus.

Anſel. Dialog. de lib. arb. c. 7. Aug. li. 21. ſent. ſent. 14. tom. 4. et lib. de duab. ani. c. 10. to. 6. Damaſ. Ortho. fid. lib. 2. c. 22.

Ratio.

Ratio autē habet quinque actus, duos per quos dirigitur in finem veri, quorum vnus præcedit cognoſcere et dicitur ratiocinatio, quæ ſic ab Auguſtino diffinitur: Ratiocinatio eſt rationis inquiſitio. Huic ratiocinationi eſt inſitum ingenium, quod diffinitur ab Auguſtino: Ingenium eſt illa vis animæ, ſiue intentio, qua ſe extendit anima, et exercet ad incognitorum cognitionem. Alius actus eſt ipſum cognoſcere, quod eſt aſpectus veri. Et ſecundum hoc diffinitur ratio ab Auguſtino: Ratio eſt animi aſpectus, quo per ſeipſum verum intuetur. Habet etiam ratio tres actus, per quos dirigitur in finem boni. Primus eſt boni et mali diſcretio, ſiue boni et melioris: ſecundus eſt, diſcretione facta, boni ſiue melioris electio: tertius eſt dilectio. De his tribus dicit Auguſtinus: Ratio eſt animæ aſpectus, quo bonum et malum diſcernit, virtutes eligit, Deum diligit.

Aug. lib. de ſpi. et ani. c. 1. to. 3. Ibid. c. 11. Ibid. c. 1. Ibid. c. 11.

De diuiſione potentiarum, ſecundum Auguſtinum. Sectio XXIII.

Ibid. c. 4.

QVarta diuiſio potentiarum, ponitur ab Auguſtino in libro de Spiritu, et anima, quæ facit ad maiorem euidentiam prędictorum. Diſtinguit autem vires animæ, in rationalem, concupiſcibilem, et iraſcibililem. Per rationalem, eſt anima habilis ad cognoſcendum aliquid infra ſe, et ſupra ſe, in ſe, et iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidem Deum ſupra ſe, ſe in ſe, angelum iuxta ſe, et quidquid cœli continetur ambitu, infra ſe. Per concupiſcibilem, et iraſcibllem habilis eſt affici ad aliquid appetendum, vel fugiendum, amandum vel obediendum. De rationalitate omnis ſenſus animæ naſcitur: de concupiſcibilitate omnis affectus. Affectus quadripertitus eſſe dinoſcitur, dum de eo, quod amamus, iam gaudemus, vel gaudendum ſperamus: vel cum de eo, quod odimus, iam dolemus, vel dolendum metuimus. Vnde de concupiſcibilitate, gaudium, et ſpes: de iraſcibilitate, dolor et metus oriuntur. Qui quidem quattuor affectus animæ omnium ſunt vitiorum, atque virtutum, quaſi quædam principia, et communis materia. Affectus quidem omni operi nomen imponit. Notandum vero, quòd ſenſus animæ virtutes apprehenſiuæ vocantur, ſiue cognitiuæ, quæ a rationabilitate oriuntur. Quinque autem ſunt progreſſus ad ſapientiam: ſenſus imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia. Senſus eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas recipit formas, ſed præſentes. Imaginatio eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum corporeas recipit formas, ſed abſentes. Senſus namque formas accipit in materia, imaginatio extra materiam. Et ea vis exterius formata, ſenſus dicitur, et eadem vſque ad intimum traducta, vocatur imaginatio, quæ de ſenſu oritur. Ratio eſt ea vis animæ, quæ rerum corporearum formas, naturas, differentias, propria, et accidentia omnia percipit incorporea, ſed non extra corpora, niſi ratione exiſtentia. Abſtrahit enim incorporibus, quæ fundantur a corporibus, non actione, ſed conſideratione. Intellectus eſt ea vis animæ, quæ inuiſibilia percipit, vt angelos dæmones, animas, et omnem ſpiritum creatum. Intelligentia eſt ea vis animæ, quæ immediate ſupponitur Deo. Cernit quidem ipſum ſummum verum, et vere immutabile. Sic ergo anima ſenſu percipit corporea: imaginatione, corporum ſimilitudines: ratione, corporum naturas: intellectu, ſpiritum creatum: intelligentia, ſpiritum increatum. Ad imaginationem, quæ dicitur ſenſus communis, et etiam phantaſia, pertinent ea, quæ vident in ſomnis dormientes: de quibus dicit Auguſtinus, quòd omnium, quæ ſibi videntur videre dormientes, quinque ſunt genera, ſcilicet oraculum, viſio, ſomnium, inſomnium, et phantaſma. Oraculum eſt, cum in ſomnis parens, vel aliqua grauis perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam Deus aliquid euenturum aperte, vel non euenturum, faciendum, vel vitandum denunciat. Viſio eſt, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, euenit. Somnium eſt figuris tectum, et ſine interpretatione intelligi non poteſt. Inſomnium eſt, quando id, quod vigilantem fatigauerat, ſe ingerit dormienti: ſicut eſt cibi cura, vel potus, vel aliqua ſtudia, vel artes, vel infirmitates. Iuxta infirmitates enim diuerſi diuerſa accipiunt ſomnia. Alia enim vident ſanguinei, alia colerici, alia melancholici, alia flegmatici. Iſti enim vident rubra, et varia: et illi nigra, et alba. Phantaſma, eſt quando vix dormire cœperit quis, et vigilare ſe exiſtimat, et videtur aſpicere irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas diſcrepantes, et varias, lætas, et turbulentas. In hoc genere eſt ephialtes, quem opinantur vulgares inuadere dormientes, et opprimere quieſcentes, quod non eſt niſi fumoſitas conſcendens ad cerebrum a ſtomacho, vel a corde, vim comprimens animalem.

Tres vires animę.

Hæc habentur apud Aug. li. mo de tis. c. 21.

Ibid. c. 21.

De quo eſt anima. Sectio XXIIII.

POteſt colligi ex prædictis, quòd anima eſt ens viuens, intelligens, ac libertate vtens. Forma quidem eſt anima, non a ſeipſa, nec de diuina natura, ſed a Deo per creationem de nihilo in eſſe deducta. Forma autem viuens eſt non ex natura extrinſeca, ſed ex ſeipſa: non vita mortali, ſed perpetua. Forma vero intelligens, non tantum creata, ſed etiam creatricem eſſentiam, ad cuius imaginem, et ſimilitudinem facta eſt. Imago autem nominat conformitatem in quantitate: ſimilitudo vero, conuenientiam in qualitate. Imago namque, dicit quandam configurationē, et illa importat figuram, quæ eſt quantitas in qualitate, et qualitas in quantitate. Similitudo vero, dicitur rerum differentium, eadem qualitas. Ex hac primaria differentia, triplex modus diſtinguendi inter imaginem et ſimilitudinem aſſignatur, ſecundum Hugonē. Imago reſpicit figuram, ſimilitudo naturam: alius eſt modus diſtinguendi, quod imago eſt in naturalibus, ſimili-

Sup. in breuil. p. 2. c. 9

Imago Annotati. elucidator. in Gen. c. 1.

Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 18. 10. 3.

ſimilitudo in gratuitis: tertius modus ſecundum Auguſtinum eſt, quòd imago eſt in potentia cognoſcendi, ſimilitudo, in potentia diligendi. Hæc vltima eſt per appropriationem, pro eo quod in imagine, quæ eſt per creationem, duæ ſunt potentiæ ex parte cognitiuæ, ſcilicet memoria, et intelligentia: et vna ex parte affectiuæ, ſcilicet voluntas. Econtrario autem in ſimilitudine, quæ eſt per recreationem ſiue iuſtificationem, duæ ſunt virtutes ex parte affectiuæ, ſcilicet ſpes, et charitas: et vna ex parte cognitiuæ, ſcilicet fides. Et propterea ponitur imago in potentia cognitiua, ſimilitudo in potentia affectiua. Diffinitur autem imago ab Hilario in libro de ſynodis ſic: Imago B eſt eius rei, ad quam imaginamur, ſpecies indifferens. Eſt etiam anima forma libertate vtens, quia ſemper eſt libera a coactione. Hæc autem libertas a coactione, nihil aliud eſt, quàm facultas rationis et voluntatis, quæ ſunt potentiæ animæ principales. Hæc autem libertas, conſurgit ex deliberatione præambula, et volũtate adiuncta, et communiter liberum arbitrium appellatur.

Hilar. li. de ſynod. defi- ni. 1.

Liberum arbitriũ, quid quale.

a Refertur a Magiſ. 2. ſen. diſt. 25. in prin.
b Bern. li. de lib. arb, ante med.
c Habetur apud Mag. ſen. li. 2. d. 24. c. liberũ vero.
d Anſel. li. de lib. arb. c. 13.
e Mag. 2. ſen. diſt. 25
f Bern. lib. prox. cit.

De quo libero arbitrio videndum eſt, quantum ad diuerſam diffinitionem, et quantum ad variam denominationem. Liberum arbitrium a philoſopho ſic diffinitur: [a] Liberum de voluntate iudi- C cium. A [b] Bernardo ſic in libro de libero arbitrio: Liberum arbitrium eſt conſenſus ob voluntatis inamiſſibilem libertatem, et rationis indeclinabile iudicium. Ab [c] Auguſtino ſic: Liberum arbitrium, eſt facultas rationis et voluntatis, qua bonum eligitur, gratia aſſiſtente, vel malum, eadem deſiſtente. Ab [d] Anſelmo ſic: Liberum arbitrium, eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem propter ſeipſam. Poteſt enim liberum arbitrium conſiderari quantum ad actum, et ſic diffinitur a Bernardo. Quantum ad actum, et obiectum, et ſic ab Anſelmo. Quantum ad actum, et obiectum, et finem vltimum, et ſic ab Auguſtino. D Denominatur autẽ iſta potentia a [e] Magiſtro ſententiarum, libertas a coactione, ſiue neceſſitate, a culpa, et a miſeria. [f] A Bernardo vero, libertas arbitrij, conſilij, et complaciti. A Magiſtro ſententiarum priuatiue. A Bernardo poſitiue. Conſiderari enim poteſt libertas iſta quantum ad eſſe, et ſic dicitur a Magiſtro libertas a coactione priuatiue: a Bernardo libertas arbitrij poſitiue. Itẽ quantũ ad bene eſſe, ad quod requiritur duplex bonum, ſcilicet bonum rectificans, ſiue ordinans, et bonum delectans, ſiue quietans. Et excluditur duplex malum, ſcilicet malum deformans, et malum affligens. Reſpectu mali deformantis dici- E tur a Magiſtro libertas a culpa priuatiue. Reſpectu boni rectificantis, dicitur a Bernardo libertas conſilij poſitiue. Reſpectu mali affligentis, dicitur a Magiſtro libertas a miſeria priuatiue. Reſpectu boni quietantis, dicitur a Bernardo libertas complaciti poſitiue.

De conditione humani corporis. Sectio XXV.

Gen. 2. b

Animæ humanæ et corporis proportio.

SEquitur videre de natura compoſita, hoc eſt humana natura quantum ad corpus. Fuit enim corpus primi hominis de limo terræ conditum, et formatum, animæ ſubiectum, et proportionabile ſuo mo- F do. Proportionabile, inquam, fuit, quantũ ad æqualem complexionem, et quantum ad pulcherrimam et multiformem organizationem, et quantum ad ſtaturæ rectitudinem. Quamuis enim corpus et anima multum diſtent, tamen infimum ſpiritus, et ſupremũ corporis, ſunt vnibilia miro modo. Spiritus enim animalis, ſiue rationalis habet potentiam viuificandi, potentiam vegetandi, et potentiam ſentiendi. Corpus vero habet complexionis æqualitatem, organorum multiformitatem, et ſpirituum ſubtilitatem ſecundum triplicem differentiam. Habet namque ſpiritum vitalem, ſpiritum naturalem, et ſpiritum animalem. Comparando igitur complexionis æqua-

A litatem, ad potentiam viuificatiuam, per medium ſiue vinculum ſpiritus vitalis optimus eſt nexus. Similiter comparando non ſolum complexionem æqualẽ, verumetiam organizationis perfectionem, ad potentiam vegetatiuam, et ſenſitiuam, mediante ſpiritu naturali, et animali, optima eſt proportio, et mirabilis nexus. Vnde ſicut terra et ignis, quamuis multum diſtent, duplici tamen medio connectuntur: vno, quod magis communicat cum igne: alio, quod magis communicat cum terra: ſic eſt in propoſito intelligendum. Rurſus quoniam anima, tamquam ad beatitudinem ordinata, et habilis, tendit ſurſum; corpus ha- B bet ſtaturæ rectitudinem, et caput ſurſum erectum, vt ſic rectitudini ſpiritus atteſtetur. Fuit etiam corpus animæ ſubijcibile et ſubiectum, ita quòd eſſet obtemperans, ſine rebellione: vegetabile, ſine defectione: propagabile, ſine libidine. Vnde datus eſt ſibi paradiſi terreſtris locus, in tranquillam habitationem: datum eſt ei lignum vitæ, ad continuam vegetationem: formata eſt ei mulier de latere viri, in conſortium et adiutorium, ad immaculatam propagationem.

Gen. 2.

Ratio ſeminalis.

Et quia homo ex homine, ſicut eſt in ceteris, ſeminaliter propagatur: de ratione ſeminali eſt aliquid ad- C iungendũ. Ad quod notandũ eſt, quod cauſa et cauſalis ratio communis eſt ad principium extrinſecum, et intrinſecum, quantum eſt de vi nominis. Semen vero et ratio ſeminalis reſpicit principium intrinſecum. Poſſunt tamen diſtingui, vt cauſa et ratio cauſalis accipiantur quantum ad principium increatum: ſemen et ratio ſeminalis quantum ad principium creatum. Differunt tamen cauſa, et ratio cauſalis: quia cauſa dicit principium productiuum, ratio vero cauſalis dicit regulam dirigentem illud principium in operatione ſua. Similiter etiam differunt ſemen, et ratio ſeminalis. Regula autem agẽtis increati eſt forma exem- D plaris vel idealis. Regula agentis creati, eſt forma naturalis. Et ita rationes cauſales ſunt formæ ideales, vel exemplares: rationes vero ſeminales, ſunt formæ naturales. Et ſecundum hoc patet, quòd rationes cauſales et primordiales, ſunt idem re, differentes ſolum ratione. Primordiales dicuntur, per priuationem prioris: cauſales, per poſitionem poſterioris. Et primordiales reſpiciunt Deum, et primum principiũ: cauſales reſpiciunt Deum, et vltimum finem, qui eſt cauſa cauſarum. Similiter naturales rationes, et ſeminales, idem ſunt re, ſed differunt ratione: quia ſemen dicit, vt ex quo: natura, vt a quo. Ratio ſemi- E nalis, attenditur inquantum dicit potentiam naturæ, vt ex aliquo aliquid fiat. Vel ſeminalis ratio reſpicit inclinationem, et virtutem intrinſecam, quæ mouet, et operatur ad effectus productionem: naturalis vero ratio concernit producentis ad productũ aſſimilationem, et modi agendi aſſuetudinem.

Rationes cauſales, et primordiales.

De toto homine ex corpore et anima conſtituto. Sectio XXVI.

Homini a principio data.

IAm tertio eſt videndum de toto homine ex anima et corpore conſtituto. De quo doctrinaliter eſt te- F nendum, quòd homini datus eſt duplex ſenſus, ſcilicet interior ſiue mentis, et exterior ſiue carnis. Datus eſt ei duplex motus, ſcilicet imperans in voluntate, et exequens in corpore. Datum eſt ei duplex bonum, vnum viſibile, alterum inuiſibile. Datum eſt ei duplex præceptum, ſcilicet naturæ, et diſciplinæ. Præceptum naturæ: Creſcite et multiplicamini. Præceptum diſciplinæ: De ligno ſcientiæ boni et mali ne comedas. Datum eſt ei quadruplex adiutorium, ſcilicet ſcientiæ, et conſcientiæ ſyndereſis, et gratiæ. Et ſic poteſt colligi ex prædictis, quòd creatura mundi eſt quaſi quidam liber, in quo relucet, repræſentatur, et legitur Trinitas fabricatrix ſecundum triplicem modum expreſſionis, ſcilicet per modum veſtigij, per modum ima-

Gen. 1. d
Gen. 2. c

dum imaginis, et per modum ſimilitudinis: Ita quod ratio veſtigij inuenitur in creaturis omnibus: ratio imaginis, in ſolis intellectualibus, ſiue rationalibus: ratio ſimilitudinis, in ſolis deiformibus. Omnis enim creatura Deum habens vt principium, configuratur ei per vnitatem, veritatem, et bonitatem, et hoc eſt veſtigium: habens Deum vt obiectum, ipſum capit per memoriam, intelligentiam, et voluntatem, hæc eſt imago: habens Deum vt donum infuſum, configuratur ei per fidem, ſpem, et charitatem, ſiue per viſionem, tentionem, et perfectam dilectionem, in hoc eſt ſimilitudo.

Et quia imago eſt expreſſa ſimilitudo, et hęc in creatura rationali, ſecundum gradum triplicem, inuenitur, ampliato nomine, poteſt diſtingui triplex imago in creatura rationali, qua repræſentatur expreſſe trinitas fabricatrix. Eſt enim imago creationis, quæ conſiſtit in tribus potentijs, et in vnitate ſubſtantiæ: ita quòd memoria repræſentat Patrem: intelligentia, Filium: et voluntas Spiritum ſanctum. Subſtantia vero animæ cum ſit vna, repræſentat diuinæ eſſentiæ vnitatem. Eſt etiam imago recreationis, quæ conſiſtit in tribus virtutibus theologicis, et vnitate gratiæ gratum facientis: ita quod fides repræſentat Filium: ſpes, Patrem: et charitas, Spiritum ſanctum: vnitas vero gratiæ gratum facientis, repræſentat eſſentiæ vnitatem. Eſt et imago glorificationis, quæ conſiſtit in tribus dotibus glorioſis, et vnitate gloriæ: ita quòd aperta viſio repræſentat Filium: ſecura tentio repræſentat Patrem: perfecta dilectio, Spiritum ſanctum: vnitas vero gloriæ repræſentat vnitatem eſſentiæ. Prima imago eſt animarum a Deo exeuntium, per creationem: ſecunda eſt ad Deum redeuntium, per iuſtificationem: tertia eſt ad Deum peruenientium, per glorificationem. Prima dicitur proprie imago naturæ, et eſt angelorum omnium et omnium rationalium animarum: ſecunda dicitur ſimilitudo gratiæ, et eſt angelorum conuerſorum et animarum iuſtarum, non autem dæmonum, nec hominum peccatorum: tertia dicitur deiformitas gloriæ, et eſt angelorum ſanctorum, et beatarum animarum. Hæc autem tria operatur tribus vicibus, per ſingulos hominum beatorum benignitas Saluatoris.

Imago triplex in homine.

De vnione naturarum in Christo. Sectio XXVII.

POſtquam vidimus de bono increato, quod eſt Deus, et de bono creato, quod eſt mundus: videndum eſt aliquid de bono ex vtroque coniugato, quod eſt Chriſtus. De quo breuiter tria ſunt videnda, ſcilicet naturarum ſociatio, gratiarum exuberatio, et pœnarum toleratio.

Quantum ad naturarum vnionem in Chriſto, tenere debemus, quòd in fine ſæculorum, quando venit plenitudo temporis, poſt legem naturæ, et ſcripturæ, poſt Patriarchas, et Prophetas, quibus, et per quos fuit incarnatio repromiſſa, dignatus eſt Filius Dei incarnari, propter homines redimendos: et nunc angelo nunciante virgini Mariæ incarnationis myſterium perficiendũ in ipſa, virgo credidit, appetijt, et conſenſit: et deſcendit Spiritus ſanctus ſuper eam, ad ſanctificandum, et fecundandum: cuius virtute, virgo concepit Dei Filium, quem virgo peperit, et poſt partum virgo permanſit. Concepit non ſolum carnem, verumetiam carnem animatam, et Verbo vnitam, et nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam et immaculatam: ratione cuius dicitur mater Dei, et virgo Maria. Hanc autem incarnationem fuit tota Trinitas operata. Per quam quidem incarnationem, facta eſt aſſumptio carnis a diuinitate, et vnio diuinitatis cum carne viuifica ſpiritu rationali, ſecundum potentiam vegetandi, ſentiendi, et intelligendi. In hac autem incarnatinne non eſt facta vnio in vnitate naturæ, ſed perſonæ: non humanæ, ſed diuinæ:

Gal. 4. a

Luc. 1. c. d

A non aſſumptæ, ſed aſſumentis: non perſonæ cuiuſlibet, ſed perſonæ ſolius Verbi. Hæc vero vnio tanta fuit, vt faceret Deum hominem, et hominem Deum: ita quod quidquid dicitur de filio Dei per naturam, dicitur de filio hominis per gratiam, et econtra: exceptis his, in quibus exprimitur vnio, et includitur negatio. Non enim poteſt dici, quod humana natura diuinam naturam aſſumpſerit, vel ſibi vnierit, ſed quòd aſſumpta fuerit, et vnita. Similiter non poteſt dici, quòd filius Dei incœperit eſſe. Hoc enim negatur de aſſumente, ſed vere dicitur de aſſumpto.

B *De perfectione gratiarum in Christo. Sectio XXVIII.*

SEquitur videre de perfectione gratiarum, quæ fuerunt in Domino Ieſu Chriſto: de quibus tenẽdum eſt, quòd in Chriſto a ſui conceptione fuit plenitudo omnis gratiæ, et quantum ad gratiam ſingularis perſonæ, et quantum ad gratiam capitis, et quantum ad gratiam vnionis: ita quòd per gratiam ſingularis perſonæ habuit omnis peccati immunitatem, et quantum ad actum, et quantum ad poſſe: quia nec peccauit nec peccare potuit. Quantum ad gratiam vnionis dignus eſt non ſolum felicitate gloriæ, verumetiam adoratione latriæ: quæ eſt cultus reuerentiæ ſoli Deo debitus. Per gratiam vero capitis, influit motum, et ſenſum in vniuerſos, qui ad eum accedunt per fidem rectam, vel per fidei ſacramenta: ſiue aduentum eius præceſſerint, ſiue fuerint ſubſecuti. Chriſto enim conſiderato in ſe, quantum eſt ſingulare, ſiue indiuiduum, competit gratia ipſum ſanctificans, et confirmans: quam vocamus gratiam ſingularis perſonæ. In comparatione ad Verbum vnitum, competit ei gratia vnionis: ratione cuius habuit ſuperiorem naturã, et inferiorem: diuinam et humanam: adorabilem, et adorantem. In comparatione vero ad corpus myſticum, competit ei gratia capitis, hac ratione: quia ſicut caput habet in ſe ſenſuũ plenitudinem, et ceteris membris eſt conforme, ceteris membris præſidet, ceteris præſtat beneficium influentiæ, quæ ipſi capiti connectuntur: ſic Chriſtus habens in ſe gratiæ ſuperabundantiam, nobis conſimilis in natura, præ ceteris ſanctis, et ſanctus, et iuſtus: ceteris, qui ad ipſum accedunt, præſtat beneficium gratiæ, et ſpiritus, per quem fit ſenſus, et motus in ſpiritualibus: ſenſus, inquam, cognitionis, et veritatis: motus dilectionis, et charitatis.

Triplex gratia in Chriſto.

E *De plenitudine ſapientiæ in Chriſto. Sectio XXIX.*

VIdimus de plenitudine gratiæ, quam habuit Chriſtus in affectu: videamus ſubſequenter de plenitudine ſapientiæ, quam habuit in intellectu. Et ſic tenendũ eſt, quòd in Verbo incarnato fuit omnis ſapientiæ plenitudo, non ſolum ad cognita, verumetiam quantum ad modos, et differentias cognoſcendi. Fuit namque in Chriſto cognitio ſempiternalis, ex parte diuinitatis: cognitio ſenſibilis, ex parte ſenſualitatis et carnis: cognitio ſcientialis, ex parte mentis, et ſpiritus. F Et hæc fuit triplex, quædam per naturam, quædam per gratiam, quædam per gloriam. Vnde ſapientiam habuit, vt Deus et homo: vt comprehenſor, et viator: vt perfecte illuminatus per gratiam: et vt recte formatus per naturam. Et ita in vniuerſo, fuerunt in Chriſto quinque modi ſciendi, ſiue cognoſcendi. Primus, ſecundum diuinam naturam: et ſecundum hoc, cognouit omnia actualia et poſſibilia, finita et infinita, cognitione actuali et comprehenſiua. Secundus, per gloriam: et hoc modo cognouit omnia actualia et finita, cognitione actuali: infinita vero, cognitione habituali. Tertius, per gratiam: et hoc modo cognouit omnia ſpectantia ad humani generis redemptionem, longe excellentius, et melius, quàm aliquis prophetarum, et angelorum. Quartus, ſecundum natu-

Triplex cognitio in Chriſto.

Quinque modi ſciendi in Chriſto.

dum naturam integram, cuiuſmodi fuit in Adam: et hoc modo cognouit, quæ ſpectant ad mundanam machinam conſtruendam excellentius, et melius quàm ipſe Adam. Quintus, ſecundum ſenſibilem experientiam: et hoc modo cognouit omnia, quæ veniunt ad organa ſenſuum: ſecundum quem modum dicitur, quòd didicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiam.

Heb. 5. c

Cur quintuplex modus ſciendi in Chriſto.

Debuit quidem in Chriſto eſſe quintuplex iſte modus. Nam res habent eſſe in æterna arte, in humana mente, et in proprio genere. In arte cognouit res per naturam diuinitatis, et per gloriam comprehenſionis. In mente per habitum naturalem ſiue innatum, ſicut cognouerunt angeli: per habitum gratuitum, et infuſum, ſicut cognouerunt ſancti Dei per Spiritum ſanctum illuminati. In proprio genere, cognouit via ſenſus, memoriæ, et experientiæ, quæ in nobis facit rem incognitam cognoſci: in Chriſto autẽ rem cognitam ſecundum vnum modum, licet per modum alium eſſe notam.

De plenitudine meriti Chriſti. Sectio XXX.

SEquitur videre de plenitudine meriti, quam Chriſtus habuit in opere, et effectu. Et ſic eſt tenendũ, quòd in Chriſto Domino fuit omnis meriti perfectio, et plenitudo. Primo quantum ad eum, qui merebatur: quia non tantum erat homo, verumetiam Deus. Secundo quantum ad tempus, in quo merebatur: quia ab inſtanti conceptionis, vſque ad horam mortis. Tertio quantum ad id, quo merebatur, propter perfectiſſimum habitum charitatis, et perfectiſſimũ exercitium virtutis in agendo, orando, et patiendo. Quarto quantum ad eum, cui merebatur: quia non tantum ſibi, ſed etiam nobis, immo omnibus iuſtis. Quinto quantum ad id, quod merebatur nobis: quia non tantum gloriam, verumetiam gratiam, et veniã: Non tantum gloriam ſpiritus, verumetiam ſtolam carnis, et apertionem ianuæ cæleſtis. Sexto quantum ad id, quod merebatur ſibi: quia licet non mereretur glorificationem mentis, quam iam habebat, merebatur tamen accelerationem Reſurrectionis, et glorificationem ſui nominis, et dignitatem iudiciariæ poteſtatis. Septimo quantum ad modum quo merebatur. Cum enim dicatur tripliciter quis mereri, ſcilicet vel de indebito facere debitum: vel de debito facere magis debitum: vel de debito vno modo, facere debitum alio modo. Omnibus his modis meruit nobis: tertio tantummodo meruit ſibi, faciente ad hoc plenitudine Spiritus ſancti, per quam Chriſtus ſimul erat beatus et in ſtatu merendi. Ita quod ſupra eius meritum, omnia noſtra merita habent fundari. Cum in Chriſto ſiquidem fuerit plenitudo gratiæ in affectu, et plenitudo ſapientiæ in intellectu, neceſſe fuit quod in ipſo eſſet plenitudo, et perfectio meriti, ſecundum omnem modum plenitudinis.

Tribus modis meruit nobis Chriſtus.

De tolerantia paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sectio XXXI.

SEquitur videre de tolerantia paſſionis circa Dominum Saluatorem. Sciendum eſt, quod Chriſtus aſſumpſit non tantum naturam humanam, ſed etiam defectus circa naturam humanam. Aſſumpſit enim pœnalitates corporales, vt famem, ſitim, et laſſitudinem. Aſſumpſit et ſpirituales, vt triſtitiam, gemitum, timorem, et dolorem. Nec tamen omnes corporales aſſumpſit, ſicut ſunt defectus ægritudinũ multiformium. Nec omnes ſpiritales, ſicut ſunt ignorantia, et rebellio carnis ad ſpiritum, et econtra. Nec eas qualitercumque aſſumpſit: quia ſic neceſſitatem patiendi aſſumpſit, vt nihil pati poſſet inuite, nec ſecundum diuinitatis voluntatem, nec ſecundum voluntatem rationis, licet paſſio fuerit contra voluntatem ſenſualitatis et carnis.

Chriſtus humanã naturã aſſumpſit, et defectus aliquos circa eam, non tamen omnes.

In natura paſſibili ſic aſſumpta, paſſus eſt paſſione generaliſſima, quantum ad naturam humanam: quia non ſolum ſecundum omnia membra corporis principalia, verumetiam ſecundum omnem animæ potentiam, licet nihil pati poſſet ſecundum naturam diuinam. Paſſus eſt paſſione acerbiſſima, tum propter complexionis æqualitatem: tum propter ſenſuum viuacitatem: tum propter ſuſpendij continuitatem: tum quia doluit propter vulnera vt patiens: tum quia doluit propter noſtra delicta vt compatiens. Paſſus eſt paſſione ignominioſiſſima, propter patibulum crucis, quod erat ſupplicium latronum, et peſſimorum: et propter conſortium iniquorũ latronum, ſcilicet cum quibus reputatus eſt. Paſſus eſt tandem paſſione interemptoria, per ſeparationem animæ a corpore, ſalua tamen vnione vtriuſque cum diuinitate. Anathema enim eſt, qui dicit filium Dei naturam, quam ſemel aſſumpſit, reliquiſſe. Peracto autem myſterio paſſionis, deſcendit anima Chriſti ad liberationem eorum, qui inter membra ſua deceſſerant per fidem rectam, vel per fidei Sacramenta: tertia die rediens ab inferis, corpus, quod prius viuificauerat, factum immortale et impaſſibile reaſſumpſit: poſt quadraginta dies cælos aſcendit, interiectis decem diebus, Spiritum ſanctum miſit.

Magnitudo paſſionis Chriſti.

Iſa. 53. d

Act. 1. a b

De ſacra ſcriptura, quantum ad duo Teſtamenta. Sectio XXXII.

SEquitur videre de triplici beneficio Chriſti, et primo de doctrina ſacra, ratione cuius dicitur plenus veritatis ad homines diſcendiſſe. Doctrinam ergo ſacram, ſiue ſcripturam diuinam habemus conſiderare quantum ad diuerſitatem Teſtameotorum, quantum ad generalitatem contentorum, et quantum ad ſpecialitatem præceptorum. Et ſic ſcriptura ſacra in duo diuiditur Teſtamenta, vetus ſcilicet et nouum. Vetus habet multitudinem librorum. Habet enim libros legales quinque: ſcilicet Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeri, Deuteronomium. Habet hiſtoriales decem: qui ſunt, Ioſue, Iudicum, libri Regum quattuor, libri Paralippomenon duo, libri Eſdræ tres, libri Tobiæ, Iudith, Eſther, Iob, et libri Machabæorum duo. Sapientiales ſunt quinque: Parabolæ, Eccleſiaſtes, Cantica, liber Sapientiæ, et Eccleſiaſticus. Prophetales ſunt ſex, ſcilicet Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, liber Pſalmorum, et libri duodecim prophetarum: qui ſunt Oſeæ, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias.

Io. 1. b

Vetus Teſtamentũ.

Nouum Teſtamentum habet etiam libros multos, ſcilicet Euangelia quattuor, primum ſecundum Matthæum: ſecundum, ſecundum Marcum: tertium, ſecundum Lucam: quartum, ſecundum Ioannem. Habet actus Apoſtolorum. Habet epiſtolas Pauli quattuordecim, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galathas vnam, ad Epheſios vnam, ad Philippenſes vnam, ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſalonicenſes duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam, ad Timotheum duas, ad Hebræos vnam. Et ſeptem canonicas, ſcilicet vnam Iacobi, duas Petri, tres Ioannis, vnam Iudæ. Habet etiam librum Apocalypſis. Nouum Teſtamentum, et maxime quattuor Euangelia, quattuor qualitatibus ſecundum Hieronymum contexuntur: quæ ſunt præcepta, mandata, teſtimonia, et exempla. Præcepta ſunt, ad declinandum a malis: mandata, ad facieodum bona: teſtimonia, ad credendum vera: exempla ad imitandum, et explendum honeſta. Timor incutitur præceptis, fides roboratur teſtimonijs, ſpes erigitur exemplis charitas conſummatur mandatis.

Nouum.

Hier. præf. in Euang. ſec. Marc. to. 6.

Legis Moſaicæ et Euangelicæ differentia.

Aſſignatur autem differentia inter legem Moſaicã; et Euangelicam in hunc modum: quia lex Moyſi dicitur lex figuræ, lex pœnæ, lex litteralis, lex occidens, lex timoris, lex ſeruitutis, lex oneris. Lex autem euangelica, dicitur lex veritatis, lex gratiæ, lex ſpiritualis, lex viuificans, lex amoris, lex libertatis, lex facilitatis. In lege quippe euangelica quattuor conditiones nobiliſſimæ ſunt adiectæ ſcilicet documenta inſtruentia, promiſſa incitantia, ſacramenta adiuuantia, et conſilia perficientia: quæ ſunt conſilium paupertatis altiſſimæ, caſtitatis mundiſſimæ, et obedientiæ ſiue humilitatis ſubiectiſſimæ.

Res de quibus ſcriptura ſacra agit.

Agitur enim de ſeptem in vniuerſo in ſacra ſcriptura tam noui, quàm veteris Teſtamenti, ſcilicet de Trinitate Dei, et de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione Verbi, de gratia Spiritus ſancti, de medicina ſacramentali, de ſtatu finalis iudicij. Sũt ſpecialiter in ſcriptura quattuor genera præceptorũ, ſcilicet quædam cærimonialia, vt: Non arabis in boue et aſino. Quædam ſacramentalia, vt de vitula rufa, et alijs ſacrificijs, et de circumciſione. Quædam iudicialia, vt oculum pro oculo, dentem pro dente. Quædam moralia, vt decem præcepta Decalogi.

Deut.22.b *Num.19.a* *Gen.17.b* *Exo.21.c* *Exo.20.*

De præceptis Decalogi. *Sectio XXXIII.*

Salus hominis.

PRæcepta Decalogi ſunt ſpecialiter declarãda, quę dicuntur moralia, quia cum fide ſunt ad ſalutem hominum neceſſaria. In fide enim et moribus eſt ſalus hominum conſtituta. Fuerunt autem conſcripta digito Dei in duabus tabulis lapideis, in ſignum geminæ charitatis, diuinæ, ſcilicet et humanæ. De quibus breuiter duo ſunt videnda, ſcilicet ordinatio, et numeri ſiue ſufficientiæ aſſignatio. Ordinantur autem a Ioſepho hiſtoriographo, ſecundum ordinem rei geſtæ quinque in prima tabula, et quinque in ſecunda. Secundum eundem ordinem, ab Auguſtino tria in prima tabula, et ſeptem in ſecunda. Origines conſiderans materiam eorum, quæ ordinantur, diſtinguit primum in duo, ſcilicet nõ habebis deos alienos præter me: Et non facies tibi ſculptile. In quorum primo prohibetur adoratio ſtatuæ nihil habentis ſimile in naturis: ſecundo prohibetur adoratio ſtatuæ habentis ſimilitudinem cum aliqua creatura. Duo vero vltima ſecundæ tabulæ non diſtinguit, reputans ea eſſe vnum, ſcilicet: Non concupiſces vxorem proximi tui: Et non deſiderabis rem eius. Auguſtinus vero, conſiderans finem, ad quem præcepta Decalogi ordinantur, primum non diſtinguit, quia vtrobique ſecundum intentionem idolatria prohibetur. Et ſic ponit tantum tria in prima tabula. Præceptum vero de concupiſcentia vxoris, et poſſeſſionis alienæ, diſtinguit in duo: quia alio fine concupiſcitur vxor ad vſum voluptatis, alio fine concupiſcitur poſſeſſio ad vſum cupiditatis: et ſic ſeptem ponit in ſecunda.

Exo. 31. d *Ioſep. Antiq. Iudaic. li. 3. c. 4.* *Aug. lib. 2. quæſtio. in Exo. q. 71. nu. 4.*

Sufficiẽtia decem præceptorum.

Auguſtinum ergo ſequentes, qui tria ponit in prima tabula, et ſeptem in ſecunda, ſufficientiam numeri aſſignemus. In prima tabula tria fuerunt præcepta ordinantia ad Deum, quorum ſufficientia poteſt ſumi penes ſubiectum: quod eſt triplex in nobis, ſcilicet potentia iraſcibilis, quæ ordinatur per præceptum de proteſtatione veritatis: potentia concupiſcibilis, quæ ordinatur per præceptum de ſabbatizatione mentis: potentia rationalis, quæ ordinatur per præceptum de ordinatione maieſtatis. Poteſt etiam ſumi penes obiectum, quod eſt triplex in diuinis, ſcilicet ſumma maieſtas reuerenda, reſpectu cuius eſt primum: ſumma veritas profitenda, reſpectu cuius eſt ſecundum: ſumma bonitas diligenda, reſpectu cuius eſt tertium. Poteſt ſumi nihilominus penes actum intermedium, qui eſt triplex, ſcilicet actus operis, qui exercetur in primo mandato per actualem adorationẽ: actus oris, qui exercetur in ſecundo per ſermocinalem prolationem: actus cordis, qui exercetur in tertio, per affectualem dilectionem. Non poteſt bene ſabbatum, id eſt, quietem mentis celebrare, qui per quietem continuam, non ſtudet omne peccatum mortale declinare. In ſecunda tabula, ſeptem fuerunt præcepta ad proximum ordinantia. Quorum ſufficientia ſic accipitur. Ad proximum habemus dupliciter ordinari, ſcilicet per beneficentiam, et ſic eſt primum, ſcilicet: Honora patrem et matrem tuam: per innocentiam, et ſic poſſumus nocere proximo tripliciter, actu operis, actu oris, et actu cordis. Actu operis, tribus modis, ſcilicet in propria perſona, et ſic dicitur: Non occides. In perſona coniuncta, et ſic dicitur: Non mœchaberis. In poſſeſſione ſua, et ſic dicitur: Non furaberis. In actu oris, poſſumus nocere proximo falſum teſtificando, et ſic dicitur: Non loqueris falſum teſtimonium contra proximum tuum. In actu cordis, poſſumus nocere ei dupliciter, ſcilicet affectu carnalitatis, et ſic dicitur: Non concupiſces vxorem proximi tui: et affectu cupiditatis, et ſic dicitur: Non deſiderabis rem eius. Decem præcepta per ordinem his verſibus continentur.

Sperne deos. fugito periuria. ſabbata ſerua.
Sit tibi patris honor, ſit tibi matris amor.
Non ſis occiſor. mœchus, fur, teſtis iniquus.
Vicinięq. thorum. reſq. caueto ſuas.

De præceptorum ſumma. *Sectio XXXIIII.*

Præceptum triplex.

AD maiorem notitiam præceptorum eſt attendendum, quòd eſt præceptum naturæ, diſciplinæ, et ſcripturæ. Præceptum naturæ eſt duplex, innatum, et datum. Innatum eſt duplex, quoddam reſpectu Dei, quoddam reſpectu proximi. Reſpectu Dei eſt illud Deuteronomij, videlicet: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota mente tua, et ex tota fortitudine tua. Reſpectu proximi eſt duplex, vnũ per beneficentiam, de quo Saluator: Quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, et vos eadem facite illis. Aliud eſt de innocentia in Tobia: Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alteri aliquando tu facias. Datum eſt duplex præceptum. Vnum ad conſeruationem indiuidui in Geneſi. Ex omni ligno paradiſi comede. Aliud eſt ad conſeruationem ſpeciei, ibidem: Creſcite, et multiplicamini. Præceptum diſciplinæ eſt duplex: quoddam ad probationem obedientiæ: De ligno ſcientiæ boni, et mali ne comedas. Quoddam ad probationem fidei: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, et offeres eum mihi.

Deut.6.a *Matt.7.b* *Tob.4.c* *Gen.2.c* *Gen.1.d* *Gen.2.c* *Gen.22.a*

Præcepta ſcripturæ ſunt in quattuor generibus comprehenſa, ſicut ſupradictum eſt. Quædam ſunt cærimonialia, quædam ſacramentalia, quædam iudicialia, et moralia. Hæc quattuor genera præceptorum, fuerunt in veteri Teſtamento, tanto multiplicato numero, vt quaſi non eſſent plures dies in anno, nec oſſa in homine, quam præcepta data Dei populo. Lex autem euangelica ſuperueniens, tamquam abbreuians, et conſummans cærimonialia, et ſacramentalia euacuauit adimplendo: iudicialia temperauit auferendo: moralia conſummauit, conſilia ſalutifera adijciendo. Poſſunt autem omnia præcepta, quæ legimus in ſcriptura, reduci ad tres differentias, ſiue membra: vt dicamus, quòd præceptum aliud executionis, ſicut eſt illud quòd implere tenemur ex Domini voluntate. Aliud probationis, ſicut fuit præceptum Abrahæ, vt immolaret filium, in quo requirebat Deus non opus, ſed promptitudinem voluntatis. Aliud inſtructionis, ſicut quandoque curabat Dominus aliquos, et mandabat curatis, ne eum in populo diuulgarent. Non enim obligabat Dominus curatos, vt tacerent: ſed inſtruebat, vt de magnis operibus laudes non captemus.

Sup. Sec. 32 huius par. Lex euangelica. *Gen.22.a*

De gratia in ſe conſiderata, quo ad diffinitionem, diuiſionem, et operationem. Sectio XXXV.

Io. 1. b

SEquitur videre de ſecundo beneficio Ieſu Chriſti, quod eſt gratia, ratione cuius, plenus gratia dicitur aduenisse. Eſt autem conſiderare gratiam in ſe, et in comparatione ad habitus virtuales. In ſe habet conſiderari gratia, quantum ad diuerſitatem diffinitionis, diuiſionis, nominationis, et operationis.

Gratię diffinitiones.

Iſidor. de Diff. lib. 1. differ. 27.
Pſ. 103.

Diffinitur autem gratia multipliciter, ſecundũ quod multipliciter comparatur. Comparatur autem ad ſuũ principium, et ſic diffinitur ab Iſidoro: Gratia eſt diuinæ miſericordiæ donum, per quod bonæ voluntatis eſt exitus. Ad ſuũ ſubiectum, et ſic eſt illa ſuper Pſalmos, vt exhilaret faciem in oleo. Gratia eſt quidam nitor animæ, ad conciliandum ſanctum amorem. Ad ſuum oppoſitum, et ſic eſt, quæ datur in Gloſa ſuper Pſalmos: Gratia eſt iuſtificatio, et reciſio peccatorum. Ad ſuum effectum, et ſic eſt illa Chryſoſtomi: Gratia eſt ſanitas mentis, dilectio cordis. Poteſt quinto comparari ad ſuum præmium, et ſic eſt illa: Gratia eſt ſimilitudo gloriæ. Secundum has omnes comparationes, aſſignatur diffinitio magiſtralis, quæ talis eſt: Gratia eſt forma a Deo data gratis ſine meritis, gratum faciens habentem, et opus eius bonum reddens. Inuenitur, et alia notificatio, quæ competit gratiæ gratis datæ: Gratia eſt manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem ſpiritus, ſumpta ab Apoſtolo.

1. Cor. 12. a

Diuiſiones gratiæ.

Diuiditur etiam gratia multipliciter ſecundũ quòd multipliciter comparatur. Comparata enim ad ſuum principium, a quo eſt, diuiditur in gratiam prædeſtinationis, vocationis, iuſtificationis, et magnificationis. Primo enim Deus gratiam præparat, ſecundo affert, tertio confert, quarto complet. Comparata ad ſuũ ſubiectum, in quo eſt, diuiditur in gratiam cognitionis, voluntatis, et perfectionis, ſecundum triplicem potentiam: ſcilicet intellectiuam, affectiuam, et operatiuam. Et ſumitur a Bernardo in libro de Libero arbitrio. Comparata ad oppoſitũ, contra quod eſt, diuiditur in gratiam protectionis, liberationis, et ſaluationis, cõtra quadruplex malum, ſcilicet pugnæ, ſiue tentationis: miſeriæ, ſiue perſecutionis: culpę, ſiue infectionis: et ſequelæ, ſiue damnationis. A primo protegit, a ſecundo liberat, a tertio extrahit, a quarto ſaluat. Et ſumitur de Iſaia: Proteget Dominus exercituum Hieruſalem, protegens, et liberans, tranſiens, et ſaluans. Comparata ad effectum, ad quem eſt, diuiditur in gratiam præuenientem, et ſubſequentem, ſiue operantẽ, et cooperantem: quæ ſunt duæ differẽtiæ gratiæ ſecundũ effectus, quos habet in voluntate. Dicitur enim gratia præueniens, quia non eſt a libero arbitrio, ſed infunditur ab ipſo Deo. Subſequens vero dicitur, vel cooperans, inquantum adiuuat liberum arbitrium, reſpectu boni operis eliciendi.

Iſa. 31. e

Gratiæ nomina.

Exprimitur autem gratia diuerſis vocabulis, ſecundum diuerſas intentiones nominãtium. Dicitur enim gratia gratis data, et gratia gratum faciens: dicitur gratia operans, et cooperans, ſiue gratia præueniens et gratia ſubſequens. Accipitur enim gratia largiſſime, et ſic comprehendit dona naturalia, et dona gratuita. Accipitur minus communiter, et ſic comprehẽdit gratiam gratis datam, et gratiam gratum facientem. Et ſic dicit beatus Bernardus, quòd quædam gratia ſeminat cogitatum, et hæc eſt gratia præueniens: quædam perficit bonum, et hæc eſt gratia ſubſequẽs. Dicit enim in libro de Libero arbitrio, quòd Deus operatur in nobis cogitare, velle, et perficere. Primum ſine nobis, ſecundum nobiſcum, tertium per nos. Et nota, quòd gratia gratis data communiter a theologis dicitur gratia, quæ bonis, et malis poteſt eſſe communis, et plurificatur in homine ſecundum munificentiã largitoris: Gratia vero gratum faciens ſolis iuſtis conuenit, qui ſunt præditi charitate: et eſt in vno homine vna ſola, tũ ratione vnius principij effectiui, cui aſſimilat: tum ratio-

Bern. trac. de lib. arb.
Ibidem.

A ne vnius ſubiecti perceptiui, quod viuificat: tum ratione vnius finis vltimi completiui, ad quẽ gradatim ordinat. Nam totum hominem acceptum Deo reddit, opus a libero arbitrio egrediens meritorium facit, et ad vnum ſummum bonum perducit. Accipitur tertio gratia ſtricte, et ſic comprehendit gratiam gratum facientem, et gloriam: et tunc gratia præueniens eſt ipſa gratia, gratia ſubſequens eſt gloria. Et ſecundum hoc dicit Auguſtinus: Gratia pręuenit, vt pie viuamus: ſubſequitur, vt cum illo ſemper viuamus. Accipitur etiam magis ſtricte, et ſic nominat tantum gratiam gratum facientem: et tunc præueniens dicit effectũ contra malum, B ſubſequens ad bonum, vel ad bonum tantum: ita quòd præueniens dicitur, ſecundum quòd informat, ſubſequens ſecundum quòd mouet, vel monet.

Aug. lib. de nat. et gra. c. 32. to. 7.

Gratiæ effectus.

Eſt duplex effectus gratiæ vnus in ingreſſu, alius in profectu. Et ſic exponit Auguſtinus in libro de Natura, et gratia. Hæc autem gratia cum ſit vna, tamẽ multa in anima operatur. Ipſa enim animã efficit ſponſam Chriſti, filiam Patris æterni, et templum Spiritus ſancti. Ipſam animam purgat, illuminat, perficit, viuificat, reformat, et ſtabilit, eleuat, aſſimilat Deo, coniungit, ac per hoc acceptabilem Deo facit: propter quod tale donum gratia gratum faciens non immerito C debuit appellari.

De gratia in comparatione ad habitus gratuitos, vt ſunt virtutes in generali. Sectio XXXVI.

SEquitur videre de gratia in comparatione ad habitus virtuales, in quos ramificatur: qui ſunt in triplici differentia. Sunt enim habitus virtutum, donorum, et beatitudinum. Primi ſunt ad primos motus animæ, ſecundi ad medios, tertij ad perfectos. Sũt enim quędam opera moralia primitiua, ſicut credere: quædam media, ſicut credita intelligere: quædam D poſtrema, ſicut intellecta videre. Item primi ſunt reſpectu incipientium: ſecundi reſpectu proficientium: tertij reſpectu perfectorum. Item primi ſunt ad potentias animæ rectificandas: ſecundi ad expediendas: tertij ad perficiendas.

Virtutis definitiones.

Primo de virtutibus aliquid videamus breuiter. De quibus in generali tria ſunt ſimpliciter referenda, ſcilicet diffinitio, et diſtinctio, et connexio. Multiplex virtutis diffinitio inuenitur. Nam virtus accipitur communiter, proprie, et magis proprie. Communiter accepta virtus, comprehendit virtutem moralem, et naturalem. Et ſecundum hoc comparata ad actum, diffi- E nitur a Philoſopho de cælo, et mundo ſic: [a] Virtus eſt vltimum potentiæ de re. Comparata ad actum, et finẽ vltimum, diffinitur ab eodem ſic: [b] Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Accepta vero proprie comprehendit moralem tantum, ad Politicam et gratuitã ſe extendens, et ſecundum hoc comparata ad actum diffinitur a Philoſopho in Ethicis ſic: [c] Virtus eſt habitus, qui perficit habentem, et opus eius bonum reddit. Comparata ad principium directiuum, diffinitur ab eodem ibidem ſic: Virtus eſt habitus voluntarius, in mente conſiſtens, recta ratione determinatus, prout ſapiens determinauit. Secundum hoc dif- F finitur a Tullio: * Virtus eſt habitus mẽtis bene compoſitæ. Itẽ ab [d] Auguſtino in libro de Quantitate animæ: Virtus eſt æqualitas quædam vitæ rationi vndique conſentientis. Accepta magis proprie, comprehendit virtutem gratuitam. Et ſecundum hoc comparata ad finem, diffinitur ab [e] Auguſtino in Soliloquijs: Virtus eſt habitus ratione recta, ad ſuum finem perueniens. Comparata ad ſuum ſubiectum, quod informat, diffinitur ab eodẽ in libro de Ciuitate Dei: Virtus eſt bona voluntas. Ad actum proprium, ſiue complementum, diffinitur in libro de Moribus Eccleſiæ: Virtus eſt ordo amoris, ſiue amor ordinatus. Comparata ad ſuum principium effectiuũ diffinitur ab Auguſtino ſic: * Virtus eſt bona qualitas mentis,

a Ariſtot. li. 1. de cæl. tex. 116.
b Idem 7. phyſic. tex. 17.
c Idem 2. Eth. cap. 6.
** Eſt apud Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 4. to. 3.*
d cap. 16. to. 1.
e Lib. 1. c. 13. to. 1.
** Colligitur ex Auguſt. lib. 1. retract. c. 9 et lib. 2. de lib. arb. ca. 18. et 19. to. 1. Mag. in 2. d. 27.*

quà rectè viuitur,quà nemo malè vtitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur.

Sunt autem ſeptẽ virtutes,quibus vita regitur Chriſtiana, tres Theologicæ, ſcilicet fides,ſpes,et charitas: quattuor Cardinales, ſcilicet prudẽtia,iuſtitia,temperantia,et fortitudo. Quarum ſufficientia ſic accipitur. Duplex eſt facies animæ,ſcilicet ſuperior, quæ eſt reſpectu finis:et inferior, quæ eſt reſpectu eorum, quæ ſunt ad finem. Superior habet rectificari per Theologicas, et quantum ad triplex obiectum, quod eſt in diuinis, et quantum ad triplex ſubiectum,quod eſt in nobis. In diuinis eſt ſumma veritas, in quam nos dirigit fides in credendo,et aſſentiendo: ſumma maieſtas, ſiue largitas, in quam erigit ſpes in laudando, et expectando: ſumma bonitas,cum qua vnit charitas in complectendo, et diligendo. Triplex etiam ſubiectum in nobis eſt, ſcilicet potentia rationalis, quæ ordinatur, ſiue rectificatur per fidem: iraſcibilis, quæ per ſpem: concupiſcibilis, quæ per charitatem. Inferior vero facies animæ habet rectificari per quattuor Cardinales. Nam prudentia rectificat rationalem: fortitudo, iraſcibilem: temperantia, concupiſcibilem: iuſtitia rectificat omnes vires, ſiue virtutes, in comparatione ad alterum. In comparatione, inquam,ad proximum, rectificans omnes vires, dicitur iuſtitia cardinalis. In comparatione vero ad proximum, ad ipſum, et ad Deum, non ſolum cardinalis dicitur, ſed generalis iuſtitia, totius animæ rectitudinem comprehendens. Poteſt et aliter ſufficientia Cardinalium aſſignari per ſubiecta. Nam rationalis rectificari habet reſpectu ſui, et ſic indiget prudentia: reſpectu proximi, et ſic indiget iuſtitia. Iraſcibilis habet rectificari contra aduerſa, et ſic indiget fortitudine: concupiſcibilis contra proſpera, et ſic indiget temperantia. Habent autem virtutes eſſe gratuitum a gratia, tamquam ab origine, et radice: et eſſe meritorium a charitate, tamquam a motore, forma, et fine. Et ideo omnes virtutes quo ad habitus ſunt connexæ, quo ad habitus meritorios ſunt æquales.

De fide. Sectio XXXVII.

SEquitur videre de ſingulis virtutibus in ſpeciali, et primo de fide. Et primo quantum ad eius eſſentiã: ſecundo quantum ad ſymboli continentiam. In ſe poſſumus conſiderare fidem quantum ad diffinitionem, æquiuocationem, actus diuerſificationem, et effectus impetrationem.

Diffinitur autem fides multipliciter. Quantum ad genus proprium diffinitur ab [a] Auguſtino: Fides eſt virtus, qua creduntur ea, quæ non videntur. Quantũ ad finem vltimum ab Apoſtolo: Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium. A [b] Damaſceno: Fides eſt eorum, quæ ſperantur hypoſtaſis, rerum,quæ non videntur, redargutio. Quantum ad obiectum, et primum motiuũ ab Auguſtino: Fides eſt illuminatio mentis ad ſummam veritatem. Quantum ad actum proprium a [c] Damaſceno: Fides eſt non inquiſitus conſenſus. In ordine ad ſubiectum a [d] Dionyſio: Fides eſt vnicum credentium fundamentum eos collocans in veritate. In comparatione ad alios habitus, et modum aſſerendi, ab [e] Hugone ſic: Fides eſt voluntaria quædam certitudo de rebus abſentibus ſupra opinionem, et infra ſcientiam conſtituta.

a Auguſt. Quaſt. Euang. li. 2. c.39.to.4.
Heb. 11.a
b Damaſc. li.3. de fid. ortho.c.11.
c Damaſc. li.4. de fide ortho.c.12.
d Dionyſ. de diu. nomi.c.7.
e Hug.li.1 Miſcellan. c.18.

Accipitur autem nomen fidei decem modis. Aliquãdo enim accipitur pro ſponſione,vnde Apoſtolus: Primam fidem irritam fecerunt. Aliquando pro fidelitate: Perijt fides, et ſanctus de terra. Aliquando pro conſciẽtia:Omne, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Aliquando pro ſacramento fidei. Vnde dicit [f] Auguſtinus: Paruulos habere fidem, non eſt aliud, quàm fidei habere ſacramentum. Aliquando pro acceptione concluſionis, per rationem probatæ. Et ſic dicit

1.Tim.5.b
Hiere.7.f
Mich.7.a
Rom.14.d
f Aug.epiſ. 23.ad Bonifac.prope fin.to.2.

A Boetius: Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Aliquando pro cognitione comprehenſionis, et ſic accipitur ab Apoſtolo: Iuſtitia Dei reuelabitur ex fide in fidem. Gloſſa in fidem ſpeciei, quæ fides dicitur,quia fidentiſſima,et certiſſima eſt. Aliquando pro habitu fidei informis a Iacobo: Fides ſine operibus mortua eſt. Aliquando pro habitu fidei formatæ: Iuſtus ex fide viuit. Aliquando pro actu fidei. Et ſic dicit Auguſtinus: Fides eſt credere, quod non vides. Aliquando pro obiecto fidei. Vnde dicitur in Symbolo: * Hæc eſt fides catholica.

Rom.1.b
Iac.2.d
Rom.1.b
Aug.expoſ. in Io.tract. 40.to.9. et ſerm.29.de verb.Apoſ. to.10.
** Athan. in Symb.*

Diuerſificatur autem actus fidei, qui eſt credere, B per credere Deum, credere Deo, credere in Deum. Credere Deum, et credere Deo poſſunt eſſe actus informis fidei, et formatæ. Poſſunt autem ad eundem actum ſecundum ordinem pertinere. Nam credere Deum,reſpicit diuinam veritatem, vt obiectum: credere Deo, vt motiuum: credere in Deum, vt finem vltimum. Iſtum vltimum actum, multiplicat et exponit Anſelmus ſic: Credere in Deum eſt,credẽdo, eum amare,credendo,in eum ire,ei adhærere,et credẽdo, eius membris incorporari. Ad hoc enim quòd fides perfectè tendat in Deum, requiritur adiunctio charitatis, quæ ordinat ad amorem Dei, et ſic eſt prima dif- C ferentia: ad operationem boni, et ſic eſt ſecunda: ad perpeſſionem mali, et ſic eſt tertia: ad dilectionem proximi, et ſic eſt quarta.

Anſel. in epiſ.ad Ro. c.4.

Fidei attribuitur operatio miraculorum. Ipſa eſt enim prima virtus, quæ ſupra ſe eleuat intellectum, captiuans eum in obſequium Domini noſtri Ieſu Chriſti: et ideo meretur de congruo apud Deum opus arduum impetrare, ad quod ſe non extendit poſſibilitas admirantis. Et hoc eſt, quòd tangitur in diffinitione miraculi. Miraculum eſt opus arduum, et inſolitum, ſupra ſpem et facultatem admirantis conſiſtens.

Fidei operatio.

Miraculum quid dicatur.

D *De continentia Symboli quantum ad articulos. Sectio XXXVIII.*

SEquitur de cõtinentia ſymboli,circa quod tria ſunt breuiter attẽdenda,ſcilicet differentia ſymbolorũ, ſufficientia credendorum, et eſſentia articulorum.

Tria ſunt ſymbola fidei Chriſtianæ, ſcilicet ſymbolum Apoſtolorum: ſymbolum Nicæni concilij, quod cccxviii. Epiſcopi condiderunt: et ſymbolũ Athanaſij. Cauſa principalis conditionis primi, fuit certa fidei traditio: cauſa ſecundi, fuit certa probatio vel propalatio: cauſa tertij,fuit errorum pullulantium ex- E terminatio. Primum dicitur maius, non numeroſitate continentium, ſed maioritate conditorum, vel auctorum. Et dicitur ſubmiſſa voce, quia fuit cõditum tempore veritatis nõdum propalatæ, vel prolatæ: vel quia eſt ad propriæ conſcientiæ ſecuritatem. Dicitur etiam in diei principio, et fine, ſcilicet in Prima, et in Cõpletorio, propter duplicem cõfeſſionem fidei neceſſariã, ſcilicet in principio Eccleſiæ,et in fine: vel in principio regenerationis baptiſmalis, et vltimo defunctionis corporalis, in teſtimonium conuerſationis triumphalis: vel in proſperis, et aduerſis: vel in agendo,et patiendo: vel quòd fides eſt ſcutum contra tentationes F diurnas,et contra tentationes nocturnas. Secundum, quia editum eſt propter veritatem traditam propalandam,in diebus Dominicis, et feſtis ſollemnibus, propter maiorem conuentum populi, alta voce cantatur, et hoc poſt Euangelium: quia eſt eius breuis collectio: et ante communionem, quia eſt ad ipſam digna præparatio. Tertiũ dicitur,nocte finita,Prima diei hora: quia fuit editum tempore veritatis concuſſæ per hæreticos, præualentis finaliter contra eos.

Tria ſymbola fidei.

Ritus ſymbolorum.

Sufficientia articulorũ fidei ex parte cauſę efficientis.

Sufficientia articulorum in Symbolo Apoſtolico contẽtorum, poteſt dupliciter aſſignari,ſcilicet ex parte cauſæ efficientis,ſcilicet Apoſtolorum,quia ad condendum Symbolum ſinguli ſingulas particulas poſuerũt.Petrus dicit:Credo in Deũ Patrem,omnipotentẽ, creato-

Idem ſup. to.1.ſer.8. in Hexaemo. et infr. Opuſc. de Salut. c.5.

A creatorem cæli, et terræ. Andreas ſubiunxit: Et in Ieſum Chriſtum filium eius, Dominum noſtrum. Deinde Ioannes: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine. Deinde Iacobus Maior: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus. Deinde Thomas: Deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit a mortuis. Deinde Iacobus Minor: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Deinde Philippus: Inde venturus eſt iudicare viuos, et mortuos. Deinde Bartholomæus: Credo in Spiritum ſanctum. Deinde Matthæus: Sanctam Eccleſiam catholicã. Et eſt ſenſus: Credo in Spiritum ſanctum, ſanctificantem vniuerſalẽ Eccleſiam. B Deinde Simõ Chananæus: Sanctorũ communionem, remiſſionem peccatorum. Et eſt ſenſus, quod remiſſio peccatorum fit in communione viuorũ, vel ſacramentorum. Deinde Iudas Thadæus: Carnis reſurrectionem. Et eſt ſenſus: Credo quòd Deus reſuſcitabit carnem. Deinde Matthias: Vitam æternam. Amen.

Sufficientia ex parte cauſę materialis.

Poteſt etiam ſufficientia aſſignari ex parte cauſæ materialis, ſcilicet ipſorum articulorum. Omnes articuli ſunt de Deo, vel ſecundum naturam, in qua conſiſtit, vel ſecundum naturam, quam aſſumpſit. Et ſic quidam articuli ſpectant ad diuinitatem, quidam ad humanitatem. Qui ad diuinitatem, aut reſpiciunt C diuinam naturam in ſe, et ſic eſt primus de ſingularitate, cum dicitur: Credo in Deum, et non in deos. Aut reſpiciunt diuinæ eſſentiæ tres perſonas, et ſic reſpectu Patris eſt: Credo in patrem omnipotentem. Reſpectu Filij eſt: Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum. Reſpectu Spiritus ſancti eſt: Credo in Spiritum ſanctum. Aut reſpiciunt diuinæ eſſentiæ operationes, quarum vna eſt in collatione naturæ, et hæc eſt creatio habens ſuum articulum: Credo in creatorem cæli et terræ. Alia eſt in collatione gratiæ, et hæc eſt ſanctificatio habens ſuum articulum: Sanctam Eccleſiam catholicam, ſanctorũ com- D munionem, remiſſionem peccatorum. Et eſt ſenſus: Credo, quòd remiſſio peccatorum fiat in Eccleſia catholica, vbi eſt communio ſanctorum maſculine, vel ſanctorum neutraliter, ſcilicet ſacramentorum. Alia eſt in collatione gloriæ, et hæc eſt glorioſa reſuſcitatio, habens ſuum articulum: Carnis reſurrectionem, et vitam æternam. Amen. Septem ſunt ergo articuli reſpectu diuinitatis accepti. Accipiuntur etiam ſeptem reſpectu humanitatis Chriſti, iuxta ſeptẽ actus principales, quos ad reparationem noſtrã Dominus Deus ordinauit. Primus fuit incarnari, habens ſuum articulum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto. Secundus E fuit naſci habens ſuum articulum: Natus ex Maria virgine. Tertius fuit pretium pro nobis ſoluere, habens ſuum articulum: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus. Quartus fuit inferos viſitare, habens ſuum articulum: Deſcendit ad inferna. Quintus fuit infernum ſpoliare, habens ſuum articulum: Tertia die reſurrexit a mortuis. Sextus fuit cæleſtia tranſcendere, habens ſuum articulum: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Septimus erit venire ad iudicium, habens ſuum articulum: Inde venturus eſt iudicare viuos, et mor- F tuos. Et ſic ſunt ſeptem articuli reſpectu humanitatis Chriſti.

Articulus quid.

Diffinitur autẽ a Richardo articulus ſic: Articulus eſt indiuiſibilis veritas de Deo, artans nos ad credendũ. Ab Iſidoro vero ſic: Articulus eſt perceptio veritatis diuinæ, tendens in ipſam. Prima diffinitio non tantũ conuenit articulo formato, ſed etiam informi.

De ſpe. *Sectio XXXIX.*

Spei definitiones.

SEquitur videre de ſpe. Circa quam poſſumus conſiderare quattuor, ſcilicet diffinitionem, ęquiuocationem, actus excellentiam, et cum fide differentiam.

Ariſt. lib. 2. Rhet. c. 5.

Spes inquantum eſt nomẽ affectionis diffinitur a Philoſopho: Spes eſt ſuſpicio futuri boni. Inquantum eſt

A nomen virtutis, tribus diffinitionibus notificatur. Prima eſt hæc: Spes eſt virtus, qua ſpiritualia, et æterna bona ſperantur, ideſt cũ fiducia expectantur. Iſta ſpiritualia bona, poſſunt intelligi venia peccatorum, gratia meritorum, et gloria præmiorum: vt dicatur quædam ſpes veniæ, quædam gratiæ, quædam gloriæ. Secunda hæc eſt: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia, et meritis præcedentibus. Tertia eſt Auguſtini hæc: Spes eſt virtus, qua quis ſe ad illud, quod credit, perventurum præſumit.

Mag. ſent. li. 3. diſt. 26 Eſt autem.

Accipitur autem multiformiter nomen ſpei. Aliquando enim nominat affectionem, ſecundum quòd B dicit Boetius:

Gaudia pelle, pelle timorem. Spemq. fugato.

Boet. de conſola. Philoſ. lib. 1. met. 7

Nec dolor adſit. Aliquando nominat habitum virtutis, et tunc ſpes non habet ortum ex meritis, ſed ex ea merita oriuntur. Aliquando nominat virtutis actum, et tunc ſpes oritur ex intuitu meritorum. Nemo enim rectè ſe ſperat ad beatitudinem peruẽturum, niſi qui Deo ſeruit, vel ſeruire proponit. Aliquando nominat virtutis ſtatum, et tunc ſpes ex meritis concomitantibus habet ortum, iuxta illud Pauli: Probatio operatur ſpem ideſt certitudinem ſecũdum Gloſſam: ad quam certitudinem per bona opera, et maxime per aduer- C ſorum tolerantiam peruenitur. Aliquando nominat virtutis terminum, ſiue obiectum, ideſt rem ſperatã, ſcilicet beatitudinem ſempiternam, et tunc ſpes ex gratia, et meritis præcedentibus habet ortum. Et ſic ſpes virtus, ſecundum primam acceptationem ſui, pręcedit merita: ſecundum vltimam, ſequitur: ſecundum duas intermedias, ſequitur et præcedit.

Rom. 5. a

Excellentia ſpei in ſuo actu.

Habet autem ſpes excellentiam in actu ſuo. Nam habens potentiam iraſcibilem pro ſubiecto, virtutum habitus præſupponit, quibus ſupereminet, vt regina. Habet enim iraſcibilis deteſtari mala culpæ, tolerare mala pœnæ, aggredi terribilia, erigi ad ardua. Ad de- D teſtationem culpæ alienę, requirit iram per zelum. Ad deteſtationem culpæ propriæ, requirit pœnitentiam. Ad perpeſſionem malorum pœnæ, requirit patientiã. Ad aggreſſionem terribilium, habet fortitudinem, et tunc ad expectationem æternæ beatitudinis per ſpem erigitur a Deo liberaliter repromiſſæ.

Fidei et Spei differẽtia.

Aſſignatur autem inter fidem, et ſpem differentia, per hunc modum. Nam fides eſt bonarum rerum, et malarum: ſpes tantum bonarum. Eſt etiam fides rerũ præteritarum, præſentium, et futurarum: ſpes tantum futurarum. Item fides eſt rerum propriarum, et alienarum: ſpes eſt ſolummodo propriarum. E

Auguſ. Enchir. ad Laur. c. 8. to. 3.

De charitate. *Sectio XL.*

SEquitur videre de charitate. Circa quã debes conſiderare diffinitionem, diſtinctionẽ, perfectionem, diligibilium ſufficientiam, et ordinis exigentiam.

Definitio Charitatis.

Charitas tripliciter diffinitur. Nam comparata ad obiectum, diffinitur in ſententijs a Magiſtro: Charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, et proximus propter Deum. Comparata ad actũ proprium, qui eſt viuere, et adhærere, diffinitur ab Auguſtino ſic: Charitas eſt rectiſſima animi affectio, cõiungens nos Deo. F Vel: Charitas eſt virtus, qua Deũ videmus, eo quòd frui deſideramus. Vel: Charitas eſt vita, copulãs amantem cum amato. Comparata ad habitum ſibi iniunctũ diffinitur ab Apoſtolo: Charitas eſt finis præcepti de corde puro, et conſcientia bona, et fide non ficta.

Mag. ſent. li. 3. diſt. 27 Cum autẽ. Aug. lib. 1. de mori. Eccleſ. c. 11. to: 1.

1. Tim. 1. a

Diſtinctio.

Diſtinguitur enim inter amorem, et dilectionem, et charitatẽ. Nam amor competit rationalibus, et irrationalibus creaturis. Dilectio vero et charitas tantum rationalibus dicitur conuenire. Item inter dilectionem, et charitatem, differentia inuenitur. Nã dilectio, quaſi de diuerſis electio rationalibus conuenit ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis: charitas vero ſolum eſt iuſtorum.

Perfectio.

Eſt autem in charitate præ ceteris virtutibus, perfectio, et dignitas ſpecialis. Nam cum ſit forma virtutũ

non poteſt eſſe informis triplici ratione. Vna ex parte obiecti: idem enim habet pro obiecto, et pro fine. Inſeparabilis enim eſt a fine, ratione cuius eſt perfectio quantum ad meritũ in virtute. Alia ex parte ſubiecti: ipſa enim eſt regula rectificans voluntatem, qua rectificata, tota anima recte viuit. Tertia eſt ex parte cauſæ: habet enim ſimilitudinem cũ Spiritu ſancto, a quo eſt, qui etiam charitas dicitur ſiue amor, a quo inſeparabilis eſt: et ideo eſſe informis omnino non poteſt.

Aug. lib. 1. de Doctri. Chriſt. c. 23 to. 3.
Sufficientia diligibiliũ.

Quattuor autẽ ſunt ex charitate diligenda ſecũdum Auguſtinum, vnum, quod eſt ſupra nos, ſcilicet Deus: alterum, quod nos ſumus: tertium, quod iuxta nos, ſcilicet proximus: quartum, quod infra nos eſt, ſcilicet humanum corpus. Horum quattuor ſufficientia ſic accipitur. Ex charitate diligere, eſt ſummum bonum optare dilecto. Qui ergo ex charitate diligit; aut optat ſummum bonum ipſi Deo, et ſic eſt primum membrum: aut ſibi ipſi, et ſic eſt ſecundum membrum: aut ſibi ſimili, et ſic eſt tertium: aut ſibi inhærenti, et ſic eſt quartum. Eſt autem Deus diligendus primo ſuper omnia propter ſe: nos ſecundo, pro Deo, et ſub Deo: proximus noſter tertio, ſicut nos, et ex quo nos, quia affectu, et effectu: ad quod nos, quia ad gratiam in præſenti, et ad gloriã in futuro: in quo nos, quia in bono: propter quod nos, quia propter Deum. Quarto corpus noſtrũ infra nos et proximum, tamquam bonum minus præcipuum. Ad hæc autem exequenda datur nobis vnius charitatis habitus, et duplex mandatum, in quo pendet vniuerſitas noui, et veteris Teſtamenti. Aſſignat autem Ambroſius præter ſupradictum, alium ordinem diligendi, vt primo Deum, ſecundo noſmetipſos, tertio parentes, deinde filios, et fratres, poſtea domeſticos, demum inimicos diligamus.

Habetur apud Mag. 3. ſen. d. 29. §. Quibus obuiat.

De prudentia. *Sectio XLI.*

SEquitur videre de virtutibus cardinalibus, et primo de prudentia. Circa quam tria ſunt breuiter videnda, ſcilicet diffinitio, ſpecierum collectio, et actuum variatio. Prudentia diffinitur, ſiue deſcribitur ab Auguſtino: Prudentia eſt amor, ea, quibus adiuuatur in Deum, ab his, quibus impeditur, ſagaciter diſcernens. A Gregorio ſic: Prudentia eſt cognitio vitandarum rerum, et appetendarum. A Tullio in Rhetoricis ſic: Prudentia eſt rerum bonarum, et malarum, et vtrarumque ſcientia. Ab eodem de Officijs: Prudentia eſt cognitio imitandarum fugiendarumq. ſcientia rerum. Ab eodem in libro de requie mentis ſic: Prudentia eſt rerum bonarũ, et malarum, cum alterarum dilectione, et reliquarum deteſtatione ſcientia.

Auguſt. de Mor. Eccle. lib. 1. c. 15. to. 1.
Tull. 2. lib. de inuen.
Idem lib. 1. offic. in f.

Partes ſiue ſpecies prudentiæ ſecundum Tullium in rhetoricis ſunt tres, ſcilicet memoria, intelligentia, et prouidentia. Memoria eſt, per quam animus aſpicit ea, quæ fuerunt. Intelligentia eſt, per quam, perſpicit ea, quæ ſunt. Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit. Seneca videtur concordare Tullio in his tribus, dicens: Si prudens es, animus tuus tribus temporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, et præterita recordare. Secundum dogma Philoſophorum, prudentia diuiditur in quattuor ſpecies, ſcilicet prouidentiam, circumſpectionem, cautionem, et docilitatem. Prouidentia eſt præſens notio, futurorum pertractans euentum. Circumſpectio eſt contrariorum vitiorum cautela. Cautio eſt diſcernere a virtutibus vitia, virtutum ſpeciem præferentia. Docilitas eſt prudentia erudiendi imperitos.

Idem 2. lib. de inuent.

Secundum Auguſtinum habet prudentia plures actus. Nam prudentia ſcit quid debeat facere. Prudentia eſt ſcire quid poſſit. Prudentia eſt in eligendis. Prudentia eſt nihil pœnitendum appetere, et nihil præter iuſtum velle facere. Secundum Macro- A bium, prudentia eſt mundum iſtum, et omnia, quæ in mundo ſunt, diuinarum contemplatione deſpicere, et omnem animi cogitationem in ſola diuina dirigere. Prudentia eſt ad rationis normam, quæ cogitat, quæque agit, vniuerſa dirigere, et nihil præter rectum velle facere, humaniſq. actibus tamquàm rationis arbitrio prouidere. Prudentiæ inſunt ratio, intellectus, circumſpectio, prouidentia, docilitas, agnitio. Item prudentia in homine iam purgato, eſt diuina non quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe. Officium etiam prudentiæ eſt, ex præteritis, et præſentibus futura perpendere. Vnde dicit Boetius in B libro de conſolatione Philoſophiæ: Non quod ante oculos eſt ſitum ſufficit intueri: rerum exitus prudentia metitur. Circumſpectionis officium, eſt per diligentem conſiderationem, inter contraria vitia medium tenere.

Actus.
Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 30. to. 3.
Macrob. li. 1. in ſomn. Scipi.
Boet. lib. 2. de conſol. philoſ. pro. 4.

De temperantia. *Sectio XLII.*

SEquitur videre de temperantia quantum ad tria, ſcilicet quantum ad diffinitionem, ſpecierum aſſignationem, et actuum variationem. Temperantia deſcribitur a Tullio in prima Rhetorica. Temperãtia C eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma et moderata dominatio. Item ab eodem in libro de Officijs: Temperantia eſt dominiũ rationis in libidinem, et in motus alios importunos. Ab Auguſtino in libro de moribus Eccleſiæ: Temperantia eſt amor Deo ſeſe integrum incorruptumq. conſeruans. A Macrobio: Temperantis eſt, nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare. Ab Auguſtino: Temperantia eſt affectio coercens, et cohibens appetitũ ab his rebus, quæ turpiter appetuntur.

Temperantiæ diffinitiones.
Tull. lib. 2. de inuent.
Idem lib. 1 de offic.
Li. 1. c. 15. to. 1.
Macrob. li. 1. in ſomn. Scipi.
Aug. de lib. arb. lib. 1. c. 13. to. 1.

Partes temperantiæ ſecundum Tullium in prima D Rhetorica ſunt tres, ſcilicet continentia, clementia, et modeſtia. Continentia eſt, per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. Clementia eſt virtus, per quam animus in odium alicuius temere concitatus, benignitate remittitur. Hæc ſecundum Tullium. Secundum Senecam vero: Clementia eſt temperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel ſuperioris lenitas aduerſus inferiorem in pœnis conſtituendis. Modeſtia ſecundum Tullium eſt, per quam pudor honeſtatis puram et ſtabilem comparat auctoritatem. Auctoritas in hac deſcriptione ſtabilis, appellatur grauitas perſeuerans. Secundum dogma Philoſophorum, E partes temperantiæ ſunt, quæ fœdis motibus dominantur: quæ ſunt modeſtia, verecundia, abſtinentia, caſtitas, honeſtas, moderantia, parcitas, ſobrietas, pudicitia. Modeſtia eſt, quæ facit cultum, et motum, et omnem noſtram occupationem, vltra defectum, et citra exceſſum ſiſtere. Verecundia eſt in geſtu, et verbo honeſtatem ſeruare. Abſtinentia, et honeſtas, moderantia et parcitas, et ſobrietas edulij, cohibent nutrimenta. Abſtinentia eſt, ſtatutum terminum prandendi non præuenire. Honeſtas eſt, nec lautiores cibos quærere, nec in apparatu operam dare. Moderantia eſt nimium ciborum appetitum ra- F tionis imperio reuocare. Parcitas eſt, menſuram refectionis non excedere. Sobrietas eſt, exceſſum in potu cohibere. Huius officium eſt, arcere mala ebrietatis. Caſtitas eſt abſtinentia ab omni coitu illicito: quæ eſt triplex, ſcilicet coniugalis, vidualis, virginalis. Virginitas eſt ſecundum Auguſtinum in carne corruptibili, perpetuæ incorruptionis meditatio. Pudicitia eſt, moderamine rationis petulantiam domare.

Tull. lib. 2. de inuent.
Senec. li. 2. de clemẽt. c. 3.
Aug. lib. de Virginit. c. 13. to. 6.

Actus temperantiæ ſecundum Auguſtinũ ſunt contra proſpera non præſumere, quod non poſſit exerceri in vtendis, terrenas cupiditates non tantum reprimere, ſed penitus obliuiſci. Secundum Macrobium, temperantia eſt omnia relinquere, inquantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit.

Idem li. de ſpir. et ani. c. 20. to. 3.
Macrob. li. 1. in ſomn. Scip.

De ſer-

De fortitudine. *Sectio XLIII.*

Tull. lib. 2. de inuent. Idem lib. 3. ad Here.

SEquitur videre de fortitudine quantum ad diffinitionem, ſpecierum aſſignationem, et actuum variationem. Fortitudo ſic deſcribitur a Tullio in prima Rhetorica: Fortitudo eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, et laborum perpeſſio. Item ab eodem in ſecunda Rhetorica: Fortitudo eſt magnarum rerum appetitio, et humilium contemptio, et cum ratione vtilitatis laborum perpeſſio. Item ab eodem: Fortitudo eſt rationalis aggreſſio terribilium, cum conſtanti eorum perpeſſione. Secundum Ariſtotelem: Fortitudo eſt virtus, difficillimorum in paſſionibus operatiua gratia boni. Auguſtinus de moribus Eccleſiæ: Fortitudo eſt amor facile omnia tolerans, propter id, quod amatur. Fortitudo etiam aliter deſcribitur: Fortitudo eſt firmitas animi contra moleſtias ſæculi. Et ſumitur de Matthæo: Erant quattuor millia, et cetera.

Ariſtot. 3. eth. c. 7. et 8. Li. 1. c. 15. to. 1. Mat. 15. d

Partes fortitudinis, ſiue ſpecies, ſecundum Tullium ſunt quattuor, ſcilicet magnificentia, fidentia, patientia, et perſeuerantia. Macrobius ſeptem ponit partes fortitudinis, ſcilicet magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, patientiam, firmitatem. Secundum dogma aliquorum: Fortitudo eſt virtus reſtringens impetus aduerſitatis. Huius partes ſunt quæcumque hæc efficiunt, quæ ſunt magnanimitas, fiducia, ſecuritas, magnificentia, conſtantia, patientia, fidentia, et perſeuerantia. Magnanimitas eſt difficilium ſpontanea, et rationabilis aggreſſio. Fiducia, eſt certa ſpes animi, perducendi ad finem rem inchoatam. Securitas eſt habitus, ſecundum quem imminentes incommoditates, et rei inchoatæ affines non formidantur. Magnificentia, ſecundum Tullium eſt rerum magnarum, et excelſarum cum animi ampla quadam, et ſplendiſſima propoſitione cogitatio atque adminiſtratio. Secundum Macrobium: Magnificentia, eſt difficilium, et præclarorum conſummatio. Conſtantia eſt ſtabilitas animi firma, et in propoſito perſeuerans. Patientia eſt virtus contumeliarum, et omnis aduerſitatis æquanimiter mala portans. Item aliter: Patientia eſt æquanimis malorum illatorum tolerantia: Gregorius: Vera patientia eſt, aliena mala æquanimiter perpeti, et contra eum, qui mala irrogat, nullo animi dolore moueri. Item aliter diffinitur: Patientia eſt omnium moleſtiarum aliunde illatarum, victorioſa perpeſſio. Fidentia eſt virtus, per quam magnis, et honeſtis in rebus, multum ipſe animus ſe in fiducia collocauit. Perſeuerantia ſecundum Tullium, eſt ratione bene conſiderata ſtabilis, et perpetua permanſio. Magiſtraliter ſic deſcribitur: Perſeuerantia eſt permanentia in bono, diuturna ſiue finalis. Nota quòd conſtantia eſt permanentia in propoſito. Perſeuerantia eſt permanentia in bono, ſiue continuatio boni. Conſtantia cauet leuem tranſitum a propoſito in propoſitum, perſeuerantia vero diſcontinuationem, vel imperfectionem, reſpectu debiti finis.

Macrob. li. 1. in ſomn. Scip. — Tull. lib. 2. de inuent. — Macrob. loco prox. cit. — Greg. hom. 35. in Euangel. nõ mul tum ante med. — Tull. loco prox. cit.

Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 20. to. 3.

Secundum Auguſtinum: Actus fortitudinis eſt contra aduerſa facere, quod poſſit, conſtans in tolerandis, nihil niſi turpia timere, et quidquid agimus, vel cogitamus, ad rationis normam dirigere.

De Iuſtitia. *Sectio XLIIII.*

Iuſtitiæ deſcriptiones. Tull. lib. 2. de inuent. Macr. li. ſæpe cit. Lib. 1. c. 13. to. 1. Matt. 5. a

SEquitur videre de iuſtitia, quantum ad diffinitionem, ſpecierum aſſignationem, et actionum progreſſionem: Iuſtitia diffinitur ſic a Tullio in prima Rhetorica: Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate ſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignitatem. Macrobius: Iuſtitia eſt vnicuique ſeruare, quod ſuum eſt. Auguſtinus libro de libero arbit. Iuſtitiam quid dicam eſſe niſi virtutem, qua ſua cuique tribuuntur? Super Matt. Beati qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam: Iuſtitia eſt ſua cuique tribuere, ſibi, proximo, et Deo. Seneca: Quid eſt iuſtitia, niſi naturæ tacita

A conuentio, in adiutorium multorum inuentam. Idem: Iuſtitia diuina lex eſt, et vinculum ſocietatis humanæ. Iſidorus: Iuſtitia eſt ordo, et æquitas, qua homo cum vnaquaque re bene ordinatur. Anſelmus: Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata, propter ſe, rectitudinem, ſcilicet. Item aliter diffinitur ſic: Iuſtitia eſt virtus conſeruatrix humanæ ſocietatis, et vitæ communitatis. Auguſtinus de Moribus Eccleſiæ: Iuſtitia eſt amor, ſoli amato ſeruiens, et propterea recte dominans ceteris, quæ homini ſubiecta ſunt. A magiſtris ſic: Iuſtitia eſt conſtans, et perpetua voluntas, ius ſuum vnicuique tribuens.

Anſel. dial. de verit. c. 13. — Lib. 1. c. 15. — Inſt. de iuſt. et iu. in princ.

B Iuſtitia ſecundum quoſdam diuiditur in ſeueritatem, et liberalitatem. Seueritas eſt virtus, debito ſupplicio coercens iniuriam. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix, quæ pro affectu benignitas, pro effectu beneficientia nominatur. Et conſiſtit hæc virtus, tota in tribuendo. Benignitatem vero diuidunt in ſeptem partes, ſcilicet religionem, pietatem, innocentiam, amicitiam, reuerentiam, concordiam, miſericordiam. Alij diuidunt in innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, et humanitatem. Secundum Tullium in prima Rhetorica: Ad iuſtitiam pertinent religio, pietas, gratia, vindicatio, obſeruantia, et veritas: addo pro nunc diſciplinam, et obedientiam.

Tull. de inuent. lib. 2.

C Religio eſt virtus, quæ ſuperioris cuiuſdam naturę, quam diuinam vocant, curam cærimoniamq. affert. Hæc Græce dicitur latria, quæ ſic deſcribitur: Latria eſt cultus Deo debitus, et exhibitus. Vel: Latria eſt voluntas impendendi Deo cultum debitum. Impenditur autem cultus debitus Deo, corde per fidem, ſpem, et charitatem: ore per adorationem, laudationem, benedictionem, et gratiarum actionem: opere per oblationem, thurificationem, et geniculationem. Huius primum officium, eſt perpetrati ſceleris pœnitere: ſecundum eſt, temporalium mutabilitatem paruipendere: tertium vitam noſtram ex toto, Deo com-

Latria.

D mittere: quartum veritatem ſeruare. Nota tamen, quòd dulia aliquando idem eſt, quòd latria. Stricte tamen, et proprie accipitur pro reuerentia, ſanctis, ſiue perſonis ſublimibus exhibenda: Quæ ſic deſcribitur: Dulia eſt ſeruitus, vel cultus, creaturæ debitus, et exhibitus. Et videtur idem eſſe cum reuerentia, poſita in prima diuiſione iuſtitiæ, quæ ſic deſcribitur: Reuerentia eſt virtus perſonis grauibus, vel aliqua prælatione ſublimatis, debitę honorificationis cultum exhibens. Deo autem debetur latria, ſanctis dulia, beatæ virgini Mariæ hyperdulia.

Dulia.

Pietas eſt virtus, per quam ſanguine coniunctis,

Pietas. Tull. ibid.

E patriæq. beneuolis, officium, et diligens tribuitur cultus. Gratia eſt virtus, in qua amicitiarum, et beneficiorum alterius, memoria, et remunerandi voluntas continetur. Vindicatio, eſt virtus per quam vis aut iniuria, et omnino omne, quod obfuturum eſt, defendendo, aut vlciſcendo propulſatur. Obſeruantia eſt virtus, per quam homines in aliqua dignitate, cultu quodam, et honore dignantur. Veritas eſt virtus, per quam immutata ea, quæ ſunt, aut quæ ante fuerunt, aut futura ſunt, dicuntur. Innocentia eſt puritas animi, iniuriæ omnem illationem abhorrens. Hac virtute dij placantur. Amicitia eſt voluntas bona erga ali-

Innocentia.

F quem, cauſa illius, qui diligitur, cum eius pari intentione, a quo diligitur. Huius primum officium eſt, idē velle, et idem nolle: alterum ſecreto admonere, et palam laudare. Concordia eſt virtus, conciues, et compatriotas, in eodem iure, et cohabitatione, et ſpontanee meliens. Miſericordia eſt virtus, per quam animus ſuper calamitate afflictorum mouetur. Hæc virtus nihil humanum a ſe alienum putat, aliorum damna, vel commoda, ſua æſtimat. Diſciplina, ſecundum Cyprianum, eſt morum ordinata correctio, et maiorum precedentium patrum regularis obſeruatio. Secundum Hugonem de ſancto Victore: Diſciplina, eſt con-

eſt conuerſatio bona, et honeſta, cui parum eſt non malum facere, ſed ſtudet in his, quæ bene agit, per cuncta irreprehenſibilis apparere. Idem: Diſciplina eſt omnium membrorum motus ordinatus, et diſpo-

Bern. epiſt. 113. ad Sophiam in f.

ſitio decens in omni habitu, et actione. Bernardus: Diſciplina ceruicem ſubmittit, deponit ſupercilia, vultum componit, ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam, gulam frenat, iram ſedat, for-

Obedientia

mat inceſſum. Obedientia ſic deſcribitur: Obedientia eſt voluntas faciendi præceptum, vel mandatum ſuperiorum. Item ſic: Obedientia, eſt obtemperatio, ſecundum regulam ſacrę ſcripturæ maioribus quibuſcumque debita. Vel ſic: Obedientia eſt ſpontaneum, et rationabile propriæ voluntatis ſacrificium. Vel ſic: Obedientia, eſt pio ſtudio propriæ voluntatis abnegatio. Auguſtinus: Citius exauditur vna obedientis oratio, quàm decem millia contemptoris. Æquitas eſt amor æqualitatis in his, in quibus debet eſſe qualitas.

A

B

De iuſtitia dicit Proſper: Iuſtitia eſt quædam animi nobilitas, ſuam cuique tribuens dignitatem, ſuperioribus reuerentiam, paribus concordiam, inferioribus diſciplinam, Deo obedientiam, ſibijpſi ſanctimoniam, inimico patientiam, et miſero compaſ-

Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 20. to. 3.

C

ſionem. Secundum Auguſtinum: Actus iuſtitiæ eſt ſcire quid debeat reddere: non velle plus, quam poſſit diſtribuere: omnem animi cogitationem ad ſolum Deum dirigere, et erigere, eumq. tamquam nihil

Plot. li. 2. de virtu. Enn. 1. et ex eo Macro. li. 1 in ſomn. Scip.

aliud ſit, ſola mentis acie intueri. Secundum alios autem eſt etiam actus iuſtitiæ ad vnam cõſentire viam, vniuſcuiuſque virtutis obſequium ſeruare, vnicuique quod ſuum eſt reddere. Item cum ſuperna, et diuina mente ſociari, vt ſeruet cum ea perpetuum fœdus imitando.

De ſeptem donis Spiritus ſancti. *Sectio XLV.*

D

Iſa. 11. a

SEptem ſunt dona Spiritus ſancti, quæ enumerat Iſaias: ſcilicet donum ſapientiæ, et intellectus, donum conſilij, et fortitudinis, donum ſcientiæ, et pietatis, et donum timoris Domini. Habemus autem videre de donis diuinis, quæ Spiritui sãcto attribuuntur, tria: ſcilicet ſpecialem ſufficientiam, ſingularem conſiſtentiam, et generalem differentiam.

Sufficientia ſpecialis donorum.

Specialis ſufficientia habituum prædictorum ſic accipitur. Dona Spiritus ſancti ſpecialiter ſunt, vel principaliter ad expediendas potentias animæ in agendo. Habemus autem expediri quantum ad declinationem mali, et ſic eſt donum timoris. Item quantum ad operationem boni, et hoc dupliciter: nam aut eſt bonum neceſſitatis, ad quod expedimur per donum pietatis, cuius regimen directiuum eſt donum ſcientiæ: aut eſt bonum ſupererogationis, ad quod expedimur per donum fortitudinis, cuius regimen eſt donum conſilij.

E

Singularis donorũ conſiſtentia.

Ad maiorem horum donorum euidentiam, attendenda eſt conſiſtentia actuum ſingulorum. Nota ergo primo, quòd ſapientia communiter accepta dicit cognitionem generalem rerum diuinarum, et huma-

Aug. li. 14. de Trin. c. 1 to. 3.

F

narum ſecundum Auguſtinum, et Philoſophum, qui dicit quòd ſapiens eſt, qui nouit omnia. Minus communiter dicit cognitionem rerum æternarum, vnde

Ariſt. lib. 1. Meta. c. 2.

Apoſtolus. Alij datur ſermo ſapientiæ, id eſt cognitio æternorum. Proprie dicit cognitionem, qua colitur

1. Cor. 12. a

Deus fide, et ſpe, et charitate, vnde Iob: Pietas ipſa eſt ſapientia. Magis proprie nominat cognitionem

Iob 28. b

Dei experimentalem, et ſic eſt vnum de ſeptem donis Spiritus ſancti, cuius actus conſiſtit in deguſtando ſuauitatem Dei. Qui quidem actus partim eſt cognitiuus, partim affectiuus: ita quòd in cognitione inchoatur, et in affectione conſummatur. Item habemus quieſcere in optimo, per intelligentiam virtutis, et ſic eſt donum intellectus: et per affectionem bonitatis, et ſic eſt donum ſapientiæ.

Scientia.

Scientia etiam dicitur tribus modis. Quædam enim eſt ſcientia conſiſtens in intellectu pure ſpeculatiuo, fundata ſuper principia rationis, vt eſt ſcientia acquiſita, ſiue humana philoſophia. Quædam eſt conſiſtens in intellectu inclinato ab effectu, fundata ſuper principia iuris naturalis, ordinans ad rectam, et honeſtam vitam, vt eſt ſcientia prudentiæ virtutis. Quædam eſt conſiſtens in intellectu inclinato a fide, et inclinante ad operationem bonam, fundata ſuper principia fidei, habens ortum a donis ſpiritualis gratiæ, vt eſt donum ſcientiæ, cuius actus præcipuus eſt, dirigere in agendis ſecundum exigentiam regulæ fidei, et imitationem Chriſti.

Intellectus.

De dono intellectus tene, quòd eius actus conſiſtit in contemplatione, non ſolum creatricis eſſentiæ, verumetiam in contemplatione ſpiritualis creaturæ. Habetur quidem cognitio de Deo ſub ratione veri tripliciter, ſcilicet per ſimplicem aſſenſum, et ſic eſt fides faciens aſſentire: per rationis adminiculum, et ſic eſt intellectus donum, cuius eſt credita per rationem intelligere: per ſimplicem contuitum, et ſic eſt mundita cordis, cuius eſt videre Deũ. Etenim ad intelligendum credita, non adiuuatur homo per rationes ſumptas a conditionibus.

Conſilium.

De dono conſilij tene, quòd conſilium aliquando dicit actum conſiliandi: aliquando dicit illud, ad quod terminatur ille actus: aliquando dicit habitum, qui expedit, et dirigit animam, ad eligendum proſequenda, et vitandum fugienda. Habitus autem dirigens ſi ſit reſpectu eligibilium, quæ ſunt neceſſitatis, eſt prudentiæ, quæ dirigit ad talia, licet minus excellenter, quàm ſcientia, quæ eſt donum. Si autem eligibilia ſint arduitatis, et difficultatis, eſt donum conſilij. Poteſt quippe homo dirigi in electione, vel ſecundum regulam iuris naturalis, et ſic eſt prudentia, vel ſecundum regulam iuris diuini, et ſic eſt donum conſilij, cuius eſt dirigere in electionem proſequendorum, et fugam vitandorum.

Fortitudo.

De dono fortitudinis eſt tenẽdum, quòd eius actus conſiſtit in ſuſtinentia paſſionum, et aggreſſione arduorum. Aggredi autem ardua, ſiue perpeti paſſiones, poteſt homo dupliciter, vel propter iuſtitiæ, et honeſtatis conſeruationem, et ſic reſpicit virtutem fortitudinis: vel propter Chriſti perfectam imitationem, et ſic reſpicit donum fortitudinis. Primum eſt de dictamine iuris naturalis: ſecundum de dictamine iuris diuini. Actus ergo doni fortitudinis, attenditur penes promptam, et expeditam tolerantiam paſſionum.

Pietas.

De dono pietatis tene, quòd pietas attenditur erga Deum, et eſt idem, quod latria: erga parentes, et eſt pars iuſtitiæ, ſecundum regulam iuris naturalis, et ſecundum obligationem neceſſitatis: attenditur etiam erga proximum Dei imagine inſignitum, et ſic eſt Spiritus ſancti donum. Sed nota quòd miſericordiæ virtus, attendit in proximo conformitatem in natura, et neceſſitatem in miſeria, præuio dictamine iuris naturalis, ſecundum regulam prudentiæ. Pietas vero attendit in proximo diuinam imaginem, præuio dictamine iuris diuini, ſecundum regulam doni ſcientiæ. Ex dono ergo pietatis eſt homo beneuolus cuilibet creaturæ Dei imagine inſignitæ. Talis autem beneuolentia pro loco, et tempore exit aliquando in compaſſionis affectum, aliquando in operis beneficium. Actus ergo pietatis præcipuus eſt, facere hominem beneuolum reſpectu cuiuſlibet proximi, inquantum gerit imaginem creatoris.

Timor.

Ex Damaſ. lib. 2. de ſ. orth. c. 22. in ſ.

Ex Aug. li. 83. q. 33. to. 4.

De dono timoris tene, quòd eius actus generalis eſt reſilire ab arduo. Et poteſt diffiniri communiter omnis timor ſic: Timor eſt reſilitio ab aliquo arduo, vel excellente. Si autem illud arduum eſt in genere boni, tunc eſt reſilitio cum reuerentia. Si autem in genere mali, tunc eſt reſilitio cum fuga. Damaſcenus dicit timorem eſſe expectatorem futuri mali. Auguſtinus diffiniens timorem, dicit: Timor eſt fuga animi, ne

amittat

amittat id, quod habet. Timoris donum tria intuetur, ſcilicet pœnam, vt eam fugiat, et ſic eſt timor ſeruilis: offenſam, vt eam caueat, et ſic eſt timor initialis, qui vnum habet oculum ad pœnam, et vnum ad offenſam: maieſtatem ſummam, vt ei reuerenter ſubiaceat, et ſic eſt timor filialis, cui duplex reſpectus eſt, vnus in refugiendo offenſam, ne ſeparetur a Deo, alius eſt principalior in reuerendo Deum, et iſte permanet in beatis. Diſtinguuntur autem ſex timoris differentiæ, ſecundum quòd a triplici principio habet ortum. Habet enim ortum a natura, et ſic eſt timor naturalis: a libidine, ſiue concupiſcentia, et hoc vel ex nimio amore ſui, et ſic eſt timor humanus: vel ex nimio amore ſuorum, et ſic eſt timor mundanus: a gratia, et hoc vel a gratia gratis data, et ſic eſt timor ſeruilis: vel a gratia gratum faciente, ſcilicet inchoata, et ſic eſt timor initialis: aut a gratia perfecta, et ſic eſt timor filialis. Et iſte dicitur amicabilis, vel amicalis, quia timet voluntatum diſſenſionem: caſtus, quia timet ſponſi complexus ſeparationem: filialis, quia timet patris indignationem: ſanctus, quia timet in omnibus inquinationem.

Timoris ſpecies.

De Spiritus ſancti donis nota differentiam generalem. Nam quoddam donum eſt a Spiritu ſancto, et numquam cum Spiritu ſancto, ſic eſt timor ſeruilis, in quo viget voluntas peccandi, ſi impunitas ſperaretur. Quoddam a Spiritu ſancto, et numquam ſine Spiritu ſancto, et ſic eſt donum charitatis, et gratiæ gratum facientis. Quoddam eſt a Spiritu ſancto, et poteſt eſſe cum Spiritu ſancto, et ſine Spiritu ſancto, vt eſt donum ſcientiæ, et donum prophetiæ, ceteræ gratiæ gratis datæ.

Differentia generalis donorum.

De beatitudinibus, et vita actiua, cum operibus miſericordiæ: et de vita contemplatiua cum oratione, et duodecim fructibus, et quinque ſenſibus, Sectio XLVI.

Matt. 5. a

SEptem ſunt beatitudines, quas enumerat Saluator in monte, ſcilicet paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries iuſtitiæ, affectus miſericordiæ, munditia cordis, et pax. Circa beatitudines, habemus videre numerum, ſufficientiam, vitæ duplicis excellentiã, vſus duplicis conſequentiam. Sunt autem beatitudines numero ſeptem, quarum ratio, et ſufficientia ſic accipitur: Beatitudines ſunt ad potentias animæ perficiendas. Ad integram autem perfectionem tria præcipua requiruntur, ſcilicet perfectus receſſus a malo, perfectus profectus in bono, et perfectus ſtatus in optimo. Malum autem procedit aut a tumore ſuperbiæ, a quo elongamur per paupertatem ſpiritus: aut ex rancore malitiæ, a quo elongamur per mititatem: aut ex languore concupiſcentiæ, a quo elongamur per luctū. Perfectus autem profectus, vel proceſſus in bono, eſt ſecundum imitationem diuinam. Vniuerſæ autem viæ Domini ſunt miſericordia, et veritas, quæ pro iuſtitia ponitur. Deum iuſtum per eſuriem iuſtitię imitamur: Deo miſericordi per affectum miſericordiæ conformamur. Perfectus ſtatus in optimo eſt, per limpidam cognitionem in vero, et ſic eſt munditia cordis ad videndum Deum: et per tranquillam affectionem in bono, et ſic eſt pax mentis ad fruendum Deo. Habitus virtutum diſponunt ad exercitium vitæ actiuæ. Habitus donorum ad otium vitæ contemplatiuæ. Habitus beatitudinum ad perfectionem faciunt vtriuſque.

Beatitudinū enumeratio, et ſufficientia.

Pſal. 24. b

De his duabus vitis, ſignatis per Liam, et Rachel, per Petrum, et Ioannem, per Martham, et Mariam, dicit Beda: Actiua panem corporalem eſurienti, vel panem doctrinæ ignoranti porrigit, errantem corrigit, ſuperbum ad humilitatem reuocat, quæ ſingulis expediunt diſpenſat. Contemplatiua charitatem Dei, et proximi retinet, ſed ab exteriori operatione quieſcit, ſoli conditoris deſiderio inhæret, et calcatis omnibus curis, ad videndum faciem creatoris inardeſcit, et deſiderat miſceri ſupernis ciuibus, de æterna Domini incorruptione gaudentibus. Eſt autem triplex proprietas in vtraque, ſecundum quas mutuo ſe excedunt. Prima proprietas actiuæ eſt, diligentia vtilitatis, et neceſſitatis publicæ, reſpectu rationalis: ſecunda eſt charitas erga proximum, cum compaſſione reſpectu concupiſcibilis: tertia eſt fecunditas bonorum operum in agendo, cum perfectione patientiæ, reſpectu iraſcibilis. In his contemplatiua exceditur ab actiua. Prima proprietas contemplatiuæ eſt contuitus pulchritudinis ſummæ maieſtatis, cum delectatione reſpectu rationalis: ſecunda eſt quies, cum ſecuritate reſpectu iraſcibilis: tertia eſt munditia cordis, cum bonitate reſpectu concupiſcibilis. In his contemplatiua excedit actiuam.

De duplici vita.

Ad actiuam pertinent opera miſericordiæ, tam corporalia, quàm ſpiritualia. Corporalia ſunt ſeptem, hoc verſiculo comprehenſa:

Opera miſericordię corporalia.

Viſito. poto. cibo, redimo, tego. colligo. condo.

Quorum ſufficientia ſic accipitur. Homo eſt ſubſtantia animata, per hoc tangitur vegetabilis, quæ indiget reſtauratione calidi, et ſicci, et hoc per cibum: frigidi, et humidi, et hoc per potum. Senſibilis, et huic eſt neceſſarium duplex operimētum propter exteriora nociua, remotum, et eſt hoſpitium: propinquum, et hoc eſt veſtimentum. Rationalis, et ſic eſt ſubſtantia libera, nata habere libertatem a carcere, vel ab infirmitate: et ſic eſt contra intruſionem in carcere, vel in lecto viſitatio: et a ſeruitute, et contra hanc eſt redemptio. Mortalis, et ſic ineſt ei mors: propter quam, ſiue poſt quam indiget ſepultura. Spiritualia quoque ſunt ſeptē, hoc verſiculo comprehenſa.

Inſtrue. conſule, caſtiga. ſolare. remitte. fer, ora.

Opera miſericordiæ ſpiritualia.

Quorum ſufficientia ſic accipitur. Defectus ſpiritualis in proximo, ſi non poteſt releuari niſi per Deū, tunc adhibenda eſt oratio: ſi poteſt releuari per hominem, et eſt cognitiuæ, vt ignorantia cognoſcendorum, tunc eſt inſtructio: ſi eſt ignorantia agendorum, tunc eſt conſilium. Si vero eſt affectiuæ, aut eſt culpa commiſſa in te, et ſic eſt remiſſio: aut in alios, et ſic eſt correctio. Si eſt pœna, aut eſt releuandus verbo, et ſic eſt conſolatio: aut facto, et ſic eſt ſupportatio.

Ad contemplatiuam pertinet oratio. Vnde de contemplatiua videndum eſt quantum ad diffinitionem, gradum, diſtinctionem, et contentam ſub ea orationem. Contemplatio ſic diffinitur: Contemplatio eſt verus certusq. intuitus de quacumque re. A Richardo ſic: Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia in ſapientiæ ſpectacula cum admiratione ſuſpenſa. Vel ſic: Contemplatio eſt perſpicax, et liber animi intuitus in res perſpiciendas vſquequaque diffuſus. Bernardus ponit ſex gradus contemplationis, qui ſunt vacatio, intuitio, admiratio, dilectio, delectatio, anhelatio. Auguſtinus de quantitate animæ, ponit ſeptem gradus, ſiue actus. Primus dicitur animatio: ſecundus, ſenſus: tertius, ars: quartus, virtus: quintus, tranquillitas: ſextus, ingreſſio: ſeptimus contemplatio. De oratione videndum eſt quantum ad diffinitionem in generali, et quantum ad aſſignationem petitionum orationis Dominicæ in ſpeciali. Oratio ſic deſcribitur ab Auguſtino: Oratio eſt pius mentis affectus in Deum directus. A Ioanne Damaſceno ſic: Oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum. Idem: Oratio eſt expreſſio deſiderij directi in Deum propter bonum adipiſcendum, vel malum remouendum, formata per verbū interius, et exterius. Et magiſtraliter ſic: Oratio eſt oſtenſio voluntatis noſtræ ei, a quo impetrare ſperamus id, quod deſideramus. Gregorius: Veraciter orare eſt, in compunctione amoris gemitus, et non compoſita verba reſonare.

Contemplatio.

Rich. lib. 1. Beniamin Maio. de contempl. c. 4. par. 2.

Aug. lib. de quant. ani. c. 33. to. 1.

Aug. lib. de ſpir. et ani. c. 50. to. 3.

Damaſc. orth. fid. li. 3. c. 24.

Greg. li. 33. mor. ca. 21. in f.

Iam deſcendendum eſt ad orationem, quam Dominus compoſuit: in qua ſub ſeptenario petitionum, compre-

Oratio Dominica.

comprehenditur vniuerſitas petendorum, et quantum A ad ea, quæ ſpectant ad præmium patriæ, et quantum ad ea, quæ ſpectant ad meritum viæ. Quæ ſpectant ad præmium patriæ, ſunt intelligentia veritatis, ſiue aperta viſio veri, quæ petitur ibi: Sanctificetur nomen tuum, id eſt notitia tui nominis perſonis ſanctis et mundis donetur. Reuerentia maieſtatis, ſiue ſecura tentio ſummi ardui, quę reges facit, et per quam habetur regnum, quæ petitur ibi: Adueniat regnum tuum. Concordia voluntatis, ſiue perfecta fruitio ſummi boni, quæ petitur ibi: Fiat voluntas tua ſicut in cælo, et in terra. Quæ ſpectant ad meritum ſiue tranſitum viæ, aut reſpiciunt collationem boni, aut B amotionem mali. Collatio boni petitur in pane quotidiano ſiue ſuperſubſtantiali: in quo petitur, quicquid neceſſarium eſt ad conſeruationem vitæ præſentis, tam ſecundum ſpiritum, quàm ſecundũ corpus. Amotio mali petitur in tribus ſequentibus. Eſt autem malum triplex. Quoddam tenet rationem præteriti, quoddam præſentis, et quoddam futuri. Siue quoddam eſt malum culpæ, ſiue tranſgreſſionis: quoddam eſt malum pugnæ, ſiue tentationis: quoddam eſt malum pœnæ, ſiue tribulationis. Primum petitur amoueri in dimiſſione debitorum: ſecundum, in victoria tentationum: tertium, in liberatione ab oppreſ- C ſione aduerſorum.

Idem ſup. to. 2. in expoſit. cap. 6. Matth.

Triplex malum.

Quinque ſenſus.

Perfectionem beatitudinum conſequitur duplex vſus, ſcilicet quinque ſenſuum ſpiritualium, et duodecim fructuum ſpiritus. Senſus ſpirituales ſunt, viſus, auditus, guſtus, odoratus, et tactus. Viſu videtur ſponſi Chriſti ſumma pulchritudo, ſub ratione ſplendoris: auditu auditur Chriſti ſumma harmonia, ſub ratione verbi: guſtu guſtatur Chriſti ſumma dulcedo, ſub ratione ſapientiæ, comprehendentis Verbum, et ſplendorem: odoratu odoratur Chriſti ſumma fragrantia, ſub ratione verbi inſpirati in corde: D tactu aſtringitur, et palpatur Chriſti ſumma ſuauitas, ſub ratione Verbi incarnati, inter homines habitantis. Fructus vero ſpiritus ſunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, manſuetudo, modeſtia, continentia, et caſtitas. Non ſunt autem ſenſus, neque fructus, per ſe habitus: ſed fructus dicunt affectuales delectationes, circa bonitatem ſponſi deguſtandam: ſenſus autem dicunt intellectuales perceptiones, circa veritatem ſponſi contemplandam. Quæ contemplatio fuit in prophetis per reuelationem quantum ad triplicem viſionem, ſcilicet corporalem, imaginariam, ſiue ſpiritualem, et intel- E lectualem. In alijs vero iuſtis reperitur, per ſpeculationem, quæ incipit a ſenſu, et peruenit ad imaginationem: de imaginatione ad rationem: de ratione ad intellectum: de intellectu ad intelligentiam: de intelligentia ad ſapientiam, ſiue notitiam exceſſiuam: et ſic aſſiſtitur vero Salomoni.

Fructus ſpiritus.

Galat. 5. d

De Sacramentis in generali. Sectio XLVII.

Materia huius ſectio ... habetur ſup. 7. par. Breuil. a c. 1. vſque ad 7.

IAm videndum eſt de tertio beneficio Ieſu Chriſti, quod eſt ſacramentalis medicina. De Sacramentis ergo primo videamus in generali, poſtea de ſingu- F lis in ſpeciali. In generali habemus videre, de Sacramentorum inſtitutione, diffinitione, ordinatione, iteratione, ſufficientia, et præcellentia.

Inſtitutio Sacramentorum.

Inſtitutio Sacramentorum Deum decuit, et nobis expediens fuit. Decuit quidem diuinam miſericordiam nobis prouidere remedia, non ſolum quæ faciunt ad remiſſionem culpæ, ſed etiam pœnæ. Decuit diuinam iuſtitiam, quæ a nobis exigit aliquam humiliationem, quam exhibemus per ſignorum ſenſibilium obſeruationem. Decuit diuinam ſapientiam, quæ in ſenſibilibus decreuit remedia inuenire, ex quibus cõtingit naturam hominis interire. Nobis expediens fuit. Quoniam enim eramus cæci, quo ad rationalem: ideo data ſunt Sacramenta ſenſibilia, ad eruditionem.

A Quoniam eramus elati, quo ad iraſcibilem: ideo data ſunt Sacramenta corporalia, ad humiliationem. Quoniam eramus proni ad malum, quo ad concupiſcibilem: ideo data ſunt Sacramenta plura, ad exercitationem.

Definitio.

Mag. 4. ſen. diſt. 1. § ſacramentũ. Hugo de ſacra. fid. li. 1 par. 9. c. 2.

Sacramentum ſic diffinitur in ſententijs: Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, cuius ſimilitudinem gerit, et cauſa exiſtit. Hugo de ſancto Victore ſic diffinit: Sacramentum eſt materiale elementum ſubiectum oculis, ſimilitudine repreſentans, inſtitutione ſignificans, ſignificatione gratiam conferens.

Ordo ſacramentorum

B Ordinantur autem Sacramenta ſic: Baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, et matrimonium. Quinque prima reſpiciunt perſonam. Ordo, et matrimonium Eccleſiam. Ordo patet ſic: Nam baptiſmus eſt ad vulnerum curationẽ. Confirmatio, ad curationis habitæ conſeruationem. Euchariſtia, ad habitæ, et conſeruatæ promotionem. Pœnitentia, ad curationis perditæ reparationem. Extrema vnctio, ad venialium expiationem, quo ad culpam, et pœnæ debitæ partem remittendam. Ordo eſt reſpectu perſonarum generantium ſpiritualiter. Matrimonium eſt generantium corporaliter. Et vtra- C que generatio eſt Eccleſiæ neceſſaria, ne deficiat in gratia, et natura.

Iteratio.

Quattuor autem ſunt Sacramenta, quæ poſſunt iterari, vel potius frequentari, ſcilicet Euchariſtia, pœnitentia, extrema vnctio, et matrimonium. Baptiſmus autem, et confirmatio, et ordo non iterantur, quia in eis tres characteres indelebiles imprimuntur, quibus ſecundum diuerſos ſtatus fidei, homines ab hominibus diſtinguuntur. Nam ſecundum ſtatum fidei genitæ, eſt character baptiſmalis, ſecundum quòd fideles ab infidelibus diſtinguuntur. Secundum ſtatum fidei roboratæ, eſt character confirmationis diſtin- D ctiuus fortium ab infirmis. Secundum ſtatum fidei iam multiplicatæ, eſt character ordinis, quo clerici a laicis diſtinguuntur.

Sufficientia

Sufficientia Sacramentorum ſic accipitur. Sacramenta ſunt medicamenta contra morbum. Morbus autem eſt duplex, ſcilicet morbus culpę, et morbus pœnæ. Morbus culpæ eſt duplex, ſcilicet originalis culpæ, contra quam eſt baptiſmus: et actualis culpæ, quæ etiam geminatur: nam quædam eſt culpa actualis mortalis, contra quam eſt pœnitentia: quædã actualis venialis, contra quam eſt extrema vnctio. Morbus pœnæ eſt quadruplex, ſcilicet ignorantia, contra quam E eſt ordo: malitia, contra quam eſt Euchariſtia: infirmitas, contra quam eſt confirmatio: concupiſcentia, contra quam eſt matrimonium. Sacramenta ſunt etiã adiuuamenta, quia ſunt in adiutorium ſeptem virtutum. In adiutorium fidei, eſt baptiſmus. In adiutorium ſpei, eſt extrema vnctio. In adiutorium charitatis, Euchariſtia. In auxilium prudentiæ, ordo. In auxilium temperantiæ, matrimonium. In auxilium fortitudinis, confirmatio. In auxilium iuſtitiæ, pœnitentia. Sunt quoque Sacramenta, armamenta Eccleſiæ militantis, quæ in Canticis dicitur: Terribilis, vt ca- F ſtrorum acies ordinata. Et quidem terribilis, quia fortis, et munita per Sacramentum confirmationis: Acies, quia coniuncta, et vnita per Sacramentum Euchariſtiæ: ordinata, per ordinem. Ex hac acie quidam ſubtrahuntur per mortem, ad hos reſtaurandos, eſt matrimonium: quidam proſternuntur per culpã, ad hos releuãdos, eſt pœnitentia. Hanc aciem quidam ingrediuntur, vt prælientur, et hoc per baptiſmum: quidam egrediuntur, vt coronentur, et hoc per extremam vnctionem.

Cant. 6. d

Præcellẽtia

Dicitur autem vnum Sacramentum aliud præcellere quinque modis, ſcilicet propter ſignificationem, ſic matrimonium præcellit: quia ſignificat vnionem naturarum in Chriſto: propter continentiam, et ſic excedit Euchariſtia: propter efficaciam, et ſic excedit baptiſ-

baptiſmus: propter dignitatem diſpenſationis, et ſic confirmatio, quæ a ſolis Pontificibus diſpenſatur: propter maiorem, digniorem, et nobiliorem gradum, in quo ponit, et ſic dicitur ordo maior. Vnde verſus,

Maior in effectu baptiſmus. corpus in eſſe.
Contingunt ſigno. maiore chriſma miniſtro.
Nobiliore gradu præcellere dicitur ordo.

De Baptiſmo. Sectio XLVIII.

Sup. Breuiloq. par. 7. c. 8.

NVnc de Sacramentis ſingulis eſt videndum. Et primo de baptiſmo, quantum ad diffinitionem, B ſignificationem, formæ expreſſionem effectus collationem, nominis diſtinctionem, et operis completionem. Baptiſmus ſecundum quòd eſt nomen elementi ſignificantis, et ſanctificantis virtute verbi, diffinitur ab Hugone ſic: Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus ſanctificata. Secundum vero quòd eſt actus, vel vſus elementi, diffinitur a Magiſtro in ſententijs: Baptiſmus eſt intinctio corporis exterior, facta ſub forma verborum præſcripta. Secundum autem quòd accipitur pro Sacramento, et re Sacramenti, quæ eſt character, diffinitur a Damaſceno: Baptiſmus eſt vitæ ſpiritualis principium, ſigillum, et cuſtodia, et illuminatio mentis. C Et tangitur hic quadruplex conditio characteris, quia enim præparat ad gratiam Dei, dicitur vitæ ſpiritualis principium: quia diſtinguit gregem Domini, dicitur ſigillum: et quia indelebiliter perſeuerat, dicitur cuſtodia: quia ſpiritualiter diſponit ad fidem, dicitur illuminatio mentis. Secundum quòd accipitur pro Sacramẽto diffinitur, a Dionyſio: Baptiſmus eſt regenerationis Sacramentum, ſecũdum quòd prius ſubſiſtit in anima, animales ſpiritualiter formans motus, ad operationem diuinorum eloquiorum, et actionum, et cæleſtis quietis anagogem iter faciens. D In hac diffinitione tangitur res Sacramenti, quæ eſt gratia viuificans animam, cum dicitur: Secundum quòd prius ſubſiſtit in anima. Tangitur habilitatio potentiarum per virtutem, primo quantum ad actiuam, cum dicitur: Formans animales motus. Secundo quo ad contemplatiuam cum dicitur: Et cæleſtis quietis anagogem.

Hugo. de ſacr. fid. lib. 2. par. 6. c. 2.
Mag. in 4. diſtin. 3. in princ.
Damaſ. lib. 4. de fi. orth. c. 10. in med.
Character.
Dionyſ. de Eccleſ. hierar. c. 2.

Significatio. Quantum ad ſignificationem nota, quòd in baptiſmo, ſicut in ceteris Sacramentis, eſt aliquid, quod eſt tantum Sacramentum, ſiue ſignum ſignificans, vt elementum viſibile: aliquid eſt res tantum ſignificata, vt gratia curans: aliud quod eſt Sacramentum, et res ſignata, vt character. E

Forma. Forma, quando puer immergitur, exprimenda eſt hæc: Ego baptizo te, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti. Amen. Hæc forma debet exprimi ſine omiſſione vocali, ſine intermiſſione vocabuli, ſine præpoſteratione ordinis ſupradicti, et ſine commutatione nominis prænominati.

Effectus. Effectus autem, qui recipitur in baptiſmo, ab homine humiliter accedente, eſt characteris impreſſio, gratiæ infuſio, et innocentiæ reſtitutio, cæli apertio. Gratia, inquam, infunditur regenerans, rectificans, et purificans, ab omni culpa originali, et actuali, tam mortali, quàm veniali, abſoluens nihilominus a pœna æternali, et ab omni pœna ſatisfactoria temporali. F

Diſtinctio. Diſtinguitur autem triplex baptiſmus, ſcilicet flaminis, fluminis, et ſanguinis. In baptiſmo flaminis, qui eſt per pœnitentiam, et Spiritus ſancti gratiam, purificamur a culpa. In baptiſmo fluminis, purificamur a culpa, et a ſatisfactoria pœna. In baptiſmo ſanguinis, purificamur ab omni miſeria. Non ſunt autem baptiſmus flaminis, et ſanguinis, Sacramenta: cum in eis deficiant, quæ conueniunt Sacramento, ſcilicet repræſentatio ex ſimilitudine, ſignificatio ex inſtitutione, et ſanctificatio ex verbi prolatione.

Integritas. Quantum ad integritatem Sacramenti, ſufficiunt verbum, et elementum. Quantum ad ſollemnitatem, A præmittuntur tamquam præparatoria, catechiſmus, et exorciſmus in paruulis, et adultis: ita tamen quòd in adultis requiritur fides propria, in paruulis ſufficit aliena. Quantum ad veritatem, requiritur baptizantis recta intentio. Et quantum ad vtilitatem baptizati, fictionis depoſitio.

De confirmatione. Sectio XLIX.

Sup. Breuil. par. 6. cap. 3.

SEquitur videre de confirmatione, quantum ad formam, quantum ad materiam, quantum ad diſpenſationem, quantum ad gratiæ collationem, et B quantum ad ſignificationem.

Forma. Forma in confirmatione ſeruanda eſt hæc: Signo te ſigno crucis, et confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus ſancti. Amen. In hac forma exprimitur duplex actus, quia in hoc Sacramento datur gratia ad robur fidei, quantum ad confirmationem in corde, et quantum ad liberam confeſſionẽ in ore. Vnus actus reſpicit liberam Crucifixi confeſſionem, quaſi ſemper ferendam in fronte: alter reſpicit firmam ſtabilitatem in corde.

Materia. Materia in hoc Sacramento eſt chriſma, confectum ex oleo oliuarum, et balſamo. Oleum propter nitorem C ſignificat fidem interiorem ex bona conſcientia: balſamum propter odorem ſignificat dignam, et laudabilem confeſſionem in euidentia, et hoc ſecundum correſpondentiam ad duplicem actum in forma expreſſum.

Diſpenſatio. Iſtud autem Sacramentum a ſolis Epiſcopis diſpenſatur, quòd ſi alij præſumunt, nihil faciunt. Quia enim tam in confirmatione, quàm in ordine datur gratiæ plenitudo: propter hoc, hæc duo Sacramenta per eos ſolummodo diſpenſantur, qui gerunt auctoritatis plenitudinem.

Gratia. Gratia, quæ confertur in confirmatione, eſt gratia D gratum faciens. Gratia autem gratum faciens dicitur dupliciter, aut gratum faciens de non grato, et talis eſt gratia baptiſmalis, et pœnitentialis: aut eſt magis gratum faciens, de iam grato, et talis gratia datur in confirmatione, quæ gratiam prius receptam ampliat, et confirmat.

Significatio. In iſto Sacramento aliud eſt, quod eſt tantum ſignum, vt eſt forma audibilis, et materia viſibilis: aliud eſt, quod eſt tantum res, vt eſt gratia corroborans, et confirmans: aliud eſt, quod eſt res, et ſignum, vt eſt character.

E

De Euchariſtia. Sectio L.

Sup. in Breuil. par. 7. c. 9.

SEquitur videre de Euchariſtia, et hoc quantum ad integritatem, ſignificationem, repræſentationem, manducationem, et operationem.

Euchariſtiæ integritas. De integritate, et neceſſitate huius Sacramenti ſunt quatuor, ſcilicet ordo ſacerdotalis, intentio conſecrandi, materia debita, et forma verborum præſcripta.

Materia. Materia huius Sacramenti eſt panis de frumento, et vinum de vite. Ille enim cibus, inter omnes cibos, et inter omnes potus, eſt conuenientior, communior, efficacior, et ſanior. F Ideo Dominus ſe comparauit grano frumenti, et ligno vitis. Et ideo in his duabus ſpeciebus confecit, et conficiendum conſtituit, ad innuendum quòd corpus ſuum ſub hoc Sacramento contentum vt cibus, non eſt cibus qualiſcumque, ſed cibus conueniens, cibus communis, cibus efficax, cibus ſanus. Vino miſcetur aqua, quæ ſignificat populum, et per coniunctionem ſui cum vino, ſignificat membrorum cum capite vnitatem. Per vinum autem ſignificatur vnio membrorum ad inuicem.

Ioan. 12. d
Ioan. 15. a

Forma. Forma ſuper panem eſt hæc: Hoc eſt enim corpus meum. Super vinum vero eſt hæc: *Hic eſt calix ſanguinis mei.* Huius autem formæ poſitio, eſt ſingularis. Eſt enim verbum operatiuum, non operatione ſucceſſiua, ſed inſtantanea, et operatiuum non alicuius

ius rei nouæ, vel non exiſtentis, ſed terminus eius eſt, quod ens actu completum, et non mutatum, et ad id terminatum, vt eſt alterius ſignum, id eſt, corporis Chriſti myſtici: et hoc totum fit virtute Verbi increati, adiuncto miniſtro circa materiam nihil agente. Quia ergo hic ſermo eſt conuerſiuus, et operatiuus, operatur circa ſubſtantiam panis: ideo pronomen demonſtrat ſubſtantiam panis ſub accidentibus, quæ aſpici poſſunt oculis, et tangitur id, quod conuertitur per ſubiectum, ſicut in id, in quod conuertitur per prædicatum. Quia vero terminus operationis eſt ens actu non innouatum, debet ibi poni verbum eſſendi, non fiendi. Quia vero ſubito fit conuerſio, ita quòd ſimul eſt fieri, et factum eſſe: ideo præſens verbum inſtantaneum, non futurum ibi ponitur, Eſt, ſcilicet, et non erit. Quia vera operatio terminatur ad corpus verum, vt eſt ſignum corporis myſtici, in quo eſt diuerſitas operationum, dicitur corpus, et non caro: quia corpus eſt eterogeneum, non omogeneum, caro vero omogenea. Quia vero hæc operatio fit virtute Verbi increati adiuncta, et vt coniuncta, dicitur meum, non in perſona ſacerdotis, ſed Chriſti Verbi, ſcilicet incarnati. Quoniam autem miniſter, nihil operatur circa materiam, nec immutat: ideo nihil plus eſt de forma. Vnde ſi miniſter nec tangat, nec frangat, dummodo conſecrare intendat, et verba dicat, confectum eſt.

Significatio. Quantum ad ſignificationem tene, quòd in hoc Sacramento eſt aliud tantum ſignum, vt ſpecies viſibilis panis, et vini: aliud tantum res, vt corpus Chriſti myſticum: aliud res, et ſignum, vt corpus Chriſti verum, quod eſt res ſignata per panem ex diuerſis granis confectum, et ſanguis per vinum ex diuerſis racemis expreſſum, et eſt ſignum corporis myſtici. Quia enim corpus partes habet eterogeneas, diuerſas operationes in Eccleſia ſignificat.

Repræſentatio. In hoc Sacramento fit repræſentatio Dominicæ paſſionis. Vnde fiunt ſignationes ſeptem vicibus, propter paſſionem Domini exprimendam. Prima vice fiunt tres, propter trinam Chriſti traditionem, ſcilicet a Deo, Iuda, et Iudæo. In ſecunda vice fiunt quinque, propter quinque perſonas, quæ in traditione fuerunt: quæ fuerunt perſona traditi: perſona tradentis Iudæ: perſonæ ementium, quæ fuerunt tres, ſcilicet Pontifices, Scribæ, et Phariſæi. In tertia vice duæ propter duplicem conuerſionem duplicis elementi, ſcilicet panis, et vini. In quarta vice fiunt quinque, propter quinque plagas. In quinta vice fiunt duæ propter vincula, quibus fuit ligatum corpus, et propter flagella, quibus vſque ad ſanguinem fuit flagellatum. In ſexta vice fiunt tres, propter crucifixionem factam linguis Iudæorum, quando ter clamauerunt: Crucifige. In ſeptima vice fiunt tres cruces de corpore ſuper calicem, propter tres cruciatus, ſcilicet propaſſionis, paſſionis, et compaſſionis: et duæ alteræ propter aquam, et ſanguinem, qui de Chriſti latere profluxerunt.

Ritus in celebratione Miſſæ.

Manducatio. Duo autem ſunt modi manducandi illud Sacramentum, ſcilicet ſacramentalis, et ſpiritualis: quorum diſtinctio oritur a triplici principio. Primo a diſpoſitione ſumentium: quidam enim accedunt male diſpoſiti, et hi manducant ſacramentaliter: quidam bene, et hi ſpiritualiter, et ſacramentaliter. Secundo a modo ſumendi: quidam enim ſumunt ore carnis, et hi ſacramentaliter: quidam ore cordis, et hi ſpiritualiter. Vnde duplex os, duplex manducatio. Tertio a duplici re huius Sacramenti: duæ quippe ſunt eſſentiæ huius Sacramenti, ſcilicet corpus Chriſti verũ, et gratia in corpore myſtico faciens vnionem, quarum vna ſine altera ſumi poteſt. Manducare autem ſacramentaliter, eſt manducare Sacramentum, vt Sacramentum. Ad quod quattuor requiruntur, cibi exiſtentia, eius ad cibatum naturalis conuenientia, vt ſcilicet ſumatur ab homine non a mure, intentio, et illius intentionis regulatio per fidem. Spiritualis manducatio habet duo, ſcilicet ſuo modo maſticationem, quæ conſiſtit in recogitatione cibi, ſcilicet carnis Chriſti pro nobis expoſitæ, in pretium redemptionis, et cibum refectionis. Habet etiam incorporationem, quę conſurgit ex tali recogitatione, dum recogitans ardore afficitur charitatis, et ei, de quo recogitat, iungitur, et ſic incorporatur: et dum incorporatur reficitur, et magis aſſimilatur.

Operatio. Spiritalis autem operatio, ſiue efficacia huius Sacramenti eſt, vnire non de nouo, ſed iam vnitos per gratiam, magis vnire. Digne enim accedentem reddit feruentiorem, vt carbo ignitus: et fortiorem, vt bonus cibus. Et, vt iſtam efficaciam habeat in ſumente, primo oportet ipſum ſumentem, cibum iſtum ab alijs diſcernere, per fidem: ſecundo hoſpitium præparare, per ſui probationem: tertio in hoſpitium paratum recipere, cũ honore, et deuotione. Et talis dicitur digne accedere. Nota de hoſtiæ fractione, verſus.

Hoſtia diuiditur in partes, tincta beatos:
Plene ſicca notat viuos, ſeruata ſepultos.

Fractio eſt paſſio: partes fractæ, tres iuſtorum differentiæ. Quidam regnant in cælo, hi per tinctam. Quidam ſecuri expectant in ſepulchris, hi per eam, quæ antiquitus ſeruabatur. Quidam pugnant in mundo, hi per ſiccam partem hoſtiæ figurantur.

De pœnitentia. Sectio LI.

Sequitur videre de pœnitentia, quantum ad diuerſam diffinitionem, diuerſam nominationem, integrationem, iuſtificationem, et ſignificationem. *Sap. Breuiloq. par. 7. c. 10.* Pœnitentia quantum ad actum principalem ſic diffinitur: Pœnitentia eſt prima virtus, perimens veterem hominem. Pœnitentię deſinitio. [a] Ambroſius: Pœnitentia eſt dolor, et amaritudo animæ, pro peccatis, quæ quiſque commiſit. Auguſtinus: [b] Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, ſemper puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe. Item diffinitur, quantum ad actum annexum ſic ab Ambroſio: Pœnitentia eſt præterita mala plangere, et plangenda iterum nõ committere. [c] Gregorius: Pœnitentia eſt ante acta mala deflere, et flenda non committere. Item ſic: [d] Pœnitentia eſt virtus, vel gratia, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus, et odimus, et plangenda vlterius committere nolumus. Diffinitur etiam quantum ad effectum a Damaſceno ſic: Pœnitentia eſt ab eo, quod eſt præter naturam, in id, quod eſt ſecundum naturam, conuerſio. Item ſuper illud Matthæi: [e] Pœnitentiam agite: Pœnitentia eſt correctio malæ mentis. Auguſtinus: [f] Pœnitentia eſt quædam res optima, et perfecta, omnes defectus reuocans ad perfectum.

a Mag. ex Amb. 4. ſen ten. diſt. 14. c. 1.
b Aug. li. de vera et fal. pœn. c. 8. to. 4.
c Greg. ho. 34. in Euā gel. poſt medium.
d Mag. in 4 diſt. 14. c. 1
e Mat. 3. a
f Aug. Hypogn. li. 3. a med. to. 7.

Nominatio. Pœnitentia diuerſis vocabulis nominatur, ſecundum quòd diuerſa contra peccati maculam operatur. Expellit enim peccati actualis maculam, quæ animam deformat: potentiam ad malum inclinat, ſiue dehabilitat: naturam vulnerat: actu liberæ voluntatis committitur: cum delectatione, et libidine perpetratur. Delere autem culpam, vt deformantem, eſt gratiæ reformantis: vt dehabilitantem, eſt virtutis habilitantis: vt vulnerantem, eſt Sacramenti curantis: vt actu voluntatis commiſſam, per actum ſimiliter voluntatis: vt cum delectatione, et libidine perpetratam, cum paſſione contraria. Ideo pœnitentia recte dicitur gratia, virtus, Sacramentum, actus, et paſſio.

Integritas. Partes pœnitentiæ integrantes, ſiue integrales ſunt, cordis contritio, oris confeſſio, et operis ſatisfactio.

Cordis contritio eſt dolor voluntarie pro peccatis aſſumptus. Oris cõfeſſio debito modo facta, debet habere ſexdecim conditiones, his verſibus cõprehenſas:

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis.
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda.
Integra, ſecreta, lacrymabilis, accelerata.
Fortis, et accuſans, et ſit parere parata.

In quat-

Quando ſit iterãda confeſſio.

A In quattuor caſibus ſecũdum magiſtros, eſt confeſſio iteranda. Duo ſunt ex parte ſacerdotis, quorum primus eſt propter enormitatẽ ſceleris, ob quam eſt confitens ad ſuperiorem remittendus, ab eo, ſi voluerit, iterum audiendus. Secundus eſt, propter ignorantiam ſacerdotis: quia tunc eſt quærendus peritus, ſciens ſoluere, et ligare, cui ſunt iterum peccata detegenda. Duo vero ſunt ex parte confitentis: quorum primus eſt propter malitiam fictionis, vt ſi acceſſit cum voluntate peccandi, vel aliquod peccatum ſcienter in conſcientia reſeruauit. Secundus eſt propter contemptum ſatisfactionis, vt quando ſatisfacere negligit, et contemnit. B In duobus vltimis caſibus, ſi vadit ad alium ſacerdotem, vel eundem interiectu temporis iam oblitum, debet homo mala ſua iterum cõfiteri. Et ſic ex parte ſacerdotis eſt duplex defectus, ſcilicet quia non poteſt abſoluere, vel quia neſcit. Ex parte etiam confitentis eſt duplex defectus, ſcilicet, quia contemnit ſacerdotis abſolutionem, aut ligationem. Sunt alij duo caſus, de quibus eſt cõtrouerſia inter doctores, vnus eſt de peccati alicuius obliuione, alius de recidiuatione. Sed poteſt dici, quòd in his duobus caſibus iterum omnia peccata confiteri, ſit conſilium, non præceptum. Quinque autem ſunt caſus, in quibus eſt confitens ad Epiſcopum mittendus, C vel ſuper eo Epiſcopus conſulendus. Primus eſt de pœnitẽtia ſollemni, quæ ab ipſo debet imponi, et per eum pœnitens reconciliari. Secundus eſt de excommunicatis, quos non poteſt ſacerdos aliquando abſoluere. Tertius eſt cum inuenerit ſacerdotem, irregularitate contracta, propter quam debet ad Epiſcopum mittere cõfitentem, qui, ſi poteſt, eum abſoluat, vel cum litteris ſuis ad Papam mittat. Quartus eſt de incendiarijs. Quintus eſt, ſi ſit conſuetudo, in aliquo Epiſcopatu, quod certa crimina ad Epiſcopum mittantur, vt homicidium, et ſacrilegium, et iſte caſus non eſt generalis. D Satisfacere vt dicit [a] Auguſtinus: eſt peccatorum cauſas excidere, et eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. [b] Anſelmus vero dicit: Satisfacere eſt debitũ Deo reddere. Partes autẽ ſatisfactionis tres communiter aſſignãtur, ſcilicet ieiunium eleemoſyna, et oratio. Ieiunium eſt cõtra carnis concupiſcentiam. Eleemoſyna, contra cupiditatem oculorum. Oratio eſt contra ſuperbiam vitæ. Item ieiunium ordinat nos ad noſipſos. Eleemoſyna ad proximos. Oratio vero ad Deum. Item per orationem reconciliamur Deo, cui ſecundum [c] Auguſtinum per ieiunium, et eleemoſynam facimus duas alas.

Remiſſio pœnitentis ad ſuperiorem.

[a] Aug. li. de Eccl. dogmat. c. 54. to. 3.

[b] Anſ. lib. cur Deus homo c. 11.

[c] Auguſt. enar. in Pſ. 42. in ſi. to. 8. et ſer. 48. de temp. in ſi. to. 10.

E Quattuor autem ad iuſtificationem impij requiruntur, duo ex parte Dei, ſcilicet gratiæ infuſio, et culpæ expulſio. Et duo ex parte impij, ſcilicet motus liberi arbitrij conſonans gratiæ aduenienti, et cordis contritio concordans gratiæ culpam expellenti. Hæc autem quattuor præcedit attritio, ſcilicet ad iuſtificationem præparatio, quæ eſt motus fidei et doloris, quamuis longo tempore ſemiplenus. Tanguntur autem hæc quattuor ſupradicta in illo verſu: Commouiſti terrã et conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt. Gratia quippe adueniens in animam, commouet rationem, ſecundum quòd eſt poteſtas vel potentia liberi arbitrij: et conturbat F voluntatem, per contritionem: et poſtmodum ſanat per peccati expulſionem. Et horũ redditur duplex ratio, ſcilicet commotio rationis, et cõturbatio mentis, quę præceſſit, vnde ſubditur, quia cõmota eſt. Vnde commotio dicitur a con, quod eſt ſimul, quia tunc omnes vires ſuper ſe punguntur, et mouentur ad bonum.

Pſal. 59. a

In Sacramento pœnitẽtię eſt aliquod, quod eſt tantum ſignũ, vt exterior pœnitentia ſecundũ inſtitutionem Eccleſiæ: in qua eſt ſacerdotis abſolutio tamquã formale: et confitẽtis humiliatio ſiue quantũ ad actũ contritionis, ſiue quãtum ad verbũ accuſationis, ſiue quantũ ad pœnam ſatisfactionis tamquam materiale: aliud, quod eſt tantũ res, vt peccati remiſſio perfecta: aliud, quod eſt res et ſignũ, vt pœnitudo interior.

Significatio.

De vnctione extrema. *Sectio LII.*

Supr. Breuil. p. 7. cap. 11.

SEquitur de vnctione extrema. Circa quam ſeptem breuiter ſunt videnda, ſcilicet, quæ materia, quæ forma, quis diſpenſator, quis ſuſceptor, quæ efficacia, quæ ad confirmationem differentia, et quæ ſignificationis conuenientia.

Materia huius Sacramenti eſt oleum ſimplex, ſed conſecratum ab Epiſcopo. Forma vero eſt vocalis expreſſio orationum in ordinarijs contentarum. Huius Sacramẽti diſpenſatio ſacerdotibus competit ex officio, et hoc confirmat auctoritas, et ratio. Auctoritas, dicente Iacobo: Quis infirmatur, inducat presbyteros. Ratio etiam hoc confirmat: quia cum materia huius Sacramenti ſit oleum ab Epiſcopo conſecratũ, conſecratis debet manibus contrectari. Et ſic cum ſit medicina periclitantium, non ad ſolos Epiſcopos pertinet. Oleum autem conſecratum, non ad aliquos laicos ſe extendit. Debent autem illud Sacramentum ſuſcipere ſoli infirmi ratione vtentes: quia ſcilicet potuerunt peccare venialiter, vel etiam peccauerunt, et hoc in mortis articulo exiſtentes. Et ſic patet, quòd nec infantibus, nec naturaliter ſtultis debet extrema vnctio diſpenſari, nec intrãtibus iuſtum bellum: quia Sacramenta Eccleſiæ non ſequuntur fortunam, ſed reſpiciunt naturam: nec etiam per ſententiam condemnatis, quia tales, qualitercumque damnati, in Eccleſiæ facie ſunt infames: nec mediocriter infirmantibus, quia adhuc poſſunt venialia iterare.

Materia. Forma. Miniſter.

Iac. vlt. 6

Quibus et quãdo danda eſt extrema vnctio.

Eſt autem huiuſmodi Sacramentum tam finaliter quàm efficaciter contra venialia ordinatum, et quantum ad remiſſionem culpæ, et quantum ad dimiſſionem partis pœnæ. Valet etiam conſequenter, ad recuperandam corporis ſanitatẽ, ſi expediat infirmanti. Et quia venialia efficaciter tunc curantur, quando ſic delentur, quòd non amplius iterantur, tunc debet adhiberi iſta medicina, quando deſperatur de infirmantis vita. Si tamen contingat eum reſtitui ſanitati, poteſt et debet propter venialia iterata, medicina venialium iterari. Et quia venialia peccata per organa ſenſuum maxime contrahuntur, ideo partes tribus potentijs ſeruientes inunguntur. Eſt enim triplex potentia, ſecundum quam anima regit corpus, et etiam contrahit iuſtum morbum, ſcilicet ſenſitiua, generatiua, et progreſſiua. Senſitiuę deſeruiũt os, oculi, nares, aures, et manus: generatiuæ, lumbi: progreſſiuæ, pedes. Et ſecundum hoc eſt infirmus in ſeptem corporis partibus inungendus, ſcilicet in labijs, in oculis, in manibus, in auribus, in naribus, in lũbis, et pedibus.

Efficacia.

Ex prędictis colligitur quòd inter hoc Sacramentũ, et Sacramentum confirmationis eſt differentia ſeptiformis: ſcilicet in efficacia, in materia, in forma, in ſuſcipiente, in dante, in loco, et in tempore. Nota tamen quòd vnctio, quæ fit in chriſmate, dicitur vnctio principalis, quadruplici ratione, ſcilicet ratione loci, quia fit in fronte: ratione miniſtri, quia ab Epiſcopo: ratione elementi, quia de oleo mixto cum balſamo: ratione effectus, propter abundantiam gratiæ, quia ibi datur Paraclitus in magna abundantia. Iuxta quod nota, quòd Chriſmate inunguntur baptizati in vertice, confirmandi in fronte, Pontifices in capite, Reges, vt dicitur, in ſcapulis.

Differentia huius Sacramẽti, et confirmationis.

In ſacramento extremæ vnctionis, ſecundum exigentiã Sacramẽtalis ſignificationis, eſt aliquid, quod eſt tantum ſignum, vt exterior vnctio: aliud, quod eſt tantum res, vt venialis morbi curatio: aliud, quod eſt res et ſignum, vt ipſa deuotionis excitatio in anima, quę non eſt aliud, niſi quędam ſpiritualis vnctio.

Significatio.

De ordine. *Sectio LIII.*

Sup. Breuil. p. 7. cap. 12.

SEquitur videre de Sacramento ordinis, quantum ad præparationem conſignationis, quantum ad ordinis diffinitionem, quantum ad characteris impreſſionem, quantum ad debitam diſpenſationem,

A quantum ad rectam ſuſceptionem, quantum ad ſignificationem, et quantũ ad ſtatus cõſummationem.

Qui ſunt ad ordines Eccleſiaſticos aſſumendi, primo aſſignantur ſignaculo diuino, diſtinctiuo et inſtructiuo. Nam tondentur in capite, quod eſt membrum præ ceteris nobile. Et quia tonſura tam ſuperius quàm inferius facta, formam habet coronæ, quæ eſt ſignum dignitatis regiæ, innuitur, quòd qui taliter ab alijs diſtinguuntur, ad officium nobile, ſcilicet ad regale ſacerdotium aſſumuntur. Non tantum autem tale ſignum eſt ſignum diſtinctionis, ſed etiam inſtructionis. In tali enim tonſura eſt ſuperfluitatis

Prima tonſura.

B amotio, in quo inſtruuntur clerici, quid vitandum, quia ſuperfluitas terrenorum. Eſt etiam ſummitatis capitis denudatio, in quo inſtruuntur quid amãdum, quia felicitas ſupernorum. Eſt figuræ orbicularis impreſſio, in quo inſtruuntur quomodo conuerſandum eſt, quia figura orbicularis eſt ſimpliciſſima, capaciſſima, et pulcherrima, ad innuendum quòd taliter coronati, dicunt ſimplificari in intentione, amplificari in dilectione, pulchrificari in caſtificatione.

Ordo quid, et quotuplex.

Ordo ſic diffinitur: Ordo eſt ſignaculum, in quo ſpiritalis poteſtas traditur ordinato. Cum enim ſeptem ſint ordines, ſcilicet ordo ianitorum, lectorum,
C exorciſtarũ, acolytorum, ſubdiaconorum, diaconorũ, et ſacerdotũ: In ordine ſacerdotali datur poteſtas conficiendi corpus Chriſti verum, et abſoluendi corpus Chriſti myſticum. Et hic ordo tamquam nobiliſſimus debet habere alios ſibi adminiſtrantes, reſpectu duplicis poteſtatis. In conficiendo corpus Chriſti verum, ſibi ſeruiunt ſubdiaconi, et diaconi, ita quòd poteſtas, et officium ſubdiaconi, eſt in accipiendo hoſtias a plebe. Poteſtas et officium diaconi, eſt eaſdem ſubdiacono ſuſceptas ſacerdoti offerre. In abſoluẽdo autem corpus Chriſti myſticum, quattuor minores ſubſeruiunt ſacerdoti. Ita quòd poteſtas et of-
D ficium ianitorum eſt, ad locum ſacrum admittere. Lectorum eſt, documentum præbere. Exorciſtarum eſt, auxilium præſtare. Acolytorũ eſt exempla monſtrare. Hoc officio ſeptiformi, Dominus viſus fuit.
Ioan. 2. c Fuit namque oſtiarius, quando facto flagello eiecit
Mat. 21. b negociantes de templo. Fuit lector, quando legit in
Luc. 4. c ſynagoga, aſſumpto libro. Fuit exorciſta, quando ſa-
Mat. 7. d liua ſua tetigit linguã ſurdi et muti. Oſtendit ſe acho-
Ioan. 8. b lytum, quando dicit: Ego ſum lux mundi. Fuit ſub-
Ioan. 13. a diaconus, quando lauit pedes diſcipulorum, et linteo ſe præcinxit. Fuit diaconus, quando poſt cœnam corpus et ſanguinem ſuum, diſcipulis diſpenſauit.
E Fuit ſacerdos, dum ſeipſum in ara crucis obtulit, idem ſacerdos et hoſtia. Et etiam quando in cœna, panem in corpus, et vinum in ſanguinem commutauit.

Character impreſſus.

Character cum ſit ſignaculum impreſſum, diſtinctiuum, perpetuum, Chriſto configuratiuum, imprimitur in quolibet ordine: non idem, ſed diuerſus: ordine congruo, non neceſſario, cum vnus poſſit recipi quãuis indebite, alio prætermiſſo. Ita quòd cum peruentum fuerit gradatim ad ordinem ſacerdotij, in quo eſt ſtatus, quamuis ſeptem ſint gradus, vnus eſt tantum ordinis ſacramentum, ſicut vnam dicimus epiſtolam, quamuis habeat multas partes. In
F quolibet autem ordine, character imprimitur in eo ſigno, quod maiorem habet ſimilitudinem ad ſignatum, et in quo principalis poteſtas, quam ordo reſpicit, ſignificatur tradi ordinato. Ad quam ſignificandum duo concurrunt exterius, ſcilicet traditio alicuius inſtrumenti, et expreſſio vocalis verbi, vt in ſigno viſibili ſimul et audibili ſignificetur dari: et hæc duo ſunt eſſentialia, et intrinſeca ordinis ſacramento.

Debita diſpẽſatio ordinis.

Debet autem diſpenſari hoc ſacramentum, cum magna diſcretione et ſollemnitate, ac per hoc non a quolibet nec cuilibet, nec in quolibet loco, nec quolibet tempore: ſed ſub debitis ſignis, tam ex parte viſus, quàm ex parte aditus, vt dictum eſt: ſollemnitate nihilominus obſeruata quantum ad tempus, et locum, officium, et perſonam.

Ordinem ſuſcipientis cõditiones.

Requiritur autem multiplex conditio, vt digne et debite ſuſcipiatur ordinis ſacramentum, ſcilicet ex parte originis, vt non ſit filius ſacerdotis, vel ſpurius, vel etiam ſollemniter pœnitens: a corporis parte, vt non ſit corpore vitiatus, dæmoniacus, epilepticus: a parte actionis, vt non ſit homicida, vel aliter enormis peccator: a parte conditionis, vt non ſit ſeruus: a parte conuerſationis, vt non ſit curialis: a parte coniugationis, vt non ſit bigamus: a parte ſexus, vt non ſit mulier, quæ non poteſt ordinari, nec de iure, nec de facto: a parte ſenſus, vt non ſit infantulus, in quo nondum viget iudicium rationis.

Significatio.

In hoc ſacramento eſt aliud, quod eſt tantum ſignum, vt exterior operatio in traditione alicuius inſtrumenti, et expreſſione verbi. Aliud, quod eſt tantum res, vt ſpiritalis poteſtatis collatio. Aliud, quod eſt res et ſignum, vt interior characteris impreſſio. Collige ex prædictis, quòd ſeptem ſunt ordines et nõ plures, quattuor ſunt minores, qui dicuntur non ſacri: quia poſt eorum ſuſceptionem, poteſt clericus coniugari. Tres maiores, ſcilicet ſubdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus, in quo eſt ſtatus ordinum. Hi dicuntur ſacri: quia poſt eorum ſuſceptionem non licet ordinatis carnali operi deſeruire, cum ſint totaliter diuino cultui dedicati. Et ſic patet quòd Pſalmiſtatus non eſt ordo, ſed officium annexum ordini. Nec epiſcopatus eſt ordo, ſed dignitatis nomen et officij. Colligas in vnum, nomina tam ordinũ, quàm officiorum, et dignitatum, vt deuenias ad vnum hierarcham Eccleſiaſticæ hierarchiæ, et ſic procede, Pſalmiſta, hoſtiarius, lector, exorciſta, acolytus, ſubdiaconus, diaconus, presbyter, archipresbyter, epiſcopus, archiepiſcopus, patriarcha, Põtifex ſummus.

Eccleſiaſtica Hierarchia.

De matrimonio. Sectio LIIII.

Materia huius ſect. et duarum ſequen. habetur ſup. Breuil. p. 7. cap. 13.

SEquitur videre de ſacramento matrimonij, quantum ad diffinitionem, quãtum ad inſtitutionem, et quantũ ad contractionem, quantũ ad diuiſionem, quantum ad ſignificationẽ, quantum ad bonum prouenienſ, et quantum ad impedimentum prohibens.

Matrimonium diffinitur ſic: Matrimonium eſt viri mulieriſq. coniunctio maritalis, inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. Eſt autem inſtitutum matrimonium a Deo in officium, in remedium, et in ſacramentum, vel ſignum. In officium, inquam, procreandæ prolis, etiam in ſtatu naturæ inſtitutæ. In remedium, contra impulſum libidinis, in ſtatu naturæ lapſæ. In ſacramentum, ſiue ſignum inſolubilis coniunctionis naturarum in Chriſto, diuinæ ſcilicet et humanæ. Circa contractionem matrimonij nota, quòd per ſponſalia de futuro initiatur: per mutuum conſenſum inter legitimas perſonas per verba de præſenti expreſſum, ratificatur: per carnalem copulam ſubſequentem conſummatur. Circa ſponſalia nota, quòd ante ſeptennium contracta de iure non valent, poſt ſeptennium vero tenent. Et hæc quattuor modis contrahuntur: ſcilicet ſimplici promiſſione, fidei datione, ſiue iuramenti interpoſitione, datis arrhis ſponſalitijs, et annuli ſubarrhatione.

Contractus matrimonij.

Sic aut contracta octo modis ſoluuntur. Primus eſt, voto ſollemni ſuperueniente, vt ſi alter ſponſorũ intret religionem: ſecundus eſt ſuperueniente matrimonio, vt ſi cum alia contrahat de præſenti: tertius eſt, ſuperueniẽte affinitate, vt ſi cognoſcat aliam conſanguineam ſponſæ ſuæ, et hoc poſſit fama vel facto probari: quartus eſt, incurabili infirmitate ſuperueniente, puta lepræ, vel mutilatione alicuius membri: quintus eſt altero ſe abſentante, vt cum vadit in regionem longinquam, ſine licentia alterius: ſextus eſt, altero fornicante: ſeptimus eſt vtroque volente, ſcilicet cum ambo conſentiunt, et mutuo ſe abſoluunt: octauus eſt, minore petente, vt quando contracta ſunt ſponſalia inter duos, quorum vnus eſt in ætate

Impedimẽta ſponſalium.

debita,

debita, alter non. Duobus primis modis ſoluuntur ſponſalia ipſo facto. Conſequentibus vero per iudicium Eccleſiæ. Duplex eſt autem effectus ſponſalium contractorum. Vnus eſt obligario propter promiſſionem, vnde tales compellendi ſunt ad matrimonium contrahendum, niſi timeatur vxoricidium, vel interniat aliquis caſuum prædictorum. Alius effectus eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, quæ eſt, quòd nullus conſanguineorum ſponſi poteſt contrahere cum ſponſa, vel econuerſo. (A)

Triplex modus ſeparandi côiuges.

Coniuncti matrimonialiter per Eccleſiam tripliciter ſeparantur, aut ſimpliciter quantum ad vinculũ cum oſtenditur propter impedimentum, legitimum (B) non fuiſſe coniugium inter eos: aut ſeparãtur ad tempus ad pœnitentiam faciendam, vt quando contra interdictum Eccleſiæ contraxerunt: aut ſeparantur ſimpliciter, quantum ad tempus in pœnam, propter aliquod crimen contra ſubſtantiam matrimonij perpetratum, vt quando alter coniugum fornicatur, tunc ſi petat innocens cum probatione adulterij abſoluitur per Eccleſiam, a mutua cohabitatione vxoris, et debiti redditione. Sũt autem ſeptem caſus, in quibus poteſt adultera excipere contra petẽtem diuortnum. Primus eſt ſi fornicari conuincitur: ſecundus eſt, ſi eam proſtituat: tertius cum credebat virum in bello (C) eſſe defunctum, et nupſit alteri: quartus ſi cognita eſt ab altero latenter, quem credebat eſſe virum ſuum: quintus eſt, ſi fuit vi oppreſſa: ſextus eſt, quando poſt adulterium reconciliauit eam ſibi, et perijt debitum: ſeptimus eſt ratior caſus, vt ſi infidelis repudiauit vxorem, et illa nubet alteri, ſi veniat ad fidem, debet eam recipere, non obſtante, quòd fuit fornicata.

Significatio.

In matrimonio ratificaio eſt aliud, quod eſt tãtum ſignum, vt côſenſus exterior per verba, aut nutus expreſſus: aliud quod eſt tantum res, vt vnio Dei, et animæ per gratiam, quę tamen eſt ſeparabilis per peccati mortalis tranſgreſſionem, ſicut illud matrimoniũ (D) eſt ſeparabile, per ingreſſum in religione: aliud quod eſt res et ſignum, vt conſenſus interior animorum. In matrimonio côſummato, eſt tantum ſignum, conſenſus exterior: tantum res, vnio naturarũ inſeparabilis in Chriſto: res et ſignũ, côſenſus mutuus animorum.

Tria bona coniugij. *Aug. lib. 9. de Gen. ad litt. cap. 7. to. 3.*

Tria ſunt bona coniugij, ſcilicet bonum fidei, bonum prolis, bonum ſacramenti. Fides eſt quòd ſuam cognoſcat et non aliam: et hoc eſt bonum moris cadens in genere honeſti. Bonum prolis cadit in genere conferentis: confert enim proles ad ſpeciei conſeruationem, et ad numeri perfectionem. Bonũ ſacramenti, cadit in genere delectabilis. Tãta eſt enim ibi vnio, (E) vt propter vxorem relinquat homo patrem, et matrẽ. *Gen. 2. d* Et ſic patet quòd tria ſunt in electione ſecundum philoſophum, ſcilicet honeſtũ, conferens, et delectabile. In hoc triplici genere ſunt bona coniugij diſtributa, et ſunt hæc bona numero tria, quia ad hoc quòd matrimonium ſit completũ tria potiſſime requiruntur, ſcilicet inſtitutio, vſus, et fructus. Ratione inſtitutionis, eſt bonum ſacramẽti: ratione vſus debiti, eſt bonũ fidei, ratione fructus conferentis, eſt bonum prolis.

De impedimentis matrimonij in generali. Sectio LV. (F)

Circa impedimenta matrimonij, quia frequenter occurrunt, eſt ſpecialiter inſiſtendum. De quibus eſt tenendum, quòd quædam ſunt, quæ impediunt ex congruitate, ſicut Eccleſiæ interdictum, et feriarum tempus: et iſta dicuntur impedire contrahendum, ſed non dirimere iam contractum. Quædam impediunt de neceſſitate, quia non ſtat cum eis matrimonij ſacramentum: vnde ſic impediunt matrimonium contrahendum, quod etiam dirimunt iam contractum. Hæc autem ſunt numero duodecim, quæ verſibus iſtis continentur:

Error, conditio. votum, cognatio. crimen.
Cultus diſparitas. vis. ordo. ligamen. honeſtas.
Si ſis affinis. ſi forte coire nequibis. (A)
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retractant.

Tria ſunt ex parte cauſę efficientis, quę eſt conſenſus, ad quem concurrit ratio et voluntas. Contra actum rationis eſt error: contra actum voluntatis, eſt vis, ſiue violentia: contra actum vtriuſque, eſt conditio ſeruitutis, quæ impedit partim propter defectum libertatis, partim propter errorem. Tria ex parte cauſæ materialis. Nam matrimonium eſt, coniunctio voluntarie introducta, inter perſonas antea non coniunctas: vnde coniuncti in proximitate, ad matrimoniũ ſunt inepti. Coniungũtur autem quidam conſangui- (B) nitate, quidam affinitate, quidam publicæ iuſtitiæ honeſtate, quæ contrahitur ex ſponſalibus per verba de præſenti. Et ſic ſunt tria impedimenta, ſcilicet cognatio, affinitas, et honeſtas. Tria ſunt ex parte cauſæ formalis, quia matrimonium eſt vinculum, in quo eſt mutua poteſtas viri et vxoris. Hæc autem poteſtas impeditur, quando alter tradit poteſtatem corporis ſui alij, adhuc viuente proprio, et ſic eſt ligamen: aut quia dedicauit ſe Deo, et ſic eſt ordo: aut quia mancipauit ſe Deo et prælato, et ſic eſt votũ. Tria autem vltima, ſunt ex parte cauſæ finalis. Nam matrimoniũ eſt ad procreãdam prolem ad cultum Dei, vel ſaltem (C) in remedium tempeſtatis. Contra rationẽ generandi, vel remedij eſt impotentia coeundi: contra cultum Dei, qui eſt in fide, eſt cultus diſparitas: contra cultum Dei, qui eſt in moribus, eſt criminis enormitas.

Error.

Circa impedimentum, quod prouenit ex errore, attendendum eſt quòd error poteſt eſſe circa perſonam, et circa proprietates perſonæ. Error circa perſonam conſenſum tollit, et matrimonium impedit: vt ſi credit conſentire in Mariam, de qua cogitat ſenſu interiori, conſentit in Margaretam, quæ offertur ſenſui exteriori. Si autem ſit error circa proprietates perſonæ, non propter hoc matrimonium impeditur: vt (D) ſi credat accipere diuitem et nobilem, quam poſtea deprehendit ignobilem, et pauperem.

Conditio.

De proprietatibus autem perſonæ excipitur conditio ſeruitutis, quę impedit matrimoniũ contrahendũ, et dirimit iam côtractum. Circa quod nota, quòd triplex poteſt eſſe error conditionis, ſcilicet paris, vt cũ ſeruus credit accipere liberã, et accipit ancillam, talis error non impedit: aut conditionis melioris, vt cũ, ſcilicet credit accipere ancillam et accipit liberam, nec iſte error impedit: aut conditionis deterioris, vt cum credit accipere liberam, cum ſit liber, et accipit ancillam, talis impedit côtrahendum, et dirimit iam (E) contractum, niſi velit in eam libere conſentire.

Hugo. de ſacram. fid. lib. 2. p. 12. cap. 5.

Circa votum nota diffinitionem Hugonis. Votum eſt teſtificatio promiſſionis ſactæ ſpôtanee, quæ Deo et de his, quæ Deo pertinent, fieri debet. Item aliter diffinitur. Votum eſt melioris boni conceptio, cum deliberatione formata. Eſt autem duplex votum, ſimplex, et ſollemne. Simplex eſt, in quo non eſt in prælatum tranſlata poteſtas: impedit contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. Solemne votum eſt, quod ſolemnizatur ordinis ſacri ſuſceptione, profeſſionis emiſſione, habitus profeſſorum aſſumptione, cum alijs, quæ oſtendunt hominem profeſſum: (F) impedit contrahendum, dirimit iam contractum.

Crimen.

Circa crimen nota, quòd in ſeptem generibus criminum, denegatur connubium. Primum eſt adulterium, cum occiſione mulieris, ſeu vxoris, ſcilicet fidei datione de docẽda vxore adultera, propria defuncta, vel cum contractione de facto: ſecũdum eſt inceſtus: tertium eſt raptus ſponſæ alterius: quartum eſt de eo, qui inſidians matrimonio, filium ſuum de ſacro fonte leuauit: quintum eſt de eo, qui occidit presbyterũ: ſextum eſt de eo, qui occidit propriam vxorem, ſiue perſequendo culpam adulterij, ſiue perſequendo perſonam ratione odij: ſeptimum eſt ſollemniter pœnitens. In omnibus iſtis diſpenſatur præterquam in primo, quod reſpicit determinatam perſonam. Nam adulte-

adulterium, cum vxoricidio, vel cum fideidatione, vel contractione de facto, reſpectu illius perſonæ, impedit contrahendum, et dirimit iam contractum.

Impotentia coeundi.

Item impotentia oaturalis coeundi, ſi eſt tẽporalis, non impedit. Si eſt perpetua, impedit, et dirimit, ſi præcedit matrimonium. Si autem ſequatur matrimonium, non dirimit. Sic etiam de ſectis dicitur.

Ordo.

Ordo ſacer triplex impedit contrahendum, et dirimit iam contractum. Minores ordines neutro modo, ſi voluerit ordinatus Eccleſiæ deſeruire.

Cultus diſparitas.

De cultus diſparitate nota, quòd infidelis dicitur aliquando, quia caret fide, non tamen fidei ſacramento, vt hæretica baptizata: talis diſparitas impedit cõtrahendum, et non dirimit iam contractum: aut eſt infidelis carens fidei ſacramento, et talis diſparitas impedit et dirimit, etiam ſi mulier ſit fidelis: quia caret baptiſmo, qui eſt ianua ſacrãmentorum.

Vis.

Circa vim ſiue violentiam, tene quòd coactio poteſt fieri vi, ſiue metu. Vis eſt maioris rei impetus, qui repelli non poteſt, vt cum quis capitur, trahitur, ligatur: talis vis impedit, et dirimit. Metus eſt inſtantis periculi trepidatio. Metus autem eſt duplea, ſcilicet leuis et iuſtus. Leuis eſt, qui non cadit in conſtantem virum, vt quando parua eſt comminatio, vel per hominem parua potentem. Coactio per hunc modum ſiue metus non dirimit, nec impedit. Iuſtus metus eſt, qui poteſt cadere in conſtantem virum, vt quando veriſimile eſt, quòd malum inſeret, qui minatur: et talis coactio tollit conſenſum, et ſecundum iura impedit matrimonium, et dirimit iam contractum.

Ligamen.

Circa ligamen nota, quod quantumcumque fiat diuortium inter coniuges, propter crimen adulterij, quãtum ad thorum et cohabitationem, manent perſonæ ſic ſeparatæ innubiles cum alijs: cum inter eos, quãdiu vixerint ambo, permaneat indiſſolubile vinculum et ligamen.

Honeſtas.

Circa honeſtatem publicæ iuſtitiæ nota, quòd qui coutrahit ſponſalia cum aliqua poſt ſeptemnium, et decedit ante conſummatum matrimonum; ex tali houeſtate retrahuntur conſanguinei ſponſi defuncti a contractione matrimonij cum relicta: et hæc honeſtas impedit contrahendũ et dirimit iam cõtractum.

De impedimentis affinitatis, et cognationis in ſpeciali, et primo de affinitate. Sectio LVI.

Affinitatis, & cõſanguinitatis differentia triplex.

DE duobus impedimentis, quę reſtant, ſpecialiter eſt videndum, ſcilicet de affinitate, et cognatione. Et primo de affinitate. Circa quam primo eſt notanda triplex differentia: ſecundo notanda eſt triplex notula. Differt ergo primo inter eſſe affinem, et conſanguineum. Conſanguinitas enim venit carnis propagatione: affinitas autem ex carnali commixtione, præſuppoſita conſanguinitate, quæ diffinitur ſic: Affinitas eſt proximitas perſonarũ ex carnali copula prouenieus omni carens parentela, quantum eſt de ſe, ſupple. Vnde ſi quis cognoſcit mulierem, efficitur affinis omnibus conſanguineis mulieris, et econtra. Secundo differt inter affinitatem, genus, et gradus. Nam genus attenditur, penes plurificationem commiationis carnis: gradus vero ea parte ſanguinis, et propagationis. Propter quod dicebatur antiquitus:

Mutat nupta genus, ſed generata gradum.

Erãt enim quondã tria genera affinitatis. Primũ erat ea conſanguinitate, et prima carnis cõmixtione. Verbi gratia: Si frater tuus contraxit cum Maria, illa erat tibi affinis io primo genere. Secundum erat ex affinitate et ſecunda carnis commiatione, vt ſi Maria, mortuo fratre tuo, contraxit cum Martino, ipſe erat tibi affinis in ſecundo genere. Tertium erat ex ſecunda affinitate et tertia carnis commiatione, vt ſi Martinus, defuncta Maria, contraxit cum Guillota, ipſa Guillota erat tibi affinis in tertio genere. Et ſic nupta mutabat genus, generata vero, ſiue propagata mutabat gradum. Nam ſi Maria, mortuo fratre tuo, ex Martino filiam generaſſet, illa filia fuiſſet tibi affinis in ſecundo gradu, quaſi neptis, et non in ſecundo genere. Hodie vero ceſſant illa tria genera præter primum, et filia generata ex cognata tua ex alio viro nihil dicetur tibi attinere. Et ſic tertio differt vtrum mulier affinis generet ex conſanguineo vel eatraneo. Nam ſi generet ea conſanguineo, proles genita attinet tibi gradu conſanguinitatis. Si vero ex extraneo, attinet tibi proles genita gradu affinitatis, vt dictum eſt ſecundum iura antiqua. Secundum vero iura moderna, nihil tibi attinet proles illa.

Notula triplex.

B His viſis, tres ootulæ ſunt ponendæ: qnarum prima eſt, quòd in primo genere affinitatis, nõ licet contrahere vſque ad quartum gradum incluſiue, ſicut et de conſanguinitate dicitur. Si autem quartũ gradum velis agnoſcere, recurre ad perſonam, mediante qua affinitas eſt contracta, et quoto gradu diſtat ab illa, tanto gradu diſtat a perſona, cui eſt affinis: vt ſi contraxiſti cum muliere, factus es affinis conſanguineis mulieris: et quoto gradu aliquis eſt conſanguineus mulieris tuę, toto gradu eſt tibi affinis: et ſi attinet ſibi in quarto gradu cõſanguinitatis, attinet tibi in quarto gradu affinitatis. Et ſicut non licet vxori tuæ cũtrahere cum C tali, ita nec tibi. Secunda eſt, quòd ea quo affinitas eſt contracta, mortua perſona, mediante qua eſt contracta, nihilominus manet: quia ſicut vinculum conſanguinitatis eſt perpetuum, ſic etiam affinitatis. Tertia eſt, quòd affinitas non ſolum contrahitur per coitum coniugalem, ſed etiam per fornicatorium.

De cognatione triplici. Sectio LVII.

SEquitur videre de cognatione, quæ diſtinguitur triplex, ſcilicet carnalis, ſpiritualis, et legalis. De ſingulis videndum eſt per ordinem. Et primo de carnali. D Circa quam primo pouẽda eſt triplea diffinitio. Ergo videndũ eſt quid ſit coſanguinitas, et quo modo diffinitur. Secundo adiungenda eſt triplea notula.

Conſanguinitas.

Primo conſanguinitas eſt vinculum perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum. Secundo videndum eſt, quid ſit linea:

Linea.

Linea eſt ordinata collectio perſonarum, couſanguinitate coniunctarũ, ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos gradus continens. Et quia ordo poteſt attendi quantum ad id, quod eſt ſupra, vel ad id, quod eſt infra, vel ad id, quod eſt iuxta; tres lineæ aſſignantur. E Quædam aſcendentium, in qua ſunt gradus iſti pater et mater: auus et auia: proaus et proauia: abauus et abauia: atauus et atauia. Quędam eſt deſcendentium, in qua ſunt filius et filia: nepos et neptis: pronepos et proneptis: abnepos et abneptis: atnepos et atneptis. Quædam eſt tranſuerſalium, in qua ſunt duo fratres, filij duorum fratrum: nepotes duorum fratrũ. Tertio videndũ eſt, qnid ſit gradus.

Gradus quid.

Gradus eſt habitudo perſonarum diſtantium, qoa cognoſcitur quota generis differentia duæ perſonę differunt, ſeu diſtant inter ſe.

Notulæ tres.

Nunc ponendæ ſunt tres notulæ. Quarum prima eſt, quòd non licet contrahere cum aliqua conſanguinea, vſque ad quartum gradum incluſiue. F Secunda eſt, quòd toto gradu perſonæ deſcendentes a ſtipite diſtant a ſe inuicem, quoto diſtant a ſtipite. Tertia eſt, quòd quando perſonæ inæqualiter diſtant a ſtipite, vtpote vna in ſecundo gradu, alia in quinto, quod linea conſanguinitatis et gradus computari debet ſecundum differentiam perſonæ magis remotæ.

Cognatio ſpiritualis.

Circa cognationem ſpiritualem, primo videndum eſt quid ſit. Eſt autem cognatio ſpiritualis propinquitas, ſiue proximitas, proueniens ex ſacramentali donatione, vel ad id tentione. Secundo videndæ ſunt eius differentiæ, quæ ſunt tres: Compaternitas, quæ eſt inter patrem ſpiritualem et patrem carnalem. Paternitas, quæ eſt inter patrem, qui ſuſcipit, et eum, qui ſuſcipitur, ſiue ſit maſculus ſiue femina: fraternitas, quæ

tas, quæ eſt inter filiũ ſpiritualem et filium carnalem, vniuerſaliter et præciſe: non enim ſe extendit niſi ad eum, qui ſuſcipitur. Tertio videndum eſt, quot modis contrahitur, quia dupliciter, ſcilicet indirecte, vt cum alter coniugum ſit compater alicuius per actum coniugis: directe, vt cum aliquis ſit compater alicuius per actum proprium, vt quando ipſe perſonaliter de fonte ſuſcipit filium alicuius. Secundum iſtum duplicem modum, intellige iſtos verſus.

Quæ mihi, vel cuius mea natum de fonte leuauit,
Hæc mea commater, fieri mea nequit vxor.
Si qua mea natum non ex me fonte leuauit,
Hanc, poſt functam meam, non inde vetabor habere.

Contrahitur autem hæc cognatio per catechiſmum, baptiſmum, et confirmationem. Sed per catechiſmum adeo exiliter, vt vix impediat matrimonium contrahendum, non autem dirimit iam contractum. Per baptiſmum vero et confirmationem contracta cognatio ſpiritualis, ſecundum triplicem differentiam ſupradictam, impedit contrahendum et dirimit iam contractum.

Cognatio legalis.

Modo videndum eſt breuiter de cognatione legali, quæ ſic deſcribitur: Cognatio legalis eſt, proximitas proueniens ex adoptione. Triplex autem oritur cognatio per adoptionem: vna eſt quaſi deſcendentium, quæ attenditur inter adoptantem, et filiam, vel neptem adoptatam, et inter ipſos non poteſt contrahi matrimonium: alia eſt quaſi a latere, quæ attenditur inter filium naturalem, et filiam adoptiuam, et iſti quandiu ſunt in poteſtate patris, non poſſunt matrimonio coniungi, emancipati vero poſſunt matrimonio copulari: alia eſt quaſi affinitas quædam, quæ attenditur inter adoptatum, et vxorem adoptantis, vel inter adoptantem et vxorem adoptati, inter iſtas non poteſt matrimonium celebrari. Nota quòd carnalis cognatio ſumitur penes legem naturalem: ſpiritualis, penes diuinam: legalis, penes legem humanam. Prima reſpicit bonum naturæ: ſecunda, bonum gratiæ: tertia, bonum fortunæ. Prima corpus, ſecunda animam, tertia coniunctum.

CENTILOQVII QVARTA PARS,

Quæ tribus Sectionibus eſt contenta.

De triplici differentia præmij. Sectio I.

POSTQVAM viſum eſt de bono, inquantum tenet rationem meriti; videndum eſt iam vltimo de bono, inquantum tenet rationem præmij. Circa quod breuiter ſunt tria videnda, ſcilicet triplicis præmij differentia, viæ expedientia, et gaudij ſufficientia. Quantum ad primum tenendum eſt, quòd triplex pręmiũ legitur in ſcriptura, ſcilicet pręmium, quod dicitur aureola: et præmium, quod dicitur fructus: et pręmium, quod dicitur aurea. Aurea eſt merces incorruptibilis et æterna, veritate et bonitate. Comparatur autem talis merces aureæ propter tria. Aurea enim eſt corona de auro. Corona autem debetur filio regis. In qua etiam quantum eſt in ſe, non eſt reperire principium, neque finem. Et materia, de qua eſt, ſcilicet aurum, eſt inter cetera metalla maxime incorruptibile. Præmio ergo, quod dicitur aurea, præmiantur, qui tranſeunt ad regni hereditatem, ad Dei æternitatem, ad ſui ſoliditatem, ſiue incorruptibilitatem. Hoc autem præmium debetur cuilibet virtuti, et præcipue redditur charitati, et alijs virtutibus gratia charitatis. Nam ſi finalis charitas amittatur, illud præmiũ nulli datur. Et quia eſt bonum increatũ, de quo percipitur iſta merces: dicitur autem nũc aurea, nunc præmiũ ſubſtantiale, nunc bonũ eſſentiale.

Præmium bonorum triplex.

Aureola triplex.

Aureola vero eſt gloria incorruptionis, ſecundum profectum trium virium animæ, vel in carne operantium. Tres quippe naturales potentiæ, ſcilicet rationalis, iraſcibilis, cõcupiſcibilis in actus perfectiſſimos egrediuntur reſpectu carnis tribus virtutibus informatæ, ſcilicet prudentia, temperantia, et fortitudine. Temperantia habet ſuum perfectiſſimum actum, et difficillimum, qui eſt ſemper ſeruare carnem ſuam integram, abſque omni contagione venereæ actionis: quod faciunt virgines, ratione cuius debetur eis aureola virginum. Fortitudo habet ſuum actum difficillimum, quem in carne trãſigit, et exercet mediante carne: vt eſt ſuſtinere mortem pro iuſtitia, et veritate, quod faciunt martyres, ratione cuius debetur eis aureola martyrũ. Prudentia quoque habet actum ſuum difficillimum, quem tranſigit et exercet in carne, quæ aggrauat animam: et hic eſt docere alios in fide, et moribus, quod faciunt doctores, ratione cuius debetur eis aureola prædicatorum. Aureola igitur virginum eſt gloria de incorruptione carnis, aſtante incorruptione mentis. Aureola martyrum eſt gloria de inuicta ſuſtinentia mortis, vſquequo aliquis perſeuerauerit vſque ad mortem, pro fide, et iuſtitia patienter. Aureola prædicatorum eſt gloria de incorruptione doctrinæ ad alterum prolatæ, verbo, et mente, et exemplo. De hac aureola prædicatorum dicitur: Quæ eſt mea ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos ante Deum? In ſignum huius triplicis aureolæ debitæ tribus generibus ſaluãdorum, præmittuntur in aliquibus Eccleſijs antiphonis Beatæ Marię verſiculi, in ſignum aureolæ virginum. Antiphonis beati Pauli Apoſtoli, pro prędicatoribus. Antiphonis beati Laurentij martyris pro martyribus. Et nota, quòd pro quattuor datis maximis, quæ dat homo Deo, ab eo recipit quattuor dona maxima. Nam pro bona voluntate informata charitate, recipit auream: pro bona doctrina fidei et morum, recipiunt prædicatores aureolam: pro ſuſtinentia mortis, recipiunt martyres ſuam: pro incorruptione carnis, virgines habent ſuam aureolam.

1. Theſſ. 2. d

Ritus.

Præmium fructus.

Præmium, quod dicitur fructus, attenditur ſecundum vnum prædictorum, ſcilicet ſecundum continentiam virginalem. Et diuerſificatur fructus, ſecundum quod diuerſificatur continentia. Eſt enim continentia coniugalis abſtinens ſe ab omni coitu illicito, non tamen ab omni coitu. Huic reſpondet fructus triceſimus, in quo eſt denarius, qui æterna ſignificat: et ternarius trium bonorũ coniugij, ſcilicet prolis, fidei, et ſacramenti, quæ ad denarium referuntur. Eſt continentia vidualis abſtinens ſe ab omni coitu in carne corrupta, reſpectu temporis, et perſonæ a poſteriori tantum, cui reſpondet fructus ſexageſimus. In quo eſt denarius æterna ſignificãs, et ſenarius operum, in quibus propter denarium ęternorum debent viduæ exerceri ſecundum Apoſtolum. Quorum operum primum eſt reddere parentibus vicem: ſecundum eſt inſtare obſecrationibus et orationibus: tertium eſt filios educare: quartum pauperes hoſpitio recipere: quintum ſanctorum pedes lauare: ſextum tribulationem patientibus ſubminiſtrare. Eſt tertio continentia virginalis abſtinens ſe in carne incorrupta, reſpectu cuiuſlibet temporis, et perſonæ ab omni coitu, cui reſpondet fructus centeſimus, qui conſtat ex denario in ſe ducto. Iſte quidem competit virginibus, quæ in terra manentes, angelicam ducunt vitam, et tantum interius ſibi vacant propter æternum bonum, quod eſt denarium in ſe ducere. Caſtitas coniugalis bene excolit terram ſuam, vidualis melius, virginalis optime. Et nota, quòd cum virginitas ſit in carne corruptibili perpetuę incorruptionis meditatio, virginitas tria dicit. Primum eſt abſtinentia ab omni coitu illicito: ſecundum eſt abſtinentia

1. Tim. 5. a

Sex opera vidualis caſtitatis.

ab omni coitu licito: tertium eſt integritas mentis, et carnis. Quantum ad primum dicit habitum virtutis, huic debetur aurea: quantum ad ſecundum, dicit virtutis ſtatum, huic debetur fructus centeſimus: quantum ad tertium, dicit decorem, huic debetur aureola. Fructus autem in virginibus determinat ante ſe aureolam: aureola vero præſupponit auream. Voluntati enim continendi propter Deum debetur aurea: ſed cum additur in carne incorrupta, ſuperadditur ei aureola: quia ſic eſt continentia in ſuo ſummo. Vlterius cum additur, reſpectu cuiuſlibet temporis et perſonæ, debetur ei fructus centeſimus.

De expedientia ad præmium. Sectio II.

SEquitur videre de his, quæ animam expediunt ad gloriæ ſupplementum. Retardatur enim anima exuta, quamuis gratia finali informata, dupliciter, ne totaliter feratur in Deum, ſcilicet propter cremabile, quod ſecum traxit, et propter corpus ſuum ſocium, quod dimiſit. Contra primum, expeditur per Eccleſiæ orationes, et ſuffragia viatorum. Contra ſecundum, expeditur per conſummationem iuſtitiæ, ſiue per remunerationem corporum reſumptorum. Primo ergo videamus qualiter animabus in purgatorio retardatis, valeant ſuffragia viatorum. Et poſt de reſurrectione mortuorum.

Suffragia pro defunctis. Proſunt autem Eccleſiæ ſuffragia defunctis, non quibuſcumque, ſed mediocriter bonis, vtpote illis, qui ſunt in purgatorio: non, valde malis, vt illis, qui ſunt in inferno: nec, valde bonis, vt illis, qui ſunt in paradiſo: ſed potius eorum orationes et merita militanti Eccleſiæ ſuffragantur: quia nobis adhuc miſeris multa per eos beneficia impetrantur. Proſunt autem ſuffragia ſic impenſa ſecundum magis et minus, vel pro diuerſitate meritorum in mortuis, vel pro ſolicitudine charitatis in viuis. *Effectus ſuffragiorum.* Profunt iuquam ad pœnarum mitigationem, vel ad celeriorem liberationem, D prout diuina prouidentia voluerit diſpenſare. Suffragia autem, quę valent præcipue in remedium defunctorum, his verſibus continentur.

Miſſa frequens, crebraq. preces, ieiunia ſacra,
Proſunt defunctis, prodeſt eleemoſyna ſancta.

Cum autem per diuina munera et propria merita, necnon et aliena ſuffragia, animæ ad gloriam tranſierint angelorum; adhuc tamen ſecundum ſanctos propter naturalem inclinationem ad corpus, a contemplatione plena, et fruitione perfecta retardantur.

Reſurrectio generalis. Vnde videndum eſt de reſurrectione, de qua ſecundum fidem catholicam eſt tenendum, quòd omnia corpora hominnm reſurgent in generali iudicio, non exiſtente in eis diſtantia quantum ad ordinem temporis, ſed potius quantũ ad ordinem dignitatis. Mali enim non in melius mutabuntur, ſed in bonis natura ſeruabitur, et vitia atque defectus detrahentur. Omnes quippe reſurgent in integro corpore, plena ætate, et debita menſura membrorum, in eiſdem corporibus numero, et eiſdem partibus conſtitutis, ſalua totius veritate naturæ, non ſolum quantum ad membra principalia et humiditatem radicalem, verum etiam ſaluis capillis et membris ceteris, quæ ad corporis decentiam pertinebunt: ita quod in quaſcumque auras puluis humani corporis diſperſus fuerit, ad eandem redibit animam, quæ hominem prius, vt viueret et creſceret, animauit. Et quia electi debent eſſe conformes primogenito mortuorum, ideſt Domino noſtro Ieſu Chriſto, in quo nullus fuit omnino defectus: neceſſe erit, vt ſi aliquod membrorum deerat, ſuppleatur: et ſi aliqua ſuperfluitas inerat, auferatur: ſi aliqua membrorum inordinatio, corrigatur. Si paruus erat, ad quantitatem ætatis Chriſti, quam habebat paruulus, in ratione quamuis non in mole, virtute diuina deducatur. Si decrepitus, ad eãdem ætatem deueniet. Si gigas, ad eandem, ſi nanus deficiens, ad menſuram congruam limitetur: vt ſic omnes ſan-A cti integri et perfecti, occurrant in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. *Eph. 4. b*

Dotes quatuor beatorum corporum. Erunt autem in corporibus electorum quattuor conditiones nobiliſſimæ, quæ dotes dicuntur, in quibus cetera bona includuntur. Quæ quidem dotes ſunt claritas, agilitas, impaſſibilitas, et ſubtilitas, quæ ſic corpus perficiunt, quòd ordinant ad animæ actionem, quæ duplex eſt, ſcilicet cognitio, et dilectio. Claritas habet ordinem ad cognitionem, aliæ tres dotes ad dilectionẽ. Conſiſtit autem dilectio, quæ eſt delectatio magna, in coniunctione conueniẽtis cum conuenienti. Eſt itaque agilitas, vt coniungatur anima B Deo: impaſſibilitas, vt non retrahatur: ſubtilitas, vt nihil interponatur inter diligens et dilectum. Poteſt autem ſumi ſufficientia harum dotium penes cauſam materialem ſic: Corpus humanum quattuor habet defectus, ex quattuor elemẽtis, quibus componitur et ſubſiſtit. Ab aqua habet paſſibilitatem, quæ eſt elementum fluidum, contra hunc defectum habet impaſſibilitatem: a terra habet opacitatem, contra quam habet claritatem: ab igne, qui conſumit, habet animalitatem, ſecundum quam alimonijs redditur ponderoſum, contra quem defectum habet agilitatem: ab aere, qui cedit cuilibet impellenti, habet C infirmitatem, contra quam habet ſubtilitatem ſiue penetrabilitatem, per quam corpori glorioſo erit peruium omne durum.

De ſufficientia gaudij. Sectio III.

IAm ad gaudij ſufficientiam eſt tertio, ſiue vltimo tranſeundum. Circa quam breuiter eſt attendendum, quòd gaudium ſufficiens, perficitur et completur in tribus dotibus animæ, quæ ſunt aperta viſio ſummi veri, certa tentio ſummi ardui, perfecta dilectio ſummi boni. *Tres dotes animæ glorioſæ.* In primo perficitur rationalis, in ſecundo iraſcibilis, in tertio concupiſcibilis. Primum D eſt præmium fidei, ſecundum præmium ſpei, tertium præmium charitatis. Sunt autem quidam ternarij in ſuperiori facie animæ, quibus ab imo ſui vſque ad ſummum Dei peruenit, et quieſcit. Sunt tria ſubiecta, ſcilicet tres potentiæ naturales, rationalis, iraſcibilis, et concupiſcibilis: quæ tamquam fundamenta bonis ſpiritualibus ſubſtituũtur. Sunt tres habitus virtutum theologicarum, ſcilicet fidei, ſpei, et charitatis, quę a Deo gratis ad informationem trium virium prædictarum infunduntur, et quibus ipſæ potentiæ diriguntur. Sunt tres actus, qui a prædictis potentijs, mediantibus tribus habitibns ſupradictis, E ſcilicet tribus virtutibus theologicis eliciuntur, ſcilicet credere, aſſentiendo ſummæ veritati propter ſe, et ſuper omnia: ſperare, intendendo ſummæ largitati propter ſe, et ſuper omnia: diligere, complectendo ſummam bonitatem propter ſe, et ſuper omnia. Sunt tria obiecta, ad quæ tres actus egredientes a tribus potentijs virtute trium habituum terminantur. Iſta autem obiecta ſunt veritas increata, maieſtas increata, et bonitas: ita quòd ſummum verum eſt obiectum fidei, ſummnm arduum eſt obiectum ſpei, ſummum bonum eſt obiectum charitatis. Verum, inquam, ſub ratione veri, arduum ſub ratione F ardui, bonum ſub ratione boni. Et reſpiciunt hæc omnia ſtatum et meritum viatorum. *Præmium triplex.* Sunt etiam tria præmia, ſcilicet cognitio, ſiue intelligentia veritatis infallibilis: poſſeſſio ſiue permanentia dignitatis inamiſſibilis: dilectio ſiue complacẽtia bonitatis infatigabilis. Et ſic poteſt colligi ex prædictis, quòd in gloria cæleſti erit præmium ſubſtantiale, conſubſtantiale, et accidentale. Subſtantiale et ex parte animæ, conſiſtit in Dei viſione aperta, Dei tentione ſecura, Dei dilectione perfecta: et hæc eſt prima ſtola. Conſubſtantiale ex parte corporis, conſiſtit in claritate, impaſſibilitate, agilitate, et ſubtilitate: et hæc eſt ſecunda ſtola. Accidentiale conſiſtit in tribus aureolis, quæ non ſunt omnium ſaluandorum.

S. BONAVENTVRAE
EX ORDINE MINORVM
S. R. E. CARDINALIS EP. ALBANENSIS
EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS
Pharetra.

OPVSCVLI ſequentis argumentum Auctor in Proœmio ſatis breuiter, et dilucide explicat. In eo enim vtilitatem libri, diuiſionem, et rationem nominis, cur ſcilicet Pharetra inſcribatur, facile comperies. Et quoniam in hac Pharetra auctoritates Doctorum variæ recenſentur, quibus velut ſagittis vtentes antiquum hoſtem deijcere poſſimus: ſedula diligentia adhibita eſt ijſdem conquirendis, et margini adiungendis pro commoditate legentium. Illud vero animaduertendum eſt, aliquot Doctorum libros in Pharetra citatos, vel hoc tempore non extare, vel alio titulo in exemplaribus impreſſis inſcribi, et olim vni Auctori aſcriptos, iam hac ætate in alterius operibus recenſeri. Nam, vt de ſingulis proferatur exemplum, libro 8. Ambroſij, quem S. Bonauentura Paſtorale appellat, titulus eſt in editione Romana de Dignitate Sacerdotali. S. Auguſtini in Canonicam Iacobi expoſitio, quam Auctor citat, modo non extat. Liber de Singularitate Clericorum, quem Auguſtino tribuit, in operibus Cypriani connumeratur in editione Pammeliana. Quare eo recurrendum erit, vbi in margine citatur auctoritas, quæ facilius in quolibet libro inuenietur. Nonnullæ vero auctoritates, quæ vel propter editiones iam dictas, vel quia diligentiam ſuperarunt, reperiri nequaquam potuerunt, aſteriſco notatæ ſunt.

PRÆFATIO.

IN conuerſionis meæ primordio cum ob mentis recreationem auctoritates ſanctorum legerem, et legens varias corruptiones perciperem: placuit mihi, vt ad ipſum fontem originalium recurrerem et ob maiorem certitudinem, ipſemet aliqua perciperem, quæ poſtmodum, vt ſciui, ordinaui: vt quæ ad meditationem, prædicationem, diſputationem ibidem eſſent vtilia, leuius reperirentur. Hoc autem ſciat lector quòd reperi aliquando diuerſos doctores vnum dixiſſe, aliquando eundem Doctorem idem in diuerſis libris. Diſtinxi autem Opuſculum iſtud per quattuor libros, vt dicatur liber primus de perſonarum varietate: ſecundus de principalium vitiorum et virtutum multiplicitate: tertius de periculoſis: quartus de gratioſis. In vnoquoque libro poſui quinquaginta capitula: quia talis numerus iubilei eſt figuratiuus. Opuſculum autem iſtud Pharetram appellaui: quia ſicut in Pharetra iacula reponuntur, quibus hoſtis hoſtem ferit, vulnerat, et deijcit, ſic et hæ variæ auctoritates fide dignorum: quas ſi manu operationis tenemus, hoſtem antiquum deijciemus. Sciendum quoque, quòd cum dico idem, non apponendo vbi, intelligendum eſt in priori libro antea poſito fore. Originalia iſta ſubſcripta ipſe excepi.

De S. Gregorio.

Moralia.
Hom. ſuper Ezechielem.
Regiſtrũ ideſt Epiſtolas.
Homilias ſuper Euan.
Paſtorale.
Dialogum.
Cantica.

De S. Ambroſio.

De virginitate.
De viduitate.
De officijs.
De Patriarchis.
De exceſſu Satyri.
De fide reſurrectionis.
De hexaemeron.
De figura ſæculi.
De obitu Theodoſij.
Apologiam de Dauid.
Paſtorale.
Sermones.
Epiſtolas.
Super Lucam.
Super Beati immaculati.

De S. Ioanne Chryſoſtomo.

Super Matthæum bis.
Super Ioannem.
De compunctione.
De militia ſpirituali.
De militia Chriſtiana.
De eo, quòd non læditur homo, niſi a ſeipſo.
Sermones.
Epiſtolam.

De S. Iſidoro.

Etymologias.
Synonyma.
De ſummo bono.
De ortu et obitu antiquorum.
De nouo teſtamento.

De S. Cypriano.

De duodecim abuſibus.

De S. Auguſtino.

De ciuitate Dei.
De Trinitate.
De doctrina Chriſtiana.
De vita Chriſtiana.
De diſciplina Chriſtiana.
De Agone Chriſtiano.
De confeſſionibus.
De gratia noui teſtamẽti.
De moribus Eccleſiæ.
De vera religione.
De conſenſu quattuor Euangeliſtarum.
De incarnatione Verbi.
De eſſentia diuinitatis.
De magiſtro.
De ordine diſciplinæ.
De opere monachorum.
De ſingularitate clericorum.
De octuaginta tribus quæſtionibus.
De ſex quæſtionibus contra paganos.
De quæſtionibus noui et veteris teſtamenti.
De quinque reſponſionibus.
De eccleſiaſticis dogmatibus.
De decem chordis.
De paſtoribus.
De ouibus.
De catechizãdis rudibus.
De mirabilibus ſacræ ſcripturæ.
De moribus Manichæorum.
De diuinatione dæmonũ.
De ſoliloquijs.
De meditationibus.
De virginitate.
De viduitate.
De bono coniugali.
De coniugijs adulterinis.
De quantitate animæ.
De duabus animabus.
De natura boni.
De natura et gratia.
De correctione et gratia.
De gratia et libero arbitrio.
De libero arbitrio.

De ſpi-

De ſpiritu et littera,
De vita bona,
De perfectione iuſtitiæ.
De prædeſtinatione diuina.
De fide ad Petrum,
Ad Oroſium,
Ad Bonifacium.
De pœnitentia.
De patientia.
De perſeuerantia,
Regulam.
Enchiridion.
De cura pro mortuis,
De ſymbolo.
De ieiunio ſabbati.
De vtilitate credendi.
De laude charitatis,
De vnico baptiſmo,
De baptiſmo paruulorũ.
De ſermone Domini in monte.
De ſententia Iacobi, ad Hieronymum,
De conflictu vitiorum.
Super Geneſim ad literã.
Super Geneſim contra Manichæos.
Epiſtolas.
Sermones.
De mendacio.
Contra mendacium.
Contra Iulianum.
Contra Adamantium.
Contra quinque hæreſes,
Contra Donatiſtas.
Contra Epiſtolam fundamenti.
Contra aduerſarios legis, et prophetarum.

De S. Hieronymo.

Super Iſaiam.
Super duodecim prophetas.
Epiſtolas.
Homilias.

De S. Bernardo.

Super Cantica.
Super miſſus eſt.
Super Qui habitat.
Super Ecce nos.
De conſideratione.
De præceptorum diſpenſatione.
De libero arbitrio.
De diligendo Deum.
De amore Dei.
De duodecim gradibus.
Epiſtolas.
Apologiam.
Meditationes.
Sermones.
Flores.

De S. Anſelmo.

De ſimilitudinibus.
Meditationes.

De Caſsiodoro.

De anima.

De Seneca.

Epiſtolas.
De copia verborum.
De clementia.
De liberalitate.
De ſpiritu, et anima,
Et aliqua de alijs libris et gloſſis.

CAPITA PRIMI LIBRI PHARETRÆ.

DE Deo. Cap. I.
De Chriſto. Cap. II.
De Euchariſtia. Cap. III.
De Cruce. Cap. IV.
De Beata Maria. Cap. V.
De Angelis. Cap. VI.
De Homine. Cap. VII.
De Muliere. Cap. VIII.
De Chriſtianis bonis. Cap. IX.
De Chriſtianis malis. Cap. X.
De Prælatis bonis. Cap. XI.
De Prælatis malis. Cap. XII.
De Subditis. Cap. XIII.
De Prædicatoribus bonis. Cap. XIV.
De Prædicatoribus malis. Cap. XV.
De Vſurpantibus prædicationem. Cap. XVI.
De Negligentibus prædicationem. Cap. XVII.
De Auditoribus verbi Dei. Cap. XVIII.
De Epiſcopis. Cap. XIX.
De Sacerdotibus bonis. Cap. XX.
De Sacerdotibus malis. Cap. XXI.
De Clericis. Cap. XXII.
De Beneficiatis. Cap. XXIII.
De Ambitioſis. Cap. XXIV.
De Studentibus. Cap. XXV.
De Aduocatis. Cap. XXVI.
De Religioſis bonis. Cap. XXVII.
De Religioſis malis. Cap. XXVIII.
De Nouitijs. Cap. XXIX.
De Iuuenibus. Cap. XXX.
De Monachis bonis. Cap. XXXI.
De Monachis malis. Cap. XXXII.
De Incipientibus. Cap. XXXIII.
De Proficientibus. Cap. XXXIV.
De Perfectis. Cap. XXXV.
De Tribus ſtatibus prædictis. Cap. XXXVI.
De Monialibus. Cap. XXXVII.
De Virginibus. Cap. XXXVIII.
De Viduis. Cap. XXXIX.
De Coniugatis. Cap. XL.
De Tribus ſtatibus prædictis. Cap. XLI.
De Pauperibus. Cap. XLII.
De Diuitibus. Cap. XLIII.
De Potentibus. Cap. XLIV.
De Iudicibus. Cap. XLV.
De Nobilibus. Cap. XLVI.
De Militibus. Cap. XLVII.
De Negotiatoribus. Cap. XLVIII.
De Feneratoribus. Cap. XLIX.
De Dæmonibus. Cap. L.

PHARETRAE LIBER PRIMVS, IN QVO

De Perſonarum Varietate tractatur.

De Deo Caput primum.

GREGORIVS [a] in moralibus: Deus ipſe manet intra omnia, ipſe eſt extra omnia, ipſe ſupra omnia, ipſe infra omnia: et ſuperior eſt per potentiam, et inferior per ſuſtentationem, et exterior per magnitudinem, et interior per ſubtilitatē. [b] IDEM: Deus hoc eſt, quod habet: æternitatem quippe habet, et ipſe eſt æternitas: lucem habet, et lux ſua ipſe eſt. [c] IDEM: Omnipotens Deus et ſi plerumque mutat ſententiam, conſilium numquam. [d] IDEM: Omnipotens Deus, quid nobis profuturum eſſe valeat, ſciens, diſſimulat exaudire dolentium vocem, vt augeat vtilitatem, vt vita per pœnam purgetur, et quietis tranquillitas, quæ hic inueniri non valet, alibi quæratur. [e] IDEM: Omnia humana, quæ iuſta, quæ pulchra ſunt, Dei iuſtitiæ et pulchritudini comparata, nec iuſta, nec pulchra ſunt, ſed nec omnino ſunt. [f] IDEM: Conditor noſter mira diſpenſatione conſilij, et culpas noſtras reſpicit, et viuendi tempora impendit: vt longiora vitæ temporalis ſpatia aut conuerſo fiant adiutorium muneris, aut non conuerſo augmentum damnationis. [g] IDEM in Homilijs: Vbique nobis occurrit ſuperna medicina, quia Deus et dedit homini præcepta, ne peccet, et tamen peccanti dedit remedia, ne deſperet. [h] IDEM ſuper Ezechielē: Omnipotens Deus, qui ſibimet ipſi diſſimilis nō eſt, ea virtute videt omnia, qua audit omnia, et ea virtute iudicat omnia, qua creauit omnia. [i] AVGVSTINVS in epiſtola: Deus vbique præſens eſt, et vbique totus præſens, nec tamē vbique habitans, ſed in templo ſuo. Capitur autem habitans ab alijs plus, ab alijs minus. [k] IDEM: Deus totus oculus eſt, totus manus, totus pes eſt. Totus oculus eſt, quia omnia videt: totus eſt manus, quia omnia operatur: totus pes, quia vbique eſt. [l] IDEM: Non tantum modo in hoc nos adiuuat Deus, vt ſciamus quid agendum ſit, verum etiam vt amando agamus, quod diſcendo iam ſcimus. [m] IDEM dicit, Hieronymum dixiſſe: Videre Deum ſicut eſt in natura ſua, oculus hominis non poteſt. Nec ſolum homo, ſed nec Angeli, nec Throni, nec Poteſtates, nec Dominationes, ſed nec omne, quod nominatur. [n] IDEM de confeſſionibus: Pœnitet te Deus, et non doles: iraſceris, et tranquillus es: opera mutas, nec mutas conſilium. [o] IDEM: O quàm excelſus es Domine, ſed humiles corde ſunt domus tuæ: tu enim erigis eliſos et non cadunt, quorum celſitudo tu es. [p] IDEM: Voluntas et potentia Dei, Deus ipſe eſt. [q] IDEM ſuper Geneſi contra Manichæos: Deum dicimus tantæ bonitatis eſſe, tantæ iuſtitiæ, tantæq. incorruptionis, vt neque peccet, neque alicui noceat, qui peccare noluerit, nec ipſi aliquis, qui peccare voluerit. [r] IDEM in Soliloquijs: Conſtanter Deo crede, eiq. te totum committe, quantum potes. Noli velle eſſe quaſi proprius, et in tua poteſtate, ſed eius clementiſſimi, et vtiliſſimi Domini ſeruum eſſe profitere: ita enim te ad ſe ſubleuare non deſinet, nihilq. tibi euenire permittet, niſi quod tibi proſit, etiam ſi neſcias. [s] IDEM de coniugijs adulterinis: Abſit vt catholicus quiſquam dixerit: quando ſuadet Spiritus ſanctus, non Deum ſuadere: cum ipſe Deus ſit, et inſeparabilia ſint opera Trinitatis. [t] IDEM de ciuitate Dei: Patientia Dei ad pœnitentiam inuitat malos, ſicut flagellum Dei ad patientiā erudit bonos. [u] AMBROSIVS ſuper Lucam: Nihil præſcriptum, nihil circumſcriptum, nihil emenſum, nihil dimenſum Trinitas habet. Non loco clauditur, non opinione comprehenditur, non æſtimatione concluditur, non ætate variatur. [x] ISIDORVS de ſummo bono: Ille, qui nos malos tolerat, non dubium eſt, quin conuerſis clemēter ignoſcat. [y] IDEM: Cum de Deo nec ſecundum quantitatem, nec ſecundum qualitatem, nec ſecundum ſitum, nec ſecundum habitum, aut motum, aliquid digne dicatur: ineſt tamen ei et quodam modo latitudo charitatis, qua nos et ab errore colligit, et continet in veritate. Ineſt ei et longitudo, qua longanimiter nos malos portat: donec emendatus patriæ futuræ reſtituat. Ineſt ei et altitudo, per quam omnem ſenſum, ſuæ ſcientiæ immenſitate exuperat. Ineſt ei et profundum, quo damnandos, inferius iuxta æquitatē diſponens præordinat. [z] IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: Deus inuitus compellitur, et cum magno dolore peccatores damnare. Non enim ſic dolet, quia et ipſe ab eis offenditur: ſed quia quaſi violenter cogitur perdere aliquem, qui omnes cupit ſaluare. [a] IDEM: Deus gaudet, non de ſuo lucro, ſed de ſalute noſtra: triſtatur non de ſua iniuria, ſed de noſtra perditione: [b] BERNARDVS in libro de conſideratione: Deus amat vt charitas, nouit vt veritas, ſedet vt æquitas, dominatur vt maieſtas, regit vt principium, tuetur vt ſalus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, aſſiſtit vt pietas. [c] IDEM: Deus non partibus conſtat, vt corpus: non affectibus diſtat, vt anima: non formis ſubſtat, vt materia: non mutatur, vt omne, quod factum eſt. [d] IDEM ſuper Qui habitat: Vigilat ſuper nos indefeſſus, et peruigil ille ſingularis clementiæ oculus non dormit neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael. Et id quidem neceſſe eſt, quia etiam non dormit, neque dormitat, qui impugnat Iſrael. [e] IDEM in ſermonibus: Quattuor filiæ magnæ miſericordiæ Dei ſunt: immiſſio amaritudinis, ſubtractio opportunitatis, virtus reſiſtēdi, et ſanitas affectus. [f] AVCTOR de ſpiritu et anima: Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior eſt eius miſericordia, quàm noſtra miſeria: et quiſquis ad eum toto corde clamauerit exaudiet illum, quia miſericors eſt. Tardius ſiquidē ei videtur eſſe peccatori veniam dare, quā ipſi peccatori veniā accipere. Sic enim feſtinat Deus abſoluere tormenta compaſſionis ſuæ, quaſi plus cruciet eum compaſſio miſeri, quam ipſum miſerum paſſio ſui. [g] GLOSSA: Deus natura miſericors paratus eſt, vt ſaluet per clementiam, quos ſaluare non poteſt per iuſtitiam.

[a] Greg. li. 2 Mor. c. 8.
[b] Ibid. lib. 16. c. 20.
[c] Ibid. lib. 16. c. 4.
[d] Ibid. lib. 14. c. 14.
[e] Ibid. lib. 35. c. 2. non multum a prin.
[f] Ibid. li. 17 c. 3. in fi.
[g] Idē homi. 35. in Euāgelia circa fi. et 33. Moral. c. 10. poſt med.
[h] Idē hom. 17. in Eze. circa med.
[i] Aug. epi. 57. ad Dardanū nō multum an. fi. to. 2.
[k] Ibi. epiſt. 112. ad Fortun. a med. ex Hiero. in pſ. 93
[l] Ibid epiſt. 142. ad Fidiam. poſt med.
[m] Ibi. epiſt. 112. ad Fortunatia. ante med.
[n] Idē li. 1. Confeſſ. ca. 4. to. 1.
[o] Ibi. li. 11. c. 31.
[p] Ibid. li. 7. c. 4.
[q] Idem de Gen. con. Man. li. 2. c. 29. to. 1.
[r] Idem in Solil. lib. 1. c. 15. to. 8.
[s] Idē de Cōiug. adul. li. 1. ca. 10. poſt med. to. 6.
[t] Idem de ciu. Dei. ca. 8. to. 5.
[u] Amb. li. 2 in Luc. c. 1. to. 3.
[x] Iſid. de ſum. bo. lib. 1. cap. 15. ſent. 8.
[y] Ibi. li. 1. c. 2. ſent. 6.
[z] Chryſoſt. operis imperfecti. Homil. 40. fere in med. to. 2.
[a] Ibidem.
[b] Bern. li. 5. de conſid. an. med.
[c] Ibid. fere in med.
[d] Idē ſup. Qui habi. ſer. 11. in prin.
[e] Idem ſer. de triplici miſeri. et 4. miſerati. prope fi.
[f] Auctor de ſpir. et ani. ca. 6. apud Aug. to. 3.
[g] Gloſ. Io. 5.

De Chri-

De Chriſto. Cap. II.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Nuntiãte angelo, et adueniente Spiritu ſancto, mox verbum in vtero, et mox intra vterum verbum caro: et manente incommurabili eſſentia verbi, quæ ei eſt et cum Patre, et cum Spirituſancto coæterna, aſſumpſit intra virginea viſcera matris, vt impaſſibilis pati, et immortalis mori, et æternus ante ſæcula, temporalis poſſit eſſe in fine ſæculorum: vt per ineffabile ſacramentum conceptu ſancto, et partu inuiolabili ſecundum veritatem vtriuſque naturæ, eadem virgo,
B et ancilla Domini eſſet, et mater. [b] IDEM: Ad hoc Dominus apparuit in carne, vt humanam vitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet. [c] IDEM: In altitudine ſua diuinitas a nobis, vtpote paruulis, apprehendi non potuit: ſed ſtrauit ſe hominibus, per humanitatem, et quaſi in iacentẽ aſcendimus: ſurrexit et leuati ſumus. [d] IDEM: Qui nos exiſtere fecit ex nihilo, etiam ſine ſua morte reuocare nos potuit a diabolica paſſione. Sed vt quanta eſſet virtus compaſſionis oſtenderet, fieri pro nobis dignatus eſt, quod nos eſſe voluit: vt in ſemetipſo
C temporaliter mortem ſuſciperet, quam a nobis in perpetuum fugaret. [e] IDEM: Mos medicinæ eſt, vt aliquando ſimilia ſimilibus, aliquando contraria contrarijs curet. Nam ſæpe calida calidis, et frigida frigidis: ſæpe etiam calida frigidis, et frigida calidis ſanare conſueuit. Veniens ergo ad nos deſuper medicus noſter, et tantis nos inueniens languoribus oppreſſos, quiddam nobis ſimile, et quiddam nobis contrarium appoſuit. Ad homines quippe homo venit, ſed ad peccatores iuſtus. [f] IDEM: Is, qui propter nos minor angelis ſibi extitit: æquales nos an-
D gelis, virtute ſuæ minorationis fecit. Vnde et moriendo, docuit mortem non metui: reſurgendo, docuit de vita confidi: aſcendendo, de cæleſtis patriæ hereditate gloriari. [g] IDEM ſuper Ezechiele: Vt humanum genus a ſuo languore ſanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cũ languor creuit ægroti. [h] IDEM in Moralibus: Ad hoc vnigenitus Dei filius formã infirmitatis noſtræ ſuſcepit, ad hoc inuiſibilis non ſolum viſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, illuſionum probra, paſſionum tormenta tolerauit: vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. [i] IDEM in
E Regiſtro: Deſcendens ad inferos Chriſtus ſolos illos, per ſuam gratiam liberauit, qui eum et venturum eſſe crediderunt, et præcepta eius viuendo tenuerunt. * IDEM in Homilia: Deus qui in vtero virginis incaruatus, in mundũ ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat. [k] IOANNES CHRYSOSTOMVS in ſermonibus: Chriſtus viator factus eſt, vt te ſine labore faceret: ex muliere natus eſt, vt præuaricationẽ Euæ deleret: homo appellatus eſt, vt te Deum vocaret: filius hominis dictus eſt, vt te in filium adoptaret Dei. [l] IDEM: O miſericordia Chriſti, o Iudæ dementia. Ille eum tri-
F ginta denarijs paciſcebatur, vt venderet: et Chriſtus ei ſanguinem, quem vẽdidit, offerebat. [m] IDEM: Non ſub tecto, ſed ſub cælo Chriſtus immolabatur, vt vniuerſus aer in excelſo immolatæ ouis odore a retro mundaretur. Sed et terra ſimile beneficium ſentiebat decurſi de latere ſanguinis ſtillatione mundata. [n] AMBROSIVS de virginitate: Omnia Chriſtus eſt nobis. Si vulnus curare deſideras, medicus eſt: ſi febribus æſtuas, fons eſt: ſi grauaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi auxilio indiges, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi cælum deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt. Guſtate igitur et videte quoniam Dominus ſuauis eſt. [o] IDEM ſuper Lucam: Me illius in-

a Greg. lib. 18. Moral. c. 27. longe poſt med.
b Ibid. lib. 21. c. 5.
c Ibid. lib. 26. c. 14.
d Ibid. lib. 20. cap. 26. non longe a prin.
e Ibi. li. 24. c. 2. non longe a prin.
f Ibid. lib. 27. c. 8. cir. med.
g Idem in Eze. Hom. 2. cir. med.
h Idẽ li. 34. Mor. c. 18. longe poſt med.
i Idẽ Reg. lib. 6. cap. 179. ind. 15.
* Idẽ in homil. 26. in Euang. nõ lõge a prin.
k Chryſoſt. hom. de cruce Dominica. in med. to. 3.
l Ibid. ſer. de prodit. Iudæ longe poſt med.
m Ibi. hom. de Cruce, et Latrone. quæ eſt prima inter duas homi tituli longe ante med.
n Ambr. de Virg. ad Marc. ſer. lib. 3. to. 4.
o Idẽ lib. 2. in Luca. c. 2. to. 5.

A fantiæ Chriſti vagientis abluunt fletus: illæ lacrymæ mea delicta lauerunt. Plus igitur Domine Ieſu debeo iniurijs tuis, quibus redemptus ſum, quam operibus tuis, quibus creatus ſum. Non prodeſſet naſci, niſi redimi profuiſſet. [p] IDEM: Non ſolum fidem firmat, ſed et deuotionem acuit, quòd Chriſtus vulnera ſuſcepta pro nobis cælo inferre voluit, abolere noluit, vt Deo patri noſtræ pretia libertatis oſtenderet. [q] AVGVSTINVS in meditationibus: Quid eſt Ieſus niſi Saluator? ergo propter temetipſum eſto mihi Ieſus. Noli Domine, noli ſic attendere malum meũ, vt obliuiſcaris bonum tuum. O bo-
B ne Domine ſi ego commiſi, vnde damnare potes, tu non amiſiſti, vnde ſaluare ſoles. [r] IDEM de vera religione: Nullum peccatum committi poteſt: niſi cum appetuntur ea, quæ Chriſtus contempſit, aut fugiuntur, quæ ille ſuſtinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit. [s] IDEM contra Iulianum: Caro Chriſti mortalitatem de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit: contagium vero peccati originalis non contraxit, quia concumbentis concupiſcentiam non inuenit. [t] IDEM: Chriſtus in carne quidem et de
C carne, non tamen carnaliter, ſed ſpiritualiter natus eſt. Natus eſt enim de Spiritu ſancto ex virgine Maria. De Spiritu ſancto, vt non eſſet in illo caro peccati: ex virgine autem Maria, vt eſſet in eo ſimilitudo carnis peccati. [u] IDEM contra quinque hæreſes: Fuſus eſt ſanguis medici, et factum eſt medicamentum frenetici. [x] IDEM in libro de paſtoribus: Ab omnibus tentationibus te eruet Dominus: ſi ab illo non receſſerit cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum, venit ille pati, venit ille mori, venit ſputis illini, venit ſpinis coronari, venit opprobria ſufferre, venit poſtremo ligno configi. Om-
D nia hæc ille pro te: tu nihil pro illo, ſed pro te. [y] IDEM de cathechizandis rudibus: Omnia bona terrena contempſit homo factus Dominus Ieſus, vt contemnenda monſtraret: et omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit: vt neque in illis quæreretur felicitas, neque in iſtis infelicitas timeretur. [z] IDEM de prædeſtinatione diuina: Venit filius Dei quærere, quod perierat: ſanare, quod ægrotabat: erigere, quod iacebat: poteſtatem habens dimittere peccata: quod non debebat, donare: quod ei debebatur, ignoſcere. * IDEM de ordine diſciplinæ: Quod hoc noſtri generis corpus tantus
E propter nos Deus aſſumere atque agere dignatus eſt, quanto videtur vilius, tanto eſt clementia plenius, et a quadam ingenioſorum ſuperbia longe lateq. remotius. [a] IDEM in Epiſtola: Ipſa virtus per inuiolata matris virginea viſcera membra infantis eduxit, quæ poſtea, per oſtia clauſa membra iuuenis introduxit. * IDEM de Verbis Domini: Multos filios Dei fecit vnicos filius Dei: emit ſibi fratres ſanguine ſuo, probauit reprobatus, redemit venditus, honorificauit iniuriatus, viuificauit occiſus. Dubitas quod dabit tibi bona ſua, qui non dedignatus eſt ſuſcipere mala tua. [b] IDEM in ſermone: Expalma-
F tur, qui eſt vera palma victoriæ: ſpinis coronatur, qui ſpinas peccatorum venit confringere: ligatur, qui ſoluit compeditos: ligno ſuſpenditur, qui erigit eliſos: aceto potatur, fons vitæ: diſciplina ceditur magiſter aliorum: ſalus vulneratur, vita moritur: occidit ad tẽpus vitam mors, vt in perpetua vita occideretur mors. [c] ISIDORVS de ſummo bono: Chriſtus, ſicut peccatum, quod pœna dignum eſt, non admiſit, ita pœnam peccati noſtri ſuſcepit: vt per indebitã pœnam ſuam, debitam aboleret culpam noſtram, vt per hoc amitteret diabolus, quos reos tenebat, dum vnũ interfecerat, qui nibil peccati admiſerat. [d] RABANVS in libro de laude crucis: Paſſio Chriſti cælum ſuſtentat, mundum regit, tartarum

perfodit

p Ibi. li. 10. in c. 24.
q Aug. lib. medita. ca. 19. parſim. to. 9.
r Idem de Ve. Relig. c. 16. to. 1.
s Idem con. Iulian. lib. 5. c. 9. poſt med. to. 7.
t Ibid. li. 6. c. 8. in fi.
u Idẽ orat. de quinque hereſ. cap. 7. poſt medium to. 6.
x Idẽ li. de Paſt. c. 1. to. 9.
y Idẽ lib. de cathe. rud. c. 22. to. 4.
z Idẽ de prædeſt. et gra. c. 23. to. 7.
a Idẽ epiſt. 3. ad Voluſian. ante med. to. 2.
b Idẽ tract. de 4. Virtu tibus charitatis poſt med. to. 9.
c Iſid. li. 2. de ſum. bo. c. 26. ſent. 22.
d Rab. li. 2. de lau. cru. in declarati. 2. fig.

perfodit. In ea confirmantur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici, ſtabiliuntur ſubſiſtentia, animantur viuentia, conſeruantur ſentientia, illuſtrantur intelligentia. Inde timor ductus a pœna fideles liberat: triſtitia ſalubris pœnitentes a peccatis mundat: concupiſcentia boni virtutum fructus germinat: gaudium vitæ ſpe confidentes lætificat. a BERNARDVS ſuper Cantica: In carne Chriſtus et per carnē potenter ac patēter operatus eſt mira, locutus ſalubria, paſſus indigna. Per quæ euidenter oſtendit, quia ipſe ſit, qui potenter, ſed inuiſibiliter omnia condidiſſet, ſapienter regeret, benigne protegeret. b IDEM: Fruſtra huius ſæculi ſapientes de quattuor virtutibns cardinalibus tam multa diſputauerunt, quas tamen apprehendere omnino nequiuerunt, cum illum neſcierunt, qui factus a Deo eſt nobis ſapientia, docens prudentiam: et iuſtitia, delicta donans: et ſanctificatio in exemplum temperantiæ, continenter viuens: et redemptio in exemplum patientiæ, fortiter moriens. c IDEM. Vtrumque mihi es Domine Ieſu, et ſpeculum patiendi, et præmium patientis: vtrumque fortiter prouocat ac vehementer accendit. d IDEM: An ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ad hoc

C

ſiquidem diu ſuſpendit ſententiam vltionis a contemnente, vt quandoque exhibeat remiſſionis gratiam in pœnitente. e IDEM: Chriſtus in carnis aſſumptione condeſcendit mihi, in culpæ vitatione conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione ſatisfecit patri. Amicus dulcis, conſiliarius prudens, adiutor fortis. Huic ſecurus me credo, qui ſaluare me velit, nouerit, atque poſſit. f IDEM: Ieſus mel eſt in ore, melos in aure, iubilus in corde. g IDEM: Eſt inter oleum et nomen Ieſus ſimilitudo, in quibuſdam qualitatibus olei, quod lucet, quod paſcit, quod vngit, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus,

D

medicina. h Vide idem de hoc nomine Ieſu: Lucet prædicatum, paſcit recogitatum, lenit et vngit inuocatum. i IDEM: Ego omnino fidenter, quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini: quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina per quæ effluant. Foderunt manus eius, et pedes, latusq. lancea perforauerunt, et per has rimas licet mihi ſuggere mel de petra, oleumq. de ſaxo duriſſimo. k IDEM: Ego fratres ab ineunte mea conuerſione pro aceruo meritorum, quæ mihi deeſſe ſciebam, mihi faſciculum hunc colligare, et inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus anxietatibus, et amaritudinibus Domini mei. Primum ſcilicet infantilium illatarum neceſſitatum: deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo, vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo: poſtremo periculorum in falſis fratribus, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum exprobrationum, clauorum, horumq. ſimilium. l IDEM Petra refugium herinacijs, et re uera refugium. Vbi enim eſt, tuta firmaq. requies infirmis, niſi in vulneribus Chriſti Saluatoris? Tanto illic ſecurior habito, quanto ille potentior ad ſaluandum. Fremit mundus, premit corpus, inſidiatur diabolus, non cado: fundatus enim ſum ſupra firmā petram. m IDEM: Apud Dominum miſericordia, et copioſa apud eum redemptio: prorſus copioſa, quia non gutta ſanguinis, ſed vnda largiter per quinque partes corporis emanauit. Quid tibi debuit facere, et non fecit? illuminauit cæcum, ſoluit mutum, reduxit erroneum, reconciliauit reum. n IDEM: Omnino propter manſuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus poſt te Domine Ieſu, audientes, quòd non ſpernas pauperem, peccatorem non horreas. o IDEM: Vult benignus dux deuoti militis vultum et oculos in ſua ſuſtolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, et

a Bern. in Cant. ſer. 6 ante med.
b Ibid. ſer. 22. cir. fi.
c Ibid. ſer. 43. poſt medium.
d Ibid. ſer. 9. cir. med.
e Ibid. ſer 20. paululum a prin.
f Ibid. ſer. 15. poſt medium.
g Ibid. in med.
h Ibid. inferius.
i Ibid. ſer. 61. ante med.
k Ibid. ſer. 43. ante med.
l Ibid. ſer. 60. ante med.
m Ibid. ſer. 22. circa med.
n Ibid. poſt med.
o Ibid. ſer. 61. prope fi.

A

exemplo ſui reddat ad tolerandum fortiorem: enim vero non ſentiet ſua, dum illius vulnera intuebitur. * IDEM in floribus: Sitio, inquit Dominus. Domine quid ſitis? ergo ne te plus cruciat ſitis, quàm Crux. De Cruce ſiles, et de ſiti clamas, Sitio. Quid? veſtram fidem, veſtram ſalutem, veſtrum gaudium: plus animarum veſtrarum, quam corporis mei cruciatus me tenet. * IDEM: Quid tibi reſpondeam Domine: quid loquar, aut quid retribuam? Feciſti mihi de corpore tuo ſpeculum animæ meæ. p IDEM in ſermonibus: Exinaniuit Chriſtus ſemetipſum formā ſerui accipiens, filius erat et factus eſt

B

tamquam ſeruus. Nec ſolum formam ſerui accepit, vt ſubeſſet: ſed etiam mali ſerui, vt vapularet, et ſerui peccati, vt pœnam ſolueret, cum culpam non haberet. q IDEM: In paſſione Domini tria ſpecialiter conuenit intueri, opus, modum, cauſam. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in cauſa charitas commendatur. r IDEM: Quàm dulciter Domine Ieſu Chriſte cum hominibus conuerſatus es: quàm abundanter multa, et magna bona hominibus largiri dignatus es: quàm fortiter tam indigna, quàm aſpera pro hominibus paſſus es: ita vt liceat ſuggere mel de petra, oleumq. de ſaxo duriſſi-

C

mo: duro ad verba, duriore ad verbera, duriſſimo ad horrenda crucis ſupplicia. s IDEM: Vide nunc opera Domini, quę poſuit prodigia ſuper terram, flagellis cæſus, ſpinis coronatus, clauis confoſſus, affixus patibulo, opprobrijs ſaturatus, omnium tamen dolorum immemor, ait, Pater ignoſce illis. t IDEM: Videns Deus homines omnino carnales effectos, tantum eis dulcedinis in carne exhibuit, vt duriſſimi cordis ſit, quiſquis eum toto affectu non diligit. u IDEM: An trepidas ad Chriſtum accedere? Frater tuus eſt, caro tua, per omnia tentatus abſque peccato, vt miſericors fieret. * IDEM: Quis cogitare ſuf-

D

fecerit, qualiter Dominus præuenit nos, venerit ad nos, ſubuenerit nobis? Singularis illa maieſtas voluit mori, vt viueremus: ſeruire, vt regnaremus: exulare vt repatriaremus, et vſque ad ſeruiliſſima opera inclinata eſt, vt conſtitueret nos ſuper omnia opera ſua. x ANSELMVS in libro Cur Deus homo: Quattuor modis poteſt Deus facere hominē, aut de viro et femina, ſicut aſſiduus demonſtrat vſus: aut nec de viro nec de femina, ſicut creauit Adam: aut de viro ſine femina, ſicut fecit Euam: aut de femina ſine viro, quod nondum fecit. Vt

E

igitur hunc quoque modum probet ſuæ ſubiacere poteſtati, et hoc ad ipſum opus dilatum eſſe nil conuenientius, quàm vt de femina ſine viro aſſumeret humanitatem. Vtrum autem de virgine aut de non virgine dignius hoc fiat, non eſt opus diſputare, ſed ſine omni dubitatione aſſerendum eſt, quia de virgine naſci Deum oportebat. y BERNARDVS in Aduentu Domini: Si perſonam aduenientis intueor, non capio excellentiam maieſtatis. Si attendam ad quos venerit, dignitatem magnitudinis expaueſco. z Et ſequitur: Venit vniuerſitatis creator et Dominus ad homines, venit medicus ad ægrotos, redemptor

F

ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita: venit non perdere, ſed ſaluare, ſoluere non ligare. a IDEM: Priuſquam appareret Dei humanitas, latebat eius benignitas. Apparuit enim eius potentia in rerum creatione, apparebat autem ſapientia in earum gubernatione: ſed benignitas miſericordiæ maxime apparuit in humanitate. Apparuit gratia Dei Saluatoris. Nota. Quantumcūque te deieceris, humilior Chriſto non eris, eſto quod pedibus incedas, fuſca tunica veſtiaris, pauperibus æqueris, cellam pauperum dignanter introeas: ſis cæcorum oculus, pes claudorum, manus debilium, aquam ipſe comportes, ligna conſcindas, focum extrahas, vbi vinculum? vbi ſputum? vbi alapæ? vbi flagellum? vbi patibulum? vbi mors?

p Idem ſer. de paſſ. Domini ſer. 4. hebdomada pœnoſa longe poſt med.
q Idē ſer. eo. in prin.
r Idē ſer. 2 in die Pentec. prope fi.
s Idem ſer. de paſſ. Do. cir. poſt medium.
t Idem ſer. de dilig. Deo ſere in pri.
u Idem in ſer. de Natiuitate B. Mariæ.
x Anſel. li. 2. Cur Deus homo c. 8.
y Bern. ſer. 3. de adu. Dom. in prin.
z Ibid. paulo poſt. et ſer. 3. in Vigil. Natiuit. Domi.
a Ex eodē ſer. 2. de Epiphaniæ ſer. in die Natalis Domini.
Tit. 2.

De Eu-

De Eucharistia. *Cap. III.*

a Greg. homil. 37. in Euang. post med. *b Idē lib. 4. c. 58. et 59.*

GRegorius a in Homelijs: Singulariter ad abſolutionem, noſtram oblata cum lacrymis, et benignitate mentis, ſacri altaris hoſtia ſuffragatur: quia is, qui in ſe ſurgens a mortuis iam non moritur, adhuc per hāc io ſuo myſterio pro nobis iterū immolatur. b Item io Dialogis: Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe, ſummis ima ſociari, terrena cæleſtibus iungi, vnum quoddam ea viſibilibus et inuiſibilibus fieri? Sed neceſſe eſt, cum hæc agimus, noſmetipſos Deo in cordis contritione mactemus. Idem infra, capitulo de muliere: Nota doo. Idem etiam capitulo de coniugatus: Si quis ſua.

c Chryſoſt. hom. 61. ad populū Antiochenum. to. 5.

c Ioannes Chrysostomus ſuper Ioanne: Vbicumque videris ſanguinem Dominicum, fugiunt quidem dæmones, concurrunt autem angeli: hic ſanguis effuſus, omnem orbem terrarum lauit. * Idem io ſermone: Indigna et fucata mentis myſteriorum celebrantibus ſecreta, a diabolo præparantur inſidiæ, qui magis ac magis a ſe mutantur, qui non æquo animo communicare feſtinant. * Idem: Sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, nullum præſtat auxilium: ita et ſpiritualis cibus ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdit, non ſua natura, ſed accipientis vitio.

d Hieron. epiſt. 28. ad Lucinium. in ſ. to. 1.

d Hieronymus io Epiſtola: Vtinam omni tempore ieiunare poſſemus, quod in actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes et die Dominico Apoſtolum Paulum, et cum eo credentes feciſſe legimus. Euchariſtiam quoque abſque condemnatione noſtri, et pungente cōſcientia, ſemper poſſemus accipere.

e Aug. de Eccleſ. dog. c. 54. to. 3. *f Idē de Ciui. Dei lib. 17. c. 20. to. 5.*

e Augustinus de Eccleſiaſticis dogmatibus: Quotidie Euchariſtiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortor, ſi tamen mens in affectu peccandi non ſit. f Idem de Ciuitate Dei: Corporis, et ſanguinis Chriſti ſacrificium ſucceſſit omnibus illis ſacrificijs veteris teſtamenti, quæ immolabantur in vmbra futuri. Et poſt: Pro illis omnibus ſacrificijs, et oblationibus, Corpus Chriſti offertur, et participantibus miniſtratur.

g Ber. in vita S. Mala. Epiſc. longiſſime ante med.

g Bernardus in legenda ſancti Malachiæ: Euchariſtiæ plane ſacramentum potens eſt peccata conſumere, debellare obuias poteſtates, inferre cælis reuertentes de terra.

De Cruce. *Cap. IV.*

h Greg. homil. 6. in Ezech. circ. med. *i Ambr. in pſ. 118. octonario 21. in fi. to. 2. edi. Ro.* *k Chryſoſt. homi. 1. de Cruce et latrone to. 3.* *l Idē Hom. de cruce circa med. to. 3.*

GRegorius h ſuper Ezechielē: Redemptor noſter, ad paſſionem ductus, lignum ſibi crucis ipſe portauit. Et ſic in ſacrificio pro nobis ea humanitate eſt mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. i Ambrosius ſuper Beati immaculati: Crux eſt opprobrium perfido, fideli autem gloria, redemptio, reſurrectio eſt: quia pro nobis paſſus eſt Dominus, illo nos redemit ſanguine, illa ad paradiſum reſurrectione vocauit. k Ioannes Chrysostomus in ſermonibus: Crux nobis totius beatitudinis cauſa eſt, hęc nos a cæcitate liberauit erroris, hæc e tenebris reddidit luci, hæc debellatis inimicis quieti perpetuæ nos ſociauit, hæc alienatos Deo coniunxit, hæc nos peregrinos exiſtentes cælorum ciues oſtendit. l Idem: Crux ſpes Chriſtianorū, crux reſurrectio mortuorum, crux cæcorum dux, crux deſperatorum vita, crux claudorum baculus, crux conſolatio pauperum. Et poſt: Crux adoleſcentium pædagogus, crux ſuſtentatio inopum, crux ſpes deſperatorum, crux nauigantium gubernator, crux periclitantium portus, crux obſeſſorum murus. Et infra:

A Crux inſenſatorum ſapiētia, crux libertas ſeruorum, crux imperitorum philoſophia, crux lex impiorum, crux Prophetarum præconizatio, crux annunciatio Apoſtolorum, crux martyrum gloriatio, crux monachorum abſtinentia, crux virginum caſtitas, crux gaudium ſacerdotum, crux Eccleſiæ fundamentum.

m Auguſt. enar. in pſ. 36. concio 2. de 2. p. eius pſ. longe an. med. to. 8. *n Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 22. ſen. 2.*

m Augustinus ſuper Pſalmos: Crux finita eſt in pœna, ſed infinita ſemper manet io gloria, a locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes Imperatorum. Qui tantum honorem dedit pœnis ſuis, quid ſeruat fidelibus ſuis? n Isidorus de ſummo bono: Quocūque o mens procellis mundi inuolueris, B lignum conſcende crucis, vt a mari, ideſt, a tempeſtate huius ſæculi libereris. * Bernardus in floribus. In cruce pendet omnis fructus vitæ: quia ipſa eſt arbor vitæ, quæ eſt in medio paradiſi: ipſa eſt longitudo et latitudo ſublimitas, et profundum. Ipſa bonos colligit et remunerat: ipſa malos diſpergit et condemnat: ipſa eſt mæſtorum conſolatio, eſurientium refectio, perfectorum gloriatio.

o Raba. lib. 1. de Lau. cruc. in Declarati. 17. figura. *p Ibidē in declarati. 21. figu.* *q Ibidem.* *r Ibidem.* *s Caſſ. in pſ. 4. Verſ. ſignatū eſt ſuper nos.*

o Rabanus de laude crucis: In cruce inſinuatur a morte redemptio, demonſtratur ſancta morum conuerſatio, intimatur omnium virtutum perfectio, promittitur ad æternam vitam ingreſſio, æternę beatitudinis ſpe C ratur adeptio, et veræ felicitatis acquiſitio. p Idem. In te crux ſancta, angeli gaudia ſua accumulata conſpiciunt, in te homines iura ſalutis ſuæ cognoſcunt, in te inferi iuſtam retributionem fraudis ſuæ percipiunt. Omnibus es æqua, omnibus bona, omnibus iuſta. Præterita renouas, præſentia illuſtras, futura præmonſtras, perdita requiris, quæſita inuenis, inuenta cuſtodis. q Idem, Tu ſancta crux peccatorum remiſſio, pietatis exhibitio, meritorum augmentatio. Infirmorum remedium, laborantium auxilium, et laſſorum refrigerium. Sanorum incolumitas, quietorum ſerenitas, fortunatorum felici- D tas. r Idem. Tu ſancta crux cura ægrotos medicans, tu gaudium mæſtos conſolans, tu ſanitas dolentes lætificans, tu ſtatus credentium recte, tu firmitas operantium bene, tu beatitudo perſeuerantium rite, ſancta, pia, bona, iuſta. s Cassiodorus ſuper Pſalterium: Crux eſt humilium inuicta tuitio, ſuperborum abiectio, victoria Chriſti, perditio diaboli, infernorum deſtructio, cæleſtium reformatio, mors infidelium, vita iuſtorum.

De Beata Maria. *Cap. V.*

t Greg. Regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 61. *u Idē Mor. li. 33. ca. 3. in prin.* *x Ibid. lib. 24. Moral. c. 2.* *y Ambr. de Virg. lib. 2. ante med. to. 4.* *z Ibidem.* *a Ibid. li. 3. longe ante med.* *b Ibid. li. 2. non multū a prin.* *c Ibidem.*

E GRegorius t in regiſtro: Dum vnigenitus Dei exiſtens ante ſæcula, ex Mariæ vtero natus eſt homo, inueſtigabili miraculo, facta eſt et ancilla hominis per diuinitatem, et mater verbi per carnem. u Idem in moralibus loquens de verbo illo. Lucæ primo: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi: Quia vmbra non aliter exprimitur niſi per lumen et corpus, virtus altiſſimi obumbrabit Mariæ: quia in eius vtero lux incorporea corpus ſumpſit. Ea quā videlicet obumbratione, omne in ſe refrigerium mentis accepit. x Idem: Chriſtus, non operante coitu, ſed Spiritu ſancto ſuperueniente, conceptus eſt. Na- F ros autem materna viſcera et fecunda exhibuit, et incorrupta ſeruauit. y Ambrosius de virginibus: Talis fuit Maria, vt eius vnius vita, omnium diſciplina ſit. z Idem: Quicumque ſibi Mariæ exoptat præmium, eius imitetur exemplum. a Idem: Vidit Maria reſurrectionem Domini, et prima vidit, et credidit: vidit et Maria Magdalena, quamuis adhuc iſta nutaret. b Idem: Virgo erat Maria non ſolum corpore, ſed et mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperum ſpem ponens, intenta operi, verecunda ſermone. c Idem: Quando læſit Maria vultu parentes?

patentes? quando diſſenſit a propinquis? quando faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? eos ſolum ſolita erat cœtus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, non prætetiret verecundia. a IDEM: Nihil torvum in oculis Mariæ, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non geſtus fractior, non inceſſus laſciuior, non vox petulantior, vt ipſa corporis ſpecies, ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis. b AVGVSTINVS contra quinque hæreſes: Sicut in tranſitu Mariæ non eſt corrupta virginitas, ſic in ea non eſt maculata maieſtas. c IDEM: Vnde ſordes in Maria, quæ nec concipiendo, libidinem, nec pariendo, paſſa eſt dolorem? Vnde ſordes in domo, ad quam nullus habitator acceſſit? Solus ad eam fabricator eius et Dominus venit. d IDEM: Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo conſecuta eſt gratiam: illa guſtando prohibitum: maledicta, hæc credendo angelo, benedicta. e IDEM de virginitate: Beatior Maria percipiendo fidem Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti. f IDEM: Materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi felicius Chriſtum corde, quàm carne geſtaſſet. Ipſa quoque virginitas ideo gratior, et acceptior: quia non eam conceptus Chriſtus viro violaturo, quam conſeruaret, ipſe præripuit, ſed priuſquam conciperetur, iam Deo dicatam, de qua naſceretur, elegit. g IDEM: Quo modo, inquit, fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Quod profecto non diceret niſi Deo virginem ſe ante vouiſſet. Sed quia hoc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro iuſto, non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro, quod illa iam vouerat. h IDEM in ſermonibus: Vera ratione cenſeo, confitendum, Mariam in Chriſto et apud Chriſtum eſſe. In Chriſto, quia in ipſo viuimus, mouemur, et ſumus: apud Chriſtum, glorioſæ ad æternitatis gaudia aſſumptam, benignitate Chriſti honoratius ſuſceptam ceteris, atque ad communem vilitatem non eſſe adductam poſt mortem, putredinis videlicet, vermis, et pulueris. BEATVS BARTHOLOMAEVS vt habetur in legẽda: Hæc prima inter feminas hoc conſtituit in corde ſuo, vt diceret Deo: Domine offero tibi virginitatẽ meam, cum hoc a nullo homine, nec verbo didiciſſet, nec exemplo ad imitationem inuitata fuiſſet. i HIERONYMVS in ſermone: Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita etiã in cõparatione matris Domini nulla feminarũ inuenitur perfecta, quamuis virtutibus eximia cõprobetur. k IDEM: Totam repleuerat Spiritus ſancti gratia, totã incanduerat diuinus amor: ita vt in ea nihil eſſet, quod mundanus violaret affectus, ſed ardor continuus et ebrietas perfuſi amoris. l IDEM: Quidquid in Maria geſtum eſt, totũ puritas et ſimplicitas, totũ veritas et gratia fuit, totum miſericordia, et iuſtitia, quæ de cælo proſpexit. m IDEM: Maria quia mente paſſa eſt, plusquàm martyr fuit. Nimirũ quoniam eius dilectio amplius fortis quàm mors: quia mortem Chriſti ſuam fecit. n IDEM: Si Spiritu Dei omnis virtus angelorum conſtat, beatam et glorioſam Virginem, in quam ſuperuenit Spiritus ſanctus et Deus totus, ita vt portaretur nouem menſibus in eius vtero, creditur ampliora promeruiſſe virtutum priuilegia, et percepiſſe gratiã ab angelis etiam collaudatam. o IDEM: Si in domo patris manſiones multæ ſunt, credimus ſplendidiorem domum matri filium præſtitiſſe, quàm olim ædificauit ſibi domum ſubnixam columnis ſeptem. p IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: O inæſtimabilis laus Mariæ, magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quàm vtero eius, et plus credidit gratiæ quàm naturæ. Conceptionem manifeſtam videbat, et fornicationem ſuſpicari non poterat: poſſibilius eſſe credebat mulierem ſine viro poſſe concipere, quàm Mariã poſſe

a Ibidem. — *b Aug. oratione de quin. hæreſ. ca. 5. to. 6.* — *c Ibidem.* — *d Ibidem.* — *e Idem lib. de Virgin. ſanctã c. 3. to. 6.* — *f Ibidem.* — *g Ibid. c. 4.* — *h Idē Tractatu de aſſump. Bea. Mar. ca. 8. to. 9. & eſt ſer. 34. de Sanctis.* — *i Hiero. in ſer. de aſſumpt. B. Mariæ. to. 9 quē ſer. alij Sophronio aſcribunt.* — *k Ibidem.* — *l Ibidem.* — *m Ibidem.* — *n Ibidem.* — *o Ibidem.* — *p Chryſoſt. homil. 1. in Mat. operis imper. to. 2*

A peccare. q IDEM: Comeſſatrix aut vinolenta nunquam Maria fuit, non leuis, non otioſa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, ſicut ſolẽt plerumque puellæ, quæ libẽter talia, aut loquuntur, aut audiunt: non ſuper virum oculos ſuos extulit, aut infixit aſpectũ. r ISIDORVS de nouo teſtamento: Maria, quę interpretatur domina ſiue illuminatrix, clara ſtirpe Dauid, virga Ieſſe, hortus cõcluſus, fons ſignatus, mater Domini, templum Dei viui, ſacrarium Spiritus ſancti. s BEDA in homilijs: Iure angelico aſpectu ſimul, et affatu meruit perfrui, quæ angelicã vitam ſtuduit imitari. t IDEM: Decebat vt ſicut, per B ſuperbiam Euæ mors intrauit, ita per humilitatem Mariæ panderetur introitus vitæ. u IOANNES DAMASCENVS: Maria in domo Dei plantata, et impinguata Spiritu ſancto, vt oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta eſt, ab omni vitę huius vitio, et carnali deſiderio mente deſiſtens, et ita virginẽ animam obſeruans cum corpore, quòd decebat eam Deum in ſinu ſuo ſuſcipere. x BERNARDVS ſuper Cantica: Sagitta electa eſt amor Chriſti, quæ Mariæ animam non modo confixit, ſed etiam totaliter pertranſiuit: vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret; ſed toto corde, tota ani- C ma, tota virtute diligeret, et eſſet gratia plena. y IDEM ſuper Miſſus eſt: In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca, non recedat ab ore, non recedat a corde, et vt impetres orationis ſuffragiũ non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam enim ſequens non deuias, ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitans non erras: ipſa te tenente, non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce non fatigaris, ipſa propitia ſecurus ad gratiam peruenis. z IDEM: Quod Moyſi monſtratum eſt in rubo et igne, Aaron in virga et flore, Gedeon in vellere et rore: hoc aperte Salomon prædidit in D forti muliere, et eius pretio: apertius præſciuit Hieremias de femina et viro: apertiſſime Iſaias declarauit de virgine et Deo: et Gabriel tandem exhibuit ipſam virginem ſalutando. a IDEM: Ipſa conteret caput tuum, *et cetera*. Cui hæc victoria ſeruata eſt niſi Mariæ? ipſa proculdubio caput contriuit venenatum, quæ omnimodam maligni ſpiritus ſuggeſtionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum. b IDEM: Audi filia et vide, *et cetera*. Inclinauit Maria aurem ſuam, videlicet ad obedientiam, et cor ſuum ad diſciplinam, et oblita eſt populum ſuum et domum patris E ſui: quia nec populum augere prolis ſucceſſione, nec domui patris ſui relinquere curauit heredem: ſed quidquid honoris in populo, quidquid de paterna domo rerum terrenarũ habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt quaſi ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. c IDEM: Ipſa eſt nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor in ſupernis præfulget, et inferos penetrat, terram etiam perluſtrans, et calefaciens magis mentes quàm corpora, fouet mentes et excoquit vitia. d IDEM in epiſtola: Fuit proculdubio mater Domini ante ſancta, quàm nata, nec fal- F litur omnino ſancta Eccleſia ſanctumq; reputans ipſum natiuitatis diem. e IDEM: Decuit reginam virginum ſingularis priuilegio ſanctitatis abſque omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortisq. pareret peremptorem, munus vitæ et iuſtitiæ omnibus obtineret. f IDEM: Si ante conceptum ſuum ſanctificari minime potuit, quoniam non erat: ſed nec in ipſo cõceptu, propter peccatum, quod inerat: reſtat quòd poſt conceptum in vtero iam exiſtens, ſanctificationem accepiſſe credatur. g IDEM in ſermone: Sileat miſericordiam tuam, o beata Virgo, ſi quis inuocatam eam in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Nos quidem ſeruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, ſed in hac

q Ibid. paulo ſupra. — *r Iſid. de vita et morte Sanct. noui teſta. c. 80.* — *s Beda homil. in feſto annunc. B. Mar. to. 7.* — *t Ibi. hom. in ſexta feria. 4. temporum Decemb.* — *u Damaſc. fid. orth. li. 4. c. 15.* — *x Bern. in Cant. ſer. 29. in fi.* — *y Idē hom. 2. ſup. Miſſus.* — *z Ibid. circ. med.* — *a Ibid. ante med.* — *b Idē hom. 3. ſuper Miſſus eſt.* — *c Idē hom. 2. ſup eod. in fi.* — *d Idē epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunē. an. med.* — *e Ibid. paulo poſt.* — *f Ibid. prope fi.* — *g Idem ſer. 4. in Aſſumpt. B. Mar. in fi.*

A

potius nobiſipſis. Laudamus enim virginitatem tuam, et humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulcius: quia miſericordiam complectimur charius, recordamur ſæpius, crebrius inuocamus. Hæc eſt enim illa, quæ totius mundi reparationem obtinuit, et ſalutem omnibus impetrauit. a IDEM: Quis miſericordiæ tuæ, o benedicta, longitudinem, latitudinem, ſublimitatem et profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius vſque ad nouiſſimum diem inuocantibus eam ſubuenit vniuerſis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoque miſericordia plena ſit omnis terra. Sic et ſublimitas eius ciuitatis ſupernæ inuenit reſtaurationem: et profundum eius ſedantibus in tenebris et in vmbra mortis obtinuit redemptionem. b IDEM: Maria omnibus omnia facta eſt, ſapientibus et inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine illius accipiant vniuerſi: captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, angelus lætitiam, denique tota trinitas gloriam, filij perſona carnis humanæ ſubſtantiam. * IDEM: Fuit beata Virgo fortis in propoſito, temperans in ſilentio, prudens in interrogatione, iuſta in confeſſione. c IDEM: In te ſola beata Virgo rex ille diues et prædiues exinanitur, et excelſus humiliatur, et immenſus abbreuiatur, et ab angelis minoratur, verus denique Deus et Dei filius incarnatur. Sed quo fructu? Nempe vt omnes eius paupertate locupletemur, eius humilitate ſubleuemur, eius minoratione magnificemur, eius incarnatione adhærentes Deo, incipiamus vnus eſſe ſpiritus cum eo. * IDEM: Mariam ſalutans angelus, non ſolum plenam gratia, ſed etiam adhuc ſuperuenturum in eam aſſerit Spiritum ſanctum. Ad quid niſi vt, adueniente iam ſpiritu, plena ſibi, eodem ſuperueniente, nobis quoque ſuperplena et ſupereffluens fieret? d IDEM: Aduocatam præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tamquam iudicis mater, et mater miſericordiæ, ſupplicitet et efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit. e IDEM: Filioli Maria peccatorum ſcala, Maria mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Quid enim? Poteſt ne filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam, non audire, aut non audiri filius? Neutrum plane. Inueniſti, ait angelus, gratiam, et ſola eſt gratia, qua egemus. f IDEM: Non in ſola Mariæ taciturnitate commendatur eius humilitas, ſed euidentius reſonat in ſermone. Audierat, quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei, et nihil aliud quàm ancillam eius ſe eſſe fatetur. g ANSELMVS de conceptu virginali: Decebat enim vt illius hominis conceptio de matre puriſſima fieret, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi virgo illa niteret, cui Deus pater vnicum filium, quem de corde ſuo æqualem ſibi genuit, et tamquam ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat. * IDEM in libro orationum: Sicut o beatiſſima omnis a te auerſus, et a te deſpectus, neceſſe eſt, vt intereat: ita ad te omnis conuerſus, et a te reſpectus, impoſſibile eſt, vt pereat. * IDEM: O femina mirabiliter ſingularis, et ſingulariter mirabilis, per quã elementa renouantur, inferna remediantur, homines ſaluantur, angeli reintegrantur. O femina plena et ſuperplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa ſic reuireſcit omnis creatura. O virgo benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non ſolum creatura a creatore, ſed etiam creator a creatura. * IDEM circa ſoliloquium: Loquar domina, beneficijs tuis plenũ eſſe mundũ, inferna penetrant, cælos ſuperant: per plenitudinem enim gratiæ tuæ, et quæ in inferno erant ſe lætantur liberata, et quæ ſupra cælum ſunt, ſe gaudent reſtaurata.

a Ibidē poſt pauca.
b Idē ſer. 2. de B. Vir. ex ver. Apoc. 12.
c Idē ſer. 3. in Annunciat. Dominica poſt med.
d Ibid. ſer. 1. de Aſſump. Bea. Mar.
e Idem ſer. in nati. B. Mariæ ante med.
f Idem ſer. 2. de Beat. Virg. Mar. ex Ver. Apoc. 12.
g Anſel. de concep. Vir. ex pec. orig. c. 18.

De Angelis. Cap. VI.

GREGORIVS h Moralibus: Niſi angeli quædam nobis interna nunciantes ad tempus ex aëre corpora ſumerent, exterioribus profecto noſtris obtutibus non apparerent: nec cibos cum Abraam caperent, niſi propter nos ſolidum aliquid ex cæleſti alimento geſtarent. i IDEM: Diuinitatis celſitudinem quamuis ſubleuatæ videant, nec virtutes tamen angelicæ comprehendunt. k IDEM: Certa angelorum miniſteria diſpenſandis quibuſque gentibus ſunt prælata. l IDEM: In hoc eſt nunc

B

natura angelica a noſtræ naturæ conditione diſiuncta, quòd nos et loco circumſcribimur, et cæcitatis ignorantia coartamur: angelorum vero ſpiritus, loco quidem circumſcripti ſunt, ſed tamen eorum ſcientiæ longe ſuper nos incomparabiliter dilatantur. Interius quippe exteriuſq. ſciendo diſtenti ſunt, quia ipſum fontem ſcientiæ contemplantur. m IDEM in homilia: In hominibus omne iudicium per angelos exhibetur. n AVGVSTINVS de Ciuitate Dei: Sancti angeli, quorum ſocietati et congregationi in hac peregrinatione laborioſiſſima ſuſpiramus, ſicut

C

habent permanendi æternitatem, ita cognoſcendi facilitatem, et requieſcendi felicitatem. o IOANNES CHRYSOSTOMVS in ſermone: Factum eſt, vt moreretur mendicus, et deportaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Tantæ pœnæ pauperis ſic repente delicijs commutantur, vt portaretur ab angelis, et induceretur in paradiſum, ne ſaltem ambulans pauper Lazarus laboraret. Portatur poſt tantoſq; labores, quia prius defecerat: et portatur ab angelis. Non enim ſuffecerat ad portandum pauperi vnus angelus, et propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant. p IDEM ſuper Epiſtolam ad He-

D

bræos: Intellige quantus honor nobis exiſtit, vt ad nos ſicut ad amicos miniſtros angelos ſuos deſtinet Deus. Quamuis enim multum interſit inter angelos et homines, propinquos tamen nobis eos fecit Deus: quia noſtræ ſaluti ſtudant, propter nos diſcurrunt, nobis ſuo funguntur officio. q ISIDORVS de ſummo bono: Ineſt angelis mutabilitas in natura, ſed facit eos incorruptos charitas ſempiterna. r IDEM: Inter angelos diſtantia poteſtatum eſt, et pro graduum dignitate miniſteria eiſdem ſunt diſtributa, alijſq. alij præferuntur tam culmine poteſtatis, quàm ſcientia veritatis. HIERONYMVS

E

infra in capitulo de homine: Magna dignitas. s BERNARDVS ſuper Cantica: Gaudent angeli in conuerſione et pœnitentia peccatorum, ſalutem hominum ſitientes, lacrymæq. pœnitentium vinum eorum. t IDEM: Non ambigo, quin angeli gratanter in palatio colligant, quem tam gratanter in ſterquilinio viſitant. Denique lætati ſunt in conuerſione peccatorum, et in aſſumptione præmiorum non agnoſcent? u IDEM in epiſtola: O ſi quis haberet oculos apertos, quos orando Propheta puero reuelauit, videret proculdubio quemadmodum præueniunt Principes coniuncti pſallen-

F

tibus, in medio iuuenculatum tympaniſtriarum: videret, inquam, qua cura, quoue tripudio, interſunt cantantibus, aſſunt orantibus, inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus et procurantibus præſunt. x IDEM ſuper Qui habitat: Quid ſub tantis cuſtodibus timeamus? nec enim ſuperari, nec ſeduci, minus autem ſeducere poſſunt, qui cuſtodiunt nos in omnibus vijs noſtris: fideles enim ſunt, prudentes ſunt, potentes ſunt. y GLOSSA. Quotidie angeli de terra longinqua, ideſt, de ſuperna patria deſcendentes, in mundo iuſtos, vel inter tentationes ſpe cæleſtium roborant, vel, finito certamine, ad palmam retributionis inducunt. a GLOSSA: Adeſt vnicuique

noſtrum

h Greg. lib. 28. Mor. c. 2. poſt med.
i Ibid. lib. 9. c. 20.
k Ibid. lib. 17. c. 8.
l Ibi. lib. 2. ca. 2. paulo poſt med.
m Idem homil. 34. in Euang.
n Aug. lib. 11. de Ciu. Dei. ca. 31. in fi.
o Chryſoſt. hom. de diuite in ca. 16. Lu. to. 2
p Idē hom. 3. in epiſt. ad Heb. ante med. to. 4.
q Iſidor. de ſum. bo. lib. 1. c. 12. ſen. 2.
r Ibid. ſen. 14.
s Ber. ſer. 30. in Can. ante med.
t Ibid. ſer. 7. in fi.
u Idē epiſt. 70. ad Suggerium abb. ante med.
x Idē ſer. 12. poſt medium.
y Gloſſ. in Prou. 25. poſt med.
a Gloſſ. in Num. 22.

noſtrum angelus bonus, qui tegat, moneat, qui pro actibus noſtris corrigendis, et miſerationibus noſtris expoſcendis quotidie videat faciem Dei.

De Diſtinctione nouem ordinum.

a Greg. Homil. 34. in Euang. ante med.

a GREGORIVS in homilijs: Hi, qui minima nūciāt angeli: qui vero ſuprema annunciant, archangeli vocantur. Hinc eſt, quòd ad Mariam virginē non quilibet angelus, ſed Gabriel archangelus mittitur. Et infra: Virtutes vocantur hi nimirū ſpiritus, per quos ſigna, et miracula freqūeter fiunt. Poteſtates vocantur hi, qui hæc potentius in ſuo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes aduerſæ ſubiectæ ſint, quorū poteſtate reſtenantur: ne corda hominū tantum tentare præualeant quantū volunt. Principatus quoque vocātur, qui et ipſis quoque bonis angelorum ſpiritibus præſunt, qui ſubiectis alijs, dum quæcūque ſunt agenda diſponunt, eis ad explenda diuina myſteria principantur. Dominationes vocantur, qui etiam poteſtates principatuū diſſimilitudine alta tranſcendūt. *Subinfert*: Ea ergo angelorum agmina, quæ mira potentia præeminent pro eo, quòd eis cetera ad obediendum ſubiecta ſunt, dominationes vocantur. Throni quoque illa agmina ſunt vocata, quibus ad exercendum iudicium, ſemper Deus omnipotens præſidet. *Et infra*: Et ſublimiora illa agmina ideo Cherubin vocata ſunt: quia tanto perfectiori ſcientia plena ſunt, quanto claritatem Dei vicinius contemplantur: vt ſecundum creaturæ modum eo plenius omnia ſciant, quo viſioni conditoris ſui per meritum dignitatis appropinquant. Seraphin autem ardentes vel incendentes vocantur, quæ quia ſic Deo coniuncta ſunt, vt inter hæc, et Deum nulli alij ſpiritus medij interſint, tanto magis ardent, quanto hunc vicinius vident.

b Ibi. circa med.

b IDEM in eadē homelia: Diſtinctæ conuerſationes ſingulorum hominum diſtinctis ordinibus congruunt, et in eorum ſortem vel ordinem per conuerſationis ſimilitudinem deputātur. Nam ſunt plerique qui parua capiunt, ſed tamen hæc eadem parua pie annunciare fratribus non deſiſtunt. Iſti itaque in angelorum numerum currunt. Et ſunt nonnulli, qui diuinæ largitatis munere refecti, ſecretorum cæleſtium ſumma non ſolum capere præualent, ſed etiam alijs nunciare. Quo ergo iſti niſi in archangelorum numerum deputantur? Et ſunt alij, qui faciunt mira, ſigna valenter operantur. Quo ergo iſti niſi ad ſupernarum virtutum ſortem, et numerum congruunt? Et ſunt nonnulli, qui etiam de obſeſſis corporibus malignos ſpiritus fugant, eosq. iure orationis et vi acceptæ poteſtatis eijciunt. Quo itaque iſti per meritum ſuum, niſi inter poteſtatum cæleſtium munerum ſortem ſortiuntur? Et ſunt nonnulli, qui acceptis virtutibus etiam electorū hominū merita tranſcendunt, cumq. et bonis meliores ſint, electis quoque fratribus principantur. Quo ergo iſti ſortem ſuam niſi inter principatuum numerum acceperunt? Et ſunt nonnulli, qui ſic in ſemetipſis cunctis vitijs omnibusq. deſiderijs et illecebris dominantur, vt ipſo iure munditiæ dij inter homines vocentur. Quo ergo iſti niſi inter numerum Dominationum currunt? Et ſunt nonnulli, qui dum ſibimetipſis vigilanti cura dominantur, dum ſe ſollicita intentione diſcutiunt, diuino timori ſemper inhærentes, hoc in munere virtutis accipiunt, vt iudicare et regere alios poſſint: quorum profecto mentibus diuina contemplatio præſto eſt, in his velut in throno ſuo Dominus præſidens, aliorum facta examinat, et cuncta mirabiliter de ſua ſede diſpenſat. Quid ergo iſti niſi throni ſui conditoris ſunt? Quia vero Cherubin plenitudo ſcientiæ dicitur, et, Paulo dicente, didicimus, quia plenitudo legis eſt charitas, omnes, qui

Rom. 13. 6

Dei ac proximi charitate ceteris amplius pleni ſunt, meritorum ſuorum ſortem inter Cherubin numeros perceperunt. Et ſunt nonnulli, qui ſupernæ contemplationis amore accenſi, in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cupiunt, ſolo æternitatis amore paſcuntur, terrena quæque abijciunt, cuncta temporalia mente tranſcendunt, amant et ardent, atque in ipſo ſuo amore requieſcunt: amando ardent, loquendo et alios accēdunt, et quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo iſtos niſi Seraphin dixerim, quorum cor in ignem conuerſum lucet et vrit?

De Homine. *Cap. VII.*

c Greg. homi. 3. in Euan. cir. ſi.

GREGORIVS c in homelijs: Caremus fratres chariſſimi, ne qua nos immunditia polluat, qui in æterna præſentia et Dei ciues et angelis æquales ſumus, vendicemus moribus dignitatem noſtram.

d Idē Mor. li. 4. ca. 26.

d IDEM in Moralibus: Ad hoc in paradiſo homo poſitus fuerat, vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vinculis charitatis aſtringeret, ad cæleſtem patriam angelorum quandoque ſine carnis morte tranſiret. Sic namque immortalis eſt conditus, vt ſi non peccaret, etiam mori non potuiſſet, atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori non potuiſſet.

e Ibid. lib. 22. Mor. ca. 26. in ſi.

e IDEM: Homo ab humo appellatus eſt, et quo modo valet eſſe ſine macula, qui ſponte ſua ad infirmitatem concidit factus de terra?

f Ibid. li. 27 c. 3. cir. ſi.

f IDEM: Non ſe deſperet humana fragilitas, vnigeniti ſanguinem conſideret, et in pretio ſuo conſpiciat, quàm magna eſt, quæ tanti valet.

g Aug. de adult. con. lib. 2. ca. 8. to. 6.

g AVGVSTINVS de adulterinis coniugijs: Indignantur viri, ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris feminis pœnas, cum tanto grauius eos puniri oportuit, quanto magis ad eos pertinet, et virtute vincere, et exemplo regere feminas Chriſtianas. * IDEM de trinitate: Iuſtitiam ſibi dare non poteſt homo, quam perditam non habet. Hanc enim cum homo conderetur accepit, et peccando vtique perdidit.

h Idem de lib. arb. li. 3 ca. 24. to. 1.

h IDEM de libero arbitrio: Ex quo incipit homo præcepti eſſe capax, ex illo incipit poſſe peccare. Duobus autem modis peccat, antequam fiat ſapiens: ſi aut non ſe accommodet ad accipiendum præceptum, aut cum acceperit non obſeruet. * IDEM de Ciuitate Dei: Infantia quidem hominis non a riſu, ſed a fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit neſciens, prophetat quodam modo. * IDEM: Puer a ploratu incipit, nec ridere poteſt. Propheta calamitatis, lacrymæ ſunt teſtes miſeriæ: non adhuc loquitur et iam prophetat. Erubeſcant cantatrices ibi non flere, vbi infans, qui non eſt vnius diei, prædicat eſſe flendum.

i Idem ſup. Gen. li. 1. c. 17. in ſi. to. 1.

i IDEM ſuper Geneſi contra Manichæos: Omnium animalium corpora, ſiue quæ in aquis, ſiue quæ in terra viuunt, inclinata ſunt ad terram, et non ſunt erecta ſicut hominis corpus. Quo ſignatur etiam animum noſtrum in ſuperna ſua, ideſt, in æterna ſpiritualia erectum eſſe debere.

k Hierony. li. 3. comm. in Matt. c. 18. to. 6.

k HIERONYMVS in Matthæum: Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelum delegatum. * IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum in hoc ſumus imago Dei, vt quod bonum ei videtur et apud nos ſit bonum, et quod ei malum videtur, et apud nos ſit malum.

l Chryſoſt. ſerm. de Aſcenſ. Dom. cir. med. to. 3.

l IDEM in ſermone: Comparatus eſt ait Propheta homo iumentis inſipientibus, et ſimilis factus eſt eis. Peius eſt comparari, quàm naſci. Naturaliter non habere rationem tolerabile eſt, verum ratione decoratum, irrationali creaturæ comparari, voluntatis eſt crimen, non naturæ.

m Ber. lib. Medit. c. 1. in prin.

m BERNARDVS in meditationibus: Tria in mente mea inuenio, per quæ Deum recolo, aſpicio, concupiſco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, voluntas.

n Idem lib. 2. de cōſid. longe poſt med.

n IDEM de conſideratione. Homo natus ad laborem, non ad honorem. Homo natus de muliere, et ob hoc cum reatu. Bre-

ni viuens tempore, ideoq. cum metu. Replemr multis miſerijs, et propterea cum fletu, et vere multis: quia corporis et animæ ſimul. *a Idem lib. Meditati. ca. 3. paul. a prin.* a IDEM: Attende, quid ſuiſti ante ortum, et quid es ab ortu vſque ad occaſum, ac quid eris poſt hanc vitam. De primo paulo poſt verſus:

Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opeſq.
Surripuere tibi noſſe, quid ſit homo:

De ſecundo:

Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor et horror.
Sic in non hominem vertitur omnis homo.

b Idem ſer. 3. in Annunciat. B. Mar. circa med. b IDEM: Ad imaginem et ſimilitudinem Dei factus eſt homo: in imagine arbitrij libertatem, virtutem habens in ſimilitudine. Et ſimilitudo quidem perijt, verumtamen in imagine pertranſit homo. Imago ſiquidem in gehenna ipſa vri poterit, non exuri. *c Idē ſer. 7. de aduē. Dom.* c IDEM: Quotquot degimus in regione vmbræ mortis, in infirmitate corporis, in loco tentationis, ſi diligenter aduertimus, triplici hic incommodo miſerabiliter laboramus. Nam et faciles ſumus ad ſeducendum, et debiles ad operandum, et fragiles ad reſiſtendum. *d Ibidem.* Vnde idem d BERNARDVS: Si diſcernere volumus inter bonum et malum, decipimur: ſi tentamus facere bonum, deficimus: ſi conamur reſiſtere malo, deijcimur et ſuperamur. *Iob 41.* Nec mirum, quia vt dicitur in Iob: Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ poſſit ei comparari ſcilicet aduerſarij noſtri. BOETIVS infra in capitulo de ignorantia humanæ naturæ: *e Auct. de ſpir. et ani. ca. 4. apud Aug. to. 3.* e AVCTOR de ſpiritu et anima: Anima eſt rationalis, concupiſcibilis, iraſcibilis. Per rationabilitatem habilis eſt illuminari ad aliquid cognoſcendum infra ſe, ſupra ſe, in ſe, iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidem Deum ſupra ſe, ſe in ſe, angelum iuxta ſe, quidquid cæli continetur ambitu, infra ſe. Per concupiſcibilitatem et iraſcibilitatem habilis eſt affici ad aliquid appetendum vel fugiendum, amandum vel odiendum: et ideo de rationabilitate omnis ſenſus animæ oritur, et de alijs omnis affectus.

De muliere. Cap. VIII.

f Greg. Reg. lib. 12. ind. 7. interrogati. Aug. c. 10. GREGORIVS f in regiſtro: Si hora eadem, qua genuerit, actura gratias mulier intret Eccleſiam, nullo peccati pondere grauatur. Voluptas enim carnis non dolor in culpa eſt. In carnis autem commixtione voluptas eſt: nam in prolis prolatione gemitus. *g Ibid. circa med.* g IDEM: Menſtrua conſuetudo mulieribus non culpa eſt, videlicet quia naturaliter accidit. *h Ibid. paulo poſt.* h IDEM: Si in menſtrua conſuetudine ad Sacramentum Dominici corporis et ſanguinis accedere mulieres non præſumant, de ſua recta conſideratione laudandæ ſunt. Dum vero percipiendæ ex religioſæ vitæ conſuetudine eiuſdem miſterij amore rapiuntur, reprimendæ non ſunt. *i Ibid. circa fi.* i IDEM: In Sina monte Dominus ad populum locuturus, prius eundem populum abſtinere a mulieribus præcepit. Et ſi illic, vbi Dominus per creaturam ſubditam hominibus loquebatur, tanta prouiſione eſt munditia corporis requiſita, vt qui verba Dei perciperent mulieribus mixti non eſſent: quanto magis mulieres, quæ corpus Domini omnipotentis accipiunt, cuſtodire in ſe munditiam carnis debent, ne ipſa inæſtimabilis myſterij magnitudine grauentur? *k Aug. de Ciu. Dei li. 12. c. 26. in fi.* k AVGVSTINVS de Ciuitate Dei: Quod femina Adæ ex eius latere facta eſt, etiam hinc ſatis ſignificatum eſt, quàm ſacra mariti et vxoris debeat eſſe coniunctio. *l Idē li. de patient. ca. 12. to. 4.* l IDEM de patientia: Non diabolus vxorem Iob, cum etiam filios abſtuliſſet, tamquam nocendi imperitus reliquerat, quæ quantum eſſet neceſſaria tentatori iam in Eua didicerat: ſed modo alterum Adam, quem per mulierem caperet, non inuenerat. Cautior fuit Iob in doloribus, quàm Adam in nemoribus. *m Idē li. de dec. chord. ca. 9. to. 9.* m IDEM de decem chordis: Illa eſt caſta, et ſancta femina, et vere Chriſtiana,

A quæ dolet fornicantem virum, et non dolet propter carnem, ſed dolet propter charitatem. *n Idem de verb. Dom. ſerm. 46. in med. to. 10.* n IDEM de verbis Domini: Quod dolendum eſt, multi viri vincuntur a feminis, ſeruant feminæ caſtitatem, quam viri ſeruare nolunt. *o Ambr. de virg. lib. 3. pag. 4. a prin. to. 4. edit. Rom.* o AMBROSIVS de virginibus: Saltat, ſed adulteræ filia: quæ vero pudica, quæ caſta eſt, filias ſuas religionem docet, non ſaltationem. *p Chryſoſt. operis imperf. Homi. 32. in c. 19. Matth. poſt med. to. 2.* p IOANNES CRYSOSTOMVS ſuper Matthæum in originali: Quid eſt mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, notorium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum periculum, mali natura, boni colore depicta? B Ergo ſi dimittere illam peccatum eſt, tenere autem viro tormentum eſt, neceſſe eſt, vt aut dimittentes adulterium faciamus, aut tenentes, quotidianas pugnas et amaritudines habeamus. *q Ibi. homi. 44. in c. 23. Matth. in prin.* q IDEM: Sexus muliebris incautus et mollis eſt. Incautus quidem, quia non omnia quæ videt, aut audit, cum ſapientia et ratione conſiderat. Mollis autem quia facile flectitur, vel de malo ad bonum, vel de bono ad malum. *r Idē homi. in pſ. 50. ante med. to. 1.* r IDEM in ſermone: Quid eſt ſpecioſa mulier? ſepulchrum dealbatum, niſi fuerit caſta, ſobria, et pudica. Pulchritudo autem eſt ſine his virtutibus præcipitium patens, venenum inſipientibus C compoſitum. *s Idē hom. 60. in c. 10. Io. poſt med. to. 3.* s IDEM ſuper Ioannem: Nihil fortius muliere religioſa et prudente ad deliniendum virum, et informandum eius animum ad quodcumque voluerit. *t Hierony. epiſt. ad Ocea. de vita cleric. to. 2.* t HIERONYMVS in epiſtola ad Oceanum: Ianua diaboli, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, nociuumq. genus feminarum eſt. Cum proximat ſtipula, incendit ignem, flammigero igne percutit femina conſcientiam pariter habitantis, exurit fundamentaq. montiū. * SENECA in Prouerbio: Malo in cōſilio vincunt feminæ viros. * SECVNDVS Philoſophus: Mulier eſt hominis confuſio, inſaturabilis beſtia, ſolicitudo continua, indeſinens pu-D gna, quotidianum damnum, caſtitatis impedimentum, domus tempeſtatis, adulterij vas, viti et continentiæ naufragium, præcipuum prælium, animal peſſimum, pondus grauiſſimum, aſpis inſatiabilis, humanum mancipium.

De Chriſtianis bonis. Cap. IX.

u Greg. lib. 31. Mor. c. 8. GREGORIVS u in Moralibus: Ecce veritas clamat: Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Perfectus igitur Chriſtianus quo modo debet res terrenas iur-E gando defendere, quas non præcipitur poſſidere? Itaque cum res proprias amittimus, ſi perfecte Deū ſequimur in huius vitæ itinere, a magno onere leuigati ſumus. *x Idē Reg. lib. 7. Ind. 2. c. 31.* x IDEM in regiſtro: Chriſtianum decet, vt nobilem, plus benignum, quàm rigidum, plus miſericordem eſſe, quàm diſtrictum, et lucrum de damno alterius non expectare, ſed recepto pretij ſit ſorte contentus: quatenus quidquid ceſſit pauperi, omnipotens ei Deus multiplicata, ſicut promiſit, reſtitutione compenſet. *y Aug. de Ver. Dom. ſer. 18. poſt med. to. 10.* y AVGVSTINVS de verbis Domini: Cum Chriſtianus cœperit bene viuere, ac feruere bonis operibus, mundumq. con-F temnere; ſtatim in ipſa nouitate operum ſuorum patitur reprehenſores et contradictores frigidos Chriſtianos. Si autem perſeuerauerit, et eos ſuperauerit perſeuerando, et non defecerit a bonis operibus, in idipſum illi iam obſequuntur, quod ante prohibebant. *z Idē li. de vita Chriſtia. c. 9. in fi. to. 9.* z IDEM de vita chriſtiana: Hoc eſt ſacrificium, quod Deus ſuper omnes hoſtias quærit et diligit, vt per iuſtitiæ noſtræ opera nomen ſuum vbique laudetur, et Deus verus eſſe ſeruorum ſuorum actu et opere comprobetur. *a Ibi. c. 10. in prin.* a IDEM: Non ſolū hoc a Chriſtiano quæritur, vt malo careat, ſed vt bonum exerceat. *b Iſid. a. lib. 7. ety. c. 14.* b ISIDORVS de etymologijs: Non ſe glorietur Chriſtianū, qui nomen habet, et facta non habet: vbi autem nomen ſecutum fuerit opus, certiſſime

ille eſt Chriſtianus, qui ſe factis Chriſtianum oſtendit, ambulans ſicut et ille ambulauit, a quo et nomen traxit. a AMBROSIVS in epiſtola: Omnis, qui Chriſtum recipit, ſapiens eſt: qui autem ſapiens eſt, etiam liber eſt: omnis igitur Chriſtianus, et liber, et ſapiens. *IOANNES CHRYSOSTOMVS in epiſtola: Vnum tantummodo Chriſtianus iudicat malum, ſolumq. formidat Domini cæleſtis offenſam. b BERNARDVS in epiſtola: Quid prodeſt Chriſtum ſequi, niſi contingat et conſequi? Ideo Paulus aiebat: Sic currite vt comprehendatis. c IDEM: Ibi tu Chriſtiane fige tui curſus profectusq. metam, vbi Chriſtus poſuit ſuã. Factus eſt, inquit, obediens vſque ad mortem. GLOSSA Bedæ Iacobi primo: Ne indignemini ſi mali in mundo florent, ſi vos patimini: quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habent in cælo, vos nihil in mundo, ſed ſpe illius boni, ad quod tenditis, quidquid in via cõtingat gaudere debetis. Gloſſa:* Manſuetudo hominem ſpernit, humilitas in ſe omnibus ſubijcit, decet autem Chriſtianum æqualibus et inferioribus affabilem eſſe, et mitem, ſenioribus humilem.

a Amb. Ep. ad Simplicia. de Vor. pſ. 104. to. 2 edit. Rom. b Ber. epiſt. 6. ad Theodor. Mona. longe poſt med. to. 3. c Idem in epiſt. 253. ad abb. Garin. prope fin.

De Chriſtianis malis. Cap. X.

GREGORIVS d in Moralibus: Multos peſte propriæ prauitatis obſeſſos, ſub Chriſtiano nomine ipſa tranquillitas Eccleſiaſticæ pacis abſcondit: quos tamen ſi leuis perſecutionis aura pulſauerit, mox extra aream velut paleas tollit. e IDEM in Regiſtro: Si veraciter Chriſtianus eſſes, plus Dei iudicium quàm voces hominum timeres. HIERONYMVS infra in capitulo, De ſtultiloquio, De turpiloquio: Non flagito. f AVGVSTINVS de decem chordis: Qui nõ de futuro ſæculo cogitat, nec propterea Chriſtianus eſt, vt id, quod in fine Deus promittit, accipiat, nondũ Chriſtianus eſt. g IDEM de vita chriſtiana: Chriſti ille non famulus, ſed ſubſannator et irriſor eſt, qui eius ſe ſeruum dicit, cui ſeruire diſſimulat. h IDEM: Non in hoc nobis nomen tãtum quòd Chriſtiani dicimur, blandiamur, ſed propter hoc etiam nos iudicandos credamus, ſi nomen nobis fruſtra vendicemus alienum. i ISIDORVS de ſummo bono: Chriſtianus malus ſecundum Euangelij doctrinam non viuit, et ipſam fidem, quam verbo colit, adorta tentatione, facile perdit. k BERNARDVS ſuper Cantica: Inteſtina et inſanabilis eſt plaga Eccleſiæ, et ideo in pace amaritudo eius amariſſima. Sed in qua pace, pax eſt, et non eſt, pax a paganis, pax ab hæreticis, ſed non profecto a filijs. Vox plangentis Eccleſiæ etiam tempore iſto: Filios enutriui et exaltaui, ipſi autẽ ſpreuerunt me, ſpreuerunt et maculauerunt me. * IDEM in ſermone: Nunc fruſtra clamat Chriſtus de leuitate oneris ſui, ſine cauſa iugum ſuum ſuaue prædicat: l quandoquidem et ab ipſis, qui Chriſtiano cenſentur nomine, onus diaboli, et iugum carnis atque ſæculi huius delectabilius reputatur. l IDEM: Sicut ipſi Chriſtum proſequuntur, qui ab eo vtique Chriſtiani dicuntur, amici tui Deus et proximi aduerſum te appropinquauerunt et ſteterunt, coniuraſſe videtur contra te vniuerſitas populi Chriſtiani a minimo, vſque ad maximum.

d Greg. lib. 25. Mor. c. 20. cir. me. e Idẽ Reg. li. 12. ind. 7. ca. 30. f Aug. de dec. chor. c. 4. in prin. to. 9. g Idem lib. de Vi. Chriſtia. cap. 2. to. 9. h Ibid. c. 6. i Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 2. ſent. 12. k Bern. in Cant. ſer. 33. in fi. l Idẽ ſer. 1. in conuerſ. S. Pauli. m Greg. li. 22. Mor. c. 16. in fi. n Ibi. in ep. dedi. ad Lean. ca. 1. ante expoſi. in Iob. o Idẽ lib. 2. Dialog. ca. 23. p Idẽ paſt. cu. 2. par. c. 3.

De Prælatis bonis. Cap. XI.

GREGORIVS m in Moralibus: Pia paſtorũ mens quia non propriam gloriam ſed auctoris quærit, ab omnibus vult adiuuari. n IDEM: Nolenti mihi atque reuerenti cum graue eſſet altaris myſteriũ, etiam pondus eſt curæ paſtoralis iniunctum. o IDEM in dialogo: Petri vicem et ligando et ſoluendo obtinent, qui locum ſancti regiminis fide et moribus tenent. p IDEM in paſtorali: Rector ſemper cogitatione ſit

A mundus, quatenus nunc nulla immunditia polluat, qui hoc ſuſcipit officium, vt in alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat: Mundamini, et cetera. q IDEM: Sit rector actione præcipuus, vt vitæ viam ſubditis viuendo denunciet, et grex, qui paſtoris vocem moresq. ſequitur, per exempla melius, quàm per verba gradiatur: Super montem excelſum, et cet. r IDEM: Sit rector diſcretus in ſilentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut incauta locutio in errorem protrahit: ita indiſcretum ſilentium hos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. De Primo in numeris: Vas, quod non, et cet. De ſecundo in
B Iſaia: Canes muti. s IDEM: Sit rector ſingulis cõpaſſione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, vt et per pietatis viſcera in ſe infirmitatem ceterorum transferat, et per ſpeculationis altitudinem ſemetipſum quoque inuiſibilia appetendo tranſcendat. In Geneſi de angelis aſcendentibus et deſcendentibus. t IDEM: Sit rector bene agentibus per humilitatem ſocius, contra delinquentium vitia per zelum iuſtitiæ erectus, vt et bonis in nullo ſe præferat, et cum prauorum culpa exigit, poteſtatem ſui prioratus agnoſcat. In epiſtola ad Hebræos dicitur,
C quòd tria erant in arca, ſcilicet manna dulcedinis, virga diſciplinæ, et tabulæ ſcientiæ legis. u IDEM: Tales ſeſe, qui præſunt, exhibeant, quibus eorum ſubiecti occulta quæque ſua prodere nõ erubeſcant: vt cum tentationum fluctus parui tolerant, ad paſtoris ſui mentem, quaſi ad matris ſuæ ſinum recurrant. x IDEM: Debet rector ſubtili examine bona malaq. diſcernere, et quæ vel quibus quando et qualiter congruant ſtudioſe cogitare; nil proprium quærere, ſed ſua commoda propinquorum bona reputare. y IDEM: Qui ad ſolicitudinem regendarum animarum ſe accingit, reſtat,
D vt quibus æterna prædicat, ad prouidenda quoque eis temporalium neceſſitatum ſubſidia inuigilet. z IDEM in homilijs: Cauſæ penſandæ ſunt, et tunc ligandi atque ſoluendi poteſtas exercenda. Videndum, quæ culpa præceſſit, aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam viſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis, cum interni arbitrium ſequitur iudicis. * IDEM in regiſtro: Prælatorum bonitas ſubiectorum ſalubris eſt regula. a IDEM: Sic nos fidelibus ſubditis tenere diſciplinam debemus,
E ſicut boni patres carnalibus filijs ſolent, quos et pro culpis, verberibus feriunt, et tamen ipſos, quos doloribus affligunt, et habere heredes quærunt. b AVGVSTINVS de paſtoribus: Glorientur paſtores, ſed qui gloriatur in Domino glorietur. Hoc eſt Chriſtum in ſubditis paſcere, hoc eſt in Chriſto paſcere, hoc eſt propter Chriſtum et propter ſubditos ſibi non parcere. c IDEM: De bonis ouibus fiunt boni paſtores. d IDEM: Habemus duo quædam, vnum quòd Chriſtiani ſumus, alterum, quòd præpoſiti ſumus. Illud quòd Chriſtiani ſumus, propter nos eſt, quòd præpoſiti ſumus, propter alios
F eſt. In eo quòd Chriſtiani ſumus, attenditur vtilitas noſtra, in eo quòd præpoſiti ſumus, non niſi aliena. e AMBROSIVS in paſtorali: Quod ſumus profeſſione, actione potius, quàm nomine demonſtremus, vt nomen congruat actioni, actio reſpondeat nomini. Ne ſit nomen inane, et crimen immane. Ne ſit honor ſublimis, et vita prociuis. Ne ſit deifica profeſſio, et illicita actio. Ne ſit religioſus amictus et irreligioſus profectus. Ne ſit gradus excelſus, et deformis exceſſus. Ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, et cõſcientia ſacerdotis reperiatur humilior. Ne locutionem ſimulemus columbinam, et mentem habeamus caninam. Ne profeſſionem monſtremus ouinam et ferocitatem habeamus lupinam.

Iſaia 52. c q Ibidẽ 2. par. c. 3. Iſa. 40. b r Ibid. 2. p. c. 4. Num. 19. c Iſa. 56. c s Ibi. 2. par. c. 5. Gen. 28. t Ibi. 2. par. c. 6. u Ibidẽ 2. par. c. 5. Heb. 9. a x Ibidẽ 2. part. Paſt. c. 2. refertur in Gloſ. Exo. 28. y Refertur in gloſ. Cã tic. 5. z Idẽ hom. 26. in Euã. ante med. a Idẽ Regi. li. 12. ind. 7. interrogati. Aug. c. 4. b Aug. de Paſ. c. 13. non longe a prin. to. 9. c Ibid. Paulo ante. d Ibid. c. 1. in prin. e Amb. lib. de dignitate ſacerdotali. cap. 3. to. 4.

a IDEM de officijs: Decet omnes cenſura frugalitatis, continentiæ auctoritas, et maxime eum, qui honore præſtat, ne præminentem virum theſauri poſſideant ſui, et pecunijs ſeruiat, qui præeſt liberis. b IDEM: Quo modo potes eum iudicare, conſilio ſuperiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet eſſe, cui me cõmittere paro. * IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæũ: Vis apparere ſanctus, circa tuam vitam eſto auſterus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, et grauia facientem: * IDEM: Si erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius eſt propter miſericordiam dare rationẽ, quàm propter crudelitatem ſuccumbere pœnitentem. c ISIDORVS in Sinonymis: Talem te redde ſubditis, vt magis ameris quàm timearis. Reuerentia enim ex amore procedit, odium vero timor efficit. d BERNARDVS in epiſtola: Nec præceps eris in ſententia, nec vehemens in vindicta, non in corrigendis remiſſior, non in parcendis ſeuerior, non puſillanimis in expectandis, non ſuperfluus in victu, non notabilis in veſtitu, non citus ad promittendum, non tardus ad reddendum, non prodigus dator, non tenax ad largiendum. e IDEM: Non vos felices, quia præeſtis et non prodeſtis, immo ſi non prodeſtis, vos infelices putate. Vt autem ſecure præeſſe poſſitis, ſubeſſe et vos, ſi cui debetis, nõ indignemini. Indignatio quippe ſubiectionis, prælationis reddit indignũ. f IDEM: Si rebus raritas pretium facit, nil in Eccleſia Dei pretioſius, nil optabilius eſt bono vtiliq. paſtore. Nẽpe rara auis eſt iſta. g IDEM: In alto noli altum ſapere, ſed humilibus conſentire, nil Deo charius, nil carius apud homines. h IDEM ſuper Cantica: Sciant boni fideleſq. præpoſiti languentium ſibi creditam curam animarum, non pompam rerum ſecularium: cumq. internum murmur cuiuſpiam illarum querulę vocis indicio deprehendunt, et ſi etiam in ipſos vſque ad conuicia et contumelias prorumpẽtes, medicos ſe et non dominos agnoſcentes, parat confeſtim aduerſus freneſim animæ, non vindictam, ſed medicinam. IDEM infra capite de fama: Validos et conſtantes. i IDEM de Præcepto et diſpenſatione: Ponant præpoſiti metam obediẽtiæ ſubditorum ex votis labiorum ſuorum, non ſuorum deſideriorũ, monentes eos, non cogentes ad celſiora, condeſcendentes ei, cum neceſſe fuerit ad remiſſiora, nõ cadentes cum eis ad deteriora. k IDEM: Nil me prælatus prohibeat eorũ, quæ promiſi, nec plus exigat, quàm promiſi. Vota mea non augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate. l IDEM de conſideratione: Præſis vt prouideas, vt conſulas, vt procures, vt ſerues. Præſis vt proſis, præſis vt fidelis ſeruus et prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Ad quid? vt des illis eſcam in tempore, hoc eſt, vt diſpenſes nõ imperes. m IDEM: Si te agnoſcis ſapientibus et inſipientibus non dominatorem, ſed debitorem; conandum ſummopere tibi et tota vigilantia conſiderandũ, quo modo et qui non ſapiunt, ſapiant, et qui deſipuere, reſipiſcant. n IDEM in ſecunda parte Epiſtolarũ: Paſcere tripliciter debemus, exemplo conuerſationis, verbo prædicationis, fructu orationis, et paſcere ad mandatum Chriſti, vt nemo ſibi hunc ſumat honorem, ſed qui vocatus fuerit a Deo tamquam Aaron. * IDEM in ſermone: Quotiens prælatus pro vno ex minimis Dei ſpirituale ſtudium intermittit, totiens pro eo ſpiritualiter animam ſuam ponit. ITEM multa infra de temperantia, de dignitate bona, de zelo, de ſolicitudine, de correptione, de æquitate.

a Idẽ li. 2. offic. c. 13.
b Ibid. c. 12.
c Iſid. li. de Sinony. c. penul. ĩ prin.
d Ber. Epiſ. 42. ad Henric. Senon. Archiep. nõ longe a prin.
e Ibid. lõge poſt med.
f Ibid. epiſt. 242. ad Eugeniũ Papã
g Idẽ epiſt. 423. Hildeber. Turo.
h Idem in Cant. ſer. 25. in prin.
i Idem in tract. de præcep. et diſpenſ. longe ante med.
k Ibid. paule ante verba citata.
l Idẽ lib. 3. de cõſid. nõ lõge a prin.
m Ibid. paule poſt prædic. ver.
n Idẽ in declama. ſup. Ecce nos reliqui. omnia ante med.

De Prælatis malis. Cap. XII.

GREGORIVS o in Moral. Vnuſquiſque ſuperbus rector totiens ad culpam apoſtaſiæ dilabitur, A quotiens præeſſe hominibus delectatus honoris ſui ſingularitate lætatur. IDEM infra in capitulo de ſtultiloquio, de conuiciatione: Sæpe qui in poteſtate ſunt. p IDEM: Cum maiores ipſi voluptati deſeruiunt, nimirum minoribus laſciuiæ frena laxantur. q IDEM: Hypocrita, aſſumpto ſanctæ conuerſationis habitu, filiorum cuſtodiam deſerit, et temporalia quæque defendere etiã iurgijs quærit. r IDEM in regiſtro: Ita ſibi regentium merita connectuntur, et plebium, vt ſæpe ex culpa præſidentium deterior fiat vita ſubditorum: et ſæpe ex demerito plebium delinquat vita paſtorum. s IDEM: Quod dicere pudet, B et graue tacere eſt, regendi rectores, et qui docendi ſunt doctores, nec erubeſcunt videri, nec metuunt. Ducatum animarum impudenter aſſumunt, quibus via omnis ductoris eſt ignota, et quo vel ipſi gradiantur, ignari ſunt. t IDEM de quodam abbate malo: Qui tot diſcipulos per ſuam negligentiam ad infernum duxit, reliquis nomquam præponi debuit. * AVGVSTINVS in epiſtola: Omnis, qui male viuit in conſpectu eorum, quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, omnes occidit. u IDEM de Ciuitate Dei: Illo pacis ordine, quo alij alijs ſubiecti ſunt, ſicut prodeſt humilitas ſeruientibus, ita nocet C ſuperbia dominantibus. x IDEM de paſtoribus: Sunt paſtores, qui paſtorum audire nomina volunt, paſtorum officium implere nolunt. y IDEM: Quiſquis ita præpoſitus eſt, vt in eo, quòd præpoſitus eſt, gaudeat, et honorem ſuum quærat, et commoda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit, non oues. z IDEM: Parum eſt malis paſtoribus, quòd oues languentes, et infirmas, et errantes, et perditas non curant, ſed etiam ipſas fortes, et pingues necant, quantum in ipſis eſt: et ſi illæ viuunt, de miſericordia Dei viuunt, tamen quantum ad paſtores malos attinet, occidunt. Quo modo (inquis) occidunt? male viuendo, malum D exemplum præbendo. a BERNARDVS de conſideratione: Monſtruoſa res eſt, gradus ſummus, et animus infimus: ſtatus ſupremus, et greſſus minimus: ſedes prima, et vita ima: lingua magniloqua, et manus otioſa: ſermo multus, et fructus nullus: vultus grauis, et actus leuis: ingens auctoritas, et nutans ſtabilitas. b IDEM: Simius in tecto, rex fatuus in ſolio ſuo ſedens. c IDEM in epiſtola: Si iuſtar mei qui ouis ſum, paſtor meus et ipſe curuus graditur, vultum gerens deorſum, et terram ſemper reſpiciens, ventri ſolum, mente ieiunus, pabula terrena quæritans, in quo diſcernimur? Væ ſi venerit lupus, non E erit, qui præuideat, qui occurrat, qui eripiat. d IDEM ſuper Cantica: Innumeros cernes ſimpliciter, ac ſine querela inter fratres conuerſari, quos ſi fratribus præeſſe feceris, non ſolum inutiliter, ſed et inſipienter, et nequiter agere videbis. e IDEM: Non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare: non eſt cuſtodire, ſed perdere: non eſt defendere, ſed exponere: non eſt inſtruere, ſed proſtituere: non eſt paſcere gregem, ſed mactare, et deuorare, dicente de prælatis Domino: Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. f IDEM: Quo modo in paſcua diuinorum educet eloquiorum greges Dominicos F paſtor idiota? Sed et ſi doctus quidem fuerit, non ſit autem bonus, verendum, ne non tam nutriat doctrina, quam vita ſterili noceat. * IDEM: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ IeſuChriſti: miniſtri Chriſti ſunt, et ſeruiunt Antichriſto: honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, hiſtrionicus habitus, regius apparatus in cibis, et potibus. g IDEM: Miror audaciam plurimorum, quos non videmus de ſuis vineis colligere, niſi ſpinas, et tribulos: vineis tamen Dominicis etiam ſe ingerere non vereri, fures ſunt et latrones, non cuſtodes, neque cultores in illis. h IDEM: De eis dico, qui animas regere ſuſceperunt, quod

o Greg. lib. Mor. 24. c. 14.
p Ibid. li. 2. c. 10.
q Ibi. li. 30. c. 8. in prin.
r Idẽ Reg. li. 6. ca. 17. poſt med. et li. 25. Mor. c. 14.
s Ibid. li. 7. ind. 2. cap. 114.
t Ibid. li. 4. eud. c. 3. ca. 48.
u Aug. de ciu. Dei lib. 19. cap. 15. to. 5.
x Idẽ li. 2. de Paſtori. c. 1. in prin. to. 9.
y Ibid. in fi.
z Ibid. c. 4. in prin.
a Bern. de conſid. li. 2. cir. med.
b Ibid. paulo ante citata ver.
c Idẽ epiſt. 42. ad Henri. Senon. Archiep. duabus pagi. a prin.
d Idem in Cant. ſer. 23. ante med.
e Ibid. ſer. 77. non longe a prin.
f Ibid. ſer. 76. in fi.
g Ibid. ſer. 30. cir. me.
h Ibid. ſer. 10. non longe a prin.

quod ſine miſerabili gemitu dicendum non eſt, Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, et mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, et profligant in acquiſitione turpis quæſtus. a IDEM: Animatum nec caſus reputatur, nec ſalus. Non ſunt profecto matres, qui cum ſint de crucifixi patrimonio nimium incraſſati, impinguati, dilatati, non compatiuntur ſuper contritione Ioſeph. IDEM: Parũ eſt nobis, infra in capitulo de obliuione. b IDEM: Quem dabis mihi de numero præpoſitorum, qui nõ plus inuigilet ſubditorum vacuãdis marſupijs, quàm vitijs extirpãdis? Vbi eſt, qui orando flectat iram Dei, qui prædicet annum placabilem Deo? leuiora loquimur, grauiora grauius manet iudicium. c IDEM in ſermone: Vtinam noſtri quicumque videntur hodie Phariſæi, forte enim aliqui ſunt, etiam ſi non facerent, ſaltem dicerent, quod oportet. Vtinam qui ſine ſumptu Euangelium ponere nolunt, ponerent vel pro ſumptu, vtinam vel euangelizarent, vt manducarent. d IDEM de contemptu: O terribilis Deus in conſilijs ſuper filios hominum, fruſtra incipient miſeri Prælati dicere montibus: Cadite ſuper nos, et collibus: Cooperite nos. Venient ante tribunal Chriſti, audietur populorum querela grauis, accuſatio dura, quorum vixere ſtipendijs, nec diluere peccata, quibus facti ſunt duces cæci, mediatores fraudulenti. IDEM in capite de ignorantia: Quando excuſare poterit. e GLOSSA in Matthæum: Quàm rarus eſt Domino ſeruiens, oues Chriſti non ad lucrum, ſed amore Chriſti paſcens. Multa infra lib. 3. cap. de honore, de zelo, de doctrina, de correctione, de remiſſione, de acceptione perſonæ.

a Ibidem paulo poſt.
b Ibid. ſer. 77. paulo poſt prin.
c Idem ſer. de conuerſione ad clericos. c. 32.
d Idem in declam. ſuper Ecce nos reliq. omnia ante med.
e Gloſſ. in Matt. 24.

De Subditis. Cap. XIII.

GREGORIVS f in Moralibus: Cum ſubiectorum corda ſuperbia inſtigat, hoc ſummopere agere oritur, vt ſua acta cõſiderare funditus negligãt, et ſemper tacitis cogitationibus, rectoris ſui iudices fiant. g IDEM: Dum ſalua fide, res agitur, virtutis eſt meritum, ſi quidquid ſuperior præcipit, humiliter toleratur. Debet tamen humiliter ſuggeri, ſi forte valeat, quod diſplicet emendari. h IDEM in regiſtro: Seruorum Dei humilitas, in afflictionis tempore debet apparere. Qui vero ſe contra præpoſitos ſuos erigunt, profecto oſtendunt, quia ſerui Dei eſſe contemnunt. i IDEM: Qui paternæ adhortationis verba libenti animo ſuſcipit, et in ſinu cordis amplectitur, emendatorem ſe vitiorum fore, proculdubio profitetur. k IDEM in Homilijs: Vtrum iuſte, aut iniuſte obliget paſtor, paſtoris tamen ſententia gregi timenda eſt: ne is, qui ſubeſt, et tamen iniuſte forſitan ligatur, ipſam obligationis ſuæ ſententiam, ex alia culpa mereatur. l IDEM: Paſtor vel abſoluere indiſcrete timeat, vel ligare. Is autem, qui ſub manu paſtoris eſt, ligari timeat iuſte, vel iniuſte, nec paſtoris ſui iudicium temere reprehendat: ne, et ſi iniuſte ligatus eſt, ex ipſa tumidæ reprehẽſionis ſuperbia culpa, quæ non erat, fiat. IDEM infra in capitulo de diſciplina: Tanto apud Dominum, et cetera. m ISIDORVS de ſummo bono: Melior eſt ſubiecta ſeruitus, quàm elata libertas. n IDEM in Sinonymis: Potiori gradoſ competentem reuerentiã tribue, et iuxta dignitatem vnicuique redde honorem. HIERONYMVS in capitulo de obedientia: Seruias fratribus, et cetera. o AVGVSTINVS de natura boni: Iniuſtum non eſt, vt improbis accipientibus nocendi poteſtatem, et patientia bonorum probetur, et malorum iniquitas puniatur. p IDEM de ciuitate Dei: Iuſtis quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed examen virtutis. Proinde bonus, etiam ſi ſeruiat, liber eſt: malus autem, etiam ſi regnet, ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſed quod eſt grauius, tot dominorum, quot vitiorum. q IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: Propter bonos ſacerdotes etiam malos honorate, ne propter malos etiam bonos contemnatis. r BERNARDVS ſuper Cantica: Parum eſt eſſe ſubiectum Deo, niſi ſis et omni creaturæ propter Deum: ſiue Abbati tamquam præcellenti: ſiue Prioribus, tamquam ab eo conſtitutis. Ego plus dico, ſubdere paribus, ſubdere et minoribus: ſic enim decet nos, inquit, Dominus omnem implere iuſtitiã. s GLOSSA: Si ſubditi aliquid peccant, propter quod doctores a quiete ſurgere cogantur, non tantum pœnam peccati illius incurrunt, ſed etiam puniuntur pro inquietudine doctorũ. t IDEM: Qui doctores cæleſtibus intentos inquietare præſumit, etiam virtutes, quas credebat ſe habere, perdit.

f Greg. lib. 34. Moral. c. 18. paul. ante med.
g Ibid. lib. 35. cap. 14. cir. med.
h Idem in Reg. lib. 2. cap. 23.
i Ibid. li. 9. ind. 4. c. 54.
k Idem homil. 26. in Euang. ante med.
l Ibidem.
m Iſid. de ſum. bo. lib. 3. cap. 47. ſent. 2.
n Idem lib. de Sinony. c. 16. in fi.
o Aug. lib. de nat. bo. ca. 32. to. 6.
p Idem de ciu. Dei lib. 4. cap. 3. in fi. to. 5.
q Chryſoſt. oper. imperf. homil. 48. to. 2.
r Bern. in Cant. ſer. 42. cir. med.
s Gloſſa Cant. 2.
t Ibidem.

De Prædicatoribus bonis. Cap. XIV.

GREGORIVS u in Moralibus: A bonis prædicatoribus non cauſa victus prędicatio impenditur, ſed cauſa prædicationis victus accipitur: et quotiens prædicantibus neceſſaria ab audientibus conferuntur, non ſolum de rerum munere, ſed de conferentium gaudent mercede. * IDEM: Ille apud Deum magis in amore eius eſt, qui ad eius amorem plurimos trahit. x IDEM: Humani generis Redemptor per diem miracula in vrbibus exhibebat, et ad orationis ſtudium in nocte pernoctabat; vt perfectis videlicet prędicatoribus innuat, quatenus, nec actiuam vitam amore ſpeculationis funditus deſerãt, nec contemplationis gaudia operationis nimietate penitus contemnãt, ſed quieti contemplantes ſorbeant, quod occupati erga proximos, loquentes refundant. y HIERONYMVS in originali ſuper Hieremiam: Ille eſt doctor Eccleſiaſticus, qui lacrymas non riſum mouet, qui corripit peccatores, qui nullum beatum, nullum dicit eſſe felicem. z AVGVSTINVS de doctrina Chriſtiana: Qui dicendo nititur perſuadere, quod bonum eſt, nihil horum trium ſpernẽs, vt ſcilicet doceat, vt delectet, et flectat; oret atque agat, vt intelligenter, libenter, obedienter audiatur. a IDEM: Habet, vt obedienter audiatur, quantacumque granditate dictionis, maius pondus vita docentis. Nam qui ſapienter, et eloquenter dicit, viuit autem nequiter, erudit quidem multos diſcendi ſtudioſos, quamuis animæ ſuæ ſit inutilis. b AMBROSIVS de virginibus: Debet is, qui docet, ſupra eum, qui docetur, excellere. c ISIDORVS de ſummo bono: Prius debet iuſtus prædicator bene agere, vt conſequẽter poſſit bene docere. Sicut enim in nummiſmate metallum, et figura, et pondus, perquiritur; ita in omni doctore eccleſiaſtico, quem ſequatur, quid doceat, quo modo viuat, inquirendum eſt. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figurã ſolicitudo patrum, per pondus humilitas deſignatur. Qui ergo ab his tribus diſcrepauerit, non metallum, ſed terra erit. d BERNARDVS ſuper Cantica: Eſt funiculus triplex, qui difficile rumpitur, ad extrahendas animas de carcere diaboli, et trahendas poſt te ad cæleſtia regna, ſi recte ſentias, ſi digne proloquaris, et ſi viuendo confirmes. e SENECA in epiſtola: Eligamus non eos, qui verba magna celeritate præcipitant, ſed eos, qui vita docent: qui cum dixerint, quid faciendum ſit, probant hoc ipſum faciendo, quod docent: qui docent, quid vitandum ſit, nec vmquam in eo, quod fugiendum dixerunt, deprehenduntur. Eum elige doctorem, quem magis admireris, cum videris, quàm cum audieris. Multa libro tertio de doctrina, de coniunctione vitæ, et doctrinæ.

u Greg. lib. 19. Moral. ca. 18. non longe a prin.
x Ibid. lib. 6. c. 17. paululum a prin.
y Hierony. lib. 1. in lament. cap. 1. to. 4.
z Aug. de doct. Chriſt. lib. 4. c. 17. to. 3.
a Ibidem cap. 27.
b Ambr. li. 2. de Virg. ſ prin. to. 4.
c Iſid. de ſum. bo. lib. 3. cap. 36. ſent. 1.
d Bern. in Cant. ſer. 26. paululũ a prin.
e Senec. epiſt. 52. cir. med.

De Prædicatoribus malis. Cap. XV.

GREGORIVS f in Moralibus: Mens concupiſcentijs exterioribus occupata, diuini amoris igne nõ calet: et idcirco ad ſupernum deſiderium inflammare auditores ſuos nequeunt verba, quæ frigido corpore

f Greg. lib. 2. Mor. cap. 20. ante med.

A pore proferuntur. a IDEM: Qui mandata Dei in memoria retinet, ſed nequaquam facit, is in doctrinæ ſuæ verbis ſententias, quibus damnetur, tenet. b IDEM ſuper Ezechielem: Turpe eſt nimis ibi nos negligendo cadere, vnde prædicādo conati ſumus alios leuare. c IDEM: Non facile prædicatio prædicatoris accipitur, ſi leuis in moribus eſſe videatur. Et nulla erit maturitatis oſtenſio, ſi contra aduerſa non aſſuerit operis fortitudo. IDEM in capitulo de cōſcientia mala: Scriptura ſacra, *et cetera*. d IDEM in regiſtro: Nimis iniquum eſt, ſi hi, qui prædicatores humilitatis facti ſunt, de vani nominis elatione glorientur, cum verus prædicator dicat: Mihi autem abſit

B gloriari, *et cetera*. e IDEM: Quod per linguam prædicamus, per exempla deſtruimus, dum iniqua docemus operibus, et ſola voce ea, quæ ſunt iuſta, prætendimus. Oſſa ieiunijs atterimus, et mente turgemus: corpus deſpectis veſtibus tegimus, et elatione cordis purpuram ſuperamus: iacemus in cinere, et excelſa ſuſcipimus. Doctores humilitatis, duces ſuperbiæ, ouina facie, lupinos dentes abſcondimus. f HIERONYMVS in epiſtola: Delicatus eſt magiſter, qui pleno ventre de ieiunijs diſputat. Accuſare auaritiam, et latro poteſt, ſacerdotis Chriſti os cum mente

C concordet. g IDEM: Nec ruſticus, nec ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet, ſi nihil nouerit: nec peritus, et eloquens in lingua exiſtimet ſanctitatem. Multoq. melius eſt, ex duobus imperfectis ruſticitatem habere ſanctam, quàm eloquentiam peccatricem. h IDEM in originali ſuper Michæam: An non confuſionis, et ignominiæ eſt, Ieſum crucifixum magiſtrū pauperem, atque eſurientem farſis prædicare corporibus, et ieiuniorum doctrinam rubente bucca, tumentiq. ore proferre? Si in Apoſtolorum loco, et ordine ſumus, non ſolum ſermonem eorum imitemur, ſed et conuerſationem quoque, et abſtinentiā. IDEM:

D Rigida vita, Infra de adulatione. i ISIDORVS de ſummo bono: Ad maioris culpæ cumulum pertinet, ſcire quemquam, quod ſequi oporteat, et ſequi nolle, quod ſciat. k IDEM: Qui non viuit, ſicut docet, ipſam, quam prædicat veritatem contemptibilem facit. * IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: Non poterit excuſari Doctor, cuius verba aliud ſonant, aliud facta demonſtrant. l IDEM de compunctione cordis: Docere, et non facere, non ſolum nihil lucri, ſed etiam damni plurimum confert: Grandis enim condemnatio eſt componenti quidem ſermonem ſuum, vitam vero ſuam, atque operam negligēti. * AVGVSTINVS in epiſtolis: Exaudi teipſum

E duriſſime, immaniſſime, ſurdiſſime Doctor, quid mihi lingua aurea, et cor ferreū? m IDEM de diuinatione dæmonum: In hominibus etiam vitæ bonæ præcepta videmus, pariter a iuſtis peruerſiſq. doceri. Nec obeſſe aliquid, immo, et prodeſſe ad maiorem notitiam, famamq. veritatis, cum de illa etiam hi, quidquid nouerint dicunt, qui et peruerſis moribus contradicunt. n BERNARDVS in ſermone: Beati, inquit, pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Conſiderate diligenter non pacidicos, ſed pacificos commendari. Sunt enim qui dicunt, et non faciunt. Sane

F quemadmodum non auditores legis iuſti ſunt, ſed factores: ſic non annunciatores pacis, ſed actores beatificantur. * SENECA in epiſtola: Hoc turpiſſimum eſt, quod nobis obijci ſolet, verba nos fari, non opera tractari.

a Ibid. lib. 25. cap. 7. b Idem in Ezech. homil. 13. longe ante med. c Idē hom. 3. in Ezec. ante med. d Idē Reg. lib. 6. ind. 15. c. 169. post med. e Ibid. li. 4. ind. 13. cap. 76. f Hierony. epiſt. 2. ad Nepoti. cir. med. to. 1. g Ibid. poſt med. h Idē cōm. in Mich. li. 2. c. 3. to. 5. i Iſid. li. 2. de ſum. bo. cap. 2. ſent. 20. k Ibid. lib. 3. cap. 37. ſent. 1. l Chryſ. li. 2. de compunct. cor. ia ſi. to. 5. m Aug. de diui. dæmo. cap. 6. to. 3. n Ber. ſer. de cōuerſi. ad Cleric. cap. 31.

De prædicationem vſurpantibus. Cap. XVI.

GREGORIVS o in paſtorali: Sunt nonnulli, qui ſolerti cura ſpiritalia præcepta perſcrutātur: ſed quæ intelligendo penetrant, viuendo conculcant. Repente docent, quæ non opere, ſed meditatione didicerunt: et quod verbis prædicant, moribus impugnant. p IDEM: Redemptor noſter, cum in cælis ſit conditor omnium, et oſtenſione ſuæ potentiæ ſit Doctor angelorum, ante tricennale tempus magiſter fieri noluit hominum: vt videlicet præcipitatis, et vſurpantibus viam ſaluberrimi timoris infunderet, cum ipſe etiam, qui labi non poſſet, perfectæ, vitæ gratiam, non niſi in perfecta ætate prædicaret. q IDEM ſuper Ezechielem: Cum prima ſunt adoleſcentię, vel iuuentutis noſtræ tempora, nobis adhuc a prædicatione ceſſandum eſt, vt vomer linguæ noſtræ proſcindere non audeat terram cordis alieni, cum non habeat duritiem, et aciem incidendi. r IDEM: Adhuc nobis in infirmitatis confuſione iacentibus, præberi non debet auctoritas prædicationis: ſed cum iam in bono opere ſurgimus, cū iam recti ſtare cœperimus, dignum eſt, vt ad lucrādum alios cum prædicatione mitti debeamus. ſ IDEM in Moralibus: Infirma ętas etiam cum recte ſentit, ad prædicandum non debet incautæ proſilire. * IDEM: Qui mundum deſerūt, ad exteriora officia prouehi non debent, niſi per humilitatem diutius in eiuſdem mūdi contemptu ſolidentur. t ISIDORVS de ſummo bono: Quadrimoda eſt dicendi ratio, qua aut bene ſentiendo, quod bene profertur, aut nihil ſentiendo, nihil dicitur: aut parum ſentiendo, loquacitas ſola oſtentatur: aut optime ſentiendo, non elegāter profertur, quod intelligitur. u BERNARDVS ſuper Cantica: Canales hodie multos habemus in Eccleſia, conchas vero perpaucas. Tantæ enim charitatis ſunt, per quos nobis fluenta cæleſtia manant, vt ante effundere, quàm infundi velint, loqui quàm audire, paratiores docere, quòd non didicerunt, et alijs præeſſe geſtientes, qui ſeipſos regere neſciunt. x IDEM: Publice prædicare, nec monacho conuenit, nec nouitio expedit, nec non miſſo licet. y IDEM: Quod tuum eſt ſpargis, et perdis, ſi priusquàm infundaris, tu totus ſemiplenus feſtines effundere, contra legem arans in primogenito bouis, et ouis primogenitū tondens. Nimirum vita abſque ſalute, quam alteri das, te fraudas, cum ſana vacuus intentione gloriæ inanis vento inflaris. * IDEM: Multi, puritate neglecta, ante loqui quàm audire conati ſunt, et aut grauiter errauerunt neſcientes de quibus loquerentur, neque de quibus affirmarent: aut turpiter viluerunt, dum qui alios docerent, ſeipſos prius non docuiſſent. z IDEM in epiſtola: Docere nec indocto eſt in promptu, nec monacho in auſu, nec peccanti in affectu. a GLOSSA ſuper illud: Si eſt tibi intellectus, *et cetera*. Sicut peccat, qui ſcit, et non vult docere proximum ſuum, ſic qui neſcit, et vult magiſter eſſe.

o Greg. paſtora. p. 1. c. 2. in prin. p Ibid. par. 3. ca. 2. admonit. 26. cir ſi. q Idem in Ezec. hom. 2. longe ante med. r Ibid. homil. 9. longe ante med. ſ Idem lib. 22. Mor. cap. 5. t Iſid. de ſum. bo. lib. 2. cap. 29. ſen. 16. u Bern. ſuper Can. ſer. 18. parū a prin. x Ibid. ſer. 64. ante med. y Ibid. ſer. 18. paul. a prin. z Idē epiſt. 89. ad Ogerium. a Gloſſ. Eccli. 5.

De negligentibus prædicationem. Cap. XVII.

GREGORIVS b in paſtoralibus: Quo reatu aſtringantur, aſpiciant, qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis ſubtrahunt, morientibus animabus vitæ remedia abſcondunt. IDEM in capitulo de conſenſu proximorum: Mala, *et cetera*. c IDEM: Si quis eſt Domini iungatur mihi. Et poſtea ſubdit: Si ille Dei dicitur, qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur, profecto ſe Dei eſſe denegat, qui inquantum ſufficit increpare vitam carnalium recuſat. d BERNARDVS ſuper Cantica: Rem profecto proximi retines, ſi plenus virtutibus, cum ſis, forisq. nihilominus donis ſciētiæ, et eloquentiæ adornatus, metu forte, aut ſegnitie, aut minus diſcreta humilitate, verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis, inutili, immo et damnabili ligas ſilentio. Certe maledictus, qui frumenta abſcondit in populo.

b Greg. paſto. 3. par. c. 1. admonit. 26. ferè in prin. c Ibid. paulū a med. Exo. 32. d Bern. in Cant. ſer. 18. ferè in prin.

De auditoribus verbi Dei. Cap. XVIII.

GREGORIVS e in Moralibus: Verba ſapientiæ, quę reprobi audiunt electi, non ſolū audiunt, ſed etiam

e Greg. lib. 21. Mor. cap. 5.

etiam deguſtant: vt eis in corde ſapiat, quod reproborum non mentibus, ſed ſolummodo auribus ſonat. a Inam: Plerumque diſcipuli incaſſum bona audiunt, cum ex magiſtri vita mala, et exēplo deſtruuntur. Inam in capitulo, de ſcientia mala: Quiſquis a præcepus. b Ioam ſuper Exechielē: Quidam verbum Dei audientes, non audiont; quoniam aurem ad ſacrum eloquium ponunt, ſed cor a mundi deſiderijs noo euellunt. c Inam: Gloria prædicatoris, eſt profectus auditoris. d Ioam in bomilijs: Cibus mentis eſt ſermo Dei: et quaſi acceptus cibus, ſtomacho languente, reijcitur, quando auditus ſermo io ventre B memoriæ oon tenetur. Sed quiſquis alimenta percepta oon retinet, huius profecto vita deſperatur. Per vocem auditus non inſtruimur, quando mens interius per ſpiritum non iungitur. g Ioam ſuper Ezechielem: Tutius veritas auditur, quàm prædicatur: quoniam cum auditur, cordis bumilitas cuſtoditur: cum autem prædicatur, vix non ſurripit cuique hominum quātulacumq. iactantia, in qua vtique pedes affectionis, vel intentionis aliquantulum inquinantur. e Inam in regiſtro: Vtilis eſt ſemper docti viri allocotio: quia aut diſcit audiens, quod neſcire ſe nouerat: aut cognoſcit, quod eſt amplius id, quod C ſe, et neſciuiſſe neſciebat. f Avgvstinvs de vita beata: Si vos inuitos, et faſtidientes alere cooabor, fruſtra operam inſumam. g Ioam de verbis Domini: In doctore inhoneſta eſt cauſa, noo facere, quod præcipit obſeruare, io diſcēte vero audire velle, quod nolit implere. h Inem de doctrina Chriſtiana: Fit vt homines eum non obedienter audiāt, qui ſeipſum non audit: et Dei verbum, quod eis prædicatur ſimul eum ipſo prædicatore contemnant. i Ioam in Epiſtola: Ego cum amatores ſæculi intueor, oeſcio, quando poſſit eſſe ad eorum animos ſanandos oportuna prædicatio: quando enim res huius muodi ve- D lut proſperas babent, faſtu ſuo reſpuunt ſalubres monitiones, et quaſi anilem reputant cantilenam: quando autem in aduerſis anguntur, magis conantur euadere, vnde ad præſens anguntur, quàm capere vnde curentur. k Ioem io ſermone: Non minus reus erit, qui verbum Dei oegligenter audit, quàm ille, qui negligentia ſua corpus Chriſti in terra cadere permiſerit. l Barnardvs in ſermone: Benigne audiendum eſt, deuote ſuſcipiendum, ſolicite conſeruandum quidquid ad animarum ſalutem pertinet, et non ſicot verbum bominum, ſed ſicut vere eſt Dei verbum, ſiue ſit illud conſolatorium, ſiue comminato- E rium, ſine etiam increpatorium audiatur. m Glossa: Illi ſoli beati ſunt, qui audiunt, et mente recondunt, vt opere compleant, et opere impleant, vt vitam æternam poſſideant.

a Ibid. lib. 10. cap. 3.
b Idem in Ezec. hom. 12. circ. med.
c Ibid. homil. 19. ante med.
d Ibidē homil. 15. in Euang. non multum a prin.
g Eſt apud Aug. tract. 57. expoſit. in Io. ante med. to. 9.
e Idem in Reg. lib. 7. ind. 2. c. 29. in prin.
f Aug. lib. vni. de vi. bea. diſputati. prima diei. ante med. to. 1.
g Idem ſer. 3. de ver. Do. paulo poſt prin. to. 10.
h Idem lib. 4. de doct. Chriſt. cap. 27. 3ſ. to. 3.
i Idē epiſt. 92. ad Largum to. 2.
k Idem lib. 50. homil. 26. paul. a prin. to. 10.
l Ber. ſer. 2. in feſt. Apo. Pet. et Pau. ante med.
m Gloſ. Beda Apoc. 1.

De Epiſcopis. Cap. XIX.

GRegorivs n in Regiſtro: Epiſcopus cum loco mutet mentem. Non ſibi credat ſolam lectionem, et orationem ſufficere, vt remotus ab alijs ſtudeat ſedere, et de manu nihil fructificare; ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus occurrat, F alienam inopiam, ſuam credat: quia ſi hoc non habet, vacuum Epiſcopi nomen tenet. o Idem: Tota mente fraternitas veſtra ſe exhiberi feſtinet in proſperis humilem, et in aduerſis, ſi quando aduenit, cum iuſtitia erectam, amicam bonis, cootrariam peruerſis. Nullius vmquam faciem pro veritate loquentem premens: miſericordiæ operibus iuxta poſſibilitatem ſubſtantiæ ioſiſtens, et eiſdem inſiſtere etiam ſupra poſſe cupiens: iofirmis compatiens, beneualentibus congaudens, aliena damna, propria deputans, de alienis gaudijs tamquam de proprijs exultans: in corrigendis vitijs ſæuiens, in fouendis virtutibus auditorum animum demulcens: in ira iudicium ſine ira tenens, in tranquillitate autem ſeueritatis ſuæ ſen- A tentiam noo deſerens. p Inam: Valde periculoſum eſt animę, temere cuiquam manū impooere. q Inam in paſtoralibus: Tantū debet actionem populi actio tranſcendere præſulis, quantum diſtare ſolet a grege vita paſtoris. Oportet oamque, vt meriri ſeſe ſolicite ſtudeat, quanta tenendæ rectitudiois neceſſitate cooſtringatur, ſub cuius æſtimatione populus grex vocatur. r Isinorvs de ſummo booo: Deſinat locum docendi ſuſcipere, qui neſcit docere: ignorantia quippe præſulū, vitę noo congruit ſubiectorum. ſ Inem: Agnoſcat Epiſcopus ſeruum ſe eſſe plebis, nō dominum. t Idem de officijs: Epiſcopo, dum conſe- B cratur, baculus datur, vt eius inditio ſubditā plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorū ſuſtineat. u Avgvstinvs ad Oroſium: Sciat ſe noo eſſe Epiſcopū, qui præeſſe deſiderat, nō prodeſſe. x Idam de ciuitate Dei: Epiſcopus nomen eſt operis noo honoris. Scopos enim Græce, Latine ſuperintendere poſſumus dicere, vt intelligat non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, noo prodeſſe. y Inam iu ſermone: Non eſt Epiſcopi ſeruare aurum, et reuocare a ſe mendicantis manum. z Amarosivs in paſtorali: Quantum præ ceteris gradus Epiſcopalis altior eſt, tanto, ſi per oegligentiam dilabatur, ruina gra- C uior eſt. a Hieronymvs in originali ſuper Sophoniam: Qui Epiſcopatum, inquir, deſiderat, bonum opus deſiderat. Videte quid dixerit, opus, non dignitatem. Si autem ſolum aſpexerit dignitatem, cito corruet. b Barnardvs in Epiſtola: In omnibus exemplo Apoſtoli honorificabitis miniſterium veſtrum, miniſterium, inquam, non dominium, ipſum quidem honorificabitis, oon vos. Nam, qui quęrit, quæ ſua ſunt, ſe cupit honorari, non miniſterium. Honorificabitis autem non cultu veſtium, non faſtu equorum, non amplis ædificijs, ſed moribus ornatus, ſtudijs ſpiritualibus, ac bonis operibus. c Idam: D In omnibus actibus ſuis, vel dictis nihil ſuum quærat Epiſcopus, ſed tantum aut Dei bonorem, aut ſalutem proximorum, aut vtrumque. d Inem de conſideratione: Domum Epiſcopi decet ſanctitudo, decet modeſtia, decet honeſtas, et morum diſciplina.

n Greg. in Regiſ. li. 5. cap. 129.
o Ibid. li. 3. cap. 129.
p Ibid. li. 4. cap. 39.
q Idē paſto. 2. par. c. 1. in prin.
r Iſid. li. 3. de ſum. bo. cap. 35. ſententia. 1.
ſ Ibid. cap. 42. ſent. 3.
t Idem de offic. Eccleſ. lib. 2. cap. 5.
u Auguſt. in Dialog. quaeſt. 65. q. vlt. to. 4.
x Idem de ciui. Dei li. 19. cap. 19. to. 5.
y Idem ſer. 52. ad frat. in eremo poſt med. to. 10.
z Amb. de dignit. ſacerd. cap. 3. to. 4.
a Hiero. in Sopho. c. 3. to. 5.
b Ber. epiſt. 42. ad Henric. Senon. paul. a pri.
c Ibid. lōge ante med.
d Idem de conſid. li. 4. prope fi.

De ſacerdotibus bonis. Cap. XX.

GRegorivs e in Regiſtro: Officij ſacerdotalis eſt, vt viduis, ac maritali regimine deſolatis impartiri ſolatia debeant, vt vnde in boc mundo humano adiutorio priuantur, Sacerdotali tuitione poſſint E remedia reperire. f Inam: Redemptor noſter ad Sacerdotis officium non quærit aurum, ſed animas. g Ioam: Lux gregis eſt flamma paſtoris. Decet enim Dominicum Sacerdotem, moribus, et vita clareſcere, quatenus in eo tamquā in vitæ ſuę ſpeculo plebs commiſſa poſſit et eligere, quod ſequatur, et videre, quod corrigat. h Ioam: Eſt in illuſione nocturna valde neceſſaria diſcretio, qua ſubtiliter penſari debeat, ex qua re menti acciderit dormientis. Aliquando enim ex crapula: aliquando ea naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate: aliquando ea præcedenti cogitatione cootingit. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel F infirmitate euenerit, omnimodo hæc illuſio non eſt timenda: quia hanc animus pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, babet exiode animus aliqoem reatum, noo tamen vſque ad prohibitionem percipiēdi ſancti myſterij, vel Miſſarum ſollemnia celebrandi: cum fortaſſe, aut dies feſtus exigit, aut exhibere miniſterium, pro eo, quòd ſacerdos alius in loco deeſt, ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi aſſunt alij, qui implere miniſterium valeant, illuſio per crapulam facta a perceptione ſacri myſterij prohibere non debet, ſed ab immolatione ſacri myſterij, vt arbitror, ſubtrahere ſe humiliter debet. Si tamen

e Greg. in Reg. li. 1. in dict. 9. c. 13. in prin.
f Ibid. li. 5. cap. 128.
g Ibid. li. 7. cap. 32. in dict. 2.
h Ibid. lib. 12. cap. 12. paululum a prin.

tamen dormientis mentem turpi imagine non concuſſerit. Et infra: Si vero ea turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio dormienti, patet animo ſuus reatus. Videt enim a qua radice inquinatio illa proceſſerit: quia quod cogitauit ſciens, hoc pertulit neſciens. Sed penſandum eſt, ipſa cogitatio vtrum ſuggeſtione tantum, an delectatione, vel quod maius eſt, peccati conſenſu acciderit. a AVGVSTINVS de pœnitentia: Sacerdos cui omnis profitetur peccator, ante quẽ ſtatuitur omnis languor, in nullo illorum ſit iudicandus quod ipſe in alijs iudicare eſt promptus. Iudicans enim alium, qui eſt ab alijs iudicandus, condemnat ſeipſum. B b IDEM de ſingularitate clericorum: Contemplamini quid ſit populo ſancto præeſſe, et conſiderate quale ſit diuinis ſacramentis inſiſtere. Altario enim placere debent, qui altario viuunt, et talis conuenit cura ſinceritatis ſacratis, qualia ſunt ſacramenta ipſa, quibus exhibent officia ſeruitutis: ne contra, Dominum offendant ipſi, quem tractant, aut contra, populum incipiant impedire, quod prædicant. c AMBROSIVS ſuper Lucam: Religionis inſignia, arma ſunt ſacerdotis. d IDEM in Epiſtola: Sobriam a turbis grauitatem, ac ſerioſam vitã, et ſingulare pondus conuerſationis, dignitas ſibi vendicat ſacerdotalis. C Quo modo enim poteſt in exemplum obſeruari a populo, qui nihil habet diſcretum a populo, nihil diſpar in motibus a multitudine? Quid enim in te miretur, ſi omnia ſua facta bona, in ſemetipſo recognoſcat exiſtere? ſi nil in te aſpiciat, quod vltra ſe inueniat; ſi ea quæ in ſe erubeſcit, in te quem reuerendum arbitratur, offendat? e IDEM de officijs: Sacerdotis eſt, nulli nocere, prodeſſe velle omnibus, poſſe autem ſolius Dei eſt. f ISIDORVS de ſummo bono: Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda eſt: ita vt quod docet verbo, inſtruat et exemplo. g GLOSSA AMBROSIVS: Non facile accuſanda eſt perſona tam alti ordinis, cum ſit vice Chriſti. D

a Aug. de vera et falſa pœnit. li. vnico. cap. 10. to. 4.
b Reperitur S. Cypr. aſcriptus operã eiuſdem to. 3. edit. Pamelij.
c Amb. li. 9. in Luc. cap. 10. to. 3.
d Idẽ epiſt. lib. 3. epiſt. 20. ad Irenæũ. to. 3.
e Idẽ lib. 3. offic. cap. 9. to. 4.
f Iſid. li. 3. de ſum. bo. c. 36. ſen. 2.
g Refer. in Gloſ. c. Tom. 1.

De Sacerdotibus malis. Cap. XXI.

GREGORIVS h in homilia: Cui rei ſimiles dixerim ſacerdotes malos, niſi aquæ baptiſmatis, quæ peccata baptizatorum diluens, illos ad regnum cæleſte mittit, et ipſa in cloacas deſcendit? i IDEM in Paſtorali: Si homo apud hominem, de quo minime præſumit fieri interceſſor, erubeſcit: qua mente apud Dominum interceſſoris locum pro populo arripit, qui familiarem ſe eius gratiæ eſſe per vitæ meritum neſcit? E Aut ab eo, quo modo alijs veniam poſtulat, qui, vtrum ſibi ſit placatus, ignorat? k IDEM in Regiſtro: Durum eſt, et proculdubio a ſacerdotis officio alienum, perſonam poſitam ſub neceſſitate negligere, et ſtudio congregandi, indecenter inhiare pecunijs. l IDEM: Cauſa ſunt ruinæ populi ſacerdotes mali. Quis enim ſe pro populi peccatis interceſſor obijciat, ſi ſacerdos, qui exorare debuerat, grauiora committat? m IDEM: In contumeliam ſacerdotum eſt, de diuinis cultibus admoneri, quod enim ipſi debent exigere, turpiter exiguntur. n AMBROSIVS in ſermone: Mendacium eſt, ſacerdotem, vel clericum ſe profiteri, et contraria huic ordini operari. F o IDEM in epiſtola: Nihil in ſacerdote tam periculoſum apud Deũ, tam turpe apud homines, quàm quod ſentiat, non libere denunciare. p IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: Vere magna confuſio eſt ſacerdotum, et omnium clericorum, quando laici inueniuntur fideliores eis et iuſtiores. Quo modo autem non ſit confuſio, eſſe illos inferiores laicis, quos etiam æquales eſſe confuſio eſt? q ISIDORVS de ſummo bono: Sacerdotes populorum iniquitate damnantur, ſi eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. r IDEM: Multi ſacerdotes metu poteſtatis veritatem occultant, et a A bono opere, vel iuſtitiæ prædicatione, rei alicuius formidine, aut poteſtatis terrenæ auertuntur. Sed heu proh dolor, inde metuunt, quia vel amore rerum ſæcularium implicantur, vel quia aliquo facinoris opere confunduntur. s HIERONYMVS in epiſtola: Vinolentos ſacerdotes et Apoſtolus damnat, et vetus lex prohibet. Qui enim altario ſeruiunt, vinum et ſiceram non bibant. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt. t IDEM: Peccator homo ſi ceciderit, rogabit pro eo ſacerdos, pro ſacerdotis lapſu quis rogaturus eſt? u IDEM in originali ſuper Malachiã: Ad ſacerdotis pertinet diſciplinam, interrogatum reſpondere de lege, qui ſi B non doceat, et reſpondet, et reſiſtentes non conuincat, fruſtra iactat ſacerdotis dignitatem, cuius opera non exhibet. x BERNARDVS in epiſtola: Cernitur in nonnullis ſacerdotibus veſtium cultus plurimus, virtutum aut nullus, aut exiguus. y IDEM in ſermone: Egreſſa eſt iniquitas a ſenioribus iudicibus tuis Domine, qui videntur regere populum tuum. Non eſt iam dicere, vt populus ſic ſacerdos: quia ſic nec populus, vt ſacerdos. Heu heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, et regere principatum. z IDEM de contemptu: In multis multipliciter C regnat fornicatio, qui puritatis auctori, impuro corde et corpore miniſtrantes, non verentur ſtare ante Angelum Dei, qui ſecet medios, et diſperdat: ſed omnino audent Agni immaculati ſacras contingere carnes, et intingere in ſanguine Saluatoris manus nephanas, quibus paulo ante, proh dolor, meretrices attrectarunt. Sic et altaria circuire, ſic et Eccleſias frequentare, pſalmos decantare, cum et eiuſmodi laus ſit execrabilis, et oratio fiat in peccatum.

h Greg. hom. 17. in Euang. circ. fi.
i Idẽ paſt. par. 1. c. 11. in prin. fore.
k Idẽ Reg. li. 4. ind. 13. cap. 70.
l Ibid. li. 9. cap. 64.
m Ibid. lib. 4. cap. 5. in prin.
n Amb. ſer. 44. de temp. cir. med. to. 5.
o Idẽ epiſt. lib. 2. epiſt. 17. ad Theodoſ. to. 5.
p Chryſoſt. oper. imp. hom. 40. in Mat. c. 21. to. 2.
q Iſid. de ſũ. bo. lib. 3. c. 46. ſen. 1.
r Ibid. cap. 45. ſent. 2.
s Hiero. epiſt. 2. ad Nepoti. poſt med. to. 1.
Leuit. 10.
t Ibid. epiſt. 1. ad Heliod.
u Idem in Malac. cap. 2. to. 5.
x Ber. epiſt. 42. ad Honori. Senon. Archiepiſc. nõ longe a prin.
y Idem in ſer. 1. de conuerſ. s. Pauli an. med.
z Idem in Declamat. ſuper Ecce nos longe ante med.
Pſ. 108.

De Clericis. Cap. XXII.

D GREGORIVS a in Homilia: Clericus admonendus eſt, quatenus ſic viuat, vt exemplum vitæ ſæcularibus præbeat. b IDEM in Regiſtro: Ne vnquã hi, qui ordinati ſunt, pereant, prouideri debet, quales ordinentur: vt prius aſpiciatur, ſi vita eorum continens in annis plurimis fuit, ſi ſtudium lectionis, ſi eleemoſynæ amorem habuerunt. c IDEM: Proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquã non ex merito, ſed ex fauore, quod abſit, aut ex venalitate prouehitur. d IDEM: Qui poſt acceptum ſacrum ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro ordine ita careat, vt ad altaris miniſterium vlte- E rius non accedat. e ISIDORVS in libro etymologiarum: Cleros Græce, ſors, vel hereditas dicitur: propterea ergo dicti ſunt clerici, quia de ſorte ſunt Domini, vel quia Domini partem habent. * HIERONYMVS in epiſtola: Clerici vita, Chriſti debet ornari Eccleſia. f IDEM: Negotiatorem clericum, et ex inope diuitem factum, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge. * IDEM: Procuratores atque diſpenſatores domorum alienarum, atque villarum, quo modo poſſunt eſſe clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? g IDEM: Ita age et viue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis, vt ado- F leſcentiam tuam nulla ſorde commacules, vt ad altare Chriſti, quaſi virgo de thalamo procedas, et habeas de foris bonum teſtimonium. Feminæ nomen tuum nouerint, vultum neſciant. * AMBROSIVS in epiſtola: Tu quicumque in clero es, Domini portio es, et poſſeſſio eius, noli recedere de Domini tui poſſeſſione, vt dicas Domino, poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de vtero matris meæ, et ille tibi quaſi bono ſeruo dicat: Tranſi, et recumbe. h AVGVSTINVS de ſingularitate clericorũ: Cum Chriſtus agnus innocens, immo ipſa cæleſtis innocentia, quod eſt verius, tantum ſe contempſerit pro Eccleſia, vt eam ſine macula, vel vlla ruga redderet illibatam, qualis eſt ille clericus, cui ad hoc ſponſa Chriſti committitur,

vt pro

a Greg. Homil. 17. in Euang. circ. fi.
b Idem in Reg. lib. 3. cap. 26.
c Ibid. li. 2. cap. 86.
d Ibid. li. 3. cap. 26.
e Iſid. Etymol. lib. 7. cap. 12.
f Idẽ epiſt. 2. ad Nepo. ante med. to. 1.
g Ibid. epiſt. 4. ad Ruſti.
h Eſt apud Cypr. to. 3. Pamm. edit.

vt pro vnius feminæ amore, culpari totam Eccleſiam patiatur? * IOANNES CHRYSOSTOMVS ſuper Matthæum: Laici delinquentes, facile emendantur, clerici autem ſi ſemel euaſerint, inemẽdabiles ſunt. a BERNARDVS de contemptu: Væ væ in domo Dei horrendum videmus. Quid? Idolatras miniſtrantes Menoor, ſi non idolorum ſeruitus auaritia eſt. Si non quibuſdam etiam venter ſuus factus eſt Deus ſuus. Quod enim quiſque præ ceteris colit, id ſibi Deum conſtituiſſe perhibetur. b IDEM: Res pauperum, non pauperibus dare, par ſacrilegio crimen eſſe dinoſcitur. Sane patrimonia pauperũ facultates ſunt eccleſiarum, et ſacrilega eis cupiditate ſurripitur, quidquid ſibi miniſtri, et diſpenſatores, non vtique Domini, vel poſſeſſores, vltra victum accipiunt, et veſtitum. c IDEM in ſermone: Dilatata videtur Eccleſia: et ipſe clericalis ſacratiſſimus ordo ſuper numerum multiplicatus eſt. Verum, et ſi multiplicaſti gentem Domine, non magnificaſti lætitiam; dum nihil minus appareat defeciſſe meriti, quàm numeri acceſſiſſe. Multa infra libro tertio, in capitulo de familiaritate.

a Bern. in Declamat. ſuper Ecce nos, ante med.
b Ibidem.
c Idem in ſer. de conuerſi. ad Cleri. c. 29.

De Beneficiatis. Cap. XXIII.

GREGORIVS d in Regiſtro: Sicut Eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas inuadere, non oportet. e IDEM: Laudabile ſtudium, et conueniens eſt clerico, et religioſo, terrenis gratam Deo pacem præferre compendijs, et ex rebus tranſitorijs mãſura ſemper charitatis lucra mercari. f IDEM loquens de illo verbo Ioannis: Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia ex panibus meis manducaſtis, et ſaturati eſtis. Per eorum perſonam Dominus illos intra ſanctam Eccleſiam deteſtatur, qui per ſacros ordines ad Dominum propinquantes non in eiſdem ordinibus virtutum merita, ſed ſubſidia vitæ præſentis exquirunt: nec cogitant, quid bene viuendo imitari debeant, ſed quæ concupiſcendo compendia ſortiantur. g AVGVSTINVS in epiſtola: Si priuatim, quæ nobis ſufficiant poſſidemus, non ſunt illa noſtra, ſed pauperum, quorũ procurationem quodam modo gerimus, non proprietatem nobis vſurpatione damnabili vendicamus. g IDEM de verbis Domini: Clericus ſi non contentus ſtipendijs fuerit, quæ de altario, Domino iubente, cõſequitur, ſed exercet mercimonia, interceſſiones vendit, munera libenter amplectitur, hic negociator magis poteſt videri, quàm clericus. h BERNARDVS ſuper Cantica: Timeant clerici, timeant miniſtri eccleſiarum Dei qui in terris ſanctorum, quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipendijs, quæ ſufficere debeant, minime contenti, ſuperflua, quibus egeni ſuſtentandi forent, impie ſacrilegeq. ſibi retineant, et in vſus ſuæ ſuperbiæ, atque luxuriæ victum pauperum conſumere non verentur: duplici profecto iniquitate peccantes, eo quod et aliena diripiunt, et ſacris, in ſuis vanitatibus et turpitudinibus, abutuntur. i IDEM in epiſtola: Honores et dignitates eccleſiaſticas non ignoro deberi his, qui eas digne, et ſecundum Deum adminiſtrare, et velint, et poſſint. Et infra: Nec cuiquam vel adulto plures in pluribus eccleſijs habere licet, niſi diſpenſatorie quidem ob magnam vel Eccleſiæ neceſſitatem, vel perſonæ vtilitatem. k IDEM: Quidquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt. l IDEM: Conceditur tibi, vt ſi bene deſeruis, de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris, vt de altario ſuperbias, vt inde compares tibi fræna aurea, ſellas depictas, calcaria deaurata, varia griſeaq. pellicea. m IDEM de contemptu: Væ væ tibi clerice, mors in olla, mors in ollis carnium, mors in delicijs eſt: non modo quia ſecus introitum delectationis poſita eſſe cognoſcitur, ſed ob id maxime, quia populi peccata conſtat eſſe, quæ comedis, ac ſi propria tibi minus ſufficere viderentur. Solicitus eſto tamquam redditurus rationem, dignos pro eis gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. n IDEM: Quando poterit neceſſarijs eſſe contentus, qui eo animo introiuit, vt ſtipendia clerici in vſus voluptatis, curioſitatis, et vanitatis congreget, ſeruet, et expendat? Triplex eſt ergo funiculus, qui difficile rumpitur, hominem miſerum in perniciem trahit: qui impure intrat, indigne miniſtrat, et ipſo fructu abutitur temporali. o IDEM: Non ordinauit Deus his, qui Euangelio ſeruiunt, de Euangelio quærere delicias, vel ornatum: ſed viuere, vt ait Paulus, ex eo, vt videlicet ſint contenti alimenta corporis, non gulę irritamenta, vel incentiua libidinis habere; et quibus tegantur, non quibus ornentur accipere. IDEM: De altario, inquit Apoſtolus, viuat, non ſuperbiat, non luxurietur: denique non ditetur, non contra ſancti cuiuſquam plane dignam omni acceptione ſententiam ex clericatu ditior fiat. Non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis: nec loculos inde congreget, nec in vanitate, aut ſuperfluitate diſpergat: non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos, aut nepotes, ne filias dixerim.

d Greg. in Reg. lib. 2. cap. 52.
e Ibid. li. 7. cap. 27. in dict. 2.
f Idem lib. 25. Mor. c. 36. cir. med.
g Aug. de verb. Do. ser. 19. in fi. to. 10.
h Bern. in Cãt. ſer. 23. poſt med.
i Idẽ epiſt. 271. ad Comitẽ Theobaldum.
k Ibid. epiſt. 2. ad Fulconem cir. fi.
l Ibidem.
m Idem in declamat. ſuper Ecce nos, longe ante med.
n Ibidem.
Eccleſ. 4. c
o Ibidem.
Ibidem.
1. Cor. 9. b et 1. Tim. 6. b

De Ambitioſis. Cap. XXIV.

GREGORIVS p in Regiſtro: Sicut is, qui inuitatus renuit, quæſitus refugit, ſacris eſt altaribus admouendus, ſic qui vltro ambit, vel importunum ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. q IDEM: Verecundum nobis eſt, et dicere pudet, quia ſacerdotes ſibi ducatum arripiunt, qui exordium religioſæ militiæ non viderunt. r IDEM: Ordinate ad ordines accedendum eſt: nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus, per abrupta aſcenſum quærit. ſ IDEM in paſtorali: Nulla ars doceri præſumitur, niſi prius intenta meditatione diſcatur. Ab imperitis ergo paſtorale magiſterium qua temeritate ſuſcipitur, quando ars artium eſt regimen animarum? t IDEM: Ipſi regnauerunt, et non ex me, principes extiterunt, et non cognoui. Ex ſe namque, et non ex arbitrio ſummi Creatoris regnant ij, qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati, ſed ſua cupiditate accenſi, culmen regiminis rapiunt potius, quàm aſſequuntur. u IDEM: Sacrum officium non ſolum non diligit omnino, ſed neſcit, qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta meditatione cogitationis ceterorum ſubiectione paſcitur, laude propria lætatur, ad honorem cor eleuat, rerum affluentium abundantia exultat. x IDEM: Neſcit laudem, cum ſuppetit fugere, qui ad hãc didicit, cum deeſſet anhelare. IDEM: Quod dicere pudet, ſupra in capitulo de prælatis malis. y ISIDORVS de ſummo bono: Qui regimen ſacerdotum contendit appetere, ante ſe diſcutiat, ſi vita honori ſit congrua: quod ſi non diſcrepat, humiliter ad id, quod vocatur, accedat: reatum quippe culpa geminat, ſi quis cum culpa ad ſacerdotale culmen aſpirat. z IDEM: Qui ad hoc conuerſionem ſanctitatis prætendit, vt alijs quãdoque præeſſe poſſit, iſte non diſcipulus Chriſti, ſed prauitatis, et Antichriſti ſectator exiſtit: quia non pro Deo, ſed pro ſæculi honore portare ſtudet crucis Chriſti contumeliam et laborem. a AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Locus ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etiam ſi teneatur, et adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur. b IDEM de Trinitate: Homines diabolum tanto magis imitantur, quanto magis, neglecta vel etiam peroſa iuſtitia, potentiæ ſtudent, eiusq. vel adeptione lætantur, vel inflammantur cupiditate. c AMBROSIVS ſuper Lucam: Si Dominus Ieſus propria deſeruit, tu aliena cur

p Greg. in Reg. lib. 9. cap. 110. ante med.
q Ibid. lib. 4. cap. 97.
r Ibid. li. 7. c. 110. paululum a med.
ſ Idẽ paſt. par. 1. c. 1. in prin.
t Ibidem.
u Ibid. par. 1. cap. 8.
x Ibid. par. 1. cap. 9.
y Iſid. li. 3. de ſum. bo. c. 34. ſent. 4.
z Ibid. cap. 19. ſent. 3.
a Aug. de ciui. Dei li. 19. cap. 19. in fi. to. 5.
b Idem de Trin. li. 13. c. 13. to. 3.
c Ambr. li. 4. in Luc. cap. 4. to. 3.

cur quæris? Si creator omnium ſæculi gloriam ſubeundæ paupertatis virtute contempſit, cur tu faſtidias, ad quod natus es, appetas quod indebitum eſt? Cur ea, quæ ad vſum tibi diuturna eſſe non poſſunt, ad ſupplicium diuturna depoſcas? Caue inſidias, caue fraudes. a IDEM: Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a malo: ita etiam a Deo poteſtatum ordinatio, a malo ambitio poteſtatis. b IDEM: Sæpe quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubuertere, facit ambitio criminoſos. Habet enim forenſem gratiam, domeſticum ſcelus, et vt dominetur alijs, prius ſeruit. c BERNARDVS de conſideratione: O ambitio ambientium crux, quo modo omnes torquens, omnibus places. B Nil acerbius cruciat, nil moleſtius inquietat, nil tamen apud miſeros mortales celebrius negotijs eius. An nõ limina Apoſtolorum plus ambitio, quàm deuotio terit? d IDEM ſuper Miſſus: Quotiens hominibus præeſſe deſidero, totiens Deum meum præire contendo, et tunc vere non ſapio ea, quæ Dei ſunt. e IDEM: Videas homines pecunioſos ad honores quoſque Eccleſiaſticos peruolare, moxq. applaudere ſibi ſanctitatem, veſtium duntaxat mutatione, non mentium, et dignos ſe æſtimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodq. ſi audeo dicere, adepti ſunt nummis, attribuere meritis. f IDEM ſuper Cantica: O vtinam prælati tam vigiles reperirentur ad curã, quàm alacres currunt ad cathedram. g IDEM: Non probe ſatis præeſſe affectas, quibus prodeſſe non curas, et quorum non zelas ſalutem, ſubiectionem nimis ambitioſe vendicas tibi. h IDEM in Epiſtola: Ambitio mater hypocriſis, latebras amat, et tenebras quærit, lucis impatiens. Ambitio ſpurcum vitium in imo iacet, videt tamen omne ſublime, ſed videri ipſa refugit: nec mirum, optato namque neceſſe eſt careat, niſi caueat arbitros. i IDEM: Curritur in clero paſſim ab omni ætate, et ordine a doctis pariter, et indoctis ad Eccleſiaſticas curas, tamquam ſine curis quiſque victurus ſit, cum ad curas peruenerit. k IDEM ſuper Qui habitat: Radix iniquitatis ambitio, ſubtile malum, ſecretũ virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. l IDEM: Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti: ipſa quoque Eccleſiaſticæ dignitatis officia in turpem quæſtum, et tenebrarũ negotia tranſiere: nec in his animarum ſalus, ſed luxus quæritur diuitiarum. Propter hoc tondentur, propter hoc frequentant Eccleſias, Miſſas celebrant, pſalmos decantant. Pro Epiſcopatibus, et Archidiaconatibus hodie decertatur, vt Eccleſiarum redditus in ſuperfluitatis, et vanitatis vſus diſſipentur. m IDEM de contemptu: Alius vndique circuit ſedulus explorator, blanditur, obſequitur, ſimulat, et diſſimulat, miſeraq. ſibi ſuffragia mendicare non erubeſcit, manibus, et pedibus repens, ſi quo modo tandem ſe ingerere queat in patrimonium Crucifixi, et bona Domini, quæ ſola ex omnibus inueniuntur expoſita. Nimirum peregre profectus eſt, ſed in pleniſſimo die, vt ſua diſtricte repetat, rediturus. n IDEM: Vniuerſos in ordinibus Eccleſiaſticis, ceteriſq. ad ſanctuarium pertinẽtibus honorem quærentes proprium, aut diuitias, ſeu corporis voluptatem, poſtremo, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, maniſeſte prorſus, et indubitanter non ea, quæ Deus eſt charitas, ſed aliena a Deo, et omnium radix malorum cupiditas introducit. o IDEM: Potentes potenter tormenta patientur. Aſcendat ſuperbia tua ſemper, ſequere regem tuum, omne ſublime uideant oculi tui, feſtina multiplicare præbendas, inde ad Archidiaconatum euola, deinde aſpira ad Epiſcopatum, nec ibi quidem requiem habiturus: quoniam ſic itur ad aſtra. p IDEM in ſermone:

a Ibidem. b Ibidem. c Ber. li. 3. de conſid. ante med. d Idem homil. 1. ſuper Miſſ. eſt non longe a ſi. e Ibid. homil. 4. poſt med. f Idem in Cãt. ſer. 77. ante med. g Ibid. ſer. 23. ante med. h Idẽ epiſt. 126. ad Epiſc. Aquitanæ ante med. i Ibid. epiſt. 42. ad Henric. Senon. Archiepiſ. longe poſt med. k Idem ſuper Qui habitat ſer. 6. ante med. l Ibid. prope ſi. m Idem in Declamat. ſuper Ecce nos ante med. n Ibidem. o Ibidem. Sap. 6. b p Idem ſer. a i Aſcen. Domi. prope ſi.

A O peruerſitas, o abuſio filiorũ Adam, qui cum aſcendere difficillimum ſit, deſcendere autem facillimum, ipſi et leuiter aſcendunt, et deſcendunt difficilius, parati ad honores, ad celſitudineſ graduum Eccleſiaſticorum ipſis etiam angelicis humeris formidãdos. q IDEM: Curritur paſſim ad ſacros ordines, et reuerenda quoque ipſis ſpiritibus angelicis myſteria homines apprehendunt ſine reuerentia, ſine conſideratione. Neque enim ſignum regni cæleſtis occupare, aut illius timent Imperij geſtare coronam, in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, ſedet iniquitas, luxuria dominatur, ſuperbia principatur.

q Idem ſer. de cõueſ. ad Cleric. cap. 19.

De ſtudentibus. Cap. XXV.

GREGORIVS r in Moralibus: Idcirco nonnumquam ſtudioſus tarditate intelligentiæ premitur, ut eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in ſtudio inuentionis elaborat. s IDEM: A feruore mentis, uel inter ſpiritales inimicos, vel inter carnales quoſque proximos, ipſi aliquo modo uiuendi uſu ueteraſcimus, et aſſumptæ nouitatis ſpeciem fuſcamus. A qua tamen uetuſtate quondie, ſi ſtudia circumſpectionis inuigilent, orando, legendo, C bene viuendo, renouamur. t IDEM ſuper Ezechielem: Qui idcirco in ſacro eloquio ea, quæ dignitatis ſunt, contemplatur, vt per hoc, quod intelligit, occupari ad quæſtiones poſſit, quia non dulcedine quæſitæ veritatis ſanari appetit, ſed doctus videri: iſte nimirum intellectus ſui pennas deſuper non extendit. u IDEM: In verbis ſacri eloquij iſte debet ſtudij noſtri ordo ſeruari, vt hæc ideo cognoſcamus, quatenus de iniquitate noſtra compuncti, et cognoſcentes mala, quæ fecimus, ipſa vitemus, ne alia faciamus. Et cum iam ex magno vſu lacrymarum de peccatorum remiſſione cœperit eſſe fiducia, per verba Dei, quæ in- D telligimus, ad vitam quoque et alios trahamus. x IDEM in paſtoralibus: Valde inter humana verba cor noſtrum defluit, cumq. indubitanter conſtet, quòd exterius occupationum tumultibus impulſum a ſemetipſo corruat, ſtudere inceſſabiliter debet, vt per eruditionis ſtudium reſurgat. y IDEM in Regiſtro: Dum his, quibus ædificamur, innitimur, locum ſine dubio deceptionis excludimus. z HIERONYMVS in originali ſuper Michæã: Non æſtimes in eo te placere Deo, ſi ſermones, ideſt, ſcripturas illius legas: tunc enim ſcripturæ proſunt legenti, ſi quod legitur, opere compleatur. z ISIDORVS de ſummo bono: E Lector ſtrenuus potius ad implendum, quæ legit, quàm ad ſciendum erit promptiſſimus. Minus enim pœna eſt neſcire, quod appetas, quàm ea, quæ noueris, non implere. a IDEM in Synonimis: Diſce quod neſcis, ne doctor inutilis inueniaris: antea eſto auditor, poſtea doctor. b IDEM: In diſputatione tolle certamen, tolle pertinacem vincendi defenſionem: cede cito veritati, non contradicas iuſtitiæ. c IDEM: Diſputare ſtude, non ſuperare: plus dilige audire, quàm dicere: plus auſcultare, quàm loqui. d AVGVSTINVS in ſermone: Multos reperimus negligentiſſimos iuſtitiæ, et auidiſſimos ſapientiæ: hos do- F cet ſcriptura diuina peruenire non poſſe ad id, quod appetunt, niſi ſeruando quod negligunt: Fili, inquit, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, et Dominus præbebit illam tibi. e IDEM de ciuitate Dei: Philoſophiæ eſt finis boni: nulla eſt igitur cauſa philoſophãdi, niſi finis boni. Quamobrem, quæ nullum boni finem ſectatur, nulla philoſophiæ ſecta dicenda eſt. f IDEM de Trinitate: Nec pigebit me ſicubi hæſito, quærere, nec pudebit me, ſicubi erro, diſcere. g IDEM: Quiſquis hæc legit, vbi pariter certus eſt, pergat mecum: vbi pariter hæſitat, quærat mecum: vbi errorem ſuum cognoſcit, redeat ad me: vbi meum cognoſcit, reuocet me. Et poſt: Et hoc placitum primum atque tutum coram Domino

r Greg. lib. 6. Mor. c. 6. in ſi. s Ibid. lib. 19. cap. 16. poſt med. t Idẽ hom. 4. in Ezec. ante med. u Ibid. homil. 10. non lõge a prin. x Idẽ paſt. 2. par. c. 11. paululum a prin. y Idẽ. Reg. li. 7. ind. 2. c. 110. cir. ſi. et lib. 12. indict. 7. c. 31. cir. ſi. z Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 8. ſententi. 5. a Idem lib. de Synony. cap. 16. b Ibidem. c Ibidem. d Aug. ſer. 1. de annũtiat. Dominica 10. 10. e Idem de ciuit. Dei li. 19. c. 1. prope ſi. to. 5. f Idem de Trin. lib. 1. c. 2. to. 3. g Ibid. c. 3.

A Domino Deo noſtro, cum omnibus gratum, quia ea, quæ ſcribo, legunt: & in omnibus ſcriptis meis, maxime in his, vbi quæritur vnitas Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Quia nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid inuenitur. a IDEM de opere monachorũ: Quæ eſt iſta peruerſitas, lectioni obtemperare nolle, dum vult ei vacare: & dũ id quod bonũ eſt, diutius legatur, ideo facere nolle, quod legitur? b BERNARDVS ſuper Cantica: Scias quo ordine, quo ſtudio, quo fine quæque noſſe oporteat. Quo ordine, vt id prius addiſcas, quod eſt maturius ad ſalutem. Quo B ſtudio, vt id ardentius, quod eſt vehemẽtius ad amorem. Quo fine, vt non ad inanem gloriam, aut propter curioſitatem, aut aliquid ſimile: ſed tantum ad tuam, & proximi ædificationem, & ad Dei gloriam. IDEM c: Sunt qui ſcire volunt eo fine tantũ, vt ſciant, & turpis curioſitas eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt: & ſunt item, qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam alijs vendant, verbi cauſa, pro pecunia, & honoribus, & turpis quæſtus eſt: ſed ſunt quoque qui ſcire volunt, vt alios ædificent, & charitas eſt: & item, qui ſcire volunt, vt ædificentur, & prudentia eſt. d IDEM in epiſtola: Falleris fili, falleris, ſi te putas inueniri apud mundi magiſtros ſcientiam, quam ſoli Chriſti diſcipuli, id eſt, mũdi contemptores Dei munere aſſequuntur. Non enim C hanc lectio docet, ſed vnctio: non littera, ſed ſpiritus: nõ eruditio, ſed exercitatio in mãdatis Dei. e IDEM: Non rectè proditur ad ſciẽtiæ limen, niſi iuſtitiæ germen præcedat ad animã, ex quo formetur granũ vitæ, & non palea vanæ gloriæ. f IDEM in ſermonibus: Peſſimus mons inflans ſcientia, in quem tamen vſque hodie tanta videas concupiſcentia plurimos repere filiorum Adam, ac ſi non nouerint, quantum pater illorum illius montis aſcenſu deſcenderit: immo, quam grauiter ceciderit, quantum tota deiecta ſit, & conquaſſata poſteritas. g SENECA in epiſtola: Tamdiu diſcendum eſt, quemadmodum viuas, quamdiu viuis. D

a Idem de opere Monach. li. vnico cap. 17. tom. 3.
b Bern. in Cant ſerm. 36. ante med.
c Ibidem.
d Idẽ epiſt. 108. ad Thomam de S. Audomaro.
e Ibidem.
f Idẽ ſer. 4. in Aſcenſ. Dom. nõ longe a prin.
g Sen. epiſt. 76. in pri.

De Aduocatis. Cap. XXVI.

GREGORIVS h ſuper Ezechielẽ: Iuſtus aduocatus iniuſtas cauſas nullo modo accipit, nec verba dare pro iniuſtitia conſentit. i IDEM ſuper illud Iob: De conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant. In valle repertis ſingulis cum clamore occurrere, ex ſubortis cauſarum occaſionibus, etiam pro parua ſtipe litigare. k AVGVSTINVS de verbis Domini: Vſque adeo cupiditatis inoleuit malum, vt iam ex conſuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, ſententia ipſa venalis ſit, & E nulla iam cauſa poſſit eſſe ſine cauſa. l BERNARDVS de conſideratione: Quotidie perſtrepunt in palatio leges, ſed Iuſtiniani, nõ Domini. m IDEM: Certe lex Domini immaculata, conuertens animas. Hæ autem non tam leges, quàm lites ſunt, & cauillationes ſubuertentes iudicium. n IDEM: Miror, quemadmodum religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnas verborum; quæ magis ad ſubuerſionem, quàm ad inuentionem proficiũt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia doloſa claude. o IDEM: Aduocati ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium: diſerti, aduerſus iuſtitiam: eruditi, pro falſitate: ſapientes ſunt, vt faciant malũ: F eloquentes, vt impugnent verum. p IDEM: Iniqua omnis appellatio, ad quam iuſtitiæ inopia nõ coegit. Appellare, nõ vt graues, ſed ſi grauaris licet. q IDEM: Qui non grauatus appellat, liquet, quia aut grauare intendit, aut tempus redimere.

h Greg. ho. 7. in Ezec. cir. fi.
i Idẽ li. 20. Mor. c. 15. poſt med.
k Aug. ſer. 19. de ver. Domi. poſt med. to. 10.
l Bern. de Conſi. li. 1. ante med.
m Ibidem.
n Ibidẽ poſt med.
o Ibidem.
p Ibid. li. 3. ante med.
q Ibidem.

De Religioſis bonis. Cap. XXVII.

GREGORIVS r in Regiſtro: Expedit paruo incõmodo, a ſtrepitu cauſarũ ſeruos Dei quietos exiA ſtere, vt & vtilitates collectæ per negligentiam non pereant, & ſeruorum Dei mentes ad opus diuinum liberiores exiſtant. s IDEM: Sicut veraciter aduerſus religioſos dicta crimina, digna ſunt vltione plectẽda; ita ab illatis nihilominus ſunt abſoluendi, quando nullus eos culpæ reatus aſtringit. t AVGVSTINVS in regula: Non debent velle omnes, quòd paucos vident, amplius, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere; ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio, vbi quantum poſſunt fiunt diuites laborioſi, fiunt pauperes delicati. u IDEM de moribus Eccleſiæ: Quis non illos miretur, & prædicet, qui B contemptis, atque deſertis mundi huius illecebris, in communem vitam ſanctiſſimam, & caſtiſſimã congregati ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus, nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi: ſed modeſti, verecundi, placati, concordiſſimã vitam, & intentiſſimam in Deum, gratiſſimũ munus ipſi offerũt, a quo iſta poſſe facere meruerũt? x ISIDORVS in libro Etymologiarũ: Religioſus, ait Cicero, a relego eſt appellatus, quia retractat, & tamquã relegit ea, quæ ad cultum diuinum pertineant. y IDEM de Summo bono: Sancti viri funditus ſæculo renunciãtes, ita huic mũdo moriũtur, vt ſoli Deo viuere delectentur: quantoq. ab huius ſæculi conuerſatione ſe ſubC trahunt, tanto internæ mentis acie præſentiam Dei, & Angelicæ ſocietatis frequentiã contemplãtur. z BERNARDVS ſuper Cantica: Omnis in vobis, qui ceterorum infirmitates tam corporum, quàm animorum non ſolum patienter ſupportat, ſed inſuper, ſcilicet ſi valet, iuuat obſequijs, conſortat alloquijs, informat conſilijs: & ſi hoc forſitan nõ poteſt propter diſciplinam, ſolicitus ſaltem orationibus ſolatiari non ceſſat infirmos. Omnis, inquam, qui talia operatur in vobis, bonum omnino inter fratres ſpargit odorem. IDEM: a Optimum in moribus dixerim, qui in nullo prorſus aut reſiſtat prioribus, aut inuideat paribus, D aut ſubiectis, vel deſit in cura, vel in ſuperbia præſit, prælatis obediens, ſocijs congruens, ſubditis vtiliter condeſcendens. b IDEM in epiſtola: Conuerſare ſimpliciter inter fratres Deo deuotus, magiſtro ſubditus, ſenioribus obediẽs, iunioribus obtemperans, Angelis placens, verbo vtilis, humilis corde, manſuetus ad omnes. c IDEM in ſermonibus: Tu qui in cõgregatione es, bene viuis, ſi viuis ordinabiliter, ſocialiter, & humiliter: ordinabiliter tibi, ſocialiter proximo, humiliter Deo. * IDEM: Certum triumphati mundi teſtimonium eſt, ſi corpus caſtigas, & ſubijcias ſeruituti, ne pernicioſa libertate ſeruiat voluptati: ſi fletui præbeas E oculos magis, quàm curioſitati: ſi denique ſpirituali dilectione flagrans, nulli dederis animum vanitati. IDEM: d Quoniam ſpectaculum facti ſumus, & Angelis, & hominibus: Seminemus hominibus exemplum bonum per aperta opera bona: ſeminemus Angelis gaudium, per occulta ſuſpiria ſancta. e IDEM: In congregatione poſitus, voluntates aliorum tuis voluntatibus anteponas: vt non ſolum ſine querela, ſed etiã cum gratia maneas inter fratres, portans omnes, orans pro omnibus, vt & de te quoque dicatur: Hic eſt fratrum amator. * IDEM: Parum timet diabolus ieiunantes, vigilantes, cõtinentes, quia tam de iſtis, quàm de illis multos traxit in laqueum ruinæ: ſed concordes, & vnanimiter viuentes in domo Domini, conF iuncti Deo, & ſibi per vinculum charitatis, hi dolorem, hi timorem, hi liuorem diabolo ingerunt.

r Greg. Reg. li. 1. indict. 9. c. 67.
s Ibid. li. 6. indict. 15. c. 182.
t Auguſt. Reg. ſ. . . . 15 to. . . .
u Idem de mori. Eccle. c. 31. to. 10.
x Iſid. Etymol. lib. 10.
y Idem de ſum. bo. lib. 3. cap. 17. ſent. 2.
z Bern. in Cant. ſerm. 12. cir. me.
a Ibid. ſer. 28. cir. me.
b Idẽ epiſt. 87. ad Ogerium poſt med.
c Idẽ ſer. 1. in feſt. Apoſtol. Pet. & Pauli poſt med.
d Idem in ſer. de S. Benedicto poſt med.
e Idẽ ſer. 1. in vigil. Nati. Dom. poſt med.

De Religioſis malis. Cap. XXVIII.

GREGORIVS f in Moralibus: Ex actione ſecularium confunditur actio religioſorum, dum illi etiam promittendo non ſeruant, quæ in præceptis audiunt: & iſti viuendo ea cuſtodiunt, in quibus nequaquam legalibus mandatis aſtringuntur. g IDEM: Sæpe nonnulli

f Gregor. in Mora. praef. in Iob c. 2.
g Greg. li. 8. Moral. c. 24. in 6.

nulli prauitatis aperte uias deſerunt, ſanctitatis habitũ ſumunt: moxq. ut prima limina bene uiuẽdi contigerint, obliti quid fuerint, affligi iam per pœnitẽtiam de perpetratis nequitijs nolũt: laudari autem de inchoata iuſtitia appetunt: præeſſe ceteris melioribus concupiſcunt. Quos plerumque dum iuxta uotum præſens proſperitas ſequitur, multo, quàm prius fuerant, de ſanctitatis habitu peiores fiunt. a IDEM: Praui homines cultum religionis aſſumunt, & bonorum uitam ſub deſpectis ueſtibus iniquis moribus premunt. IDEM b ſuper Ezechielẽ: Sæpe quoſdam uidemus ad uocem prædicationis, quaſi ex conuerſione compunctos, habitum, non animum mutaſſe: ita ut religioſam ueſtem ſumerẽt, ſed ante acta uitia non calcarent. Auguſtinus in cap. de Ira: Melior eſt, &c. c IDEM de opere monachorum: Qui ueram oſtendit corporis infirmitatem, humane tractandus eſt: qui autẽ falſam prætendit, & conuinci non poteſt, Deo dimittendus eſt. d IDEM: Vtinam iſti, qui uacare uolunt manibus, omnino uacarent & linguis: neque enim tam multos ad imitationem inuitarent, ſi eis non tantum exempla pigra, ſed etiam muta proponerent. e IDEM in epiſtola: Ex quo Deo ſeruire cœpi, quo modo difficile ſum expertus meliores, quàm qui in monaſterijs profecerunt: ita non ſum expertus peiores, quàm qui in monaſterijs ceciderunt. f ISIDORVS de Sũmo bono: Atrociter in diſcuſſione diuini iudicij arguendi ſunt, qui quod profeſſione ſpoponderunt, opere implere contempſerunt. g BERNARDVS ſuper Miſſus: Illam, qua ſæculum deſeruimus, humilitatem deſerentes, dum poſt hoc cogimur inepta denuo ſectari ſtudia ſæcularium, canes efficimur reuertentes ad uomitum. h IDEM: Video, quod magis doleo, poſt ſpretam ſæculi pompam, nonnullos in ſchola humilitatis ſuperbiam magis addiſcere, ac ſub alis mitis humilisq. magiſtri grauius inſoleſcere, & impatientes fieri in clauſtro amplius, quàm fuiſſent in ſæculo. Quodq. magis peruerſum eſt, plerique in domo Dei non patiuntur haberi ſe cõtemptui, qui in ſua domo non niſi contemptibiles eſſe potuerunt: ut quia uidelicet, ubi a pluribus honores appetuntur, ideſt in ſæculo, ipſi locum habere non potuerunt, nec meruerunt: ſaltem ibi honorabiles uideantur, ubi ab omnibus honores contemnuntur. i IDEM in Apologia: Quid facit ſuperbia ſub pannis humilitatis tuæ Domine Ieſu? Numquid non habet, quo ſe palliet humana malitia, niſi unde inuoluta eſt Saluatoris infantia? l IDEM in epiſtola: Iungant ſe animis, qui iuncti ſunt inſtitutis. Inuicem ſe foueant, inuicem ſe defendant, inuicem onera ſua portent. Ait enim ſapiens: Frater adiuuans fratrem, ambo conſolabũtur. Quod ſi alterutrum, quod abſit, ſe corroſerint, & momorderint, nonne ſimul ambo deſolabuntur? * IDEM: Qui debitorem, & procuratorem carnis ſe conſtituit, ut magis uentrem ſterilem paſcere, quàm animæ ſtudeat bene facere, nullum religionis iugum, quãtumlibet leue, quantumlibet ſuaue uideatur, ei tolerabile eſt. Vnde contingit, ut neque hic, ubi ſine murmure eſſe non poteſt, neque in futuro, ubi pœnam murmurationis tolerare neceſſe eſt, pacem inueniat: ubi autẽ nõn eſt pax, ibi nec Deus, quia in pace factus eſt locus eius. m IDEM in ſermonibus: In omnibus fere religioſis cõgregationibus ſane inuenire eſt homines puſillanimes, & remiſſos, deficientes ſub onere, uirga, & calcaribus indigentes: quorum remiſſa lætitia puſillanimis triſtitia eſt, quorum breuis, & rara compunctio, animalis cogitatio, & tepida conuerſatio eſt: quorum obedientia ſine deuotione: ſermo, ſine circumſpectione: oratio, ſine cordis intentione: lectio, ſine ædificatione. n IDEM: Sunt in nos tria genera hominum, ipſaq. ſatis incongrua, & ordini, & homini, qui hanc uiam ingreſſus eſt. Sunt enim, qui bene incœperunt, ſed defecerunt cito: & ſunt, qui numquã incœperunt, ſed in ſua mollitie permãſerunt: & ſunt,

a Ibid. lib. 30. c. 4. poſt med.
b Idem homil. 10. in Ezec. ante med.
c Aug. lib. de oper. Monac. c. 19. to. 3.
d Ibid. cap. 22. in fi.
e Idẽ epiſt. 137. ad Clerum & popul. Hippo. in fi. to. 2.
f Iſidor. de ſum. bo. lib. 3. cap. 22. ſent. 3.
g Bern. homil. 4. ſup. Miſſus eſt prope fin.
h Ibid. paulo ante.
i Idem in Apolog. ad Gulielmum abbatẽ paulũ a prin.
l Idẽ epiſt. 243. ad Conrad. Regem Romanorũ.
m Idẽ ſer. 6. in Aſcen. Dom. ante med.
n Idem ſer. de ligno. fœno, & ſtipula.

qui captantur ſpiritu leuitatis, tardi, ad audiendum: ueloces, ad loquendum: paratiſſimi ſurſum enumerare, quod faciunt. Sed quid faciunt tamen? o IDEM: Magna eſt confuſio, & magna ualde, & ardentius ſæculares pernicioſa deſiderant, quàm nos utilia; citius illi ad mortem properãt, quàm nos ad uitã. p IDEM: De eo qui habitum habet religionis, & non uitam, propheta, inquit: Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit. Exteriorem quippe ſuperficiem intuens religioſus malus, ſalua ſibi omnia ſuſpicatur, non ſentiens uermem occultum, qui omnia interiora corrodit: manet tonſura, ueſtis necdum mutata eſt: ieiuniorum regula cuſtoditur, ſtatutis pſallitur horis, B ſed cor eorũ longe eſt a me, dicit Dominus. q IDEM in epiſtola: Multo facilius reperies multos ſæculares conuerti ſimpliciter ad bonum, quàm unumquempiam de religioſis proficere de bono in melius. Rariſſima enim auis in terris eſt, qui de grado, quem in religione ſemel attigerat, modicum, uel parumper aſcendit.

o Idẽ ſer. 1. ad fratres poſt med.
p Idẽ ſer. 2. in cap. ieiunij ante med.
q Idem epiſt. 96. ad Richard. Fontan. abb.

De Nouitijs. Cap. XXIX.

GREGORIVS r in regiſtro: Omnibus cuiuſlibet ætatis, aut officij oneroſa eſt nouitas. s IDEM: C Quiſquis diuina inſpiratione compunctus, relictis ſæculi huius actionibus ad Deũ conuerti feſtinat; ita cũ charitate ſuſcipiendos eſt, & blandis per omnia conſolationibus refouendus, ut in ea, quã elegit Deo adiouante, delectetur modis omnibus cõuerſatione perſiſtere. t IDEM ſuper Ezechielẽ: Nullus, qui ad bonũ propoſitum conuerſus adhuc in mentis teneritudine eſſe conſpicitur, deſpiciatur: quia frumentum ab herba incipit, ut granum fiat. u ISIDORVS de ſummo bono: Primordia conuerſorũ blandis refouenda ſunt modis, ne ſi ab aſperitate incipiant, exterriti ad priores lapſus recurrant. Qui enim conuerſum ſine lenitate erudit, exaſperare potius, quàm corrigere nouit. D BERNARDVS x de amore Dei: Feruorem nouitiorum non decent illæ miſericordes in ſeipſos diſcretiones, & diſtrictionum diſpenſationes, facilesq. indulgentiæ ſuo iudicio tribuendæ, non tamen recuſandæ ſunt alieno iudicio. y IDEM: A nouitio in ſeipſum rigida debet eſſe cenſura, & diſtricta ſeueritas: ad regentem autem, uel conſulentem ſpectat paterna uel fraterna charitas, & pietas: ſi alterum horum deſit, uel in deſide, & tepido non ſpero curſus perſeuerantiam uel in præcipiti timeo ruinam. z IDEM: Animalẽ diſcretum, nouitium prudentem, inſipientem ſapientem, in cella diu poſſe conſiſtere, in congregatione poſſe durare, impoſſibile eſt. a IDEM: Docendus eſt nouitius ſic habere corpus ſuum, ſicut ægrum commendatum, cui etiam multum uolenti, inutilia ſunt neganda, utilia uero etiam nolente ingerenda: Sic de corpore ſuo agere, ſicut de non ſuo, ſed eius a quo pretio magno empti ſumus, ut glorificemus eum in corpore noſtro. b IDEM ſuper Qui habitat: Obſecro uos nouellæ plantationes Dei, uos qui nondum exercitatos habetis ſenſus ad diſcretionem boni, & mali; nolite ſequi cordis ueſtri iudicium, nolite abundare in ſenſu veſtro, ne uos tamquam rudes adhuc uerſutus ille uenator decipiat. c IDEM ſuper Cantica: Placent, fateor, in nouitijs, quantum ad ea, quæ in facie ſunt, neglectior utique is, qui foris apparet corporum F cultus, & ueſtium minor cura, ſermo rarior, vultus hilarior, aſpectus uerecundior, inceſſus maturior. IDEM d in ſermonibus: Ante omnia timor nouitijs neceſſarius eſt, quo nimirum peccata præterita poſſint delere, cauere futura. Timor enim Domini, ut ait ſcriptura, expellit peccatum, ſiue quod admiſſum eſt, ſiue quod tentat intrare: expellit hoc pœnitendo, illud reſiſtendo.

r Greg. Regiſt. lib. 4. indict. 13. c. 39.
s Ibid. li. 2. indict. 14. c. 149.
t Idẽ homil. 15. ſ Ezec. ante med.
u Iſid. lib. 2. de ſum. bo. c. 8. ſent. 3.
x Bern. lib. de natura & dignitate amoris diuini c. 9. cir. med.
y Ibid.
z Idem de vita ſolit. ad frat. de Monte Dei, ante med.
a Ibidem.
b Idem ſer. 3. in pſ. Qui habitat. in princ.
c Idem ſer. 63. in Cãt. poſt med.
d Idem ſer. de diuerſis affectionib. animæ poſt med.

De Iuuenibus. Cap. XXX.

GREGORIVS [a] in regiſtro: Eſto ſolicitus, vt pueri ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto periculoſius cadant, quanto citius alta conſcẽdere feſtinant. [b] IDEM in Moralibus: Immenſa ſuperbia iuuenum eſt a ſeniore ſibi reuerentiam exigere, et ſilentium imperare meliori. [c] IDEM in Paſtorali: Iuuenes plerumque ſeueritas admonitionis ad profectum dirigit: ſenes vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. IDEM ſupra in capitulo de vſurpantibus prædicationem: [e] IOANNES Chryſoſtomus de Compunctione: Non canicies laudabilis, B neque iuuentus culpabilis exiſtit, multi quippe, et in iuuentute philoſophiam demonſtrarunt, et in ſenectute lapſi ſunt. Canicies ſapientiæ, non capilli candidi cõmendantur. [d] CYPRIANVS de duodecim abuſionibus: Sicut in ſenibus ſobrietas, et morum perfectio requiritur: ita in adoleſcentibus et iuuenibus obſequium, et ſubiectio, et obedientia rite debetur. [e] AMBROSIVS de Officijs: Pulchra virtus adoleſcentium verecundia, et ſuauis gratia, quæ non ſolum in factis, ſed etiam in ipſis ſpectatur ſermonibus. [f] IDEM: Vt in ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adoleſcentibus verecundia velut quadam dote commendatur. C [g] IDEM de Virginitate: Etiam cum fides tua tuta ſit, iouentus tamen ſuſpecta eſt. [h] BERNARDVS ſuper Cantica: Quid amabilius verecundo adoleſcente: quàm pulchra hæc, et quàm ſplendida gemma morum in vita, et vultu adoleſcentis: quam vere, et minime dubia bona nuncia ſpei, bonæ indolis index? [i] IDEM de Conſideratione: Verboſulum adoleſcentem, et ſtudentem eloquentiæ, cum ſapientiæ ſit inanis, non aliud, quàm iuſtitiæ hoſtem repute: et pro huiuſmodi falſis fratribus dicit ille magiſter diſciplinæ: Manus nemini cito impoſueris. [k] Idem de Amore Dei: Sapientes latent, et deliteſcunt: pueri regnant, et principantur, D et fiunt principes, qui mane comedunt: et væ terræ illi. IDEM infra libro tertio, in capitulo de lætitia mala. Eia lætare. [l] ANSELMVS de Similitudinibus: In iuuene tria notantur, quibus ad probitatẽ ventutus prænoſcitur: hæc autem ſunt taciturnitas, corporis continentia, et verecundia.

a Greg. Regiſt. li. 2. indi. 11. c. 46.
b Idem li. 24. Mor. c. 9. verſ. fi.
c Idẽ Paſt. 3. p. c. 1. admonit. 2.
d Cyp. li. de duodecim abuſ. c. 3.
e Amb. li. 1. off. c. 18. 20. 4.
f Ibid. c. 17.
g Idem de Virg. lib. 3. pau. a prin. to. 4.
h Bern. in Cant. Ser. 86. parum a prin.
i Idem de conſid. li. 4. cir. med.
k Idem li. de natu. et dignita. diuini amoris. c. 4.
l Anſel. li. de ſimili. c. 139.

De Monachis bonis. Cap. XXXI.

GREGORIVS [m] in regiſtro, ad quendam Abbatem: Huius te præcepti ſerie commonemus, vt neque mulieres in monaſterio tuo deinceps qualibet E occaſione permittas aſcendere, neque monachos tuos ſibi commatres facere. [n] IDEM in homilijs: Monachus reuerentiam ſui habitus in actu, in locutione, in cogitatione ſemper circumſpiciat: et ea quæ mundi ſunt, perfecte deſerat: et quod oſtendit humanis oculis habitu, hoc ante Dei oculos moribus prætendat. [o] ISIDORVS de Summo bono: Summa monachi virtus: humilitas, ſummum vitium eſt ſuperbia. [p] IDEM: Tunc aut ſe quiſque monachum iudicet, quando ſe minimum omnium exiſtimauerit, etiam ſi opera maiora virtutum geſſerit. [*] IOANNES Chryſoſtomus de Compunctione: Monachus non ſolum F propterea dicitur monachus, quia vxorem non habet: ſed quia religioni Dei, et ſeruitio ipſius mãcipatus eſt: et cura illi eſt, quemadmodum Deo, non ſæculo placeat, et qui magis eligit caſtitatem, quæ Deo cara eſt, et Spiritus ſancti habitatio. [q] HIERONYMVS in epiſtola: Humilitatem veſtium tumenti animo non appetas: ſæcularium et maxime potentum conſortia deuita: quid tibi neceſſe eſt ea videre ſæpius, quorum contemptu monachus eſſe cœpiſti? [r] IDEM: Monachus non docentis, ſed plangentis habet officium, qui vel ſe, monachum lugeat, et Domini ſui ſemper pauidus præſtoletur aduentum, qui ſciens imbecillitatem ſuã, et vas fragile quod portat, timet offendere ne impin-

m Gregor. Reg. li. 3. in dict. 12. c. 40.
n Idem homil. 17. in Euang. cir. fi.
o Iſidor. de ſum. bo. li. 3 c. 20. ſen. 1.
p Ibid. con ſequen.
q Hierony. epi. 13. poſt med. to. 1.
r Idem ad uerſus Vigilantium cir. fi. to. 2.

A gat, et corruat, atque frangatur. Vnde et mulierum maxime iuuencularum vitat aſpectum, et intantum caſtigator ſui eſt, vt etiam quæ tuta ſunt pertimeſcat. [s] BERNARDVS de præcepto, et diſpenſatione: Lego in regula, hæc: Conſideratio penes Abbatem ſit, et hoc vel illud eſſe in prouidentia, vel arbitrio, ſeu diſpoſitione Abbatis. Vt autem pro ſua volũtate aliquid mutet de regula, me ibi legiſſe non recolo: quinimmo, inquit, omnes magiſtram regulam ſequantur, nec ab ea temere deuietur a quoquam. Ergo nec etiam ab ipſo Abbate. Omnes, inquit, magiſtram ſequantur regulam: nemo igitur ſuam voluntatem. [t] IDEM: Super B fratrum tranſgreſſiones, non ſuper patrum traditiones conſtituitur, qui Abbas eligitur, mandatorum cultor, vltor vitiorum. [u] IDEM in epiſtola: Ordo noſter abiectio eſt, humilitas, voluntaria paupertas, obedientia, pax, gaudium in Spiritu ſancto. Ordo noſter eſt eſſe ſub magiſtro, ſub Abbate, ſub regula, ſub diſciplina. Ordo noſter eſt ſtudere ſilentio, exerceri vigilijs, ieiunijs, ac orationibus, opere manuum, et ſuper omnia excellentiorem viam tenere, quæ eſt charitas: porro in omnibus his proficere de die in diẽ, et in ipſis perſeuerare vſque ad vltimum diem. [x] IDEM: Quoſcumque de tuis inueneris triſtes, puſil- C lanimes, murmuroſos, ipſorum te patrem, ipſorum te noueris eſſe Abbatem, conſolando, exhortando, increpando. Tũc enim agis opus tuum, et portas onus tuum: et portando ſanas, quos ſanando portas. Siquis vero ita ſanus eſt, vt magis iuuet te quàm iuuetur a te, huius te non patrem ſed fratrem: comitem, non Abbatem eſſe cognoſcas. [y] BENEDICTVS in regula: Magnopere debet ſolicitudinem gerere Abbas, et omni ſagacitate, et induſtria curare, ne aliquam de ouibus ſibi creditam perdat: nouerit enim infirmarũ ſe curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem. [z] IDEM: Abbas non conturbet gregem ſibi D commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate iniuſte diſponat aliquid: ſed cogitet ſemper, quia de omnibus iudicijs, et operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. [a] IDEM: Oportet Abbatem eſſe doctum lege diuina, vt ſciat vnde proferat noua et vetera: caſtũ, ſobrium, miſericordem, vt ſuperexaltet miſericordia iudicium, vt ipſe idem a Domino conſequatur, odiat quoque vitia, diligat fratres. [b] IDEM: Abbas in ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, et conſideratus, ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundum ſæculum ſit. Opera quæ iniongit, diſcernat, et temperet: cogitet diſcretionem ſancti Patriarchæ Iacob, dicentis: Si greges E meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vna die.

s Ber. trac. de precep. et diſp. ante med.
t Ibid. paulo ante.
u Idem ep. 142. ad Monach. Alpi.
x Idem ep. 73. ad Ramald. abb.
y Benedic. in Reg. c. 27.
z Ibidem c. 63.
a Ibidem c. 64.
b Ibidem.

De Monachis malis. Cap. XXXII.

GREGORIVS [c] in Dialogis: Monachus qui in terra poſſeſſionem quærit, monachus non eſt. [d] IDEM in Regiſtro: Si peculiaritas a monachis habetur, neque concordia, neque charitas in congregatione eadẽ poterit permanere. [e] IDEM: Quid eſt habitus monachi, niſi deſpectus mundi? quo modo ergo mundum deſpiciunt, qui in monachi habitu poſi- F ti, aurum quærunt? [f] IDEM: Monachorum quidem ſpecies tenetur, multa vero ſub ſanctitatis habitu ſæcularia aguntur. [g] IDEM: Monachi mihi terrenæ mentis eſſe omnino apparuerunt, qui nimis terrenum hominem Abbatem habere quæſierunt. [h] ISIDORVS in etymologijs: Monachus Græca etymologia vocatur, eo quòd ſingularis ſit. Monos enim græce ſingularis dicitur. Ergo ſi ſolitarius vel ſingularis interpretatur vocabulũ monachi, quid facit in turba, qui ſolus eſſe debet? [i] IDEM de Summo bono: Multi monachorũ amore parentum non ſolum terrenis curis, ſed etiam forẽſibus iurgijs inuoluuntur, & pro ſuorum temporali ſalute amicorum, ſuas animas perdunt. [k] IDEM: Maxime per cenodoxiam ſubijcit ſibi diabolus mo-

c Grego. li. 3. Dialog. c. 14.
d Idem in Reg. li. 10. indict. 5. c. 24.
e Ibid.
f Ibid. li. 6. indic. 15. c. 193.
g Ibid. lib. 10. indic. 5 c. 24.
h Iſid. ety. li. 7. c. 13.
i Idem li. 3 de ſum. bo. c. 20 ſen. 4.
k Ibid. c. 22. ſent. 8.

A nachum, vt per quem per ſęculi amorem retinere non potuit, ab humilitatis culmine ſubtrahat, & per ſuperbię tumorem ſubditum faciat. [a] IOANNES Chryſoſtomus, de compunctione: Eos, qui videntur ſuſtuliſſe crucem ſuam, & ſequi Chriſtum, per latam, & ſpacioſam viā velle incedere, nonne tibi prodigioſum videtur? [b] IDEM: Denique monachi cum de monaſterijs requirunt, & de locis habitationum percontantur, ante omnia requirunt, ſi requies ſit in loco, ſi abundent omnia. IDEM in capitulo de propinquitate: Dico tibi monache, et cet. [c] HIERONYMVS in epiſtola: Monachum, quem ſenſeris tibi aut ſemper, aut crebro de nummis loquentem excepta eleemoſyna, B quæ indifferenter omnibus patet, inſtitorē habeto potius, quàm monachum. [d] BERNARDVS in Epiſtola: Labor, et latebræ, et voluntaria paupertas, hæc monachorum inſignia, hæc vitam ſolent nobilitare monaſticam. Veſtri autem oculi omne ſublime vidēt, veſtri pedes omne forum circumeunt, ueſtræ linguæ in omnibus audiuntur conſilijs, veſtræ manus omne diripiunt patrimonium. [e] IDEM ſuper Canticis. Quale eſt hoc, ut in omnibus fluuijs, agris, hortis, cellarijsve uix reperiri poſſit, quod comedas, uel bibas? Memento te quæſo monachum eſſe, non medicum, nec C de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce, obſecro, primum quidem quieti tuæ, parce deinde labori miniſtrātium tibi, parce grauamini domus, parce conſcientiæ, conſcientiæ dico, et ſi non tuæ, parce ſaltem conſcientiæ alterius. [f] IDEM in Apologia: Miror vnde inter monachos tanta intemperantia in cibis, et potationibus, in veſtimētis, et lectiſternijs, equitaturis, et conſtruendis ædificijs inoleſcere potuit, quatenus vbi hęc ſtudioſius, et voluptuoſius, atque effuſius fuerint, ibi ordo melius obſeruari dicatur, et maior putetur religio. [g] IDEM: Ecce inter monachos parcitas putatur auaritia: ſobrietas, auſteritas: D ſilentium, triſtitia reputatur. Ecōtra remiſſio diſcretio dicit̄: effuſio, liberalitas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, iucunditas: mollities veſtimentorum, et equorū faſtus, honeſtas: lectorum ſuperfluus cultus, munditia. [h] IDEM: Iam de aquę potu quid dicam? quando, nec vllo quidem pacto vinum aquatum admittitur, omnes nimirum ex quo monachi ſumus, infirmos ſtomachos habemus, et tam neceſſarium Apoſtoli de vino utendo conſilium nō negligimus, modico tamen, quod ille præmiſit, neſcio cur prętermiſſo. [i] IDEM: Quęritur ad induendum, non quod utilius, ſed quod ſubtilius inuenitur: nō quod repellat frigus, ſed quod E ſuperbię competat: non denique iuxta regulam, quod vilius comparari poteſt, ſed quod uenuſtius immo vanius poterit oſtentari. Heu me miſerum qualemcumque monachum, cur adhuc uiuo? Tędet animam videre ad hoc deueniſſe ordinem noſtrum ſanctum. [k] IDEM: Habitus noſter, quod et dolens dico, qui humilitatis ſolebat eſſe inſigne, a monachis noſtri tēporis in ſignum geſtatur ſuperbię. Vix iam in noſtris prouincijs inuenitur, quo ueſtiri dignemur, miles, et monachus ex eodem panno partiuntur ſibi chlamydem, et cucullam. Quiuis de ſęculo quantumlibet honoratus, etiā ſi Rex, etiam ſi Imperator ille fuerit, non F tamen noſtra borrebit indumenta, ſi ſibi ſuo modo pręparata fuerint, et aptata. [l] IDEM ſuper Miſſus: Ornari, non armari appetunt milites Chriſti, qui dum ſe pręparare ad pręliū, et contra aereas poteſtates prętendere paupertatis inſigne debuerant, quod utique aduerſarij multum formidant, in mollitie ueſtimentorū pacis potius, quàm belli pręferentes indicium, ultro ſe ſuis hoſtibus, ſine ſanguine tradunt inermes. IDEM, in cap. de Curioſitate lib. 3. Monachus qui fui. ITEM in lib. 2. in cap. de Superbia. [m] IDEM in Sermonibus: Nihil turpius, quàm monachus per urbes, et caſtella diſcurrens. Niſi cum hoc charitas cogat, quę operit multitudinem peccatorum. [n] ANSELMVS de ſimilitudinibus: Nec cuiquam prodeſt habitum monachi

a Chryſoſt. lib. 1. de cōpūct. cord. poſt med. to. 5.
b Ibidem.
c Hieron. epiſt. 13. ad Paulin. tomo 1.
d Ber. epiſtola 42. ad Henr. Archiepiſ. Senon. in fin.
e Idē ſer. 30. ſup. Cātic. in fin.
f Idem in Apolog. ad Guliel. abbat. poſt medium.
g Ibidem conſeq.
h Ibidem multo poſt.
i Ibidem.
k Ibidem.
l Idem homil. 4. ſuper Miſſ. prope fi.
m Idem in ſermonibus paruis. ſer. 63.
n Anſel. de ſimilitu. c. 90. poſt med.

exteriorem habere, ſi non ſtuduerit, et interiorem retinere.

De Incipientibus. Cap. XXXIII.

GREGORIVS [o] in Paſtorali: Qui bona inchoata non conſummant, dū propoſita non perficiunt, etiam quę fuerunt cępta conuellunt. [p] IDEM. Nec malos bona imperfecta adiuuant, nec bonos mala inconſummata condemnant. [q] IDEM ſuper Ezechiele: Via Dei, et inchoantibus anguſta eſt, et perfecte iam viuentibus lata. Et dura ſunt, quę contra conſuetudinem ſpiritualiter animo proponimus, et tamen onus B Dei leue eſt, poſtquā hoc ferre cœpimus. [r] IDEM in Moralibus: Conuerſorum initia bonis moribus maliſq. permixta ſunt: quia, et noua uita iam per intentionem agitur, et uetus adhuc ex uſu retinetur. [s] ISIDORVS de ſummo bono: Qui ex deteriore iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli uirtutibus, ne grauius per uanam gloriam corruat, quàm prius per lapſum uitiorum iacebat. [t] IDEM: Valet interdū conuerſis pro animi ſalute, mutatio loci, plurimum enim dum mutatur locus, mutatur et mentis affectus. [*] AVGVSTINVS ſuper Geneſi: Nulla abſtinentia ſit a uoluntate carnali, quę non habeat in exordio dolo- C rem, donec in meliorem partem cōſuetudo flectitur. [*] CASSIODORVS ſuper pſalteriū: Initium profectus eſt carnalia uitia relinquere, Domino ſupplicare. [u] BERNARDVS in ſermone: Solet inter primordia cōuerſionis acrius inſurgere tentatio prauę conſuetudinis, et uix poſſunt extingui iacula ignita diaboli.

De Proficientibus. Cap. XXXIV.

GREGORIVS [x] in Moralibus: Omnipotens Deus interiora diſcernēs, ipſis ſpiritualibus profectibus modum ponit, ut ex hoc homo quod apprehendere D conatur, & non ualet, in illis ſe non eleuet, quæ iam ualet. [y] IDEM: Ad Deum quaſi tot greſſibus mens accedit, quot bonis moribus proficit. [z] IDEM: Nōnulli qui ętate creſcunt ab innocētia decreſcunt: electis uero cum foris ætas corporis, intus, ſi dici liceat, creſcit ętas virtutis. [a] IDEM: Si laſſeſcere ab inchoatis bonis nolumus, ualde neceſſe eſt, ut inchoare nos quotidie credamus. [b] IDEM: Sācti uiri quo altius apud Deum uirtutum dignitate proficiunt, eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendūt: quia dum proximi luci fiunt, quidquid eos in ſeipſis latebat, inueniūt. [c] IDEM ſuper Ezechiele: Quanto plus proficimus in cognitione, tan- E to nobis indignamur amplius de peruerſo opere. IDEM: [d] Plerūque qui plus in contēplatione rapitur, contingit, ut amplius in tētatione fatigetur, ſicut quibuſdā bene proficientibus contingere ſępe ſolet: quorum mentem, dum aut compunctio afficit, aut contemplatio ſuper ſemetipſum rapit, ſtatim etiam tentatio ſequitur, ne de his ad quæ rapta eſt extollatur. IDEM [e] in regiſtro: Intantum proficis, quantum tibi nō ſtudueris derogando fratribus arrogare. [f] HIERONYMVS in epiſtola: Oblitus poſteriorū ſemper priora ſectaberis, nequaquam conſiderans, quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas. Nec peccan- F tium ducaris multitudine, ſed Sanctorū exempla potius imiteris. [g] IDEM: Creſcat in te cum annis gratia, creſcat cū ętate iuſtitia, & fides tua eo perfectior eſſe uideatur, quo ſenior es. [h] AVGVSTINVS de verbis Apoſtoli: Semper tibi diſpliceat, quod es, ſi vis peruenire ad id, quod nondum es. Nā ubi tibi placuiſti, ibi remanſiſti. Si autē dixiſti, ſufficit, periſti. [i] IDEM: Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice, noli in via deficere, noli retro ire, noli deuiare. Remanet enim qui nō proficit: retro redit, qui ad ea reuoluitur, vnde iam receſſerat: deuiat, qui apoſtatat. [k] IDEM de prædeſtinatione. Cur nō, inquit Cyprianus, properamus, & currimus, ut patriam noſtram uidere, vt parentes noſtros ſalutare poſſimus? magnus illic nos charorum nu-

o Greg. paſtor. 3. p. c. a admonit. 35.
p Ibid. admonit. 35.
q Idem homil. 17. in Ezech. cir. med.
r Idem li. 32. Mor. c. 17. paulū ſūmo prin.
s Iſidor. de ſum. bo. lib. 2. c. 8. ſen. 8
t Ibid. c. 19. ſent. 9.
u Ber. ſer. 4. in Aſſumpt. B. Mariæ. ante med.
x Greg. li. 12. Moral. c. 2.
y Ibid. lib. 22. c. 3. poſt med.
z Ibid. lib. 22. c. 13.
a Ibid. lib. 22. c. 2. cir. fin.
b Ibid. lib. 32. c. 1. in prin.
c Idem homil. 10. in Ezech. cir. fin.
d Ibid. homil. 14. ante med.
e Idem Regiſt. li. 4. indi. 13. c. 32
f Hieron. epiſt. 4. ad Ruſtic. Monach. poſt med. to. 1.
g Idem epiſtola 14. ad Maur. fil. cir. fi. to. 9.
h Aug. de Verb. Apoſ. ſer. 15. in fi. to. 10.
i Ibidē conſeq.
k Idem li. 2. de prædeſt. ſanctor. c. 14. to. 7.

rum numerus expectat parentum, fratrum, filiorum frequens, & copioſa nos turba deſiderat: iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. IDEM in capite de oratione accepta. Qui didicerunt. ᵃ BERNARDVS in epiſtola: Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas: ſi attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. IDEM in cap. de uerecundia lib. 4. Nolo repente. ᵇ IDEM in ſermone: Ita nimirũ diuina ſolet pietas conſeruandæ humilitatis gratia ordinare, ut quanto plus quiſque proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe. Nam & uſque ad extremum ſpiritualis exercitij gradum, ſi quis tantum proficit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut adhuc uix ſibi illum adeptus uideatur. * IDEM: Vbi ſane in ſpirituali profeceris exercitio, erit nonnunquam rapi a tuo ſpiritu in diuinum, ut incipias gaudere de bonis Domini, quia propria ante mala lugebas. ᶜ IDEM: Minime oportet greſſum ſiſtere, & reſpicere retro multo minus expedit, ſed currendum nobis, & properandũ, ne forte egreſſus, ut gigas ad currendum uiam ſuã a nobis ſe Chriſtus elonget. Sed potius prouidentes eum in conſpectu noſtro ſemper, & in eius odore tracti facilius citiusq. curramus. Auctor de ſpiritu, & anima: Per odium. Infra lib. 4. in cap. de deſiderio.

a Bern. ep. 92. ad frat. Sueſſione ♦ ♦ congregatos poſt med.
b Idẽ ſer. de 4. mod. orandi ante med.
c Idẽ ſer. de trib. ordinibus Eccleſ. ante med.
d Greg. lib. 10. Mor. c. 8.

De Perfectis. Cap. XXXV.

GREGORIVS ᵉ in Moralibus: Magna eſt perfectio, ſuæ imperfectionis cognitio. ᵈ IDEM: Tãto quiſque perfectus eſt, quanto perfecte ſentit dolores alienos. IDEM ᵉ: Valde perfectorũ eſt, ſic de oſtẽſo opere auctoris gloriam quærere, ut de oblata laude priuata neſciãt exultatione gaudere. ᶠ IDEM: Perfectus quiſque cum in ſeipſo uitia uicerit, ſtatim mentem etiam contra vulnera paſſionis accingit. ᵍ IDEM: Ille uero perfectus eſt, qui ad imperfectionem proximi impatiens non eſt. Nam qui alienam imperfectionem ferre non ualens, proximum deſerit, ipſe ſibi teſtis eſt, quòd perfecte nondum perfecit. ʰ IDEM: Perfecta uita, mortis eſt meditatio. ⁱ IDEM: Qui perfecte Deo placere deſiderant, ſibi de ſe nihil relinquant. ᵏ AVGVSTINVS de ſpiritu & litera: Quantum mihi uidetur in ea, quæ perficienda eſt iuſtitia, multum in hac uita ille profecit: qui quàm longe ſit a perfectione iuſtitiæ, proficiendo cognouit. Idem: Hoc perfectorũ eſt. Infra in lib. 4. in c. de æquitate. Idem: Nullus perfectus. Infra lib. 4. de ſufficientia. ˡ ISIDORVS de ſummo bono: Sicut falſitatis crimen a proficientibus pertimeſcitur, ita otioſa uerba a perfectis uiris ſollicite uitantur. ᵐ IDEM: Peccata quæ incipientibus leuia ſunt, perfectis uiris grauia reputantur. ⁿ BERNARDVS in epiſtola: Nemo perfectus, qui perfectior eſſe non appetit. ᵒ IDEM: Proficiendi ſtudium, & iugis conatus ad perfectiorem, perfectio reputatur. Quòd ſi ſtudere perfectiorem eſſe, perfectũ eſt: nolle proficere, deficere eſt. ᵖ IDEM: In propoſito perfectionis apparere imperfectũ, næuus eſt. ᑫ IDEM: Habes de iuſto, quòd lex Dei in corde ipſius, & nõ in codice. Nec perfectionis is gradus. Perfectus carere, & neceſſarijs paratus eſt. ʳ IDEM ſuper Cãtica: Perfectus omnis reputatur, in cuius anima tria hæc congruenter, atque oportune concurrere uidebuntur, ut ſcilicet nouerit gemere pro ſe, & exultare in Deo, & proximorum utilitatibus potens ſit ſubuenire, placens Deo, cautus ſibi, utilis proximis.

e Ibid. li. 8. cap. 20. poſt med.
f Ibid. lib. 6. cap. 2. poſt med.
g Ibid. li. 5. c. 12. cir. ſi.
h Ibid. lib. 13. c. 10.
i Ibid. lib. 20. c. 4. ante med.
k Aug. lib. de ſpiri. & lit. cap. 36. to. 3.
l Iſid. li. 2. de ſum. bo. c. 29. ſent. 8.
m Ibidẽ c. 22. ſent. 5.
n Bern. ep. 34. ad Drogonem Monach.
o Ibid. ep. 253. ad Garin. abbat. circ. med.
p Idẽ epiſt. 249. ad Bor. Priorem.
q Idem in vita Malachiæ in præfat.
r Idem in Cãt. ſer. 57. prope fin.

De Tribus prædictis ſtatibus. Cap. XXXVI.

GREGORIVS ᶠ in Moralibus: Tres ſunt modi cõuerſorũ ſcilicet inchoatio, medietas, atque perfectio. In inchoatione autẽ ſunt blandimẽta dulcedinis, in medio quoque tempore ſunt certamina tẽtationis, ad extremum uero perfectio uitioſæ pulchritudinis. ᵗ IDEM ſuper Ezechielem: Alia ſunt uirtutis exordia, aliud pfectio. ᵘ ISIDORVS de ſummo bono: Tripartitus deſcribitur eſſe uniuſcuiuſque cõuerſi profectus

f Greg. lib. 24. Mor. c. 7. ant. med.
t Idẽ hom. 14. in Ezec. ante med.
u Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 7. ſent. 7.

A ſcilicet primus corrigendi a malo, ſecundus faciendi bonum, tertius conſequendi boni operis præmium. BERNARDVS ˣ in epiſtola: Incipientium ſtatus dici poteſt animalis, proficientium rationalis, perfectorũ ſpiritualis. ʸ IDEM ſuper Cãtica: Sũt hi tres animarũ affectus, ſiue profectus, expertis dumtaxat ſatis noti, & manifeſti, ſcilicet cum aut de actibus malis indulgentiam, aut de bonis agendis gratiam, aut ipſius etiã indultoris, & benefactoris ſui præſentiam (eo quidem modo, quo in corpore fragili poſſibile eſt) obtinent intueri. ᶻ IDEM: Inuenit profecto apud Deum & uerecunda confeſſio, quo ſe humiliãdo deijciat: & prompta deuotio, ubi ſe innouando reficiat; & iucunda contemplatio, ubi ſe excedendo quieſcat. ᵃ IDEM in ſermone: Alij uacent ſanctæ contẽplationi; alij dediti ſint fraternæ adminiſtrationi; alij in amaritudine animæ ſuæ recolant annos ſuos, tamquam vulnerati dormientes in ſepulchris. ᵇ IDEM: ſic plane ſic opus eſt, ut Maria pie & ſublimiter ſentiat de Deo ſuo: Martha miſericorditer, & benigne de proximo: Lazarus miſere, & humiliter de ſeipſo.

x Bern. ep. de vita ſolit. ad frat. de Monte Dei ante med.
y Idẽ ſer. 42 in Cant. ante med.
z Ibid. paulo poſt.
a Idẽ ſer. 3. in Aſſũp. B. Mariæ cir. med.
b Ibidem.

De Monialibus. Cap. XXXVII.

C GREGORIVS ᶜ in regiſtro: Iuuenculas Abbatiſſas uehemẽtiſſime prohibemus. ᵈ AMBROSIVS de uirginitate: Aiũt plerique maturioris ætatis uirgines eſſe uelandas. Neque ego abnuo, ſacerdotales cautiones eſſe debere, ut non temere uelentur. Spectet plane, ſpectet ætatem ſacerdos, ſed fidei, uel pudoris. Spectet maturitatem uerecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos charitatis. ᵉ AVGVSTINVS de Virginitate ſancta: Non nos in virginibus prædicamus, quòd virgines ſunt, ſed quòd Deo dicatæ pia continentia virgines. Nam, quod non temere forſitan dixerim, felicior mihi videtur nupta mulier, quàm virgo nuptura. D IDEM ᶠ: Nulla carnis fecunditas ſanctæ virginitati comparari poteſt. Neque enim & ipſa, quia uirginitas eſt, ſed quia Deo dicata eſt honoratur. ᵍ IDEM: In vita æterna eſt quædam egregia gloria, non omnibus in æternum victuris, ſed quibuſdam ibi tribuenda: cui conſequẽdæ parum eſt liberum eſſe a peccatis, niſi ſuper hoc aliquid ipſi liberatori voueatur, quod non ſit criminis non vouiſſe, ſed vouiſſe, ac reddidiſſe ſit laudis & honoris. ʰ IDEM: Pergite ſancti pueri Dei & puellæ, mares & feminæ, cœlibes & innuptæ; pergite perſeueranter in finem, & laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius: ſperate felicius, cui E ſeruitis inſtantius: amate ardentius, cui placetis attentius: lumbis accinctis, & lucernis ardentibus expectate Dominum, quando veniat a nuptijs. ⁱ IDEM de Eccleſiaſticis dogmatibus: Sacratæ Deo virginitati nuptias coæquari, aut pro amore caſtigandi corporis abſtinentibus a vino, vel carnibus nihil accreſcere meriti, credere, non hoc Chriſtiani, ſed Iouiniani eſt. ᵏ HIERONYMVS in epiſtola: Agnoſce virgo ſtatum tuum, agnoſce locum, agnoſce propoſitum. Chriſti ſponſa diceris, vide ne quid indignum ei, cui deſponſata diceris, admittas. Cito reſcribet repudium ſi in te viderit vel vnum adulterium. F IDEM: ˡ Caue ne cui vel concupiſcendi occaſionem tribuas, quia ſponſus tuus Deus zelans eſt. Criminoſior eſt enim Chriſti adultera, quàm mariti. ᵐ IDEM: Romana Eccleſia Apoſtolico ſine dubio, cuius Sedem obtinet, ſpiritu animata, tam ſeueram ſtatuit ſententiam, vt vix vel pœnitentiæ dignam iudicaret, quæ ſanctificatum Deo corpus libidinoſa coinquinatione violaſſet. * ANASTASIVS in ſermone: Nihil prodeſt corpus velare, & mentem vitiorum portentis maculare. Quid enim prodeſt nigris veſtibus indui, & a detractione linguam non cohibere? * IDEM: In monaſterio poſitæ nõ otio torpeſcant, non detractionibus, non obſcœnis confabulationibus incumbant; ſed aut pſalmorum modulationibus, aut manuum

c Greg. Regiſt. li. 3. indict. 12. c. 11. cir. ſi.
d Amb. lib. 3. de virginibus ante med. to. 4.
e Aug. lib. de virg. ſancta c. 11. to. 6.
f Ibid. c. 8.
g Ibidẽ c. 18.
h Ibidẽ c. 27.
i Idẽ li. de Eccleſ. dog. c. 69. to. 3.
k Hieron. epiſt. 14. ad Mauritij filiam to. 9. cir. med.
l Ibidem cir. fin.
m Ibidem conſeq.
Monialium exercitia.

operationibus inſiſtant, aut certe diuinis lectionibus aurem accomodent. * Idem: Minores natu eas, quæ prouectæ ſunt ętatis obſequio ſanctitatis venerentur. Prouectæ quoque annis, iuniores dictis & exemplis ad bene viuendum informent. Nobiles genere nequaquam ignobilibus ſe præferant: ſcientes, quia perſonarum acceptor non eſt Deus. * Idem: Vita Abbatiſſę velut pennatum animal, ad altum ſemper per deſiderium euolet, per verba reſoluet, luceat per

Abbatiſſę vita & exemplum.

exemplum. * Idem: Tales Abbatiſſę regendarũ animarum curam ſuſcipere debent, quæ ſubditis verbis, & exemplis ducatum præbeant ſanctæ religionis. * Idem: Omnis actio Abbatiſſæ ſemper ſit propter Deum, & de Deo, & cogitatio in Deum, & exceptis vitijs, quibus non compaſſio, ſed rectitudo debetur, omnibus eam cupio eſſe compaſſibilem, omnibus gratam. * Caesarivs in ſermone: Religioſam quampiam non oportet, non decet, non expedit parentum ſuorum multis obligationibus implicari, aut quorumlibet extraneorum pernicioſa familiaritate conſtringi. * Idem: Pomposa indumenta, quæ non vtilitati, ſed vanitati ſeruiunt, faſtidite, atque contemnite virgines Chriſti ſponſæ. Multę enim, quod in moribus diligunt, hoc & in veſtibus & in operibus ſuis oſtendunt. [z] Cyprianvs libro de diſciplina & habitu virginum: Non computari iam poteris inter puellas & virgines Chriſti, quę ſic viuis & vadis, ut poſſis ab hominibus adamari. [a] Bernardvs in epiſtola: Vt quid hactenus monacha, & ſanctimonialis vocata es, quę ſub ſanctitatis nominibus, non tamen ſancte conuerſata es? Cur velum in capite mentiebatur reuerentiam, & ſub velo petulans oculus exhibebat impudentiam? Caput ſiquidem gerebas velatum, ſed elatum. Sub ſigno verecundię, ſermo reſonabat inuerecundus. Riſus immoderatior, inceſſus laſciuior, veſtitus ornatior vni inflatæ magis, quàm velatæ congruerent.

z Cypr. de diſcip. & habit. virg. c. 1. to. 2.
a Bern. ep. 114. ad 1dã ſanctimonial. quand.

De Virginibus. Cap. XXXVIII.

Gregorivs [b] ſuper Ezechielem: Candida vita eſt carnis incorruptio, & flos virginitatis. Idem [c] in Moral. Carnis virginitas nequaquam iuſſa eſt, ſed tantummodo laudata. Nam ſi illa iuberetur, nimirum iam coniugium in culpam verteretur. Et tamen multi virtute virginitatis pollent, vt videlicet plus impendant obſequio, quàm acceperant in precepto. [d] Avgvstinvs de virginitate: Profecto habebunt magnum aliquid virgines pręter ceteros in illa communi ſanctorum immortalitate: quoniam habẽt aliquid iam non carnis in carne. [e] Idem: Non quærit in nobis amator veſter pulchram carnem, ſed pulchram mẽtem, & pulchros mores, quibus frenatis & carnem. [f] Idem: Toto nobis figatur in corde, qui pro vobis fixus eſt in cruce: totum ipſe teneat in animo veſtro, quidquid noluiſſetis occupari connubio. Idem: [g] Virgines ſunt, & ſequuntur agnum quocumque ierit. Quo ire putamus hunc agnum? Certe quo nemo eum ſequi vel audeat, vel valeat, niſi vos. Quo putamus eum ire, in quo ſaltus & prata? vbi credo gramina ſunt gaudia, non gaudia huius ſęculi vana, inſani, & mendacis, nec gaudia, qualia in ipſo regno Dei ceteris non virginibus: ſed a ceterorum omnium ſorte diſtincta. [h] Idem: Gaudia virginum Chriſti ſunt, de Chriſto, in Chriſto, cũ Chriſto, poſt Chriſtum, per Chriſtum, propter Chriſtum. Gaudia propria virginum Chriſti, non ſunt eadem non virginum, quamuis Chriſti. Nam ſunt alijs alia, ſed nullis talia. [i] Idem: Sequimini agnum, & tenendo perſeueranter: quod vouiſtis ardenter facite quod poteſtis; ne virginitatis bonum a vobis pereat, cui facere nihil poteſtis, vt redeat. [k] Idem: Gaudeat magis puella nobilis genere, ſed nobilior ſanctitate, quod ſit per diuinum conſortium pręcipuam in cælis

b Greg. in Ezech. homil. 6. ante med.
c Idem li. 15. Moral. c. 12.
d Aug. lib. de Virgini. ſanct. cap. 12. to. 6.
e Ibidẽ c. 55.
f Ibidem.
g Ibidem c. 27.
h Ibidem conſeq.
i Ibidem c. 29.
k Idem ep. 179. ad Prob. et Iul. vid. to. 2.

A conſecutura ſublimitatem, quàm ſi eſſet per humanum connubium prolem in terra propagatura ſublimem. Idem: Infra lib. 4. in cap. de meditatione. Virginalis integritas. Idem: Infra in capite de connexione virtutum, ſcilicet continentiæ, & charitatis, ibidem: Inſpicite vulnera. [l] Idem: Illis virginibus, in quibus eſt quidam placendi appetitus, aut elegantiori veſtitu, quàm tantæ profeſſionis neceſsitas poſtulat: aut capitis ligamento notabili, ſiue tumidis vmbonibus capillorum, ſiue tegminibus ita teneris, vt retiola ſubterpoſita appareant, his non de humilitate, ſed de caſtitate ipſa, vel integritate pudicitiæ danda præcepta ſunt. [m] Idem: Bonum eſt tibi o anima **B** virginalis, vt ſic quando virgo es, ſic omnino ſeruans in corde quod renata es, ſeruans in carne quod nata es, concipias cum timore Domini, vt parturias ſpiritum ſalutis. [n] Idem: Ille vnius ſanctæ virginis partus, omnium ſanctarum uirginum eſt decus; & ipſæ uirgines cum Maria uirgine matres Chriſti ſunt, ſi patris eius uoluntatem faciunt. [o] Idem: Quis neſciat obedientem mulierem, inobedienti uirgini præponendam? [p] Idem: Virginitatis bonum, quantum magnum uideo, tanto ei ne pereat, furem ſuperbiam pertimeſco. [q] Hieronymvs in epiſtola: Non **C** proderit ceterorum ſanctificatio membrorum, ſi inueniatur uel in uno corruptio. [r] Idem: An tibi de uirginitatis prærogatiua blandiris? Memento Adam, & Euam uirgines deliquiſſe, nec integritatem corporis profuiſſe peccantibus. [ſ] Idem: Cum uniuerſos artus tuos mundaueris ab omni ſorde peccati, & toto fueris ſanctificata corpore; tunc tibi caſtitatem intelligas profuturam, & cum omni fiducia palmam uirginitatis expecta. [t] Idem: Sit in te noua grauitas, honeſtas admirabilis, ſtupenda uerecundia, mira patientia, uirginalis inceſſus, & ueræ pudicitiæ habitus: Sermo ſemper modeſtus, & in ſuo tempore proferendus. [u] Idem: Virginis definitio eſt, ſanctam eſſe cor- **D** pore, & ſpiritu; quia nihil proficit carnem habere uirginem, ſi mente quis nupſerit. [x] Idem: Audenter loquar, cum omnia poſsit Deus, ſuſcitare non poteſt uirginem poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna, ſed nõ uult coronare corruptam. [y] Cyprianvs in epiſtola: Si Chriſtum continentia ſequitur, & regno Dei uirginitas deſtinatur, quid eſt uirginibus Chriſti cum terreno cultu, & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere geſtiunt, Deum offendunt? [z] Isidorvs de ſummo bono: Omne peccatum per pœnitentiam recipit uulnerum ſanitatem: virginitas autem ſi labitur, nullatenus reparatur. **E** [a] Idem: Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in repromiſsione. [b] Ambrosivs de hortatione ad virginitatem: Attende tibi uirgo, ut & tu inſiſtas orationi, & uultus tuus aſsidua palleſcat obſecratione. Sed ante omnem orationem præpara animam, ut non tu uidearis tentare Deum cum deprecaris: ut id quod oras, mores tui loquantur, fides adiuuet, opera commendent. [c] Idem: Nec liberiorem lętitiam in uirginibus decet eſſe: quę ſi non habent, quod defleant, fleant tamẽ ſeculum, fleant lapſus peccantium. Etenim, quę aliorũ lapſus fleuerit, ſuos cauebit. Fleant, quòd a gaudijs paradiſi longius euagan- **F** tur: fleãt, quia neſciant an ad illa debeant peruenire: fleant poſtremo, uel ipſa contemplatione, ut hic flentes, illic accipiant conſolationem. [d] Idem: Cuſtodi uirgo uias tuas, vt non delinquas in lingua tua. Etenim bona loqui plerũque crimen eſt uirgini. [e] Idem: Ingreditur o uirgo mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter: poſtremo, ſi ubi nõ oportet loquaris. Clauſæ ſint ergo fores labiorum tuorum, & obſeratum maneat uocis ueſtibulum. [f] Idem: Virgo, quæ Chriſtum requirit, non debet eſſe uulgaris, non debet eſſe in foro, non in plateis, uoce querula, greſſu lubrica, facilis auditu, uiſis aſpectu. [g] Idem: Qui non nubũt, & uxores non ducunt,

ſicut

l Idem de Virg. ſan. c. 34. to. 6.
m Ibidem c. 38.
n Ibidem c. 9.
o Ibidem c. 44.
p Ibidem c. 51.
q Hieron. epiſt. 14. ad Maurit. filium. to. 9.
r Ibidem.
ſ Ibidem.
t Ibidem.
u Idem lib. aduerſus Heluid. nõ longe a fin. to. 2.
x Idem ep. 22. ad Euſtoch. ante med. to. 1.
y Cypr. de diſcip. et habitu virg. c. 3. to. 2.
z Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 40. ſẽt. 6.
a Ibidem ſent. 7.
b Ambroſ. ſtat. de hortat. ad virginitat. poſt med. to. 4.
c Ibidem paulo poſt.
d Ibidem prope fin.
e Idem li. 3. de Virg. poſt mediũ to. eod.
f Ibidem.
g Idẽ tract. de Hortat. ad Virgin. to. eod.

ſicut Angeli in terris ſunt; vt tribulationem carnis non ſentiant, ſeruitutem ignorent, & mundanæ negotiationis alleuientur contagio, diuinis rebus mente intendant: vt tamquam exuti corporis infirmitate, nó quæ hominis ſunt, ſed quæ Dei cogitent. [a] IDEM: Virginitas adoleſcentiam decet, iuuentutem ornat, ſenectutem amplificat, omniq. æuo habet iuſtitiæ ſuæ canos, maturitatem grauitatis, velamen pudoris, qui deuotionem non impediat, religionem augeat. IDEM [b] de Virginitate: Quid eſt virginalis caſtitas, niſi expers contagionis integritas? [c] IDEM: Nec mirum, o virgines, ſi pro vobis Angeli militāt: quia Angelorum moribus militatis. Meretur eorum præſidium caſtitas virginalis, quorum meretur & vitam & mores. [d] IDEM: Rachel extorto oſculo fleuit & gemuit. Nec flere deſijſſet, niſi proximum cognouiſſet. IDEM: [e] Conſiderate, quia virgines præ Apoſtolis reſurrectionem Domini videre meruerunt. [f] IDEM: Claudat ora virginis pudor, debilitatem corporis excludat religio, inſtituat conſuetudo boni operis exercitium. Maturam igitur virginem mihi prius grauitas morum nunciet pudore obuio, greſſu ſobrio, vultu modeſto, & prænuncia integritatis, antecedant ſigna virtutis. [g] BERNARDVS ſoper: Miſſus eſt: Solent virgines, quæ veræ virgines ſunt, ſemper ad omnem viri affatum pauere, & numquam eſſe ſecuræ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimeſcere, ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare pretioſum, & nimis arduum eſſe viuere inter homines vt Angelum, & in terris more cæleſtium conuerſari. In dialogo ſanctorum. * BASILII & Ioannis: Virgo, quæ arripuit prophetiam cęleſtemq. conuerſationem Angelorum, repreſentare in terris ſpopondit, atque in hac carne incorporeæ naturæ aggreſſa eſt implere virtutem, neque ſuperfluus egreſſus, neque vaniloquia vſurpare permittitur, maliloquij vero & adulationis etiam nomina ignorare debet. [h] GLOSSA: Altior profeſſio virtutis, altiorem debet tenere viam viuendi. Qui enim abrenunciato coniugio virginitatem voto conſecrāt, oportet vt mores virginitatis condignos oſtendant. Abſtineant ab otioſis verbis, ira, rixa, detractione, habitu ſuperfluo, & oculo impudico: comeſſationibus, potationibus, atque huiuſmodi vigilijs & ſanctis orationibus, lectionibus, eleemoſynis, & huiuſmodi vacent.

a Idem li. de Vidnis ante med.
b Idem li. 1. de Virg. ante med.
c Ibidem poſt med.
d Ibidē li. 3. non multū a prin.
e Ibidem ante med.
f Ibidem.
g Bernar. hom. 3. Super Miſſus. poſt med.
h Gloſſ. ord. in 3. Reg. c. 4.

De Viduis. Cap. XXXIX.

GREGORIVS [i] in regiſt. Quanto viduæ bene viuentes uirorum ſunt ſolatio deſtitutæ, tanto eis enixius eccleſiaſtica eſt impendenda tuitio. IDEM in cap. de ſacerdotibus bonis. Officij ſacerdotalis. AVGVSTINVS [k] in epiſtola: Quamuis ad omnia membra Chriſti, hoc eſt, ad omnes, qui in eum credunt, & eius corpori myſtico ſociantur, ſicut docuit, orare pertineat: ſpecialiter tamen diligentior cura orationis in ſcriptura, eius viduis inuenitur iniuncta. IDEM [l] de viduitate: Si nondum uouiſſes Deo continentiam uidualem, exhortaremur profecto ut uoueres: quia uero iam uouiſti, exhortamur ut perſeueres. IDEM: [m] Agite curſum ueſtrum o uiduæ, & perſeuoranter currite, ut comprehendatis: & exemplo uitæ exhortationisq. ſermone rapite in eundem curſum ueſtrum quaſcumque potueritis. [n] IDEM de vita Chriſtiana: Tria eſſe uiduarum genera non ignorare te credo. Vnum, quod perfectiſſimum eſt, cæleſtiq. præmio deſtinatum, quod ritu illius de euangelio uiduæ Deo orationibus & ieiunijs die noctuq. deſeruit. Aliud uero, quod filiorum curam habet, & domus, non tam dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus eſt in epulis & delicijs, quod æternæ morti ſeruatur. [o] IDEM de Virginitate: Multas uiduarum reuocat a nubendo, non amor præclari propoſiti, ſed aperti dedecoris timor, ueniens & ipſæ de ſuperbia, qua formidatur magis hominibus diſplicere, quàm Deo. [p] HIERONYMVS in epiſtola: Vidua quæ marito placere deſinit, & iuxta Apoſtolum uere uidua eſt, nihil habet neceſſarium niſi perſeuerantiam. Meminit priſtinæ uoluptatis, ſcit quid amiſerit, quo delectata ſit. [q] AMBROSIVS de viduis: Prope modum non inferioris uirtutis eſt a coniugio abſtinere, quod aliquando delectauerit, quàm coniugij pœnitus delectamenta neſcire. [r] IDEM: Virginitas in eo facilior eſt, quòd carnis incentiua non nouit, & uiduitas in eo ſolicitior, quòd præteritas animo recolit uoluptates. [s] IDEM de Viduitate: Eſto uidua temperans & caſta. Tempera te primum a uino, ut poſſis caſta eſſe ab adultero, nec te ille tentabit, ſi te uina non tentent. Nam ſi Iudith uidua uinum bibiſſet, cum adultero utique dormiſſet. [t] IDEM de officijs: Quid tam decorum, quàm ut uidua defuncto coniugi fidem ſeruet? Quid etiā hoc utilius, quo regnum cæleſte acquiritur? Sunt enim, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. [u] IDEM de fide reſurrectionis: Mulier ſatis pie uirum luget, quæ ſeruat pudorem, non deſerit fidem. Sic enim bene defunctis officia penduntur, ut uiuant in mentibus, & in affectibus perſeuerent.

i Greg. regiſt. lib. 3. indict. 14. c. 197.
k Aug. ep. 121. ad Probam. c. 16. in prin. to. 2.
l Idem lib. de bono viduit. c. 19. in prin. to. 4.
m Ibidem c. 23.
n Idem libro de vit. Chriſt. c. 15 to. 9.
o Idem de Virgin. ſan. c. 34. to. 6.
p Hiero. ep. 10. ad Furiam ante med. to. 1.
q Amb. li. de Vid. in prin. to. 4.
r Eſt Hieron. epi. 11. ad Ageruchi. de monogam. ante med. to. 1.
s Idem de Vid. circa med. to. 4.
t Idē li. 2. de Offic. ca. 6. to. eod.
u Idē li. de fide Reſurrect. longe ante med. tom. eod.

De Coniugatis. Cap. XL.

GREGORIVS [x] in Moral. Tunc ſolum coniuges in admixtione ſine culpa ſunt, cum non pro explenda libidine, ſed pro ſuſcipienda prole miſcentur. IDEM [y] in paſtorali: Neceſſe eſt ut coniuges crebris orationibus deleant, quod pulchræ copulæ ſpeciem admixtis uoluptatibus fœdant. [z] IDEM: Admonendi ſunt coniuges, ut ea in quibus ſibi aliquādo diſplicent, & patientes inuicem tolerent, & exhortantes ſe inuicem ſaluent. [a] IDEM in regiſtro: Vir cū propria uxore dormiens, niſi lotus aqua, Eccleſiam intrare non debet, ſed neque lotus intrare ſtatim debet. Et infra: Nec hoc dicentes culpam putamus eſſe coniugum, ſed quia etiam ipſa licet admixtio coniugum, ſine uoluptate carnis eſſe non poteſt, a ſacri loci ingreſſu abſtinendum eſt: quia uoluptas ipſa ſine culpa eſſe nullatenus poteſt. [b] IDEM: Si quis ſua coniuge non cupidine uoluptatis, ſed ſolum procreandorum liberorum gratia utitur, ille profecto ſiue de ingreſſu Eccleſiæ, ſiue de ſumendo Dominici corporis ſanguinisq. myſterio, ſuo eſt relinquendus iudicio: quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. [c] IDEM: Cum boni coniuges aut meritum augere deſiderant, aut ante actæ uitæ culpas deflere, ut ſe ad continentiam aſtringant, & meliorem uitam appetant licet. Si uero continentiam, quam uir appetit, uxor non ſequatur, aut quam uxor appetit, uir recuſat: diuidi coniugium non licet, quia ſcriptum eſt: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparat. Et iterum: Mulier corporis poteſtatem non habet, ſed uir: ſimiliter autem, & uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. [d] AVGVSTINVS de bono coniugali: Concubitus neceſſarius cauſa generandi inculpabilis eſt, & ſolus ille nuptialis. Ille autem, qui ultra neceſſitatem iſtam progreditur, iam non rationi, ſed libidini obſequitur. Et hunc tamen non exigere, ſed reddere coniugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad perſonam coniugalem pertinet. Si autem ambo tali concupiſcibili ſubiugantur, rem faciunt non plane nuptiarū. [e] IDEM: Cum ille naturalis uſus, qui prolabitur ultra pacta nuptialia, id eſt, ultra propagandi neceſſitatem, uenialis ſit in uxore, in meretrice damnabilis: ille qui eſt contra naturam execrabilis fit in meretrice, ſed execrabilior fit in uxore. [f] IDEM: Bonæ ſunt nuptiæ, in quibus tanto meliores ſunt coniugati, quanto caſtiores ac fideliores, Deum timent: maxime ſi filios, quos carnaliter deſiderant, ſpiritualiter nutriant. [g] IDEM in epiſtola:

Mulierem

x Greg. li. 32. Mor. c. 22. ante med.
y Idē Paſtoral. p. 3. cap. 2. admon. 26.
z Ibidem.
a Idem in Reg. li. 12. Ind. 7. c. 30. circ. med.
b Ibidem.
c Ibidē lib. 10. ind. 4. ca. 39. poſt med.
2. Cor. 7.
d Aug. lib. de bo. cōiug. c. 10. to. 6.
e Ibidē c. 11.
f Ibidem c. 19.
g Idem ep. 199. circa med. to. 2.

Mulierem coniugatam non licet dicere: facio quod volo de meo, cum & ipſa non ſit ſua, ſed capitis ſui, id eſt viri. [a] IDEM ſuper Geneſim ad literam: Quod bonum habent nuptiæ, peccatum nomquam eſſe poteſt. Hoc autem tripartitum eſt, ſcilicet fides, proles, ſacramentum. In fide attenditur, ne præter vinculum coniugale, cum altera vel cum altero concumbatur. In prole, vt amanter ſuſcipiatur, benigne nutriatur, religioſe educetur. In ſacramento, vt coniugium non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa nec cauſa prolis, alteri cõiungatur. [b] IDEM contra Iolianum: Intemperans in cõiugio, quid aliud niſi quidam adulter vxoris eſt? Omnis enim vehemens amator propriæ vxoris, adulter eſt. [c] IDEM: Sicut adulterium non poteſt eſſe ſine bono naturæ, nec ideo eſt bonum: ita connubium non poteſt eſſe ſine malo concupiſcentiæ, nec ideo malum eſt. [d] IDEM: Coniuges bene vtentes malo concupiſcentiæ, anteponuntur virginibus male vtentibus bono continentiæ. [e] IDEM de viduitate: Nuptiarum bonum ſemper eſt bonum, ſed in populo Dei fuit aliquando legis obſequium, nunc eſt infirmitatis remedium. [f] IDEM: Sicut manente in ſe ſacramento regenerationis, excommunicatus quiſqoe reus criminis cuiuſcumque, non illo ſacramento caret, etiam ſi C numquam reconcilietur Deo: ita manente in ſe vinculo fœderis coniugalis, ſi vxor dimittitur ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo fœderis, etiam ſi numquam reconcilietur viro: carebit autem ſi mortuus fuerit vir eius. IDEM: Indignâtet viri. Supra in capitulo de homine. [g] IOANNES Chryſoſtomos ſuper Mattheum: Abſtine te a menſtruata, abſtine te a prægnante, erubeſce te facere, quod animalia non faciunt. Et infra: Quando dies feſtus eſt & dies ieiunij, ſerua vt impleas apoſtolicum præceptum: Nolite frandare inuicem, *et cet.* [h] AMBROSIVS de viduitate: Non prohibemus ſecundas nuptias, ſed tamen non D probamus ſæpe repetitas. [i] IDEM de Virginitate: Bonum coniugium, ſed tamen a iugo tractum, & mundi iugo, vt viro potius cupiat mulier placere, quàm Deo. [k] IDEM: Iactet licet ſe fecundo nobilis dotata partu, quo plures generauit, plus laborauit. Numerat ſolatia filiorum, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit & plorat, qualia ſunt vota quæ flentur? [l] IDEM: Prius vtique impedimentum fecunditas carnis incipit afferre, quàm fructum. Parturit enim & ægrotat priuſquam pariat: quàm dulce pignus, quod a periculo incipit, & in periculis deſinit: prius dolori futurum quàm uoluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio E poſſidetur. [m] IDEM: A coniugio illa naſcuntur incentiua vitiorum, vt quæſitis coloribus ora depingât, dum viris diſplicere formidant & de adulterio vultus, meditantur adulterium caſtitatis. [n] ISIDORVS in etymologijs: Tribus cauſis ducitur vxor. Prima eſt cauſa prolis, de qua legitur in Geneſi: Et benedixit eos dicens: Creſcite & multiplicabimini. Secunda cauſa adiutorij, de qua ibi in Geneſi dicitur: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Tertia cauſa incontinentiæ, vnde dicit Apoſtolus: Qui ſe non continet, nubat. [o] HIERONYMVS in epiſtola: Non negamus viduas, non ne- F gamus maritatas, ſanctas mulieres inueniri: ſed quæ vxores eſſe deſierunt, quę in ipſa neceſſitate coniugij imitantur virginum caſtitatem. [p] IDEM: Vbi tympana ſonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbala concrepant, quis ibi Dei timor? Paraſitus in contumelijs gloriatur. Ingrediuntur expoſitæ libidini victimæ, & tenuitate veſtium nudæ impudicis oculis ingeruntur, his infelix vxor aut lætatur & perit: aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. [q] IDEM: Nupta ad ſpeculum pingitur, & in contumeliam artificis conatur pulchrior eſſe, quàm nata eſt. [r] IDEM in originali ſuper illud Ioel: Egreditur ſponſus de cubili ſuo, *et cet.* Ergo qui in caſtigatione victus, & ieiunio, atque eleemoſynis dicit ſe agere pœnitentiam, A fruſtra agit pœnitentiam, qui non ſeruat caſtitatem, fruſtra hoc ſermone promittit, niſi egrediatur de cubiculo ſuo & ſanctum purumq. ieiunium pudica expleat pœnitentia. [s] GLOSSA: Quotiens vxori debitum reddo, orare nõ poſſum. Quod ſi iuxta Apoſtoli ſermonem, ſine intermiſſione orandum eſt, numquam ergo mihi coniugio ſeruiendum: ne ab oratione, cui ſemper inſtare iubeor, vlla hora præpediar.

a Idẽ li. 9. de Gen. ad lit. c. 7. to. 3.
b Idẽ li. 2. con. Iul. cir. med. to. 7.
c Ibidẽ li. 3. c. 23. in fin.
d Ibidẽ lib. 4. c. 8. poſt med.
e Idẽ li. de bo. vidui. c. 4. to. 4.
f Idem lib. de adulter. coniug. c. 5. to. 6.
g Chryſoſt. oper. imperfecti homil. 34. in c. 20. Matt. to. 6.
h Amb. lib. de Vid. poſt med. to. 4.
i Idẽ lib. 3. de virgini. poſt med. to. eod.
k Ibidẽ li. 1. ant. med.
l Ibidem.
m Ibidem.
n Iſid. Ety. lib. 9. c. 8.
o Hieron. lib. aduer. Heluid. cir. fin. to. 2.
p Ibidem.
q Ibidem.
r Idẽ comm. in Ioel. c. 2. to. 5.
s Gloſſ. ord. in 1. Pet. 3.

De Tribus ſtatibus prædictis. Cap. XLI.

AVGVSTINVS [t] in libro de bono cõiugali: Sicut bonum erat, quod Martha faciebat occupata multum, circa miniſterium ſanctorum: ſed melius, quod Maria ſoror eius ſedens ad pedes Domini, & audiens verbum eius; cum ambæ hoſpitio recepiſſent: Ita bonũ Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus, ſed tamen ei bonum viduæ Annæ, ac multo magis Mariæ virginis anteponimus. [u] IDEM de virginitate: Certa ratione, & ſanctarum ſcripturarum auctoritate, nec peccatum eſſe nuptias inuenimus: ſed tamen nec eas bono vel virginalis continentiæ, vel etiam vidualis abſtinentiæ, ęquamus. [x] IDEM con- C tra Iulianum: Vera pudicitia, ſiue coniugalis, ſiue vidualis, ſiue virginalis, dicenda non eſt, quæ non veræ fidei mancipatur. Coniuges enim & virgines, & viduæ, poſſunt eſſe, & pudicæ non eſſe, ſi contaminata volontate mechantur. [y] HIERONYMVS in epiſtola: Cum in ſemente terrę bonę, centeſimum, & ſexageſimum, & trigeſimum fructum Euangelia doceant; & centenarius pro virginitatis corona primũ gradum teneat: ſexagenarius pro labore uiduarum in ſecundo ſit numero: tricenarius fœdera nuptiarum ipſa digitorũ coniunctione teſtetur: Bigamia in quo erit numero? immo extra numerum, certe in terra D bona non oritur, ſed in vepribus & ſpinetis vulpium, quæ Herodi impijſſimo comparantur. [z] AMBROSIVS de viduitate: Docemur triplicem caſtitatis eſſe virtutem: unam coniugalem, aliam uiduitatis, tertiam uirginitatis.

t Aug. lib. de bo. coniug. c. 8. to. 6.
u Idem de Virg. ſan. c. 21. to. eod.
x Idẽ lib. 4. con. Iul. c. 2. poſt med. to. 7.
y Hier. ep. 11. ad Ageruchi. de Monoga. ante med. to. 1.
z Amb. li. de vid. ante med. to. 4.

De Pauperibus. Cap. XLII.

GREGORIVS [a] in Homilijs: Pauper cũ reprehenſibilis cernitur, moneri debet, & deſpici non debet. Si uero reprehenſionis nil habet, venerari ſummopere ſicut interceſſor debet. [b] IDEM: Cum quoſlibet E pauperes, nonnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, nolite deſperare: quia fortaſſe quod ſuperfluitas tenuiſſimę prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. [c] IDEM: Quando ad fidei agonem uenimus, luctamen contra malignos ſpiritus ſumimus. Maligni autem ſpiritus nudi ſunt, quia nihil in hoc mundo proprium poſſident. Nudi ergo cũ nudis luctari debemus. Nam ſi ueſtitus quis cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur: quia habet, unde teneatur. [d] IDEM in Dialogo: Paupertas mentibus bonis, eſſe ſolet cuſtos humilitatis. [e] IDEM ſuper Ezechielem: Paupertas in inopia mentis eſt, F non in quantitate poſſeſſionis. [f] IDEM: Cum deeſt terrena ſubſtantia, de qua ęterno iudici rationem ponemus, liberius ad patriam pergimus, quia quaſi in uia pondere caremus. [g] IDEM in Moralibus: Mira ſecuritas eſt cordis, aliena non quęrere, ſed uniuſcuiuſque diei ſufficientia contentum manere. Infra de ſufficientia lib. 4. IDEM: Quiſquis ſtimulo, *et cet.* infra lib. 3. capitulo de iudicio. [h] AVGVSTINVS de Eccleſiaſticis dogmatibus: Bonũ eſt facultates cũ diſpenſatione pauperibus erogare: melius pro intentione ſequẽdi Dominum inſimul pauperibus donare, & abſolutum ab omni ſolicitudine egere cum Chriſto. [i] IDEM in libro de cura pro mortuis, & in libro de ciuitate Dei: Præclaras exequias in conſpectu hominum exhibuit purpurato illi diuiti turba famulorum: ſed

a Greg. homil. 40. in Euang. poſt med.
b Ibidem circ. med.
c Ibidẽ homil. 32. non lõge a prin.
d Idẽ li. 1. Dial. c. 9. nõ lõge a prin.
e Idem in Ezech. homil. 13. poſt med.
f Ibidẽ homil. 19. poſt med.
g Idẽ li. 15. Mor. c. 13. poſt med.
h Aug. lib. de Eccl. dog. c. 71. to. 3.
i Idem lib. de cur. pro mort. agen. c. 2. to. 4. & li. 1. de ciu. c. 12.

ſed multo clatiores in conſpectu Dei vlceroſo illi pau
peri, miniſterium præbuii angelorum: qui eum non
extulerunt in marmoreum tumulum, ſed in Abraæ
ſinum. *IDEM ſuper Canonicam Iacobi: Magnæ fe-
licitatis eſt conditio Chriſtianorum, quibus clarimdo
regni in paupertate poſita eſt. Poſſidere quod cum
labore acquiritur, paucorum eſt: contemnere, quod
cum fructu contemnas, omnium eſt. Felicitas er-
go magna Chriſtianorum, quibus datum eſt, vt pau-
pertate faciant pretium regni cęlorum. *IDEM: Nō
tibi diſpliceat paupertas tua, nihil enim ea poteſt diu-
tius inueniri. Vis ſcire quàm locuples ſit paupertas?
B cælum emit. *IAONNES Chryſoſtomus: Non malū
aliquod æſtimemus inopiam, etenim ſapientiæ, et pa
tientiæ, et omnis philoſophiæ nobis magiſtra eſt
inopia. [a] AMAROSIVS in Hexaemeron: Iuſtus vir,
qui hic eguerit, illic abundabit: et qui hic laborem
tolerauerit, illic conſolationem habebit. Qui autem
hic receperit bona, illic mercedem eorum ſperare nō
poterit. Paupertas enim mercedem ſuam reſeruat,
cenſus abſumit. *HIERONYMVS in epiſtola: Va-
cuus viator, et nudus latronis non timet inſidias, ſe-
curus a nocturnis furibus dormit pauper, etiā ſi clau-
ſtra non muniat: diuiti vero ſuæ opes latronis imagi-
C nantur occurſum, et iugi ſolicitudine ſomnum adi-
munt. [b] IDAM: Crates ille Thebanus quondam di-
tiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret,
magnum auri pondus abiecit in mare: nec putauit
ſe poſſe, et virtutes ſimul et diuitias poſſidere. *BER
NARDVS in epiſtola: Volo te eſſe amicum paupe-
rum, magis autem imitatorem. Ille gradus profi-
cientium eſt, hic perfectorum. Amicitia namque
pauperum, regis amicos conſtituit: ſed amor pauper
tatis reges facit. Regnum denique cælorum pau-
perum eſt. *IDEM in ſermone: Cum tria ſint gene-
ra paupertatis, neceſſaria, voluntaria, et ſimulato-
D ria, recte diuidens et recte offerens, reiecta ſimula-
tione, neceſſariam patiens, voluntariam amplectens,
pauper efficitur ſpiritu. [d] IDEM: Felix paupertas vo
luntaria relinquentium omnia, et ſequentium te Do-
mine Ieſu. Felix plane, quæ tam ſecuros immo glo-
rioſos faciat in illo ſingulari fragore elementorum,
in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto
diſcrimine iudiciorum. [e] SENECA in epiſtola: Cui cū
paupertate bene conuenit, diues eſt. [f] IDEM: Non
qui parum habet, ſed qui plus cupit, pauper eſt. [g]
IOEM: Aude hoſpes contemnere opes, et te quoque
E dignum finge Deo. Nemo alius eſt Deo dignus, quàm
qui opes contempſit: quarum poſſeſſionem tibi non
interdico, ſed hoc efficere volo, vt intrepidus eas poſ
ſideas. [h] IDEM: Si vis vacare animo, aut pauper ſis
oportet, aut pauperi ſimilis. Non poteſt ſalutare fie-
ri ſtudium ſine fragilitatis cura.

a Ambr. in Hexaem. li. 6. c. 8. prope fin. to. 1.
b Hier. ep. 13. ad Paulin. to. 3. ante med.
c Bernar. epiſt. 103.
d Idē ſer. 2. ſup. Qui habitat.
e Sen. epiſt. 2. ad Lucilium.
f Ibidem.
g Idem ep. 18. prope fi.
h Idē epiſ. 17. ante medium.

De Diuitibus. Cap. XLIII.

GREGORIVS,[i] in homilijs: Quicumque bene in
hoc ſæculo habetis, cum vos bona egiſſe recoli-
tis, valde de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis pro-
ſperitas, eorumdem remuneratio ſit bonorum.
F [k] IDEM: Cum pauci ſint, qui ſpiritualia dona perci-
piunt, et multi qui rebus temporalibus abundant,
per hoc ſe diuites virtutibus pauperum inſerūt, quod
eiſdem ſanctis pauperibus de ſuis diuitijs partiuntur.
[l] IDAM: Plerumque mali eo magis contra Domi-
num ſuperbiunt, quo ab eius largitate, et contra me-
ritum ditantur, et qui prouocari bonis ad meliora
debuerunt, bonis peiores fiunt. [m] AVGVSTINVS
de Ciuitate Dei: Temporalibus magis vtendum eſt,
quàm fruendum, vt frui mereamur æternis. Non ſi-
cut peruerſi, qui frui volunt nummo, vti autem
Deo: quoniam non nummum propter Deum impen
dunt, ſed Deum propter nummum colunt. IDEM:
Præclaras exequias, *et cetera*. ſupra de pauperibus.

i Gre. hom. 40. in Euāgel. poſt medium.
k Ibidem ho. 20. poſt med.
l Idem li. 21. Mor. c. 4. non longe a prin.
m Aug. de Ciuit. Dei lib. 11. c. 25 to. 5.

A [n] IDEM de verbis Domini: Ecce recole diues pri-
mordia tua: dic rogo, quid attuleris? aut ſi dicere
erubeſcis, audi apoſtolum dicentem: Nihil, inquit,
intulimus in hunc mundum, vtique quando nati ſu-
mus, ſed nec auferre quid poſſumus, vtique quando
de mundo exibimus. Nihil attuliſti, nihil auferes,
quid te inflas contra pauperem? Certe quando habi-
to caſu vetera ſepulchra franguntur, oſſa diuitum ab
oſſibus pauperum nō agnoſcuntur. *IOANNES Chry
ſoſtomus, ſuper Matthæo: Non propter hoc diues di-
uitias accepiſti, vt in laſciuia conſumas, ſed vt in ele-
emoſynam expendas. Numquid enim tua ſunt, quæ
B habes? Quæ pauperum bona ſunt, tibi credita ſunt,
etiam ſi ex laboribus iuſtis, vel ex hereditate paterna
poſſeſſor factus fueris. *IDEM, ſuper Ioanne: Per in-
numeras mortes ſuorum, lætantur ſe cupidi ad pecu-
niæ ianuas perueniſſe. Volutari namque in cœno eius
tamquam ſues delectantur, et vt tauri ſtercus eius
euoluere. [o] AMBROSIVS de officijs: Iſti, qui in
delicijs, qui in luxuria, rapina, quæſtibus, honori-
bus, ſtudia ſua poſuerunt, ſpectatores magis ſunt,
quàm præliatores. Habent lucrum laboris, fructum
virtutis non habent. [p] IDEM in Hexaemeron: Nu-
di omnes naſcimur, nudi morimur. Nulla diſcretio
C inter cadauera mortuorum, niſi forte quia grauius
fœtent diuitum corpora diſtenta luxuria. [q] IDEM in
ſermone: In commune omnibus diuitibus, atque
pauperibus terra fundata eſt: cur vobis ius proprium
ſoli diuites arrogatis? Neſcit natura diuites, quæ om
nes pauperes generat. [r] IOEM: Quicumque patrimo-
nio ſuo tamquam poſſeſſor non vtitur, qui largiri
pauperi, et diſpenſare non nouit, is ſuarum ſeruulus
eſt, non Dominus facultatum. [ſ] IDAM: Ipſum no-
men conſidera: Ditem dicunt Gentiles inferni præſu-
lem, arbitrum mortis. [t] HIERONYMVS in origi-
nali ſuper Abacuc: Pro iniquitate vidi tētoria Aethio-
D piæ. Omnis diues, aut iniquus, aut heres iniqui.
SENECA in epiſtola. [u] Libera te prius metu mortis,
illa nobis graue iugum imponit, deinde metu pau-
pertatis: Si vis ſcire, quàm nihil in illa mali ſit, com-
para inter ſe pauperum, et diuitum vultus, ſæpius
pauper et fidelis ridet. [x] IDEM: Horum, qui felices
vocantur, hilaritas ficta eſt, aut grauis, et ſuppurata
triſtitia, eoq. grauior, quia interdum non licet eſſe
miſeros, ſed inter ærumnas, cor ipſum exedentes
neceſſe eſt agere felicem.

n Idem de verb. Dom. ſer. 5. circa med. to. 10.
o Amb. lib. 1. de offic. c. 16. ante medium. to. 4.
p Idem in Hexaem. li. 6. c. 8. to. 1.
q Idem lib. de Nabute. c. 1. to. 1.
r Ibidē c. 15. in prin.
ſ Ibidem. cap. 6. ante med.
t Hieron. com. in Abac. li. 2. c. 3 to. 5.
u Sen. epi. 80. cir. medium.
x Ibidem.

De Potentibus. Cap. XLIV.

E GREGORIVS [y] in regiſtro: Qui poſt terrenam
poteſtatem cæleſtis regni gloriam cupit acqui-
rere, ad faciendum lucrum creatori ſuo debet enixius
laborare: vt ad ea, quæ deſiderat, operationis ſuæ
gradibus poſſit aſcendere. [z] IDEM: Summum in re-
gibus bonum eſt, iuſtitiam colere, ac ſua unicuique
iura ſeruare, et in ſubiectos non ſinere, quod pote-
ſtatis eſt fieri, ſed quod ęquum eſt, cuſtodiri. [a] IOEM:
Tunc regnum bene regitur, cum regnandi gloria
animo non dominatur. [b] IDEM: Reſtringenda ſub
F ratione poteſtas eſt, nec quidquam eſt agendū, priuſ-
quam euocitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam
commotionis tempore iuſtum putat ira, quod fece-
rit. [c] IOEM in Paſtorali: Contra Deum præſunt po-
tentes, ſi eos quos per conditionem tenent ſubditos,
æquales ſibi per naturę conſortium non agnoſcunt.
[d] IOEM in Moralibus: Bene poteſtatem exercet, qui
ſcit per illam ſuper culpas erigi, ſcit cum illa ceteris
ęqualitate componi. Humana enim mens plerum-
que extollitur, etiam cum nulla poteſtate fulcitur:
quanto igitur magis ſe in altum erigit, cum ſe ei etiā
poteſtas adiungit? [e] IDEM: Iuncta ſemper eſſe ſuper-
bia potentibus ſolet. [f] AVGVSTINVS de uita Chri-
ſtiana: Quo poteſtas ſublimior eſt, tanto ad peccan-
dum maior eſt audacia: quia totum credit licere ſibi,
quod

y Greg. Regiſt. li. 9. indic. 4. c. 39. in prin.
z Ibidē li. 7. ind. 2. c. 120.
a Ibidē c. 126. poſt medium.
b Ibidē li. 8. indi. 3. c. 14.
c Idem paſtor. cu. par. 3. cap. 2. admo. 6.
d Idem li. 26. Mor. c. 26. et paſto. 2. par. c. 6.
e Ibid. lib. 26. Mor. c. 19. poſt medium.
f Aug. lib. de vita Chriſt. c. 3. to. 9.

quod poteſt, et dum alterius iudicium oon timent, qui alios iudicant, ad peccandum præcipites fiunt. Idem: Homines diabolum. ſupra de ambitioſis. [a] Idem de mendacio: Nulli eſt iniuria per potentiam, vel leuiter inferenda, vt ab alio grauior iniuria repellatur. [b] Ambroſius de Officijs: Laus Domini, vbi munda poſſeſſio, & innocens familiæ diſciplina. [c] Idem in Apologia: Peccauit Dauid vt ſolent Reges, ſed pœnitẽtiã geſſit, fleuit, & ingemuit, quod nõ ſolẽt Reges. [d] Iſidorus de Summo bono: Qui recte vtitur regni poteſtate, ita præſtare ſe omnibus debet, vt quanto magis honoris celſitudine claret, tanto ſemetipſum mente magis humiliet, præponens ſibi exemplum humilitatis Dauid: qui de ſuis meritis non tumidus, ſed humiliter ſeſe deijciens, dixit: Vilior fiam plus quàm factus ſum, et ero humilis in oculis meis. [e] Idem: Qui recte vtitur regni poteſtate, formam iuſtitiæ factis magis, quàm verbis, inſtituit. Ille nãque nulla proſperitate erigitur, nulla aduerſitate turbatur, non nititur proprijs viribus, nec a Deo recedit cor eius: regni quoque faſtigio humili præſidet animo: non eum delectat iniquitas, non inflammat cupiditas, ſine fraudatione alicuius ex paupere diuitem facit, & quod iuſta poteſtate a populis extorquere potuerat, hoc ſæpe miſericordi clementia donat. [f] Idem in Synonymis: Modica eſt huius ſæculi gloria: caduca eſt et fragilis temporalis potentia. Dic vbi ſunt Reges, vbi Principes, vbi Imperatores, vbi locupletes rerum, vbi potentes ſæculi, vbi diuites mundi? Quaſi vmbra tranſierunt, velut ſomnium euanuerunt. [g] Bernardus in epiſtola: Principis error multos inuoluit, et tãtis obeſt, quãtis præeſt ipſe. [h] Seneca libro de clementia: Nec promiſcuam habere, nec vulgatem clementiam principem decet. Nam tam omnibus ignoſcere, quam nulli, malum eſt. [i] Idem: Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum viuere ſuperiorẽ velis. [k] Idem in epiſtola: Quoties in mentem tuam venerit, quantum tibi in ſeruum tuum liceat, toties veniat etiam in mentem tuam tantumdem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum dominum habeo. Reſpondeo, bona forſitan eſt fortuna, ſi neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Crœſus, qua Darij mater.

a Idem li. de mẽd. ad Conſent, c. 11, to. 4.
b Ambr. li. 1. offic. c. 50 to. 4.
c Idem in Apologia Dauid. 1. c. 4. to. 4.
d Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 49. ſententi. 1.
e Ibidem ſent. 2.
f Idem in Synon. c. 7.
g Bern. in epiſt. 127.
h Sene. lib. 1. de clem. c. 2.
i Idem ep. 47. cir. medium.
k Ibid. con ſeq.

De Iudicibus. Cap. XLV.

Gregorius [l] in homilijs: Durum eſt, vt qui neſcit tenere moderamina vitæ ſuæ, index fiat vitæ alienæ. Idem: Iudicare digne. In capit. de acceptatione perſonarum, lib. 3. [m] Idem in Moralibus: Maiora crimina et tarde credenda ſunt, cũ audiuntur: et citius puniẽda ſunt, cum veraciter agnoſcuntur. [n] Idem: Tres ſunt acceptiones munerum, ad quas ex fraude feſtinatur ad iudicium. Munus nãque a corde, eſt captata gratia a cogitatione. Munus ab ore, eſt gloria per fauorem. Munus a manu, eſt præmium per dationem. Idem: Boni te dulcem, in capitulo de æquitate lib. 4. Ioannes Chryſoſtomus ſup Mattheũ: Benigni et iuſti iudicis eſt ſuas iniurias cõtemnere, et aliorum iniurias iudicare. Idem: Facile deuiat. In capitulo de timore, in lib. 3. [o] Iſidorus in Synonymis: Noli eſſe plus iuſtus, quàm iuſtũ eſt: omne enim quod nimis eſt, vitium eſt. Idem: Nullum iudices. Infra lib. 3. capit. de ſtultiloquio in accuſatione. [p] Idem de Summo bono: Neminẽ ſtultorũ vel improborum oportet iudicem eſſe. Nam ſtultus per ignauiam, improbus per improbitatem corrumpit, quam didicit veritatem. [q] Idem: Qui recte iudicat, et præmiũ inde remunerationis expectat: fraudem in Deo perpetrat, quia iuſtitiam, quam gratis partiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. [r] Idem: Quattuor modis iudicium humanum peruertitur, timore, cupiditate, odio, amore. Timore, dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui pauescimus. Cupi-A ditate, dum præmio muneris alicuius corrumpimur. Odio, dum contra quẽlibet aduerſari molimur. Amore, dum amico vel propinquis obtemperare contendimus. [s] Auguſtinus in epiſtola: Iniquum eſt, vt quiſque iudicare de alio velit, et iudicari de ſeipſo nolit. [t] Idem: Imple, Chriſtiane iudex, pij patris officium: ſic ſuccenſe iniquitati, vt conſulere memineris humanitati. [u] Idem in ſermone: Cum iudicaueris te ipſum ſine adulatione, iudica proximum cum dilectione. [a] Idem cõtra Donatiſtas: Non facile pro vno, vel paucis, aduerſus innumerabiles religionis et vnitatis viros, et magno ingenio et vberi doctrina præditos, niſi pertractatis pro viribus atque bene per-B ſpectis rebus, ferenda ſententia eſt. Idem: Sacerdos cui omnis. ſupra de ſacerdotibus bonis, lib. 1. [u] Ambroſius in Apologia: Vnuſquiſque de alio iudicaturus, de ſeipſo prius iudicet, nec minora in alio errata condẽnet, cum ipſe grauiora commiſerit. [x] Idem: Sæpe et in iudicando maius peccatũ iudicij eſt, quàm peccatum ipſum, de quo fuerit iudicatum.

l Greg. homil. 20. in Euang. circa med.
m Idem li. 29. Mor. c. 24. cir. fi.
n Ibid. li. 9 c. 17.
o Iſido. in Synon. c. 16
p Idem de ſum. bo. li. 3 c. 53. ſen. 1.
q Ibid. c. 50. ſent. 6.
r Ibidem ſent. 7.
s Aug. ep. 174. ad Paſcent. in prin. to. 2.
t Ibid. ep. 159. ad Marcel. Trib.
u Amb. in Apolo. poſter. Dauid c. 2. to. 1.
x Ibid.

De Nobilibus. Cap. XLVI.

Gregorius [y] in dialogis: Nõnullis ſolet nobili-C tas generis parere ignobilitatem mentis, vt minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe ceteris aliquid eſſe, vel fuiſſe meminerit. [z] Hieronymus in epiſtola ad Celantiam: Nulli te vnquam de generis nobilitate præponas, nec obſcuriores quaſque et humili loco natas, te inferiores putes. Neſcit enim religio noſtra perſonas, nec conditiones hominum, ſed animas inſpicit. [a] Idem: Sola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis. Summa eſt apud eum nobilitas, clarum eſſe virtutibus. [b] Idem: Nobilitatis tuæ tantum ad hoc memineris, vt cum claritate generis, morum ſanctitate contendas. [c] Idem: Non eſt, quod ſibi aliquis de generis nobilitate blandia-D tur, ſi ex meliori parte fit ſeruus. [d] Idem: Mondanam nobilitatem non naturæ æquitas præſtitit; ſed cupiditatis ambitio inuenit. [e] Idem in homilijs: Ille apud Deum potior et nobilior eſt, non quem nobilitas generis aut dignitas ſæculi, ſed quem deuotio fidei Deo, et ſancta vita commendat. [f] Ambroſius in ſermonibus: Nullũ ad cõmendationem hominis cõditio ſeruitutis affert impedimentum, nec dignitas proſapiæ meritum, ſed fides affert: ſiue liber, ſiue ſeruus, omnes in Chriſto vnum ſumus. [e] Bernardus in epiſtola: Minime quidem Deus eſt acceptor perſonarum, neſcio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet, E an forte quia plus claret. Siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet, vtrum quia nolit, aut quia non poſſit habere. Laudo tamen factam de neceſſitate virtutem: ſed plus illam, quam eligit animi libertas, non inducit neceſſitas.

y Greg. li. 2. Dial. c. 23.
z Hier. ep. 14. ad Cel. poſt med. to. 1.
a Ibid.
b Idem ep. 8. ad Demetriad. poſt med. to. 9.
c Ibid.
d Ibid. ep. 14. ad Mat. fil. vlterm med.
e Bern. ep. 113. ad Sophiam virg. ante med.

De Militibus. Cap. XLVII.

Gregorius [f] in regiſtro: Sũma militiæ laus inter alia bona merita hæc eſt, obedientiam ſanctæ reipublicæ vtilitatis cauſa exhibere, et quod ſibi vtiliter imperatũ fuerit, obtẽperare. [g] Ioannes Chryſo-F ſtomus ſuper Mattheũ: Inhoneſtũ eſt apud Deũ opus negociationis, ſiue dignitatis, ſiue militiæ. [h] Ambroſius ſuper illud Luc. 3. Neminem concutiatis. Singulis generibus hominum tribuit ſanctus Ioannes Baptiſta reſponſum, ſcilicet publicanis, ne vltra quàm præſcriptum eſt eis, exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant. Docens idcirco ſtipendia conſtituta militiæ, ne dum ſumptus quæritur, prędo graſſetur. [i] Auguſtinus de verbis Domini: Nonnulli qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu ſunt publico conſtituti, cum peccãt grauiter, hac ſolent a peccatis ſuis prima ſe voce excuſare, quod militant; et ne bene aliquando faciant, occupatos ſe malis

f Greg. in Reg. li. 12. ind. 7. c. 24.
g Chryſoſt. oper. imperf. homi. 42. in c. 22. Mat. cir. med. to. 2.
h Amb. in Luc. li. 2. c. 3. to. 2.
i Augu. de Verb. Dom. Ser. 19. in prin. to. 10.
k Ibid.

malis actibus conqueruntur. [a] Idem: Non eſt delictum militare, ſed propter prædam militare, peccatũ eſt. Nec rem publicam gerere criminoſum eſt: ſed ideo agere rempublicam, vt rem familiarem augeas potius, videtur eſſe damnabile. [b] Idem in epiſtola ad Bonifacium comitem: Hoc primum cogita, quando armaris ad pugnam: quia virtus tua, et fortitudo corporalis, donum Dei eſt. Sic enim cogitabis de dono Dei non facere quidquam contra Deum. [c] Idem: Eſto etiam bellando pacificus, vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas: Beati enim pacifici, ait dominus, quia filij Dei vocabuntur. [d] Idem: Hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas. Et ſicut bellanti, et reſiſtenti violentia redditur, ita victo, vel capto miſericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur. [e] Idem: Ornet mores tuos pudicitia coniugalis, ornet ſobrietas et frugalitas. Valde enim turpe eſt, vt militem, quem non vincit homo, vincat libido: et obruatur vino, qui nõ vincitur ferro. [f] Idem: Ex his, quæ habes de militia, gratias age Deo tamquam fonti bonitatis, vnde habes: atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi autem humilitatem.

a Ibid. — b Idem ep. ad Bonif. comit. quæ eſt prima ex viginti poſtrema fi. a. to. Aug. — c Ibid. — d Ibid. — e Ibid. — f Ibid.

De Negotiationibus. Cap. XLVIII.

GREGORIVS [g] in homilijs: Sunt pleraque negotia, quæ ſine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionem animus non recurrat. [h] Idem: Negotium autem, quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. [i] Avgvstinvs: Studium auaritiæ ſiue fraudis, proprium ſolet eſſe negotiantium facinus. [i] Idem ſuper illud Pſalmi: Quoniam non cognoui litteraturam, *ex cor.* alia littera: negotiationes. Nam auidus acquirendi pro damno blaſphemat, pro pretijs rerum mentitur et peierat. [k] Ambrosivs de virginitate ponit talem litteram, Can. 3. Circuibo ciuitatẽ in foro et in plateis, et quæram quẽ dilexit anima mea. Nequaquã ibi quærimus Chriſtũ, vbi inuenire non poſſumus. Non eſt Chriſtus circũforanus: Chriſtus enim pax eſt, in foro lites: Chriſtus iuſtitia eſt, in foro iniquitas: Chriſtus operator eſt, in foro inane otium: Chriſtus charitas eſt, in foro reſidet obtrectatio: Chriſtus fides eſt, in foro fraus eſt, ac perfidia. [l] Idem de Officijs: Mortificetur auaritia: moriatur concupiſcentia. Sanctus Dei negotiationem cognouiſſe ſe negat: quia pretiorum captare incrementa, non ſimplicitatis, ſed verſutiæ eſt. [m] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Fuge forum, vt nec patiaris fraudem, nec facias. [n] Idem: Prima laus eſt Chriſtiani, alienum eſſe a foro, nullam cauſam habere cum illo. [o] Idem: Homo mercator vix aut numquàm poteſt placere Deo, et ideo nullus Chriſtianus debet eſſe mercator: aut ſi voluerit eſſe, proijciatur ab Eccleſia Dei, dicente Pſalmo: Quoniã non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Quemadmodum enim qui ambulat inter duos inimicos, volens ambobus placere, et ſe commendare, ſine maliloquio non poteſt eſſe: neceſſe eſt enim, vt et iſte male loquatur de illo, et ille male loquatur de iſto: ſic qui emit et vendit, ſine mendacio et periurio eſſe non poteſt. Idem: Qui comparat rem. infra de feneratoribus. Hieronymvs: Negotiatorem clericum. ſupra de clericis.

g Greg. homil. 24. in Euang. — h Ibid. — i Ex Aug. enarr. 2. in pſ. 70. to. 8. — k Amb. li. 3. de Virg. poſt med. to. 4. — l Idem li. 3. off. c. 6. a prin. to. 4. — m Chryſ. op. imp. homil. 34. poſt med. to. 2. — n Ibid. — o Ibid. homil. 38. circa med. Pſal. 70.

De Feneratoribus. Cap. XLIX.

GREGORIVS [p] in regiſtro: Nos amatoribus vſurarum nulla ratione manus imponimus. [q] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Qui comparat rem, vt illam ipſam integram et immutatam dando lucretur, ille eſt mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde ſuper omnes mercatores plus maledictus vſurarius. [r] Idem: Si quis rem comparatã vendidit, mercator eſt, et maledictus: quanto magis maledictus erit, qui non comparatam pecuniam, ſed a Deo datã ſibi, dat ad vſuram? [s] Idem: Nihil vſura turpius, nihil crudelius. Alienas enim hæc negotiatur miſerias, et lucrum alterius aduerſitatem facit, et mercedem expetit miſericordiæ, velut timens ne appareat miſericors, et fictione miſericordiæ profundiorem fodit foueam: in auxiliando conterens inopem, et in porrigendo manum, expellens: et ſuſcipiens quidem vt in portum, naufragio: et ſubmittens hunc in vadis et in antris. [t] Ambrosivs in epiſtola: Non dabis pecuniam tuam ad vſuram, quoniam ſcriptum eſt, quòd is, qui non dedit pecuniam ſuam ad vſuram, habitabit in tabernaculo Dei. Nam ille eſt ſupplantator, qui vſurarum captat emolumentum. Itaque vir Chriſtianus ſi habet, det pecuniam, quaſi non recepturus, aut certe ſortem, quam dedit, recepturus. [u] Idem: Quid durius, quàm vt des pecuniam tuam, et ipſe duplum exigas? Qui ſimplum non habuit, quemadmodum duplum ſoluet? [x] In vitis patrum: Cui nocetur, aut iniuriatur, et voluntarie parcit proximo, hic ſecundum naturam Chriſti eſt. Qui nec lædit, nec læditur, hic ſecundum naturam Adæ eſt. Qui vero nocet aut iniuriatur, aut calumniam ingerit, aut vſuras exigit, hic ſecundum diabolum eſt. [*] Seneca in epiſtola: Quid fenus, et calendarium, et vſura, niſi humanæ cupiditatis extra naturam quæſita nomina? o miſerum! ſi quem hæc delectant.

p Gregor. Reg. lib. 8. ind. 3. c. 40. — q Chryſ. op. imp. homil. 38. circa med. to. 2. — r Ibid. — s Ibidem hom. 5. in Matth. poſt med. — t Amb. ep. li. 5. ep. 24. non longe a prin. to. 5. — u Ibidem paulo poſt med.

De Dæmonibus. Cap. L.

GREGORIVS [x] in Moralibus: Hoſtis malignus quo ſanctos vigilantes minime ſuperat, eo dormientes prauius impugnat. Quem tamen hoc maligne agere ſuperna diſpenſatio benigne permittit, ne in electorum cordibus ipſe ſaltẽ ſomnus a probationis præmio vacet. [y] Idem: Maligni ſpiritus certis quibuſque vitijs ſinguli obſequi ſunt credendi. [z] Idem: Angelorum ſpiritus idcirco irremiſſibiliter peccauerunt: quia tanto robuſtius ſtare poterant, quãto eos carnis admixtio non tenebat. Homo vero idcirco poſt culpã veniam meruit: quia per carnale corpus, aliquid, quo ſemetipſo minor eſſet, accepit. [a] Idem: Angelus ſua malitia cecidit, hominem vero aliena proſtrauit. [b] Idem: Occultæ iuſtitiæ licentia malignis ſpiritibus datur, vt quos volẽtes in peccati laqueo ſtrangulant, in peccati pœnam etiam volentes trahant. [c] Idem: Ita Deus ſuper omnia eſt, vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan vero eius celſitudinis culmen aſpiciens, ius peruerſæ libertatis appetijt, vt præeſſet ceteris, et nulli ſubeſſet. [d] Idem: Scimus quòd immundi ſpiritus, qui e cælo æthereo lapſi ſunt, in hoc cæli terræq. medio vagantur. Qui tanto magis corda hominum aſcendere ad cæleſtia inuident, quãto ſe a cæleſtibus per elationis ſui immunditiam proiectos vident. [e] Idem: Alius lætis, alius triſtibus, alius timidis, alius elatis moribus exiſtit. Quo ergo occultius aduerſarius facile capiat, vicinis conſperſionibus deceptiones parat. [f] Idem: Satanæ voluntas ſemper iniqua eſt, ſed numquam poteſtas iniuſta: quia a ſemetipſo voluntatem habet, ſed a Domino poteſtatem. [g] Idem in homelijs: In bonis operibus intenti, niſi contra malignos ſpiritus ſolicite vigilemus, ipſos irriſores patimur in pœnis, quos ad malum perſuaſores habemus. [h] Idem in regiſtro: Tanto hoſtis callidus contra nos deceptionis molimina ardentius exquirit, quanto nos cæleſti patriæ feruentius inhiare cognoſcit. [i] Idem in dialogis: Malignus ſpiritus, cogitationi, locutioni, atque operi noſtro ſemper inſiſtit: ſi fortaſſe quid inueniat, vnde noſter apud examẽ æterni

x Greg. li. 8. Mor. c. 13 circ. ſi. — y Ibid. lib. 21. c. 16. — z Ibid. lib. 9. c. 28. — a Ibid. lib. 4. c. 00. — b Ibid. lib. 2. c. 26. — c Ibid. lib. 34. c. 17. nõ lõgo a prin. — d Ibid. lib. 2. c. 25. circ. ſi. — e Ibid. lib. 29. c. 12. — f Ibid. lib. 2. c. 6. — g Idem homil. 37. in Euang. circ. med. — h Idẽ Regiſt. li. 7. indict. 2. c. 13 non longe a prin. — i Idem li. 3. Dial. c. 19.

æterni iudicis accuſator exiſtat. [a] Iosm in Paſtoralibus: Diabolus modo aliorum facta grauiora, modo nihil eſſe, quod perpetratum eſt, modo miſericordem Deum loquitur, modo adhuc tempus ſubſequens et ſufficiens ad pœnitentiam pollicetur: vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur: quatenus tunc bona nulla percipiat, quam nunc mala contriſtant. [b] Avgvstinvs de Ciuitate Dei: Credendum eſt, eſſe ſpiritus nocendi cupidiſſimos, a iuſtitia penitus alienos, ſuperbia tumidos, inuidia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc quidem aere habitant: quia de cæli ſuperioris ſublimitate deiecti, merito irregreſſibilis tranſgreſſionis in hoc ſibi congruo velut carcere damnati ſunt. [c] Iobm: Sicut ipſi mali homines in terra, ſic etiam dæmones non omnia, quæ volunt, facere poſſunt: niſi quantum ordinatione ſinitur illius, cuius iudicia plena nemo cõprehendit, iuſte nemo reprehendit. [d] Iobm: Mali angeli ſua poteſtate potius delectari, velut ſuum bonum ipſi ſibi eſſent, a ſuperiore communi omnium beatifico bono ad propria deſluxerunt, et habentes elationis faſtum pro excellentiſſima æternitate, vanitatis aſtutiam: pro certiſſima veritate, ſtudia partium: pro indiuidua charitate, ſuperbi, fallaces, inuidi effecti ſunt. [e] Iobm: Eſſe natura, in qua nullum bonũ ſit, non poteſt: proinde nec ipſius diaboli natura, inquantum natura eſt, malum quid eſt. Idem: Auertat Deus, lib. 2. de inuidia. [f] Leo in ſermone: Diabolus omnium diſcutit conſuetudines, ventilat curas, ſcrutatur affectus, et ibi cauſas quærit nocendi, vbi quemque viderit ſtudioſius occupari. [g] Ioannes Chryſoſtomus in ſermone: Zelatur diabolus hominem, quia ipſe de cælo corruerat. Videbat enim Adam pa-

a Idē Paſtor. 2. par. c. 2. admonit. 30.
b Aug. de ci. Dei. li. 8. c. 22. to. 5.
c Ibid. li. 8. c. 23. in f.
d Ibid. lib. 12. c. 1. ante med.
e Ibid. lib. 19. c. 13. ante med.
f Leo ſer. 7. de nat. Do. cir. med.
g Chryſoſt. ho. de cruce poſt med. to. 3.

A radiſi eſſe colonum, et inflatus inuidia, induit ſerpentis imaginem. Incorporalis enim cum eſſet, corporalibus loqui non poterat. * Idem: Diabolus nõ aliunde talis factus eſt, niſi quia primo quidem poſt peccatum deſperatione vſus eſt: poſtea vero ex deſperatione in inuidiam incidit et ſuperbiam. [g] Cyprianvs in epiſtola: Lata et ſpacioſa itinera vitæ letalis: illic illecebræ et mortiferæ voluptates, illic diabolus blanditur, vt fallat: arridet, vt noceat: illicit, vt occidat. [h] Ambrosivs in ſermonibus: Pater diabolus non diligit filios ſuos, ſed odit. Sic amat diabolus filios
B ſuos, vt perdat, ſicut amat gluto porcellũm, vt comedat. [i] Isidorvs in etymologijs: Præſciunt dæmones futura multa, vnde et ſolent reſponſa aliqua dare. Ineſt enim illis cognitio rerum plus quàm infirmitati humanæ, partim ſubtilioris ſenſus acumine, partim experientia longiſſimæ vitæ, partim per Dei iuſſum angelica reuelatione. [k] Iobm: Diabolus, hebraice, dicitur deorſum fluens: quia qui quietus in cæli culmine ſtare contempſit, ſuperbiæ pondere deorſum corruens cecidit. Græce vero diabolus, criminator dicitur. [l] Iobm de Summo bono: Diabolus
C non eſt immiſſor, ſed incenſor potius malarum cogitationum et omnium vitiorum. Neque enim alibi concupiſcentiæ fomenta incendit, niſi vbi prius prauæ cogitationis delectationes inſpexerit. [m] Iobm: Tunc contra eum, quem poſſidet, diabolus acrius ſæuit, quando ſe diuina virtute ab eo expellẽdum cognoſcit. [n] Bernardvs in ſermonibus: Lædit nos iniquitas diaboli atque verſutia: ſed multo amplius cum noſtra ſimplicitas et miſericordia torquet, humilitatem noſtram non ſuſtinet, vritur charitate noſtra, manſuetudine et obedientia cruciatur.

g Cypr. de diſciplina et habitu virg. c. 9. to. 2.
h Ambroſ. Ser. 44. de temp. to. 5.
i Iſid. ety. li. 8. c. 11.
k Ibid. paulo poſt.
l Idem de Sum. bo. li. 3. c. 5. ſent. 5.
m Ibidem ſent. 17.
n Ber. ſer. 3. de dedic. eccleſ. ante med.

CAPITA SECVNDI LIBRI PHARETRÆ.

De Tentatione. Cap. I.
De Cogitatione. Cap. II.
De Delectatione. Cap. III.
De Conſenſu. Cap. IV.
De Peccato. Cap. V.
De Superbia. Cap. VI.
De Vanagloria. Cap. VII.
De Inuidia. Cap. IIX.
De Ira. Cap. IX.
De Accidia. Cap. X.
De Auaritia. Cap. XI.
De Gula. Cap. XII.
De Luxuria. Cap. XIII.
De Perplexitate. Cap. XIV.
De Conflictu vitiorum, & virtutum. Cap. XV.
De Gratia. Cap. XVI.
De Pœnitentia. Cap. XVII.
De Contritione. Cap. XIIX.
De Confeſſione. Cap. XIX.
De Satisfactione. Cap. XX.
De Virtute. Cap. XXI.
De Tribus Theologicis. Cap. XXII.
De Fide. Cap. XXIII.
De Spe. Cap. XXIV.
De Charitate. Cap. XXV.
De Quattuor Cardinalibus. Cap. XXVI.
De Prudentia. Cap. XXVII.
De Memoria. Cap. XXIIX.
De Intelligentia. Cap. XXIX.
De Prouidentia. Cap. XXX.
De Fortitudine. Cap. XXXI.
De Conſtantia. Cap. XXXII.
De Patientia. Cap. XXXIII.
De Perſeuerantia. Cap. XXXIV.
De Temperantia. Cap. XXXV.
De Continentia guſtus. Cap. XXXVI.
De Continentia tactus. Cap. XXXVII.
De Continentia viſus. Cap. XXXIIX.
De Continentia auditus. Cap. XXXIX.
De Clementia. Cap. XL.
De Modeſtia. Cap. XLI.
De Iuſtitia. Cap. XLII.
De Obedientia bona. Cap. XLIII.
De Obedientia inaccepta. Cap. XLIV.
De Oratione accepta. Cap. XLV.
De Oratione inaccepta. Cap. XLVI.
De Donis. Cap. XLVII.
De Beatitudine. Cap. XLIIX.
De Eleemoſyna accepta. Cap. XLIX.
De Eleemoſyna inaccepta. Cap. L.

PHARETRAE LIBER SECVNDVS, IN QVO

De principalium vitiorum et virtutum multiplicitate tractatur.

De Tentatione Caput primum.

GREGORIVS[a] in Moralibus: Niſi miſericors Deus cum viribus tentamenta modificet, nullus profecto eſt, qui malignorū ſpirituum inſidias, nō corruens, portet. [b] IDEM: Sancta Eccleſia tranſire ſine labore tentationis non poteſt tempora peregrinationis: quæ etſi foris apertos hoſtes non habet, intus tamen tolerat fictos fratres. IDEM: Plerumque qui plus, ſupra libro 1. de proficientibus. [c] AVGVSTINVS contra Iulianum: Quia in iſta humana miſeria peior hoſtis eſt cauenda ſuperbia, ideo nimirum non penitus extinguitur in carne ſanctorum continentium iſta carnalis concupiſcentia: vt dum pugnatur aduerſus eam, periculorum ſuorum animus admoneatur, ne ſecurus de meritis per ſuperbiam infletur: [d] IDEM: In nobiſmetipſis ſola infirmitas eſt cauſa pugnandi: et rurſus infirmitas eſt admonitio non ſuperbiendi. Proinde vt virtus, qua hic ſuperbiri poteſt, non ſuperbiatur, eadem virtus in infirmitate tentationis perficitur. [e] ISIDORVS de Summo bono: Diabolus, ſerpens eſt lubricus, cuius ſi capiti, id eſt primæ ſuggeſtioni non reſiſtitur, totus in interna cordis, dum non ſentitur, illabitur. [f] AMBROSIVS ſuper Lucam: Tentationem numquam timere debemus: eſt enim cauſa victoriæ, materia triumphorum. [g] IDEM: Diues ille, qui tentationem non ſenſit in hoc ſæculo, raptus eſt ad inferos, et ſepultus in inferno.* IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: In primis grauis et inſuperabilis eſt impetus diaboli, quòd ſi quis forti animo ſuſtinuerit eum, ſtatim inueniet infirmiorem. Quanto enim plus repercuſſus fuerit, tanto magis torpeſcit et deficit.* IDEM: Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat de præmio probationis: in nullo enim negocio poteſt requies inueniri, niſi præceſſerit labor, quanto magis in ſpiritualibus rebus, niſi præceſſerit tentatio, non poteſt eſſe probatio? [h] BERNARDVS ſuper Cantica: Impulſus euerſus ſum, vt caderem, et Dominus ſuſcepit me. Quæris, quis ille ſit impulſor? non eſt vnus. Impulſor diabolus, impulſor mundus, impulſor homo. Quis ille homo ſit, quæris? quiſque ſui. [i] IDEM: Neceſſe eſt, vt veniant tentationes: quis enim coronabitur, niſi qui legitime certauerit? aut quomodo certabunt, ſi deſit qui impugnet? Tu vero accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, et præpara animam tuam ad tentationem. Certi namque ſint omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem ſe paſſuros. [k] IDEM in ſermonibus: Oramus quotidie vt Dei voluntas ſicut in cæleſtibus facta eſt creaturis, ſic fiat et in terrenis, vt ſicut Angelus, ſic et homo adhærens Deo, vnus ſpiritus cum eo fiat. Sed heu me, quot obſtacula ſeparant, quot prohibent impedimenta? Obijcit enim ſe ſe mediam malitia noſtra, infirmitas noſtra, concupiſcentia noſtra, et ignorantia noſtra. [l] IDEM: Heu me Domine Deus, quia vndique mihi bella, vndique tela volant, vndique pericula, vndique impedimenta. Quocumque vertam me, nulla vſquam ſecuritas eſt, et quæ mulcent, et quæ moleſtant, timeo, et eſuries, et refectio, et ſomnus, et vigiliæ, et labor, et requies militant contra me.

a Greg. li. 9. Mor. c. 25 in fi.
b Ibid. lib. 31. Mor. c. 4
c Aug. li. 4 cont. Iulia. c. 2. longe poſt med. to. 7.
d Ibidem.
e Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 5. ſent. 12
f Amb. in Luc. li. 4. c. 4. to. 3.
g Ibidem.
h Ber. ſup. cāt. ſer. 85. ante med.
i Ibid. ſer. 64. in prin.
k Id. ſer. 6. in quadrag. ſatum a prin.
l Ibidem cir. med.

De Cogitatione. Cap. II.

GREGORIVS[m] ſuper Ezechielem: Sic ſæpe cogitationi bonæ cogitatio ſiniſtra adiungitur, vt vix ipſe, qui eaſdem cogitationes generat, animus agnoſcat. [n] IDEM in Moralibus: Tanto longius mens a neceſſarijs ceſſat, quanto inania latius cogitat. [o] IDEM: Sancti viri quantum agere poſſunt ne exterius labantur in opere, tantum interius nequaquam agere poſſunt, ne vmquam labantur in cogitatione. [p] IDEM: Ante oculos Dei vacuæ non tranſuolant cogitationes noſtræ, et nulla momenta temporis per animum tranſeunt præter retributionis actū. [q] IDEM in regiſtro: Illud ab omnipotenti Deo pollutum eſſe in opere oſtenditur, quod ex pollutæ cogitationis radice generatur. [r] IDEM in paſtorali: Nihil in nobis eſt corde fugacius quod a nobis toties recedit, quoties per prauas cogitationes defluit. [s] ISIDORVS de Summo bono: Ferre cogitationes ſine perfectione vitiorum non eſt ad damnationem, nec eſt occaſio ſubeundi diſcriminis, ſed potius augendæ virtutis. [f] IDEM: Non eſt peccatum quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur: ſed tunc eſt peccatum, ſi antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. IDEM: Cogitatio praua delectationem. Infra libro 3. c. de conſuetudine. [t] BERNARDVS de conſideratione: In acquiſitione ſalutis nemo tibi germanior vnico matris tuæ: contra ſalutem propriam cogites nihil, minus dixi, quàm dixiſſe debueram: quidquid ſe cogitationi offerat, quod non quoquo modo ad tuam ipſius ſalutem pertineat, reſpuendum eſt.

m Greg. in Ezec. hom. 21. poſt med.
n Idem li. 2. Mor. c. 26. cir. med.
o Ibid. lib. 11. c. 19
p Ibid. lib. 26. c. 13
q Idem regiſt. lib. 12. ind. 7. interrogati. Aug. c. 10.
r Id. Paſt. cu. 3. p. c. 2. admonit. 15.
ſ Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 6. ſent. 13.
t Ber. de cō ſid. li. 2. ante med.

De Delectatione. Cap. III.

GREGORIVS[u] in Moralibus: Eſſe ſine delectatione anima numquam poteſt. Nam aut in infimis delectatur, aut in ſummis: et quanto maiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad ima: quantoq. acriori cura inardeſcit ad infima, tāto torpore dānabili frigeſcit a ſummis. Vtraque enim ſimul et æqualiter amari non poſſunt. Qui ergo terrenarū rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. [x] IDEM: Deum apprehendere non valet, qui adhuc in delectatione peccati iacet. IDEM: Vnuſquiſque ſuperbus rector. Supra libro 1. de Prælatis malis. [y] IDEM: Mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulſat, ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. [z] IDEM: Cum culpa animum tentat, neceſſe eſt vt breuitatem ſuæ delecta-

u Greg. li. 18. Mor. c. 8. in prin.
x Ibid. lib. 06. c. 15. cir. med.
y Ibid. lib. 21. c. 3.
z Ibid. li. 9. c. 36.

delectationis aſpiciat, ne ad æternam mortem iniquitas rapiat, cum conſtet, quòd ad terminum citius mortalis vita percurrat. [a] IDEM: Sæpe bono operi dum laus humana obuiat, mentem operantis immutat, quæ quamuis quæſita non fuerat, tamen oblata delectat. Cuius delectatione dum mens bene operantis reſoluitur, ab omni intentione intimi vigoris quantocius diſſipatur. [b] IDEM: Quiſquis in hoc mundo appetit proſperari, ceteros excedere, rebus et honoribus tumere, huic nimirum cura ſæcularis in delectatione eſt, quies in labore. [c] ISIDORVS de Summo bono: Cogitationes illicitas ingerere, dæmonum eſt: cogitationibus oblectari peruerſis, noſtrum eſt: [d] AVGVSTINVS de verbis Apoſtoli: Quidquid peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus eſt, nõ oritur niſi ex mala cupiditate, non imputatur niſi ex illicita delectatione. Huic igitur illicitæ delectationi ſi reſiſtamus, non regnat peccatum in noſtro mortali corpore. [e] IDEM: Mortua eſt vna delectatio, ſed viuit altera, et illi dum non conſentis, eam mortificas, cum cœperit omnino non delectari, mortificaſti. Hæc eſt actio noſtra, hæc eſt militia noſtra.

a Ibid. li. 2. c. 29. ante mediam.
b Ibid. lib. 26. c. vlt.
c Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 25. ſen ten. 5
d Aug. de verb. Apoſ. ſer. 6. in prin. to. 10.
e Ibid. ſer. 13. paulo poſt med.

De Conſenſu. Cap. IV.

GREGORIVS [f] in Moralibus: Concupiſcentiæ carnalis oſtia dum conſenſus noſter aperit, ad innumera nos corruptionis mala pertrahit. [g] IDEM: Proximorum mala, quæ quis corrigere non valet, taceat, quæ cum corrigi loquendo poſſunt, ſilendum conſenſum eſſe pertimeſcat: etſi ea, quæ tacet, toleret: non tamen in animo virus doloris occultet. [h] IDEM: Sciendum eſt aliud eſſe, quod animus de tentatione carnis patitur, aliud vero dum per conſenſum delectationibus obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulſatur, ſed renititur: plerumque autem cum peruerſum quid concipit, hoc intra ſemetipſum per conſenſus deſiderium voluit. [i] IDEM in homilijs: Ille vere Deum amat, cuius videlicet mentem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat. Nam tanto quiſque a ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur. [k] AVGVSTINVS de mendacio: Tunc conſentimus cum approbamus, et volumus. [l] IDEM: Pudicitiam corporis, non conſentiente aut non permittente anima, nemo violat. Quidquid enim nobis inuitis contingit in noſtro corpore, nulla impudicitia eſt. [m] IDEM in epiſtola: Bene agere, et illicita non prohibere, conſenſus erroris eſt. [n] IDEM ſuper Geneſim contra Manichæos: Si ratio humana conſentiat, vt quod libido commonuerit, faciendum eſſe decernat, ab omni vita bona tamquam de paradiſu expellitur homo, et iam ei peccatum imputatur, etiam ſi non ſequatur factum, quoniam rea tenetur in conſenſione conſcientia. [o] BERNARDVS in meditationibus: Dæmonum eſt malas ſuggeſtiones ingerere, noſtrum eſt illis non conſentire. Nam quoties reſiſtimus, diabolum ſuperamus, angelos lætificamus, Deum honoramus. * IDEM in ſermone: Si carnalibus diſtrahor deſiderijs, et illis, quod abſit, conſenſero quantum poſſum, etiam ſi non ſequatur factum, in morte quidem ſum mortuus, vtique et conſequenter ſepeliendus in inferno. * IDEM: Nulla eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu damnatio, ſi concupiſcentiæ ſenſus ſit abſque conſenſu. [p] IDEM: Peccatum in foribus eſt, niſi tuipſe aperias non intrabit. Appetitus in corde prurit, ſed ſubter te eſt, niſi tu ſponte ceſſeris, nil nocebit. Audi conſolationem, conſenſum cohibe, ne præualeat appetitus concupiſcentiæ, et immaculatus eris. [q] IDEM: Poteſt inimicus excitare tentationis motum, ſed in te eſt ſi volueris dare, vel negare conſenſum. IDEM: Nemo fratres. Infra libr. 4. de correptione bona.

f Greg. lib. 4. Mor. c. 24
g Ibid. lib. 10. c. 4. cir. medium.
h Ibid. lib. 21. c. 3.
i Idē hom. 30. in Euāg. nō multū a prin.
k Aug. de mend. ad Conſ. c. 19. to. 4.
l Ibid. paulo ante.
m Idē ep. 182. to. 2.
n Idem de Gen. cont. Man. lib. 2. c. 14. to. 1.
o Ber. lib. med. c. 14. poſt med.
p Ibid. ſer. de ſex tribulationibus poſt med.
q Ibid. ſer. 5. in quadrag. ante med.

A

De Peccato. Cap. V.

GREGORIVS [r] ſuper Ezechielem: Quoties actu, quoties verbo, quoties cogitatione delinquimus, Deum contra nos toties irritamus. [s] IDEM: Diſtricta ſunt omnipotentis Dei iudicia, et qui peccatorem diu expectat vt redeat, nõ redeuntem atque contemnentem, grauius damnat. [t] IDEM: Peccatum quippe quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum eſt et cauſa peccati, aut peccatum, et pœna peccati, aut peccatum ſimul et cauſa et pœna peccati. [u]

B IDEM: Grauiores culpæ ſunt, quæ ſuperducta ſpecie virtutis, virtutes ſe mentiuntur eſſe. [x] IDEM in Moralibus: Peccatum quod pœnitentia non diluit, ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit. [y] IDEM: Tribus modis peccatum committitur, ſcilicet ignorantia, infirmitaté, et ſtudio. Et grauius quidem infirmitate, quàm ignorantia, ſed multo grauius ſtudio, quàm infirmitate peccatur. [z] IDEM: In grauibus peccatis quis poſitus cum ſuis premitur, aliena non diluit. [a] IDEM in paſtorali: Nonnumquam in parua deterius, quàm in maiore culpa peccatur. Maior enim, quo citius, quia ſit culpa agnoſcitur, eo etiam

C celerius emendatur. Minor vero dum quaſi nulla creditur, eo peius, quo et ſecurius in vſu retinetur. [b] IDEM in regiſtro: Apud homines culpa, et apud Deum pœna eſt, nolle quemquam bonum imitari, quod placet. [c] IDEM: Plerumque quod in laicis culpa eſt, hoc crimen eſt in ſacro ordine conſtitutis. IDEM: Nonnumquam Dominus. Infra libro 4. de certamine. [d] AVGVSTINVS de confeſſione: Ibam ad inferos, portans omnia mala, quæ commiſeram, et in te, et in me, et in alios multos, et grauia ſuper originalis peccati vinculum. [e] IDEM de ciuitate Dei: Pauciſſimi ſunt tantæ felicitatis, vt ab ipſa ineunte

D adoleſcentia, nulla damnabilia peccata committant. [f] IDEM: Quæ ſunt iſta peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum Dei, vt tamen ſanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam. Difficillimum eſt inuenire, periculoſiſſimum eſt diffinire. IDEM: Nunc vſque adeo. Infra libro 4. de voluntate mala. [g] IDEM de ſpiritu et litera: Sicut non impediunt a vita æterna iuſtum quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur, ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillime vita cuiuſlibet peſſimi hominis inuenitur. [h] IDEM contra Iulianum: Diluuntur in ba-

E ptiſmate cuncta peccata, et originaliter tracta, et ignoranter, vel ſcienter adiecta. [i] IDEM: Cum non ad ſuum referuntur auctorem dona Dei, hoc ipſo male his vtentes efficiuntur iniuſti. [k] IDEM ad Oroſium: Malum natura non eſt, ſed priuatio boni hoc nomen accepit. [l] IDEM de baptiſmo paruulorum: Sicut eorum, per quos renaſcuntur paruuli iuſtitiæ ſpiritus reſponſione ſua traijcit in eos fidem, quam voluntate propria nondum habere potuerunt, ſic eorum, per quos naſcuntur, caro peccati traijcit in eos noxam, quam nondum vita propria contraxerunt. * IDEM in meditationibus. Certe o miſer homo ipſa ſola

F plus eſt vitanda peccati fœditas, quàm quælibet tormentorum immanitas. [m] IDEM in epiſtola: Quem non poteſt diabolus deuorare ſeductum ad nequitiam, famam ipſius inquinare conatur, vt ſi fieri poteſt, opprobrijs et malarum linguarum detractione deficiat, et ſic in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei perſuadere tentat, vt per maleuolas ſuſpitiones de fratre ſuo iudicet, et ſic ab illo implicatus abſorbeatur. [n] IDEM de virginitate: Quia ſatagentibus, vigilantibusq. ne peccent, ſubrepunt quodammodo ex humana fragilitate peccata, quamuis parua, quamuis pauca, non tamen nulla, eadē ipſa magna fiunt, et grauia, ſi eis ſuperbia incrementum et pondus adiecerit.

IDEM

r Greg. in Ezec. hom. 9. poſt med.
ſ Ibid. homil. 12. poſt med.
t Ibidem.
u Ibid. homil. 5. longe ante med.
x Idem li. 25. Mor. c. 9. non multū a prin.
y Ibid. lib. 25. c. 11. in prin.
z Idem in præfat. lib. Mor. c. 3.
a Idē paſt. cu. 3. par. c. 2. admoni. 34.
b Idem regiſtr. lib. 5. ind. 14. c. 107.
c Ibid. li. 9 ind. 3. c. 5. in prin.
d Aug. cōf. li. 5. c. 3. to. 1.
e Idem de ciu. Dei li. 21. c. 16. to. 5.
f Ibid. c. 27 poſt med.
g Idem de ſp. et lit. c. 28. to. 3.
h Idem li. 6. cont. Iul. Pelag. c. 45 poſt med. to. 7.
i Ibid. li. 4 c. 3. ante med.
k Idem in q. 65. ad Oroſ. q. 16. to. 4.
l Idem de bap. par. li. 3. c. 2. to. 7.
m Idem ep. 137. cir. med. to. 2.
n Idem de Virg. ſancta. c. 50. to. 6.

[a] IDEM de patientia: Tanto rectius maiori ſupplicio A
dignum iudicaueris animum, quanto magis vitijs
ſubdit inſtrumenta virtutum. [b] IDEM de pœniten-
tia: Nullum peccatum adeo paruum, quod non cre-
ſcat neglectum. Non enim conſiderandum eſt, quid
fecerit, ſed quem offenderit, quàm bonus eſt, quam
benignus, quàm pius. [c] IDEM: Qui peccat, et
gratiam ſuam recuperare non amat, et numquam
curat ab eo diligi, qui totus eſt amor et charitas, nec
ad illud tendit vnde ſumpſit arram, in Spiritum ſan-
ctum peccat, et numquam poſt mortem, ſicut nec
viuens, conſequetur veniam. [d] IDEM ſuper canoni-
cam Ioannis: Iſta, quæ dicimus peccata leuia, noli B
contemnere. Si contemnis, quando appendis, expa-
ueſce, quando numeras, multa leuia faciunt vnum
grande. AD IDEM de decem chordis, et ſuper Ioan-
nem. GREGORIVS in paſtorali. * ISIDORVS de
Summo bono: ITEM Auguſtinus: Ex quo incipit
homo. Supra de homine. IDEM: Voluntas auerſa. In-
fra libro 3. de voluntate. [e] AMBROSIVS de Offi-
cijs: Qui non repellit a ſocio ſuo iniuriam ſi poteſt,
tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. [f] IDEM in Apo-
logia: Peccatum donatur per gratiam, deletur pee
ſanguinem crucis, tegitur per charitatem. * IOAN-
NES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Excogitare C
quantum eſt malum, nos ex hominibus, pares Ange-
lis, ad feras tranſponere. Ventri enim ſeruire, et pe-
cuniarum concupiſcentia detineri, et iraſci, et mor-
dere, et calcitrare, non hominum, ſed ferarum eſt.
[g] ISIDORVS de Summo bono: Si vnum vitium di-
ſtricte iudicetur, et alia negligantur, inanis eſt labor.
[h] IDEM: Iudicio diuino in reatũ nequiorẽ labuntur,
qui diſtringere minora ſua facta contemnũt. [i] IDEM:
Maioris eſt culpæ manifeſte, quàm occulte peccare:
dupliciter enim reus es qui aperte delinquit, quia et
agit malũ, et docet malũ facere. Vnde Iſaias: Pecca-
tum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. [k] BER- D
NARDVS in ſermonibus: Cauete ne quis parua re-
putet, quantumlibet parua ſcienter commiſſa, nemo
dicat in corde ſuo, læuia ſunt iſta, non curo corrige-
re, non eſt magnum ſi in his maneam venialibus, mi-
nimisq. peccatis. Hæc eſt impœnitentia dilectiſſimi:
hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum, blaſphemia au-
tem irremiſſibilis eſt. * ANSELMVS de ſimilitudi-
nibus: Natura peccati eſt, vt non facile videatur ab il-
lo qui eo premitur, ſed mox vt ceſſauerit, et ab illo
ſe alienauerit, tunc demum conſiderat in quanta fœ-
ditate et miſeria iacuerat. IDEM: Si hinc peccati pu-
dorem libro 4. de innocentia. E

a Idem de patien. c. 5. to. 4.
b Idem de pœn. c. 7. to. eod.
c Ibid. c. 4.
d Idem in c. Io. ep. tra ctа. c. ante med. to. 9
e Amb. offic. lib. c. c. 36. in prin. to. 4.
f Idem in Apol. Dauid. c. c. 6. to. c.
g Iſid. de Sum. bo. li. 2. c. 32. ſenten. 1.
h Ibid. c. 29. ſent. 1.
i Ibid. c. 20. ſent. 1.
k Ber. ſer. 1. in conuer. S. Pau. poſt med.

De Superbia. Cap. VI.

GREGORIVS [l] in Moralibus: Septem princi-
palia vitia de ſuperbiæ virulenta radice producũ-
tur, ſcilicet inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auari-
tia, ventris ingluuies, luxuria. [m] IDEM: Scimus,
quòd aliquando minus eſt in corporis corruptionem
cadere, quàm cogitatione tacita ex deliberata elatio-
ne peccare, ſed tamen minus: ſuperbia turpis credi-
tur, minus peccatum a ſimplicibus iudicatur: luxu-
riam vero eo magis erubeſcunt homines, quo ſimul F
omnes eam turpem eſſe nouerunt. IDEM: Quiſ-
quis ſuperbiæ: Infra libro 3. de dijudicatione. [n] IDEM:
Cunctis ſuperba apud ſe cogitatione tumentibus in-
eſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſo-
lutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in
actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, ran-
cor in reſponſione. Horum mens ſemper eſt ad irro-
gandas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad
obediendum pigra, ad laceſſendos vero alios impor-
tuna, ad ea, quæ facere et debet, et præualet, ignaua,
ad ea vero, quæ facere non debet, nec præualet parata.
[o] IDEM: Hoc proprium arrogantium eſſe vitium ſo-
let, vt et pauca credant, quæ ipſi multa dixerunt: et

l Greg. lib. 31. Moral. c. 17. poſt med.
m Ibidem li. 32. c. 16.
n Ibidem lib. 34. c. 32. circa med.
o Ibid. lib. 26. c. 17. circ. f.

multa credant, quæ ipſis pauca dicuntur. Qui enim A
ſua dicere ſemper volunt, aliena audire non poſſunt.
[p] IDEM: Tolerabilius Deo eſt, vt in infirmitate atque
ignorantia cum humilitate quiſquis iaceat, quàm cũ
elatione cordis alta comprehendat. [q] IDEM: Adiuua-
re imbecillem charitatis eſt: adiuuare vero velle po-
tentem, elationis eſt. [r] IDEM: Per elationem plerũ-
que et vſque ad ſenium ſeruata virginitas viniatur:
Quia enim negligitur humilitas cordis, rectus index
deſpicit, etiam integritatem corporis. [s] IDEM: Dif-
ficile in ſe quiſque inueteratam ſuperbiam deprehen-
dit, quia nimirum hoc vitium quãto magis patimur,
tanto minus videmus. [t] IDEM: Arrogantes ſicut in- B
flantur laudibus, ita correptionibus inflammantur, et
a quolibet ſe, vel iuſto reprehendi deſpiciunt, moxq.
in malis ſuis fomitem defenſionis exquirũt. [u] IDEM:
Omnino difficile eſt, vt elatio, quæ regnat in corde,
non erumpat in voce. [x] IDEM: Arrogantes graue
ſe damnum perpeti iudicant, ſi ſcientiam ſuam loquẽ-
di breuitate conſtringant. Tanto enim ſemetipſos
credunt doctiores oſtendere, quãto ſe potuerint mul-
tiplicitatem loquacitatis aperire. * HIERONYMVS
in epiſtola: Initium omnis peccati ſuperbia eſt, quæ
natione cæleſtis, ſublimium mentes inhabitat, ſub ci-
nere et cilicio latitans. [y] IDEM: Nihil ita a pueritia C
vitare conatus ſum, ſicut tumentem animum, et ere-
ctam ceruicem Dei contra ſe odia prouocantem. No-
ui enim magiſtrum, et Dominum meum in carnis hu
militate dixiſſe: Diſcite a me, quia mitis ſum et humi-
lis corde. [z] AVGVSTINVS in regula: Alia, quæ-
cũque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant,
ſuperbia vero etiam bonis operibus inſidiatur, vt pe-
reant. [a] IDEM de Virginitate: Menſura humilitatis
cuique ex mẽſura ipſius magnitudinis data eſt, cui eſt
valde periculoſa ſuperbia, quæ amplius amplioribus
inſidiatur. IDEM: Quia ſatagentibus. Supra in ca-
pite de peccato. [b] IDEM de gratia noui Teſtamenti: D
Superbia odit conſortium, et quantum in ipſo eſt,
ſolus cupit eminere omnis ſuperbus. [c] IDEM de
ciuitate Dei: An forte corrigi pudet? et hoc vitium
non niſi ſuperborum eſt. [d] IDEM: Superbia per-
uerſe imitatur Deum: odit namque cum ſocijs æqua-
litatem ſub illo, ſed imponere vult ſocijs dominatio-
nem ſuam pro illo. [e] IDEM: Facilius ſeruitur ho-
mini, quàm libidini, cum ſæuiſſimo dominatu va-
ſtet corda mortalium, vt alias omittam, libido ipſa
dominandi hominibus alijs. IDEM: Audeo dicere.
Infra libro 3. de recidiuatione. [f] IDEM in epiſtola:
Fit miris modis in anima hominis, vt de falſa humi- E
litate magis infletur, quàm ſi apertius ſuperbiret.
[g] IDEM de confeſſione: Humiliaſti tamquam vul-
neratum ſuperbum, et tumore meo ſeparabar abs
te, et nimis inflata facies claudebat oculos meos.
[h] IDEM: Plus hoſtis vincitur in eo, quem plus tenet,
et de quo plures tenet: plus autem ſuperbos tenet,
nomine nobilitatis, et de his plures nomine auctori-
tatis. [i] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem:
Superbia in vobis exiſtente, omnis noſtra vita im-
munda fit, etſi ſobrietatem, etſi virginitatem, etſi
ieiunium, etſi orationes, etſi eleemoſynam, etſi
quodcumque aliud perficiamus. [k] ISIDORVS de F
Summo bono: Superbia ſicut eſt origo omnium cri-
minum, ita ruina cunctarum virtutum: ipſa enim eſt
in peccato prima, in conflictu poſtrema. [l] IDEM:
Omnis peccans ſuperbus eſt, eo quòd faciẽdo vetita,
contemptui habet diuina præcepta. [m] BERNAR-
DVS de duodecim gradibus: Glorioſa res humilitas,
qua ipſa quoque ſuperbia palliare ſe appetit, ne vile-
ſcat. [n] IDEM: Arrogans, de alia omni re plus ſibi cre-
dit, quàm alijs, de ſeipſo plus alijs credit, quàm ſibi. [o]
IDEM: Monachus præſumptuoſus primus in conuen-
tibus reſidet, in conſilijs primus reſpondet, nõ vocatus
accedit, non miſſus ſe intromittit, reordinat ordinata,
reficit facta. Quidquid ipſe nõ fecit, aut ordinauit, nec

p Ibid. lib. 17. c. 7. circ. f.
q Ibid. c. 11. in prin.
r Ibid. lib. 26. c. 17. circ. med.
s Ibid. lib. 24. c. 13.
t Ibid. lib. 26. c. 2.
u Ibid.
x Ibidem. c. 12.
y Hier. ep. 12. ad Abig. to. c.
z Aug. reg. 3. c. 5. to. c.
a Idem de Virg. c. 31. to. c.
b Ibid. ep. 120. ad Honorat. de grat. no. teſt. c. 16. in fi. to. 2.
c Idem de ciu. Dei. li. 10. c. 29. poſt med. to. 1.
d Ibid. lib. 19. c. 12. poſt med.
e Ibidem. c. 15. poſt med.
f Idem ep. 60. ad Paulin. poſt med. to. 2.
g Id. conf. li. 7. c. 7. in fi. to. 1.
h Ibid. lib. 8. c. 4.
i Chryſ. in Io. hom. 8. cir. fi. to. 3.
k Iſid. de Sum. bo. li. 2. c. 38. ſent. 7.
l Ibidem. ſent. 2.
m Ber. de 12. grad. gradu. 9.
n Ibidem gradu. 6
o Ibidem gradu. 7

recte factum, nec pulchre æſtimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. Si cum tempus aduenerit non promoueatur ad prioratum, abbatem aut inuidum iudicat, aut deceptum. [a] IDEM ſuper Cantica: Argumentum ſuperbiæ priuatio gratiæ eſt: humilibus enim dat Deus gratiam, ſuperbis reſiſtit. [b] IDEM: Pernicioſa paupertas, penuria meritorum: præſumptio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ, et ideo diuitias, et paupertatem ne dederis mihi Domine.

De Vana gloria. Cap. VII.

GREGORIVS [c] in Moralibus: Inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentiones, pertinaciæ, diſcordiæ, et nouitatum præſumptiones oriuntur de inani gloria. [d] IDEM: Quattuor ſunt ſpecies, quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur, cum bonum aut a ſemetipſis habere ſe æſtimant, aut ſi datum de ſuper credant, pro ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putant: aut certe cum iactantia ſe habere, quod non habent, aut deſpectis ceteris ſingulariter videri appetunt habere, quod habent. IDEM: Sæpe bono operi: Supra capite de delectatione. [e] IDEM: Qui accepta bona ſibi arrogat, ſuis cõtra Deum donis pugnat. [f] IDEM: In cogitatione tumidi proprij fauores oriũtur, ſibiq. de ſingularitate ſapientiæ blanditur ipſa fatuitas. Penſat ea, quæ audierit, ac verba, quæ profert: et miratur ſua, et deridet aliena. ITEM: Cuncti vanæ gloriæ. infra libro 3. de diiudicatione. [g] IDEM: Sicut labor iuſtorum eſt videre praua nec corrigere, ita grauis eſt labor arrogantium, ſi quod ſapiunt, non oſtendunt. [h] IDEM: Quaſi latrunculus eſt appetitus laudis humanæ: qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis educto gladio, gradientium vita trucidetur. [i] IDEM: Agitur, vt ante iuſti iudicis oculos, fouea mentis fit memoria virtutis, quia reminiſcendo quod geſſit, dum ſe apud ſe erigit, apud humilitatis auctorem cadit. ISIDORVS: Maxime per cenodoxiam: Supra de monachis malis. IDEM: Qui ex deteriore: Supra de incipientibus. [i] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioanem: Gloriam vanam cupere, ingloriatio eſt, gloria autem vera eſt hanc deſpicere, et nullam eius curam facere, ſed ad id quod Deo placet, omnia et dicere et facere. [l] IDEM: Qui omnium contemptum pecuniarum habuerunt, et nulli huiuſmodi imaginationi ſe immiſcuerunt, et magis tyrannicas corporum concupiſcẽtias domuerunt, hi multoties capti a vana gloria omnia perdiderunt. [k] IDEM: Si laudes amamus, eas quæ a Deo ſunt diligentius quæramus. Nam, quæ quidem ab hominibus eſt laus, qualiſcumque fuerit, ſimul vt apparuit, periit. [l] AVGVSTINVS de confeſſione: Domine gloria noſtra tu eſto, propter te amemur, et verbum tuum, et nomen tuum timeatur a nobis. Qui enim laudari vult ab hominibus, vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, non eripietur damnante te. [m] AMBROSIVS de Officijs: Fortitudo gloriæ caueat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, ſemper autem nocuit vſurpata. [n] BERNARDVS in epiſtola: O ſtulti filij Adam, qui contemnentes pacem, et gloriam appetentes, et pacem perdunt et gloriam.

De Inuidia. Cap. IIX.

GREGORIVS [o] in Moralibus: De inuidia, odiũ, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, et afflictio in proſperis naſcitur. [p] IDEM: Qui poſt puniendi ſunt retributionis ſupplicio, nunc ſemetipſos afficiunt inuidiæ tormento. [q] IDEM: Inuidia iram generat: quia quanto interno liuoris vulnere animus ſauciatur, tanto etiam manſuetudo tranquillitatis amittitur. [r] IDEM: Dum electi

a Idẽ ſup. Cant. ſer. 34. prope fi.
b Ibid. ſer. 63. cir. fi.
c Greg. lib. 31. Mor. c. 31. poſt med.
d Ibid. lib. 23. c. 4. paululum a prin.
e Ibid. li. 9 c. 2. in prin.
f Ibid. lib. 20. c. 24. in prin.
g Ibid. lib. 23. c. 8. cir. fi.
h Ibid. li. 8 c. 23.
i Chryſ. in Ioan. hom. 22. poſt med. to. 3.
k Ibidem homil. 37. ver. fin.
l Aug. cõf. li. 10. c. 36. to. 1.
m Amb. of fic. lib. 1. c. 39. to. 4.
n Bern. ep. 126. ad epiſcop. Aquit. poſt med.
o Greg. lib. 31. Mor. c. 31. poſt med.
p Ibid. li. 2 c. 22. cir. med.
q Ibid. lib. 31. c. 27. poſt med.
r Ibid. lib.

proficiunt, reprobi ad rabiem furoris et inuidiæ excitantur, et bona naſcentia, quæ nolunt imitari, grauius perſequuntur. IDEM: Inuidi dum bonum: Infra libro 3. de ſtultiloquio in accuſatione. [f] IDEM in Dialogis: Antiquus hoſtis vnde bonos cernit per charitatem prouehi ad gloriam, inde peruerſos per inuidiam rapit ad pœnam. [t] IDEM in homilijs: Quidquid in mundo concupiſcimus, hoc proculdubio proximis inuidemus. Videtur etenim quia nobis deſit, quod alius aſſequitur. [u] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: O zelus, o inuidia omni malitia cumulata! Inuidia ignis inextinguibilis eſt, etenim ſicut tinea comedit veſtimentum, ſic et inuidia eum qui zelatur, conſumit, eum autem cui inuidet, clariorem reddit. [u] IDEM ſuper Ioannem: Inuidiæ paſſio, et fornicatione, et adulterio multum eſt deterior. [u] IDEM: Inuidi oculus liquatur triſtitia, inuidus cum morte viuit continua. [x] AVGVSTINVS de diſciplina Chriſtiana: Auertat Deus inuidiæ peſtem ab animis omnium, nedum Chriſtianorum. Vitium enim diabolicum eſt inuidia, quo ſolo diabolus reus eſt, et inexpiabiliter reus. Non enim dicitur diabolo, vt damnetur, quia adulterium commiſiſti, furtum feciſti, villam alienam rapuiſti: ſed qui homini ſtanti, tu lapſus continuo inuidiſti. [y] IDEM de Virginitate: Superbiam ſequitur inuidia, tanquam filia et pediſſequa. Eam quippe ſuperbia continuo parit, nec vmquam eſt ſuperbia ſine tali prole atque comite. [z] HIERONYMVS in epiſtola: O inuidia primum mordax tui, o ſatanæ calliditas ſemper ſancta perſequens! [a] ISIDORVS in ſynonimis: Inuidia cuncta bona ardore peſtifero deuorat. Inuidia, animæ tinea ſenſum comedit, pectus vrit, mentem afficit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit. [b] ANSELMVS de ſimilitudinibus: Qui bonis alterius arridet, ſanctis conſentit: qui vero inuidet, diabolis ſimilis eſt. Siquidem magis puto eſſe ſaluationem ſperandam eius, qui parum boni facit, et factis aliorum fauet, quàm illius, qui multa, et inuidet alijs. [*] SENECA in prouerbijs: Nondum felix es, ſi nondum turba te deridet. Nam etſi nullos tibi inimicos facit iniuria, multos facit inuidia. [*] GLOSSA ſuper Pſalmum 123. Ira et inuidia iudicio carent.

De Ira. Cap. IX.

GREGORIVS [c] in Moralibus: De ira rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, blaſphemiæ proferuntur. [d] IDEM: Plerunque mentem ſub obtentu iuſtitiæ, iræ immanitas vaſtat, et dum quaſi ſæuit zelo rectitudinis, rabiem explet ira furoris. [e] IDEM: Qui humanorum actuum ſubtili examine greſſus enumerat, iram ſine voce, iudicio: iram in voce, concilio: iram vero in voce atque ſermone, gehennæ ignibus mancipat. [f] IDEM: Plus ſemper ira in vindicta exigit, quàm de iniuria accepit. [g] IDEM in dialogis: Tanto metuenda eſt ira iuſtorum, quanto et conſtat, quia in eorum cordibus ille præſens eſt, qui ad inferendam vltionem, quam voluerit, inualidus non eſt. [h] IDEM in regiſtro: Ira etiam cum delinquentium culpas inſequitur, non debet menti noſtræ quaſi domina præire, ſed poſt rationis tergum quaſi ancilla rationis ſubnixius famulari. [i] IDEM: Nemo poteſt diligere illum, quem ex ira, vel odio non vult videre. [k] IDEM: Ira ſi ſemel mentẽ poſſidere cœperit, iuſtum eſſe deputat etiã illud, quod crudeliter facit. [l] IDEM in paſtorali: Illa quæ mater eſt omnium cuſtosq. virtutũ, per iræ, vel impatientiæ vitium virtus charitatis eneruatur. [m] HIERONYMVS in originali ſuper Michæam: Propemodum naturale eſt, vt et nurus ſocrum, et ſocrus oderit nurum. [n] AVGVSTINVS in epiſtola: Sicut acetũ corrumpit vas, ſi diutius ibi fuerit, ſic ira corrumpit cor, ſi in alium diem durauerit. [o] IDEM: Multo melius nec iuſte cuiquam iraſcimur, quàm velut

29. c. 7. cir. fi.
ſ Idem li. 3. Dial. c. 11. ante med.
t Idẽ hom. 5 in Euãg. poſt med.
u Chryſ. in Ioã. homil. 54. ver. fi. to. 3
x Aug. de Diſci. Chri. c. 1. cir. med. to. 9.
y Idem de Virg. ſan. c. 31. to. 6.
z Hier. ep. 90. ad Aſel. cir. med. to. 2.
a Iſid. in ſyn. l. 2. in prin.
b Anſel. de ſimil. c. 41.
c Greg. li. 31. Mor. c. 17. poſt med.
d Ibid. lib. 26. c. 22. ante med.
e Ibid. lib. 21. c. 4. cir. med.
f Ibid. lib. 28. c. 9. cir. med.
g Idem li. 1. Dial. c. 9 cir. med.
h Idem re giſt. li. 7. indi. 2. c. 126 poſt med.
i Ibid. ind. 2. c. 23.
k Ibid. li. 1 indict. 2. c. 126. poſt med.
l Idẽ paſt. cu. p. 3. c. 2. admonit. 10. non longe a prin.
m Hier. in Mich. li. 2. c. 7. to. 1.
n Aug. ep. 29. in fi. to. 2.
o Ibid. ep. 149. ad Prof. cir. med.

velut iuſte iraſcendo, in alicuius odium iræ occulta facilitate dilabimur. [a] IDEM in ſermone Domini in monte: Si iraſci non eſt fas fratri ſuo ſine cauſa, aut dicere racha, aut dicere fatue: multo minus fas eſt animo tenere aliquid, vt in odium indignatio conuertatur. [b] IDEM: Odium eſt ira inueterata. [c] IDEM de ciuitate Dei: Iram nihil aliud eſſe, quàm vlciſcendi libidinem, veteres diffinierunt. [d] IDEM in regula: Melior eſt, qui quamuis ira ſæpe tentatur, tamen impetrare feſtinat, vt ſibi dimittat, cui ſe feciſſe agnoſcit iniuriam, quàm, qui tardius iraſcitur, et ad veniam petendam tardius inclinatur. Qui autem numquam petit veniam, aut non ex animo petit, ſine cauſa eſt in monaſterio, etiã ſi inde non proijciatur. [e] GLOSSA: Si non dimiſerimus ex corde, quod in nos delinquitur, etiam hoc quod per pœnitentiam dimiſſum erat, a nobis exigitur. [f] CASSIODORVS in Pſalmos: Venialis ira eſt, quæ non ducitur ad effectum. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Qui iraſcitur ſine ratione, multis ſupplicijs dignus erit, voluntarie ſeipſum in barathra perditionis ferens, et ante futuram gehennam, hic iam vindictam ſoluens. [g] IDEM de compunctione cordis: Non iracundos tantum, et illatę malitiæ memores punit Deus tamquam reos, ſed et eos, qui et iraſcentes aut offenſos fratres placare negligunt, et cõtemnunt. [h] IDEM: Oſculum pacis porrigere tempore, quo ſacramenta offeruntur, in vſu Eccleſiæ eſt. Sed vereor ne plures ex nobis, labijs tantummodo pacem faciant, cum tamen Chriſtus non ex ore, ſed ex corde deſideret, et affectu velit proximum non labijs ſalutari. [i] IDEM: Si tantummodo non lædas eum, qui te læſit, auertas autem te ab eo, nec libenter eum videas, manet ſine dubio vulnus in pectore, et iræ dolor augeſcit in corde. † AMBROSIVS de Officijs: Si iraſcimur, quia affectus naturæ eſt, non poteſtatis, malum ſermonem non proferamus de ore noſtro, ne in culpam ruamus. [k] IDEM: Is qui cito iniuria illata mouetur: facit ſe dignum iudicari contumeliis, dum vult ea indignus haberi. [l] BERNARDVS in epiſtola: Non iraſci, vbi iraſcendum ſit, nolle emendare, peccatum eſt: prius vero iraſci, quàm iraſcendum ſit, peccatum peccato addere eſt.

a Idem de Ser. Domi. in Mon. lib. 1. c. 20. to. 4
b Ibid. lib. 2. c. 30.
c Idem de ciu. Dei. li. 14. c. 14. to. 5.
d Idẽ reg. 3. c. 88. to. 1.
e Gl. Mat. 18.
f Caſſiod. in pſ. 4. ante med.
g Chryſ. de compunct. cord. lib. 1. ante med. to. 1.
h Ibid. paulo poſt.
i Ibid. poſt multa.
† Amb. lib. 1. offic. c. 3. in fi.
k Ibid. lib. 1. c. 6
l Ber. epi. 69. ad Gui. abb. in principi.

De Accidia. *Cap. X.*

GREGORIVS [m] in Moralibus: De triſtitia, vel accidia naſcitur malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis circa illicita. [n] IDEM: Humana anima quia ad Deum ſolum appetendum facta eſt, omne autem quod infra Deum appetit, minus eſt, ideo ei iure non ſufficit, omne quod Deus non eſt. Hinc eſt, quòd huc illucq. ſpargitur, et ab vnaquaque re faſtidio impellente remouetur. [o] IDEM in paſtorali: Plerumque piger, dum neceſſaria agere negligit, quædam ſibi difficilia opponit, quædam vero incaute formidat, et dum quaſi inuenit, quod velut iuſte metuat, oſtendit, quòd in otio quaſi non iuſte torpeſcat. [p] IDEM: Si quod mortuũ in oobis eſt, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quaſi adhuc viuum tenetur. [q] IDEM: Qui adhuc in peccatis eſt, conuerſionis fiduciam non amittit: qui vero poſt conuerſionem tepuit, etiam ſpem, quæ potuit eſſe de peccatorum conuerſione, ſubtraxit. [r] AVGVSTINVS de confeſſione: Palato non ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis: et oculis ægris odioſa eſt lux, quę puris amabilis eſt: et iuſtitia tua Domine diſplicet triſtibus et iniquis. IDEM: Nullo modo decet *et cæt.* infra lib. 4. de exercitio. [f] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione cordis: Non video, quòd aliquis noſtrum vera et perfecta cupidine cæleſtium teneatur, alioquin omnia, quæ videntur eſſe grauia, vmbras putaret et riſum. † AMBROSIVS ſuper Lucam: Diſce rogare, quod cupis

m Greg. li. 31. Mor. c. 17. poſt med.
n Ibid. lib. 26. c. 28. poſt med.
o Idẽ paſt. in. p. 3. c. 2. admonit. 16.
p Ibid. admo. 35. poſt med.
q Ibid.
r Aug. cõf. lib. 7. c. 16. to. 1.
f Chryſ. de comp. cord. lib. 1. poſt med. to. 5.
† Amb. in Luc, lib. 4. c. 4.

impetrare, faſtidioſos viros cæleſtium profectus munerum non ſequuntur. [*] IDEM in epiſtola: Sicut Dominus non vult mortem peccatoris, tantum vt reuertatur, et viuat: ita tepidos odit, et cito ei nauſeam faciunt. [t] ISIDORVS de Summo bono: Tepidus in conuerſatione, otioſa verba et vanas cogitationes, noxias eſſe non conſpicit: quòd ſi a torpore mentis euigilauerit, ea, quæ prius leuia æſtimabat, confeſtim quaſi horrenda atque atrocia pertimeſcit. [u] IDEM: Dei ſeruum ſine intermiſſione legere, orare, et operari oportet: ne forte mentem otio deditam, ſpiritus fornicationis ſurripiat. Cedit enim labori voluptas, animum autem vacantem cito præoccupat. [x] BERNARDVS in epiſtola: Pro vitando otio, otioſa ſectari ridiculum eſt. Otium autem eſt, quod vel nullam habet vtilitatẽ, vel vtilitatis intentionẽ. [y] IDEM: Miror quòd ad guſtũ cibi dulciſſimi nauſeas, ſi tamen guſtaſti quàm dulcis eſt Dominus: aut certe nõdum guſtaſti, et neſcis quid aut quomodo ſapit Chriſtus, ideoq. non appetis incognitum et inexpertum: aut ſi forte guſtaſti et dulce non ſapit, ſanum non habes palatũ. [z] IDEM ſuper Cantica: Doleo aliquos noſtrum grauari in ſacris vigilijs deprimi ſomno, nec cæli ciues reuereri, ſed in præſentia principum tãquam mortuos apparere: cum tamen ipſi noſtra alacritate permoti noſtris intereſſe ſolemnijs delectentur. Vereor ne noſtrã deſidiam aliquando abominantes, cum indignatione recedant. [a] IDEM: Cum te tepore, accidia, vel tædio affici ſentis, noli propterea diffidere, atque deſiſtere a ſtudio ſpirituali, ſed iuuantis require manum, trahi te obſecrans. [b] IDEM in ſermonibus: Tepeſcimus proceſſu temporis a feruore conuerſionis noſtrę: paulatim refrigeſcit charitas, abundat iniquitas, vt heu conſummemur in carne, qui ſpiritu cœperamus. † IDEM: Quid iſtud negligentiæ, quid pigritiæ, immo quid vecordiæ eſt, vt non crebris ſuſpirijs et feruentiſſima affectione abrumpere hinc, et in illa tam felicia agmina iaculari animos ſtudeamus? Væ nobis a duritia cordis noſtri, væ nobis a peccato gentium, quas Apoſtolus ſine affectione cõmemorat eſſe. [c] SENECA in epiſtola: Cito inerti otio vita torpebit: ſi relinquendum eſt quidquid offendit. [d] IDEM: Otiũ ſine litteris mors eſt, et viui hominis ſepultura.

t Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 10. ſententia. 2.
u Ibid. lib. 3. c. 20. ſenten. 5.
x Ber. epi. de vita ſolit. ad frat. de monte Dei ante med.
y Idem ep. 2. ad Fulc. poſt med.
z Idẽ ſer. 7. in cant. ante med.
a Ibid. ſer. 21. ante med.
b Idem ſer. 3. in ann. Dom. cir. fi.
† Idem ſer. 5. in feſ. om. Sanct. cir. med.
c Sen. ep. 21. ſtatim a prin.
d Idem ep. 82. ſtatim a prin.

De Auaritia. *Cap. XI.*

GREGORIVS [e] in Moralibus: De auaritia, proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentiæ, et contra miſericordiã obdurationes cordis oriũtur. [f] IDEM: Auaritia deſideratis rebus, habitis non extinguitur, ſed augetur. Nam more ignis cũ ligna, quæ conſumat, exceperit, magis excreſcit. [g] AMBROSIVS in ſermonibus: Quoſdã gradus cupiditas habet, quo plures aſcendit, eo ad altiora feſtinat, vnde fit grauior ruina lapſuro. [h] IDEM in epiſtola: Ibi abundantia, vbi ſatietas: vbi autem fames cupiditatum, vbi inexplebilis appetentia, ibi vtique paupertas. [i] AVGVSTINVS in ſermonibus: Nõ ſolũ auarus eſt, qui rapit aliena, ſed et ille auarus eſt, qui cupide ſeruat ſua. [k] IDEM de verbis Domini: Inexplebilis eſt ſola auaritia diuitum: ſemper enim rapit, et numquã ſatiatur: nec Deum timet, nec hominẽ reueretur: nec patri parcit, nec matrem agnoſcit: nec fratri obtemperat, nec amico fidem ſeruat: viduam opprimit, pupillorum res inuadit: liberos in ſeruitium redigit, teſtimonium falſum profert: res mortui hominis occupantur, quaſi non et ipſi, qui hoc faciunt, moriantur. [l] IDEM de libero arbitrio: Dictum eſt, radicem omnium malorum eſſe auaritiã, hoc eſt, plus velle, quàm ſatis eſt. Tantum autem ſatis eſt, quantum ſibi exigit naturæ in ſuo genere conſeruandæ modus. [m] IDEM de decem chordis: Qua fronte venturus es ad filium tuum, qui præceſſit, cui præcedenti non mittis partẽ

e Greg. lib. 31. Mor. c. 17. poſt med.
f Ibid. lib. 15. c. 12. cir. med.
g Amb. lib. de Nabute. c. 2. ante med. to. 1.
h Idẽ epi. li. 4. ep. 27. ad Simp. cir. fi. to. 3.
i Aug. ſer. 196. de tempore circa med to. 10.
k Idem de verb. Do. ſer. 25. ante med. to. 10.
l Idem de lib. arb. li. 3 c. 17. to. 1.
m Idem de 10. chord. c. 12. to. 9.

ſuam in cælum? An non poteſt mitti in cælum? Poteſt prorſus. Audi ipſum Dominum dicentem: Theſaurizate vobis theſauros in cælo. [a] ISIDORVS in etymologijs: Auidus dictus eſt ab auendo, auere enim cupere eſt, hinc et auarus. Nam quid eſt auarum eſſe, niſi progredi vltra quàm ſufficit? Auarus enim dictus eſt, eo quod ſit auidus auri, et numquam opibus expleatur. [b] IDEM de Summo bono: Qui bona mundi diligit, velit, nolit, timoris et doloris pœnę ſuccumbit. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Quemadmodum in fontem mundum ſtercus quis immittens, totum eum immundum facit: ita et in diuitias iuſtas auaritia intrans, omnia ſpirare facit ab eo, qui illic eſt, auaritiæ fœtore. IDEM: Non amabit proximum, qui aurum amat. [c] BERNARDVS de contemptu mundi: Nunc trahit ſua quęque voluptas, odorem turpis lucri ſectantes, quæſtum æſtimant pietatem, quorum certa damnatio eſt. [d] IDEM: Vtinam ſaperes miſer, et intelligeres, cum theſauro pecuniæ, theſaurum iræ pariter cumulari. Vtinam nouiſſima prouidens, animaduerteres, non facile per foramen acus tranſituros diuitiarum cumulos. [e] SENECA in epiſtola: Vidiſti aliquando canem, miſſa a Domino fruſta panis ac carnis, aperto ore captantem, quidquid accipit protinus integrum deuorat, et ſemper ad ſpem venturi hiat. [f] IDEM: Euenit nobis quidquid expectantibus fortuna proiecit, id ſine vlla voluptate dimittimus, ſtatim ad rapinam alterius erecti, et attenti. IDEM: Quiſquis de accipiendo, *et cet.* Infra libro tertio de ingratitudine.

De Gula. Cap. XII.

GREGORIVS [g] in Moralibus: De ventris ingluuie inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam oritur. [h] IDEM: Quinque nos modis gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit. Aliquando vero tempus non præuenit, ſed cibos lautiores quærit. Aliquando quælibet ſumenda præparari accuratius expetit. Aliquando autem et qualitati ciborum, et tempori congruit, ſed in ipſa ciborũ quantitate, ſumendi menſuram refectionis excedit. [i] NONNVMQVAM vero, et abiectum eſt, quod deſiderat, et tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deterius peccat. Exemplum de primo in Ionatha: De ſecundo in Iſraeliticis: De tertio in filijs Heli: De quarto in Ezechiele: De quinto in Eſau. † IDEM: Sæpe dũ quaſi concilij carni parcimus, ad prælium contra nos hoſtem nutrimus. Eiſdem namque alimentis vitia ſuperbiunt, quibus nutritæ virtutes viuunt: et cum virtus alitur, plerumque vires vitijs augentur. [k] IDEM in paſtorali: Gulæ deditos, ſuperfluitas locutionis, leuitas operis atque luxuria: abſtinentes vero ſæpe impatientia, atque triſtitia, ſæpe vero ſuperbiæ culpa comitatur. [l] HIERONYMVS in epiſtola: Difficile inter epulas ſeruatur pudicitia, nitens cutis ſordidum oſtentat animum. IDEM: Nihil ſolicitius, *et cet.* Infra libro 4. de lætitia. [m] ISIDORVS de Summo bono: Ebrietas perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis. Ebrietas ita mentem alienat, vt vbi ſit, neſciat: vnde etiam et malum non ſentitur, quod per ebrietatem committitur. [n] IDEM: Cui abundantia eſt epularum, ardentis diuitis attendat ſupplicium, cuius tanta in inferno inter ignes erat inopia, quanta hic fuerat epularum copia. [o] IDEM: Qui nimium cibis vtuntur, quanto magis ventrem paſcunt, tanto amplius ſenſum mentis obtundunt. Nam Græci dixerunt, ex craſſo ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſſe. [p] AVGVSTINVS de Doctrina Chriſtiana: Fieri poteſt, vt ſine aliquo vitio crapulæ, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma, in cibum viliſſimum ardeſcat. [*] BASILIVS

- a Iſidorus etym. li. 10. ver. Auidus.
- b Idem de Sum. bo. li. 3. c. 63. ſen. ſen. 2.
- c Ber. in declam. ſuper ecce nos ante med.
- d Ibid. poſt pauca.
- e Sen. ep. 72. poſt med.
- f Ibid.
- g Greg. li. 31. Mor. c. 17. poſt med.
- h Ibid. lib. 30. c. 18.
- i Ibid cap. 14.
- 1. Reg. 14.
- Numer. 11.
- 1. Reg. 2.
- Ezech. 16.
- Gen. 25.
- † Ibidem mor. c. 14.
- k Idē paſt. cu. p. 3. c. 4. admo. 20. in prin.
- l Hier. ep. 47. poſt med. to. 1.
- m Iſid. de Sum. bo. lib. 2. c. 42. ſen. 1. et 2.
- n Ibid. c. 42. ſent. 2.
- o Ibid. ſen. 6.
- p Aug. lib. 3. de Doct. Chriſt. c. 12 to. 3.

A in regula: Sicut miles plurimo onere prægrauatus præpeditur, ita monachus, vel clericus impeditur ad vigilias, cum eſcarum plenitudine torpeſcit. [q] BERNARDVS in Apologia: Sanius eſt modico vino vti propter infirmitatem, quàm multa aqua ingurgitari per auiditatem. Legitur in ſcientia naturali, quòd inter animalia magnorum corporum, nulli dedit natura tam paruum os, ſecundum corporis quãtitatem, ſicut homini, quod factum eſt ad commendationem temperantiæ, et ad deteſtationem guloſitatis. [*] GREGORIVS: Quanto corpus impletur, tanto anima minoratur. Vnde [r] HIERONYMVS: Qui luxuriatur, B viuens mortuus eſt: et qui inebriatur, mortuus et ſepultus. [*] SENECA: Ciborum copia, ſublimitas impeditur. [*] IDEM: Ventri obedientes, loco animalium viuimus non hominum. [ſ] BERNARDVS: Voluptas gutturis, quæ tãti hodie æſtimatur, vix duorum habet longitudinem digitorum: non durat niſi quantum durat tranſitus ille per gulam, et pro illo tranſitu vult domina gula, tot et tanta ſibi præparari.

De Luxuria. Cap. XIII.

GREGORIVS [t] in Moralibus: De luxuria, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæ- C culi, horror, vel deſperatio futuri generatur. [u] IDEM: Nulla ante Dei oculos iuſtitiæ pietatisq. ſunt opera, quæ corruptionis contagio monſtrantur immunda. [x] IDEM in Dialogis: Carnalis delectatio, mentem, quam inficit, obſcurat, vt videre veræ lucis claritatem non valeat: ſed vnde inferius delectatur, inde caliginem ad ſuperna patiatur: [y] AVGVSTINVS de fide ad Petrum: Quia dum ſibi inuicem vir mulierq. miſcentur, vt filios gignant, ſine libidine non eſt parentum concubitus, et ob hoc filiorum ex eorum carne naſcentium non poteſt ſine peccato eſſe conceptus, et peccatum in paruulos non tranſ- D mittit propagatio, ſed libido. [z] ISIDORVS de Sũmo bono: Luxuriæ imagines, quas in veritate geſſimus, ſæpe dormientibus nobis in animo apparent, ſed innoxiæ ſi non concupiſcendo occurrunt, id eſt, ſi non conſentimus vigilantes. [a] IDEM: Qui nocturna illuſione polluitur, etſi extra memoriam turpium cogitationum ſeſe præſentiat inquinatum, tamen hoc, vt tentaretur, culpæ ſuæ tribuat, ſuamq. immunditiam ſtatim fletibus tergat. [b] IDEM: Deus nonnumquam deijcit occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam ruinam. [c] IDEM: Inter ſeptem vitia, fornicatio maximum eſt ſcelus, quia per carnis im- E munditiam templum Dei violat, et tollens membra Chriſti, facit membra meretricis. [d] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Vitium libidinis facile ex vacantia et otio naſcitur. Nam definitio amoris hæc eſt, animæ vacantis paſſio. [*] IDEM: Per omnem actũ carnalem homo animalibus ſimilis inuenitur, maxime autem per vſum libidinis. † IDEM ſuper Ioannem: Porci ſunt, qui vitam ſuam cœnoſæ libidini, et voluptatibus ſæculi manciparunt. [e] HIERONYMVS in originali ſuper Oſeã: Sicut vinum et ebrietas eum, qui biberit, mentis ſuæ impotem facit, ita fornicatio, ac voluptas peruertit ſenſum, animumq. debilitat, et de rationali homine, brutum efficit animal. [f] IDEM: Sicut gulæ ſeruientes habent ventrẽ F Deum: ita qui libidini ſeruiunt, habent Deũ Beelphegor. [g] IDEM in originali ſuper Naũ explicans verba illa: Corruẽt in corporibus ſuis: Septuaginta infirmabuntur in corporibus ſuis. Multi propter res venereas in corpore debilitati ſunt, et cũ perditione animæ carnem quoque frangunt, cui ſeruiunt. [h] GLOSSA in prouerbia ſuper illud: Pretiũ ſcorti: Breuis voluptas fornicationis, et perpetua pœna fornicationis. [i] INTERLINEARIS: Luxuria conſumit omnia bona gratiæ, et naturæ. [*] SENECA in epiſtola: Luxuria, volu-

- q Ber. in Apolo. ad Guliel. abb. ante med.
- r Hier. ep. 83. ad Oceanu. poſt med. to. 2.
- ſ Ber. Ser. de conuerſ. ad cleric. c. 12.
- t Greg. lib. 26. Mor. c. 17. poſt med.
- u Ibid. lib. 20. c. 9. poſt med.
- x Idē Dialog. lib. 4. c. 36. cir. fi.
- y Aug. lib. de fi. ad Pet. c. 2. poſt med. to. 3.
- z Iſido. de Sum. bo. lib. 2. c. 6. ſent. 13.
- a Ibid. ſent. 14.
- b Ibid. lib. 2. c. 39. ſenten. c.
- c Ibid ſent. 20.
- d Chryſoſt. op. imp. homil. 40. ante med. to. 2.
- † Eſt apud eundē homil. de crune ante medium to. 3.
- e Hier. in Oſea. li. 1. c. 4. to. 5.
- f Ibid. li. 2. c. 9.
- g Idem in Na. c. 3. to. eod.
- h Gloſ. ord. in prou. 6.
- i Gloſ. interlinc. 13

volnptas fragilis eſt, breuis, faſtidio obiecta, quo auidius acta eſt, ocyus in contrarium recidens, cuius ſubinde neceſſe eſt, aut pœniteat, aut pudeat: in qua nihil eſt magnificum, aut quod naturam hominis dijs proximi deceat, res humilis membrorum turpium, aut vilium miniſterio exitu fœda. * Idem: Nihil tam mortiferum ingenijs, quàm luxuria. * Idem: Vis magna mentis blanduſq. animi calor, amor eſt, iuuenta gignitur, luxu et otio nutritur inter læta fortunæ bona: quem ſi fouere atque alere deſiſtas, cadit, breuiq. vires perdit extinctus ſuas: illicita amantur, et excidit quidquid quiſquis in primo obſtitit, pepulitq. amorem tutus ac victor reddit, qui blandiendo dulce nutriuit malum, ſero recuſat ferre, quod ſubijt iugum. * Hieronymus: Appetitus fornicationis anxietas eſt, ſatietas pœnitentia. Et Paulus Apoſtolus ait; Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. * Glossa: In fornicationis opere totus homo abſorbetur a carne qui fornicatur, vt iam homo non poſſit animus ſuus eſſe, ſed ſimul totus homo poſſit dici caro. Et dicit quædam gloſſa ſuper Leuiticum, quòd cum dæmones de omni peccato gaudeant, præcipue tamen gaudent de fornicatione, quia ibi corpus et anima maculatur, et ideo maxime cauendum.

De Perplexitate. Cap. XIV.

a Greg. li. 32. Mor. c. 17. longe ante med. b Ibid. c Iſidor. in Syn. c. 21. d Idem de Sum. bo. lib. 3. c. 5. ſent. 21.

Gregorius [a] in Moralibus: Dum mens inter minora et maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligantur. [b] Idem: Cum in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus. [c] Isidorus in Synonimis: In malis promiſſis reſcinde fidē, in turpi voto muta decretum. [d] Idem de Summo bono: Argumenta machinationum malarumq. cogitationum ſemina, quæ in cordibus hominum diabolus fundit, ita ſæpe vndique captam implicant mentem, vt ex quacumque parte euadere quiſque tentauerit, ſine periculo exire non poſſit: veluti ſi iures hoc facere, quod ſi feceris pecces, ſi non feceris, reus periurij ſis. In tanto ergo mali diſcrimine, vt euadendi aditus pateat, minora potius eligenda ſunt, vt maiora vitentur. [e] Augustinus de mendacio: Illa deſinunt eſſe peccata, quæ propter grauiora vitanda ſuſcipiuntur. Sicut enim in rebus vtilibus, non vocatur damnum, quod propter maius lucrum amittitur, ſic et in rebus ſacratis, non vocatur peccatum, quod admittitur, ne grauius admittatur. [f] Ambrosius de Officijs: Si non poteſt alteri ſubueniri, niſi alter lædatur: commodius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum.

e Aug. de mēd. ad Cōſen. c. 18. in f.

f Ambr. de offic. li. 3. c. 9. an. med. to. 4.

De Conflictu vitiorum, & virtutum. Cap. XV.

g Aug. lib. de cōf. vir. et vit. c. 1. cir. f. et ſeq. to. 9.

Superbia, & humilitas.

Augustinus [g] in libro de conflictu: O quàm amarus eſt ſuperbiæ congreſſus, quæ angelos de cælo proiecit, homines de paradiſo minauit. Superbia dicit: Certe multis immo pene omnibus melior es, verbo, ſcientia, diuitijs, honoribus, et cunctis, quæ carnalibus, vel ſpiritalibus ſuppetunt chariſmatibus. Cunctos ergo deſpice, cunctis te ipſum ſuperiorem attende. Humilitas reſpondet: Memento quis puluis es: quia cinis es: quia putredo, et vermis es, quique, etſi altus es, niſi tanto te humilies, quanto magnus es, perdis omnino quod es. Numquid tu altior es, quàm primus angelus? Numquid ſplendidior in terra, quàm lucifer in cælo? Quòd ſi ille de tanta ſublimitate per ſuperbiam cecidit, quo modo tu ad tantam celſitudinem ſuperbiens, de imis aſcendes?

Inanis gloria, & timor Dei.

Inanis gloria dicit: Age bonum, quod vales, oſtende bonum cunctis quod agis, vt bonus a cunctis dicaris, vt ſanctus et venerabilis ab hominibus prædiceris, vt A Dei dilectus voceris, vt nemo te contemnat, nemo te deſpiciat, ſed vniuerſi debitum tibi honorem perſoluant. Timor Dei reſpondet: Si boni aliquid agis, nō pro tranſitorijs, ſed pro æternis bonoribus age: occulta, quod agis in quantum vales, ſit in animo tuo occultandi voluntas, et non erit de oſtentatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquando manifeſtare, quod ſemper vis celatum habere.

Simulatio, & vera religio.

Simulatio dicit: quia nihil boni in abſcondito facis, ne a cunctis cognitus deteſtabilis habearis, finge te foris eſſe, quod intra non appetis. Vera religio reſpondet: Immo magis ſatage eſſe, quàm oſtentare, quod non es. Nam hoc hominibus oſtendere, quod non es, quid aliud B quàm damnatio eſt?

Contēptus, & ſubiectio.

Contemptus dicit: Quis tu, vt tibi peioribus obtemperes, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quàm illos decuerat imperare, qui tibi non poſſunt ingenio, vel induſtria coæquari. Obtempera igitur ſolius Dei imperio, et non ſit tibi cura de aliquo. Subiectio reſpondet: Si Deī obtemperandum eſt imperio, etiam humano ſubdi, neceſſe eſt magiſterio. Ipſe enim dicit: Qui vos audit, me audit, et qui vos ſpernit, me ſpernit. *Luc. 10.* Ita, inquis, oporteret, ſi talis eſſet, qui loco Dei imperaret: ſed non eſt talis, per quem Deus imperet. Sed audi C Apoſtolum contradicentem tibi. Ait enim: Non eſt poteſtas niſi a Deo, quæ autem a Deo ſunt, ordinata ſunt. *Rom. 13.* Quales enim eſſe debeant hi, qui imperant, non eſt a ſubditis diſcutiendum.

Inuidia, & concordia.

Inuidia dicit: In quo illo, vel illo minor es? Cur ergo eis æqualis, vel ſuperior non es? Quanta vales, quæ ipſi non valent? Non ergo tibi, aut ſuperiores eſſe, aut æquales debent. Concordia fraterna reſpondet: Si ceteros virtutibus antecellis, tutius in loco infimo, quàm in ſummo temetipſum conſeruas, ſemper enim de alto peior fit ruina. Quòd ſi tibi, vt aſſeris, quidam ſuperiores, vel æquales ſunt, quid te lædit, quid te nocet? Caue prorſus ne dum alijs locum celſitudinis inuides, illum D imiteris, de quo ſcriptum eſt: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: *Sap. 2.* imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.

Odiū, & dilectio.

Odium dicit: Abſit, vt illum ames, quem in omnibus contrarium habes, qui tibi derogat, qui tibi inſultat, qui te conuitijs exaſperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis et operibus atque honoribus ſemper præuenire feſtinat. Niſi enim ipſe tibi inuideret, nequaquam ſe tibi ita præferret. Dilectio vera reſpondet: Numquid quia hæc, quæ narras, odio habenda ſunt in homine, propterea non eſt amanda Dei imago in homine? ſicut Chriſtus, qui in cruce poſitus inimicos ſuos dilexit, et E ante crucis tormentum admonuit, dicens: Diligite inimicos veſtros, *et cet.* *Matth. 5.* Omnem ergo amaritudinem cordis enoma, et quo pacto valueris, charitatis dulcedinem ſume: nihil enim illa ſuauius, nihil illa beatius.

Detractio, & fraterna correctio.

Detractio dicit: Quis poteſt ſuſtinere? quis ſilentio valet tegere quanta ille, vel ille praua committit, niſi forte qui conſentit? Libertas iuſtæ increpationis reſpondet: Nec tacenda ſunt mala proximi, nec conſentienda, ſed charitate fraterna in faciem proximus eſt redarguendus. Et infra: Nonnūquam errata delinquentium ad tempus ſilentio tegēda ſunt, vt aptiori tempore corrigantur.

Ira, & patientia.

Ira dicit: Quæ erga F te aguntur, æquanimiter ferri non poſſunt: immo hæc patienter tolerare peccatum eſt, quia etſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur. Patientia reſpondet: Si paſſio Redemptoris ad mentem reducitur, nil tam durum, quod non æquo animo toleretur: Chriſtus enim, vt ait Petrus, pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. *1. Pet. 2.* Sed quanta ſunt hæc, quæ patimur in comparatione illius: Ille enim opprobria, irriſiones, contumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronam, crucem quoque ſuſtinuit atque mortem: et nos miſeri ad noſtrā confuſionem vno ſermone fatigamur, vno verbo deijcimur.

Proteruia, & manſuetudo. mur. Peoteruia dicit: Numquid ſtultis, numquid in- A
ſenſatis ac brutis animalibus, leuia verba et non ma-
gis aſpera vt tales decet, dum delinquunt, obijcienda
ſunt? Manſuetudo reſpoodet: Non tua io his perſua-
1. Tim. 5. ſio, ſed Apoſtoli ſequenda eſt præceptio: Seniorem
2. Tim. 2. ne increpaueris. Et rurſum: Seruum Domini non
oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Quod
videlicet malum proteruiæ, deterius adhuc ſubditis
quàm prælatis nocet. Sæpius enim contingit, vt le-
tiuter, et cum charitatis dulcedine prolatam cor-
rectionem ſubditi ſpernant, et contra humilitatis ver-
Tumor, & ſatisfactio. ba, deſpectionis iacula emittant. Tumor mentis di-
cit: Teſtem habes Deum in cælis, non tibi ſit curæ
quid de te ſuſpicentur homines in terris. Satisfactio B
debita reſpondet: Non eſt danda detrahendi occaſio,
non ſuſurrandi ſuſpitio, ſed ſi adſunt, quæ corrigan-
tur, manifeſtanda: aut certe ſi deſunt, humili prote-
Torpor ignauia, & exercitium bonum. ſtatione neganda. Torpor et ignauia dicunt: Si le-
ctioni continuato ſtudio ſemper inſiſtis, oculorum
caliginem incurris, ſi indeſinenter lacrymas fundis,
ipſos etiam oculos amittis: ſi protelatis vigilijs pſal-
morum cenſum perſoluis, inſaniam capitis acquiris:
ſi quotidiano labore te conficis, ad opus ſpiritale
quando conſurges? Exercitium bonum reſpondet:
Quid tibi ad hæc perferenda, tam longa temporum
proponis ſpatia? Numquid ſcis ſi die craſtina viuas,
immo ſi vel etiam vnam horam io hac vita facias? An C
forte de tua mente excidit, quod Saluator in Euan-
Mat. 25. gelio dicit: Vigilate, quia neſcitis oeque diem oe-
que horam. Quapropter diſcute corporis inertiam,
ſemperq. memento, quia regnum cælorum non te-
pidi, oon molles, non deſides, ſed violenti vimq. fa-
Cupiditas, & paupertas. cientes diripiunt. Cupiditas ſiue auaritia dicit: Val-
de ſine culpa es, quòd quædam habenda concupiſcis,
quia non multiplicare appetis, ſed egere pertimeſcis,
et quod malus alius male retineret, ipſe melius ex-
pendis. Mundi contemptus reſpondet: Iſta nec apud
homines ſæculares ſine periculo procurantur, quia
quanto quis amplius habere cęperit, tãto amplius ha-
bere concupiſcit: fitq. vt modum io concupiſcendo D
non habeat, dum innumeris huius ſæculi curis de-
ſeruire feſtinat. Si ergo ſęcularibus viris ita eſt peri-
culoſa cupiditatis induſtria, quanto magis illis peri-
culoſior, qui iam habitu et conuerſatione ſæculares
eſſe deſierunt? Qui totum quod viuunt Domino de-
uouerunt? Dicis forte, ideo a ſanctis religioſisq. vi-
ris plura habenda ſunt, vt melius ab ipſis quàm a po-
pularibus erogentur Chriſti pauperibus. Et ego con-
Obduratio & miſericordia. ſentio, ſed prælatis, non autem ſubiectis. Obduratio
dicit: Si ea quæ poſſides egentibus tribuis, vnde ſub-
iectos abſque peounia nutris? Miſericordia reſpon-
det: Memento quid purpurato diuiti contigerit, qui
non ideo damnatus eſt, quòd aliena tulerit, ſed quòd E
egeoti pauperi ſua non tribuerit: et in inferno poſitus
ad petenda minima peruenerit, qui hæc parua nega-
Gula, & parſimonia. uit. Veotris ingluuies ſiue gula dicit: Ad eſum Do-
minus omnia munda creauit, et qui ſaturari cibo re-
ſpuit, quid aliud quàm muneri conceſſo contradicit?
Ciborum parſimonia reſpondet: Vnum horum, quæ
dicis, verum eſt: Ne enim homo fame moreretur,
omnia ad eſum Deus munda creauit, ſed ne come-
dendi menſuram excederet, abſtinentiam imperauit,
atque inter cetera ſua mala ſaturitatem maxime panis
Sodoma perijt. Quapropter ſicut æger ad medicinã,
ſic ad ſumendas dapes debet quiſquam accedere, ne- F
quaquam ſcilicet in illos voluptatem appetens, ſed
neceſſitati ſuccurrens. Ille autem plene huiuſmodi
virium ſuperat, qui in ſumendis dapibus non ſolum
parſimoniam tenet, vt, ſcilicet refectionem corporis
ſemper eſuriens imperet, verum etiam accuratiores
Vana lætitia, & moderatus mæror. ſimul, et lautiores epulas, excepta corporis infirmi-
tate, et hoſpitum ſuſceptione, contempſit. Inepta
lætitia dicit: Vt quid animi gaudium intus abſcondis?
Egredere in publicum lætus, dic aliquid foris, vnde

A vel tu, vel proximi rideant: fac eos lætos tua lætitia.
Moderatus mæror reſpondet: Vnde tibi ineſt tanta
lætitia? Numquid iam diabolum viciſti? Numquid
iam de exilio ad patriam veniſti? An forte in obliuio-
Ioan. 6. nem venit, quod Dominus dicit: Mundus gaudebit,
vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra verte-
tur io gaudium? Comprime ergo inanem lætitiam,
quia nondum euaſiſti pœnalem ærumnam. Nonne
apud omnes inſanus iudicatur is, qui carceralibos te-
nebris recluſus, gaudere conatur? Multiloquium di-
Loquacitas & ſilentiũ. cit: Noo reus ille tenebitur, qui plura quidem ſed
bona loquitur, ſed ille qui ſaltem rara, ſed mala di-
cere probatur. Diſcreta taciturnitas reſpondet: Ve-
B rum eſt quod dicis, ſed dum multa bona proferri vi-
dentur, ſæpe contingit, vt a bonis locutio incboans,
ad praua deriuet. Hoc ipſum ſacra ſcriptura pronun-
Prouer. 10. ciat: Qoia in multiloquio non deerit peccatum. Ac
forte inter innumera verba declinantur crimiooſa,
ſed numquam declinari poterunt inutilia atque otio-
ſa, de quibus ratio erit in futuro reddenda. Te-
nendus eſt ergo modus in loquendo, atque ab ipſis
Luxuria, & caſtitas. nonnumquam vtilibus verbis parcendum. Luxuria
dicit: Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum
te quid ſequatur ignoras? Acceptum tempus in deſi-
derijs perdere oon debes, quia quàm citius pertran-
ſeat, neſcis. Si enim Deus miſceri hominem in volu-
C ptate carnis nollet, in ipſo humani generis exordio
maſculum et feminam non feciſſet. Carnis mundi-
tia reſpondet: Nolo vt ignorare te fingas, quid poſt
hanc vitam recipias. Si enim pie, et caſte vixeris, ſine
fine gaudebis. Si autem impie, et luxurioſe, æternis
incendijs ſubiacebis. Inde autem magis caſte viuere
debes, vnde quàm citius tempus acceptum tranſeat,
ignorare te dicis. Et infra: O qoàm parua eſt con-
a Iſidor. de ſum. bo. li. 2 c. 37. ſen. 6. cubitus hora, qua perditur vita futura! [a] ISIDORVS
de Summo bono: Interdum vitia cum virtutibus ad
vtilitatem confliguot, vt ipſo certamine vel mens
exerceatur, vel ab elatione concuſſus animus, re-
ſtringatur.
D

De Gratia. *Cap. XVI.*

b Greg. regiſt. li. 6. indict. 15. c. 097. GREGORIVS [b] in regiſtro: Quia de gratia de-
bemus ſuperna præſumere, vt non ſimus negli-
gentes in oratione, vel opere, voce veritatis expri-
mitur: Oportet ſemper orare, et non deficere. Peta-
mus ergo orando, quæramus legendo, pulſemus
c Ibid. li. 6 indict. 15. c. 069. cir. med. operando. [c] IDEM: Quælibet occulta loca ſine Dei
gratia, animam ſaluare oon poſſunt. Quod aliquan-
do in ipſis quoque erratibus cõſpicimus electorum.
Nam Loth in peruerſa ciuitate iuſtus fuit, in moore
d Idem li. 9. Moral. c. 33. in f. peccauit. [d] IDEM io Moralibus: Cum mentem no-
E ſtram elatio erigit, a nobis ſummi protioous compun-
ctio amoris recedit: cum vero ſuperna nos gratia
e Ibid. li. 35. c. 5. in prin. viſitat, ſtatim per lacrymas ad ſua deſideria inſtigat.
[e] IDEM: Quanto quiſque ſe minus videt, tanto ſibi
minus diſplicet, et quanto maioris gratiæ lumen per-
cipit, tanto amplius reprehenſibilem ſe cognoſcit.
f Ibid. lib. 20. c. 19. cir. med. [f] IDEM: Iuſti animam gratia vocat, tentatio inter-
rogat. [g] IDEM: Quia per occultam gratiam ad amo-
rem Dei temperata deſuper menſura proficimus,
g Ibid. lib. 22. c. 14. nõ lõge a prin. quanto in nobis quotidie de Dei ſpiritu virtus cre-
ſcit, tanto noſter ſpiritus deficit. [*] IDEM: Vnum-
quemque electum ſuum diuina gratia tũc magis eru-
F diendo cuſtodit, cum eum quaſi percutiens deſerit.
h Ibid. lib. 32. c. 37. ante med. [h] IDEM: Miles Dei ſupernæ gratiæ fretus auxilio,
ſic vulnera infirmitatis ſuæ curat, vt aliena non de-
ſerat. [i] IDEM: Booum quod agimus, et Dei eſt, et
i Ibid. lib. 33. c. 20 noſtrum. Dei per præuenientem gratiam: noſtrum,
per obſequentem liberam voluntatem. [k] IDEM ſu-
k Idem in Ezech. homil. 06. ante med. per Ezechielem: Siue hi, qui electi in Teſtamento ve-
teri fuerunt, ſiue hi, qui in Teſtamento nouo ſecuti
ſunt, nimirum conſtat, quia omnes ex amore Trioi-
tatis accenſi ſunt. Neque enim vnum Deum dilige-
rent,

rent, ſi eiuſdem Trinitatis, quæ Deus eſt, gratiam non acceperint. [*] IDEM: Sunt quidam qui per donum gratiæ et ipſa intelligunt, quæ exponi a doctoribus non audierunt. [a] ISIDORVS de Summo bono: Hominis meritum ſuperna gratia, vt inueniat, præuenit, et poſtquam præuenerit, perficit, atque ad indignam mentem veniens, facit in ea meritum, quod remuneret, quæ ſolum inuenerat, quod puniret. [b] IDEM in ſynonimis: In omni opere tuo Dei auxiliū poſce: omnia diuinæ gratiæ, diuino dono aſcribe: nihil meritis tuis tribuas, in virtute tua nihil præſumas. [c] AVGVSTINVS de confeſſione: Gratiæ tuæ deputo, et miſericordiæ tuæ, Domine, quòd peccata mea, tamquam glaciem, ſoluiſti: gratiæ tuæ deputo, et quæcumque non feci mala. [d] IDEM de natura, et gratia: Chriſti gratia, ſine qua nec infantes, nec ætate grandes ſalui fieri poſſunt, non meritis redditur, ſed gratis datur: propter quod gratia nominatur. [e] IDEM de correptione, et gratia: Deſiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ eſt. [f] IDEM: Gratia ſola homines liberātur a malo, ſine qua nullum prorſus, ſiue cogitando, ſiue volendo, et amando, ſiue agendo, faciunt bonum. [g] IDEM: Voluntas humana non libertate conſequitur gratiam, ſed gratia potius libertatem, et vt perſeueret, delectabilem perpetuitatem, et inſuperabilem fortitudinem. [h] IDEM de quinque reſponſionibus: Opera liberi arbitrij bona, quæ vt fiant, præparantur per gratiæ præuentum, nullis liberi arbitrij meritis, et ipſa faciente, gubernante, et perficiente, vt abundent in libero arbitrio, non damnamus: quia ex his vel huiuſmodi homines Dei iuſtificati ſunt, iuſtificantur, et iuſtificabuntur in Chriſto. [i] IDEM de gratia, et libero arbitrio: Chariſſimi vita noſtra bona, nil eſt aliud, quàm Dei gratia: et vita æterna, quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia eſt, et ipſa enim gratis datur. [k] IDEM ibidē: Gratia Dei nos facit legis dilectores, lex vero ipſa ſine gratia, non niſi præuaricatores. [l] IDEM contra Iulianum: Quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, etiam baptizans ſanctis ingerit pugnandi neceſſitatē. Contra quid? niſi contra malum, non contra ſubſtantiam, ſed ſubſtantiæ vitium, Dei gratia regenerante non imputandum, Dei gratia adiuuante frenandum, Dei gratia remunerante ſanandum? [m] IDEM de ſex quæſtionibus: Salus religionis huius, per quam ſolam ſalus vera veraciter promittitur, nulli vmquam defuit, qui dignus fuit, et cui defuit, dignus non fuit. Ab exordio namque propagationis humanę vſque in finem, quibuſdam ad præmium, quibuſdam ad iudicium prædicatur. [n] IDEM de ſpiritu, et littera: Per legem, cognitio peccati: per fidem, impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam, ſanatio animæ, et abolitio peccati: per animæ ſanitatem, libertas arbitrij: per liberum arbitrium, iuſtitiæ dilectio: per iuſtitiæ dilectionem, legis operatio. [o] IDEM: Lex data eſt, vt gratia quæreretur: gratia autem data eſt, vt lex impleretur. Neque enim ſuo vitio non implebatur lex, ſed vitio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonſtrandum, per gratiam ſanandum fuit. [p] IDEM de ciuitate Dei: Parit ciues terrenæ ciuitatis peccato vitiata natura, cæleſtis vero ciuitatis ciues parit, a peccato naturam liberans Dei gratia. [q] IDEM de pœnitentia: Præſto ſemper eſt gratia, quæ numquam deficit, niſi prius expulſa fuerit. Continue neceſſario, quod ſuum eſt inſpirat, ſi eſt qui recipiat. [r] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione cordis: Gratia rectas mentes diligit, et ſine fuco propoſitum. [s] IDEM ſuper Matthæum: Debet voluntas præcedere, et ſic ſequitur gratia, nam nec gratia ſine voluntate aliquid operatur, nec voluntas ſine gratia poteſt. Nam et terra non germinat niſi pluuiā ſuſceperit, nec pluuia fructificat ſine terra. [t] AMBROSIVS ſuper Lucam: Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. [u] AVCTOR de ſpiritu, et anima: Animā Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia conducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit. [x] IDEM: Facultates, et quaſi inſtrumenta cognoſcendi et diligendi habet anima ex natura, cognitionem vero veritatis, et ordinem dilectionis, nequaquam habet niſi ex gratia. [y] IDEM: Vaſa, quæ creatrix ſapientia format, vt ſint, adiutrix gratia replet, ne vacua ſint, ſi ſtrenuum operarium inuenerit. [z] BERNARDVS ſuper Cantica: In veritate didici, nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm ſi omni tempore inueniaris non altum ſapere, ſed timere.

a Iſidor. de ſum. bo. li. 2. c. 5. ſent. 5. *b Idem in ſynon. c. 0 3 poſt med.* *c Aug. conf. li. 2. c. 7. to. 1.* *d Idem de nat. et gra. c. 4. to. 7.* *e Idem de correpr. & grat. c. 2. to. eod.* *f Ibid. c. 2.* *g Ibid. c. 8 ante med.* *h Eſt in hyppognoſt. lib. 3. poſt med. to. 7.* *i Idem de grat. et lib. arb. c. 8. to. eod.* *k Ibid. c. 18. ante med.* *l Idē cont. Iul. lib. 2. ante med. to. 7.* *m Idē ep. 49. ad Deo grat. de ſex quæſt. q. 2. in ſi. to. 2.* *n Idem li. de ſpir. et lit. c. 30. to. 3.* *o Ibid. c. 19. prope ſi.* *p Idem de ciu. Dei lib. 15. c. 2. to. 5.* *q Idem de vera et falſa pœnit. c. 10. poſt med. to. 4.* *r Chryſ. de compunct. cord. lib. 1. poſt med. to. 5.* *s Idē oper. imp. homil. 32. poſt med. to. 2.* *t Ambr. in Luc. lib. 2. c. 1. to. 3.* *u Auctor de ſpir. & ani. c. 30. to. 3. apud Aug.* *x Ibid. c. 9* *y Ibidem.* *z Ber. in Cant. ſer. 54. poſt med.*

De Pœnitentia. Cap. XVII.

GREGORIVS [a] in homiliis: Pœnitentiam agere, eſt et perpetrata mala plangere, et plangenda nō perpetrare. Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat, adhuc pœnitentiam agere, aut ignorat, aut diſſimulat. [b] AVGVSTINVS de mirabilibus ſacræ ſcripturæ: Qui per pœnitentiam peccata diluerit, angelicæ felicitatis conſors in æternum erit. [c] IDEM in libro de pœnitentia: Conuertitur qui iam totus, et omnino vertitur, qui iam non tantum pœnas non timet, ſed ad bonum Deum redire feſtinat. Quæ conuerſio ſi contigerit alicui etiam in fine, deſperandum non eſt de peccatorum ſuorum remiſſione: ſed quoniam vix vel raro eſt tam iuſta conuerſio, timendum eſt de ſero pœnitente. [d] IDEM: Pietas fidei expoſtulat credere, quòd omnes eleemoſynæ totius Eccleſiæ, et orationes, et opera iuſtitiæ, et miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam, ad conuerſionem ſuam. Ideoq. nemo pœnitere digne poteſt, quem non ſuſtineat vnitas Eccleſiæ. [e] IDEM: Pœnitens omnes fructus ſuæ pœnitentiæ paruos habeat, numquam ſufficiat, ſemper doleat, ſemper coram Domino, ante quem peccauit erubeſcat, et dolorem cum vita finiat. [f] IDEM: Vbi dolor finitur, deficit et pœnitentia. [g] IDEM: Pœnitens ſemper doleat, et de dolore gaudeat. [h] IDEM: Pœnitens conſideret qualitatem, et quantitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerantia, in varietate, in conditione perſonæ, et quali hoc fecerit tentatione, et in ipſius vitij multiplici executione. IDEM: Numquam Dominus aliquem ſanauit. Infra de contritione. [i] IDEM: Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod dolet commiſiſſe, qui autem dolet, quòd detinetur in mortali corpore, deſiderat quod amat, plorat quod retardat. [k] IDEM: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, ideſt, omnis quantumcumque, et quotieſcumque peccator, cuiuſcumque ordinis, etiam ſi fuerit peccator ſacerdos, confitebor, et ego eum: nam qui inuocauerit nomen Domini, ideſt, ſecundum quòd nominatur Dominus, ideſt, qui inuocauerit eum ad ſe ſeruiendo, et non contradicendo, vt forſitan ſæpe fecit, omnis, ideſt, quicūque ſit ille peccator, ſaluus erit. [l] IDEM: Pœnitentia languores ſanat, leproſos curat, mortuos ſuſcitat, ſanitatem auget, et conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit viſum, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit, et roborat. [m] IDEM de quinque reſponſionibus: Petrum niſi Dominus reſpexiſſet, numquam pœnitentia motus, amare fleuiſſet. Pœnitentia ergo res eſt optima, et perfecta, quæ defectus reuocat ad perfectum. [n] IDEM in ſermonibus: Si tunc vis agere pœnitentiam, quando iā peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa. [o] IDEM in epiſtola: Si res aliena, propter quam peccatum eſt, cum reddi poſſit, non redditur, non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, niſi cum reſtituatur ablatum, ſi tamen reſtitui poteſt: IDEM: Nemo vitam

a Greg. homil. 34. in Euang. poſt med. *b Aug. de mir. ſcrip. lib. 1. c. 2. to. 3.* *c Idem de ve. et fal. pœnit. c. 17 to. 4.* *d Ibid. c. 12* *e Ibid. c. 18* *f Ibid.* *g Ibid.* *h Ibid. c. 14* *i Ibid. c. 8* *k Ibid. c. 1. ante med.* *l Ibid. c. 2.* *m Eſt apud Eund. hypogn. lib. 3. paulo poſt med. to. 7.* *n Idē ſer. 71. ad fratres ere. prope ſi. to. 10.* *o Idē epi. 54. ad Maced. poſt med. to. 2.*

tam æternam. Infra lib. 4. de deſiderio. AMBROSIVS: Facilius inueni. Infra libro 4. de innocentia. (A) [a] ISIDORVS in etymologijs: Pœnitentia appellata eſt, quaſi punientia, eo quod ipſe homo in ſe pœnitendo punit, quod male admiſit. Nam nihil aliud agunt, qui veraciter pœnitent, niſi vt id, quod male fecerint, impunitum eſſe non ſinant. Eo quippe modo ſibi non parcentibus, ille parcit, cuius altum iuſtumq. iudicium nullus contemptor euadit. [a] IDEM de Summo bono: Pœnitentia eſt medicamentum vulneris, ſpes ſalutis, per quam peccatores ſaluantur, per quam Deus ad miſericordiam prouocatur, quæ non tempore penſatur, ſed profunditate luctus, et (B) lacrymarum. IDEM: Neque vmquam. Infra lib. 3. de ſecuritate. [b] IDEM in ſynonimis: Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens coinquinat culpa. [c] CYPRIANVS in ſermonibus: O pœnitentia, quæ peccata miſerante Deo remittis, et paradiſum reſeras: quæ contritum ſanas, omnem triſtem exhilaras, vitam de interitu reuocas, ſtatum reſtauras, honorem renouas, fiduciam reformas, gratiamq. abundantiorem refundis. [d] IDEM: O pœnitentia, quid de te noui referam, omnia ligata tu ſoluis, omnia ſoluta tu reſeras, omnia aduerſa tu mitigas, omnia contrita ſanas, omnia confuſa tu lucidas, omnia deſperata tu animas. [e] IDEM: Pœnitentia reſpuit auaritiam, horret luxuriam, fugat furorem, firmat amorem, calcat ſu- (C) perbiam, continet linguam, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. [f] BERNARDVS ſuper Cantica: Qui amat animam ſuam, perdet eam, ſiue ponendo vt martyr, ſiue affligendo vt pœnitens. [g] IDEM de duodecim gradibus: Qui veraciter pœnitet, laborẽ pœnitentiæ nõ abhorret: ſed quidquid ſibi pro culpa, quam odit, iniungitur, tacita conſcientia patienter amplectitur. [*] IDEM in ſermonibus: Si vis agere pœnitentiam, oportet membra punire, corpus affligere, teipſum iudicare, vt non incidas in manus Dei viuentis. Iuſtum id quidem, ſed ne quid nimis, alioquin reprimendus eſt feruor immoderatus, (D) ne noceat vnitati, ſeruiat indiſcretioni.

a Iſid. ety. li. 6. c. 18. — *b Idem in ſynon. c. 2. prope fi.* — *c Eſt apud Chryſoſto. ſer. de pœnit. ante med. to. 5.* — *d Ibidem conſeq.* — *e Ibid. paulo poſt.* — *f Ber. ſer. 30. in Cãt. poſt med.* — *g Idem de 12. grad. humil. gradu 9.*

De Contritione. Cap. XIIX.

GREGORIVS [h] in regiſtro: Illum, quem conſpicis delicta fletu delere, in conſpectu diuinitatis non dubites miſericordiam conſequi: quia nullum peccantem reuerſum ad ſe deſpicit, qui peccatores ſanguine ſuo redimere venit. [i] IDEM ſuper Ezechielem: Mala, quæ nos egiſſe meminimus, fletibus puniamus, vt per lamenta pœnitentiæ perueniamus ad carmen vitæ: ne ſi affligi modo pœnitendo nolumus, (E) væ poſtmodũ ſine fine ſentiamus. [k] IDEM in Moralibus: Quo vberius culpa defletur, eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudum conſcientia, lacrymis baptizata renouatur. IDEM: Quilibet peccator. Infra in capite de iuſtitia. [l] IDEM: Si nos virtus compunctionis in intimis afficit, omnis ſtrepitus prauæ ſuggeſtionis obmuteſcit. [m] IDEM in paſtorali: Quaſi ſus in lutoſa aqua ſemetipſum voluit, qui dum fletibus ſuis vitæ munditiam ſubtrahit, ante Dei oculos ſordidas etiam ipſas lacrymas facit. [n] IDEM: Qui admiſſa plangit, nec tamen deſerit, tanto grauiori culpæ ſe ſubijcit, quanto et ipſum quam flendo impetrare potuit veniam, contemnit. (F) [o] AVGVSTINVS de pœnitentia: Sicut comes pœnitentiæ dolor eſt, ita lacrymæ teſtes doloris. [p] IDEM de vera et falſa pœnitentia: Qui ſe cognoſcunt, ſicut ſemper peccant, ita ſemper plorant, in tota vita ſua, quæ eſt tentatio ſuper terram, plorant totam vitam ſuam. [q] IDEM: Nũquam aliquem Dominus ſanauit, quem omnino non liberauit. Totum enim hominem ſanauit in ſabbato, quia et corpus ab infirmitate, et animam ab omni peccati cõtagione liberauit, indicans pœnitentẽ oportere ſimul de omni crimine dolere. [r] IDEM: Satis durus eſt, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare: ſed ſciat culpabiliter ſe durum, qui deflet damna corporis, vel mortem amici, et dolorem peccati non oſtendit lacrymis. [ſ] IDEM: Quem pœnitet, omnino pœniteat, et dolorem lacrymis oſtendat. [*] IDEM in libro meditationum: Da mihi Domine in hoc exilio panem doloris et lacrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam delitiarum. [*] IDEM: Sit pœnitentia continua, amara comes ætatis meæ, continuus dolor, inſatiabilis terror vitæ meæ. *Et infra:* Si non ſum dignus oculos ad cælum leuare (B) orando, certe non ſum indignus eos, vel ſaltem excæcare plorando. [t] IDEM in confeſſione: Amore amoris tui Domine facio iſtud, recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recogitationis meæ, vt tu dulceſcas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo felix, et ſecura, et colligens me a diſperſione, in qua fruſtatim ſum diſciſſus, dum ab vno te auerſus, in multa euanui. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Mattheũ: Nihil ita conglutinat et vnit Deo, vt pœnitentis lacrymæ. [*] IDEM: Quemadmodum, quæ propter mundum eſt lætitia, triſtitiam habet coheredem: ita et quæ ſecundum Deum ſunt lacrymæ, lætitiam aſſumũt continuam et immarceſſibilem. [*] IDEM in ſermonibus: Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui (C) non quod poſtulauit, accepit: nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetraret, quod voluit: ipſe enim eſt, qui conſolatur flentes, curat dolentes, informat pœnitentes. [u] IDEM libro de compunctione cordis: Sicut impoſſibile eſt, vt ignis inflammetur in aqua, ita impoſſibile eſt, compunctionem vigere in delitijs: contraria enim hæc inuicem ſibi ſunt, et peremptoria. Illa enim mater fletus, hæc mater riſus: illa cor conſtringit, iſta diſſoluunt. [x] IDEM: Sola eſt compunctio, quæ facit hominem horreſcere purpuram, deſiderare cilicium, amare lacrymas, fugere riſum. [y] IDEM: Hæc eſt humilia- (D) ti cordis vera compunctio, magna agere, et humilia loqui, iuſte operari, et ſuper peccatis timere, ac tremere. [z] ISIDORVS de Summo bono: Compunctio cordis eſt humilitas mentis cum lacrymis, exoriens de recordatione peccati, et timore iudicij. IDEM: Qui nocturna illuſione. Supra de luxuria. [*] IDEM: Lacrymæ pœnitentiæ, apud Deum pro baptiſmate reputantur, vnde et quamlibet ſint magna delicta, quantumuis grauia, non tamen in illis Domini miſericordia deſperanda. [a] AMBROSIVS de exceſſu Satyri: Non ſolus dolor lacrymas habet, habet et lætitia lacrymas ſuas, et pietas fletum excitat, (E) et oratio ſtratum rigat. [b] BERNARDVS ſuper Cantica: Alta ſuſpiria teſtantur triſtitiam animorum. [c] IDEM: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt, et ſine fructu prætererunt, impoſſibile eſt vt reuocem: placeat tibi Domine, vt recogitem eos in amaritudine animæ meæ. [d] IDEM: Abſcindatur ferro acutæ cõpunctionis vlcus inueteratæ conſuetudinis. [e] IDEM de contemptu mundi: Felices lacrymæ, quas benigna manus conditoris absterget, et beati oculi, qui in talibus liquefieri fletibus elegerunt magis, quàm in ſuperbiam eleuari, quàm omne ſublime videre, quàm auaritiæ, et petulantiæ famulari. [f] IDEM de duodecim gradibus: Quos veritas ſibi innoteſcere, ac per hoc vileſcere facit, neceſſe eſt, vt cuncta quæ (F) amare ſolebant, et ipſi ſibi amareſcant. [g] IDEM in ſermonibus: Miſerere animæ tuæ, qui Deum tibi vis miſereri: laua per ſingulas noctes lectum tuum lacrymis tuis, ſtratum tuum rigare memento, ſi compateris tibi ipſi, ſi laboras in gemini pœnitentiæ, primus enim is gradus, miſericordiæ eſt, miſericordiam vtique conſequeris. [h] IDEM: Si non plangis, plane non ſentis animæ vulnera, conſcientiæ læſionem, ſed nec futura ſatis gaudia concupiſcis, ſi non quotidie poſtulas ea cum lacrymis. [i] IDEM: Primum opus fidei

h Greg. regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 53. poſt med. — *i Idem in Ezec. hom. 9. prope fi.* — *k Idem li. 21. Mor. c. 32.* — *l Ibid. li. 9. c. 29. poſt med.* — *m Idẽ Paſt. cu. p. 3. c. 4. admonit. 31* — *n Ibid.* — *o Aug. de pœni. hom. 50. c. 8. to. 10* — *p Idem de ve. et fal. pœnit. c. 8. to. 4.* — *q Ibid. c. 9*

r Ibid. — *ſ Ibid. c. 10* — *t Idem li. 2. conf. c. 1. to. 1.* — *u Chryſoſt. li. 2. de cõp. cord. ante med. to. 5.* — *x Ibid. paulo poſt.* — *y Ibidem poſt med.* — *z Iſid. de Sum. bo. li. 2. c. 12. ſen. 1.* — *a Amb. de exc. Saty. ante med. to. 4.* — *b Ber. ſup. Cant. ſer. 49. poſt med.* — *c Ibid. ſeq. 20. ſtatim a prin.* — *d Ibid. ſer. 28. poſt med.* — *e Idẽ declamat. ſuper Ecce nos. poſt med.* — *f Idem de 12. grad. humil. in 1. grad. ſuperb.* — *g Idem ſer. de conu. ad cleric. c. 24* — *h Idẽ ſer. 2. in capite ieiun. poſt med.* — *i Idẽ ſer. 2. in Aſcen. Domi. poſt med.*

fidei per dilectionem operantis cordis compunctio eſt, in qua plene de intus eijciuntur dæmonia cum ab affectu cordis eradicantur peccata.

De Confeſſione. Cap. XIX.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Hæc ſunt veræ humilitatis teſtimonia, ſcilicet et iniquitatem ſuam corde cognoſcere, et cognitam voce confeſſionis integraliter aperire. [b] AVGVSTINVS in ſermonibus: Vtiliter ac ſalubriter admonemur, vt peccata noſtra debeamus iugiter et humiliter non ſolum Deo, ſed etiam ſanctis et Deum timentibus confiteri. [c] IDEM de pœnitentia: Iſta aſſidua peccata, et quodammodo quaſi neceſſaria, aſſidua lauentur confeſſione, aſſidua reſtaurentur compunctione. [d] IDEM: Fit veniale per confeſſionem, quod criminale erat in operatione. [e] IDEM: Quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto, fit dignus miſericordia. Vnde patet, quia quanto pluribus confitebitur in ſpe veniæ turpitudinem criminis; tãto facilius conſequetur gratiam remiſſionis. [f] IDEM: Qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientem ligare, et ſoluere: ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, et petit, ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit. Tanta itaque vis confeſſionis eſt, vt ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. [g] IDEM: Qui omnino confitetur, ſacerdoti meliori, quàm poteſt, cõfiteatur. [h] IDEM: Ponat ſe pœnitens omnino in poteſtate iudicis. Infra de ſatisfactione. IDEM: Cautus ſit pœnitens ne verecundia ductus diuidat apud ſe confeſſionem, vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifeſtanda conſeruant, quod eſt ſe laudare, et ad hypocriſim tendere. [i] IDEM: Neque facilius ab inimico deijcimur, quàm cum eum ſuperbiendo imitamur: nec vehementius eum proſternimus, quàm cum humilitate Dominum ſequimur: nec acutiores ei dolores infigimus, quàm cum plagas peccatorum noſtrorum confitendo et pœnitendo ſanamus. [*] IDEM: Peccata ſiue parua, ſiue magna ſint, impunita eſſe non poſſunt, quia vel homine pœnitente, vel Deo iudicante plectuntur, ceſſat autẽ vindicta diuina, ſi cõfeſſio præcurrat humana. [k] IDEM in libris confeſſionum: Tibi Domine, cuius oculis nuda eſt abyſſus humanæ cõſcientiæ, quid occultum eſſet in me, etiam ſi nollem confiteri tibi? Te enim abſconderem mihi, non me tibi. [l] IDEM: Obſecro te Deus meus, et meipſum mihi indica, vt confitear oraturis pro me fratribus meis, quod in me ſaucium comperero. [m] AMBROSIVS de pœnitentia: Qui iaces in tenebris conſcientiæ, et delictorum tuorum ſordibus, quaſi in reorum carcere, exi foras: delictum proprium prode, vt iuſtificeris: Ore enim confeſſio fit ad ſalutem. [*] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione cordis: Habes accuſatorem acerbiſſimum, et immitem: præueni ergo eum, et obtura os eius impudentiſſimũ propria ſponte confitendo delicta. [n] ISIDORVS in etymologijs: Confeſſio erroris, profeſſio eſt deſinendi. Deſinendum ergo a peccatis eſt, dum quis confeſſus eſt: confeſſio autem antecedit, remiſſio ſequitur. [o] ISIDORVS in ſynonymis: Confeſſio ſanat, confeſſio iuſtificat, confeſſio peccati veniam donat. Omnis ſpes in confeſſione conſiſtit, in confeſſione locus miſericordiæ eſt. [p] IDEM: Vitia cordis tui reuela, prauas cogitationes tuas illico manifeſta: peccatum enim tuum proditũ, cito curatur: crimen autem occultum tacendo ampliatur. [q] IDEM de ſummo bono: Seruo Dei tanta recordatio eſſe debet peccati, vt ea, quæ geſſit, ſemper lacrymans cõfiteatur. [r] BERNARDVS in epiſtola: Ama confeſſionẽ, ſi affectas decorem, reuera vbi cõfeſſio, ibi pulchritudo, ibi decor. Si peccata ſunt in confeſſione lauantur: ſi bona opera, confeſſione cõmendantur. Cũ mala tua cõfiteris, ſacrificium eſt Deo ſpiritus contribulatus: cũ Dei beneficia dicis, immolas Deo ſacrificium laudis. [s] IDEM: Abſque confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, et peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe, tãquam qui non eſt, perit confeſſio. Confeſſio igitur peccatoris eſt vita, ſed iuſti gloria. [t] IDEM: Sunt qui confitendo, ſicut fabulã peccatorum ſuorum narrant hiſtoriã, et ægritudines animæ ſuæ, ſine verecundia, et confuſione dinumerant, et pene ſine pœnitentia, et affectu doloris, et ideo nihil de conſolatione reportatur. Ille vero cito lacrymas inuenit, et reſoluitur in gemitũ compunctionis, qui habet ſenſum doloris. [u] IDEM ſuper Cãtica: Omne quod te mordet conſcientiam, cõfitere humiliter, pure, fideliter. [x] GLOSSA ſuper Matthæum: Confeſſio peccatorum teſtimonium eſt conſcientię timentis Deum: qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubeſcit confiteri. Perfectus enim timor ſoluit omnem pudorem. IBIDEM: Ideo iubemur confiteri peccata, vt erubeſcentiam patiamur pro pœna. [y] SENECA in epiſtolis: Somnium narrare vigilantis eſt, et vitia ſua confiteri, ſanitatis indicium eſt. Expergiſcamur ergo, vt errores noſtros redarguere poſſimus.

a Greg. li. 22. Mor. c. 9. in prin. · b Aug. homil. 10. in prin. to. 10. · c Idem de ve. et fal. pœnit. c. 8. to. 4. · d Ibidem c. 10. · e Ibidem. · f Ibidem. · g Ibidem. · h Ibidem c. 15. · i Idē hom. 50. c. 8. in fi. to. 10. · k Idē conf. lib. 10. c. 2. to. 1. · l Ibid. c. 37 prope fin. · m Amb. de pœnit. li. 2. c. 7. to. 4. · n Iſid. ety. li. 6. c. 18. · o Idem in ſynon. c. 1. poſt med. · p Ibid. c. 12. prope fi. · q Idem de ſum. bo. li. 2. c. 24. ſen. 3. · r Bern. ep. 113. ad Soph. Virg. poſt med. · s Ibid. paulo poſt. · t Idem ep. de vita ſolitar. ante med. · u Idē ſup. Cant. ſer. 16. paulo poſt med. · x Gloſ. in Mat. c. 3. · y Sen. epi. 54. poſt med.

De Satisfactione. Cap. XX.

GREGORIVS [z] in paſtorali: Neque Deus noſtris cruciatibus paſcitur, ſed delictorum morbos medicamentis cõtrarijs medetur: vt qui voluptatibus delectati diſceſſimus, rurſum fletibus amaricati redeamus: et qui per illicita diffluendo cecidimus, etiã a licitis noſmetipſos reſtringendo, ſurgamus. [a] IDEM in homilijs: Dũ a retributione vltionis vltimæ eſſe quædam tẽporis ſecuritas videtur, debemus penſare malũ, quod ſequitur: penſantes gemere, gementes vitare ea, quæ cõmiſimus: peccata indeſinẽter aſpicere, aſpicientes flere, flentes abſtergere. [b] AVGVSTINVS in regula: Quicũque conuitio, vel maledicto, vel etiã criminis obiectu aliquem læſerit, meminerit ſatisfactione quàm citius curare quod fecit: et ille qui lęſus eſt, ſine diſceptatione dimittere. Si autem inuicẽ ſe læſerint, inuicẽ ſibi debita relaxare debebũt. [c] IDEM de Eccleſiaſticis dogmatibus: Pœnitentia vera eſt, pœnitenda non admittere, et admiſſa deflere. Satisfactio pœnitentiæ eſt, cauſas peccatorũ excidere, nec earũ ſuggeſtionibus aditum præbere. IDEM: Secreta ſatisfactione. Infra lib. 4. de religione. [d] IDEM de pœnitẽtia: Ponat ſe penitens omnino in poteſtate iudicis, in arbitrio ſacerdotis, nihil ſibi reſeruans ſui, ſed vt omnia eo iubẽte paratus ſit facere pro recipienda vita animæ, quæcũque faceret pro euitanda corporis morte. [e] IDEM: Qui multos offendit peccando multos oportet placare ſatisfaciendo. [f] IDEM in Enchiridio: De quotidianis leuibuſq. peccatis, ſine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium ſatisfacit. [g] IDEM in epiſtola: Nihil aliud facit, quem veraciter pœnitet, niſi vt id, quod male fecerat, impunitum eſſe non ſinat. [h] AMBROSIVS ſuper Lucã: Nemo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia diuina deſperet: nouit enim Deus mutare ſententiã, ſi tu noueris emẽdare delictum. [i] IDEM ſuper Beati immaculati: Tãta vis emendatæ cõuerſationis eſt, vt in quandam redeat pueritiæ ſpiritualis ætatẽ, quæ vias erroris ignoret, et crimen etiam ſi velit non poſſit admittere, quę deſinit vſum peccandi. [k] ISIDORVS in ſynonymis: Cinis es, et in cinerẽ reuerteris: viuas ergo ſemper lugens, ſemper mœrẽs, ſemper ſuſpiria cordis emittens. [l] IDEM de Sũmo bono: Ille pœnitentiã digne agit, qui reatũ ſuũ ſatisfactione legitima plangit. [m] IDEM: Quãuis per pœnitentiã propitiatio peccatorũ ſit, ſine metu tamẽ homo eſſe non debet: quia pœnitentiæ ſatisfactio diuino tantum penſatur iudicio, non humano. [n] BERNARDVS ſuper Cãtica: Humilis et verecunda debet eſſe ſatisfactio, per quã emẽdatur ſuperba trãſgreſſio. [o] GLOSSA ſuper Pſalmos: Eſt quędã cõfuſio tpalis, quę

eſt ad

z Greg. paſto. cu. p. 3. c. 2. admo. 31. poſt med. · a Idē hom. 39. in euãgel. poſt med. · b Aug. reg. 3. c. 38. to. 1 · c Idem de Eccleſ. Dogma. c. 54. to. 3. · d Idem de ve. et fal. pœnit. c. 15 to. 4. · e Ibid. c. 12 · f Idem in Enchyr. c. 71. to. 3. · g Idem ep. 54. ad Maced. ante med. to. 2. · h Amb. in Luc. li. 2. c. 2. to. 3. · i Idem in pſal. 118. octonar. 22. to. 2. · k Iſid. in ſynon. c. 6. poſt med. · l Idem de ſum. bo. li. 2 c. 13. ſent. 6. · m Ibidem ſent. 18. · n Ber. ſup. Cant. ſer. 4 poſt med. · o Gloſſ. in pſ. 30.

eſt ad horum, quæ quidem prodeſt, ſcilicet perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, et reſpectione A horrentis, et horrore erubeſcentis, et rubore corrigentis.

De Virtute. Cap. XXI.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Non res eadem ſemper eſt virtus, quia per momenta temporum ſæpe merita mutantur actionum. [b] IDEM: Plerumque virtus cum indiſcrete tenetur, amittitur: cum diſcrete intermittitur, plus tenetur. IDEM: Omnes virtutes. Infra libro 4. de connexione. AVGVSTI- B NVS de ciuitate Dei: Videtur. Infra de charitate. [c] IDEM: Virtutes, quas ſibi habere mens videtur, per quas imperat corpori et vitijs, ad quodlibet adipiſcendum vel tenendum, niſi ad Deum retulerit etiã ipſæ vitia ſunt potius quàm virtutes. [d] IDEM de libero arbitrio: Virtutes, quibus recte viuitur, magna bona ſunt, ſpecies autem quorumlibet corporũ, ſine quibus recte viui poteſt, minima bona ſunt: potentiæ vero animæ, ſine quibus recte viui non poteſt, media bona ſunt. Virtutibus nemo male vtitur, ceteris autem bonis, ideſt medijs, et minimis, non ſolum bene, ſed etiam male quiſque vti poteſt. [e] IDEM de octuagintatribus quæſtionibus: Omnis ordinatio, C quæ virtus etiam nominatur, eſt fruendis frui, et vtendis vti. [f] ISIDORVS de Summo bono: Prius vitia extirpanda ſunt in homine, deinde inſerendæ virtutes. Nam cohærere, et coniungi non poteſt veritas cum mendacio, pudor cum petulantia, fides cũ perfidia, caſtitas cum luxuria. [g] IDEM: Quiſquis ex deteriori iam melior eſſe cœpit, caueat de acceptis extolli virtutibus, ne grauius per vanam gloriam corruat, quàm prius ex lapſu vitiorum iacebat. [h] IOANNES Chryſoſtomus, ſuper Ioannem: Sicut malitia etiam ante gehennam, eos, qui hic ea participant, cruciare conſueuit, ita virtus etiam ante regnũ, eos, qui hic eam operantur, præparat volnptati, et cum D ſpe optima, et delectatione perpetua viuere facit. [i] AMBROSIVS ſuper Lucam: Non eſt virtus non poſſe peccare, ſed nolle: atque ita tenere perſeuerantiam voluntatis, vt voluntas infantiam, vſus imitetur naturam. [k] BERNARDVS ſuper Cantica: Medium vitiorum virtus tenet, ac proinde ſedula eget, non ſolum putatione, ſed et circumciſione. [l] IDEM in epiſtola: Virtus in pace acquiritur, in preſſura probatur, in victoria approbatur. [m] SENECA in epiſtola: Virtus non aliud eſt, quàm recta ratio. * IDEM: Cum virtus vtique medium et modus ſit, æque peccatum eſt quod excedit ſicut quod deficit. [n] IDEM: Nulli præcluſa eſt virtus, omnibus patet, E omnes inuitat, omnes admittit, non eligit parentelã, non eligit domum, non cenſum, nudo homine contenta eſt. [o] IDEM: Virtus extollit hominem, et ſuper omnia mortalibus chara collocat eum, nec ea, quæ bona ſunt, nec ea, quæ mala vocantur, aut cupit nimis, aut expaueſcit. [p] IDEM: Omnia iſta, in quæ dominium caſus, et fortuna exercet, ſeruilia ſunt, pecunia, et corpus, et honores, imbecilla, fluida, mortalia, poſſeſſiones incertæ: illa rurſus, quæ virtutis ſunt, libera ſunt et inuicta. [q] IDEM: Quemadmodum minuta lumina claritas ſolis obſcurat, ſic dolores, et moleſtias, ac iniurias, virtus magnitudi- F ne ſua elidit atque opprimit, et quocumque affulſit, ibi quidquid ſine ea apparet, extinguitur. Nam non magis vllam portionem habent incommoda, cum in virtute inciderunt, quàm in mari nimbus. [r] IDEM: Sola virtus præſtat gaudium perpetuum ſecurum, etiam ſi quid obſtat, nubium modo interuenit, quæ infra feruntur, nec vnquam vincunt diem. [s] TVLLIVS in rhetoricis: Virtus eſt animi habitus, naturæ modo, rationi conſentaneus.

a Greg. li. 22 Mor. c. 6. poſt med. b Ibidem. c Aug. lib. 19. de ciui. Dei. c. 25. to. 5. d Idem de li. arb. li. 2. c. 19. to. 1. e Idem li. 83. quaſt. q. 30. to. 4. f Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 36. ſen. 6. g Ibidem ſent. 9. h Chryſ. homi. 35. in Io. prope fi. to. 3. i Amb. ſup. Luc. li. 8. c. 18. to. 3. k Ber. ſer. 58. in cant. verſ. fi. l Idem ep. 126. ad ep. Aquet. in prin. m Sen. ep. 66. poſt med. n Idem de beneficijs li. 9. c. 18. o Idem ep. 87. ante med. p Idem ep. 66. ante med. q Ibid. paulo ante. r Idem ep. 27. ſ Tull. de inuent. li. 2.

De Tribus Virtutibus Theologicis. Cap. XXII.

GREGORIVS [t] in paſtorali: Cum diſtrictus iudex venerit, qui ſeſe nobis per naturæ noſtræ conſortium iunxit ab eo proculdubio culpæ reatum non expetit, quem ſub eius venia fides, ſpes, et charitas iam abſcondit. [u] IDEM in Moralibus: In corde nonnumquam per flagella turbatur charitas, per formidinem concutitur ſpes, per quæſtiones pulſatur fides. Sed per Dei gratiam omnia tormentorum et inſidiarum genera ſuperantur. [x] IDEM: Bona ſumma ſunt fides, ſpes, et charitas, quæ cum veraciter habentur, in malum inflecti non poſſunt. [y] IDEM ſuper Ezechielem: Tres ſunt virtutes, ſine quibus, is qui operari aliquid iam poteſt, ſaluari non poteſt, videlicet, fides, ſpes, et charitas. [z] IDEM: Vnuſquiſque, qui in actiuæ vitæ exercitio verſatur, tãtum credit, quantum ſperat, amat, et operatur: tantum ſperat, quantũ credit, operatur et amat: tantum amat, quantũ credit, ſperat, et operatur: tantum operatur, quantum credit, amat, et ſperat. [a] ISIDORVS in etymologijs: Tria ſunt, quę in religionis cultu ad colendum Deum in hominibus perquiruntur, ſcilicet, fides, ſpes, et charitas. [b] AVGVSTINVS de Doctrina Chriſtiana: Homo fide, ſpe, et charitate ſubnixus, et hæc tria inconcuſſe retinens, non indiget ſcripturis, niſi ad alios inſtruendos. [c] IDEM de Trinitate: Vbi ſunt illa tria, propter quæ in animo ædificanda omnium diuinorum librorum machinamenta conſurgunt, fides, ſpes, charitas, niſi in animo credente, quod nondum videt, et ſperante, atque amante, quod credit? Amatur ergo, quod ignoratur, ſed tamen creditur. * IDEM in ſoliloquijs: Deo nos fides excitat, ſpes erigit, charitas iungit. [d] IDEM: Sine tribus iſtis, ſcilicet, fide, ſpe, et charitate, nulla anima ſanatur, vt poſſit Deum ſuum videre. [e] BERNARDVS de amore Dei: Poteſt eſſe, vt fides, et ſpes, ſint ſine charitate: vt autem charitas fidem et ſpem in ſe non contineat, non poteſt eſſe. [f] IDEM ſuper Qui habitat: Dicit fides: Parata ſunt magna, et inexcogitabilia bona a Deo fidelibus ſuis. Dicit ſpes: Mihi illa ſeruantur. Sed charitas ait: Curro velociter ad illa. [g] GLOSSA: Fide, et ſpe, et charitate, vere colitur Deus, et ad contemplationem peruenitur, quæ eſt vita æterna.

t Greg. Paſ. cu. p. 2. c. 10 in fi. u Idem li. 2. Moral. c. 27. ante med. x Ibid. lib. 27. c. 27. nõ multum a prin. y Idem in Ezec. hom. 16. ante med. z Ibid. homil. 22. poſt med. a Iſid. in ety. li. 8. c. 2 b Aug. de Doc. Chriſ. lib. 1. c. 39. to. 3. c Idem de Tri. li. 8. c. 4. to. eod. d Idem in Solil. lib. 1. c. 6. to. 1. e Bern. de nat. et dig. diuin. amo. c. 6. f Idem ſer. 10. ſup. Qui hab. prope prin. g Gloſ. Eccle. 2.

De Fide Cap. XXIII.

GREGORIVS [h] in homilijs: Fides earum rerum argumentum eſt, quæ apparere non poſſunt, quę etenim apparent, iam fidem non habent, ſed agnitio- E nem. [i] IDEM: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. [k] IDEM ſuper Ezechielem: Non virtutibus venitur ad fidem, ſed fide pertingitur ad virtutes. * AVGVSTINVS in homelia de centum ouibus: Deus omnibus æqualiter adeſt, ſed ille apud Deum plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, ſed fidei. [l] IDEM contra Iulianum: Quando Deo adiuuante, ex vera viuitur fide, ipſe Deus adeſt, et menti illuminandæ, et concupiſcentiæ ſuperandæ, et moleſtiæ perferendæ. [m] IDEM de verbis Apoſtoli: Nullæ maiores diuitiæ, nulli theſau- F ri, nulli honores, nulla mundi huius maior eſt ſubſtantia, quàm eſt fides Catholica, quæ peccatores homines ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, catechumenos baptizat, impios iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat. [n] IDEM: Ille credit in Chriſtum, qui et ſperat in Chriſtum, et diligit Chriſtum. Nam ſi fidem quis habet ſine ſpe, ac ſine dilectione, Chriſtum eſſe credit, non in Chriſtum credit. [o] ISIDORVS de Summo bono: Fruſtra libidinoſus ſibi de ſola fide blanditur, ſi bo-

nis

h Greg. homil. 26. in euang. poſt med. i Ibid. non multum a prin. k Idẽ hom. 19 in Ezechiel. ante med. l Aug. cõt. Iulian. Pelag. li. 5. c. 3 ante med. to. 7. m Idem de verb. Apoſ. ſer. 1. verſ. fi. et ſer. 18 de temp. c. 22. to. 10. n Idem de verb. Dom. ſer. 61. to. eod. o Iſid. de ſum bo. li. 2 c. 2. ſent. 6.

nis moribus non ornatur. [a] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Virtus fidei in periculis ſecura eſt, et in ſecuritate periclitatur. IDEM: Fides numquam. Infra lib. 4. de religione. [b] IDEM ſuper Ioannem: Magnum bonum fides eſt, quando a calida fit mente, ab amore multo, et feruente anima: Hæc philoſophos nos oſtendit, hæc vilitatem humanam conculcat. [a] IDEM: Sufficit fides in regnum inducere, ſed hæc maxime cōdemnare habet eos, qui vitam malam demonſtrant. Qui enim ſciuit voluntatem Domini ſui, et non fecit, plagis verberabitur multis. [c] BERNARDVS in epiſtola: Multi ante Saluatoris aduentum Deum omnipotentem timentes, B et diligentes ſuæ ſalutis gratiſſimum promiſſorem, credentes eumdem in promiſſione fidelem, ſperantes certiſſimum redemptorem, in hac fide, et expectatione ſaluati ſunt: licet quando, et qualiter, et quo ordine ſalus repromiſſa fieret, ignorarent. [d] IDEM ſuper Cantica: Quid eſt quod non inueniat fides? Fides enim falſi neſcia, attingit inacceſſa, deprehendit ignota, comprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima, tranſcendit fines rationis humanæ, terminos experientiæ, ac vſum naturæ, ipſam denique æternitatem ſuo illo vaſtiſſimo ſinu, quodam modo circumcludit. [e] IDEM in ſermonibus: Neceſſe eſt primo C credere, omnium remiſſionem peccatorū haberi non poſſe, niſi per indulgentiam Dei: deinde, quòd nihil prorſus habere queas operis boni, niſi etiam hoc dederit ipſe: poſtremo quòd vitam æternam promereri nullus poteſt bonis operibus ſuis, ſed quòd gratis a Deo detur vita æterna. [f] IDEM: Eſt fides alia præceptorum, alia ſignorum, alia promiſſorum: qua credimus in Deum, qua credimus Deum, et qua credimus Deo. Per fidem enim præceptorum credimus in Deū. Credere autem in Deum eſt, in eum ſperare, et eum diligere. Per fidem autem ſignorum credimus Deum, qui talia poteſt, et omnia poteſt. Per fidem ve D ro promiſſorum, credimus Deo, qui quidquid promittit, veraciter complet.

a Chryſ. in Matth. op. imp. homil. 36. poſt med. to. 2.
b Idem in Io. hom. 62. poſt med. to. 3.
c Ber. ep. 77. ad Hugo. de S. Vic. poſt med.
d Idē ſer. 28. poſt med. et 76. in Cant. ante med.
e Idē ſer. 1. in Annūc. Domi.
f Idem in ſer. paruis ſer. 1.

De Spe. Cap. XXIV.

GREGORIVS [g] in Moralibus: Spes in æternitatem animum erigit, et idcirco nulla mala, quæ exterius tolerat, ſentit. [h] IDEM: Tanto ſpes in Deū ſolidior ſurgit, quantu pro illo quiſque grauiora pertulerit. Quia nequaquam retributionis gaudium de E æternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione ſeminatur. [i] AVGVSTINVS in confeſſionibus: Merito mihi ſpes valida in illo eſt, quòd ſanabis omnes languores meos, per eum, qui ſedet ad dexteram tuam, et te interpellat pro nobis: alioquin deſperarem. Multi enim et magni ſunt languores mei, ſed amplior eſt medicina tua. [k] IDEM: Væ etiā laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam: quia vero non exquiris delicta vehementer, fiducialiter ſperamus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. [l] IDEM de gratia noui Teſtamēti: Non iam deſperandum eſt, participatione verbi F fieri poſſe homines filios Dei, quando filius Dei participatione carnis, factus eſt filius hominis. [m] ISIDORVS in etymologijs: Spes vocata eſt, quòd ſit pes progrediendi, quaſi pes. AMBROSIVS: Nemo diffidat. Supra de ſatisfactione. * IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Spes eſt in qua ſalus noſtra conſiſtit, et quæ de terris animas, velut quibuſdam catenis cælitus dependentibus, innexas euehit ad ſuperna. [n] BERNARDVS in ſermonibus: Spes triplex eſt, nam de fide præceptorum oritur ſpes veniæ, de fide ſignorum ſpes gratiæ, et de fide promiſſorum ſpes gloriæ. [o] IDEM: Tria conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit: charitatem adoptionis, veritatē

g Greg. li. 6 Mor. c. 14. poſt med.
h Ibid. lib. 20. c. 12. cir. med.
i Aug. cōf. li. 10. c. 43. to. 1.
k Ibid. lib. 9. c. 13.
l Idem ep. 120. ad Hon. de grat. no. Teſt. c. 4.
m Iſid. ety. li. 8. c. 2.
n Ber. in ſer. paruis. ſer. 2.
o Eſt in li. de dilig. Deo, c. 14. apud Aug. to. 9.

A promiſſionis, et poteſtatem redditionis. Multa infra lib. 4. de confidentia.

De Charitate. Cap. XXV.

GREGORIVS [p] in regiſtro: Credat mihi charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, ac ſi in te iniuriam ipſe pertuliſſem. Dominicis enim mandatis præcipimur, proximos ſicut noſmetipſos diligere, eorumq. languoribus, tamquam pro B prijs infirmitatibus condolere. [q] IDEM: O quàm bona eſt charitas, quæ abſentia per imaginem, præſentia ſibimetipſis exhibet per amorem, diuiſa vnit, confuſa ordinat, inæqualia ſociat, et imperfecta conſummat. [r] IDEM: Magiſtra bonorum omnium charitas, nihil ſapit extraneum, nihil aſperum, nihil confuſum: ita exercet corda, et corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, ſed fiat totum dulce quod agitur. [s] IDEM: Dum nos vobis per orationis opem coniungimus, quaſi ambulantes per lubricum, viciſſim manum nobis tenemus: fitq. ex magna prouiſione charitatis, vt eo ſingulorum robuſtius charitas perfigatur, C quo et alter altero magis innititur. IDEM: Si me participem. Infra lib. 4. de cōmunitate. [t] IDEM: Dum vnum in redemptoris noſtri corpore membrū ſumus, ſicut in culpa tua dilaceror, ita quoque in bona actione lætificor. [u] IDEM: Inimici dilectio tunc veraciter cuſtoditur, cum nec de eius profectu deijcimur, nec de ruina illius lætamur. [x] IDEM: Charitatem recte prædicator egregius vinculum perfectionis vocat: quia virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, ſed tamen eas charitas ita ligat, vt ab amantis mente diſſolui iam nequeant. [y] IDEM: Charitatis cum ſit proprium nutrire concordiam, ſer D uare compoſita, diſſociata coniongere, praua corrigere, et virtutes ceteras perfectionis ſuæ munimine ſolidare, quiſquis in eius radice ſe inſeruerit, nec a viriditate deficit, nec a fructu inaneſcit. [z] IDEM: Nec abeſſe credendus eſt, qui per dilectionis vinculum animis inhæret. [a] IDEM in Moralibus: Virtuti mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem, quam ſemel ceperit, a dilectione mundi funditus occidit. [b] IDEM: Quod valde mens amat, etiam in ſermone replicat. [c] IDEM: Probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed vnumquemque vt ſe diligere, de Deo autem vera cognoſcere, de proximo vero me E liora quàm de ſemetipſo ſentire. [d] IDEM: Per amorem Dei, amor proximi gignitur: et per amorem proximi amor Dei nutritur. [e] IDEM in paſtorali: Noſtra ſunt etiam illa bona, quæ imitari non poſſumus, ſed in alijs amamus, et amantium fiunt quæcumque amantur in nobis. Hinc ergo penſent inuidi, charitas quantæ virtutis eſt, quæ alieni laboris opera, noſtra ſine labore facit. [f] IDEM in Homilijs: Vis amoris hoc agere in animo ſolet, vt quem ipſe ſemper cogitat, nullum aliū credat ignorare. [g] IDEM: Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in neceſſitate illius etiam ea, quæ ſibi ſunt neceſ F ſaria, partitur. IDEM: Ille Deum. Supra capitulo de conſenſu. [h] IDEM: Si quis quemlibet amat, ſed propter Deum non amat, charitatem non habet, ſed habere ſe ſimulat, ſiue putat. Charitas autem vera eſt, cum et in Deo diligitur amicus, et propter Deum diligitur inimicus. [i] IDEM de dilectione conditoris: Lingua, mens, et vita requirantur. [k] IDEM: Numquam eſt Dei amor otioſus: operatur etenim magna, ſi eſt: ſi vero operari renuit, amor non eſt. [l] IDEM: Si quod impendi nobis recte volumus, hoc alijs impartimur, et quod nobis fieri nolumus, hoc alijs facere deuitamus, tunc charitatis iura illæſa ſeruamus. [m] IDEM ſuper Ezechielem: Tantum quiſque portat proximum, quantum amat. Si enim

p Greg. regiſt li. 2. indic. 10. c. 24 in prin.
q Ibid. li. 4 ind. 13. c. 95. in prin. et li. 2. indic. 7. c. 30.
r Ibid. li. 7 indic. 2. c. 122. in prin.
ſ Ibid. li. 5 indic. 9. c. 124. longe poſt med.
t Ibid. regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 2.
u Idē li. 22 Mor. c. 6. fere in prin.
x Regiſt. li. 4. ind. 13. c. 95. non longe a prin.
y Ibid. li. 7 indic. 2. c. 112. fere in prin.
z Ibidem li. 9. ind. 4. c. 62.
a Idem li. 10. Mor. c. 12. cir. fi.
b Ibid. lib. 31. non longe a prin.
c Ibid. lib. 20. c. 9. cir. fi.
d Ibid. li. 7 c. 10. non longe a prin.
e Idē Paſt. cu. p. 3. c. 1. admonit. 10.
f Idē hom. 25. in euangel. ante med.
g Ibid. homil. 30. cir. med.
h Ibid. homil. 38. cir. med.
i Ibid. homil. 30. non longe a prin.
k Ibid.
l Ibid. homil. 30. cir. med.
m Idem in Ezec. hom. 5. ante med.

amas, portas, ſi deſiſtis amare, deſiſtis tolerare. [a] IDEM ſuper Cantica: Charitas ſancta cor pacificat, mentem in tentationibus roborat, et vt ſedes ſapientiæ ſit anima iuſti, quietem tribuit, et locum præparat. [b] AMBROSIVS de officijs: Non minus vos diligo, quos in euangelio genui, quàm ſi coniugio ſuſcepiſſem. Non enim vehementior eſt natura ad diligendum, quàm gratia. [c] IDEM: Plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobiſcum putamus futuros, quàm quos tantum in hoc ſæculo. [d] ISIDORVS de Summo bono: Quamuis nonnulli fide, atque operibus ſanctitatis videantur eſſe participes, tamen quia priuantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum virtutis. [e] HIERONYMVS in epiſtola: Nihil amantibus durum, nullus difficilis labor in amore. Amemus et nos Chriſtum, et facile videbitur omne difficile. [e] IDEM in ſermonibus: Hoc habet proprium impatiens amor, vt quē deſiderat, ſemper inuenire ſe credat: ignorat ſiquidē iudicium, ratione multotiēs caret, neſcit modum, nec aliud cogitare poteſt, quàm quod diligit. Amor non accipit de impoſſibilitate ſolatium, neque ex difficultate remedium. [f] AVGVSTINVS de Doctrina Chriſtiana: Quattuor ſunt diligenda: vnum, quod ſupra nos eſt: alterum, quod nos ſumus: tertium, quod iuxta nos eſt: quartum, quod infra nos eſt. [g] IDEM: [C] Ille iuſte et ſancte viuit, qui rerum integer æſtimator eſt. Ipſe autem eſt, qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat, quod non eſt diligendum: aut non diligat, quod eſt diligendum, aut amplius diligat, quod minus eſt diligendum, aut æque diligat, quod minus, vel amplius diligendum eſt, aut minus, vel amplius, quod æque diligendum eſt. [h] IDEM: Omnis peccator, inquantum peccator eſt, non eſt diligendus: et omnis homo, inquantum homo eſt, diligendus eſt, propter Deum, Deus autem propter ſeipſum. Etſi Deus omni homine amplius diligendus eſt, amplius quiſque Deum debet diligere, quàm ſeipſum. [i] IDEM: Omnes æque diligendi ſunt: ſed cum omnibus [D] prodeſſe non poſſis, his potiſſimum conſulendū eſt, qui pro locorum, vel temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus cōſtrictius tibi quaſi quadam ſorte iunguntur. [k] IDEM de cathechizandis rudibus: Diligamus Deum, quoniam prior dilexit nos, et filio ſuo vnico non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Si amare pigebat, ſaltem redamare non pigeat: nulla enim eſt maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amādo: & nimis durus eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, noluit rependere. [l] IDEM: Maxime propterea Chriſtus aduenit, vt cognoſceret homo quantum Deus diligat eum: et ideo cognoſceret, vt eius dilectione, a quo prior [E] dilectus eſt, inardeſceret. [m] IDEM de perfectione iuſtitiæ: Perfecta charitas foras mittit timorem et facit præcepti ſarcinam leuem, non ſolum non prementem onere ponderum, verum etiam ſubleuantem vice pennarum. [n] IDEM de viduitatis bono: Nullo modo ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, et piſcantium. [o] IDEM: In eo, quod amatur, aut non laboratur, aut etiam labor amatur. [p] IDEM de Trinitate: Qui amat homines, aut quia iuſti ſunt, aut vt iuſti ſint amare debet. Sic enim ſeipſum amare debet, aut quia iuſtus eſt, aut vt iuſtus ſit: ſic enim diligit proximum tamquam ſeipſum ſine vllo periculo. [F] [q] IDEM: Nemo aliquid volens facit, quod non in corde ſuo prius dixerit. Quod verbum amore concipitur ſiue creaturæ, ſiue creatoris. [r] IDEM de moribus eccleſiæ: Nihil eſt tam durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur: quo cum ſe anima rapit in Deum, ſuper omnem carnis naturam, libera, et admiranda volitabit pennis pulcherrimis, et integerrimis, quibus ad Dei amplexum amor caſtus innititur. [ſ] IDEM: Solus ſe nouit diligere, qui

a Idem ex poſit. in Cā tica. c. 1. ali quātulum a prin.
b Amb. off. li. 1. c. 7. to. 4.
c Ibid. con ſeq.
d Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 3. ſent. 1.
e Hieron. ep. 22. ad Euſt. ver. ſi. to. 1.
f Aug. li. 1 de Doctr. Chriſt. c. 23 to. 3.
g Ibidem c. 27.
h Ibid. con ſeq.
i Ibid. c. 28
k Idem de cathe. rud. c. 4. to. 4.
l Ibid. pau lo poſt.
m Idē de perfec. iuſt. cons. celeſt. ante med. to. 7.
n Idem li. de bo. viduit. c. 21. in ſi. to. 4.
o Ibid. con ſeq.
p Idem de Tri. li. 8. c. 6. in ſi. to. 3.
q Ibid. lib. 9. c. 8.
r Idem de mor. eccl. li. 1. c. 22. pro pe ſi. to. 1.
ſ Ibid. c. 26

[A] Deum diligit. [t] IDEM: Qui diligit proximum, agit quantum poteſt, vt ſaluus corpore, ſaluusq. animo ſit: ſed cura corporis ad ſalutem animi referenda eſt. [u] IDEM de ſpiritu et littera: Sciri aliquid, et credi, et tamen non diligi poteſt: diligi autem quod neque ſcitur, neque creditur, non poteſt. [x] IDEM de ciuitate Dei: Perfectum odium debet malis, qui ſecundum Deum viuit: ſic vt nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem, ſed oderit vitium, amet hominem. [y] IDEM: Mihi videtur, quòd definitio breuis, et vera virtutis, eſt ordo amoris. [z] IDEM de coniugijs adulterinis: Multa ſunt facienda non iubente lege, [B] ſed libera voluntate: et ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere; cauſa tamen dilectionis impendimus. [a] IDEM de ſoliloquijs: Impatiens animus, nec lacrymis modus fit, niſi amori detur quod amatur. [b] IDEM de verbis Apoſtoli: Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris portatio. [c] IDEM ſuper 1. canonicam Ioannis: Talis eſt quiſque, qualis eius dilectio eſt. Terram diligis? terra es. Deum diligis? quid dicam? Deus es. Ego, inquit, dixi Dij eſtis? [d] IDEM: Charitas vt perficiatur, naſcitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectum vene[C]rit, quid dicit? Mihi viuere Chriſtus eſt, et mori lucrum. [e] IDEM: Dilige, et quod vis fac. Siue taceas, dilectione tace: ſiue clames, dilectione clama: ſiue emendes, dilectione emenda: ſiue parcas, dilectione parce. [f] IDEM in epiſtola: Diligentia charitatis, freneticum caſtigare, lethargicum ſtimulare, ambos amare: ambo offenduntur, ſed ambo diliguntur: ambo moleſtati quamdiu ægri ſunt, indignantur, ſed ambo ſanari, gratulantur. [g] IDEM: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Hic phyſica: quoniam omnes omnium naturarum cauſæ, in Deo creatore ſunt. Hic ethica, [D] quoniam vita bona, et honeſta non aliunde formatur, quàm cum ea, quæ diligenda ſunt, quemadmodum diligenda ſunt, diliguntur, hoc eſt Deus, et proximus. Hic eſt logica: quoniam veritas, lumenq. animæ rationalis, non niſi Deus eſt. [h] IDEM: In hac dilectione virtus non eſt, niſi diligere quod diligendum eſt. Id eligere, prudentia eſt: nullis inde auerti moleſtijs, fortitudo eſt: nullis illecebris, temperantia eſt: nullæ ſuperbia, iuſtitia eſt: Quid autem eligamus, quod præcipue diligamus, niſi quo nihil melius inuenimus? Hoc Deus eſt, cui ſi aliquid diligendo vel præponimus, vel æquamus, noſipſos diligere neſcimus. [i] IDEM: [E] Tanto nobis melius eſt, quanto nos magis in illum imus, quo nihil melius eſt. Imus autem non ambulando, ſed amando, quem tanto habebimus præſentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem. [k] IDEM: Non faciunt bonos, vel malos mores, niſi boni, vel mali amores. [l] IDEM: Debet homo proximum diligere tamquam ſeipſum, vt quem poterit hominem, vel beneficentiæ conſolatione, vel doctrinæ informatione, vel diſciplinæ coercione, ſecum ducat ad colendum Deum. [m] IDEM in libris confeſſionum: Minus Domine te amat, qui aliquid te[F]cum amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, et numquam extingueris! Charitas Deus meus accende me: continentiam iubes, da quod iubes, et iube, quod vis. [n] IDEM: Domine amore tuo percuſſiſti cor meum, et amaui te: ſed et cælum, et terra, et omnia, quæ in eis ſunt, ecce vndique mihi dicunt, vt amem te: nec ceſſant dicere omnibus vt inexcuſabiles ſint. [o] IDEM: Pondus non ad ima tantum eſt, ſed ad locum ſuum. Ignis enim ſurſum tēdit, deorſum lapis. *Et infra*: Minus ordinata inquieta ſunt, ordinant,

t Ibid. c. 26 circ. med.
u Idem de ſpir. & lit. c. 36. to. 3.
x Idem de ciui. Dei. li. 14. c. 6. to. 5
y Ibid. lib. 15. c. 22.
z Idem de coniug. adult. lib. 1. c. 14. to. 6.
a Idem ſolil. li. 1. c. 1. in prin. to. 1.
b Idem de verb. Apoſ. ſer. 23. non lōge a prin. to. 9.
c Idem in 1. can. Io. hom. 2. in ſi. to. 9.
d Ibidem hom. 5. ante med.
e Ibidem hom. 7. poſt med.
f Idem ep. 167. ad Feſt. poſt med. to. 2.
g Ibid. ep. 3. ad Voluſ. poſt med.
h Ibid. ep. 52. ad Maced. poſt med.
i Ibid. con ſeq.
k Ibid. pau lo poſt.
l Ibidem.
m Idē cōf. li. 10. c. 29. to. 1.
n Ibid. c. 6 in prin.
o Ibid. lib. 13. c. 9.

A ordinant, et quieſcunt. Pondus meum amor meus, eo feror, quocumque feror. Dono tuo accendimur, et furſum ferimur: inardeſcimus, et imus: aſcendimus aſcenſiones in corde, et cantamus canticum graduũ. [a] Idem: Deus meus, quid amo, cum te amo? Nõ ſpeciem corporis, non decus temporis, nec candorẽ lucis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum, et vnguentorum, et aromatum ſuauem olentiam, non manna, et mella, non membra carnis amplexibus acceptabilia: non hæc amo cum amo Deum meum. Et tamen amo quandã lucem, et quandam vocem, et quendam odorem, et quendam cibũ, et quendam amplexum, cum amo Deum meum, B lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum interioris hominis mei. Vbi fulget animæ meæ, quod non capit locus: et vbi ſonat, quod non rapit tempus: et vbi olet, quod non ſpargit flatus: et vbi ſapit, quod non minuit edacitas: et vbi hæret, quod non diuellit ſatietas. [b] Idem de laude charitatis: Diuinarum ſcripturarũ multiplicem abundantiam, latiſſimamq. doctrinam ſine vllo errore comprehendit, et ſine vllo labore cuſtodit, cuius cor plenum eſt charitate, dicente Apoſtolo: Plenitudo legis eſt charitas. [c] Idem: Ille tenet, et quod patet, et quod latet in diuinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus. [d] Idem: Fratres ſectamini charitatem, dulce et ſalubre vinculum mentium: ſine qua diues pauper eſt, et cum C qua pauper diues eſt. [e] Idem: Charitas in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutiſſima, in hoſpitalitate latiſſima, inter veros fratres lætiſſima, inter falſos patientiſſima. [f] Idem: Charitas caſta fuit in Suſanna erga virum: in Anna, poſt virum: in Maria, præter virum: libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Chriſtianis ad confitendum, diuina in Chriſto ad ignoſcendum. [g] Idem: Charitas inter opprobria, ſecura eſt: inter odia, benefica: inter iras, placida: inter inſidias, innocens: in iniquitate, gemens: in veri- D tate, reſpirans: in virtute, congratulans. [h] Idem in meditationibus: Non melius, nec decentius, quàm per dilectionem rependi poteſt, quod per dilectionẽ datum eſt. [i] Avctor de Spiritu, et anima: Miſer ego quantum deberem diligere Deum meum, qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram. Non eram, et de nihilo me fecit, non lapidem, non arborem, non auem, aut aliquod de animalibus, ſed voluit me eſſe hominem: dedit mihi viuere, ſentire, diſcernere, et intelligere. Perieram, et ad mortalem deſcendit, mortalitatem ſuſcepit, mortem ſuſtinuit, mortem vicit, et ſic me reſtaurauit. [k] Idem: Multa E ſunt in me, de quibus coram Deo erubeſco, et pro quibus valde illi diſplicere timeo: nec pro omnibus his, quod illi impendam habeo, niſi tantum vt diligam. Non enim melius, etc. vt ſupra. [l] Idem: Amat Deus, vt ametur; et cum amat nihil aliud vult quàm amari, ſciens ipſo amore beatos, qui ſe amauerint: per amorem venit ad homines, venit in homines, factus eſt homo, et deliciæ illius eſſe cum filijs hominum. [m] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Omnis ſpecies iuſtitiæ in malis inuenitur, ſed ſola gratia veræ charitatis non inuenitur, niſi in ſeruis Dei. [n] Idem de compunctione cordis: Hic amantium mos eſt, vt amorem ſuum ſilentio te- F gere nequeant, ſed neceſſarijs ſuis, et charis efferunt, et produnt, et flammas amoris intra pectus cohibere non poſſunt. [*] Idem ſuper Ioannem: Et ſi fratres inſanabiliter ægrotauerint, maneamus curantes, et portemus adinuicem onera, ita enim implebimus legem Chriſti, et promiſſis potiemur bonis. [*] Idem: Vitam nihil ita facit claram, vt amor. [o] Bernardvs de amore Dei, loquens de verbo illo Lucæ: Diliges Dominum, etc. Quatuor in Deum a nobis, et toti exiguntur affectus, in eo quod dicit: Ex toto corde tuo, totam ſibi vendicat voluntatem: in tota anima, totum amorem: In omnibus viribus, virtutem deſignat charitatis: In tota mente, fruitionem ſapientiæ. Primum autem horum, ſcilicet voluntas, ad Deũ animam mouet, amor promouet, charitas contemplatur, ſapientia fruitur. [p] Idem: Nihil aliud eſt amor, quàm vehemens, et bene ordinata voluntas. [q] Idem: Te Domine velle, et vehementer velle, quod eſt te amare, et ſingulariter amare: quia amari non dignaris cum aliqua alia re, ſiue carnali, ſiue ſpirituali, ſiue terreſtri, ſiue cæleſti, quæ non ametur pro te. Hoc demum eſt non velle niſi bonum, hoc eſt habere quæcumque vult omnis: quia habet te quis, inquantum amat te. [r] Idem de diligendo Deo: Cauſa diligendi Deum Deus eſt, modus eſt ſine modo diligere. [ſ] Idem: Vide quo modo, immo quàm ſine modo a nobis Deus amari meruit: qui prior ipſe dilexit nos, tantus, et tantum, et gratis, tantillos et tales. [t] Idem: Non ſine præmio diligitur Deus. Etſi abſque præmij intuitu ſit diligendus. Vacua namque vera charitas eſſe non poteſt, nec tamen mercenaria eſt, quippe non quærit, quæ ſua ſunt: affectus eſt, nõ contractus. [u] Idem: Quidquid propter aliud amare videaris, id plane amas, quo amoris finis pertendit, non per quod tendit. [x] Idem ſuper Cantica: Quãtitas vniuſcuiuſque animæ æſtimatur ex mẽſura charitatis, quam habet: vt verbi gratia, quæ multum charitatis habet, magna ſit: quæ parum, parua: quæ vero nihil, nihil, dicente Apoſtolo: Si charitatem non habuero, nihil ſum. [y] Idem: Nec ignoro, quia honor regis iudicium diligit, ſed præceps amor, nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubijcitur. Rogo, ſupplico, flagito, oſculetur me oſculo oris ſui. [z] Idem: Vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. [a] Idem: Nõ abduci blandicijs, non ſeduci fallacijs, nec iniurijs frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere eſt. [b] Idem: Valde mihi amandus eſt, per quẽ ſum, viuo, et ſapio, ſi ingratus non ſum, et indignus. Dignus plane eſt morte, qui tibi Domine recuſat viuere, et mortuus eſt, et qui tibi non ſapit, deſipit: et qui curas eſſe, niſi propter te, pro nihilo eſt, et nihil eſt. [c] Idem: Spiritus eſt Deus, et concupiſcit decorem animæ illius, quam forte aduerterit in ſpiritu ambulantem, et curam carnis non perficientem in deſiderio, præſertim cum ſui amore flagrantem conſpexerit. [d] Idem: Fateor non ſuſtinui pondus diei, et æſtus, ſed iugum ſuaue, et onus leue pro beneplacito patrisfamilias porto. Opus meum vix vnius horæ, et ſi plus, præ amore non ſentio. [e] Idem de duodecim gradibus: Vere dulcis, et ſuauis cibus charitas, quæ feſſos alleuat, debiles roborat, mæſtos lætificat, denique iugum veritatis facit ſuaue, et onus leue. [f] Idem de præcepto et diſpenſatione: Fons vitæ charitas eſt: nec viuere animam dixerim, quæ de illo non hauſerit. Haurire porro quo modo poteſt, niſi fuerit præſens ipſi fonti, qui charitas eſt, quæ Deus eſt? Præſens ergo Deo eſt, qui amat Deum, inquantum amat. [g] Idem in epiſtola: Bona mater charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſis diuerſa exhibens, ſicut filios diligit vniuerſos. [h] Idem: Seruitus in charitate illa, quæ timorem expellit, labores non ſentit, meritum non intuetur, præmium non requirit, et tamen plus omnibus vrget. [i] Idem in apologia: O quanta fiducia charitatis, alius operatur non amans: et alius amat, nihil operans. Ille quidem opus ſuum perdit, iſtius vero charitas numquam excidit. [k] Interlinearis: Omnia facilia amanti. [l] Interlinearis: Nullum permittit Deus cadere, qui ei ſeruit vero amore.

a Ibid. lib. 10. c. 6.
b Id. trac. de laude char. to. 9. Rom. 13.
c Ibid. cir. med.
d Ibid. paulo poſt.
e Ibid. con ſeq.
f Ibidem.
g Ibidem.
h Idem li. Medit. de dilig. Deo. c. 6. to. 9. et de ſp. et an. c. 17. in fin. to. 3.
i Auct. de ſpir. et ani. loco cit. in prin. apud Aug. to. 3.
k Ibid. poſt med.
l Ibid. c. 16. paulo poſt med.
m Chryſ. in Matth. op. imp. homil. 1. cir. fi. to. 2.
n Idem de comp. cord. lib. 1. poſt med. to. 5.
o Eſt apud Ber. de na. et dig. Diu. amor. c. 10. in prin.
p Idem de am. Dei. c. 7.
q Ibid. c. 8
r Idem de dilig. Deo in prin.
ſ Ibid. ante med.
t Ibidem.
u Ibidem.
x Id. ſup. Cant. ſer. 27. poſt med. 1. Cor. 13.
y Ibid. ſer. 9. non longe a prin.
z Ibid. ſer. 85. poſt med.
a Ibid. ſer. 20. paulo poſt med.
b Ibidem in prin.
c Ibid. ſer. 20. poſt med.
d Ibid. ſer. 14. ante med.
e Idem de 12. grad. humil. longo aliquantulum a prin.
f Idem de praecep. & diſp. verſ. fi.
g Idem ep. 2. ad Fulc. non longe a prin.
h Idem ep. 142. ad Clareual. in fi.
i Idem in Apolog. ad Guliel. abb. ante med.
k Gloſ. interl. Iſ. 40. g.
l Ibidem. Apoc. 6.

De Quattuor Cardinalibus virtutibus. Cap. XXVI.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Prudentia, temperantia, fortitudo, atque iuſtitia, tanto perfectæ ſunt ſingulæ, quãto viciſſim ſibimet iunctæ. [b] IDEM ſuper Ezechielem: Vnuſquiſque tantum prudens eſt, quantum temperans, fortis, et iuſtus: tantum temperans, quantum prudens, fortis, et iuſtus: tantum fortis, quantum prudens, temperans, et iuſtus: tantum iuſtus, quantum prudens, temperans, et fortis. [c] AVGVSTINVS: In hac dilectione. ſupra de charitate. IDEM de Trinitate: Illud, quod agit iuſtitia in ſubueniendo miſeris, quod prudentia in præcauendis inſidijs, quod fortitudo in perferendis moleſtijs, quod temperantia in coercendis delectationibus prauis, nõ ibi erit, vbi nihil omnino mali erit. [d] IDEM de moribus eccleſiæ: Illas quattuor virtutes, quarum vtinã ita in mentibus vis, vt nomina in ore ſunt omnium, ſic etiam diffinire non dubitem: vt temperantia ſit amor, integrum ſe præbẽs ei, quod amatur: Fortitudo, amor facile tolerans omnia, propter id, quod amatur: Iuſtitia, amor ſoli amato ſeruiens, et propterea recte dominans: Prudentia, amor ea, quibus adiuuatur, ab C eis, quibus impeditur, ſagaciter eligens. [e] VNDE mihi videtur, quòd definitio breuis, et vera virtutis, eſt ordo amoris. * ISIDORVS in Etymologijs: Prudentia eſt in rebus, qua a bonis mala diſcernuntur. Fortitudo eſt, qua aduerſa æquanimiter tolerantur. Temperantia eſt, qua libido concupiſcentiaq. rerum refrenatur. Iuſtitia, qua recte iudicando, ſua cuique diſtribuuntur. [f] HIERONYMVS in epiſtola: Vis ſcire quales quærat Dominus ornatus? habeto iuſtitiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, nihil hoc monili pretioſius, nihil hac gemmarum varietate diſtinctius. [g] IDEM in originali ſuper Naum: D Quo modo quattuor, quibus pugnamus, et tegimur, ſunt ſcuta virtutum, prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudo: ita econtrario quattuor vitia ſunt, ſtultitia, iniquitas, luxuria, formido, quibus ab hoſte percutimur. [h] BERNARDVS de conſideratione: Iuſtitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo vindicat, temperantia poſſidet.

De Prudentia. Cap. XXVII.

GREGORIVS [i] in Moralibus: Cum rectitudo E ſanctos viros ad libertatem vocis erigit, conſideratio infirmitatis propriæ in humilitate cuſtodit. [k] IDEM in homilijs: Cogitate quid facitis, recogitate quid feciſtis: largitatem ſupernæ pietatis aſpicite, et ad miſericordiæ iudicem, dum adhuc expectat, cum lacrymis venite. [l] IDEM in regiſtro: Summis in rebus, citum non oportet eſſe conſilium. [m] IDEM: Via eſt vita præſens: et tanto quiſque neceſſe eſt, vt inſidiantes ſpiritus caueat, quanto maiora ſunt dona, quæ portat. [n] IDEM ſuper Ezechielem: Reſtat, vt ſiue in verbi miniſterio fatigemur, ſeu indigentibus noſtra largiamur, ſeu per abſtinentiam carnẽ domemus, F ſeu zelo moueamur, ſeu per patientiam aliquando leuiter praua toleremus, vt ſummopere debeamus in intentione noſtra diſcutere: quatenus omne, quod facimus, non noſtro, ſed Domini zelo faciamus. [o] AVGVSTINVS de ſoliloquijs: Cauendum eſt magnopere, dum hoc corpus agimus, ne quo ſenſibiliũ viſco pennæ noſtræ impediantur: quibus integris perfectiſq. opus eſt, vt ad illam lucẽ ab his tenebris euolemus. [p] IDEM de ſingularitate clericorum: Vtilius eſt, vt infirmum ſi homo cognoſcat, et fortis exiſtat, quàm fortis videri velit, et infirmus emergat. [q] ISIDORVS de etymologijs: Prudens dicitur, quaſi porro videns, perſpicax eſt enim et incertorum præuidet caſus. [r] IDEM in ſynooymis: Quidquid boni cum

a Greg. li. 22. Moral. c. 1.
b Idem in Ezec. hom. 22. poſt med.
c Aug. lib. 14. de Tri. c. 9. to. 3.
d Idem de Mor. Eccl. lib. 1. c. 15. to. 1.
e Idẽ de ci. Dei. lib. 15. c. 22.
f Hier. ep. 2. ad Nepot. poſt med. to. 1.
g Idem in Na. c. 3. to. 5.
h Bern. de conſid. ad Eug. lib. 1. poſt med.
i Greg. li. 7. Mor. c. 15 poſt med.
k Idẽ hom. 14. in euãg. prope fi.
l Idem regiſt. lib. 2. ind. 10. c. 6.
m Ibid. li. 7. ind. 2. c. 125. circa med.
n Idem in Ezec. hom. 22. poſt med.
o Aug. de ſolil. li. 1. c. 14. in prin. to. 1.
p Eſt apud Cyp. in ed. Pam. li. de ſing. cler. c. 1. circa med. to. 3.
q Iſid. ety. li. 10. verb. prud.
r Idem in

A diſcretione feceris, virtus eſt: quidquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt. Virtus enim indiſcreta, pro vitio deputatur. IDEM: Nihil iuuat, etc. Infra lib. 4. de exercitio. HIERONYMVS: Prudentia abſque bonitate, etc. Infra lib. 3. de malitia. [ſ] AMBROSIVS de officijs: Sapiens vt loquatur, multa prius conſiderat, quid dicat, et cui dicat, quo in loco, et tempore. [t] BERNARDVS de conſideratione: Quantum ad conſiderationis attinet fructum, quattuor tibi conſideranda reor, te, quæ ſub te, quæ circa te, quæ ſupra te ſunt. A te, tua conſideratio inchoet, ne fruſtra extendaris in alia, te neglecto. [u] IDEM: Tui B conſideratio in tria quidem diuiditur, ſi conſideras quid, quis, aut qualis ſis. Quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus. [x] IDEM: Cõſideratio mentẽ purificat, regit deinde affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat, et ordinat. [y] IDEM: Conſideratio confuſa determinat, hiantia comprimit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera inueſtigat, veriſimilia examinat, ficta, et fucata explorat. Hæc eſt, quæ agenda præordinat, recogitat acta, vt nihil in mente reſideat incorrectum. [z] IDEM ſuper Cantica: Diſcretio eſt non tam virtus, quàm quædam moderatrix et auriga virtutum, ordinatrixq. C affectuum et morum doctrix: tolle hanc, et virtus vitium erit. [a] IDEM: Anima, quæ amat, vigilat, et obſeruat: et beata, quam Dominus inuenerit vigilantẽ. Non tranſibit eam, nec præteribit ab ea, ſed ſtabit, et loquetur ei, loqueturq. amatoria, loquetur ſiquidem vt dilectus. [b] IDEM de duodecim gradibus: loquimus veritatem in nobiſipſis, in proximis, in ſui natura. In nobis, nosmetipſos dijudicando: in proximis, eorum malis compatiendo: in ſui natura, mundo corde contemplando. [c] IDEM in ſermonibus: Sedens, computa quid diebus ſingulis acquirere valeas, certus equidem apud Deum nullum eſſe bonum om- D nino irremuneratum, nec aliquod malum impunitũ et ſicut non capillum de capite, ſic nec momentum de tempore periturum. [d] TVLLIVS in rhetoricis: Prudentia eſt rerum bonarum, et malarum, et vtrarumque ſcientia. Partes eius memoria, intelligentia, prouidentia. Memoria eſt, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia, per quam ea perſpicit, quæ ſunt. Prouidentia, per quam futurum aliquid videtur, antequam factum ſit.

De Memoria. Cap. XXIIX.

E GREGORIVS [e] in homilijs: Cum bona fratres agitis, ſemper ad memoriam mala acta reuocate, vt dum caute culpa conſpicitur, numquam de bono opere incaute animus lætetur. * IDEM in regiſtro: Cogitationum illecebras, linguæ incontinentiam, delictorum opera ad memoriam reuocemus, et dũ licet, et tempus habemus, magno planctu iniquitatum noſtrarum maculas deleamus. [f] IDEM ſuper Ezechielem: Cum mala committimus, fruſtra tunc ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonorum præteritorum. [g] IDEM: Tunc nobis mi- F ſericordiæ Dei miræ fiunt, cum nobis ad memoriam miſeriæ noſtræ reuocantur. [h] IDEM in Moralibus: Patienter illatam iniuriam tolerat, qui pie meminit, quòd fortaſſe adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari. [i] IDEM: Cum voluptas lubrica tentat in proſperis, hæc ipſa ſunt proſpera aculeo tentationis opponenda, vt eo erubeſcamus praua committere, quo nos a Deo meminimus gratuita bona percepiſſe. IDEM: Quiſquis a præceptis. Infra libro 3. de remorſu conſcieotiæ. [k] IDEM ſuper illud Iob: Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? Ac ſi iuſtificato peccatori aperte veritas dicat: Virtutes a me acceptas tibi non tribuas. Noli contra me de meo munere extolli.

Recole

ſynon. 1. 10 ante med.
ſ Ambr. de off. lib. 1. c. 10. to. 4.
t Bern. de conſid. ad Eug. lib. 2. ante med.
u Ibidem poſt pauca.
x Ibid. li. 1 paulo poſt med.
y Ibidem conſeq.
z Idẽ ſup. Cant. ſer. 49. circa med.
a Ibid. ſer. 57. ſtatim a prin.
b Idem de 12. grad. ante med.
c Idem in declam. ſuper Ecce nos, poſt med.
d Tul. de inuent. li. 2
e Greg. homil. 7. in Euang. poſt med.
f Idem in Ezec. hom. 12. poſt med.
g Ibidem homil. 18. poſt med.
h Idem li. 5. Moral. c. 31.
i Ibid. lib. 30. c. 9. cir. med.
k Idem li. 30. Mor. c. 6. cir. med.

Recole vbi te inueni, quando meo te timore ſolidaui. Vt ergo ego in te non deſtruam, quod conſtruxi, ipſe non ceſſes conſiderare, quod in te reperi. [a] ISIDORVS de ſummo bono: Quiſquis peccatorum memoria compungitur ad lamenta, tunc Dei ſe viſitari ſciat præſentia, quando ex eo quod ſe admiſiſſe recolit, interius erubeſcit, ſuoq. ſe iudicio pœnitendo iam punit. [b] AVGVSTINVS de Trinitate: Mihi vtile eſt, vt meminerim virium mearum, fratresq. meos admoneam, vt meminerint ſuarum, ne vltra quàm tutum eſt progrediatur humana infirmitas. * AMBROSIVS in apologia: Sapiens ſi epuletur, ſi cogitet, ſi oret, ac deprecetur, ante oculos eius ſemper error eſt proprius, et momentis omnibus pulſat culpa conſcientiam, nec quieſcere, nec obliuiſci ſinit. HIERONYMVS: Nec Dauid, *etc.* Infra lib. 3. de familiaritate. IOANNES Chryſoſtomus: Quando accubueris, *etc.* lib. 4. de diſcuſſione. * IDEM ſuper epiſtolam ad Heb. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, ſicut eorum continuata memoria. [c] BERNARDVS de conſideratione: Inter alia conſideranda, qualis ſis, et qualis fueris, ad memoriam reuocandum eſt: conferenda ſunt enim poſteriora prioribus, et priora ſequentibus, vtrum ne profeceris in virtute, in ſapientia, in intellectu, in ſuauitate morũ, aut ab his forte, quod abſit, defeceris. IDEM: Tertia contemplatio, *et cet.* Infra lib. 4. de contemplatione. [d] IDEM in epiſtola: Iturus ad ſomnum, ſemper aliquid tecũ defer in memoria, vel cogitatione, in quo placide obdormias, quod nonnumquam etiam ſomniare iuuet. [e] IDEM ſuper Cantica: Is qui Chriſto paſſo pie compatitur, compungitur, et mouetur facile ad memoriam eorũ quæ pertulit, atque iſtius ſuauitate deuotionis paſcitur, et confortatur, ad quæque ſalubria, honeſta, pia. [f] SENECA in epiſtola: Aliquis vir bonus eligendus eſt, atque ſemper ante oculos habendus, vt ſic, tamquam illo ſpectante, viuamus, et omnia, tamquam illo vidente, faciamus. O felicem, qui ſic aliquem vereri poteſt, vt ad memoriam quoque eius, ſe componat, atque ordinet.

a Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 12. ſent. 5.
b Aug. lib. 3. de Tri. c. 10. poſt med. to. 3.
c Ber. de conſid. ad Eug. lib. 2. poſt med.
d Idem ep. de vita ſol. ad frat. de Monte Dei circ. med.
e Idem in Cant. ſer. 20. poſt med.
f Sen. ep. 11

De Intelligentia. Cap. XXIX.

GREGORIVS [g] in Moralibus: Ne contra auctorem ſuum homo ſuperbiat, conſideret vnde huc venit, et intelligat quid ſit. [h] IDEM: Dum penſamus quales erga aliquos fuimus, eſſe circa nos tales alios minus dolemus: quia aliena iniuſtitia in nobis vindicat, quod in ſe iuſte conſcientia noſtra accuſat. [i] IDEM: Qui pleniſſime intelligere appetit qualis eſt, tales nimirum debet conſpicere, qualis non eſt: vt ex bonorum forma metiatur quantum ipſe deſerto bono deformis eſt. [k] IDEM: Tunc vere cognoſcimus bona noſtra vnde ſint, quando hæc quaſi amittendo ſentimus, quia a nobis ſeruari non poſſunt. [l] IDEM: Sancti omnes quãdo in Dei viſione proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conſpiciunt, tanto magis ſe nihil eſſe cognoſcunt. Nuſquam quippe legitur, quòd Abraam cinerem, et puluerem ſe eſſe profeſſus eſt, niſi cum habere meruerit Dei colloquium. [m] IDEM: Sancti viri ingenij virtutem ad agnoſcendam infirmitatem propriam dirigunt, atque ex infirmitatis ſuæ melius cognitione conualeſcunt. [n] IDEM: Nũquam Deus mẽtem deſerit, quæ in peccatis ſe veraciter agnoſcit. IDEM: Sancti viri minime. Infra de exercitio lib. 4. [o] IDEM: Nemo fortitudinem ſuam, niſi cũ rectus eſſe cœperit, deprehendit. Nam qui omnino peruerſus eſt, neque hoc poteſt videre quod eſt. [p] IDEM: Nulla eſt cognitio reprehenſionis, ſi non ſequantur etiam lamenta pœnitudinis. [q] IDEM: In hoc mundo dum viuimus, tunc perfecte quæ ſcienda ſunt ſcimus, cum proficientes per intelligentiam, nil nos perfecte ſcire cognoſcimus. [r] IDEM: Vera ſcientia afficit, non extollit: nec ſuperbiẽtes, quos impleuerit, ſed lamentantes facit. IDEM: Sæpe dum quoſdam. Infra lib. 3. de diſcordia. [ſ] IDEM in regiſtro: Bonarum mẽtium eſt, etiam ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt. [t] IDEM ſuper Ezechielem: Recte prophetia dicitur, non quia prædicit ventura, ſed quia prodit occulta. [u] IDEM: Spiritus prophetiæ, nec ſemper, nec eodem modo prophetæ animum tangit. [x] IDEM: Aliquãdo prophetiæ ſpiritus prophetis deeſt, nec ſemper eorum mẽtibus præſto eſt: quatenus cum hunc non habent, ſe hunc agnoſcant ex dono habere, cum habent. [y] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Tria ſunt, quæ in vnoquoque homine artifice ſpectantur, vt aliquid efficiat, natura, doctrina, vſus. Natura ingenio, doctrina ſcientia, vſus fructu, diiudicandus eſt. [z] IDEM: Multa ad fidem Catholicam pertinentia, dũ hæreticorum callida inquietudine exagitantur, vt aduerſus eos defendi poſſint, et conſiderantur intelligentius, et intelliguntur clarius, et inſtantius prædicantur, et ab aduerſario mota quæſtio, diſcendi nobis exiſtit occaſio. [a] IDEM de octuagintatribus quæſtionibus: Nullum bonum perfecte noſcitur, quod non perfecte amatur. [b] IDEM de Doctrina Chriſtiana: Diſputationis diſciplina, ad omnia genera quæſtionum, quæ in litteris ſanctis ſunt, per intellectum penetranda, et diſſoluenda, plurimum valet: tantum ibi cauenda eſt libido rixandi. [c] IDEM: Bonorum ingeniorum inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. [d] IDEM de bono perſeuerantiæ: Non ſimus in diſputationibus prompti, et in orationibus pigri. [e] IDEM de Trinitate: Scientiam terreſtrium cœleſtiumq. rerum, magni æſtimare ſolet genus humanum, in quo profecto meliores ſunt, qui huic ſcientiæ præponunt noſſe ſemetipſos, laudabiliorq. eſt animus, cui nota eſt infirmitas ſua, quàm qui ea non proſpecta, vias ſiderum ſcrutatur, ignorans viam, qua ingrediatur ad cælum. * ISIDORVS de Summo bono: Nihil peius, quàm culpam agnoſcere, nec deflere. [f] CASSIODORVS in libro de anima: Nimia magnitudo eſt ſuam intelligere paruitatem, nec præualet hoc ipſum noſſe, niſi cum cœperint diuina pateſcere. [g] BERNARDVS in meditationibus: Ab exterioribus ad interiora redeam, ab inferioribus ad ſuperiora aſcendam, vt poſſim cognoſcere vnde venio, aut quo vado, quid ſim, vel vnde ſim, vt per cognitionem mei poſſim peruenire ad cognitionem Dei. [h] IDEM in epiſtola: O vtinam ſaperes, et intelligeres, ac nouiſſima prouideres. Saperes, quæ Dei ſunt: intelligeres, quæ mundi ſunt: prouideres, quæ inferni ſunt, profecto inferna horreres, ſuperna appeteres, quæ ſunt mundi contemneres. [i] IDEM: Qui perfecte ſe examinando cognoſcit, ſuo peccato nullius peccatum par æſtimat, quod non ſicut ſuum intelligit. [k] IDEM ſuper Cantica: Eſt quidem, quantum in ſe eſt, omnis ſcientia bona, quæ tamen veritati ſubnixa ſit: ſed tu, qui cum timore, et tremore tuam ipſius operari ſalutem pro temporis breuitate feſtinas, ea ſcire prius ampliuſq. curato, quæ præſenſeris viciniora ſaluti. [l] IDEM: An non inflationes, et torſiones in conſcientia ſuſtinebit, qui huiuſmodi eſt, ſciens, videlicet bonum, et non faciens? An non reſponſum mortis, et damnationis toties in ſemetipſo habebit, quoties in mentem venerit ſermo, quem dixit Deus: Quia ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui, et non faciens, digne vapulabit plagis multis? [m] IDEM in ſermonibus: Super omnes docentes me intellexi. Quare inquam? Numquid quia byſſo et purpura me indui? quia lautioribus epulis abundaui? numquid quia Platonis argutias, aut Ariſtotelis verſutias intellexi? aut vt intelligerem laboraui? Abſit, inquam, ſed quia teſtimonia tua exquiſiui. IDEM: Orans ſanctus quidam, Deus, inquit, nouerim me, nouerim te, breuis oratio, ſed fidelis. Hæc eſt enim vera phi-

g Greg. lib. 17. Mor. c. 10. non longe a prin.
h Ibid. lib. 22. c. 8. circ. fi.
i Ibid. lib. 24. c. 6. ante med.
k Ibid. lib. 2. c. 27. ante med.
l Ibid. lib. 32. c. 27. poſt med.
m Ibid. li. 22. c. 2. circ. fi.
n Ibid. c. 3 poſt med.
o Ibid. lib. 24. c. 6. in prin.
p Ibid. lib. 35. c. 5.
q Ibid. lib. 27. c. 22.
r Ibid. lib. 28. c. 10.
ſ Idem regiſt. lib. 12. ind. 7. inter rogat. Auguſt. c. 60.
t Idem in Ezec. hom. 1. non longe a prin.
u Ibidem inferius.
x Ibid. poſt med.
y Aug. de ciu. Dei. li. 11. c. 25. 10. 5.
a Ibid. lib. 16. c. 2. ante med.
a Idem 83. q. lib. q. 35. poſt med. to. 4.
b Idem de Doc. Chriſ. li. 2. c. 31.
c Ibid. li. 4. c. 10.
d Idem de bo. perſe. li. 2. c. 24. ante med. to. 7.
e Idem de Trin. lib. 4. in proem.
f Caſſiod. li. de ani. c. 18. ante med.
g Ber. med. c. 1 in prin.
h Idem ep. 192.
i Idem ep. de vita ſolit. ante med.
k Idẽ ſup. Cant. ſer. 36. ante med.
l Ibid. poſt med.
m Idẽ ſer. 3. in die Pent. circ. med.

loſophia, et vtraque cognitio prorſus neceſſaria ad ſalutem. Ex priori ſiquidem, timor concipitur et humilitas: ex poſteriore, ſpes et charitas generatur. BOETIVS: Humanæ naturæ. Infra lib. 3. de ignorantia. ANSELMVS: Primus gradus lib. 4. de humilitate. [a] GLOSSA: Vbi maius donum ſcientiæ, ibi tranſgreſſor maiori ſubiacet culpæ. [b] SENECA in epiſtola: Quare liberalibus ſtudijs filios erudimus? Non quia virtutem dare poſſunt, ſed quia animum ad excipiendam virtutem præparant. [c] IDEM: Si perpendere te voles, ſepone pecuniam, domum, dignitatem, intus teipſum conſidera, nec qualis ſis alijs crede. [d] IDEM: Initium ſalutis, eſt notitia peccati. Nam qui peccare e neſcit, corrigi non vult.

a Gloſ. Luc. 6. b Sene. ep. 55. circa med. c Idem ep. 80. in fi. d Idem ep. 25. prope fi.

De Prouidentia. Cap. XXX.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Quod valde eſſe importabile, ex dolore oſtenditur, conſideratione prouida, et remuneratione leuigatur. [f] IDEM: Is, qui cuncta priuſquam veniant conſpicit, nequaquam poſtquam aliquid fecerit, pœnitendo reſipiſcit. [g] IDEM: Qui in dictis ſuis reprobari metuit, ipſe prius debet examinare, quod dicit. [h] IDEM: Nihil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſque hoc, quod viuum diligit, mortuum penſet. [i] IDEM: In omni, quod dicitur, neceſſe eſt, vt cauſa, tempus, et perſona penſetur, ſi verba ſententiæ veritas roborat, ſi hanc tempus congruum poſtulat, ſi veritatem ſententiæ, et congruentiam temporis, perſonæ qualitas non impugnat. [k] IDEM ſuper Ezechielem: Sanctorum actio ab omni parte circumſpecta eſt, bona deſiderabiliter prouidens, mala ſolerter cauens. Sed hoc eſt laborioſius, vbi ſanctorum mens inuigilat, ne ſe ante eorum oculos mala ſub bonorum ſpecie abſcondant. [l] IDEM in regiſtro: Terribilem iudicem venientem conſidera, et de aduentu illius omne conſcientia tua contremiſcat, ne tunc ſine cauſa iam timeat, cum coram illo cælum et terra tremuerit. [m] ISIDORVS in ſynonimis: Perſpice, quod, cui aptum ſit tempori, quid, vbi quantum, quantum, quandiu facere debeas. [n] IDEM: Cum diu cogitaueris, tunc fac, quod probaueris. [o] AMBROSIVS in epiſtola: Mens bona, ſpeculatrix conſiliorum ſuorum eſt, prius examinat quid decorum atque honeſtum. HIERONYMVS: Caute omnes. Infra libro 4. de fama. [o] AVGVSTINVS de ſingularitate clericorum: Amator eſt ſalutis ſuæ, qui euitat alienæ mortis incurſum: et ipſe eſt prouidus, qui ſolicitus ſit cladibus cæterorum. [p] BERNARDVS de conſideratione: Non oportet, vt vitia domus tuæ vltimus ſcias, quod quàmplurimis nouimus contigiſſe. Quapropter alius alia diſpenſet, de diſciplina tu prouide. [q] IDEM: Spiritualis homo ille, qui omnia dijudicat, vt ipſe a nemine iudicetur: omne opus ſuum trina quadam conſideratione præuenit, primum quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. [r] IDEM: Diligenter vero omne, quod faciendum erit, tracta apud te, et cum his, qui te diligunt. Tracta ante factum, quia poſt factum ſera tractatio. * IDEM in meditationibus: Habes domum, o anima, ſed cito caſura eſt domus tua, tu quoque, niſi aliam prouideris vento et pluuiæ exponenda. [ſ] IDEM in ſermonibus: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima, horrorem mortis, iudicij tremendum diſcrimen, ardentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui nullatenus patiaris elongari. [t] IDEM: Cum iudicium carnis ex anima pendeat, nihil carni poteſt vtilius, quàm ſalus animæ prouideri, vt videlicet in tempore ſit reſpectus illius, et ſocia paſſionis, felicitatis quoque conſortium mereamur.

e Greg. lib. 8. Mor. c. 5. non longe a prin. f Ibid. lib. 9. c. 6. non multum a prin. g Ibid. lib. 5. c. 2. h Ibid. lib. 16. c. vlt. i Ibid. lib. 6. c. 15. cir. fin. k Idem in Ezec. hom. 7. non longe a prin. l Idem regiſt. lib. 2. ind. 9. c. 40 cir. fi. m Iſid. in ſynon. c. 17 ante med. n Ibidem c. 13. o Eſt apud Cyp. lib. de ſing. cler. c. 2. 10. 3. p Bern. de conſid. ad Eug. lib. 4. poſt med. q Ibid. lib. 3. poſt med. r Ibid. lib. 4. paulo ante med. ſ Idem ſer. 1. in feſt. omn. ſanct. ante med. t Idem declam. ſup. Ecce nos paulo ante med.

De Fortitudine. Cap. XXXI.

GREGORIVS [u] in Moralibus: Iuſtorum fortitudo eſt carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationem vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmijs amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum corde ſuperare. [x] IDEM: Qui in auctoris ſui amore roborantur, quo magis in concupita Dei fortitudine conualeſcunt, eo a propria virtute deficiunt: et quo robuſtius æterna appetunt, eo fortius a temporalibus ſalubri defectione laſſantur. [y] IDEM: Tanto vnuſquiſque ad fortitudinem profeciſſe verius demóſtratur, quanto aliena mala æquanimius tolerat. [z] IDEM in regiſtro: Mores meos bene habes cognitos, quia diu porto: ſed, ſi ſemel deliberauero non portare, contra omnia pericula lætus vado. [a] HIERONYMVS in epiſtola: Nihil eo fortius qui vincit diabolū, nihil imbecillius, quàm qui a carne ſuperatur. [a] IDEM in originali ſuper Iſaiam: Fortitudo atque conſtantia via regia eſt, a qua declinat ad dexteram, qui temerarius eſt et pertinax: ad ſiniſtram, qui formidoloſus eſt et pauidus. [b] AVGVSTINVS ad Hieronymum de ſententia Iacobi Apoſtoli: Qui vera virtute fortis eſt, nec temere audet, nec inconſulte timet. [c] AMBROSIVS de Officijs: Eſt fortis, qui ſe in dolore aliquo conſolatur. Et reuera iure ea fortitudo vocatur, cum vnuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduerſis perturbatur, non extollitur ſecundis, et quaſi vento quodam variarum rerum circumfertur mutatione. [d] IDEM: Non in inferenda, ſed depellenda iniuria lex virtutis eſt. Qui enim non repellit a ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit. [e] IDEM: Fortitudo iuncta eſt ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras, quibus aurem deferre neſciat, nec, vt dicitur, aue dicat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat, tamquam labem quamdam, quæ virtutem effeminet. [f] IDEM ſuper Lucam: Fortitudo animum corpuſq. confirmat, nec perturbari ſinit timore aliquo, vel dolore. [g] SENECA in epiſtola: Sapiens & fortis ad omnem incurſum munitus et intentus, non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet intrepidus, et contra illa ibit, et inter illa ſtabit. [h] IDEM: Sapiens virtutem, ſi licebit, in diuitijs explicabit, ſin minus in paupertate: in patria ſi poterit, ſin minus in exilio: ſi poterit Imperator, ſin minus miles: ſi poterit integer, ſin minus debilis. Multa infra lib. 4. de certamine.

u Greg. li. 7. Mor. c. 5. in prin. x Ibid. lib. 4. c. 30. ante med. y Ibid. lib. 3. c. 13. cir. fi. z Idem regiſt. lib. 7. ind. 1. c. 1. a Hieróny. chm. in Iſa. lib. 16. c. 57 10. 4. b Aug. ep. 29. ad Hie. ante med. 10. 2. c Amb. de off. lib. 1. c. 36. ante med. 10. 4. d Ibid. in prin. e Ibidem c. 39. f Idem in Luc. li. 5. c. 6. 10. 5. g Sene. ep. 59. paulo ante med. h Idem ep. 85. verſ. fi.

De Conſtantia. Cap. XXXII.

GREGORIVS [i] in homilijs: Non nos proſpera eleuent, non aduerſa perturbent: vt qui in ſoliditate fidei figimur, nequaquam rerum tranſeuntium mutabilitate moueamur. [k] IDEM in Moralibus: Sancti viri nec ſuſtinere falſa per infirmitatem metuunt, nec læſi vnquàm a veritate conticeſcunt. [l] IDEM: Electi ipſa, quæ fortiter tolerant ſupplicia, perhorreſcunt, ita vt in eis vno eodemq. tempore, et conſtantia ex virtute ſit, et pauor ex carne. [m] IDEM: Iuſti viri ſecuritas recte leoni comparatur: quia cum contra ſe quoſlibet inſurgere conſpicit, ad mentis ſuæ conſtantiam redit, et ſcit quia cunctos aduerſantes ſuperat, quia illum ſolum diligit, quem inuitus nullo modo amittit. [n] IDEM: Vir ſanctus quo maiore perſecutione premitur, eo ad prædicandum veritatem acrius inſtigatur, et cum conſtanter perſecutores tolerat, ardenter ad ſe auditores trahere feſtinat. [o] IDEM: Si ſemel in appetitu ſupernæ patriæ forti ſtabilitate animus

i Greg. hom. 6. in Euang. cir. med. k Idem li. 8. Mor. c. 2. l Ibid. lib. 14. c. 12. poſt med. m Ibid. li. 5. c. 24. ante med. n Ibid. li. 31. c. 25. cir. med. o Ibid. lib. 22. c. 10. cir. med.

animus figitur, minus rerum temporalium perturba-
tione vexatur. [a] IDEM ſuper Ezechielem: Timeri
ab omnibus homo debuerat, ſi ipſe auctorem om-
nium, vt homo timuiſſet. Nam, qui rationis ſenſum
ad timorem Dei non habet, tanto in nullo timendus
eſt, quanto hoc, quod ipſe eſſe debuit, non eſt. [b] IDEM
in regiſtro: Hoc certiſſime ſcito, quòd placere Deo,
et prauis hominibus nullus poteſt. In tantum ergo ſe
exiſtimet fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe,
quanto ſe peruerſis hominibus diſplicuiſſe cognoue-
rit. IDEM: Nullius vos. Infra lib. 4. de tranquillita-
te. [c] AVGVSTINVS in epiſtola: Sentit de Augu-
ſtino quidquid libet, ſola me in oculis Dei conſcien-
tia non accuſet. [c] IDEM de ciuitate Dei: Virtutes
habenti, magna virtus eſt contemnere gloriam. [d]
IDEM: Qui contemnit iudicia laudantium, contem-
nit etiam ſuſpicantium temeritatem: quorum tamen
ſi vere bonus eſt, non contemnit ſalutem. [*] IDEM in
ſermonibus: Nec valde gaudere debemus, quãdo lau-
damur, nec contriſtari quando vituperamur, quia
nec damnare iniuria, nec coronare poteſt laus falſa.
[e] AMBROSIVS de Officijs: Bene ſibi conſcius, falſis
non debet moueri: nec æſtimari plus põderis in alie-
no eſſe conuitio, quàm in ſuo teſtimonio. [f] IOAN-
NES Chryſoſtomus in ſermone: Quidquid erroris
habet mundus, contemno: quidquid delectabile ha-
bet, rideo: diuitias non cupio, paupertatem non hor-
reſco, mortem non timeo. [*] HIERONYMVS in
epiſtola: Vtinam ob Dei mei nomen, atque iuſtitiã,
vniuerſa me infidelium turba perſequatur, et tribu-
let, vtinam in opprobrium meum ſolidus exurgat
hic mundus, tantum vt a Chriſto merear laudari, et
ſuæ pollicitationis ſperare mercedem. [g] IDEM:
Gratias ago Deo meo, quòd dignus ſum habitus, quẽ
mundus oderit. [h] IDEM: Per bonam et malam fa-
mam, a dextris et a ſiniſtris Chriſti miles graditur,
nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur, non
diuitijs tumet, non confunditur paupertate, et læta
contemnit, et triſtia. [i] IDEM: Nec affectamus lau-
des hominum, nec vituperationes expaueſcimus:
Deo enim placere curantes, minas hominum peni-
tus non timemus, quoniam diſſipat Deus oſſa eo-
rum, qui hominibus placere deſiderant. [*] SENECA
in epiſtola: Honores et iniuriæ vulgi in promiſcuo
ſunt habendæ, nec his gaudendum, nec illis dolen-
dum. [k] IDEM: Animum excellentem, conſtantem,
et moderatum, et omnia tamquam ſe minora tran-
ſeuntem, quidquid timemus optamuſq. ridentem,
cæleſtis potentia agitat. Non poteſt res tanta ſine ad-
miniculo numinis ſtare. [l] IDEM: Vir bonus, quod
honeſte ſe facturum putauerit, faciet, etiam ſi labo-
rioſum erit, faciet etiam ſi periculoſum erit. Rurſum,
quod turpe erit non faciet, etiam ſi pecuniam afferet,
etiam ſi voluptatem, etiam ſi potentiam, et dignita-
tem, ab honeſto nulla re deterrebitur, ad turpia nul-
la re inuitabitur. [m] IDEM: Æquo animo audienda
ſunt imperitorum conuitia, et ad honeſta vadenti cõ-
temnendus eſt ipſe contemptus.

a Idem in Ezec. hom. 10. ante med.
b Idem regiſt. lib. 9. ind. 3. c. 36
c Aug. de ciu. Dei, li. 5. c. 19. an. med. to. 5.
d Ibid. poſt princ.
e Amb. de off. li. 2. c. 1. to. 4.
f Chryſoſt. hom. quad. eum de ip-ſius expulſione agebatur in prin. to. 5.
g Hier. ep. 99. ad Aſel. poſt med. to. 2.
h Idem ep. 2. ad Nep. poſt med. to. 1.
i Idem ep. 122. quæ eſt prol. in Heſter. to. 3.
k Senec. ep. 41. circa med.
l Idem ep. 76. circa med.
m Ibid. ante med.

De Patientia. Cap. XXXIII.

GREGORIVS [n] in Moralibus: Numquam eſt pa-
tientiæ virtus in proſperis. Ille autem eſt vere pa-
tiens, qui rebus aduerſis atteritur, et tamen a ſpei ſuæ
rectitudine non curuatur. [o] IDEM: Tunc vere oſtẽ-
dimus, quòd accepta bona recte tenuimus, cum pro-
fecto æquanimiter ad momentum ſublata toleramus.
[p] IDEM: Quos ad fortia trahere nitimur, eorum ne-
ceſſe eſt vt infirma toleremus: quia nec iacentem eri-
git, niſi qui ſtatus ſui rectitudinem per compaſſionẽ
flectit. [q] IDEM: Sancti viri patienter audiunt, etiam
quæ ſe numquam feciſſe meminerunt, quamuis ea
mala, quæ ſibi ingeri conſpiciunt, ab ipſis ſuis crimi-
natoribus nouerint perpetrata. [r] IDEM: Tunc illata

n Greg. li. 22. Mor. c. 27.
o Ibid. li. 2 c. vlt. in fi.
p Ibid. li. 7 c. 6. cir. fi.
q Ibid. lib. 23. c. 1.
r Ibid. lib. 20. c. 9. cir. med.

A conuitia bene toleramus, cum in ſecreto mentis ad
male perpetrata recurrimus. Leue quippe videbitur,
quòd aliena iniuria percutimur, dum in actione no-
ſtra conſpicimus, quia peius eſt ſupplicium, quod me-
remur. [ſ] IDEM ſuper Ezechielem: Linguas detra-
hentium ſicut noſtro ſtudio non debemus excitare,
ne ipſi pereant, ita per ſuam malitiam excitatas debe-
mus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum cre-
ſcat. [t] IDEM: Patientia vera eſt, quæ etiam ipſum
amat, quem portat. Nam tolerare et odiſſe, non eſt
virtus patientiæ, et manſuetudinis, ſed velamentum
furoris. [u] IDEM in Dialogis: Ego virtutem patien-
tiæ et ſignis, et miraculis maiorem credo. [x] IDEM
B in homilijs: Tribus modis virtus patientiæ exerceri
ſolet. Alia namque ſunt, quæ a Deo alia quæ ab an-
tiquo aduerſario, alia quæ a proximo ſuſtinemus. A
proximo namque perſecutiones, damna, et contume-
lias: ab antiquo aduerſario tentamenta: a Deo flagel-
la toleramus. [y] IDEM: Profecto aduerſarius vinci-
tur, quando mens noſtra, et inter tentamenta diaboli
a delectatione, atque cõſenſu omnibus modis refrena-
tur, et inter cõtumelias proximi cuſtoditur ab odio,
et inter flagella Dei cuſtoditur a murmuratione. [z]
IDEM: Patientia eſt, aliena mala æquanimiter perpe-
C ti, contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolo-
re morderi. IDEM: Ille veraciter. Infra lib. 4. de læ-
titia. [a] IOANNES Chryſoſtomus in originali ſuper
illud Matthæi: Audiſtis quia dictum eſt, oculum pro
oculo, *et cæt.* Primus gradus patientiæ eſt recipere in-
iuriam. Secundus poſtquam recepta eſt, non velle
vindicari. Tertius eſt, non facere vexanti hæc quæ
paſſus eſt, ſed quieſcere. Quartus, tribuere ſeipſum
in patiendo mala. Quintus, et amplius tribuere,
quàm ipſe vult, qui fecit. Sextus, non odio habere
eum, qui operatur hæc. Septimus eſt, diligere.
Octauus eſt, benefacere. Nonus eſt, Deum pro ip-
ſo deprecari. [b] IDEM ſuper Ioannem: Non memo-
D riam malorum habeamus in eos qui nos lædunt, ſed
redarguamus eos, et ploremus: ploratu enim digni
ſunt, non qui patiuntur, ſed qui mala faciunt. Nam
ſeipſos quidem maxime lædunt et amarus calumnia-
tor, et quicumque alij aliquod malum facit: nobis
autem proſunt maxime, niſi noſipſos vendicaueri-
mus. [*] AVGVSTINVS ſuper Ioannem: Pro dile-
ctione Dei debemus patienter perſecutiones et mun-
di odia ſuſtinere, neceſſe eſt enim vt nos oderit, quos
cernit nolle, quod diligit. [c] IDEM in libro de pa-
tientia: Non ſicut omnes, qui ſciunt, participes ſunt
ſcientiæ, ita nec omnes, qui patiuntur, ſunt participes
E patientiæ. Sed qui paſſione recte vtuntur, hi patientiæ
veritate laudantur, hi patientiæ munere coronantur.
[d] IDEM: Inde eſt patientia iuſtorum vera, vnde eſt
in eis charitas Dei vera, et inde eſt patientia iniquo-
rum falſa, vnde eſt in eis cupiditas mundi peruerſa.
[e] IDEM: Patientia pauperum Chriſti, ſed ditando-
rum heredum Chriſti, non peribit in æternum. Non
quia illic patienter ferre debeamus, ſed quia pro
his, quæ hic patienter pertulimus, illic æterna beati-
tudine perfruemur. [f] IDEM: Iob ſuſtinens in carne
dolores ſuos, in corde errores alienos, coniugis cor-
ripiebat inſipientiam, amicos docebat ſapientiam, et
F ſeruabat vbique patientiam. [g] IDEM de moribus
eccleſiæ: Perpetienda ſunt vitia multitudinis, vt cu-
rentur: et prius toleranda, quàm ſedanda eſt peſti-
lentia. [h] IDEM in libro de ouibus: Tolera, quia to-
leratus es. Si ſemper bonus fuiſti, habeto miſericor-
diam: ſi aliquando malus fuiſti, noli perdere memo-
riam. Et quis eſt ſemper bonus? Si te Deus diligen-
ter diſcutiat, facilius te inueniet etiam nunc malum,
quàm tu te ſemper bonum. Ergo toleranda ſunt zi-
zania inter frumentum. IDEM: Vis deſideriorum.
Infra libro 4. de deſiderio. [i] AMBROSIVS ſuper
Lucam: Chriſtus voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu
a ſocio deſertus, a ſocio proditus, moderate feras tuũ
erraſſe

ſ Idē hom. 9. in Ezec. ante med.
t Ibid. homi. 17. poſt med. et homil. 20. poſt med.
u Idem li. 1. Dial. c. 2 poſt med.
x Idē hom. 35. in euãgel. poſt med.
y Ibidem.
z Ibidem. cir. med.
a Chryſoſt. hom. 18. in Mat. ante med. to. 2.
b Idē hom. 70. in Ioan. poſt med. to. 3.
c Aug. lib. de patien. c. 6. to. 4.
d Ibidem c. 17.
e Ibidem c. 29.
f Ibidem c. 12.
g Idem de mor. Ecc. li. 1. c. 32. to. 1.
h Idem de oui. c. 5. to. 9.
i Amb. in Luc. li. 1. c. 6. to. 3.

erraſſe iudicium, periſſe beneficium. * HIERONYMVS in epiſtola: Libens tunc tormenta patiar, vt tūc futura mihi gloria ſeruetur. Non enim iudicabit Dominus bis in idipſum. [a] ISIDORVS de Summo bono: Aduerſus conuitium linguæ, fortitudo eſt adhibenda patientiæ, vt tentatio verbi, quæ foris impugnat, tolerantiæ virtute victa diſcedat. [b] BERNARDVS in epiſtola: Vera patientia eſt pati, vel agere contra quod libeat, ſed non præter quod liceat. [c] IDEM in ſermonibus: Eſt homo pacatus, qui bona pro bonis reddens quantum in ſe eſt, nemini vult nocere. Eſt alius patiens, qui non reddens malum pro malo, etiam potens eſt ſuſtinere nocentem. Eſt enim pacificus, qui bona pro malis reddens, in promptu habet prodeſſe nocenti. Primus quidem paruulus eſt, et facile ſcandalizatur: nec facile, qui huiuſmodi eſt, in hoc ſæculo nequam et pleno ſcādalis poterit obtinere ſalutem. Secundus, vt ſcriptum eſt, in patientia ſua poſſidebit animam ſuam. Nam tertius quidem non modo ſuam poſſidet, ſed et multorum animas lucrifacit. [d] TVLLIVS in rhetoricis: Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpeſſio.

a Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 40. ſent. 4.
b Bern. ep. 7. ad Adā monachum paulo ante med.
c Idē ſer. de conuerſ. ad cler. c. 26.
d Cic. de inuent. lib. 2. poſt med.

De Perſeuerantia. Cap. XXXIV.

GREGORIVS [e] in regiſtro: Magna eſt contra peccatum virtus pœnitentiæ, ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret. * IDEM: Illa Deo noſtro ſemper opera grata ſunt, quæ a bonis, quæ cœperint, non recedunt. [f] IDEM in Moralibus: In cunctis vigilanter debet ſe mens circumſpicere, atque in ipſa circumſpectionis ſuæ prouidentia perſeuerare. [g] IDEM: Bene cœpta cunctis diebus agenda ſunt, vt cum malum pugnando repellitur, ipſa boni victoria conſtantiæ manu teneatur. [h] IDEM: Mirum non eſt, ſi quis bona inchoet: ſed valde mirabile eſt, ſi intentione recta, in bono opere perduret. [i] AVGVSTINVS de correptione et gratia: Prædeſtinatorum fides, quæ per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficiet, aut ſi qui ſunt, quorum deficit, reparatur antequam vita iſta finiatur: et deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, vſque in finem perſeuerantia deputatur. [k] IDEM de coniugijs adulterinis: Quæ rectiſſime vouentur, cum homines vouerint, nulla conditione rumpenda ſunt, quæ ſine vlla conditione vouerunt. [l] ISIDORVS de Summo bono: Tunc Deo placet noſtra conuerſatio, quando bonum quod inchoamus, perſeueranti fine complemus. [m] IDEM in ſynonymis: Salus inchoantibus promittitur, præmium perſeuerantibus datur, non eſt beatus qui bonum facit, ſed qui inceſſabiliter facit. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. [n] BERNARDVS in epiſtola: Perſeuerantia ſola meretur viribus gloriam, virtutibus coronam. Prorſus abſque perſeuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. [o] IDEM: Perſeuerantia vigor virium, virtutum conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis. [p] IDEM: Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gloriam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit. [q] IDEM in ſermonibus: Non viuit, qui ſuperbia inflatur, qui luxuria inquinatur, qui ceteris quibuſcumque inficitur peſtibus: quoniam non eſt hoc viuere, ſed magis vitam confundere, et appropinquare vſque ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, et mala pati, et bona facere, et ſic perſeuerare vſque ad mortem. [r] SENECA in epiſtola: Plus operis in eo, vt propoſita cuſtodias, quàm vt honeſta proponas. Perſeuerandū

e Greg. regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 39. vltra med.
f Idem li. 1. Mor. c. 20. et ver. 40.
g Ibid. c. 20. ver. 41.
h Ibid. lib. 22. c. 24. poſt med.
i Aug. de correp. & grat. c. 7. poſt med. to. 7.
k Idem de cōiug. adul. lib. 1. c. 24. to. 6.
l Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 7. ſent. 2.
m Idem in ſynon. c. 1. in fi.
n Ber. ep. 129. ad Genu. ante med.
o Ibidem conſeq.
p Ibidem.
q Idē ſer. 1. in feſto Ap. Pet. & Pau. poſt med.
r Sen. ep. 16. fere in prin.

A eſt, et aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit, quod bona voluntas eſt.

De Temperantia. Cap. XXXV.

GREGORIVS [ſ] in Moralibus: Is qui præeſt, ea ſe circa ſubditos menſura moderetur, quatenus, et arridens timeri debeat, et iratus amari: vt eū nec nimia lætitia vilem reddat, nec immoderata ſæueritas odioſum. [t] IDEM: Nonnumquam dum nonnulla menti delectatio ſurrepit, temperantia noſtra marceſcit. Inquantum enim ad delectationem ducimur, B intantum minus ab illicitis temperamus. [u] IDEM in homilijs: In talibus mentibus Dominus paſcitur, quę per reſpectum gratiæ temperate corporalibus deſiderijs non vtuntur. [w] IDEM in regiſtro: Romanorum ſemper ab antiquioribus vſus fuit, poſt admixtionem propriæ coniugis lauari, et purificationem quærere, et ab ingreſſu Eccleſiæ paulum reuerenter abſtinere. [x] IDEM: Quoties ira animum inuadit, mentem edoma, vince teipſum, differ tempus furoris: cum tranquilla mens fuerit, quod placet, vindica. [y] IDEM in paſtorali: Cum non malitia, ſed ſola ignorantia, vel infirmitate delinquitur, profecto neceſſe eſt, vt ma- C gno moderamine ipſa delicti correptio temperetur. [z] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Temperantia eſt affictio coercens et cohibens appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur. [a] IDEM de confeſſionibus: De illecebra odorum non ſatago nimis: cum abſunt, non requiro: cum adſunt, non reſpuo: ſemper tamen carere paratus. [b] IDEM de opere monachorum: Tanto glorioſius mens ad ſuperiora promouetur: quanto diligentius ab inferioribus concupiſcentia cohibetur. [c] IDEM de ſingularitate clericorum: Diſce nunc temperantiæ modum, qui per licentiam quæris exceſſum. Ama feminas inter ſacra ſolemnia, D et odio habe in communione priuata. [d] IDEM de moribus Eccleſiæ: Omne officium temperantiæ eſt exuere veterem hominem, et in Deo renouari: id eſt, contemnere omnes corporeas illecebras, laudemq. popularem, totumq. amorem ad inuiſibilia et diuina conferre. [e] IDEM: Curioſi eſſe prohibemur, quod magnæ temperantiæ munus eſt. [f] ISIDORVS de Summo bono: Quidquid nimis et vltra modum eſt, pernitioſum fit, ſtudiumq. ſuum in contrarium vertit. In omni ergo opere modum, et temperamentum oportet habere. [g] IDEM in ſynonymis: In omni re tene temperamentum. Nihil intemperantius agas, E nec minus, nec nimium aliquid, nec vltra quàm oportet, nec infra. Etiam in bonis moderatum eſſe decet. [h] IDEM: Quæ cum temperantia fiunt, ſalubria ſunt, et bona quæuis etiam cum immoderato vſu, noxia efficiuntur. Nimietas enim omnis, in vitio deputatur. [i] BERNARDVS de conſideratione: Non eſt temperantia in ſolis reſecandis ſuperfluis, eſt etiam in admittendis neceſſarijs. [k] TVLLIVS in rhetoricis: Temperantia eſt rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio: eius partes, continentia, clementia, modeſtia.

F

De Continentia guſtus. Cap. XXXVI.

GREGORIVS [l] in Moralibus: Per abſtinentiam vitia ſunt extinguenda, non caro: et tanto quiſque ſibimet debet moderamine præeſſe, vt et ad culpam caro non ſuperbiat, et tamen ad effectum rectitudinis in opere ſubſiſtat. [m] IDEM: Virtus abſtinētiæ aut omnino nulla eſt, ſi tantū quiſque corpus ſuū non edomat quantum valet: aut valde inordinata eſt, ſi corpus atterit pluſquam ferre valet. [n] IDEM in paſtorali: Incaſſum per abſtinentiam corpus atteritur, ſi inordinatis dimiſſa motibus mens vitijs diſſipatur. [o] IDEM in homilijs: Qui a paradiſi gaudijs per cibum cecidimus, ad hæc, inquantum poſſumus, per

ſ Greg. lib. 20. Mor. c. 5.
t Ibid. li. 2. c. 27. non multum a prin.
u Idem regiſt. lib. 12. ind. 7. interrogat. Aug. c. 10. poſt med.
x Ibid. lo. 2. ind. 3. c. 56 poſt med.
y Idē Paſt. cu. p. 2. c. 10 cir. med.
z Aug. de lib. arb. li. 1. c. 13. to. 1.
a Idē conf. lib. 10. c. 32 to. eod.
b Idem de opere Monach. c. 32. prope fin. to. 3.
c Eſt apud Cyp. lib. de ſing. cler. c. 9. an. med. to. 9.
d Idem de morib. Ecclo. lib. 1. c. 19. to. 1.
e Ibidem c. 21.
f Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 44. ſent. 14.
g Idem in ſynon. c. 16 ante med.
h Ibidem poſt pauca.
i Bern. de conſid. ad Eug. lib. 1. poſt med.
k Cic. de inuent. li. 2.
l Greg. lib. 26. Mor. c. vlo. non longe a prin.
m Ibidem.
n Idē Paſt. cu. p. 3. c. 20. admonit. 20. poſt med.
o Idē hom. 16. in Euā ge. poſt med.

per abſtinentiam reſurgamos. [a] AVGVSTINVS de confeſſionibus: Hoc me docuiſti Domine, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ. [b] IDEM de bono coniugali: Ad hoc iuſti cum opus eſt prandent, vt tamquam boni domini, quod bonum, et iuſtum, et æquum eſt ſeruis ſuis, ideſt corporibus ſuis præbeant. [c] IDEM in ſermonibus: Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contribulatum et humiliatum, quod Deus oon ſpernit. [d] IDEM in libro de ieiunio ſabbati: Sicut, quod ait Apoſtolus, verum eſt: Malum eſt homini qui per offenſionẽ manducat, ita malum eſt homini qui per offenſionem ieiunat. [e] IOANNES Chryſoſtomus in Acta Apoſtolorum: Indigentia ſicut ſanitatis, ita delectationis eſt mater. [f] IDEM ſuper Matthæum: Qui ieiunat, et peccat, non ad gloriam Dei ieiunat nec ſe humiliat, ſed ſubſtantiæ ſuæ parcit. IDEM: Per ieiunia ceſſat. Infra lib. 4. de connexione. [g] AMAROSIVS in exaemeron: Ieiuni hominis ſputum ſi ſerpens guſtauerit, moritur. Vides quanta vis ieiunij ſit, vt ex ſputo ſuo ieiunus homo terrenum ſerpentem interficiat, quanto magis ergo ſerpentem ſpiritualem per ieiunij virtutem. [h] HIERONYMVS in epiſtola: Modicus ac temperatus cibus, et carni et animæ vtilis eſt. [i] IDEM: Nonnulli pudicam vitam appetentes in medio itinere corruunt, dum ſulam abſtinentiam carnium ſufficere putant, et leguminibus onerant ſtomachum. [k] IDEM: Parcus cibus et venter ſemper eſurieos triduanis ieiunijs præfertur: et multo melius eſt quotidie parum, quàm raro ſatis ſumere. Pluuia enim illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terram: ſubitus autem et nimius imber in præceps arua ſubuertit. [l] ISIDORVS de Summo bono: Abſtinentia et viuificat et occidit: viuificat animam, et corpus necat. [m] IDEM: Ieiunia cum operibus bonis Deo acceptabilia ſunt. Qui a cibis abſtinent, et praua agunt, dęmones imitantur, quibus eſca non eſt, et nequitia ſemper eſt. [n] IDEM: Spernitur à Deo ieiunium, quod in veſperum repletione ciborum reficitur. Neque enim reputanda eſt abſtinentia, vbi fuerit ventris ſaturitas ſubſecuta. [o] BERNARDVS in epiſtola: Obſeruandus eſt ſumendi modus et tempus, cibi quantitas, et qualitas: fugienda quoque ſunt ſuperflua et adulterina coodimenta. Obſeruandus eſt modus, vt non effundat, qui comedit, animam ſuam ſuper omnem cibum: tempus, ne ante horam: qualitas, qualibus vtitur: communitas, fraternitatis, excepta cauſa manifeſtæ infirmitatis. [p] IDEM in ſermonibus: Si gula ſola peccauit, ſola quoque ieiunet, et ſufficit: ſi vero peccauerunt et membra cetera, quare non ieiunent et ipſa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus eſt animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipſa, ſupple a propria voluntate. [q] IDEM: Ieiunium non ſolum eſt abolitio peccatorum, ſed extirpatio vitiorum: nec ſolum obtinet veniam, ſed meretur et gratiam: nec ſolum delet peccata præterita, quæ commiſimus, ſed etiam repellit futura, quæ committere poteramus.

a Aug. conf. li. 10. c. 31. ante med. to. 1. — b Idem de bono cõiug. c. 8. circa med. to. 6. — c Idẽ ſer. 230. de tẽp. ante med. to. 10. — d Idem ep. 86. ad Caſul. poſt med. to. 2. — e Chryſoſ. hom. 10. in act. Ap. prope fi. to. 3. — f Idem in Matth. op. imp. hom. 45. ante med. to. 2. — g Amb. in Exae. lib. 6. c. 4. cir. fin. to. 1. — h Hier. ep. 4. ad Ruſ. Monac. an. med. to. 1. — i Idem ep. 10. ad Fur. paule poſt med. to. 10. — k Ibid. poſt pauca. — l Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 44. ſen. 4. — m Ibidem ſent. 8. — n Ibidem ſent. 10. — o Ber. ep. de vita ſoli. cir. med. — p Idẽ ſer. 3. in quad. poſt med. — q Ibid. ſer. 4. ante med.

De Continentia tactus. Cap. XXXVII.

GRAGORIVS [r] in Moralibus: Nulla ſunt cetera bona, ſi occulti iudicis oculis, caſtitatis teſtimonio oon approbantur. [ſ] IDEM: Nulla eſt caſtitas carnis, quam noo commendat ſuauitas mentis. [t] IDAM in paſtorali: Quos oous licitum coniugij non grauat, nequaquam pondus illicitum terrenæ ſolicitudinis premat, ſed tanto eos paratiores dies vltima, quanto expeditiores inueniat: ne quo meliora agere vacantes poſſunt, ſed tamen negligunt, eo ſupplicia

r Greg. li. 21. Mor. c. 3. fere in prin. — ſ Ibid. lib. 6. Mor. c. 16. poſt med. — t Idẽ Paſt. in. p. 3. c. 2. admonit. 28. poſt med.

A deteriora mereantur. [u] IOEM in regiſtro: Cuſtodienda eſt mundiua corporis in ſtudijs bonę actionis. [x] AMBROSIVS de viduitate: Caſtitas ſolitudinem quærit: pudica ſecretum, impudica conuentum. [y] IDEM in epiſtola: Prima caſtitatis victoria, eſt facultatem cupiditatis vincere: quia lucri ſtudium, tentatio pudoris eſt. [z] AVOVSTINVS de virginitate ſancta: Sicut nemo impudice vtitur corpore, niſi ſpiritu prius concepta nequitia; ita nemo pudicitiam ſeruat in corpore, niſi ſpiritu prius inſita caſtitate. [a] IDEM de Eccleſiaſticis dogmatibus: Melior eſt continentia nuptijs, ſed ooo ſibi ſola ſufficit ad beatitudinem, ſi pro ſolo amore pudicitiæ retinetur: ſed ſi et cum

B affectu cauſa vacandi Domino eligitur: alioquio diuortium magis coniugium videbitur eſſe, quàm appetitus caſtitatis. [b] IDEM de ſoliloquijs: Quantum vxorem velis pingere, atque cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum, quàm concubitum eſſe decreui. Nihil enim ſentio, quod magis ex arce virtutis deijciat animum virilem, quam blandimenta feminea, corporumq. ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt. [c] IDSM de ciuitate Dei: Ita non admittitur corporis ſanctitas manente animi ſanctitate, etiam corpore oppreſſo, ſicut amittitur et corpo-

C ris ſanctitas, violata animi ſanctitate, etiam corpore intacto. [d] IDEM io epiſtola: Quidquid in carne nec commiſit, nec permiſit libido patientis, ſolius erit culpa facientis: omniſq. illa violentia non pro corruptionis turpitudine, ſed pro paſſionis vulnere reputabitur. IDAM: Pudicitiam. ſupra de conſenſu. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Omnes virtutes ſpirituales, res ſunt angelicæ, præcipue tamẽ caſtitas res eſt angelica: per hanc enim ſolum ſingulariter homines angelis ſimilantur, et vincitur natura virtutibus. [e] IDEM: Illa eſt glorioſa continentia, non quam tranſgredi non poteſt neceſſitas, vel debilitas corporis, ſed quam complectitur voluntas ſancti

D propoſiti. [f] HIARONYMVS in epiſtola: Grandis virtutis eſt et ſolicitæ diligentiæ, ſuperare quòd nata ſis in carne, oon tamen carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, et incluſum hoſtem Argi, vt fabulæ ferunt, centum oculis obſeruare. [g] IDEM: Magnus eſt pudicitiæ labor, ſed maius eſt præmium: temporalis cuſtodia, ſed remuneratio æterna. [h] ISIDORVS de Summo bono: Amanda eſt pulchritudo caſtitatis, cuius deguſtata delectatio dulcior inuenitur, quàm carnis. Caſtitas enim fructus eſt ſuauitatis, pulchritudo inuiolata ſanctorum: caſtitas ſecuritas mẽtis, ſanitas corporis. IDEM: Nequaquam in ſenectu-

E te. Infra lib. 4. de certamine. [i] IDEM in Etymologijs: Continens non ſolum in caſtitate dicitur, ſed et in cibo, et in potu, in ira qooque et vexatione mentis, et detrahendi libidine. Nam continens dicitur, quòd ſe a multis abſtineat. [k] CYPRIANVS de duodecim abuſionibus: Pudicitia nobilium ornamentum eſt, exaltatio humilium, nobilitas igoobilium, pulchritudo debilium, proſperitas laborantium, ſolamẽ mæſtorum, augmẽtum omnis pulchritudinis, decus religionis, defenſio criminum, multiplicatio meritorum, Dei creatoris omnium amica. [l] BERNARDVS in epiſtola: Quid caſtitate decorius, quæ mundum de

F immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, angelum denique de homine facit? Differunt quidẽ inter ſe homo pudicus et angelus, ſed felicitate oon virtute. Nam etſi caſtitas illius felicior, huius tamen cognoſcitur eſſe fortior. [m] IDEM: Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis, et loco, et tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. [*] IDEM in ſermonibus: Continendum eſt in veritate, quidam enim continent ex neceſſitate, non habentes aut loci aut temporis, aot inſtrumentorum oportunitatem: quidam ex vanitate, propter fauorem videlicet hominum, vel aliquod temporale commodum: quidam ex veritate, ſoli Deo placere cupientes.

u Idem regiſt. li. 7. indict. 2. c. 21 poſt med. — x Amb. li. de vid. poſt med. to. 4. — y Idem ep. li. 2. ep. 12. ante med. to. 3. — z Aug. de virg. ſanc. c. 8. to. 6. — a Idem de Eccl. dogm. c. 64. to. 3. — b Idem ſol. lib. 1. c. 10. to. 1. — c Idem de ciu. Dei. li. 1. c. 18. to. 5 — d Idem ep. 122. ad Victor. in fi. to. 2. — e Chryſoſ. homil. 32. oper. imp. poſt med. to. 2. — f Hier. ep. 10. ad Fur. ante med. to. 1. — g Idem ep. 14. ad Maur. fil. non longe a prin. to. 9. — h Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 40. ſenten. 5. — i Idem li. 10. etymol. ver. continent. — k Cyp. de 12. abuſ. c. 5. in fi. to. 3 — l Ber. ep. 42 ad Henr. Senon. Arch. an. med. — m Ibidem conſeq.

De

De Continentia viſus. Cap. XXXVIII.

a Greg. li. 21. Mor. c. 2. cir. med. b Ibidem c. 6.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Ne quædam lubrica in cogitatione verſemus, prouidendum nobis eſt, quòd intueri non decet, quod non licet concupiſci. [b] IDEM: Sancti viri cum ſiniſtra pulſari delectatione ſe ſentiunt, ipſa, per quæ formæ ſpecies ad mentem ingrediuntur, diſciplinæ magiſterio lumina reſtringunt, ne prauæ cogitationi viſio lenocinata famuletur.

c Aug. reg. 3. c. 21. co. 2.

[c] AVGVSTINVS in regula: Oculi veſtri, etſi iactantur in aliquam feminarum, in nulla figantur. Neque enim quando proceditis, feminas videre B prohibemini: ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle, criminoſum eſt.

d Idē cōf. li. 10. c. 34. co. med.

[d] IDEM de confeſſionibus: Reſiſto ſeductionibus oculorum meorum, ne implicentur pedes affectus mei, quibus ingredior viam tuam Deus meus, et erigo ad te inuiſibiles oculos meos, vt tu euellas de laqueo pedes meos.

e Idem de ve. et fal. pœn. c. 05. co. 4.

[e] IDEM de pœnitentia: Cohibeat ſe a ludis, a ſpectaculis ſæculi, qui perfectã vult conſequi gratiam remiſſionis. Nam Dina ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remanſiſſet, ab extraneo raptore corrupta non fuiſſet.

f Iſid. in ſyn. c. 1.

[f] ISIDORVS in ſynonymis: Tolle occaſionem peccandi, aufer materiam delinquendi: ſi vis eſſe a fornicatione tutus, eſto corpore, C et viſione diſcretus.

g Ibid. c. 6 poſt med. h Amb. li. 1. de offi. c. 18. co. 4.

[g] IDEM: Peccati pudore oculos tuos attollere erubeſce. Incede abiecto vultu, humiliato ore, depoſita facie. [h] AMBROSIVS de officijs: Eſt in oculis verecundia, vt nec videre viros femina pudica, nec videri velit.

i Idem in Luc. li. 4. c. 4. co. 8.

[i] IDEM ſuper Lucã: Quod non videris, non amabis, ſed vbi caro concupierit, compatientis quoque animi conſtantia defatiſcit, et mens conſortio amoris inflectitur.

k Ber. ep. de uita ſol. an. med. l Idem de 12. grad. humil. gradu. 1.

[k] BERNARDVS in epiſtola: Vt teipſum ſemper aſpicias, ab omnibus oculos auerte. [l] IDEM de duodecim gradibus: Vt quid audes oculos leuare ad cælum, qui peccaſti in cælum? Terram intuere, vt cognoſcas te D ipſum: ipſa te ibi repræſentabit, quia terra es, et in terram ibis. Duabus tamen cauſis inculpabiliter oculos leuas, vt petas auxilium a Deo, vel impendas proximo.

m Sen. ep. 69. ante med.

[m] SENECA in epiſtola: Qui deponere vult deſideria rerum omnium, quarum cupiditate flagrauerit, et oculos, et aures ab his, quæ relinquit, auertat.

De Continentia auditus. Cap. XXXIX.

n Greg. li. 7. Mor. c. 6. poſt med. o Aug. lib. de 10. chor. c. 4. poſt med.

GREGORIVS [n] in Moralibus: Neceſſe eſt, vt nec ad aures veniat, quod mens a cogitationis aditu vigilans repellat. [o] AVGVSTINVS de decem chor- E dis: Cur ambulamus delectati vanis canticis, nulli rei profuturis, ad tempus dulcibus, in poſterum amaris? Talibus enim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur, et decidunt a virtute defluẽtes in turpitudinem, et propter ipſas turpitudines poſtea ſentiunt dolores, et cum amaritudine digerunt, quod cum temporali delectatione, et dulcedine biberunt.

p Hier. ep. 105. quæ eſt præfa. in Ioſ. co. 3. q Idem ep. 14. ad Mar. fil. longe poſt med. co. 9.

[p] HIERONYMVS in epiſtola: Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos ſirenarum cantus, ſurda debemus aure tranſire. [q] IDEM: Semper linguam tuam de bonis loqui aſſueſce, et auditum tuum F ad bonorum magis laudem, quàm ad malorum vituperationem commoda.

r Ibid. paulo ante. ſ Iſid. in ſynon. c. 9. poſt med.

[r] IDEM: Non licet tibi alterius vituperationem patienter audire, quia nec ab alijs optas recipi tuam. [ſ] ISIDORVS in ſynonymis: Nulla aures tuas ſermonum impudicitia ſubrepat. Vanus ſermo cito polluit mentem, et facile agitur, quod libenter auditur. BERNARDVS: Verbum ſcurrile. Infra lib. 3. de ſtultiloquio.

De Clementia. Cap. XL.

t Greg. li. 22. Mor. c. 7

GREGORIVS [t] in Moralibus: Minor eſt virtus certaminis, foris quempiam videre mala, quæ ſuperet, et intus quod toleret non habere. Perfectæ A autem manſuetudinis, et clementiæ laus eſt, aduerſa perpeti, et exterius fortiter, et interius clementer.

u Aug. de ſer. Dom. in mon. lib. 1. c. 3. co. 4. x Idem ep. 53. ad Macod. ante med. co. 2. y Chryſoſ. oper. imp. hom. 9. ante med. co. 2.

[u] AVGVSTINVS in ſermone Domini in monte: Mitis eſt, qui cedit improbitatibus, et non reſiſtit in malo, ſed vincit in bono malum. [x] IDEM in epiſtola: Malis parce vir mitis et bone, et quanto melior es, tanto mitior eſto, et quanto ſis celſior poteſtate, tanto humilior ſias pietate. [y] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Manſuetus neque irritat malum, neque irritatur a malo, neque aduerſus eum præualet cauſa peccati, neque aduerſus alterum aliquando ex illo naſcitur cauſa peccandi: ſed magis B contentus eſt iniuriam pati, quàm facere.

z Ibid. poſt pauca. a Amb. in Luc. li. 6. c. 9. co. 3. b Iſid. in ſynon. c. 3. in fi. c Ibid. paulo ante.

[z] IDEM: Ille eſt vere manſuetus, qui cum nocitus fuerit ab alio, nec cogitat facere malum, nec facit. * IDEM ſuper Ioannem: Si cogitauerimus, quoniam non ei qui contriſtauit, ſed nobiſipſis largimur, cito dimittemus venenum iræ, et vindictæ. [a] AMBROSIVS in Lucam: Non habet vltionis ſtudium perfecta virtus, nec vlla eſt iracundia, vbi plenitudo eſt charitatis. [b] ISIDORVS in ſynonymis: Aufer a corde fraternam offenſionem, alienæ nequitiæ non ſerues dolorem. [c] IDEM: Supplici oranti veniam deprecare, petenti quoque tibi veniam, libenter indulge. * BEDA in C gloſſa. Luc. 9. Non ſemper in eos, qui peccant eſt vindicandum: quia numquam amplius prodeſt clementia tibi ad patientiam, lapſo ad correctionem.

d Sene. de clem. lib. 1. c. 22. e Ibid. c. 5. f Ibid. c. 20. g Ibid. c. 19.

[d] SENECA de clementia: Verecundiam peccandi facit ipſa clementia regentis. [e] IDEM: Magni animi proprium eſt, placidum eſſe tranquillumq. et iniurias atque offenſiones ſpernere. [f] IDEM: Clementem vocabo non in alieno dolore facilem, ſed eum, qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit: qui intelligit magni animi eſſe, iniurias in ſumma potentia pati, nec quicquam eſſe glorioſius principe impune læſo. [g] IDEM: Nullum clementia ex omnibus magis D quàm principem decet. Nam peſtifera vis eſt, valere ad nocendum.

De Modeſtia. Cap. XLI.

h Greg. regiſ. lib. 6. ind. 15. c. 203. i Ibid. li. 5. ind. 14. c. 131.

GREGORIVS [h] in regiſtro: Sic ea, quæ ſunt induſtriæ, foris exequor, vt ea, quæ intus amoris, et dilectionis ſunt, minime poſtponam. [i] IDEM: Omnia age blande, et dulciter, vt et actio tua diſcreta ſit, et lingua mitis. * IDEM: Cum curam rerum nobis neceſſitas imponit, quidam dum eas rapiunt ſolummodo tolerandi ſunt: quidam vero ſeruata charitate E prohibendi ſunt, non tamen ſola cura debet eſſe, ne noſtra ſubtrahant, ſed ne rapientes non ſua, ſemetipſos perdant.

k Amb. de off. lib. 1. c. 18. co. 4. l Ibid. paulo ante. m Ibidem c. 43.

[k] AMBROSIVS de officijs: Ne curſim ambulare honeſtum arbitror, niſi cum cauſa exigit alicuius periculi, vel iuſta neceſſitas. [l] IDEM: Magna virtus modeſtia, quæ cum ſit etiam ſui iuris remiſſior, nihil ſibi vſurpans, nihil ſibi vendicans, et quod modo intra ſuas vires contractior, diues eſt apud Deum. [m] IDEM: In modeſtia maxime tranquillitas animi, ſtudium manſuetudinis, moderationis gratia, honeſtatis cura, decoris conſideratio ſpectatur, et quæritur.

n Aug. reg. 3. c. 20. co. 1 o Idem de vit. bea. diſput. 3. poſt med. co. 10. p Ibid. poſt pauca. q Iſid. in ſynon. c. 9. cir. med. r Ber. in Cãt. ſer. 85 poſt med.

[n] AVGVSTINVS in regula: In inceſſu, ſtatu, F habitu, et in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cuiuſquam offendat aſpectum, ſed quod veſtram deceat ſanctitatem. [o] IDEM de vita beata: Modeſtia dicta eſt a modo, ſicut a temperie temperantia: Vbi autem modus eſt atque temperies, nec plus eſt quidquã, nec minus. [p] IDEM: Illud præclarum eſt, et non immerito diffamatur, vt hoc primum in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis. [q] ISIDORVS in ſynonymis: Profeſſionem tuam et habitu et inceſſu demonſtra. Sit in greſſu tuo ſimplicitas, in motu puritas, in geſtu grauitas, in inceſſu honeſtas. [r] BERNARDVS ſuper Cantica: Honeſtum, in quo animæ decorem locandum cenſuimus, diffiniatur: mentis ingenuitas, ſolicita ſeruare cum conſcientia bona famæ integritatem, vel

iuxta

A iuxta Apoſtolum, prouidere bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. [a] SENECA in epiſtola: Vita non eſt imperfecta, ſi eſt honeſta. [b] IDEM: Nihil honeſtum eſt, quod ab inuito coactoq. ſit. Omne honeſtum, voluntarium eſt. Admiſce illi pigritiam, querelam, tergiuerſationem, metum, quod habet in ſe optimum, perdit totum. [c] IDEM: Omne honeſtum, iniuſſum, incoactumq. eſt ſincerum, et nullo modo mixtum.

a Sen. ep. 99. ante med. b Idem ep. 66. ante med. c Ibid. poſt pauca.

De Iuſtitia. Cap. XLII.

GREGORIVS [d] ſuper Ezechielem: Quilibet peccator conuerſus in fletibus, iam iuſtus eſſe inchoat, cum cœperit accuſare, quod fecit. Cur enim iuſtus non ſit, qui contra ſuam iniuſtitiam iam per lacrymas ſæuit? [e] IDEM in regiſtro: Turpe eſt defendere, quod mihi prius non conſtiterit iuſtum eſſe: quia ego homines propter iuſtitiam diligo, non autem iuſtitiam propter homines poſtpono. [*] IDEM: Iuſtum eſt, vt viſitatores illic conſequantur ſtipendium, quo pro Chriſto ſuum commodare reperiuntur obſequium. C [f] IDEM in homilijs: Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa vero dedignationem: quamuis et iuſti ſoleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud eſt quod agitur typho ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. [g] AVGVSTINVS de mirabilibus ſacræ ſcripturæ: Perfecta iuſtitia hæc eſt; ſacerdotium, virginitas, et martyrium. Quæ triplex iuſtitia in Abel primo fuit, qui et munera Deo placita obtulit, proſapiam ſui generis in ſæculo non reliquit, et martyrij coronam ſanguinis effuſione promeruit. IDEM: Quantum mihi videtur. Supra lib. 1. de perfectis. [h] IDEM de vera religione: Hæc eſt perfecta iuſtitia, qua potius potiora, et minus minora D diligimus. [i] IDEM de ciuitate Dei: Hæc in vnoquoque iuſtitia eſt, vt Deus obedienti homini, animus corpori, ratio vitijs etiam repugnantibus imperet, vel ſubigendo vel reſiſtendo, atque vt ab ipſo Deo petatur, et meriti gratia et venia delictorum, ac de exceptis donis gratiarum actio perſoluatur. [k] AMBROSIVS de virginibus: Iuſtitia in alto quodam ſuggeſtu locata, videt exploratq. omnia, quæ alijs potius nota quàm ſibi, non tam ſuas vtilitates, quàm publica emolumenta rimatur. [l] BERNARDVS de conſideratione: Iuſtitia nec factura eſt vtique alteri, E quod ſibi fieri nolit: nec quod ſibi fieri velit, alteri negatura. In his nempe duobus liquet integrum eſſe iuſtitiæ ſtatum. [m] IDEM in epiſtola: Numquam iuſtus arbitratur ſe comprehendiſſe, nec vnquam dicit ſatis eſt: ſed ſemper eſurit, ſititq. iuſtitiam: ita vt ſi ſemper viueret, ſemper quantum in ſe eſt iuſtior eſſe contenderet, ſemperq. de bono in melius proficere totis viribus ſuis conaretur. [n] IDEM de contemptu: Panis animæ iuſtitia eſt, et ſoli beati qui eſuriunt illum: quoniam ipſi ſaturabuntur. Nimirum ad imaginem Dei facta eſt anima rationalis, et ceteris quidem omnibus rebus occupari poteſt, repleri F omnino non poteſt. [o] IDEM in ſermonibus: Iuſtitia virtus eſt, quod ſuum eſt, vnicuique tribuens. Tribue ergo tribus quæ ſua ſunt, redde ſuperiori, redde inferiori, redde æquali cuique quod debes. [*] IDEM: Habemus enim ante nos priores, poſt nos iuniores, a dextris amicos, a ſiniſtris inimicos. Reddamus ergo ſingulis quod ſuum eſt, prioribus obedientiam, iunioribus doctrinam, amicis lætitiam, inimicis patientiam. [p] GLOSSA: Iuſtitia eſt ſua vnicuique reddere, ſibi et proximis, et Deo. [q] TVLLIVS in rhetoricis: Iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata, ſuam vnicuique tribuens dignitatem.

d Greg. in Ezec. hom. 7. prope fi. e Idem regiſt. lib. 8. ind. 3. c. 58. cir. med. f Idē hom. 34. in euan ge. non longe a prin. g Aug. de mir. ſcrip. lib. 1. c. 3. to. 3. h Idem de ve. relig. c. 48. to. 1. i Idem de ciu. Dei. li. 19. c. 27. poſt med. to. 5. k Amb. de virg. lib. 3. poſt med. to. 4. l Ber. de conſid. ad Eug. lib. 1. poſt med. m Idē ep. 253. ad Abb. Garin. ante med. n Idem in declam. ſuper. Ecce nos, paulo ante med. o Idē. ſer. 3. in aduētu. Dom. ante med. p Gl. Mat. 5 q Tull. de inuen. li. 2.

De Obedientia bona. Cap. XLIII.

GREGORIVS [r] in Moralibus: Sola obedientia eſt, quæ fidei meritum poſſidet, ſine qua infidelis quiſque conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. [f] IDEM: Per obedientiam voluntas propria mactatur. Tanto igitur quiſque Deum citius placat, quanto ante eius conſpectum, repreſſa arbitrij ſui ſuperbia, gladio præcepti ſe immolat. [s] IDEM: Numquam per obedientiam malum fieri debet, aliquando autem debet per obedientiam bonum quod agitur, in B termitti. Neque enim mala in paradiſo arbor extitit, quam Deus homini, ne contingeret, interdixit. Sed, vt in melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creſceret, dignum fuerat, vt et hunc etiam a bono aliquo prohiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret, bonum eſſe cognoſceret, quanto a bono ceſſans, auctori ſuo ſe ſubditum humilius exhiberet. [u] IDEM: Notandum quòd dicitur: Ex omni ligno paradiſi edite, de ligno autem ſcientiæ boni et mali ne comederitis. Qui enim ab vno bono ſubiectos vetat, neceſſe eſt multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, ſi a C bonis omnibus omnino repulſa ieiunat. [x] IDEM: Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes ceteras menti inſerit, inſertasq. cuſtodit. [y] IDEM: Si obedientiæ palmam apprehendere nitimur, proſperis huius ſæculi ex ſola iuſſione, aduerſis autem ex deuotione militemus. [z] IDEM: Debet obedientia, et in aduerſis aliquid ex ſuo habere, et in proſperis aliquid ex ſuo omnino non habere: quatenus et in aduerſis tanto ſit glorioſior, quanto diuinæ ordinationi etiam ex deſiderio ſui iungitur: et in proſperis tanto ſit verior, quanto a præſenti ipſa, quam diuinitus percepit, gloria funditus mente ſeparatur. D [a] IDEM: Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt: non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. [b] IDEM in regiſtro: Penſate quantum cunctis expedit, ei quem nobis gratia diuina prætulit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiam præbere. [c] IDEM: Vide, vt omnia abſque imminutione cuſtodias: quia de his, quæ pro ſeruanda iuſtitia ſcribo, ego abſoluor, et tu ſi negligis, obligaris. [d] IDEM: In obedientia valde eſt vtile, ſi id, quod diſciplinæ vigor imponit, nullo cogente humilitas laudanda ſeruauerit. [e] IDEM ſuper Ezechielem: Ille recte loquitur, qui prius obedien E do fecerit, quæ loquendo admonet eſſe facienda. [f] IDEM: Mandata Dei pro iuſſione facere, ſeruientis et obedientis eſt: diligendo autem facere, obedientis et amantis eſt. [g] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Pax hominis et Dei, eſt ordinata in fide ſub æterna lege obedientia. [h] IDEM: Obedientia in creatura rationali, mater quodammodo eſt omnium cuſtoſq. virtutum. [i] IDEM de opere monachorum: Citius exauditur vna obedientis oratio, quàm decem milia contemptorum. [k] ISIDORVS de Summo bono: Non erit caro ſubiecta animæ, nec vitium rationi, ſi animus non eſt ſubiectus conditori. F Tunc autem recte ſubijciuntur nobis omnia, quæ ſub nobis ſunt, ſi nos ſubijcimur ei, a quo nobis illa ſubiecta ſunt. [l] HIERONYMVS in epiſtola: Bonum eſt obedire maioribus, parere perfectis, et poſt regulas ſcripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab alijs diſcere, nec præceptore vti peſſimo, ſcilicet præſumptione ſua. [m] IDEM: Seruias fratribus, hoſpitum pedes laues, paſſus iniuriam taceas, præpoſitum monaſterij timeas vt dominum, diligas vt parentem, credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit, nec de maioris ſententia iudices, cuius officium eſt obedire, et implere, quæ iuſta ſunt. [n] AMBROSIVS ſuper Lucam: Diſce homo Deo eſſe ſubiectus, vt non quod ipſe vis, eligas, ſed quod Deo ſcis eſſe placiturum.

CYPRIA-

r Greg. lib. 35. Moral. c. 10. ante med. f Ibidem non longe a prin. s Ibidem. u Ibidem. x Ibidem. y Ibidem. z Ibidem. a Ibidem. b Idem regiſt. lib. 2. indic. 11. c. 68. c Ibid. li. 2 ind. 9. c. 42. cir. fi. d Ibid. lib. 4. ind. 13. c. 52. e Idem in Ezec. hom. 10. ante med. f Ibid. poſt med. g Aug. de ciu. Dei. li. 19. c. 13. to. 5. h Ibidem li. 14. c. 12. i Idem de op. Mon. c. 17. to. 3. k Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 10. ſen ten. 11. l Hieron. ep. 8. ad Demet. poſt med. to. 1. m Idem ep. 4. ad Ruſ. Monac. poſt med. to. 10. n Amb. in Luc. li. 10. c. 22. to. 3.

a Cyp. de 12. abuſ. c. 3. in fi. to. 3

[a] Cyprianvs de duodecim abuſionibus: Obedientia, quæ omnium diſciplinarum mater eſt, magna exercitatione indiget, quæ ſui normam ſtudij a Chriſto Domino ſumpſit: qui obediens patri vſque ad mortem crucis, ignominiam libenter ſuſtinuit.

b Ber. de præcep. & diſpenſ. an. med.

c Ibid. poſt med.

[b] Bernardvs de præcepto, et diſpenſatione: Quidquid vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo, haud ſecus omnino accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus. [c] Idem: Generalis hæc regula teneatur, vt in difficilioribus quidem agendis, obedientia gratior, quàm grauior præuaricatio iudicetur: et in facilioribus minuſq. onerosis, contemptus damnabilior, quàm actus laudabilior æſtimetur. Idem: Nil me. Supra lib. 1. de prælatis bonis.

d Idē ep. 7. ad Adam Monach. ante med.

[d] Idem in epiſtola: Hoc aduertendum, quòd quædam ſunt pura bona, quædam pura mala, et in his nullam deberi hominibus obedientiam: quoniam nec illa omittenda ſunt, etiam cum prohibentur, nec iſta cum iubentur, committenda. Porro inter hæc ſunt media quædam, quæ pro modo, loco, tempore, vel perſona, et mala poſſunt eſſe, et bona: et in his lex poſita eſt obedientiæ, tamquam in ligno ſcientiæ boni, et mali, quod erat in medio paradiſi. In his profectò fas non eſt, noſtrum ſenſum ſententiæ præſcribere magiſtrorum: in his omnino prælatorum nec iuſſio, nec prohibitio contemnenda.

e Ibid. poſt med.

[e] Idem: O monachum obedientiſſimum, qui ex quibuſlibet ſeniorum verbulis ne vnum quidem iota prætereuolat, non attendit, quale ſit quod præcipitur, contentus, quia præcipitur: et hæc eſt obedientia ſine mora.

f Idem de-clam. ſup. Ecce nos. nõ longe a prin.

[f] Idem de contemptu mundi: Age eia age, qui relinquere omnia diſponis, te quoque primum inter relinquenda numerare memento: immo vero maxime, et principaliter abnega teipſum, ſi deliberas ſequi eũ, qui exinaniuit propter te ſemetipſum. * Idem in ſermonibus: Obedientia quinque partita eſt. Prima, opus rectum, quia non eſt obedientia contra Deum.

D

Secunda, voluntarium, quia quod fit ex neceſſitate, non eſt bonum. Tertia, purum, vt intentio pura ſit, quia ſi oculus ſimplex eſt, totum corpus lucidum eſt. Quarta, diſcretum, ne quid nimis, aut minus: qui enim rectè offert, ſi non rectè diuidat, peccat. Quinta, firmum, ideſt perſeuerans, quæ omnia claudit, et continet. Nullum enim bonum ſine perſeuerantia coronatur. Vt autem perſeuerantiam habeat murus obedientiæ, inhærere ſibi debent propugnacula patientiæ.

g Idem ſer. 3. in adu. Dom. ante med.

h Benedic. in Reg. c. 5. poſt med.

[g] Idem: Redde reuerentiam et obedientiã prælato, quarum altera cordis, altera corporis eſt. Nec enim ſufficit exterius obtẽperare maioribus noſtris, niſi ex intimo cordis affectu ſublimiter ſentiamus de eis. [h] Benedictus in regula: Obedientia tunc acceptabilis erit Deo, et dulcis hominibus, ſi quod iubetur non trepide, non tarde, non tepide, aut cum murmure, aut cum reſponſo nolentis efficiatur: quia obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur.

i Ibid. c. 71 in prin.

k Gloſ. interl. Gen. 17.

[i] Idem: Obedientiæ bonum non ſolum Abbati exhibendum eſt ab omnibus, ſed etiam ſibi inuicem obediant fratres, ſcientes per hanc obedientiæ viam ſe ituros ad Deum. [k] Glossa interlinearis: Obedientia eſt complenda ſine mora, et obſeruanda.

De Obedientia inaccepta. Cap. XLIV.

l Greg. regiſt. lib. 3. ind. 12. c. 48

m Idem li. 26. Mor. c. 20. circa med.

n Ibid. lib. 35. c. 10. ante med.

o Ibidem.

Gregorivs [l] in regiſtro: Apud nolentis animum, quamuis ſit euidens ratio non parendi, tamen hoc ipſum, quod non vult, obſtaculum obedientiæ eſſe ſolet. [m] Idem in Moralibus: Ille primus inobediens, mox vt ſuperbiendo peccauit, pudenda contexit: quia enim contumeliam ſpiritus Deo intulit, mox contumeliam carnis inuenit. [n] Idem: Cum huius mundi ſucceſſus præcipitur, cum locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat, ſi ad hæc etiam ex proprio deſiderio anhelat. [o] Idem: Ad detrimentum obe-

A

dientia ducitur, cum mentem ad ſuſcipienda probra huius ſæculi, nequaquam ex parte aliqua etiam ſua vota comitantur.

p Ibid. lib. 10. c. 17. ante med.

q Aug. conf. lib. 1. c. 12. to. 1.

r Ber. ep. 7 ad Adam Monach. ante med.

[p] Idem: Dignum profectò eſt, vt a Dei beneficijs ſit extraneus, cuius nimirum iuſſionibus non vult eſſe ſubiectus. * Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Quanto leuiora ſunt præcepta, tanto maius ſupplicium his, qui non obediunt. [q] Avgvstinvs de confeſſionibus: Nemo inuitus bene facit, etiam ſi bonum eſt, quod facit. [r] Bernardvs in epiſtola: Facere malum, quolibet etiam iubente, conſtat non eſſe obedientiam, ſed potius inobedientiam. [ſ] Idem: Extorta ſeu coacta licentia,

B

licentia non eſt, ſed violentia. Idem: Non vos felices. Supra de prælatis bonis.

ſ Idē ep. 87 ad Ogerium regu. te med.

t Idē ſer. 46. in Cant. cir. med.

u Idem de precep. & diſpenſ. an. med.

[t] Idem ſuper Cantica: Non dabit inobedienti copiam ſui, tantus obedientiæ amator, vt mori, quàm non obedire maluerit: ſed neque approbat tuæ contemplationis inane otium, qui dicit per prophetam: Laboraui ſuſtinens. Idem: Si in die ieiunij. lib. 3. de voluntate. Idem: A mandatis tuis intellexi. Infra lib. 4. de guſtu. [u] Idem de præcepto et diſpenſatione: Imperfecti cordis et infirmæ prorſus voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere: hæſitare ad ſingula, quæ iniunguntur: exigere de quibuſque rationẽ: et male ſuſpi-

C

cari de omni præcepto, cuius cauſa latuerit: nec vmquam libenter obedire, niſi cum audire contigerit, quod forte libuerit, aut cum non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. *Et infra*: Si iubente ſeniore, vt ſileam, verbum mihi forte per obliuionem elabitur, reum me fateor inobedientiæ, ſed venialiter. Si ex contemptu, ſciens, et deliberans ſponte in verba prorumpero, et rupero ſilentij legem, præuaricatorem me conſtituo, et criminaliter: et ſi impœnitens perſeuero vſque ad mortem, peccaui etiam damnabiliter.

x Idē ſer. 1. in conuerſ. s. Pau. poſt med.

[x] Idem in ſermonibus: Sic profectò, ſic multorum vſque hodie puſillanimitas et peruerſitas exigit, vt ab eis quæri oporteat, quid vis vt faciam tibi? Non ipſi quærunt: Domine quid me vis facere? Conſiderant nempe neceſſe habet miniſter et vicarius Chriſti, quid ſibi præcipi velit, non ipſe conſiderat quæ ſit voluntas præceptoris.

y Idē ſer. de trib. ordinib. Eccleſ. circa med.

z Sen. ep. 62.

[y] Idem: Qui vel aperte, vel occulte ſatagit, vt quod vult ipſe, hoc ei prælatus iniungat, ipſe ſe ſeducit, et fruſtra ſibi blanditur de obedientia. Non enim in ea ipſe prælato, ſed magis ei prælatus obedit. [z] Seneca in epiſtola: Qui imperia libens excipit, partem acerbiſſimam ſeruitutis effugit, ſcilicet facere quod nolit. Non qui iuſſus aliquid facit miſer eſt, ſed qui inuitus facit. Multa infra lib. 3. de ſtultiloquio in murmure.

E

De Oratione accepta. Cap. XLV.

a Greg. in Dial. lib. 1. c. 8.

b Idem regiſt. lib. 10. ind. 6. c. 3. circ. fi.

Gregorivs [a] in dialogis: Obtineri per orationem nequaquam poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerunt: ſed ea, quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, vt precibus obtineãtur. [b] Idem in regiſtro: Dominico die a labore terreno ceſſandum eſt, atque omni modo orationibus inſiſtendum: vt, ſi quid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem

F

ſeptimum, qui eſt reſurrectionis Dominicæ, precibus expietur.

c Idem lib. 23. Mor. c. 20. cir. fi.

d Idē hom. 27. ſ Euãg. poſt med.

e Aug. ep. 121. ad Prob. c. 10. to. 2.

[c] Idem in Moralibus: Veraciter orare, eſt amaros in compunctione gemitus, non compoſita verba, reſonare. Idem: Differre ſolet. Infra lib. 4. de deſiderio. [d] Idem in homilijs: Virtus veræ orationis eſt, celſitudo charitatis. Et tunc quiſque quod rectè petit, adipiſcitur, cum eius animus in petitione, nec inimici odio fuſcatur. [e] Avgvstinvs in epiſtola: Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. Nam multum loqui in orando, eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis. Multum autem precari, eſt ad Deum quem precamur, diuturna et pia cordis excitatione pulſare. Nam plerũque hoc negotium plus

gemitibus,

gemitibus, quàm ſermonibus agitur: plus fletu, quàm affatu. Talis enim oratio ponit lacrymas in conſpectu Dei, et gemitus noſter non eſt abſconditus abeo. [a] IDEM: Qui omnia per verbum condidit, in orationibus etiam humana verba non quærit. IDEM: Qui didicerunt a Domino Ieſu Chriſto mites eſſe et humiles, corde plus cogitãdo et orando proficiũt, quàm legendo et audiendo. [b] IDEM in ſermone: Dicimus: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. O ſapientia vera, et diuina prouidentia, quæ docuit, et panem ſolum petere, et hodie nominare. Hoc enim dicto, et auiditas cum auaritia tollitur, et humanæ vitæ inſinuatur incertum. IDEM: Quid eſt oratio, niſi B aſcenſio animæ de terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio ſupernorum inuiſibilium deſiderium? IDEM in meditationibus: Obſecro Domine, amaricatum eſt cor meum ſua deſolatione, in dulcora illud tua conſolatione. Obſecro Domine, quoniam eſuriens incœpi quærere te, non deſinam ieiunus: ad te famelicus acceſſi, ne recedam impaſtus: pauper veni ad diuitẽ, miſer ad miſericordem, ne redeam vacuus, et contẽptus, etſi antequam comedam ſuſpiro, da vel poſt ſuſpiria quod comedam. [c] IDEM de ciuitate Dei: Quãto eſt quiſque ſanctior et deſiderij ſancti plenior, tanto eſt eius in orando fletus vberior. [d] IDEM de C Eccleſiaſticis dogmatibus: Nullum credimos ad ſalutem, niſi Deo inuitante, venire: nullum inuitatum ſalutem ſuam, niſi Deo auxiliante, operari: nullum, niſi orantem, auxilium promereri. [e] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Sicut thimiamata bene confecta delectant hominem odorantem, ſic oratio iuſti ſuauis eſt ante Deum. Vis autem ſcire dignitatem eius? Mox, vt de ore proceſſerit, ſuſcipiunt eam angeli manibus ſuis, et offerunt ante Deum. [f] AMBROSIVS ſuper Beati immaculati: Pernoctabat in oratione Dominus Ieſus, non indigens præcationis auxilio ſed ſtatuens tibi imitationis exemplum. [g] D IDEM: Media nocte ait propheta, ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia iuſtificationis tuæ, et tu ſurge, vel media nocte, ſi non potes tota nocte vigilare. [h] ISIDORVS in ſynonymis: Pernocta in oratione et prece: incumbe nocturnis vigilijs, ad modicum clauſis oculis, rurſum ora. [i] IDEM: Omnibus malis præualet oratio. [k] IDEM de Summo bono: Fidei ſymbolum, et Dominica oratio pro tota lege paruulis Eccleſiæ ad cælorum regna ſufficit capeſſenda: omnis enim latitudo ſcripturarum in eadem oratione Dominica, et ſymboli breuitate concluditur. [l] E IDEM: Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit. [m] IDEM: Oratio cordis eſt, non labiorum, neque enim verba deprecantis Deus intendit, ſed orantis cor aſpicit. Quòd ſi tacite cor oret, et vox ſileat, quamuis homines lateat, Deum latere non poteſt, qui præſens eſt. [n] IDEM: Nomquam orandum eſt ſine gemitu. [o] IDEM: Qui vult cum Deo ſemper eſſe, frequenter debeat orare, frequenter et legere. Nam cum oramus, ipſi cum Deo loquimur, cum vero legimus, Deus nobiſcum loquitur. [p] IDEM: Oratio priuatis locis oportunius funditur, magiſq. obtentum impetrat, dum Deo tantum teſte depromitur. [q] F IOANNES Damaſcenus in libro ſuo: Oratio eſt aſcenſus intellectus ad Deum, vel petitio decentium a Deo. [r] BERNARDVS in epiſtola: Oratio eſt hominis Deo adhærentis affectio, et familiaris quædam et pia allocutio, et ſtatio illuminatæ mentis ad fruendum Deo quamdio licet. [ſ] IDEM: Dum manibus pectora, genibus pauimenta tunduntur, votis et deuotis precibus altaria cumulantur: dum ſordent genæ lacrymis, gemitibus atque ſuſpirijs mugiũt colla, et pro forenſibus cauſis, canticis ſpiritualibus ſacra tecta reſultant: nil ſupernis ciuibus magis ſpectare libet, nil regi ſummo iucundius exhibetur. [t] IDEM: Et ſi vocis virtus ſit opus, et operi tamen et voci, et gratiam et efficaciam promeretur oratio.

a Ibid. con ſeq.
b Idẽ e 26 de tẽp. ſer. med. to. 10.
c Idem de ciu. Dei. li. 20. c. 17. to. 5.
d Idem de Eccl. dog. c. 56. to. 3.
e Chryſoſ. oper. imp. homil. 13. poſt med. to. 2.
f Ambr. enarr. in pſ. 118. Octonar. 8. to. 2.
g Ibidem.
h Iſid. in ſynon. c. 4.
i Ibidem.
k Idem de ſum. bo. li. 3 c. 23. ſent. 1
l Ibid. li. 3 c. 7. ſent. 1.
m Ibidem ſent. 4.
n Ibid. ſen ten. 5.
o Ibidem c. 8. ſent. 2.
p Ibid. c. 7. ſent. 31.
q Damaſ. Ort. fid. lib. 3. c. 24.
r Bern. ep. de vita ſolitar. poſt med.
ſ Idem ep. 78. ad Sagger. abb. ante med.
t Idem ep. 201. ad Balduin. abb. verſ. fi.

A [u] IDEM ſuper Cantica: Credimus angelos ſanctos aſtare orantibus, et offerre Deo et preces et vota hominum, vbi tamen ſine ira, et diſceptatione leuari puras manus perſpexerint. [x] IDEM: Orando bibitur vinum ſpirituale lætificans cor hominis, vinum ſcilicet Spiritus ſancti, quod inebriat mentem, et carnaliũ voluptatum infundit obliuionem, humectans interiora arentis conſcientiæ, eſcas bonorum actuum digerit, et deducit per quædam animæ membra, fidem roborans, ſpem confortans, vegetans ordinanſq. charitatem, et impinguans mores. [y] IDEM: Vnicum in dubijs remedium ſeu refugium oratio eſt, et freB quens gemitus ad Deum, et vt quid, quando, et qualiter, facere nos velit Deus, aſſidue nobis monſtrare dignetur. [z] IDEM in ſermonibus: Millia millium miniſtrabant ei, et decies centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate debet accedere, a palude ſua procedens ranuncula? [a] IDEM: In omnibus actionibus noſtris, et obſeruantijs, multa opus eſt animi vigilantia, ſed præcipue in oratione. [b] IDEM: Licet omni hora, et omni loco, oculi Domini ſuper nos ſpeculentur: maxime tamen in oratione. Licet enim ſemper videamur, ſed tunc etiam præſentamus nos, et oſtenC dimus quaſi facie ad faciem, cum Domino colloquentes. [c] GLOSSA ſuper illud Matthæi: Et orauit tertio eumdem ſermonem, etc. Tribus vicibus Chriſtus orauit, vt et nos a peccatis præteritis veniam, et a præſentibus malis tutelam, et futuris periculis cautelam a Domino oremus. [d] SENECA in epiſtola: Sic viue cum hominibus tanquàm Deus videat: ſic loquere cum Deo, tamquàm homines audiant. [e] IDEM: Audacter roga Deum: nihil illum de alieno rogaturus es. Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde tunc corporis. Multa infra lib. 4. de deſiderio, de laudatione.

D

De Oratione inaccepta. *Cap. XLVI.*

GREGORIVS [f] in Moralibus: Graui mens noſtra confuſione, orationis ſuæ tempore, deprimitur: ſi hanc aut ſua operatio adhuc inquinat, aut alienæ malitiæ ſeruatus dolor accuſat. [g] IDEM in regiſtro: Vt ad aures Dei viam precibus faciatis, vigilantius ſtudendum eſt, vt veſtræ voces actibus adiuuentur. Nam inanis fit oratio, vbi praua eſt actio. AVGVSTINVS in ſermonibus: Qua fronte poſtulas quod promiſit Deus, cum non facis, quod inſſit Deus? E prius audi monitiones, et ſic exige promiſſiones. IDEM: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Nec pro eis eſt efficax oratio, quorum fides ſine operibus mortua eſt, ſed pro eis, quorum fides per dilectionem operatur. [h] ISIDORVS de Summo bono: Longe a Deo eſt animus, qui in oratione cogitationibus ſæculi fuerit occupatus. [i] IDEM: Mens qualem ſe in oratione offert, talem poſt orationem ſe conſeruet. Nam nihil proficit oratio, ſi denuo culpa committatur, vnde iam venia poſtuletur. [k] HIERONYMVS in epiſtola: Neſcio qua conſcientia ea lingua quis Deum roF gat, qua aut mentitur, aut maledicit, aut detrahit. Labia ſancta exaudit Deus, et ipſis cito annuit precibus, quas lingua immaculata pronunciat. [l] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Qui orat, et peccat, non orat Deum, ſed illudit eum. IDEM in ſermone: Tu non audis orationem tuam, et Deum vis audire precem tuam? Flecto, inquis, genua. Curuaſti quidem genua intus, ſed mens tua foris vagabatur: corpus tuum intus in Eccleſia, ſed animus tuus foras: os quidem loquebatur, ſed mens vſuras cogitabat. BEDA in homilijs: Eſt oratio quæ peccatum facit, ſed qui bene orat, orando quærit Deum, hic e terrenis ad ſuperiora progrediens verticem curæ ſoblimioris aſcendit: qui vero de diuitijs,

u Idem in Cant. ſer. 7 ante med.
x Ibid. ſer. 18. poſt med.
y Ibidem ſer. 57. poſt med.
z Idẽ ſer. de quatuor modis orandi poſt med.
a Ibidem poſt pauca.
b Ibidem.
c Gloſſ. in Mat. c. 26
d Sen. ep. 10. in fi.
e Ibidem ante.
f Greg. lib. 10. Mor. c. 11. poſt med.
g Idem regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 48
h Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 7. ſen. 8
i Ibidem ſent. 6.
k Hieron. ep. 14. ad Maur. fil. to. 9.
l Chryſoſt. oper. imp. hom. 15. ante med. to. 2.

uitijs, aut honore ſæculi, aut certe de inimici morte ſolicitus obſecrat, ipſe in infimis iacens, viles ad Deű preces mittit. [a] BERNARDVS ſuper Cantica: Quærentes aliquid, fruſtrari ſolent, cum aut videlicet non in tempore quærunt, aut non ſicut oportet, aut vbi oportet. IDEM: Oratio peccatoris. Infra lib. 3. de diſcordia. [b] IDEM: Miror valde impudentiam aliquorum, qui inter nos ſunt, qui cum omnes nos ſua ſingularitate turbauerint, ſua impatientia irritauerint, ſua inobedientia coinquinauerint: audent nihilominus ad tam fœdum conſcientiæ ſuæ lectulum, cum orationum inſtantia, totius puritatis Deum inuitare. Sed ſicut ſcriptum eſt, cum extenderitis manus veſtras auertam oculos meos, et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. [c] IDEM in ſermone: Timida oratio, cælum non penetrat: quia reſtringit animum timor immoderatus, vt omnino non dico aſcendere, ſed nec procedere queat. Tepida vero, in aſcenſu langueſcit, et deficit, eo quòd non habeat vigorem. Temeraria aſcendit quidem, ſed reſilit, reſiſtitur enim ei: nec tantum non obtinet gratiam, ſed meretur offenſam. Quæ vero fidelis et humilis, et feruens oratio fuerit, cælum ſine dubio penetrabit: vnde certum eſt, quòd vacua redire non poſſit. [d] SENECA in epiſtola: Tunc ſcito te omnibus cupiditatibus eſſe ſolutum, cum eo perueneris, vt nihil Deum roges, niſi quod rogare palam poſſis. Nunc autem quanta dementia eſt hominum, qui turpiſſima vota dijs inſuſurrant, ita ut ſi quis aurem admouerit, ſtatim conticeſcant, et quod ſcire hominem nolunt, Deo narrant?

a Bern. in Cāt. ſer. 75 ante med.
b Ibid. ſer. 46. circa med.
c Idē ſer. 4. de quadrag. prope fin.
d Sen. ep. 10. prope fin.

De Donis. Cap. XLVII.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Donum ſpiritus, quod in ſubiecta mente ante alia prudentiam, temperantiam, fortitudinem, et iuſtitiam format, eãdem mentem, vt contra ſingula quęque tẽtamenta erudiat, in ſeptem mox virtutibus temperat: vt contra ſtultitiam, ſapientiam: contra hebetudinem, intellectũ: contra præcipitationẽ, conſilium: contra timorem, fortitudinem: contra ignorantiam, ſcientiam: contra duritiam, pietatem: contra ſuperbiam, det timorẽ. [f] IDEM: Orandum eſt, ne ſapientia eleuet: ne intellectus, dũ ſubtiliter currit, aberret: ne conſilium, dum ſe multiplicat, confundat: ne fortitudo, dum fiduciam præbet, præcipitet: ne ſcientia, dum nouit et non diligit, inflet: ne pietas, dum extra rectitudinem inclinat, intorqueat; ne timor, dum plus iuſto trepidat, in deſperationis foueam mergat. [g] IDEM ſuper Ezechielẽ: Eſt timor in mente. Sed qualis iſte timor eſt, ſi cum eo pietas non eſt? Qui enim miſereri proximo ignorat, qui compati eius tribulationi diſſimulat: huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus eſt, quia non ſubleuatur ad pietatem. Sed ſæpe pietas per inordinatam miſericordiam errare ſolet, ſi forte pepercerit, quæ parcenda non ſunt. Peccata enim, quæ feriri gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ ſunt verbere corrigenda. Vt ergo vera et ordinata ſit pietas, ad gradum eſt alium ſubleuanda, id eſt ad ſcientiam, vt ſciat quid ex iudicio puniat, vel quid ex miſericordia dimittat. Sed quidẽ ſi ſciat, quid agere quiſque debeat, virtutem vero agendi non habeat, nihil valet. Scientia ergo noſtra creſcat ad fortitudinem, vt cum viderit quid agendum ſit, hoc agere per mentis fortitudinẽ poſſit. Sed ſæpe fortitudo, ſi improuida fuerit et minus contra vitia circumſpecta, ipſa ſui præſumptione in caſſum ruit. Aſcendat ergo ad conſilium, vt præuidendo præmuniat omne, quod agere fortiter poteſt. Sed conſiliũ eſſe non poteſt, ſi intellectus deeſt: quia qui non intelligit malum, quod agentem grauat, quo modo poteſt bonum dare conſilium, quod adiuuet? Itaque a conſilio aſcẽdamus ad intellectum. Sed quid ſi intellectus magno quidem acumine viget, et mode-

e Greg. li. 2. Moral. c. 27. ante med.
f Ibid li. 1. c. 19. et vet. 33.
g Idem in Ezec. hom. 19. ante med.

A rari ſe neſcit per maturitatem? Ab intellectu ergo, aſcendatur ad maturitatem. Aſcendamus ergo per intellectum ad ſapientiam, vt hoc quod accuratius intellectus inuenit, ſapientia mature diſponat. [h] IDEM: Per timorem Dei efficimur humiles, per pietatis ſtudium miſericordes, per ſcientiam diſcreti, per mentis fortitudinem liberi, per conſilium cauti, per intellectum prouidi, per ſapientiam maturi. * AVGVSTINVS ſuper Matthæum: Spiritus ſanctus operatione ſeptenaria commendatur, vt ſit in nobis ſpiritus ſapientiæ, et intellectus, conſilij, et fortitudinis, ſcientiæ, et pietatis, et timoris Dei. Huic ſeptenario bono,
B conſtitue econtrario ſeptenarium malum, ſcilicet ſpiritum ſtultitiæ et erroris, ſpiritũ temeritatis et ignauiæ, ſpiritum ignorantiæ et impietatis, et ſpiritum ſuperbiæ contra timorem Domini. Et ita alij ſeptem nequiores. Infra lib. 3. de ſimulatione.

h Ibidem cir. med.

De Beatitudine. Cap. XLIIX.

AVGVSTINVS [i] de moribus Eccleſiæ: Beatus quantum exiſtimo neque ille dici poteſt, qui nõ habet quod amat, qualecum que ſit: neque qui habet, quod amat, ſi noxium ſit: neque qui non amat, quod habet etiam ſi optimum ſit. Nam et qui appetit, et adipiſci non poteſt, cruciatur: et qui adeptus eſt, quod
C appetendũ non eſſet, fallitur: et qui non appetit, quod adipiſcendum eſſet ægrotat. [k] IDEM de libero arbitrio: Sicut tota vita corporis anima eſt, ſic beata vita animæ Deus eſt. [l] ISIDORVS de Summo bono: Quia ſine fide impoſſibile eſt Deo placere, vere beatus eſt, qui et recte credendo bene viuit, et bene viuẽdo fidem rectam cuſtodit. IDEM: Salus perſeuerantibus. Supra de perſeuerantia. [m] IDEM in etymologijs: Beatus dicitur quaſi bene auctus, ſcilicet ab habendo quod vellet, et non patiendo, quod nollet. Ille autem vere beatus eſt, qui et habet omnia quæ vult bona, et nihil vult male: ex his enim duobus bea-
D tus homo efficitur. [n] AMBROSIVS ſuper Lucam: Beatus pauper qui clamauit, et Dominus exaudiuit eum: pauper a crimine, pauper a vitijs, pauper in quo princeps mundi huius nihil inuenit, pauper illius pauperis æmulus, qui cũ diues eſſet, propter nos pauper factus eſt. Prima ergo beatitudo eſt, cum depoſuero omne peccatum, et exuero omnem malitiam, et ſimplicitate contentus fuero inops malorum. Supereſt igitur, vt mores meos temperem. Quid enim mihi prodeſt carere ſæcularibus, niſi fuero mitis atque manſuetus? Nam qui ſequitur viam rectam ſequitur vtique illum qui ait: Diſcite a me quia mitis
E ſum et humilis corde. *Et infra:* Mitiga affectum tuum vt non iraſcaris, aut certe iratus ne peccaueris, iuxta quod ſcriptum eſt: Iraſcimini et nolite peccare. Præclarum eſt enim motum temperare, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracundiam indignationemq. compeſcere, quàm omnino non iraſci, cum plerumque illud lentius, hoc fortius æſtimetur. Cum autem hoc feceris, memento quia peccator es, et lugeto peccata tua, et lugeto delicta. Et bene tertia beatitudo eſt peccata deflentis, quia Trinitas eſt, quæ peccata condonat. Ablue igitur te lacrymis, laua fletibus: ſi tu te ipſe fleueris, alius non te flebit. Nam ſi Saul fleuiſſet peccata ſua, Samuel eum non fleuiſſet. Et poſt pauca ſubdit: Depoſui peccatum, temperaui mores, delicta
F defleui, iam nunc eſurire incipio et ſitire iuſtitiam. Aeger enim dum in graui morbo eſt, non eſurit, quia ægritudinis dolor excludit famem. Et mox ait: Qui eſurit vtique virium quærit augmentum. Quod autẽ eſt maius virtutis incrementum, quàm norma iuſtitiæ? Iuſtitiam ſequitur miſericordia. Vnde dictum eſt: Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Sed qui miſericordiam defert, mercedem amittit, niſi mundo corde miſereatur. Nam ſi iactantiam quærit, nullus eſt miſericordiæ fructus.

i Aug li. 1. de mor. eccl. c. 3. to. 1.
k Idem de lib. arb. li. 2. c. 16. to. 1.
l Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 2. ſent. 1.
m Idē ety. li. 10. ver. beatus.
n Amb. in Luc. lib. 5. c. 6. to. 5.

Emunda

Emunda igitur interiora tuæ mentis. Sed niſi prius tu A interiora tua vacuefeceris ab omni labe peccati, ne diſſenſiones contentioneſq. ex affectu tuo prodeant, non potes alijs ferre medicinam. A temetipſo igitur pacem incipe, vt cum fueris ipſe pacificus, pacem alijs feras. Quomodo enim aliorũ potes corda mundare, niſi tuum ante mundaueris? *Et infra*: Qui autem patitur perſecutionem, in vltimo certamine conſtitutus probatur aduerſis, vt cum legitime certauerit coronetur. [a] BERNARDVS in ſermonibus: Videmus pauperes aliquos, qui ſi veram haberent paupertatem, non adeo puſillanimes inuenirentur, vtpote reges, et reges cæli. Sed hi ſunt, qui pauperes eſſe B volunt, eo tamen pacto vt nihil eis deſit: et ſic diligũt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur. Sunt et alij mites, ſed quamdiu nihil dicitur, vel agitur niſi pro eorum arbitrio. Patebit autem quàm longe ſint a mãſuetudine, ſi leuis oriatur occaſio turbationis. Hæc igitur mãſuetudo quomodo hereditabit terram promiſſionis, quæ ante hereditatem deficit? Alius quoque lugentes video, ſed ſi de corde puro, et conſcientia non ficta procederent illæ lacrymæ, non tam facile ſoluerentur in riſum. Nunc autem cum abundantius otioſa, et ſcurrilia verba profluant, quàm prius lacrymæ, lacrymas huiuſmodi de his eſſe non arbitror, qui- C bus conſolatio diuina promittitur: quandoquidem poſt illas tam facile conſolatio vilis admittitur. Alij tã vehementer contra aliorum delicta zelantur, vt videri poſſint eſurire, et ſitire iuſtitiam, quodquidem verum eſſet, ſi eſſet apud eos de ſuis quoque peccatis idem iudicium. Sed nunc pondus, et pondus, vtrumque abominatio eſt apud Deum. Nam contra alios tam imprudenter, quàm immaniter æſtuant, ſeipſos tã inſipienter, quàm inutiliter palpant. Sunt alij miſericordes, de his quæ ad ipſos non pertinent, qui ſcandalizantur, quòd non datur omnibus abundanter, ſic tamen, vt ipſi nec in modico quidem grauentur: qui ſi D vere miſericordes eſſent, de ſuo facere deberent miſericordiam. Et ſi non poſſent de terrena ſubſtantia, de voluntate ſaltem bona darent ijs, qui contra eos forte peccare viderentur, indulgentiã, darent vtique dulce ſignum, verbum bonum. *Et infra*: Sunt etiam qui peccata ſua ſic confitentur, vt videri poſſint ex deſiderio mundi cordis id agere, omnia enim in confeſſione lauantur, niſi quòd ea quæ ipſi dicunt alijs, ab alijs audire patienter non poſſunt. Sunt etiam alij, qui ſi viderint quempiam, vel leuiter ſcandalizatum, valde ſoliciti ſunt, quomodo in pacem eum reducere poſſint, et ob hoc viderentur pacifici, niſi quòd eo- E rum commotio ſi forte contra eos quidquam factum dictumve videbitur, tardius vniuerſis poterit difficiliuſq. ſedari: qui nimirum ſi vere pacem diligerent, haud dubium, quin eam primo quærerent ſibijpſis. [b] SENECA in epiſtola: Beatus non is eſt, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, ſed ille cui bonum omne in animo eſt, erectum et excelſum, et mutabilia calcans.

a Ber. ſer. 4. in aduēt. poſt med.

b Sen. ep. 45. poſt med.

De Eleemoſyna accepta. Cap. XLIX.

GREGORIVS [a] in homilia ſuper illud Luc. 16. Facite vobis amicos, *etc.* Si cæleſte patrimonium eleemoſynis emitur; pauperes non ſunt audiendi vt egeni, ſed vt patroni exorandi. [c] IDEM: Ad tribuendum pigri cur eſtis, quando hoc, quod iacenti in terra porrigitis, ſedenti in cælo datis? Dominus ait: Quidquid feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. [d] IDEM in Moralibus: Tunc plena eſt noſtri cordis compaſſio, cum malum inopiæ pro proximo ſuſcipere non metuimus, vt illum a paſſione liberemus. [e] IDEM: Rem quamlibet plerumque dat, etiam qui non compatitur, numquam autem qui vere compatitur, quod neceſſarium proximo conſpicit, A negat. [f] IDEM in paſtorali: Nonnulli huius mundi diuites, cum fame crucientur Chriſti pauperes, effuſis largitatibus nutriunt hiſtriones. Qui vero indigenti, etiam peccatori, panem ſuum non quia peccator, ſed quia homo eſt, tribuit, nimirum non peccatorem, ſed pauperem iuſtum nutrit. [g] ISIDORVS de Summo bono: Verum eſt quòd peccata omnia, miſericordiæ operibus expurgentur, ſed ſi iam caueat peccare, qui miſericordiam impartitur. * IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Melius ſeruatur pecunia, quæ in dextera pauperis collocatur: hanc mihi non calumniator extorquet, non inuidus criminatur, non latro B auferet, non fur nocturnus decipiet, non ſeruus fugã meditans inuadet, ſed ſemper eſt tuta, ſemper integra, ſemper ſalua. * IDEM: Mentem Deus miſericordem requirit, non pecuniæ quantitatem. * IDEM ſuper Ioannem: Eleemoſyna eſt quæ eſt ab omni eruta iniuſtitia, hæc omnia facit munda, hæc et ieiunio melior, et terræ lectulo, et nimirum difficiliora illa et laborioſa, ſed hæc lucrabiliter illuminat animam et impinguat, et bonam et ſpecioſam facit. * IDEM: Da indigenti, et non da ſaltanti, vt non cum tuis pecunijs, et tuam animam, et illius perdas: tu enim cauſa es perditionis illius. * AMBROSIVS in epiſtola: Miſericordia non C de meritis iudicare conſueuit, ſed neceſſitatibus ſubuenire, iuuare pauperem, non examinare iuſtitiam. * IDEM: Habe diues hypothecas inopum ſinus, habeas hypothecas viduarum domos, habeas hypothecas ora infantium orphanorum, vt dicatur tibi: Ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudem. [h] IDEM de officijs: Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, cõmendatur. Fide vt prius opereris circa domeſticos fidei. [i] IDEM: Non omnibus debemus miſericordiã, ſed quia plerique fraude eam quærunt et confingunt ærũnã, ideo vbi cauſa manifeſtatur, perſona cognoſcitur, tempus vrget, largius ſe debet profundere miſericor- D dia. [k] IDEM: Affectus diuitem collatorem, aut pauperem facit, et pretium rebus imponit. [l] IDEM: Si peregrinum ſub tectum tuum inducas, ſi ſuſcipias egentem, ille tibi acquirit ſanctorum amicitias, et æterna tabernacula. [m] IDEM: Aurum Eccleſia habet, vt nõ ſeruet, ſed vt eroget, et ſubueniat in neceſſitatibus. [n] IDEM ſuper Lucam: Tu qui putas te manum habere ſanam, caue ne auaritia, caue ne ſacrilegio contrahatur: extende ſæpius eam, extende eam ad illum pauperem, qui te obſecrat: extende vt proximum iuues, vt viduæ feras præſidium, eripias iniuriæ, quem vides iniuſtæ contumeliæ ſubiacere. * HIERONYMVS E in epiſtola: O quanta beatitudo pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris ſemper viuentia, et habere Dominum Deum debitorem! [o] AVGVSTINVS contra quinque hæreſes: Obſecutus eſt Lot Angelis, tamquam peregrinis conſuetudine hoſpitalitatis, liberatus a periculo ciuitatis, et temporale euaſit incendium, et æternum conſecutus eſt præmium. Diſcite ergo Chriſtiani ſine diſcretione exhibere hoſpitalitatem, ne ſi forte, cui domum clauſeritis, cui humanitatem denegaueritis, ipſe ſit Chriſtus. [p] IDEM in epiſtola: Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm ei panis fran- F gitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. [q] IDEM in ſermone: Redime te homo dum viuis, redime te ipſe dum potes, redime te inquam dum pretium in manibus habes, redime te ne dum te mors amara præuenerit, et vitam ſimul et pretium perdas. Sibi cauſa hoc vis dimittere vxori, quæ fortiſan alium habebit maritum. [r] IDEM: Qui ſibi aut præmium comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, redditis decimis de nouem partibus ſtudeat eleemoſynam dare. [ſ] IDEM: Si decimas non habes fructuũ terrenorum, quod habet agricola, quod te paſcit ingenium, Dei eſt: inde decimas expetit, vnde viuis, de militia, de negocio, de artificio tuo redde decimas. Aliud enim de terra repẽdimus, aliud

c Greg. homil. 40. cir. fin.

d Idem li. 20. Mor. c. 24. non longe a prin.

e Ibid. cir. fin.

f Idẽ Paſt. cu. p. 3. c. 1. admon. 20. cir. med.

g Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 64. ſent. 7.

h Amb. de off. li. 1. c. 30 ante. med.

i Ibid. paulo poſt.

k Ibid. poſt pauca.

l Ibid. c. 11 poſt med.

m Ibid. li. 2. c. 28. ante med.

n Idem in Luc. li. 5. c. 6. 10. 3.

o Aug. orat. de 5. hæreſ. c. 4. ante med.

p Idem ep. 42. ad Vincen. ante med. to. 2.

q Idẽ ſer. 219. de temp. poſt med. to. 10.

r Ibid. paulo poſt.

ſ Ibid. ante med.

a Ibidem ſer. 30. cir. med. *b Idem in Enchir. c. 72. prope ſi. et 73. in prin. to. 3.*

de tonſura ouium, et de lacte. [a] IDEM de pauperibus, et habebis theſaurum in cælo: non ſine theſauro remanebis, ſed quod habes in terra ſolicitus, habebis in cælo ſecurus. [b] IDEM in Enchiridione: Multa ſunt genera eleemoſynarum, quas cum facimus adiuuamur, vt dimittantur peccata noſtra. Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus quod in nos quiſque peccauit. Leo Papa in ſermone: Magna eſt eleemoſyna, quæ ardentium criminum globos, beneuolentiæ ſuæ fonte refrigerat: et quodam irriguo largitatis, obruit incendia delictorum, vt quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemoſynis, quem diſpoſuerat punire peccatis.

c Bern. ep. 107. ad Roga. Sic. reg.

[c] BERNARDVS in epiſtola: Vere beatus, qui intelligit, non ſuper cupidum, ſed ſuper egenum, et pauperem: illum, inquam, pauperem, qui inuite petit, et verecunde accipit, et accipiens glorificat patrem ſuũ, qui in cælis eſt. Multa infra libro quarto de connexione virtutum.

De Eleemoſyna inaccepta. *Cap. L.*

d Greg. regiſt. lib. 7. indic. 2. c. 110. ante med. *e Idem li. 22. Moral. c. 14. poſt med.* *f Iſid. in ſyn. c. 18. poſt med.*

GREGORIVS [d] in regiſtro: Quidquid in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei nõ placat iracundiam, ſed irritat. [e] IDEM in Moralibus: Quiſquis ſuper eam, cui aliquid tribuit faſtu ſe elationis extollit, maiorem culpam intrinſecus ſuperbiendo peragit, quàm extrinſecus largiendo, mercedem acquirit. [f] ISIDORVS in ſynonymis: Nihil proficit, alterum inde reficis, vnde alter maciẽ facis, condemnat miſeratio iſta, non propiciatur.

g Idem de ſum. bo. lib. 3. c. 64. ſen. 7. *h Aug. de ciu. Dei, lib. 2. c. 27. to. 5.*

A [g] IDEM de Summo bono: Non eſt eleemoſyna, quæ gloriæ magis cauſa, quàm miſericordiæ impartitur intuitu: quali enim intentione ab vnoquoque largitur, taliter et apud Deum recipitur. [h] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Sicut non fratri ſuo dicit fatue, qui cum hoc dicit, non ipſi fraternitati, ſed peccato eius infenſus eſt, alioquin reus erit gehennæ ignis: ita econtrario, qui porrigit eleemoſynam Chriſtiano, non Chriſtiano porrigit, ſi non in eo diligit Chriſtum.

i Idem in pſ. 42. prope ſin. to. 8.

[i] IDEM ſuper Pſalmos: Qui dat eleemoſynam, vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viſcera indigentis, et rem et meritum perdit.

B * AMBROSIVS ſuper Lucam: Hoſpitalem eſſe propter remunerationẽ, effectus auaritiæ eſt. IDEM: Qui miſericordiã defert, *etc.* Supra de beatitudine. * IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Non gaudent martyres, quando ex illis pecunijs, vel eleemoſynis honorantur, de quibus pauperes plorant. * IDEM: Qualis eſt iſta iuſtitia, munerare mortuos, et ſpoliare viuentes? de ſanguine miſerorum tollere, et Deo offerre? Illud non eſt Deo offerre, ſed violentiæ ſuæ ſocium

C facere Deum: ac ſi Deus oblatam ſibi pecuniam de peccato libenter accipiat, et conſentiat peccato.

k Bern. in Cãt. ſer. 71 poſt med.

[k] BERNARDVS ſuper Cantica: Non recipit Deus eleemoſynam de manu raptoris, ſeu feneratoris, ſed nec de hypocritæ quidem, qui cum facit eleemoſynam, facit tuba cani ante ſe, vt glorificetur ab hominibus.

CAPITA LIBRI TERTII PHARETRÆ.

De Voluntate. *Cap. I.*
De Remorſione. *Cap. II.*
De Stultiloquio. *Cap. III.*
De Occupatione. *Cap. IV.*
De Mutabilitate. *Cap. V.*
De Vagatione. *Cap. VI.*
De Curioſitate. *Cap. VII.*
De Negligentia. *Cap. IIX.*
De Securitate. *Cap. IX.*
De Dyndicatione. *Cap. X.*
De Recidiuatione. *Cap. XI.*
De Conſuetudine. *Cap. XII.*
De Obſtinatione. *Cap. XIII.*
De Deſperatione. *Cap. XIV.*
De Dilatione. *Cap. XV.*
De Voluptate. *Cap. XVI.*
De Carnalitate. *Cap. XVII.*
De Proſperitate. *Cap. XIIX.*
De Conſolatione. *Cap. XIX.*
De Ornatu. *Cap. XX.*
De Ingratitudine. *Cap. XXI.*
De Diſcordia. *Cap. XXII.*
De Malitia. *Cap. XXIII.*
De Crudelitate. *Cap. XXIV.*
De Simulatione. *Cap. XXV.*
De Familiaritate. *Cap. XXVI.*
De Propinquitate. *Cap. XXVII.*
De Obliuione. *Cap. XXIIX.*
De Ignorantia. *Cap. XXIX.*
De Stultitia. *Cap. XXX.*
De Credulitate. *Cap. XXXI.*
De Sapientia. *Cap. XXXII.*
De Doctrina. *Cap. XXXIII.*
De Honore. *Cap. XXXIV.*
De Zelo. *Cap. XXXV.*
De Arguitione. *Cap. XXXVI.*
De Remiſſione. *Cap. XXXVII.*
De Acceptione perſona. *Cap. XXXIIX.*
De Scandalo. *Cap. XXXIX.*
De Infamia. *Cap. XL.*
De Quatuor affectionibus. *Cap. XLI.*
De Timore. *Cap. XLII.*
De Dolore. *Cap. XLIII.*
De Confidentia. *Cap. XLIV.*
De Lætitia. *Cap. XLV.*
De Vita. *Cap. XLVI.*
De Miſeria. *Cap. XLVII.*
De Morte. *Cap. XLIIX.*
De Iuditio. *Cap. XLIX.*
De Damnatione. *Cap. L.*

PHARETRAE LIBER TERTIVS, IN QVO

De periculoſis agitur.

De Voluntate Caput Primum.

GREGORIVS [a] in Moralibus ſuper illod Iob: Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum, *etc.* Reprobi recta quidem deliberando appetunt, ſed ad conſueta ſemper mala recurrunt. *Et infra.* Bona quidem cupiunt, ſed a malis numquam recedunt. Eſſe quidem humiles, ſed ſine deſpectu: eſſe contenti proprijs, ſed ſine neceſſitate: pauperes eſſe volunt, ſed ſine defectu: eſſe caſti, ſed ſine maceratione corporis: eſſe patientes, ſed ſine contumelijs volunt. Cũq. adipiſci quærunt virtutes, ſed labores virtutum fugiunt, quid aliud quàm et belli certamina in campo neſciuot, et triumphare in vrbibus de bello concupiſcunt. [b] IDEM: Nequaquam homo ad prauam delectationem rapitur, niſi prius per voluntarias mentis tenebras infirmetur. [c] IDEM: Cum quis adhuc ex timore bona agit, a malo penitus non receſſit: quia eo ipſo peccat, quo peccare vellet, ſi inulte potuiſſet. [d] IDEM: Non intuetur Domious quantum quiſquã mali valeat facere, ſed quantum velit. Et cum deeſt poteſtas malefaciendi foris, apud ſe tamen tyrannus eſt, cui iniquitas domioatur intus. [e] HIERONYMVS in epiſtola: Tantum virtuti adijcies, quantum propriæ voluntati ſubtraxeris. [f] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Voluntas auerſa ab incommutabili, et communi bono, et conuerſa ad proprium bonum aut ad exterius, aut ad inferius peccat. Ad proprium bonum conuertitur, cum ſuæ poteſtatis vult eſſe: ad exterius autem, cum aliorum propria, vel quæcũque ad ſe non pertinent cognoſcere ſtudet: ad inferius, cũ voluptatẽ corporis diligit, atque ita homo ſuperbus, et curioſus, et laſciuus effectus excipitur ab illa vita, quæ in comparatione ſuperioris vitæ mors eſt. IDEM: Voluntas mala. Infra de quattuor affectionibus inordinatis. [f] IDEM de confeſſionibus: Ex voluntate peruerſa facta eſt libido: et dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: et dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. [g] IDEM in epiſtola: Nimis peruerſe ſe amat, qui alios vult errare, vt error ſuus lateat. [h] IDEM de vera religione: Nunc vſque adeo peccatum voluotarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum ſi non ſit voluntarium. [i] IDEM de Trinitate: Mala voluntate vel ſola, miſer quiſque efficitur: ſed miſerior poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis adimpletur. [k] IOEM de cathechizandis rudibus: In hac vita homines magnis laboribus requiem quærunt, et ſecuritatem, ſed prauis cupiditatibus ſeducti non inueniunt. Volunt enim requieſcere in rebus inquietis: nã ſi in diuitijs velit homo requieſcere, magis ſuperbus efficitur, quàm ſecurus. [l] IOEM de verbis Domini: Deus amiſſus mors animæ eſt: anima amiſſa mors corporis eſt: mors corporis neceſſaria, mors animæ voluntaria. [m] IOANNES Chryſoſtomus de militia ſpirituali: Scito, quia te nõ vincet natura corporis, neque ſtrangulabit inuitum: neque enim te obnoxium, et ſeruum faciet ex libero, niſi voluntaria tua declinatio. [n] IDEM ſuper Ioanem: Electionis, et propriæ volũtatis eſt omnis malitia hominis. [n] BERNARDVS ſuper Cantica: Si in die ieiunij mei inuenitur voluntas mea, non tale ieiunium elegit ſponſus, oec ſapit illi ieiuniũ meum, quod non lilium obedientiæ, ſed vitiũ propriæ voluntatis decorit. Ego et go non ſolũ de ieiunio, ſed de ſilentio, de vigilijs, de oratione, de lectione, de opere manuum, poſtremo de omni obſeruatione monachi, vbi inoenitur voluotas ſua in ea, et non obediẽtia magiſtri, idipſum ſentio. [o] IDEM de libero arbitrio: Duo ſunt, quæ iniuſtam comprobant voluntatem, vel cum peccare, vel cum impune peccaſſe libet. [p] IDEM in ſermonibus: Quid odit, aut quid punit Deus, præter propriam voluntatem? Ceſſet voluntas propria, et infernus iam non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in voluntatem propriam? [q] IDEM: Vnde ſunt ſcandala, et vnde perturbatio, niſi quòd propriam ſequimur voluntatem, et temere, quod voluerit ipſa, in corde noſtro definientes, ſi quomodo id prohiberi contingat, continuo in impatientiam, et murmurationem, et ſcandalum proni ſumus?

a Greg. li. 7. Moral. c. 12. ante med.
b Ibid. li. 4 c. 15. circa med.
c Ibid. li. 2 c. 11.
d Ibid. lib. 42. c. 20.
e Aug. de lib. arb. li. 2 c. 19. to. 1.
f Idem lib. 2. conf. c. 10 ante med. to. 1.
g Idem ep. 7. ad Marcel. non longe a prin. to. 2.
h Idem de ve. relig. 14 to. 1.
i Idem de Trin. li. 13 c. 5. to. 3.
k Idem de Cathec. rudib. c. 16. ante med. to. 4.
l Idem de verb. Dom. ſer. 6. ante med. to. 10.
m Chryſoſ. hom. de milit. ſpir. an. med. to. 1.
n Bern. in Cant. ſer. 71. verſ. fi.
o Idẽ trat. de grat. & lib. arb. poſt med.
p Idẽ ſer. 3. de Reſur. Domi. ante med.
q Idem in ſer. quomodo voluntas noſtra div. volunt. triplicitur ſubijci debeat cir. med.

De remorſu conſcientiæ. Cap. II.

GREGORIVS [r] in Moralibus: Dum nulla bonorũ operum confidentia fulcitur, intueri ſumma mẽs trepidat, quia ipſa ſe cõſcientia accuſat. [s] IOEM: Quiſquis a præceptis Dominicis diſcordat opere, quoties ea audit, vel legit, corde ſuo reprehenditur atque cõfunditur: quia id, quod non fecit, memoratur. Nam in quo ſe erraſſe conſidetat, ipſa ſe latenter conſcientia accuſat. [t] IOEM ſuper Ezechielem: Scriptura ſacra ei ſuauis eſt ad loquendum, cui interius impreſſa ad viuendum fuerit. Nam ſermo dulcedinem oon habet, quem vita reproba intra conſcientiam remordet. [u] ISIDORVS in ſynonymis: Nulla pœna grauior mala conſcientia. Vis autẽ numquam eſſe triſtis? bene viue. [x] IDEM de Summo bono: Omnia fugere poterit homo, præter cor ſuum: non enim poteſt a ſe quiſquam recedere. Vbicũque enim abierit, reatus ſui conſcientia illum non derelinquit. [y] IDEM: Abyſſus abyſſum inuocare, eſt de iudicio ſuæ conſcientiæ ire ad iudicium dãnationis æternæ. [z] AMBROSIVS de officijs: Quæ pœna grauior, quàm interioris vulnus conſcientiæ? Nonne hoc magis fugiendũ, quàm mors? quàm diſpendiũ? quàm exiliũ? quàm debilitas? quàm dolor eſt? [a] BERNARDVS de conſideratione: Vitioſus vitioſorũ conſcientias non refugit: et vbi omnes ſordẽt, vnius fœtor minime ſentitur. IOEM: An non inflationes. Supra lib. 2. de intelligentia. [b] IDEM in ſermonibus: Quis magis mortuus eo, qui portat ignem in ſinu; peccatum in conſciẽtia, nec ſentit, nec excutit, nec expaueſcit? IDEM: Qui conſcientias. Infra de mutabilitate. [c] SENECA in epiſtola: Quid prodeſt recondere ſe, et oculos hominum auresq. vitare? Bona cõſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt. Si honeſta, quæ facis, omnes ſciant: ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum, ſi contemnis hunc teſtem?

r Greg. lib. 16. Mor. c. 8 cir. med.
s Ibid. lib. 10. c. 5. fere in prin.
t Idem in Ez. 10. hom. 10. ante med.
u Iſid. in ſynon. c. 12. cir. med.
x Idem de ſum. bo. li. 2 c. 26. ſent. 2
y Ibidem ſent. 3.
z Amb. off. li. 3. c. 4. to. 4.
a Ber. li. 1. de conſid. verſ. fin.
b Idẽ ſer. 2. de reſur. Dom. ante med.
c Sen. ep. 43

De ſtultiloquio. *Cap. III.*

a Greg. li. 2. Moral. c. 14. b Ibid. li. 7. c. 17. in prin. c Ibid. li. 2. c. 7. d Ibidem li. 16. c. 1. e Idem li. 3. Dialog. c. 16. poſt med. f Iſid. de ſu. bo. lib. 2. c. 29. ſent. 17. et 18.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Stulte contra Deum loquitur, qui inter diuinæ animaduerſionis flagella poſitus, iuſtificare ſemetipſum conatur. [b] IDEM: Duo ſunt genera locutionum, importuna valde, et noxia generi humano. Vnum, quod curat etiam peruerſa laudare: aliud, quod ſtudet ſemper etiam recta corrigere. IDEM: Sicut plerique reticent. Infra de crudelitate. [c] IDEM: Apud homines cor ex verbis, apud Deum vero verba pĕſantur ex corde. [d] IDEM: Qui verba ſua metiri neſciunt, proculdubio ad otioſa dicta dilabuntur: in quibus ſi ſe minime reprehendunt, ſtatim ad noxia, et contumelioſa proſiliunt. [e] IDEM in Dialogis: Loquendo cum ſæcularibus fit, vt ab otioſis ad noxia, a leuibus ad grauiora veniamus, et os noſtrum ab omnipotenti Domino, tanto minus exaudiatur in prece, quanto amplius inquinatur ſtulta locutione. [f] ISIDORVS de Sũmo bono: Quadripartita eſt loquẽdi ratio: quia vel bonũ bene, vel malum male, ſeu bonũ male, ſeu malũ bene, profertur. Bonum quippe bene loquitur, qui ea quæ recta ſunt, humiliter annunciare videtur. Malum male loquitur, qui quodlibet flagitium perſuadere conatur. Bonum male loquitur, qui quodcumque rectum arroganter prædicare ſentitur. Malum bene C loquitur, qui aliquod narrando vitium deteſtatur, vt ab eo homines auertantur. * AVGVSTINVS ſuper Canonicam Iacobi: Lingua facilitatem habet motus, in vdo poſita eſt, facile in lubrico labitur: quanto illa citius, et facilius mouetur, tanto tu aduerſus illam fixus eſto.

De multiloquio.

g Greg. li. 10. Moral. c. 2. h Ibid. lib. 7. c. 17. ante med. i Id. Paſt. cur. p. 3. admoni. 15 et lib. 7. Mor. c. 17. k Idem in Ezec. hom. 12. poſt med. l Iſid. in ſyn. c. 9. ſi. m Ibidem paulo ante.

GREGORIVS [g] in Moralibus: Certum eſt quòd verboſus vir, iuſtificari nequeat. [h] IDEM: Mentis iuſtitia deſolatur, quando ab immoderata locutio- D ne non parcitur. [i] IDEM in paſtorali: Quia murum ſilentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, et cum ſe per multa verba extra ſemetipſam ejicit, apertam ſe totam aduerſario oſtendit, quam ille tanto ſine labore ſuperat, quanto et hæc eadem, quæ vincitur, contra ſemetipſam per multiloquium pugnat. In Prouerbijs dicitur: Sicut vrbs patens, et abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. [k] IDEM ſuper Ezechielem: Valde difficile eſt, vt qui multa loquitur, non etiam mentiatur. [l] ISIDORVS in ſynonymis: Loqui multum ſtultitia eſt, et vox inſi- E pientis in multiplicatione ſermonis. [m] IDEM: Multiloquium nõ declinat peccatum, fluuius enim exundans cito colligit lutum.

De nugis.

n Greg. li. 7. Moral. c. 17. circa med. o Amb. in pſ. 118. Octon. 22. ro. 8. p Iſid. in ſyn. c. 9. poſt med. q Idem de ſum. bo. lib. 2. c. 29. ſen ten. 3

GREGORIVS [n] in Moralibus: Otioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. IDEM: Qui verba. Supra eodem. [o] AMBROSIVS ſuper Beati immaculati: Non mediocre periculum eſt cum habeas tanta eloquia Dei et opera quæ fecit in Geneſi, in Exodo, in Leuitico, Numeris, Deuteronomio, Ieſu Naue, Iudicum, libro Regum atque Eſdræ, et quæ dixit, et F quæ fecit in euangelio, in actibus Apoſtolorum: ſi illis prætermiſſis loquaris quæ ſæculi ſunt, audias quæ vana ſunt, et otioſa. [p] ISIDORVS in ſynonymis: Sermo vanus, vanæ conſcientiæ index eſt. Mores enim hominis lingua pandit, et qualis ſermo oſtenditur, talis et animus comprobatur. [q] IDEM de Summo bono: Vani ſermones in ore Chriſtiani, non debent inueniri. Nam ſicut malos mores bona colloquia corrigunt, ita praua colloquia bonos mores

A corrumpunt. [r] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Omnis ſermo vanus, qui dicitur, immundo ſpiritu dictante profertur. * HIERONYMVS in epiſtola: Quidquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentium. [ſ] BERNARDVS in Apologia: Vobis conuenientibus in vnum, vt Apoſtoli verbis vtar, iam non eſt Dominicam cenam mãducare: panem quippe cæleſtem nemo eſt, qui requirat, nemo qui tribuat: nihil de ſcripturis ſacris quiſquam loquitur, nihil de ſalute agitur animarum: ſed nugæ, riſus, et verba multa proferuntur in ventum. [t] IDEM de præcepto et diſpenſatione: Stultiloquia, B et vaniloquia, nũquam niſi contra mandata Dei vſurpantur. Peccata quippe ſunt, et Deus prohibet omne peccatum, et tamen venialia, non criminalia reputantur: excepto, cum per contemptũ vertuntur in vſum, et conſuetudinem, et tunc non peccati ſpecies, ſed peccantis intentio penſatur. [u] IDEM de conſideratione: Fugienda otioſitas mater nugarum, nouerca virtutum. Inter ſæculares quippe nugæ ſunt, in ore ſacerdotis blaſphemiæ: interdum tamen ſi incidant ferendæ fortaſſis, referendæ numquam: magis interueniendum caute, et prudenter nugacitati. [x] IDEM: Conſecraſti os tuum Euangelio, nugis igitur iam os aperire illicitum eſt: aſſueſcere vero nugas loqui, ſacrilegum eſt. Labia ſacerdotis, ait propheta, cuſto- C diunt ſcientiam, et ex ore eius requirunt legem, non nugas, aut fabulas. [y] IDEM: Verbum ſcurrile ab ore procul ſit, et procul ab aure relegandum eſt. Fœde enim ad cachinnos moueris, ſed fœdius alios moues.

r Chryſoſt. oper. imp. hom. 11. ante med. ro. 2. ſ Ber. in Apol. ad Gul. Abb. poſt med. t Idem de precep. & diſpenſ. ante med. u Idem de conſid. li. 2. verſ. fi. x Ibid. paulo poſt. y Ibid. li. 2. cir. fi.

De iactantia.

z Greg. li. 8. Moral. c. 22. circa med. a Ibid. lib. 23. c. 8. b Ibid. lib. 26. c. 18. poſt med. c Id. Paſt. cu. p. 3. c. 5. admoniti. 9. ante med. d Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 24. ſent. 20. e Bern. de 12. grad. hum. gradu. 6.

GREGORIVS [z] in Moralibus: Procaces quique etiam nota iactanter proferunt: vt loquentes docti videantur. [a] IDEM: Eo ipſo ſuperbiens ab integritate ſalutis corruit, quo iactantia cuiuſlibet virtutis intumeſcit. [b] IDEM: Arrogantes ſi non inueniũt D voces hominum, quas inhianter expectant, ipſi ſcientiam ſuam laudantes prædicant. [c] IDEM in paſtorali: Eligit patiens quælibet mala perpeti, quàm per oſtentationis vitium bona ſua occulta foris publice cognoſci. At contra eligit arrogans, bona de ſe, vel falſa iactare, ne mala poſſit, vel minima perpeti. [d] ISIDORVS de Summo bono: Culpabiliter manus ad Dominum expandit, qui facta ſua iactanter prodit. [e] BERNARDVS de duodecim gradibus: Monachus iactator, aut loquetur, aut rumpetur. Plenus eſt enim ſermonibus, et coarctat eum ſpiritus vteri ſui: propterea ſitit, et afficit auditores, quibus ſuas iactet va- E nitates.

De excuſatione.

f Greg. hom. 19. in Euangel. ante med. g Idem li. 22. Moral. c. 9. fere in prin. h Ibid. li. 4. c. 19. in prin. i Ibid. lib. 22. c. 9. ante med. k Hieron. in Oſ. li. 2. c. 10. ro. 5. l Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 32. ſen ten. 2.

GREGORIVS [f] in homilijs: Sunt multi, qui prauitatem ſuã ex alienis prauitatibus tuentur. Quia enim alios talia feciſſe conſiderant, eadem facere ſibi licenter putant. [g] IDEM in Moralibus: Vſitatum humani generis vitium eſt, et latendo peccatum committere, et commiſſum negando abſcondere, et conuictum defendendo multiplicare. [h] IDEM: Sunt nonnulli, qui nequaquam deflent quod faciunt, ſed etiam laudare, et defendere non deſiſtunt. Et nimirum cum defenditur culpa, geminatur. [i] IDEM: Su- F perbiæ vitium eſt, vt quod de ſe fateri quiſque quaſi ſponte dignatur, hoc ſibi dici ab alijs dedignetur. [k] HIERONYMVS in originali ſuper Oſeam: Libenter vitijs noſtris applaudimus, et ſuperati voluptatibus, obtendimus carnis infirmitatem, aut dura maiorum imperia. IDEM: Nihil omnino agimus. Infra de conſolatione. [l] ISIDORVS de Summo bono: Eſt quorundam excuſatio peruerſorum, qui dum pro ſuis facinoribus arguuntur, verba iuſtorum pro cenſura declinanda abijciunt, reſeruantes ſe diuino iudicio,

cio, quo puniendi ſunt durius, dum temporaliter A contemnunt iudicari ab hominibus. [a] BERNARDVS ſuper Cantica: In animam peccat ſuam, qui ſe excuſat, dum arguitur, repellens proinde a ſe indulgentiæ medicinam, et ſic vitam ſibi intercludens æternam. [b] IDEM de duodecim gradibus: Multis modis fiunt excuſationes in peccatis, aut enim dicit, qui ſe excuſat, non feci, aut feci quidem, ſed bene feci: aut ſi male, non multum male: aut ſi multum male, non mala intentione. Si autem de illa velut Adam, et Eua conuincitur, aliena ſuaſione excuſate ſe nititur. [c] IDEM ſuper, Qui habitat: Omnes aliquando cadere neceſſe eſt, dum in hoc ſæculo detinentur: ſed alij B quidem colliduntur, alij non, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Verum hoc intereſt inter eorum caſus, quòd iuſtus ſuſcipitur a Domino, ideoque reſurgit fortior: iniuſtus autem cum ceciderit, non adijciet, vt reſurgat: immo vero, aut in pudorem noxiū, aut in impudentiam cadit. Aut enim excuſat, quod fecit, et hic eſt pudor adducens peccatū: aut fit ei frons meretricis, et iam nec Deum timet, nec homines reueretur. [d] AMBROSIVS in Apologia: Aliqui homines cum a ſacerdotibus corripiuntur, peccatum ſuum aggrauant, dum negare cupiunt, aut defendere. AVGVSTINVS: Nonnulli. Supra lib. 1. de C militibus. [e] GLOSSA: Malum eſt peccare, peius eſt perſeuerare, ſed pernicioſius eſt defendendo ſe in Deum culpam refundere.

a Bern. in Cant. ſer. 16. poſt med. b Idem de 12. grad. humil. gradu. 8. c Idem ſer. 2. ſup. Qui habitat. ante med. d Amb. in Apolog. 1. Dauid. c. 2. to. 4.

De accuſatione.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Inuidi dum bonum, quod vident, accuſare nequeunt, excæcati malitia, malum, quod non vident ad accuſationem quærunt. [f] ISIDORVS in ſynonymis: Nullum iudices ſuſpitionis arbitrio. Ante proba, et ſic iudica. Non enim, qui accuſatur, ſed qui conuincitur, reus D eſt. [g] AVGVSTINVS de ſermone Domini in monte: Accuſare vitia, officium eſt virorum bonorum, et beneuolorum.

e Greg. li. 6. Moral. c. 13. poſt med. f Iſid. in ſynon. l. c. 16. g Aug. de ſer. Dom. in mon. li. 2. c. 30. to. 4.

De murmuratione.

GREGORIVS [h] in Moralibus: Si iuſta placere Deo ſcimus: pati autem nulla, niſi quæ Domino placuerint, poſſumus: iuſta ſunt cuncta, quæ patimur. Vnde valde iniuſtum eſt, ſi de iuſta paſſione, et afflictione murmuramus. [i] IDEM: Qui contra ſuperpoſitam ſibi poteſtatem murmurat, liquet quòd illum E redarguit, qui eandem homini poteſtatem dedit. [k] IDEM in homilijs: Regnum cęlorum nullus murmurans accipit, nec vllus qui accipit, murmurare poteſt. [l] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Qui murmurat de periculo tentationis, murmurat de pręmio probationis. [l] BERNARDVS de conſideratione; Si is, qui murmurat, ſecundum animam mortuus eſt, qui ad murmurandum inſtigat, quo modo viuit? [m] IDEM in ſermonibus: Nihil ſic horrendum, vt murmur, et diſſenſio in congregatione monachorū. [n] IDEM: Si moleſte cœperis ſuſtinere, ſi iudicare prælatum, ſi murmurare in corde, etiam ſi exterius im- F pleas, quod iubetur, non eſt virtus patientiæ, ſed velamen malitiæ. [o] GLOSSA: Ignis iuſtæ vltionis in futuro illos excruciat, qui lingua inflammata a gehenna murmurant, et detrahunt.

h Greg. li. 2. Moral. c. 13. circa med. i Ibid. lib. 22. c. vlt. cir. fi. k Idem ho mil. 19. in Euang. cir. med. l Bern. de conſ. lib. 3. poſt med. m Idem in ſer. paenis ſer. 83. n Ibid. ſer. 3. de circūc. Dom. poſt med. o Gloſ. Nu me. 12.

De contentione.

GREGORIVS [p] in Moralibus: Culpabiliores eſſe ſolent hi, qui in contentione inchoant, quàm qui reſpondent. [q] IDEM in Paſtorali: Quiſquis in ſeminando iurgia dilectionem proximorum perimit, hoſti familiarius ſeruit. [r] IDAM: Hypochrita aſſumpto ſanctæ conuerſationis habitu filiorum ſuorum cuſtodiam deſerit, et temporalia quæque defendere, etiam iurgijs, quærit. [ſ] AVGVSTINVS in regula: Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis: ne ira creſcat in odium, et trabem faciat de feſtuca, et animam faciat homicidam. Sicut enim legiſtis: qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. [t] IDEM: Vobis a verbis durioribus parcite: quæ ſi emiſſa fuerint ex ore veſtro, non pigeat ex ipſo ore proferre medicamenta, vnde facta ſunt vulnera. [u] ISIDORVS in ſynonymis: Contentio faces odiorum accendit, pacem cordis contentio extinguit, concordiam contentio rumpit. [x] SENECA in epiſtola: Rixa eſt inter compotitores.

p Greg. lib. 26. Moral. c. 2. q Idē Paſt. 3. p. 3. admon. 24. r Idem li. 31. Moral. c. 8. paulo poſt prin. ſ Aug. reg. 3. c. 37. to. 1. t Ibidem c. 39. u Iſid. in ſynon. c. 9. ante med.

De conuiciatione.

GREGORIVS [x] in Moralibus: Sæpe praui dum ſuæ vitium fortitudinis ignorant, audenter aliorum rectitudinem lacerant: cumq. contra bonos ſibi auctoritatem increpationis arripiunt, aut ea bona proferunt quæ non videndo, ſed audiendo didicerunt, aut ea mala ab alijs mentientes ingerunt, quæ ipſi committunt. [y] IDEM: Sæpe qui in poteſtate ſunt, ad ſubiectorum paſſim contumelias erumpunt, et hoc, quòd inuigilantes regimini ſeruiunt, per linguæ procacitatem perdunt, minori ſcilicet rectitudine verba iudicis penſantes: quia qui ſine cauſa fratrē fatuum dixerit, gehennæ ſe ignibus adijcit. [z] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione cordis: Siue fatuum quis dixerit, ſiue vanum, ſiue latronem, ſiue quolibet alio nomine iniuriam, vel maledictum fratri ingeſſerit: ex quolibet horum vocabulo ſub maledicti titulo, gehennæ ignis ſupplicijs condemnatur. AVGVSTINVS: Quicumque conuitio. Supra in capite de ſatisfactione. lib. 2. [a] HIERONYMVS in epiſtola: Nec ſibi quiſquam de corporis caſtitate ſupplaudat, cum de verbo otioſo, quodcumque locuti fuerint homines, redditurí ſint pro eo rationem in die iudicij: cum etiam homicidij ſit reatus conuicium in fratrem. [b] BERNARDVS in epiſtola: Ego plagis conſcientiæ meæ nullum iudico accōmodatius medicamentum, probris et contumelijs: non eſt proinde, quòd pro me moueat, homuncio omni opprobrio dignus, et deſpectione.

x Greg. li. 8. Moral. c. 23. circa med. y Ibid. li. 5. c. 8. ante med. z Chryſ. de compun. cor. li. 1. longe an. med. to. 5. a Hieron. epiſt. 1. ad Helliod. to. 1. verſ. fin. b Ber. ep. 280. ad Eug. PP. ante med.

De deriſione.

GREGORIVS [c] in Moralibus: Timendum eſt ne etiam nobis cadentibus ſurgat, qui a nobis ſtantibus irridetur, quamuis ſtare iam non nouerit, qui non ſtantem nouerit irridere. [d] IDEM: Illum facit humana deriſio Deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocentia ſeruat alienum.

c Greg. lib. 25. Mor. c. 8 ant. med. d Ibid. lib. 10. Moral. c. 15.

De maledictione.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Aliter maledictū profertur prætextu iuſtitiæ: aliter liuore vindictæ. [f] IDEM: Cum ſancti viri maledictionis ſententiam proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, ſed ex iuſtitia examinis erumpunt. [g] IDEM: Qui maledictionibus inimicum impetunt, quid aliud in illo Deum facere volunt, niſi quod ipſi aut facere nequeunt, aut erubeſcunt? [h] IDEM in regiſtro ad quēdam Archiepiſcopum: Nil te oſtendis de cæleſtibus cogitare, ſed terrenam te cogitationem habere ſignificas: dum pro vindicta propriæ iniuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictum anathematis inuexiſti. [i] IDEM in Dialogis ſuper illud: Neque maledici regnum Dei poſſidebunt. Penſa quàm grauis eſt culpa, quæ ſeparat a regno cæleſtis vitæ. [k] AVGVSTINVS de conflictu vitiorum, et virtutum: Quid de illis dicendum eſt, qui furore cæcitatis, vſque ad verba prorumpūt maledictionis, niſi hoc quod Apoſtolus

e Greg. li. 4 Mor. c. 4. f Ibidem. g Ibid. lib. 22. c. 6. cir. fi. h Idem regiſt. lib. 2. indic. 10. c. 34. i Idem li. 3. Dialog. c. 15. circa med. k Aug. de conf. vit. & virt. c. 9. to. 9.

ſtolus ait: Neque maledici regnum Dei poſſidebunt?
[b] Et in prouerbijs: Maledictum fruſtra prolatum, in
quempiam deuoluetur. Interlinearis: In profe-
rentem. Ibidem Gloſſa: Eſt aliquid maledictum
iuxta diuinam iuſtitiam, vt excommunicatio. [c] Io-
annes Chryſoſtomus de compunctione: Chriſtus
orare nos pro calumniantibus iubet: nos autem inſi-
dias, et dolos etiã amicis concinnamus. Chriſtus ma-
ledicentibus benedicere iubet: nos autem e contra-
rio, aut priores maledicimus, aut maledictis alterius,
multiplicata maledicta reſtituimus.

b Gloſ. inter. prouer. 26.
c Chryſ. de comp. cord. lib. 1. ante med.

De detractione.

Gregorius [d] ſuper Ezechielem: Peruerſorum
derogatio, vitæ noſtræ approbatio eſt: quia iam
oſtenditur aliquid iuſtitiæ nos habere, ſi illis diſpli-
cere incipimus, qui non placent Deo. Idem: Ne
immoderatis. Infra de infamia. [e] Isidorus in ſy-
nonymis: Detractio graue crimen eſt, detractio gra-
uis damnatio eſt. [f] Idem: Numquam detrahes ſi
te bene perſpexeris. Idem: Erit ille apud Deum.
Infra de crudelitate. [g] Ioannes Chryſoſtomus
in ſermonibus: Ad condemnandum ceteros, omne
C vitæ noſtræ tempus abſumimus, a quo vitio neque ſæ-
culi hominem, neque monachum vllum facile inue-
nias liberum. [h] Hieronymus in epiſtola: Quia
homines ſumus, et interdum contra annorum matu-
ritatem, puerorum vitijs labimur. Si me vis corrigi
delinquentem, aperte increpa, tantum ne occulte
mordeas. [i] Bernardus ſuper Cantica: Vnus eſt
detractor, qui loquitur, et vnum tantum verbum
profert: et tamen illud vnum verbum, vno in mo-
mento, multitudinis audientium aures inficit, ani-
mas interficit. [k] Idem de conſideratione: Detra-
here, an detrahentem audire, quid horum damnabi-
D llus ſit, non facile dixerim. [l] Anselmus de ſimi-
litudinibus: Tria ſunt genera homicidij, quæ pari
plectuntur pœna, interfectio hominum, detractio
proximorum, odium fraternum. [m] Idem: Detractio
eſt, quoties quis aliquid ea intentione de aliquo dicit,
vnde ipſe minus amari, vel appretiari poſſit.

d Greg. in Ezec. hom. 9. an. med.
e Iſidor. in ſyn. c. 10.
f Ibid. paulo poſt.
g Eſt apud Chryſ. de cõpunc. cor. lib. 1. ante med. to. 5.
h Hieron. epiſt. 4. ad Ruſt. poſt med. to. 1.
i Bern. in Cant. ſer. 24. ante med.
k Idem de conſid. li. 2. prope fi.
l Anſel. de ſimil. c. 147
m Ibidem. c. 149.

De adulatione.

Gregorius [n] in Dialogis: Moris eſt, vt occu-
pato in multis animo, adulatio valde ſubrepat, ſi
ab ipſo cordis oſtio nequaquam fuerit citius repulſa.
E [o] Idem in regiſtro: Nec nouum, nec reprehenſibi-
le eſt in eligendo Epiſcopo, populi ſe vota in duas
partes diuidere, ſed graue eſt, quando in huiuſmodi
cauſis, non ex iudicio, ſed ex ſolo fauore adulationis
venit electio. * Idem in homilijs: Vix pro culpa ſua
quempiã aperta voce reprehendimus: et adhuc quod
eſt grauius, aliquando ſi perſona in hoc mundo po-
tens ſit, eius forſitan et errata laudantur, ne ſi auerta-
tur per iracundiam, munus ſubtrahat, quod impen-
debat. [p] Ambrosius de officijs: Non eſt vera
amicitia, vbi eſt fallax adulatio. [q] Idem: Proſpicien-
dum eſt, ne adulantibus aperiamus aurem. Emolliri
F enim adulatione, non ſolum fortitudinis non eſſe,
ſed etiam ignauiæ videtur. [r] Augustinus de quæ-
ſtionibus veteris, et noui Teſtamenti: Adulator eſt,
qui ideo dat conſenſum, ne offendat eum, quẽ optat
habere propitium. [s] Idem de Trinitate: Si inimi-
cus inſultat, ferendus eſt. Amicus autem ſi errat, do-
cendus eſt: ſi docet, audiendus. Laudator vero, et
errans confirmat errorem, et adulans illicit in erro-
rem. [t] Hieronymus in Gloſſa Matthæi: Rigida vi-
ta, et prædicatio vera declinare debet mollium pala-
tia, quæ frequentant mollibus induti adulantes, qui
ponunt puluinaria ſub cubito, qui vitam palpant pec-
cantium, non pungunt, vt vel ſic aliquid venentur.
Bernardus: Habet vera. Infra lib. 4. de amicitia.

n Greg. li. 2. Dial. c. 4. cir. med.
o Idem re giſt. lib. 8. ind. 3. c. 40 in prin.
p Amb. off. lib. 3. c. 16. poſt med. to. 4.
q Ibid. lib. 1. c. 42.
r Aug. de q. vet. et no. Teſt. q. 11. to. 4.
s Idem de Tri. li. 2. nõ lõge a prin. to. 3.
t Hiero. in Matth. li. 1 c. 11. to. 6.

A [u] Glossa ſuper Pſalmos: Plus nocet lingua adu-
latoris, quàm manus perſecutoris. [x] Seneca in
epiſtola: Illud præcipue nos impedit, quòd cito no-
bis placemus, ſi inuenimus, qui nos bonos viros di-
cat, qui prudentes, qui ſanctos, et non ſumus.

u Gloſ. in pſ. 69.
x Sen. ep. 60. circa med.

De ſuggeſtione.

Gregorius [y] ſuper Ezechielem: Hi, qui alios
ad iniquitatem ſuadendo pertrahunt, in ſemeti-
pſis miniſterium dæmonum ſuſcipiunt. [z] Hiero-
nymus in epiſtola: Cum de aliquibus, qui ſanctũ
B nomen profitentur, aliquid criminis, vel falſi ſonue-
rit, vel veri patuerit, inſtant mali, ſatagunt, ambiunt,
vt de alijs omnibus hoc credatur. [z] Isidorus de
Summo bono: Deteriores ſunt, qui ſiue doctrinis,
ſiue exemplis vitam moreſq. bonorum corrumpunt,
his, qui ſubſtantias aliorum prædiaq. diripiunt.

y Greg. in Ezec. hom. 2. longe ante med.
z Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 32. ſent. 5.

De turpiloquia.

Hieronymus [a] in epiſtola: Non flagito lin-
guæ nitorem, ſed animæ puritatem. Apud Chri-
ſtianos enim ſolœciſmus eſt, et magnum vitium, tur-
C pe quid vel narrare, vel facere. [b] Bernardus in
ſermonibus: Dum otioſa tamquam minima ſperni-
mus, ad turpia interdum, et inhoneſta dilabimur.

a Hiero. li. aduer. Heluid. longe vltra med. to. 2.
b Ber. ſer. de triplici genere cogitationũ prope fi.

De mendacio.

Gregorius [c] in Moralibus: Deus menda-
cio noſtro non eget, quia veritas fulciri non
quærit auxilio falſitatis. [d] Idem: Summopere ca-
uendum eſt omne mendacium: quamuis nonnum-
quam ſit aliquod genus mendacij culpæ leuioris, ſci-
licet, ſi quiſquam beneficium præſtando mentiatur.
D [e] Idem: Incaute ſunt humiles, qui ſe mendacio illa-
queant, dum arrogantiam vitant: immo mentiendo
ſuperbiunt, qui contra veritatem ſe erigunt, quam
relinquunt. Idem: Quiſquis expoſitor. Infra lib. 4.
de doctrina. [f] Isidorus in ſynonymis: Caue mẽ-
dacium in omnibus: mendacio enim fides tollitur, er-
ror inducitur, veritas aboletur. Nullum mendacium
poteſt eſſe iuſtum. [g] Idem de Summo bono: Te-
ſtis falſidicus, tribus eſt perſonis obnoxius. Primum
quidem Deo, quem periurando contemnit: conſe-
quenter iudici, quem mentiendo fallit: poſtremo
innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. [h] Idem:
E Nonnumquam peius eſt mendacium meditari, quàm
loqui: nam interdum quiſque incautus ſolet ex præ-
cipitatione loqui mendacium: meditari autem non
poteſt niſi per ſtudium. [i] Augustinus in enchi-
ridione: Vtique verba propterea ſunt inſtituta, non
per quæ inuicem ſe homines fallant: ſed per quæ
in alterius quiſque notitiam cogitationes ſuas perfe-
rat. [k] Idem: Mihi videtur omne mendacium eſſe
peccatum quidem: ſed multum intereſſe quo animo,
et de quibus rebus quiſque mentiatur. [l] Idem:
Omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe peccatum,
quia homo non ſolum quando ſcit ipſe, quid verum
F ſit: ſed etſi quando errat, et fallitur ſicut homo, hoc
debet loqui quod animo gerit: ſiue illud verum ſit,
ſiue putet, et non ſit. [m] Idem in libro de mendacio:
Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis, cum intentio-
ne fallendi. [n] Idem de vera religione: Ineſt omni
mentienti voluntas fallendi, etiam ſi ei non credatur.
[o] Idem de doctrina Chriſtiana: Nemo mentiens, in eo
quod mentitur ſeruat fidem. Nam hoc vult vtique,
vt cui mentitur ſibi fidem adhibeat, quam tamen ei
mentiendo non ſeruat. Omnis autem fidei violator
iniquus eſt.

c Greg. lib. 18. Mor. c. 03. circa med.
d Ibid. li. 8 c. 4. non lõge a prin.
e Ibid. lib. 26. c. 3.
f Iſid. in ſynony. c. 10. cir. prin.
g Idem de ſum. bo. li. 3 c. 39. ſen. 2.
h Ibid. li. 2 c. 30. ſen. 6.
i Aug. in Ench. c. 22. to. 3.
k Ibidem. c. 18.
l Ibidem. c. 22.
m Idẽ con. mend. ad Conſent. c. 12. in fin. to. 4.
n Idem de ve. relig. c. 33. to. 1.
o Idem de Doc. Chriſ. lib. 1. c. 36. to. 3.

De iuratione.

a Aug. lib. mend. ad Conſ. c. 28. to. 4.

AVGVSTINVS [a] de mendacio: Dico vobis non iurare omnino, ne ſcilicet iurando ſemel ad facilitatem iurandi veniatur, ex facilitate ad conſuetudinem, et ex conſuetudine in periurium decidatur. * IDEM ſuper canonicam Iacobi: Falſa iuratio exitioſa eſt, vera iuratio pericuſoſa, nulla ſecura. * IDEM: Quàm graue peccatum eſt periurare, compendium tibi dedit ſcriptura dicens: Noli iurare. * IDEM: Periurium præcipitium eſt: qui iurat, iuxta eſt: qui non iurat, longe eſt: qui verum iurat, non peccat, ſed prope eſt ad peccatum: ſed qui non iurat non peccat, et longe eſt a peccato. * IDEM: Qui iuramentum exigit ab alio, multum intereſt ſi neſcit illum falſum iuraturum, an ſcit. Si enim neſcit, et ideo dicit iura mihi, vt fides ei fiat, non audeo dicere eſſe peccatum, tamen humana tentatio eſt. Si autem ſcit, et cogit eũ iurare, homicida eſt: ille enim ſuo periurio ſe perimit. [b] IDEM in epiſtola: Sine dubio minus malum eſt per Deum falſum iurare veraciter, quàm per Deũ verum iurare fallaciter. Quanto enim, per quod iuratur, magis eſt ſanctum: tanto magis eſt pœnale periurium.

b Idem ep. 154. ad Publ. ante med. to. 2.

De blaſphemia.

c Greg. lib. 1. Moral. c. 19. in prin.
d Ibidem.

GREGORIVS [c] in Moralibus: Filij in cordibus Deo maledicunt, cum recta noſtra opera a non rectis cogitationibus prodeunt: cum bona in aperto exerunt, ſed noxia in occulto moliuntur. [d] IDEM: Deo quippe maledicunt, cum ſe et ab illo accepiſſe vires intelligunt, ſed tamen de eius muneribus propriã laudem quærunt. [e] AVGVSTINVS de vera religione: Blaſphemia eſt, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque iã vulgo blaſphemia eſt, vbi mala verba D de Deo. [f] GLOSSA Auguſtini: Blaſphemia eſt per quam de Deo ipſo falſa dicuntur: et ideo peius eſt blaſphemare, quàm peierare: quia peierando falſæ rei adhibetur teſtis Deus: blaſphemando, de ipſo Deo falſa dicuntur. [g] IDEM ſuper Ioannem: Flagellatus eſt Chriſtus flagellis Iudæorum, ſed non minus flagellatur blaſphemijs falſorum Chriſtianorum. * IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Glorificemus Deum, non per fidem ſolum, ſed etiam per vitam: quia aliter nequaquam erit gloria, ſed blaſphemia. Non enim ita blaſphematur Deus a Gentili exiſtente inquinato, vt a Chriſtiano corrupto. * BERNARDVS: Fugienda otioſitas. Supra de nugis. * IDEM: Cauete ne quis parua. Supra lib. 2. de peccato. [h] GLOSSA: Omne peccatum blaſphemiæ comparatum, minus eſt. [i] GLOSSA: Grauius peccat contemptor ſedentis in cælo maieſtatis, quàm crucifixor ambulantis in terra paupertatis.

e Eſt apud Aug. de moribus Manic. lib. 2. c. 11. to. 1.
f Gl. eph. 4. ex Aug. c. 8. mend. ad Conſ. c. 19. poſt med. to. 4.
g Aug. tract. 10. in Ioan. med. to. 9.
h Glo. Iſa. 18.
i Gl. pſ. 68.

De occupatione. Cap. IV.

k Greg. li. 1. Dial. c. 4. poſt med.
l Idem regiſt. li. 6. indic. 15. c. 169. ante med.
m Ibid. li. 1. c. 30.
n Idem homil. 17. in Euang. poſt med.
o Idem li. 25. Moral. c. 12. non lõge a prin.

GREGORIVS [k] in dialogis: Multum eſt, quòd vniuſcuiuſque præſulis mentem curarum denſitas deuaſtat: cumq. animus diuiditur ad multa, fit minor ad ſingula, tantoq. ei in vnaquaque re ſurripitur, quanto latius in pluribus occupatur. [l] IDEM in regiſtro: Sicut toto deſiderio debemus curas, et occupationem huius mundi fugere, ita ſi deſit qui prædicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt humero ſubire. [m] IDEM: Qui adhuc valetis huius mundi occupationes fugite: quia quanto quiſque in eo profeceris, tanto vt video, ab amore Dei amplius decreſcit. [n] IDEM in homilijs: Vſu terrenæ curæ a cæleſti deſiderio obdureſcit animus: et dum ipſo ſuo vſu durus efficitur, per actionem ſæculi ad ea molliri non valet, quæ pertinent ad charitatem Dei. [o] IDEM in Moralibus: Male homo vigilat quando cum ſæcularium negotiorum æſtus inſolenter inquietat. IDEM: Plus in hoc mundo. Infra capitulo de honore. [p] IDEM ſuper Ezechielem: Quibuſdam prauis mentibus nihil eſt laborioſius, quàm ſi eis præcipiatur, vt in huius mundi actibus non laborent. [q] AVGVSTINVS de vera religione: Amici huius mundi, tam timent ab eius amplexu ſeparari, vt nihil ſit eis laborioſius, quàm huius ſęculi curis non laborare. [r] ISIDORVS de Summo bono: Quanto quiſque curis mundi maioribus occupatur, tanto facilioribus otijs premitur. [ſ] IDEM: Mundi amatores non ſolum ex eo rei ſunt, quòd infima præ ſummis appetunt, verũ etiam B miſeri per hoc, quòd cũ graui ærumna ad ipſa deſiderata pertingunt. IDEM: Longe a Deo. Supra lib. 2. de oratione inaccepta. [t] AMBROSIVS in ſermone: Excitat diuitem occupatũ cupiditas, excitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora vexat, ſterilitas prouentuũ infecunda perturbat, ſolicitat abundantia. [u] IDEM in epiſtola: Et ſi alij diues videtur, ſibi pauper eſt, qui non vtitur eo, quod habet, qui adhuc alia rapit, alia deſiderat. [x] LEO Papa: Diabolus omnium diſcutit cõſuetudines, omnium ventilat curas, omniũ ſcrutatur affectus: et ibi cauſas quærit nocẽdi, vbi quẽpiam viderit ſtudioſius occupari. [y] BERNARDVS de cõtemptu: Sane vt exercitij ſpiritualis, C et curæ cordis, iudicium euidens eſt cõtemptus exteriorum: ſic eorumdem ſolicitudo, certum ſignum eſt mentis incultæ. [z] SENECA in epiſtola: Quiſquis ſe fortuitis multum dedit, ingentem ſibi materiam perturbationis, et inexplicabilem facit. Vna hæc via eſt ad tuta vadenti, externa, ſiue fortuita deſpicere, et honeſto contentum eſſe. [a] IDEM: Omnia impedimenta dimitte, et vaca bonæ menti: Nemo enim ad illam peruenit fortuitis occupatus.

p Idem in Ezec. hom. 10. ante med.
q Aug. de ver. relig. c. 35. to. 1.
r Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 46. ſent. 4
ſ Ibid. c. 63 ſent. 1.
t Amb. lib. de Nabuth. c. 6. circa med. to. 1.
u Idem ep. li. 4. ep. 27. ad Simplic. to. 5.
x Leo. ſer. 7. de natiu. Dom. circa med.
y Ber. declam. ſuper Ecce nos. poſt med.
z Sen. ep. 74. ante med.
a Idem ep. 54. poſt med.

De mutabilitate. Cap. V.

b Greg. regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 39 non longe a prin.
c Idem li. 22. Moral. c. 10. circa med.
d Aug. de paſtoribus. c. 12. to. 9.

GREGORIVS [b] in regiſtro: Si laudibus aliorum lætamur, et aliorum vituperationibus frãgimur, gloriam noſtram non in nobis, ſed in aliorum ore poſuimus. [c] IDEM in Moralibus: Dũ cor in aduerſis ſperat proſpera, in proſperis formidat aduerſa, huc illucq. quibuſdã fluctibus voluitur: ac per modos varios rerũ, alternantium mutabilitate verſatur. [d] AVGVSTINVS de paſtoribus: Hominũ temerarijs iudicijs plena ſunt omnia: de quo enim multum deſperauimus, ſubito conuertitur, et fit optimus: de quo præſumpſeramus, ſubito deficit et fit peſſimus. Nec timor ergo E noſter certus eſt, nec amor noſter certus eſt. Quid ſit hodie quiſque vix nouit ipſe homo: ſi autem vtcumque nouit ipſe, quid ſit hodie: quid autem cras erit, nec alius, nec ipſe. * IDEM in meditationibus: Heu me tantæ infelicitatis, tantæ perditionis: dum enim quæ retro ſunt, obliuiſcens ad ea, quę ante ſunt me extendere volo, ſubito neſcio qua miſeria me relabi ad inania, et noxia conſpicio. [e] BERNARDVS in ſermonibus: Qui cõſcientias ſuas in alienis labijs ponũt, modo magni, modo parui ſunt, modo nulli: ſecũdum quòd adulantium linguis, vel vituperare placuit, vel laudare. [f] SENECA in epiſtola: Hoc habent inter ce- F tera boni mores, placent ſibi, et permanent: leuis eſt malitia, ſæpe mutatur non in melius, ſed in aliud.

e Bern. in ſer. Nat. S. Ioan. Bapt. ante med.
f Sen. ep. 47. in fi.

De vagatione. Cap. VI.

g Greg. Paſto. cu. p. 3. admon. 24. non longe a prin.
h Hier. ep. 8. ad Demetriad. poſt med. to. 1.

GREGORIVS [g] in paſtorali: Interior eſt cuſtodia cordis, quę ordinata exterius ſeruat membra corporis. Qui ergo ſtatum mentis perdidit, ſubſequenter foras inconſtantię motionis fluit, atque exteriore mobilitate indicat, quòd nulla interius radice conſtantiæ ſubſiſtat. [h] HIERONYMVS in epiſtola: De agmine colũbarũ crebro accipiter vnam ſeparat, quam ſtatim inuadat, et laceret, cuius carnibus et cruore ſatietur.

ſatietur, et morbidæ oues ſuum relinquunt gregem,
et luporum faucibus deuorantur. [a] IDEM ſuper il-
lud Geneſis, ſecundum aliam litteram: Egreſſus Cain
a facie Domini habitabat in terra Naid, quod inter-
pretatur fluctuatio. Quicumque enim a Domino re-
cedit, ſtatim ſæculi fluctibus quatitur, et mouentur
pedes eius. AVGVSTINVS: Cohibeat ſe. Lib. 2. de
continentia viſus. BERNARDVS: Nihil turpius. Li-
bro 1. de monachis malis. [b] SENECA in epiſtolis:
Frequens migratio corporis, inſtabilis animi propriū
eſt. Coaleſcere otio non potes, niſi deſinas circum-
ſpicere, et errare. [c] IDEM: Vt animum poſſis con-
tinere, primo corporis fugam ſiſte: deinde remedia
continuata plurimum proficiunt. [d] IDEM: Sine
diſcere oculos tuos, ſine aures aſſueſcere ſanioribus
verbis: quotiens proceſſeris, in ipſo tranſitu aliqua
quæ renouent cupiditates tuas tibi occurrent. [e]
IDEM: Primum argumentum compoſitæ vitæ exiſti-
mo, poſſe conſiſtere, et ſecum morari. [f] IDEM: Nō
coaleſcit planta, quæ ſæpe transfertur. Nihil tam
vtile eſt, quod in tranſitu proſit. [g] IDEM: Auarior,
ambitioſior, luxurioſior, immo vero crudelior, et
inhumanior redeo, quia inter homines fui. [h] IDEM:
Nuſquam eſt, qui vbique eſt. [i] IDEM: Vitam in pe-
regrinatione agentibus hoc euenit, vt multa hoſpitia
habeant, nullas amicitias.

a Ibid. ep. 40. ad Damaſum ante med. to. 9. — b Sen. ep. 69. — c Ibid. con ſeq. — d Ibidem. — e Idē ep. 2 — f Ibidem. — g Idem ep. 7. an. med. — h Idē ep. 2. — i Ibid. conſeq.

De curioſitate. Cap. VII.

GREGORIVS [*] in regiſtro: Dum incongrua di-
centes audire non renuis, non ſolum opinionem
tuam, ſed grauas et animam. [k] IDEM in homilijs:
Graue curioſitatis eſt vitium, quæ dum cuiuſlibet mē-
tem ad inueſtigandam vitam proximi exterius ducit,
ſemper ei ſua intima abſcondit, vt aliena ſciens ſe ne-
ſciat: et omnis curioſi animus, quanto peritus fuerit
alieni meriti, tanto fiat ignarus ſui. [l] IDEM ſuper
Ezechielem: Sicut malus aer, aſſiduo flatu tractus,
inficit corpus: ita peruerſa locutio, aſſidue audita, in-
firmantium inficit animum, vt tabeſcat delectatione
praui operis, aſſiduitate curioſi ſermonis. [m] IDEM
in Moralibus: Fit recto retributionis examine, vt qui
exteriori oculo negligenter vtitur, interiori cordis
oculo non iniuſte cæcetur. IDEM: Plerumque res.
Infra lib. 4. de innocentia. [n] AVGVSTINVS in con-
feſſionibus: Cum mihi accidit, vt me amplius cantus,
quàm res, quæ cantatur, moueat, pœnaliter me pec-
care confiteor: et tunc mallem non audire cantantē.
[o] IDEM: Præter concupiſcentiam carnis, quæ ineſt
in delectatione omnium ſenſuum, et voluptatem, cui
ſeruientes depereunt, qui longe ſe faciunt a te Domi-
ne, ineſt animæ per eoſdem ſenſus corporis quędam,
non ſe oblectandi in carne, ſed experiēdi per carnem
vana et curioſa cupiditas, nomine cognitionis, et ſciē-
tiæ palliata. [p] IDEM: Pulchras formas et varias, niti-
dos et amœnos colores amant oculi. Non teneant
hæc animam meam, teneat eam Deus, qui fecit hæc
bona valde, ſed ipſe eſt bonum meum, non hæc. [q]
IDEM de vera religione: Miſeri homines, quibus
cognita vileſcunt, et nouitatibus gaudent, libentius
diſcunt, quàm norunt, cum tamen cognitio ſit finis di-
ſcendi. [*] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus:
In theatro non ſolum vides res infauſtas, ſed et audis
ſpurciloquia, et ex ipſo inceſſu meretricis et habitu
molliris: vbi auditu, et cantu diabolico, læduntur
aures tuæ, et vndique percutitur mens tua. [r] ISIDO-
RVS in ſynonymis: Noli quærere, quid quiſque di-
cat vel faciat: euita curioſitatem, omitte curam, quæ
ad cauſam tuam non pertineat. [ſ] IDEM: Oculi pri-
ma tela libidinis, viſio prima concupiſcentia mulie-
ris. [t] IDEM de Summo bono: Quidam curioſi de-
lectantur audire quoſlibet ſapientes, non vt veritatem
ab eis quærant, ſed vt facundiam ſermonis eorum co-
gnoſcant more poetarum: qui magis compoſitionem

k Greg. homil. 36. in Euang. ante med. — l Idem in Ezec. hom. 9. poſt med. — m Idem li. 21. Moral. c. 6. — n Aug. cōf. li. 10. c. 33. to. 1. — o Ibid. c. 35 in prin. — p Ibidem c. 34. — q Idem de ve. relig. c. 52. to. eod. — r Iſid. in ſyn. c. 10 — ſ Ibid. c. 9. — t Idem de ſum. bo. li. 3 c. 29. ſent. 10.

A verborum, quàm ſententiam veritatis ſequuntur. [*]
BERNARDVS in meditationibus: Multi multa ſciūt,
et ſeipſos neſciunt, alios inſpiciunt, et ſeipſos deſerūt:
Deū quęrūt per iſta exteriora, deſerentes interiora ſua
quibus interior eſt Deus. [x] IDEM de duodecim gradi-
bus: O Dina! quid neceſſe eſt, vt videas mulieres alie-
nigenas? qua neceſſitate? qua vtilitate? an ſola curio-
ſitate? et ſi otioſe vides, non tamen otioſe videris. [y]
IDEM: Serua commiſſum, caue prohibitū, ne perdas
conceſſum. Quid mulierem, tuam mortem, tam intē-
te intueris: quid illuc tam crebro vagantia lumina ia-
cis? [z] IDEM: Niſi mens minus ſe curioſe ſeruaret,
tua curioſitas tempus vacuum nō haberet. Si culpa nō
B eſt, culpæ tamen occaſio eſt, et indicium commiſſæ, et
cauſa committendæ. [a] IDEM: Monachus, qui ſui ne-
gligens alios curioſe circumſpicit, dum quoſdam ſu-
ſcipit ſuperiores, quoſdā deſpicit inferiores: et in alijs
quidem videt quod inuidet, in alijs quod irridet. Inde
fit vt pro mobilitate oculorum leuigatus animus, nul-
la vtique ſui cura grauatus, modo per ſuperbiam ad
alta ſe erigit, modo per inuidiam in ima ſe demergit.
[b] IDEM: Ex inſolenti corporis motu recens animæ
morbus deprehenditur: quamdiu enim a ſui circum-
ſpectione curioſus torpeſcit, incuriam ſui curioſam
in alios facit. Qui enim ſeipſum ignorat, foras mitti-
tur vt hædos paſcat. [c] ANSELMVS de ſimilitudini-
C bus: Curioſitas eſt ſtudium perſcrutandi ea, quę ſcire
nulla eſt vtilitas. [d] SENECA in epiſtola: Nil tā dāno-
ſum bonis moribus, quàm in curioſo ſpectaculo reſi-
dere: tūc enim per voluptatem facilius vitia ſurrepūt.

w Ber. medit. c. 1. in prin. — x Idem de 12. gradib. humil. gra. 2. an. med. — y Ibidem paulo poſt. — z Ibidem. — a Ibidem gra. 2. — b Ibid. gra. 2. circa prin. — c Anſel. de ſimil. c. 26. — d Sen. ep. 7 ante med.

De negligentia. Cap. IIX.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Si curare parua
negligimus, inſenſibiliter ſeducti, ſtatim audēter
etiam maiora perpetramus. [f] IDEM: Plerumque de
bonis per incuriæ vitium mala naſcuntur. [g] IDEM:
Iniquorum mentes, qui damna ſua conſiderare negli-
D gunt, integritatem ſuam quaſi neſcientes perdunt.
Amittunt nāque a corde innocentiam, ab ore verita-
tem, a carne continentiam, et per acceſſum temporis
ab ætate vitam. [h] IDEM in regiſtro: Cum diuina præ-
cepta nos moneant, proximos ſicut noſmetipſos dili-
gere debere, non paruæ negligentiæ eſt præcepta Dei
deſpicere, et quod ſibi quis metuit, alij non timere. [i]
IDEM in paſtorali: Si a circumſpectionis ſolicitudine
cor deſtituitur, vulneribus aperitur: quia hoſtis cal-
lidus, tanto liberius pectus percutit, quanto nudum
a prouidentiæ lorica deprehendit. [*] AVGVSTINVS
de verbis Domini: Sic homines negligūt vitam ſuam
vt nolint habere malam rem niſi ipſam. IDEM:
E Tu vulnus. Infra lib. 4. de taciturnitate. [k] IDEM de
natura et gratia: Cum vbique ſit præſens, qui multis
modis per creaturam ſibi ſeruientem auerſum vocet,
doceat credentem, conſoletur ſperantem, diligen-
tem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat depre-
cantem: non tibi deputatur ad culpam, quod inuitus
ignoras, ſed quod negligis quærere, quod ignoras:
neque illud quòd vulnerata membra non colligis, ſed
quod volentem ſanare contemnis. [l] IOANNES
Chryſoſtomus de compunctione cordis: Si forte in
corpore paruum aliquid morbi pulſauerit, ſtatim et
medicos adhibemus, et pecuniam profundimus, et
F omni obſeruantia, quæ comperīt, gerimus, nec prius
ceſſatur, quàm quæ moleſta ſunt mitigentur. Anima
vero cū quotidie vulneretur, cū per ſingula lanietur,
vratur, pręcipitetur et modis omnibus pereat, nec par-
ua quidē, pro ea nos cura ſolicitat. [*] IDEM: Non
anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum
eſt: qui ergo quòd primum, et melius eſt negligit,
et quód inferius eſt extollit, vtrumque corrumpit.
[m] IDEM: Certum eſt, quòd omnes pariter cor-
rumpat, et abſumat incuria: dum nemo eſt, qui vel
oppor-

e Greg. lib. 10. Moral. c. 9. cir. fi. — f Ibid. lib. 30. c. 17. poſt med. — g Ibid. li. 8 c. 29. circa med. — h Idem regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 49 — i Idē Paſt. cur. p. 3. c. 8 admo. 33. non longe a prin. — k Aug. de nat. et gra. c. 67. poſt med. — l Chryſ. de comp. cord. lib. 1 non longe a prin. — m Ibidem.

opportuna præbeat, vel importuna prohibeat. * A IDEM ſuper Ioannem: Omni rei magis parcere debes, quàm tempori: aurum enim ſi contempſeris, poteris rurſus vel idipſum, vel aliud recuperare: tempus vero ſi perdideris, difficile id reſumes. [a] BERNARDVS in meditationibus: Quanto diutius nos Deus expectat, vt emendemur: tanto diſtrictius iudicabit, ſi neglexerimus. [b] IDEM de contemptu mundi: Nihil pretioſius tempore, ſed heu nihil hodie vilius æſtimatur: tranſeunt dies ſalutis, et nemo recogitat. [c] IDEM ſuper Cantica: Non curant carnales quærere, quantum deſiderant inuenire, cupientes conſequi ſed non exequi. [d] SENECA in epiſtola: Nemo B ſe iudicat quidquam debere, qui tempus accepit, cũ inter multa hoc vnum eſt, quod nec gratus quidem poteſt reddere.

a Ber. medit. c. 2. ante med.
b Idem in declam. ſuper Ecce nos. poſt med.
c Idem in Cant. ſer. 30. ante med.
d Sen. ep. 1

De ſecuritate. Cap. IX.

GREGORIVS [e] in Moralibus: Nonnumquam ipſis bonis, quæ agimus ad deterius propinquamus: quia dum lætitiam menti pariunt, quamdam etiam ſecuritatem gignunt: dumq. mens ſecura redditur, in torpore laxatur. [f] IDEM: Sæpe mens dum de virtutis ſuæ ſecuritate reſoluitur, inſidiante aduer- C ſario, inopinatæ culpæ telo perforatur. IDEM: Sæpe quem tentationis. Infra capite de remiſſione. [g] IDEM: Sæpe nonnullis graue periculum incauta ſecuritas fuit, vt callidi hoſtis inſidias non tentati, ſed iã proſtrati cognoſcerent. IDEM: Fit plerumque. Infra lib. 4. de Innocentia. IDEM: Nonnumquam in parua. Supra lib. 2. de peccato. [h] IDEM: Quia amoris intimi calorem mens non habet, frigida deorſum iacet, ac miſerando modo fit quotidie tanto ſecurior, quanto peior. [i] IDEM in regiſtro: Mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas. [k] AVGVSTINVS de conflictu: Loth exercitio malorum probatus inter Sodomi- D tas ſanctus fuit, in monte vero ſecuritate corporis ſaluatus cum, filiabus peccauit. IOANNES Chryſoſtomus: Virtus fidei. Supra lib. 2. de fide. [l] ISIDORVS de Summo bono: Neque vmquam oportet pœnitentem habere de peccatis ſecuritatem. Nam ſecuritas negligentiam parit, negligentia autem ſæpe incautos ad vitia tranſacta reducit.

e Greg. lib. 1. Moral. c. 17. et vet. 34.
f Ibid. li. 9 c. 7.
g Ibid. lib. 20. c. 5. non lõge a prin.
h Ibid. li. 9 c. 34. circa prin.
i Idem regiſt. lib. 6. ind. 15. c. 186. circa fi. et lib. 24. Moral. c. 7. ante med.
k Aug. de conf. virt. et vit. c. 14 to. 9.
l Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 13. ſent. 17.

De diiudicatione. Cap. X.

GREGORIVS [m] in regiſtro: Graue eſt ſatis, et indecens, vt in re dubia certa dicatur ſententia. [n] E IDEM in Moralibus: Fit vt dum ad aliena diiudicanda mens ducitur, proprij iudicij lumine priuetur: et eo durius contra aliena ſuperbiat, quo ſua negligentius ignorat. IDEM: Hoc proprium. Supra lib. 2. de ſuperbia. [o] IDEM: Quiſquis ſuperbiæ, vel inuidiæ in ſe tyrannidem captiua mente ſuſceperit, hoc primũ damnum patitur, quod clauſo cordis oculo, iudicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab alijs bene geruntur, diſplicent, et ſola ei, quæ ipſe vel praue egerit, placent. [p] IDEM: Cuncti vanæ gloriæ ſectatores, dum ſe hominibus præferunt, alios quidem de fatuis F ſenſibus, alios autem de indignis meritis reprehendunt, alios enim cenſent nihil ſcire, alios non bene viuere. [q] IDEM: Sancti viri aliena opera etiam praua mirantur, ſua vero etiam magna deſpiciunt. Reprobi vero ſua, vel quæ parua ſunt admirantur et plerumque de ſuis malis bona æſtimant, de alienis autẽ bonis male ſentire non ceſſant. IDEM: Stulti cum prudentium. Infra de obliuione. [r] HIERONYMVS in epiſtola: Periculoſum eſt de ſeruo alterius iudicare, et non facilis venia, praua dixiſſe de rectis. [ſ] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione: In alienis delictis ſeueri et amariſſimi iudices reſidemus, noſtras autem trabes oculis infixas proprijs non videmus: qui aliena etiam minima ſolicite perſcrutamur.

m Greg. regiſt. lib. 8. ind. 3. c. 30
n Idem li. 3. Moral. c. 18. circa med.
o Ibid. lib. 34. c. 18. ante med.
p Ibid. lib. 33. c. 3. non lõge a prin.
q Ibid. lib. 26. c. 26.
r Hieron. ep. 99. ad Aſel. non lõge a prin. to. 2.
ſ Chryſ. de comp. cord. lib. 1. ante med. to. 5.

A [t] IDEM: Iudicare de alterius mente, ſumma difficultas eſt. [u] AVGVSTINVS de ſermone Domini in monte: Maxime hi temere iudicant de meritis alienis, et aliorum facta facile reprehendunt, qui magis amant vituperare et damnare, quàm emendare et corrigere. Quod quidem vitium, vel ſuperbiæ eſt, vel inuidentiæ. [x] BERNARDVS de contemptu: Iudicent tunc, et præiudicent ſuperbiæ filij, et cum rege ſuo ſedeant, qui ſibi latera aquilonis elegit. Exaltentur, et eleuentur ſicut cedrus libani, tranſibimus et ecce non erunt. Opprimant tunc quos poſſunt, blaſphement, congerant maledicta, veniant ſuper B nos opprobria exprobrantium Chriſto, quoniam merces noſtra copioſa eſt in cælo.

t Ibidem paulo infra
u Aug. de ſer. Dom. in mon. lib. 2. c. 30. to. 4.
x Ber. declam. ſup. Ecce nos. poſt med.

De recidiuatione. Cap. XI.

GREGORIVS [y] in Moralibus: In vnoquoque lapſu, a minimis ſemper incipitur, et ſuccreſcentibus, ad grauiora peruenitur. [z] IDEM: Sæpe committunt homines mala, quæ ſciunt: et idcirco permittuntur decipi, vt cadant etiam in mala, quæ neſciunt. [a] IDEM: Auget reatum culpæ ſequentis, præconium gloriæ præcedentis. Nam vniuſcuiuſque ca- C ſus tanto maioris eſt criminis, quanto prius quàm caderet, maioris potuit eſſe virtutis. [b] IDEM: Incaſſum bonum agitur, ſi ante terminum vitæ deſeratur: quia et fruſtra currit, qui priuſquam ad metas veniat, deficit. [c] IDEM in paſtorali: Si quod videtur, bonum gerendum ſolicita intentione non creſcit, etiã quod fuerat bene geſtum, decreſcit. [d] IDEM: Qui ſortiori ſtudio intenderit, retroſpicere conuincitur, ſi relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur. [e] IDEM ſuper Ezechielem: Sicut qui a fide recedit, apoſtata eſt, ita qui ad peruerſum opus, quod deſerit, redit, ab omnipotenti Deo abſque vlla dubieta- D te apoſtata deputabitur, etiam ſi fidem tenere videatur. [f] IDEM in regiſtro: Minoris exceſſus eſt, veritatem non cognoſcere, quàm in ea agnita non manere. [g] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Audeo dicere, ſuperbis eſſe vtile cadere in aliquod apertum manifeſtumq. peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus ſibi diſplicuit quando fleuit, quàm ſibi placuit quando præſumpſit. [h] IDEM in libro de viduitate: In viduali et virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur: qua expetita, et electa, et voti debito oblata iam non ſolum capeſcere nuptias, ſed etiam E ſi non nubatur, velle nubere damnabile eſt. [i] IDEM: Cum quiſque non reddit, quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus vouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habet vouendi neceſſitatem. [k] IDEM: Plane non dubitauerim dicere lapſas animas a charitate ſanctiore, quæ vouetur Deo, adulteris eſſe peiores. [l] IDEM in libro de verbis Apoſtoli: Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice, noli in via retardare, noli retro redire, noli deuiare. Remanet enim qui non proficit, retro redit, qui ad ea relabitur vnde iam receſſerat, deuiat, qui apoſtatat. [m] HIERONYMVS in epiſto- F la: De Dei virgine facta es corruptio ſatanæ: de ſpõſa Chriſti, facta es ſcortum execrabile: de templo Dei, fanum immunditiæ: de habitaculo ſpiritus ſancti, tugurium diaboli: quæ prius incedebas cum fiducia vt columba, nunc lates in tenebris, vt ſtellio. [n] ISIDORVS de Summo bono: Quemadmodum ad virtutẽ tendentes culmen non a ſummis inchoant, ſed a modicis, vt ſic ſenſim ad altiora pertingant: ita et qui dilabuntur ad vitia, non ſtatim a magnis criminibus incipiunt, ſed a modicis aſſueſcũt, et ſic ad maxima proruunt. [o] IDEM: Multis argumentis inſidiatur diabolus eis, qui renunciant ſæculo, vt eius ſe iterum amori ſubſternant: grauius autem illos concupiſcentijs ſæculi ferit, quos poſt renunciationem ad mundi

amorem

y Greg. lib. 20. Moral. c. 8.
z Ibidem lib. 11. c. 7
a Ibid. lib. 29. c. 19. cir. med.
b Ibid. li. 1. c. vlt. in prin.
c Idẽ Paſtor. p. 3. c. 1. admon. 35. poſt med.
d Ibidem admon. 29. in fi.
e Idem in Eze. hom. 9. longe ante med.
f Idem regiſt. lib. 1. ind. 9. c. 16.
g Aug. lib. 14. de ciui. Dei, c. 13. in fi. to. 5.
h Idẽ de bo. Viduit. c. 9. to. 4.
i Ibid. c. 10
k Ibidem.
l Idem de verb. Apoſ. ſer. 15. in fi. to. 10.
m Hieron. ep. 22. ad Suſã. Lap. ante med. to. 9.
n Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 16. ſent. 2
o Ibid. li. 3 c. 22. ſent. 5

a Bern. ep. 1. ad Robert. poſt med.
b Ibidem prope fi.
c Idem ep. 253. ad abb. Garin.
d Idem in Cãt. ſer. 17 ante med.

amorem reduxerit. [a] BERNARDVS in epiſtola: Habet quidem Chriſtus multos milites, qui fortiſſime cœperunt, ſteterunt, vicerunt: paucos autem, qui de fuga conuerſi, rurſus ſe periculo ingeſſerint, quod declinauerant, rurſuſq. fugarent hoſtes, quos fugiebant. [b] IDEM: Beatus es ſi pugnando moriaris, quia mortuus mox coronaberis: væ autem tibi declinando pugnam, perdis enim victoriam ſimul et coronam. [c] IDEM: Si proficere currere eſt, vbi non proficere ibi et currere deſinis: vbi vero non currere, ibi et deficere incipis: hinc plane colligitur, quia nolle proficere, non niſi deficere eſt. [d] IDEM ſuper Cantica: Septies cadit iuſtus, et ſepties reſurgit, ſi tamen cadit in die, vt ſe cadere videat, et cecidiſſe ſciat, et reſurgere cupiat, et requirat manũ adiuuantis, et dicat: Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem: auertiſti faciem tuam a me, et factus ſum conturbatus.

De conſuetudine. Cap. XII.

e Greg. homil. 31. in Euang. poſt med.
f Idem in Ezec. hom. 10. longe ante med.
g Idem regiſt. lib. 7. indic. 2. c. 119.
h Gl. Trem. 3. et Io. 12.
i Iſid. in ſyn. c. 13.
k Idem de ſum. bo. li. 2 c. 23. ſent. 3
l Ibid. c. 29 ſent. 1.
m Aug. de lib. arb. li. 3 c. 1. poſt med. to. 1.
n Idem li. 6. cont. Iul. Pelag. c. 7. poſt med. to. 7.

GREGORIVS [e] in homilijs: Vſitata culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem. Conatur enim et labitur: quia vbi diu ſponte perſtitit, ibi etiam cum noluerit, coacta cadit. [f] IDEM ſuper Ezechielem: Frontem cordis in impudentiam atterit culpa frequens: vt quo crebrius committitur, eo de illa committentis animus minus verecundetur. [g] IDEM in regiſtro: Si prauæ rei aditus antequam diu pateſcat, non clauditur, vſu fit latior, et erit conſuetudine licitum, quod ratione et lege, conſtat eſſe prohibitum. [h] GLOSSA: Difficile ſurgit, quem moles malæ conſuetudinis premit. [i] ISIDORVS in ſynonymis: Aſſiduitas mores facit, et iugis vſus in naturam ſe vertit. [k] IDEM de Summo bono: Cogitatio praua delectationem parit, delectatio conſenſionem, conſenſio actionem, actio cõſuetudinem, et conſuetudo neceſſitatem. [l] IDEM: Dum facta quædam non grauia libere, ac ſine metu committimus, ad peiora ſcelera, et horrenda, peccati conſuetudine labimur. [m] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Ratio æſtimat luce veritatis, vt recto iudicio ſubdat minora maioribus: vſus autem conſuetudine commoditatis plerumque inclinatur, vt ea pluris æſtimet, quæ veritas minora conuincit. [n] IDEM contra Iulianum: Contra iſtam genitalium concupiſcentiã, quæ ingenita nobis eſt per originale peccatum, vehementius vidua, quàm virgo: vehementius meretrix, cum caſta eſſe voluerit, quàm quæ ſemper fuit caſta confligit: et tanto amplius in ea ſuperanda, voluntas laborabit, quanto maiores ei conſuetudo vires dedit. [*] IDEM in Gloſſa ſuper Pſalmos: Facilius eſt retrahi ab ingreſſu, quàm ab arrepto itinere prauæ conſuetudinis reuocari. [*] IOANNES Chryſoſtomus de cõpunctione cordis: Conſuetudini contemnendi dum de præteritis dolor nullus eſt, facilius ſuperuenientibus malis locum damus. [o] AMBROSIVS de officijs: Vſus cito inflectit naturam. [p] SENECA in epiſtola: Mali mala ſua, quod malorum vltimum eſt, amant. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, vbi turpia non ſolum delectant: ſed etiam placent, et definit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerunt vitia, mores fiunt.

o Amb. off. lib. 1. c. 20. to. 4.
p Sen. ep. 39. in fi.

De obſtinatione. Cap. XIII.

q Greg. li. 20. Mor. c. 3. in prin.
r Ibid. lib. 33. c. 24. poſt med.
ſ Aug. de ago. Chriſt. c. 31. to. 3.
t Idem de vita Chriſ. c. 3 to. 9.

GREGORIVS [q] in Moralibus: Praui audire bona patienter nequeunt: et cum vitæ emendationẽ negligunt, ad verba ſe obſtinatæ reſponſionis accingunt. [r] IDEM: Quos reatus ſimilis ſociat, concordi pertinacia etiam defenſio peruerſa conſtipat, vt de facinoribus ſuis, alterna ſe inuicem defenſione tueãtur. [ſ] AVGVSTINVS de agone Chriſtiano: Nolentes ſe ſi peccauerint corrigi, nihil aliud elegerunt, niſi cũ hoc mundo damnari. [t] IDEM de vita Chriſtiana:

A Fit, vt qui homines non timent in delinquendo, in iudicio Deum iudicem ſentiant et vltorem. [u] IDEM de fide ad Petrum: Obdurate viuit ſiue qui non conuertitur, deſperans de indulgentia peccatorum ſuorũ, ſiue qui ſic de miſericordia Dei ſperat, vt vſque in finem vitæ ſuæ in ſuorũ criminum peruerſitate permaneat. [*] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Peccare humanum eſt, permanere autem in peccatis diabolicum eſt. [x] BERNARDVS de conſideratione: Quid eſt cor durum? ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus: minis nõ cedit, flagellis duratur: ingratum
B ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula. [y] IDEM de præcepto et diſpenſatione: Elatio contemnentis, et impœnitentis obſtinatio, in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam, et conuertit in crimen grauis rebellionis, næuum leuem ſimplicis tranſgreſſionis. [z] IDEM in epiſtola ad proprios parentes: O dira abuſio! domus ardet, ignis inſtat a tergo, et fugienti prohibetur egredi, euadenti ſuadetur regredi: et hoc ab his, qui in ipſo incendio poſiti ſunt, et obſtinatiſſima dementia, ac dementiſſima obſtinatione fugere periculum nolunt. Pro dolor! ſi
C contemnitis mortem veſtram, cur appetitis et meam? [a] IDEM in ſermonibus: Nonnulli dura ceruice, et attrita ſunt fronte, vt quo magis eis compatimur, tanto magis noſtra et compaſſione, et patientia abutantur. [b] IDEM: Putas ne filium Dei reputat Ieſum, quiſquis ille eſt homo, qui ipſius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promiſſionibus, nec præceptis obtemperat, nec conſilijs acquieſcit? Nonne is ſi fateatur ſe noſſe Deum, factis eum negat? porro fides ſine operibus mortua eſt. [*] IDEM: Qui imperium dedit ne peccaremus, pœnitentibus ſtatuit, vt confiterentur. Excluditur itaque digne a regno Dei
D omnis qui peccat: ſed qui poſt peccatum labitur in contemptum. [c] GLOSSA: Carnale eſt cadere, ſed lapideum eſt iacere.

u Idem de fide ad Pet. c. 3. poſt med.
x Bern. de conſid. li. 1. ante med.
y Idem de præcep. et diſpenſ. ante med.
z Idem ep. 111. circa med.
a Idẽ ſer. 2. de reſur. Dom. ante med.
b Ibid. ſer. 1. in octaua Paſche ante med.
c Gl. Matt. 24.

De deſperatione. Cap. XIV.

d Greg. regiſt. lib. 7. indic. 2. c. 111. ante med.
e Idem li. 22. Mor. c. 5. cir. fi.
f Idẽ præfat. in expoſ Iob. c. 8 cir. fi.
g Ibid. lib. 26. c. 8. in fin.
h Ibid. c. 9
i Chryſoſt. hom. 10. de pœnit. ante med. to. 5.
k Aug. de pœnit. c. 3. poſt med. to. 4.
l Iſid. in ſynon. c. 1. poſt med.

GREGORIVS [d] in regiſtro: Diffidentiæ quodammodo genus eſt, contra hoc quod quiſque prædicat, torqueri mæſtitia. [e] IDEM in Moralibus: Præſumptio virtutis propriæ tanto grauius in deſperatione eſt, quanto longius ab humilitate. [f] IDEM: Graui deſperationis telo mens percutitur, cum ſuper-
E næ iræ tribulationibus premitur, et linguarum foris opprobrijs vrgetur. [g] IDEM: Clauſis oculis cordis, eo anima præcipitatur in infimis, quo obſcuratur a ſummis: et tanto ſecurius mala temporalia penetrat, quanto durius bona æterna deſperat. [h] IDEM: Deus hominem quem benigne condidit, inique non ſpernit. Penſandum eſt igitur, quanti eſt periculi tranſacta munera cernere, et futura deſperare. IDEM: Plerumque congruit. Infra capite de argutione. [i] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Vtrumque periculoſum eſt, et confidentia peruerſa, et deſperatio. Nam confidentia nimia ſtantem euertit, et
F deſperatio poſt lapſum, non permittit exſurgere. IDEM: Diabolus non aliunde. Supra lib. 1. De dæmonibus. [k] AVGVSTINVS de pœnitentia: Qui de Deo non præſumit veniam, non animaduertit, plus peccato ſuo poſſe Dei clementiam. IDEM: Inter ſpem, et deſperationem. Infra in capite de morte. [l] ISIDORVS in ſynonymis: Non deſperes de ſalute, ſi ad meliora conuerteris: qui enim veniam de peccato deſperat, plus ſe deſperatione, quàm commiſſo ſcelere damnat. Deſperatio namque auget peccatum, et peior eſt omni peccato.

De

De Dilatione. *Cap. XV.*

a Greg. li. 32. Mor. c. 17. longe poſt med. *b Aug. conf. li. 8. c. 5. a 12. 10. 13.* *c Idem de verb. Dom. ſer. 16. poſt med. 10. 11.* *d Idem de ciu. Dei. li. 1. c. 9. ante med. 10. 5.* *e Idem de pœnit. c. 17 10. 4.* *f Ibid. c. 18* *g Ber. ſer. 28. in Cãt. prope fin.* *h Idē de clam. ſup. Ecce nos poſt med.* *i Ibid. mul to ante.*

Gregorivs [a] in Moralibus: Sæpe accelerandi boni tarditas conſilium putatur: et cum expectatur, vt ex tardatione proficiat, hoc inſidians mora ſupplantat. [b] Avgvstinvs de confeſſionibus: Non erat quid reſponderē tibi Domine, dicenti mihi: Surge, qui dormis, et exſurge a mortuis, et illuminabit te Chriſtus: et vndique oſtendenti te vera dicere non erat omnino, quid reſponderem veritate conuictus, niſi tantum verba lenta, et ſomnulenta. Ecce modo, ſine modo, ſine paululum. Sed modo et modo, non habebat modum, et ſine paululum in longum ibat. [c] Idem de verbis Domini: Scio ego, et mecum omnis homo, qui paulo attentius conſiderauit, neminem Deum timentem, ſub verbis eius non ſe corrigere, niſi putat, quia plus habeat viuere: et hæc ipſa res eſt, quæ multos occidit, cum dicunt cras cras, et ſubito oſtiū clauditur. Remanebunt foris cum voce coruina, quia non habent gemitum columbinum. Cras cras vox corui eſt. [d] Idem de ciuitate Dei: Si propterea quiſque obiurgandis, et corripiendis, male agentibus parcit, quia opportunius tempus inquirit, vel eiſdem ipſis metuit: ne deteriores ex hoc efficiantur, vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediant alios infirmos, et premant atque auertant a fide: non videtur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis. [e] Idem de pœnitentia: Quoniam multa ſunt, quæ impediunt languentem, et retrahunt: periculoſum eſt, et interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentię remediū. [f] Idem: Purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſæculum distulit fructum conuerſionis: Hic autem ignis et ſi æternus non ſit, miro modo eſt grauis: excellit enim omnem pœnam, quam vmquam quis paſſus eſt in hac vita. [g] Bernardvs ſuper Cantica: Inſtar ſolis vrentis, deſiderij ardor peregrinantem in corpore animam decolorat, dum vultu gloriæ inhiātem impatientem facit repulſa, et excruciat amantem dilatio. [h] Idem de contemptu: Numquid in die iudicij miſeri dicere incipient: Modo Domine ecce modo, ſine paululum? ſic enim nunc diſſimulant infelices, et modo et modo non habent modum, et ſine paululum in longum vadit. [i] Idem: Clama ad Deū anima mea: trahe me poſt te, in odore vnguentorum tuorum curremus: alioquin quando eum remorando, tepeſcendo, pauſando conſequi ſperas? exultabit vt gigas ad currendum viam. Hilarem ſine dubio diligit ſecutorem.

De Voluptate. *Cap. XVI.*

k Greg. li. 34. Mor. c. 4. circ. fi. *l Idem regiſt. li. 11. ind. 6. c. 3. vlt. mod.* *m Hier. ad Pamm. ep. 50. an fi. to. 2.* *n Idem ep. 34. ad Iulian. verſ. fi.* *o Ber. de clam. ſup. Ecce nos ante med.* *p Boet. de conſol. phil. lib. 3. proſa 7.*

Gregorivs [k] in Moralibus: Qui nunc male ſe in voluptatibus dilatat, eum poſt in ſupplicijs pœna coanguſtat. [l] Idem in regiſtro: Si pro luxu animi, atque voluptate carnis, dominico die quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro neceſſitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. [m] Hieronymvs in epiſtola: Miſeriæ delicijs, et deliciæ miſerijs commutantur. In noſtro arbitrio eſt, vel diuitem ſequi, vel Lazarum. [n] Idem: Difficile, immo impoſſibile eſt, vt præſentibus quis, et futuris fruatur bonis: vt hic ventrem, ibi mentem impleat: vt de delicijs tranſeat ad delicias: vt in vtroque ſæculo primus ſit: vt in cœlo, et in terra appareat glorioſus. [o] Bernardvs de contemptu: Nunc et trahit ſua quemque voluptas, et odorem turpis lucri ſectantes, quæſtum æſtimant pietatem: quorum damnatio certa eſt. [p] Boetivs de conſolatione: Triſtes eſſe voluptatum exitus, quiſquis reminiſci libidinum ſuarum volet, intelliget: quæ ſi beatos explicare poſſent, nihil cauſæ eſt, quin pecudes quoque beatæ eſſe dicantur, quarum omnis ad explendam corporalem laſciuiam feſtinat intentio. [q] Interlinearis: Nihil voluptuoſum, nihil ſuaue placet Deo: ſed quod habet aliquid mordacitatis, et ſeueritatis, vnde paſcha cum amaritudinibus manducatur. [r] Glossa: Voluptas inſatiabilis eſt, et habita famem non ſatietatem parit. [ſ] Seneca in epiſtola: Voluptates præcipue exturba, et inuiſiſſimas habe, latronum more in hoc nos amplectuntur, vt ſtrangulent. Multa lib. 2. in c. de luxuria.

q Interli. Gl. Leuit. 2 *r Gloſ. ord. Oſee. 4.* *ſ Sen. ep. 51. in fi.*

De Carnalitate. *Cap. XVII.*

t Ber. de clam. ſup. Ecce nos ante med. *u Ibid. poſt med.* *x Idem in Cant. ſer. 30. in fi.* *y Ibidem multo ante* *z Idem in Apolog. ad Gul. abb. poſt med.* *a Idē ſer. 2. de verb. Apoſt. Non eſt regnum Dei eſca. etc.* *b Sen. ep. 15. ante med.* *c Ibid. paulo poſt.* *d Idem ep. 14. in prin.* *e Ibid. conſeq.*

Gregorivs [s] in homilijs: Vnde caro ad tempus ſuauiter viuit, inde ſpiritus in æternum interit. [s] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Quid impinguas, dic mihi, corpus? numquid enim immolare te habemus? numquid apponere menſæ? [t] Bernardvs de contemptu: Nonnulli cum ſpiritu cœperint, heu carne conſumantur. [u] Idem: Hodie filij hominum animæ curam negligunt, curam autem carnis perficiunt in omni deſiderio: neque enim peccare metuunt, ſed puniri: nec virtuti cordis datur opera, ſed valetudini corporis, immo et voluptati. [x] Idem ſuper Cantica: Tu tibimetipſi diſpenſas miſertus tui: ſuſpecta eſt mihi, fateor, tua ipſius in te diſpenſatio: vereor tibi illudi ſub tegmine, et nomine diſcretionis a carnis prudentia. Id te ſaltem volo admonitum eſſe, vt ſi tibi auctoritas Apoſtoli placet de bibendo vino modico, quod ille adiunxit, non prætermittas. [y] Idem: Quid vos dicitis obſeruatores ciborum, morum neglectores, et corruptores animorum? Hippocrates, et ſequaces eius docent animas ſaluas facere in hoc mundo: Chriſtus et eius diſcipuli perdere. Quem nam vos e duobus magiſtrum eligitis? At manifeſtum ſe facit qui ſic diſputat, hoc oculis, hoc capiti, illud pectori, vel ſtomacho nocet. Profecto vnuſquiſque quod a ſuo magiſtro didicit, hoc in medium profert. [z] Idem in apologia: Iſta charitas deſtruit charitatem, hæc diſcretio diſcretionē cōfundit, talis miſericordia crudelitate plena eſt: quia videlicet ita corpori ſeruitur, vt anima iuguletur. Quę etenim charitas eſt carnem diligere, et negligere ſpiritum? Quæ diſcretio totum date corpori, et animæ nihil? Qualis miſericordia ancillam reficere, et dominam interficere? Nemo pro huiuſmodi miſericordia ſperet ſe conſequi miſericordiam. [*] Idem in epiſtola: Quicumque in carne ſunt, ſiue præter habitum, ſiue in habitu religionis, ſi verax eſt, immo quia verax eſt Apoſtolus, Deo placere non poſſunt: multum enim citra perfectum proficit, immo infra imperfectū deficit, cuius gula Deus eſt. Idem: Qui debitorem. Supra lib. 1. de religioſis malis. [a] Idem in ſermonibus: Filij hominum vſque quo graui corde, et pingui corpore? vt quid diligitis vanitatem, et veritatem negligitis? Pinguedo carnis, deliciæ corporis ſaturitas ventris, aut ante mortem vos deſerent, aut vos in morte illas deſeretis: quoniam, inquit, Sanctus, cum interierit homo, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. [b] Seneca in epiſtola: Cum tibi feliciter ſagina ceſſerit, et tori creuerint, nec vires vmquam opimi bouis, nec pondus æquabis. Adijce nunc, quòd maiore ſarcina animus eliditur, et minus agilis eſt. [c] Idem: Stringe corpus, et animo laxa locum, multa ſequuntur incommoda corporis deditos curæ. [d] Idem: Fateor inſitam eſſe nobis corporis noſtri charitatem: fateor nos huius gerere tutelam: non nego indulgendum, illi ſeruiendum nego. Multis ſeruit, qui corpori ſeruit, qui pro illo nimiū timet, qui ad illud omnia refert. [e] Idem: Sic gerere nos debemus, non tamquam propter corpus viuere debeamus, ſed tamquam non poſſimus ſine corpore.

De Proſperitate. Cap. XVIII.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Sancti viri omnẽ præſentis vitæ copiam, inopiam deputant: quia videlicet nil extra Deum ſufficit menti, quæ veraciter Deum quærit. [b] IDEM: Quamuis quolibet in loco poſiti, cogitando, loquendo, agendo peccemus: tunc tamen per tria hæc animus effrenatius rapitur, cum mundi huius ſubleuatur proſperitate. [c] IDEM: Non eſt cenſus in crimine, ſed affectus. Cuncta enim quæ Deus condidit, bona ſunt. [d] IDEM: Solet rerũ abundantia tanto magis a diuino timore mentem ſoluere, quãto magis hanc exigit diuerſa cogitare. Nam dum foris per multa ſpargitur, ſtare in intimis fixa prohibetur. [e] IDEM: Qui tranſeuntia amplectitur, eo ipſo ad decurſum ducitur, quo decurrentibus implicatur. [f] IDEM: Multos ſua peius felicitas ſtrauit, multos diuturna pax inertes reddidit: eoq. illos inopinatus hoſtis grauius percutit, quo longo quietis vſu negligentes inuenit. [g] IDEM ſuper Ezechielem: Abundantia ſuperbiæ vicina eſt. [h] IDEM: Qui a Deo auertitur, et proſperatur, tanto perditioni ſit proximus, quanto a zelo diſciplinæ inuenitur alienus. [i] IDEM in regiſtro: Libere nobis non debet dari donum Dei, quod delectationem ſui ſeparat ab amore Dei: ne data danti præferamus, et dum bona percipimus etiam mali, vnde creſcere in eius amore debuimus, inde a timore illius diſiungamur. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Ipſa felicitas mũdialium rerum, ſatis magnum impedimentum eſt animæ ad iuſtitiam faciendam. [k] IDEM: Qui vult Deum amare, neceſſe eſt vt odiat diuitias: qui autem voluerit amare diuitias, neceſſe eſt vt odiat Deum. [l] IDEM ſuper Ioannem: Non accuſo domos habentes, et agros, et pecunias, et mancipia: ſed cum cautela hæc poſſideri volo, et cum decentia. Quid eſt cum decentia, niſi vt more dominorum, et non ſeruorum poſſideant ea, et non poſſideantur ab eis, vt vtantur eis, et non abutantur? [m] ISIDORVS in ſynonymis: Diuitiæ numquam ſine peccato acquiruntur, nullus res terrenas ſine peccato adminiſtrat. [n] AVGVSTINVS in epiſtola: Fallax in tranſitorijs ſuauitas, et infructuoſus labor, et perpetuus timor, et periculoſa ſublimitas: initium ſine prouidentia, et finis cum pœnitentia. [o] IDEM: Vtaris hoc mundo tamquam non vtens, vt ex bonis eius bona facias, et non malus fias: quia et ipſa bona ſunt, et a Deo bona ſunt, nec dantur hominibus niſi ab illo, qui habet omniũ cœleſtiũ, atque terreſtriũ poteſtatẽ. Sed ne putẽtur mala, dãtur, et bonis: ne putẽtur magna, vel ſumma bona, dantur et malis. Itemq. auferũtur et iſta bonis, vt probentur: et malis, vt crucientur. [p] IDEM ſuper Lucam: Amor rerum terrenarum viſcus eſt pennarum ſpiritualium. [q] IDEM de verbis Apoſtoli: Aurum materia laborum, periculum poſſidentium, eneruatio virtutum, malus Dominus, proditor ſeruus, aurum nemo tutus habet, niſi qui ſemper abſcondit: in perniciem Domini fulget, per tenebras quæritur, per tenebras cuſtoditur. [r] IDEM: Aurum præbet miſericordiæ materiam, apud bonos animos, et nouo genere lucri, tunc magis prodeſt, quando contemnitur, vt ſcilicet ipſa ſui conditione teſtetur, quoniam mala eſt eius rei poſſeſſio, cuius abdicatio fructuoſa. [ſ] IDEM de moribus Eccleſiæ: Multo enim mirabilius non inhærere diuitijs, quamuis poſſideas, quàm omnino eas non poſſidere. [t] AMBROSIVS in ſermonibus: Merito clamat Propheta: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quid enim mihi proſunt, ſi mecum eſſe poſt mortem non poſſunt? hic acquiruntur, hic relinquuntur. Somnium igitur loquimur, non patrimonium. Vnde bene ait Propheta: Dormierunt ſomnum ſuum, et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis. [*] BERNAR-

A DVS in epiſtola: Bona temporalia ſunt, ſi non amantur vt illicita: ſiue autem amentur ſiue non amentur, non multum expediunt: quia quadam ſui dulcedine cor poſſidentis cito ſubuertunt. [u] IDEM in ſermonibus: Diuitiarum amor inſatiabilis. Longe enim amplius deſiderio torquet animam, quàm refrigeret vſu ſuo: vtpote quarum acquiſitio quidem laboris, poſſeſſio vero timoris, amiſſio plena doloris inuenitur. [x] IDEM: Filij Adam, genus auarum, et ambitioſum, audite. Quid vobis cum terrenis diuitijs, et gloria temporali quæ nec veræ, nec veſtræ ſunt? Aurum enim et argentum nonne terra eſt rubra, et alba, quam ſolus B error hominum facit, magis reputat pretioſam? Denique ſi veſtra ſunt hæc, tollite ea vobiſcum. Sed homo cum interierit non ſumet omnia, neque deſcendet cũ eo gloria eius. [*] IDEM: Fallax felicitas eſt maior infelicitas. [y] SENECA in epiſtola: Res eſt inquieta felicitas.

a Greg. lib. 22. Mor. c. 2. an. med. b Ibid. lib. 5. c. 9. in prin. c Ibid. lib. 10. c. 27. nõ lõge a prin. d Ibid. li. 2 c. 4. circa med. e Ibid. lib. 8. c. 24. in fi. f Ibid. lib. 31. c. 17. circa med. g Idem in Ezec. hom. 19. poſt med. h Ibid. homil. 12. cir. med. i Idem regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 25 cir. fi. k Chryſoſ. oper. imp. hom. 16. parũ a prin. to. 2. l Idem in Ioan. hom. 33. poſt med. to. 3. m Iſid. in ſyno. 2. vlt. ante med. n Aug. ep. 82. ad Lar. to. 2. o Idem ep. 70. ad Bon. poſt med. p Idem de verb. Dom. ſer. 33. poſt med. to. 10. et Gloſ. in pſ. 120. q Idẽ ſer. 23. de verb. Apoſt. ante med. to. 10. r Ibidem paulo poſt. ſ Idem de morib. Eccleſ. lib. 1. c. 35. to. 1. t Amb. de Nabute. c. 6. to. 2. u Ber. ſer. de conuerſ. ad clericos c. 12. x Idẽ ſer. 4. in aduẽ. cir. prin. y Sen. ep. 36. circa prin.

De Conſolatione. Cap. XIX.

GREGORIVS [z] in paſtorali: Offerenda eſt eis conſolatio, quos caminus paupertatis excoquit: atque illis inferendus eſt timor, quos conſolatio glo- C riæ temporalis extollit. IDEM: Habet hoc prauorũ. Infra cap. de malitia. IDEM: Mens in qua. Infra lib. 4. de feruore. [a] HIERONYMVS in epiſtola: Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, et ad conſolationem noſtram aliena ſæpe numerantes vitia, deeſſe nobis dicimus, quos ſequi in virtutibus debeamus. [*] BERNARDVS in epiſtola: Si caro et ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, carnalibus profecto conſolationibus, ſpiritales ſociari impoſſibile eſt. IDEM: Funes ceciderunt. Infra lib. 4. de guſtu. [b] IDEM in apologia: Fuſi ſumus exterius et de regno Dei, quod intra nos eſt, relictis D veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanã conſolationem de vanitatibus, et inſanijs falſis, ac iam religionis antiquæ non ſolum virtutem amiſimus, ſed nec ſpeciem retinemus. [c] IDEM ſuper, Qui habitat: Si vis habere miniſterium angelorum, fuge conſolationes ſæculi, et tentationibus reſiſte diaboli: renuat conſolari anima tua in alijs, ſi vis in Dei memoria delectari. [d] IDEM in ſermonibus: Vilis eſt et ad nihilũ vtilis mundi conſolatio, et quod magis eſt metuendũ, etiam veræ, ac ſalubris conſolationis eſt impedimentum. [e] IDEM: Cuius ad alias conſolationes mens inhiat, et non penitus renuit conſolari in caducis, et E tranſitorijs: ipſe ſibi profecto cæleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis: qui ſi digna deuotione, pleno affectu, deſiderio vehementi petere, quærere, pulſare ſatageret, ſine dubio petens acciperet, quærens inueniret, pulſanti aperiretur. IDEM: Alios quoque lugentes. Supra lib. 2. in cap. de beatitudine.

z Gregor. Paſt. an. p. 3 c. 2. admon. 3. an. med. a Hieron. ep. 14. ad Celant. an. med. to. 1. b Ber. apolog. ad Gul. abb. poſt med. c Idem ſer. 4. in pſal. Qui habitat ante med. d Idẽ ſer. 4. in Vigil. Natal. Do. e Idem declam. ſup. Ecce nos poſt med.

De Ornatu. Cap. XX.

GREGORIVS [f] in Moralibus: Praui cum tegendis membris veſtimenta quærunt, non ſolũ quæ te- F gant, ſed etiam quæ excolant, expetunt: et contra torporem frigoris non ſolum quæ per pinguedinem muniant, ſed etiam: quæ per mollitiem delectent et non ſolum quæ per mollitiem tactum mulceant, ſed etiã quæ per colorem oculos ſeducant. [*] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione: Nos omne tempus vitæ noſtræ conſumimus expoliantes dominã, et adornantes ancillã diuerſis ornatibus. [*] AVGVSTINVS ſuper Matthæũ: Qui immoderato cultu corporis atque veſtitus, vel ceterarum rerũ nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipſis, pomparum ſæculi eſſe ſectator [g] IDEM de Doctrina Chriſtiana: Quem iudicẽ mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipſam quæ videri times? Si, pulchra es, quid abſconderis

f Greg. lib. 20. Moral. c. 25. ante med. g Aug. de Doc. Chriſ. lib. 4. c. 21. poſt med. to. 3. ex Ambroſ. de Virg. lib. 1. ante med. to. 4.

deris? ſi deformis, cur te formoſam eſſe mentiris, nec tuæ cõſciẽtiæ, nec alienę gratiã oris habitura? [a] Idem Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana, loquens de fuco mulierũ: Tolerabiliora propemodũ in adulterio crimina ſunt: ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. [b] Idem de Doctrina Chriſtiana: Monẽtis Apoſtoli vox eſt: Expurgate vetus fermentum, *etc.* In azymis ſinceritatis, *etcet.* Nũ ſinceritas perſeuerat et veritas, quando quæ ſincera ſunt polluuntur, et colorum adulterinis fucis in mendacium vera mutãtur? Dominus tuus dixit: Non potes facere capillum vnum album aut nigrum: et tu ad vincendam Domini tui vocem, vis te eſſe potiorem audaci conatu, et ſacrilego contemptu? Crines tuos inficis, malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris. [c] Hieronymus in epiſtola: Crimen eſt caput poſt chryſmatis ſanctificationem, aut croci aut alterius pigmenti fuco, vel puluere ſordidari, aut auro, vel gemmis, vel cuiuſcũque terrenæ creaturæ ſpecie comi, quòd iam cęleſtis ornatus ſplendore refulget. [d] Idem: Quid facit in facie Chriſtiana purpuriſſus, et ceruſſa, quorum alterum ruborem genarum labiorumq. mentitur, alterum cãdorem oris, et colli ignis iuuenum fomenta libidinũ, impudicæ mentis indicia. *Et infra:* Ornatus iſte nõ Domini eſt, velamen iſtud antichriſti eſt. [e] Idem: Qua fiducia erigit ad cælũ vultus, quos conditor nõ agnoſcit? Ambroſius: Quo vult audiri? Infra lib. 4. de ſimplicitate. [f] Cyprianus in epiſtola: Fugiãt caſtæ virgines, et pudicæ inceſtarum cultus, et habitũ impudicarum, lupanarium inſignia, ornamenta meretricum. Hoc Deus culpat, hoc denotat. Sericum et purpuram indutæ Chriſtum induere non poſſunt: auro, et margaritis, et monilibus adornatæ, ornamenta cordis, ac pectoris perdiderunt. [g] Idem: Parem ſe in omnibus integritas virginea præſtet, nec bonum cordis, corporis cultus infamet. Quid enim ornata virgo, quid compta procedit, quaſi maritum habeat, aut quærat? Timeat potius placere, ſi virgo eſt, nec periculum ſui appetat, quæ ad meliora, et diuina ſe ſeruat. [h] Bernardus in epiſtola: Filiæ Babylonis, quarũ vere gloria in confuſione, induuntur purpura, et byſſo, et ſubinde conſcientia pannoſa iacet, fulgent monilibus, et moribus ſordent. [i] Idem in apologia: Ex cordis theſauro ſine dubio procedit, quidquid foris apparet vitioſum. Vanum enim cor vanitatis notã ingerit corpori, et exterior ſuperfluitas, interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta molliciem animi indicant: non tantum curaretur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mẽs inculta virtutibus. Multa ſupra lib. 1. de monialibus, et coniugatis.

a Ibid. paulo poſt eo eod. Ambr. loco.
b Ibid. ante, et Cypriano lib. de diſcip. et habitu Virg. c. 7. to. 2.
c Hieron. ep. 24. ad Maur. fil. cir. med. to. 9.
d Idẽ ep. 10. ad Fur. ante med. to. 1.
e Ibid. con ſeq.
f Cypr. de diſcip. et habitu Virg. c. 6. to. 2.
g Ibid. c. 9
h Bern. ep. 113. ad Soph Virg. circa med.
i Idem in Apolog. ad Gul. abb. poſt med.

De Ingratitudine. Cap. XXI.

Gregorius [k] in regiſtro, de Imperatore Mauritio: Valde mihi durum videtur, vt ab eius ſeruitio milites ſuos prohibeat, qui et ei omnia tribuit, et dominari eum non ſolum militibus, ſed etiam ſacerdotibus conceſſit. * Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Omne bonum quod non ex amore ipſius boni faciũt homines, ingratum eſt ante Deum. [l] Auguſtinus de viduitate: Multi habent multa dona, et Deum neſciendo, a quo habent, impia vanitate iactantur. Nemo autem eſt donis Dei beatus, qui donanti extiterit ingratus. [m] Idem de pœnitentia: Ingratus extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quo eſt Deo acceptior. [n] Idem de ſpiritu, et littera: Erit anima ingrata, ſi quod illi ex Deo eſt, ſibi tribuit, præcipueq. iuſtitiam. [o] Bernardus ſuper Qui habitat: Confitenti humiliter, et deuote gratias agenti, non immerito ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenitur in modico, re conſtituitur ſuper multa. Sicut e contrario accipiẽdis indignus eſt, qui fuerit de acceptis ingratus. [p] Idem ſuper Cantica: Ingratus reputabitur cum diſcuſſio venerit, qui non poterit dicere cum Dauid: Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. [q] Idem: Numquid non perit, quod datur ingrato? Ingratitudo enim inimica eſt gratiæ, perditio animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. [r] Idem: Ingratitudo ventus eſt vrens, fontem ſiccans pietatis, rorem miſericordiæ, et fluenta omnis gratiæ. Idem: Quid eſt cor durum? capite de obſtinatione. Idem: Abſque confeſſione. Supra lib. 1. de confeſſione. [ſ] Idem in ſermone: Ingratitudo vias obſtruit gratię, et vbi fuerit illa gratia acceſſum non inuenit, locum nõ habet. Hinc mihi, chariſſimi, dolor continuus eſt, multaq. triſtitia cordi meo, quòd nonnullos tam pronos ad leuitatem, ad riſum, ad verba otioſa et ſcurrilia video: vt pertimeſcam valde, ne forte plus quàm expediat diuinæ miſericordiæ immemores et ingrati: ſuper tam multis beneficijs ſuis, aliquando deſerantur a gratia, quam non habent vt gratiam. [t] Idem: Omnino nos ſola a profectu conuerſationis impedit ingratitudo noſtra: dum quodammodo perditum reputans qui dedit, quod ingratus accepit: cauet ſibi de cetero ne tanto plura amitteret, quanto plura ingrato conferret. [u] Seneca in epiſtola: Quiſquis de accipiendo ſemper cogitat, oblitus accepti eſt: nec vllum habet malum cupiditas maius, quàm quod ingrata eſt.

k Greg. regiſt. lib. 2. indic. 11. c. 103.
l Aug. de viduit. bo. c. 16. to. 4.
m Idem de vera et fal. pœnit. c. 14 to. eod.
n Idem de ſpi. et lit. c. 11. to. 3.
o Ber. ſer. 4. in pſ. Qui habitat in prin.
p Idẽ ſer. 1. in Cant. poſt med.
q Ibidem ſer. 11. poſt med.
r Ibid. con ſeq.
ſ Idem ſer. 2. de ſept. miſericor dys circa prin.
t Idem ſer. cont. ingratitud. prope fin.
u Sen. ep. 73. ſtatim a prin.

De Diſcordia. Cap. XXII.

Gregorius [x] in regiſtro: Dubium non eſt, bonos prauorum odia ſuſtinere, diuiniſq. intentos operibus, peruerſorum aduerſitatibus lacerari. [y] Idem: Quoties res aliqua pluribus agenda committitur, dum quiſque diſſentit ab altero, diſpendijs potius quàm vtilitatibus aditus reſeratur. [z] Idem: Mihi inimicitiam facio, ſi fratrum meorum iura perturbo. [a] Idem: Diſcordia conſueuit ſcandala generare. [b] Idem in Moralibus: Solet inter fratres maior ſubſtantia, diſcordiæ fieri grauioris cauſa. [c] Idem: Euenire plerumque ſolet, vt non amiſſa charitate, et inimici nos ruina lætificet, et rurſum eius gloria ſine inuidiæ culpa nos contriſtet: dum et ruẽte eo quoſdam bene erigi credimus, et proficiente eo pleroſque iniuſte opprimi formidamus. [d] Idem in paſtorali: Diſcordes, etſi boni operis fructus in ſuis actionibus proferunt, profecto nulli ſunt, quia non ex vnitate charitatis oriuntur. [e] Idem: Sæpe dum quoſdam maior ſcientia erigit, a ceterorum ſocietate diſiungit: et quaſi quo plus ſapiunt, eo a concordiæ virtute deſipiunt. [f] Idem in dialogis: Prauis moribus ſemper grauis eſt vita bonorum. [g] Idem in homilijs: Quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quia bonus non eſt. Abel enim eſſe renuit, quem Cain malitia non exercuit. [h] Hieronymus in epiſtola: Nihil tam contrarium, nihil tã execrabile Deo, quàm aliquem velle lędere, vel odiſſe: Nihil tam probabile, quàm omnes amare. [i] Idem in homilijs: Quo modo concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcordia maximæ collabuntur. Simile in Gloſſa. Eccle. 1. [k] Idem in originali ſuper Michęam: Vbique inſidiæ, vbique fraudulentia, innoxius ſanguis effunditur præ auaritia, et libidine germanitas ignoratur. [l] Auguſtinus de Verbis Domini: Non poterit habere concordiam cum Chriſto, qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano. [m] Idem: Quid tibi commune cum diſcordia Chriſtiane? quid ſimultates amas, quæ Deo tuo non placent. In initio namque inimicitias in protoplaſtum, dum ſer-

x Greg. regiſt. li. 6. indic. 11. c. 266.
y Ibid. lib. 1. ind. 9. c. 72.
z Ibid. lib. 2. ind. 10. c. 37. cir. fi.
a Ibid. 1. 3 cir. fi.
b Idem li. 1. Mor. c. 4. cir. fi.
c Ibid. lib. 22. c. 6. nõ lõge a prin.
d Idẽ Paſt. cu. p. 3. c. 1. admon. 24. non longe a prin.
e Ibid. admon. 23. nõ multum a prin.
f Idem lib. 2. Dial. c. 3. ante med.
g Idem homil. 38. in Euang. an. med.
h Hieron. ep. 14. ad Maur. fil. poſt med. to. 9.
i Idem in Matt. c. 12. ante med. to. 6.
k Idem in Mich. lib. 2. c. 7. to. 5.
l Aug. de verb. Dom. ſer. 16. prope fi. to. 10.
m Ibidem.

pens exerit, interficitur: dum homini inuidet, ipſe proſternitur: dum Adam cupit decipere, ipſe primitus iugulatur. [a] IDEM in epiſtola: Facile eſt atque procliue malos odiſſe quia mali ſunt, rarum autem et pium eoſdem diligere, quia homines, vt in vno eodemq. ſimul et culpam improbes, et naturam probes. [b] IDEM de confeſſione: Sicut amici adulantes peruertunt, ſic et inimici litigantes plerumque corrigunt. [c] AMBROSIVS de virginitate: Quot homines, tot ſententiæ. [d] ISIDORVS in ſynonymis: Odium a regno Dei ſeparat, a cælo ſubtrahit, a paradiſo eijcit: nec paſſione adimitur, nec martyrio expiatur. [e] IDEM de Summo bono: Amicitia in rebus tantum bonis habenda eſt. Nam qui ea in malo vtuntur, non ſibi amici, ſed inimici exiſtunt. [*] IOANNES Chryſoſtomus in ſermone: Zelantur manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, probum improbi, mitem tumidi, inimica æmulatione laceſſunt. [f] IDEM ſuper Matthæum: Malos, qui monet, offendit: incurrit odium, qui arguit criminoſos. IDEM: Inimicus manifeſtus. Infra de ſimulatione. IDEM: Si inimicitiæ ſemel. Infra de crudelitate. [g] BERNARDVS in epiſtola: Veritas nonnumquam odium et diſcordiam parit. [h] IDEM ſuper Cantica: Oratio peccatoris execrabilis erit, fruſtra quoque offeret munus ſuum ad altare, qui conſcius eſt ſibi quòd frater ſuus habet aliquid aduerſum ſe. Denique non reſpexit Dominus ad Cain munera, eo quòd non rectè ambularet cum fratre ſuo. [i] GLOSSA: In perpetuum cum Cain damnabitur, qui hoc genere homicidij tenetur, vt diſcordet a fratribus: IBIDEM: Omnis homicida eſt, qui vel ferro percutit, vel odio inſequitur. [k] BOETIVS de conſolatione: Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. Quæ vero peſtis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus? Multa ſupra libro 2. de ira.

a Idem ep. 53. ad Macced. aliquãtulum a prin. to. 2.
b Idẽ conf. lib. 9. c. 8. to. 1.
c Amb. de virgin. li. 2 verſ. fin. to. 4.
d Iſid. in ſynon. c. 2. in fin.
e Idem de ſum. bo. li. 3 c. 32. ſent. 2.
f Chryſ. ex varijs locis in Matth. homil. 16. circa med. to. 2.
g Ber. ep. 78. ad Suggerium. poſt med.
h Idẽ ſer. 71. in Cãt. poſt med.
i Gloſ. 1. Ioan. 3.
k Boet. de conſ. phil. li. 3. proſa. 5. in fi.

De Malitia. Cap. XXIII.

GREGORIVS [l] in dialogis: Sunt nonnulli, qui idcirco bona facere ſtudent, vt gratiá alienæ operationis obnubilent, nec paſcuntur bono, quod faciũt, ſed laude boni, qua ceteros premunt. [m] IDEM: Malitia remanentium meretur, vt hi, qui prodeſſe poterant, feſtine ſubtrahantur; et cum mundi finis appropinquat electi tolluntur, ne deteriora videant. [n] IDEM in Moralibus: Iniquorum hominum mentes cum quædam a proximis bene geſta conſpiciunt, in extenſo liuoris ſui equuleo torquentur, et grauem malitiæ ſuæ pœnam ſuſtinent, cum bona in alijs tabeſcendo vident. [o] IDEM: Ab omnipotenti munus ea manu non accipitur, quod corde obligato in malitia profertur. [p] IDEM: Habet hoc prauorum malitia, vt cum vera in ſe flere mala renuit, fingat aliena. Nam quaſi ſolatio facinoris vtitur, ſi falſis vocibus, et vita corripientis inquinetur [q] IDEM: Mens praua ſemper in laboribus eſt: quia aut molitur praua quæ inferat, aut metuit ne hæc ſibi ab alijs inferantur. [r] IDEM in paſtorali: Fruſtra indignatio, clamor, et blaſphemia ab exterioribus tollitur, ſi in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Et incaſſum foras nequitiæ ramus inciditur, ſi ſurrectura multiplicius intus in radice reſeruatur. [ſ] AMBROSIVS de fuga ſæculi: Vbi inimicitiæ ſunt, ibi diſcordia eſt nocẽdiq. ſtudiũ: vbi nocendi ſtudium, ibi ponitur malitia. [t] AVGVSTINVS in ſermone: Benefacere Deus ſemper paratus eſt, ſed hominum malitia prohibetur: quia a Domino Deo ſibi dari vult omnia, et non vult de his, quę poſſidere videtur, offerre. [u] HIERONYMVS in originali ſuper Oſeam: Prudentia abſque bonitate malitia eſt, et ſimplicitas abſque ratione ſtultitia nominatur. [x] BERNARDVS de amore Dei: Malitia eſt ſapor mali. [*] IDEM in ſermonibus: Alius ſupra ſe ambulat in magnis, et mirabilibus: alius extra ſe inutili

l Greg. li. 2 Dial. c. 16. cir. med.
m Ibidem lib 4. c. 17. cir. fi.
n Idem li. 6. Moral. c. 3. cir. med.
o Ibidem li. 22. c. 8.
p Ibid. lib. 20. c. 3.
q Ibid. lib. 12. c. 21. prope prin.
r Idẽ Paſt. cu. p. 3. c. 1. Admon. 10. poſt med.
ſ Amb. de fuga ſæcu. c. 7. poſt med. to. 1.
t Aug. ſer. 219. de tẽp. poſt med. to. 10.
u Hier. in Oſe. lib. 2. c. 9. to. 5.
x Bern. in Cant. ſer. 85. poſt med.

A curioſitate vagatur: alius ſub ſe in carne ambulat, et non poteſt placere Deo: alius contra ſe diligens iniquitatẽ, et odio habens animam ſuã. Omnis enim qui ſæuit in proximum, magis lædit ſeipſum, eo quòd longe peius ſit inferre violentiam, quàm ſufferre.

De Crudelitate. Cap. XXIV.

GREGORIVS [y] in regiſtro: Valde iniquum eſt, vt qui te plus amauerunt, ipſi te ſine cauſa atrociorẽ contra ſe ſentiant. [z] IDEM in Moralibus: Plerũque diſſoluta remiſſio quaſi manſuetudo, ac pietas reputatur, et dum plus quàm decet delinquentibus temporaliter parcitur, ad ęterna ſupplicia crudeliter reſeruãtur. [a] AVGVSTINVS in epiſtola: Moleſtus eſt, et crudelis videtur medicus furenti frenetico, et pater indiſciplinato filio: ille ligando, ille cędendo, ſed ambo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant, iſta potius falſa manſuetudo, vera crudelitas eſt. [b] IDEM: Vt conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicuius criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu remaneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ [c] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Sicut oleum non vtique parit lapis, ita nec crudelitas miſericordiam: cum enim talem habuit radicem, non vltra eleemoſyna eſt quod tale eſt. [d] IDEM: Cum nos ignoremus eſurientem Chriſtum, ignorabit nos et ipſe miſericordia indigentes: et iuſte, quia crudeles fuimus in idipſum. [*] BERNARDVS ſuper Qui habitat: Quantum ego compatiar, et ſi quid ſolatij poſſem impendere, quam libenter id facerem, nouit ille quem nihil latet. Verumtamen ſi de pœnarum diminutione ſolatiũ præbere voluero, crudelis, et immiſericors ero: quantum enim ſubtraham de pœna, tantum de corona furabor: tantum defraudabo fructus, quantum de ſemente ſubtraxero: ſiquidem modica ſeminis detractio, non modicũ eſt meſſis detrimentum. [e] SENECA in epiſtola: Quid opponitur clementiæ, nonne crudelitas? quæ nihil aliud eſt, quàm atrocitas animi in pœnis exigendis. Crudeles enim vocantur, qui puniendi cauſam habent, modum non habent.

y Greg. regiſt. lib. 1 ind. 7. c. 06
z Idem li. 32. Moral. c. 19. longe poſt med.
a Aug. ep. 50. ad Boniſ. longiſſime ante med. to. 2.
b Ibidem poſt med.
c Chryſoſ. hom. 18. in Io. prope fi.
d Vltima verba huius authoritatis Bernardi reperiuntur in præfatione ſuper: Qui habitat.
e Sen. de Clementiã li. 2. c. 4.

De Simulatione. Cap. XXV.

GREGORIVS [f] in Moralibus: Omnis hypocrita, quia vitam iuſtitiæ ſimulans iuſtorum ſibi laudẽ arripit, alienum eſt profectò; quod tollit. [g] IDEM: Omnes hypocritæ dum bonorum vitã ſimulant, imitationem ſanctæ conuerſationis habent, ſed veritatẽ ſanctæ actionis non habent. [h] IDEM in paſtorali: Inter hypocritas iure deputatur, qui ex ſimulatione diſciplinæ miniſterium regiminis vertit in vſum dominationis. [i] HIERONYMVS in epiſtola: Fictam humilitatem fugiens, illam ſectare, quæ vera eſt, quam Chriſtus docuit humilitatem, in qua non ſit ſuperbia incluſa. Multi enim huius virtutis vmbram, veritatem pauci ſequuntur. Perfacile eſt aliquem veſtem habere contemptam, ſalutare ſubmiſſius, manus, et genua deoſculari, inclinato in terram capite oculiſq. deiectis humilitatem, ac manſuetudinem polliceri, lenta voce tenuiq. ſermones infringere, ſuſpirare crebrius, et ad omne verbum peccatorem, ac miſerum ſe clamare. Sed ſi vel leui ſermone offenſus fueris, continuo videbis attolere ſupercilium, leuare ceruicem, et delicatum illum oris ſonum, inſano clamore repente mutare. [k] IDEM: Sancta magis eſſe, quàm videri ſtude: quia nihil prodeſt æſtimari quod non ſis, et duplicis peccati reatus eſt, non habere quod creditur, et quod non habeas ſimulare. [*] IDEM in originali ſuper Matthæum: Nunc rara fides eſt, aliud in labijs, aliud in corde verſatur, venenum animę linguæ mella conteguut. [l] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Mat-

f Greg. li. 5. Moral. c. 26.
g Ibid. lib. 31. c. 5. paulùlum a prin.
h Idẽ Paſ. cu. p. 2. c. 6. poſt med.
i Hieron. ep. 2. ad Demet. to. 9.
k Idem ep. 14. ad Minutic. fil. poſt med. to. co.
l Chryſoſ. oper. imp. hom. 45. circa prin.

Matthæũ: Dic hypocrita ſi bonũ eſt eſſe malũ, vt quid nó vis apparere, quod es? Si auté melius eſt bonũ eſſe, vt quid nó vis eſſe quod vis apparere? [a] IDEM: Inimicus manifeſtus melior eſt, quàm amicus fictus. Ille dũ timetur, facile vitatur: iſte dum non cognoſcitur, præualet. IDEM: Oſculum pacis. Supra lib. 2. de ira. [b] ISIDORVS de Sommo bono: Sæpe per ſimulationem amicitia colitur, vt qoi non potuit aperte decipere, decipiat fraudulenter. [c] IDEM: Per aduerſa magis, quam per proſpera comprobatur, ſi Deus et proximus vere diligatur: quia dum aduerſa prouenerint, tunc amicus frauduleotus detegitur. IDEM: Qui crucem portat. Infra lib. 4. de cruce ſpirituali. [d] AVGVSTINVS de virginitate: Simulatio humilitatis maior ſuperbia eſt. IDEM: Simulatio dicit. Supra lib. 1. de conflictu. [*] IDEM ſuper Matthæum: Malus ſpiritus, ſpiritus ſtultitiæ: alter peior ſimulatio ſapiẽtiæ. Spiritus malus, ſpiritus erroris: alter peior ſimulatio veritatis. Spiritus malus, ſpiritus temeritatis: alter peior ſimulatio conſilij. Spiritus malus, ſpiritus ignauiæ: alter peior ſimulatio fortitudinis. Spiritus malus, ſpiritus ignorantiæ: alter peior ſimulatio ſciẽtiæ. Spiritus malus, ſpiritus impietatis: alter peior ſimulatio pietatis. Spiritus malus ſpiritus elationis: alter peior ſimulatio timoris. IDEM: Cautus ſit pœnitens. Supra lib. 2. de confeſſione. [e] BERNARDVS ſuper Cantica: Intendere quaſi in Deum, ſed nõ propter Deum, hypocritæ plane animæ eſt: cuius, etſi vna facies decora videtur, qoòd ad Deum qualicumque intentione reſpiciat, ipſa tamen ſimulatio omne in ea decorum exterminat, et magis per totum ingerit fœditatem. [f] IDEM: Minus ſemper malitia palam oocuit, nec vmquam bonos, niſi ſimolatione boni deceptus eſt. [*] IDEM io epiſtola: Nemo magis iram meretur, quàm amicum ſimulans inimicus. [g] IDEM: Non dicet hypocrita, gloria mea teſtimonium conſcientiæ meæ: quia etſi iudicantium ſecũdom faciem, verbo, vultu, et habitu ſimulatorio, elodat opinioni, ſed non eius, qui ſcrutatur renes, et corda, fallit vel euadit iudicium. GLOSSA: Ira iuſta eſt. Infra lib. 4. de zelo booo. [h] SENECA io epiſtola: Omnia vitia jn aperto leuiora ſunt. Morbi quoque tunc ad ſanitatem inclinant, cum ex abdito erumpuot, atque vim ſuam proferunt. Auaritiam itaque et ambitioné, *et cætera.* Mala mentis humanæ, tunc pernicioſiſſima ſcias eſſe, cum ſimulata ſanctitate ſubſiſtuot.

a Ibid. homil. 42. ante med. *b Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 29. ſen. 2.* *c Ibidem ſent. 3.* *d Aug. de virg. ſanc. 3. 43. to. 6.* *e Bern. in Cant. ſer. 40. circa med.* *f Idem ſer. 66. non longe a prin.* *g Idem ep. 42. ad Hēr. Senon. Arch. poſt med.* *h Sen. ep. 57. poſt med.*

De Familiaritate. *Cap. XXVI.*

GREGORIVS [i] in dialogis: Qui corpus ſuom continentiæ dedicant, habitare cum feminis oon præſumant: ne ruina menti tanto repentina ſubrepat, quanto ad hoc quod male concupiſcitur, etiam præſentiæ concupitæ formæ famulatur. [k] IDEM in regiſtro: Legitur, quòd Beatus Auguſtious, nec cum ſorore habitare conſenſerit, dicens: Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ oon ſunt. Docti ergo viri cautela, magna debet oobis eſſe inſtructio: nam vitium præſumptionis eſt, quod fortis pauet, minus validum non timere. [l] IDEM ſuper Ezechielem: Sicut perfecti viri peruerſos proximos non debent fugere, quia et eos ſæpe ad rectitudinem trahunt, et ipſi ad peruerſitatem numquam trahuntur: ita infirmi quique ſocietatem debent declinare malorum, ne mala, quæ frequenter aſpiciunt, et corrigere noo valent, delectentur imitari. [m] AMBROSIVS ſuper Lucam: Quàm religioſum videtur, vt commemorationem Chriſtianæ feminæ non recuſes? ſed crebra inde tentatio: ſi attentos Deo viderit Diabolus, ſuggerit, vt decipiat. Sed tu quamuis de propoſito præſumas, caue tentationem, ſciens naturam. [n] IDEM de virginibus: Teritur officijs pudor, audacia emicat, riſus

i Greg. lib. 3. Dialog. c. 7. non longe a prin. *k Idem regiſt. li. 7. indic. 2. c. 39.* *l Idem homil. 9. in Ezech. poſt med.* *m Amb. in Luc. li. 4. c. 4 to. 5.* *n Idem de Virg. lib. 3. to. 4. ante med.*

S. Bon. To. 6.

A obrepit, modeſtia ſoluitur, dum affectatur vrbanitas. [o] ISIDORVS in ſynonymis: Sæpe familiaritas implicat, ſæpe occaſio peccandi voluntatem facit. [p] IDEM: Melius eſt habere malorum odium, quàm conſortium. [*] IDEM: Sicut multa bona habet communis vita ſanctorum, ſic plurimum mali ſocietas affert malorum. [q] AVGVSTINVS de ſingularitate clericorum: Diabolus ſicut de ſimplici charitate amorem conflat illicitum: ſic per ſocietatem clerico, et mulieri inducit interitum: dum autem cootentus eſt cedere, ſic valet fortius occupare: et dom ſubmiſſius patitur ſemetipſum præbere deuictum, ſic plenius deB uincere gloriatur. [r] IDEM: De clericis familiaribus erga molieres Apoſtolus ait: Gloria in turpitudine eorum. Sed dilectio eſt, inquiunt. O dilectio, quæ inuadet ſibi! O charitas, quæ cupit ſe in vituperatione laudari! Grande miraculum, vt virginũ charitas virgines faciat velut coniuges credi, et cóiogum charitas coniuges faciat velut virgines æſtimari. [ſ] IDEM: Conuerſatio parilitans oon niſi corruptioné ſeminat, vitia pullulat, laſciuiam paſcit, cupidiné concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, furiam porrigit, petulantiam nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat. [t] IDEM: Semel dixerim, omnis inconueniens C ſodalitas mulierum, gluten eſt delictorum, et viſcus toxicatus quo diabolus homines aucupatur. [u] HIERONYMVS io epiſtola: Si pudicitiam ſeruare quæris, feminam quam bene videris conuerſantem mente dilige, noo corporali frequentia. [x] IDEM: Germinant feminæ ſpinas cũ viris habitantes, et arcana mentium acuto mucrone percutiunt. [y] IDEM: Nec Dauid ſanctior, nec Salomone potes eſſe ſapientior. Meméto ſemper qoòd paradiſi colonũ de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. IDEM: Ianua diaboli. Supra de muliere lib. 1. [z] BERNARDVS ſuper Cantica: Cum femina ſemper eſſe, et non cognoſcere feminam, nonD oe plus eſt, quàm mortuum ſuſcitare? Quod minus eſt, non potes, et quod maius eſt vis credã tibi? Quotidie latus tuum, ad latus iuuenculæ in menſa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculus tous ad oculos eius in colloqoio, manus tuæ ad manus ipſius in opere, et contioens vis putari? Eſto vt ſis, ſed ego ſuſpitione non careo.

o Iſid. in ſynon. c. 5. poſt med. *p Ibid. c. 9. poſt med.* *q Eſt apud Cyp. de ſingul. cleric. c. 2. poſt med. to. 3.* *r Ibidem c. 18. ante med.* *ſ Ibid. c. 22* *t Ibid. c. 7* *u Hier. de vita cler. ad Ocean. to. 9.* *x Ibidem poſt med.* *y Idem ep. 2. ad Nepo. ante med. to. 1.* *z Bern. in Cant. ſer. 65. ante med.*

De Propinquitate. *Cap. XXVII.*

E GREGORIVS [a] in Moralibus: Sæpe ad auaritiam cor parentis illicit fecunditas prolis: Eo enim ad ambitum congregandæ hereditatis accenditur, quo multis heredibus fecundatur. [b] IDEM: Ille ſcire Deũ familiarius appetit, qui præ amore pietatis, neſcire deſiderat quos carnaliter ſciuit. [c] IDEM: Graui dãno ſcientia diuina minuitur, ſi cum carnis ootitia partitur. Extra cognatos ergo quiſque ac proximos debet fieri, ſi vult parenti omnium verius iungi. [d] HIERONYMVS in epiſtola: Licet ſparſo crine et ſciſſis veſtibus vbera, quibus te nutrierat, mater oſtendat: licet in limine pater iaceat, percalcato patre perge, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt, F in hac re eſſe crudelem. Veniet poſtea dies ille, qoo victor reuertaris in patriá. [e] IDEM in homilijs: Hic ordo in omni affectu neceſſarius eſt. Ama poſt Deum patrem, ama matrem, ama filios. Si autem neceſſitas venerit, vt amor parentum ac filiorum, Dei amori comparetur, et oon poſſit vterque ſeruari, odium in ſoos, pietas in Deum eſt. [f] IOANNES Chryſoſtomus in homilijs: Dico tibi monache, quid quæris matrem? aut Chriſtiana eſt mater, aut oon eſt Chriſtiana, aut ſancta eſt, aut peccatrix. Si ſancta eſt, gaudet, qoia ſeruis Domino: ſi peccatrix, dimitte illam, quia mortua eſt. [g] IDEM: Qui habet Ieſum, habet et patrem, habet matrem, habet filios, habet omnem propinquitatem. Quid quæris mortuos?

a Greg. li. 1. Mor. c. 4. in prin. *b Ibid. li. 7 c. 14. ante med.* *c Ibid. con ſeq.* *d Hieron. epiſt. 1. ad Heli. to. 1.* *e Idem in Matt. c. 10 to. 6.* *f Chryſoſt. ho. 10. ex va rijs locis in Matt. to. 2.* *g Ibid. paulo ante.*

P 3 ſequere

A ſeqnere viuum, et dimitte mortuos, vt ſepeliant mortuos ſuos? [a] ISIDORVS de Summo bono: Multi dum propinquorum vtilitates procurant, a Dei amore ſe ſeparant. Vir autem ſpiritualis, ita prodeſſe debet ſuæ propinquitati, vt dum illis gratiam carnis præſtare ſtudet, ipſe a ſpirituali propoſito nequaquam declinet. IDEM: Multi monachorum. Supra lib. 1. de monachis malis. [b] IDEM: Noueris non prohiberi pietatis officium, ſed negari carnalitatis affectũ: proximis enim carnaliter præſtatur, quod extraneis pie impéditur. [c] AVGVSTINVS in epiſtola: Carnalem affectum, et in nobis, et in noſtris militia Chriſtiana

B vt perimamus hortatur: nec tamen ita vt ingratus ſit quiſque parentibus, et eadem ipſa beneficia, quibus in hanc vitã editus, ſuſceptus, atque nutritus eſt, enumerata derideat, ſeruet potius vbique pietatem. Habent hæc locum, vbi maiora non vocant. Mater Eccleſia, mater eſt etiam matris tuæ. [d] IDEM de viduitate: Nec ideo laudanda es, quia filios habes: ſed quia eos ple nutrire atque educare ſtudes. Vt enim tibi naſcerentur, fecunditatis: vt viuant, felicitatis eſt: vt et inſtituantur ſic, voluntatis eſt atqne poteſtatis. [e] BERNARDVS in epiſtola: Eccleſia iubetur, vt cõcupiſcat rex, decorem eius. Obliuiſci populum ſuum et domum patris ſui. Puer Ieſus inter cognatos et notos quæritur, nec inuenitur. Fuge fratres tuos et tu,

C ſi tuam vis inuenire ſalutem. Fuge, inquam, de medio Babylonis, fuge a facie gladij aquilonis. [f] IDEM: O dirum patrem, o ſæuam matrem, o parentes crudeles et impios, immo non parentes, ſed peremptores, quorum dolor ſalus pignoris, quorũ conſolatio mors filij eſt, qui me malunt perire cum eis, quàm regnare ſine eis. [g] IDEM: Configat carnes tuas diuinitus timor, ne decipiat carnalis amor. Blanditur ſed ſub lingua eius labor et dolor: lacrymatur, ſed inſidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum. [h] IDEM: Fidelis ſermo et omni acceptione dignus: et ſi impium eſt contemnere matrem,

D contemnere propter Chriſtum piiſſimum eſt. Nam qui dixit: Honora patrem, et matrem, ipſe etiam dixit: Qui amat patrem, et matrem pluſquam me, non eſt me dignus. [i] GLOSSA: Perfecta eſt conuerſio, vbi cum cupiditate rerum, carnalis quoque rumpitur dilectio.

a Iſid. de ſum bo. li. 3 c. 11. ſent. 9. et 4. *b Ibidem ſent. 5.* *c Aug. ep. 38. ad Laetum poſt med. to. 2.* *d Idem de vid. bono. c. 14. to. 4.* *e Bern. ep. 107. in ſi.* *f Idem ep. 111. ante med.* *g Ibid. ep. 2. ad Fulc. circ. med.* *h Ibid. ep. 104. ad Mag. Galt.* *i Gloſſ. in Mat. c. 4.*

De obliuione. *Cap.* 28.

GREGORIVS [k] in homilijs: Nulla nos proſperitas blandiens ſeducat: quia ſtultus viator eſt,

E qui in itinere amæna prata conſpiciens, obliuiſcitur ire, quo debet. [l] IDEM in Moralibus: Stulti cũ prudentium facta conſpiciunt, hæc eis eſſe omnia reprehenſibilia videntur: quia ſuæ imperitiæ, et infirmitatis obliti, tanto intenſius de alienis iudicant, quanto ſua profundius ignorant. [m] IDEM: In iſtis viſibilibus, quæ intuetur cor noſtrum, extra ſe ſpargitur, et quid de ſe intrinſecus agatur obliuiſcitur, dum extrinſecus occupatur. [n] IDEM in regiſtro: Sincera in dilectione, nec vires abſentia, nec locum habet obliuio. [o] IDEM in paſtorali: Sæpe nonnulli velut obliti, quòd fratribus, animarum cauſa, prælati ſunt: toto cordis anniſu, ſæcularibus cauſis inſeruiunt. [p] IDEM:

F Ex ſe debet vnuſquiſque colligere, qualiter alienæ hunc oporteat imbecillitati miſereri: ne contra infirmitatem proximi, ſi ad increpationis vocem feruentius rapiatur, oblitus ſui eſſe videatur. IDEM: Sæpe nonnulli. Supra lib. 1. de religioſis malis. [q] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Melior eſt animus cum obliuiſcitur ſui, præ charitate incommutabilis Dei, vel ſeipſum penitus in illius comparatione contemnit. [r] IDEM de confeſſionibus: Quis dabit Domine mihi, vt venias in cor meum, et inebries illud, vt

k Greg. homil. 14. in Euang. circ. ſi. *l Idem li. 11. Moral. c. 18. circa med.* *m Ibidem lib. 21. c. 7. circ. med.* *n Idem regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 6 n* *o Idẽ Paſt. cu. p. 2. c. 7. paulo poſt a prin.* *p Ibidem c. 10. Ante med.* *q Aug. de lib. arb. li. 3 c. 11. to. 1.* *r Idẽ conf. li. 1. c. 5. to. ood.*

A obliuiſcar mala mea, et vnum bonum meum amplectar te? [s] IDEM in ſermone: Percutitur hac animaduerſione peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. IDEM: Væ qui dereliquunt te ducem. Infra capite de ſapientia mala. [s] AMBROSIVS in Apologia: Sentire vitalis vigoris ac muneris eſt: vnde et ille qui errorem ſuum non cognoſcit, inſanit, furit, deſipit. [t] BERNARDVS ſuper Miſſus eſt: Videas pleroſque in Eccleſia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos ſubito intumeſcere, priſtinæ obliuiſci abiectionis, genus quoque ſuum erubeſcere. [u] IDEM ſuper canti-

B ca: Parum eſt noſtris vigilibus, quòd non ſeruant nos, niſi et perdant: alto quippe demerſi obliuionis ſomno, ad nullum Dominicæ comminationis tonitruum expergiſcuntur, vt ſuum ipſorum periculum expaueſcant. Inde eſt, vt non parcant ſuis, qui non parcunt ſibi, perimentes pariter, et pereuntes. [w] IDEM in ſermone: Quantos videmus quaſi oblitos ſui, et peccatorum ſuorum: Dei quoque, et beneficiorum eius immemores, ſic non redimere, ſed amittere tempus, vt de moribus, et affectionibus ſuis vltima apud ipſos vix mentio fiat.

ſ Ber. hom. 4. ſup. Miſſus eſt. poſt med. *t Idem in cant. ſer. 77. ante med.* *u Idẽ ſer. conu. ingratitud. circa med.*

De ignorantia. *Cap.* 29.

C GREGORIVS [x] in Moralibus: Neſcire, ignorantia eſt, ſed ſcire noluiſſe, ſuperbia. [y] IDEM: Quo noſipſos minus agnoſcimus, eo illos, quos reprehẽdere nitimur, plus videmus. Cõmunia hæc mala ſunt, quæ ſæpe a ſubditis in prælatos, ſæpe a prælatis in ſubditos committuntur. [z] IDEM: Nemo bene iudicat, qui ignorat. IDEM: Sæpe committunt. Supra de recidiuatione. [a] IDEM: Seclusum ab internis gaudijs genus humanum, exigente culpa mentis oculos perdidit: et quo meritorum paſſibus gradiatur,

D neſcit. Sæpe enim eſt donum gratiæ, quod iram deputat: et ſæpe diuinæ diſtrictionis ira eſt, quod gratiã putat. [b] IDEM in regiſtro: Quæ poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, et paſtor neſcit? [c] IDEM: Quotieſcumque tam de baptiſmo aliquorũ vel de confirmatione, quàm de eccleſiarum conſecratione dubium habetur: et nec ſcriptis nec teſtibus certa ratio habetur, vtrum baptizati, vel confirmati ſiue eccleſiæ conſecratæ ſint: baptizentur tales ac confirmẽtur, atque eccleſiæ canonicæ dedicẽtur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: Quoniam non monſtratur iteratum, quod non certis indicijs oſtenditur ri-

E te peractum. [d] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Non poteſt eis eſſe excuſatio condemnationis, ignorantia veritatis, quibus fuit inueniendi facultas, ſi fuiſſet quærendi voluntas: Nam ſi veritas ſalus eſt, et vita cognoſcentium ſe, magis debet quæri, quàm quærere. [e] ISIDORVS in ſynonymis: Ignorantia mater errorum eſt, ignorantia vitiorum nutrix. [f] AVGVSTINVS ſuper Matthæum: Melior eſt fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia. IDEM: Cum vbique ſit præſens. Supra de negligentia. [g] IDEM de gratia, et libero arbitrio: Ideo diuina præcepta data ſunt, vt homo excuſationem de ignorantia non haberet. [h] IDEM de Trinitate: Error eſt pro alio, alterius approbatio. [i] IDEM: Rem prorſus igno-

F tam amare, omnino nullus poteſt. [k] IDEM de vita beata: Recte dicimus eorum animos, qui nullis diſciplinis eruditi ſunt, nihilq. bonarum artium hauſerunt, ieiunos atque famelicos eſſe. [l] IDEM de coniugijs adulterinis: Sunt peccata ignorantium, quamuis minora peccatis ſcientium. [m] IDEM: Certe nullius crimen maculat neſcientem. Et eſt interlinearis. Gen. 21. Neſciui. [n] BERNARDVS de contemptu: Quando excuſare ignorantia poſſit hominem, qui ſe magiſtrum infantium, et doctorem inſipientium profi-

x Greg. li. 23. Moral. c. 11. circa med. *y Ibidem c. 14. cir. ſi.* *z Ibid. lib. 27. c. 6. in ſi.* *a Ibidem lib. 9. c. 9. in prin.* *b Idem regiſt. li. 2. ind. 11. c. 92.* *c Ibid. lib. 12. ind. 7. c. 31. poſt med.* *d Chryſoſt. op. imp. homil. 44. ante med. to. 2.* *e Iſid. in ſynon. c. 24* *f Aug. de verb. Apoſt. ſer. 22. ante med. to. 10.* *g Idem de gra. et lib. ar. c. 2. to. 7* *h Idem de Trin. li. 10. c. 1. to. 3.* *i Idem de vi. bea. diſpu. 1. dicẽ ante med. to. 1.* *k Idem ep. 42. ad Vincent. ante med. to. 2.* *l In declamat. ſuper illud: Ecce nos reliqu. omn. ante med.*

A profitetur. Ignorans vtique ignorabitur, et multos ignorare faciet, et ignorari. [a] Idem ſuper Cantica: Dico omnes ignorare Deum, qui nolunt conuerti ad eum: neque enim ob aliud proculdubio renuunt, niſi quia grauem, et ſeuerum imaginantur, qui pius eſt: durum et implacabilem, qui miſericors eſt: ferum et terribilem, qui amabilis eſt. Et mentitur iniquitas ſibi. [b] Idem de duodecim gradibus: Fruſtra ſibi de infirmitate, vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius peccent, libenter ignorant, vel infirmantur. [c] Idem in epiſtola: Multa ſcienda neſciuntur, aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut verecundia inquirendi: et quidem huiuſmodi ignorantia, non habet excuſationem. B Idem: Multi multa ſciunt. Supra de curioſitate. [d] Idem de conſideratione: Noueris licet omnia myſteria, noueris lata terræ, alta cæli, profunda maris: ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento ruinam, non ſtructuram. [e] Boetius de conſolatione: Humanæ naturæ iſta conditio eſt, vt ſi ſe noſſe deſierit, infra beſtias redigatur: Si vero cum ceteris rebus ſemetipſum agnoſcat, excellat eaſdem. Nam ceteris animantibus ſeſe ignorare, natura eſt: hominibus, vitio venit. [f] Seneca in epiſtola: Nõ eſt extrinſecus malum noſtrum, ſed intra nos eſt, C in viſceribus ſedet: et ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus.

> a Idem in cant. ſer. 90. ante med.
> b Idē tract. de 12. grad. humil. poſt med.
> c Idem ep. 77. ad Hugo. de S. Vict. ante med.
> d Idem de conſid. li. 2. ante med.
> e Boet. de conſol. li. 2. proſa. 5. circa ſi.
> f Sen. ep. 50. ante med.

De ſtultitia. Cap. 30.

Gregorius [g] in Moralibus: Incautis ſæpe ad peccati finem vertitur, etiam hoc, quod pro ſolo ſtudio mercedis inchoatur. [h] Idem: Quantalibet doctrina mens polleat, grauis eius imperitia eſt velle docere meliorem. [i] Idem: Sæpe reprobi, per hoc quòd vnum vel minimum bonum ſuum incaute cõ- D ſpiciunt, mala multa et grauia, in quibus demerſi ſunt, non agnoſcunt. [k] Idem: Quia teſtante Paulo, ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum, tanto quiſque amplius intus ſtultus fit, quanto conatur exterius ſapiens videri. [l] Idem in regiſtro: Ego et minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bonis imitari paratus ſum. Stultus enim eſt, qui in eo ſe primũ æſtimat, vt bona, quæ viderit, diſcere contemnat. [m] Auguſtinus de libero arbitrio: Stultitia eſt, rerum appetendarum, et vitandarum non quælibet, ſed vitioſa ignorantia. [*] Idem: Si prudentes dicuntur, qui omnibus modis agunt, vt differant mortem, E et viuant paucos dies: quàm ſtulti ſic viuunt, vt perdant æternam vitam? [n] Idem de octuaginta tribus quæſtionibus: Quidquid caſu fit, temere fit. [o] Idem de vita beata: Maior et miſerabilior egeſtas nulla eſt, quàm egere ſapientia: et qui ſapientia non eget, nulla re omnino egere poteſt. Eſt ergo animi egeſtas, nihil aliud, quàm ſtultitia. [*] Idem de ordine diſciplinæ: Quiſquis ea ſola nouit, quæ corporis ſenſibus attingit, non ſolum cum Deo non eſſe mihi videtur, ſed nec ſecum quidem. Iſidorus: Neminem ſtultorum: Supra lib. 1. de iudicibus. [p] Bernardus F de conſideratione: In his ſtulto labore conſumeris, quæ non ſunt niſi afflictio ſpiritus, euiſceratio mentis, euacuatio gratiæ. [q] Idem ſuper cantica: Stultus quòd viuit, mortem potius quàm vitam eſſe cenſuerim: Quo modo vita cum ſterilitate? [r] Seneca in epiſtola: Inter cetera mala hoc quoque habet ſtultitia proprium, ſemper incipit viuere. Quid eſt autem turpius, quàm ſenex viuere incipiens? [*] Idem: Omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui. [ſ] Idem: Nihil ſtultitia pacati habet: tam ſuperne illi metus eſt, quàm infra. Vtrumque trepidat latus, ſequuntur pericula et occurrunt, ad omnia pauet, imparata eſt, et ipſis terretur auxilijs.

> g Greg. li. 9. Mor. c. 60 poſt med.
> h Ibid. lib. 6. c. 60. cir. ſi.
> i Ibid. lib. 24. c. 17. poſt med.
> k Ibid. lib. 18. c. 25. fere in prin.
> l Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 63. in ſi.
> m Aug. de lib. arb. li. 3 c. 24. ante med. 10. c.
> n Idem de 83. queſt. q. 24. 10. 4.
> o Idem de vita bea. diſp. 3. dici ante med. 10. c.
> p Bern. de conſid. li. 1. ante med.
> q Idē ſer. 63. in cant. ante med.
> r Sen. ep. 13. cir. ſin.
> ſ Idem ep. 19. ante med.

De credulitate. Cap. 31.

Gregorius [t] in Moralibus: Error cum virtus creditur, difficilius emendatur. [u] Idem: Sicut plerique reticent ex timore, et tamen tacere ſe æſtimant ex humilitate: ita nonnulli loquuntur per impatientiam elationis, et tamen loqui ſe credunt per libertatem rectitudinis. Idem: Maiora crimina. Infra libro. 4. de æquitate. [x] Idem: Arrogantes graue ſe dãnum perpeti iudicant, ſi ſcientiã ſuam loquendi breuitate conſtringunt. Tanto enim ſemetipſos credunt B doctiores oſtendere, quanto ſe poterunt multiplicitate loquacitatis aperire. [y] Idem in regiſtro: Nos ignotis hominibus paſſim credere non debemus. [z] Idem: Ex te aliorum cauſas æſtima, et in quorumdam aduerſitates falſis ſuſpitionibus non ducaris. [a] Iſidorus de Summo bono: Erit ille apud Deum condemnatus, qui aduerſus innocentem, falſum teſtimonium vel dicit, vel dicentibus credit. Nam non ſolum reus eſt, qui falſum de aliquo profert, ſed is qui cito aurem criminibus præbet. [b] Ioannes Chryſoſtomus de compunctione: Si inimicitiæ ſemel occupauerint homines, omnia quæ fiunt, quæ C dicuntur, quæ audiuntur ita accipiuntur, et intelliguntur, vt ad maiores et longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, nõ creditur: ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur, hoc confirmatur. [c] Auguſtinus de baptiſmo paruulorum: Si eſt vlla humanitas in rebus humanis, puto nos iuſtius poſſe reprehẽdi, ſi ignotos homines, quos criminantur inimici, nec eorum crimen vlla teſtificatione demonſtrant, nocẽtes potius quàm innocentes crediderimus. [d] Bernardus in epiſtola: Error eſt humanæ mentis, non modo bonum putare malum, et malum bonum, aut verum falſum, et ecõ- D uerſo, ſed etiam certa recipere pro dubijs, dubia pro certis. [e] Idem de conſideratione: Facilitas credulitatis eſt, cuius callidiſſimæ vulpeculę magnorum neminem comperi ſatis cauiſſe verſutias: inde ipſis pro nihilo iræ multæ, inde innocentium frequens abdicatio, inde præiudicia in abſentes. Idem: Arrogans de omni alia. Supra lib. 2. de ſuperbia. [f] Seneca in epiſtola: Vtrumque vitium eſt, et omnibus credere, et nulli: ſed alterum honeſtius dixerim vitium, alterum tutius.

> t Greg. lib. 22. Mor. c. 17. longe poſt med.
> u Ibid. li. 24. c. 10. cir. med.
> x Ibid. lib. 26. c. 18
> y Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 64 cir. ſi.
> z Ibid. li. 8. ind. 3. c. 12. poſt med.
> a Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 59. ſenten. 6.
> b Chryſoſ. de comp. cord. lib. 1. ante med.
> c Aug. de vnico Bapt. con. Petil. c. 16. ante med. 10. 7.
> d Bernar. ep. 85. ad Victſ. abb. cir. prin.
> e Idem de conſid. li. 2. in fine.
> f Sen. ep. 3. poſt med.

De ſapientia. Cap. 32.

E Gregorius [g] in Moralibus: Ad veram ſapientiam venire non poſſunt, qui falſæ ſuæ ſapiẽtiæ fiducia decipiuntur. [h] Idem: Valde difficile eſt, vt is, qui ſe ſapientem æſtimat, mentem ad humilitatem reducat. Idem: Quia teſtante. Supra de ſtultitia. [i] Idem: Sapientia huius mundi infidelis eſt: quia manſura poſt mortem non eſt. [k] Idem in paſtorali: Quo quiſque melius ſapit, eo deterius delinquit: et idcirco inexcuſabiliter meretur ſupplicium, quia prudenter, ſi voluiſſet, potuit vitare peccatum. Idem: Sæpe dum. Supra de diſcordia. [l] F Idem in regiſtro de quodam monacho: Sunt bona, quæ in eo placent, ſed hoc eſt in illo vehemẽs vitium, quia valde ſibi ſapiens eſſe videtur. [m] Auguſtinus de libero arbitrio: Væ qui derelinquunt te ducem, et oberrant in veſtigijs tuis: qui nutus tuos pro te amant, et obliuiſcuntur quid innuas. O ſuauiſſima lux purgatæ mentis ſapientia! non enim ceſſas innuere nobis, quæ et quanta ſis, et nutus tui ſunt omne creaturarum decus. [n] Idem de quantitate animæ: Odore ac ſapore mire dijudicare pulmenta, et quo lacu piſcis captus ſit, vel quod tenue vinum ſit, noſſe dicere, quædam eſt miſeranda peritia: et his artibus, cum quaſi creuiſſe anima videtur, quæ nec lata mente defluxit in ſenſus, nihil aliud, quàm tumuiſſe, vel

etiam

> g Greg. li. 13. Moral. c. 24.
> h Ibid. lib. 16. c. 27. in ſi.
> i Ibid. lib. 26. c. 20. cir. med.
> k Idē Paſt. cu. p. 3. a. c. admon. 28. ante med.
> l Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 91
> m Aug. de lib. arb. li. 2 c. 16. 10. 1.
> n Idem de quant. anl. c. 19. 10. 1.

a Idem de ciu. Dei.li. 10.c.25.to. 5. *b Ibid. lib. 22.c.5.* *c Amb. de vir. lib. 3. poſt med. to.4.* *d Hieron. ep. 146. ad Dam. ante med. to. 3.* *e Bern. de 12. grad. humil.gra. 1. an.med.* *f Idem de clam. ſup. Ecce nos cir. med.* *g Ibid.con-ſeq.* *h Idē ſer. 58.in Cāt. poſt med.* *i Ibid. ſer. 9.poſt med.* *k Sen. ep. 88. poſt med.*

A etiam contabuiſſe iudicanda eſt. [a] IDEM de ciuitate Dei: Philoſophiam ſi vere ac fideliter amaſſes, Chriſtum Dei virtutem et Dei ſapiētiam cognouiſſes, nec ab eius ſaluberrima humilitate, tumore inflatus vanę ſcientiæ reſiliſſes. [b] IDEM: Ineruditos liberalibus diſciplinis, et omnino quātum ad philoſophorum attinet doctrinas impolitos, non peritos grammatica, non armatos dialectica, non rhetorica inflatos, piſcatores cum retibus fidei, ad mare huius ſæculi pauciſſimos miſit: atque ita et ex omni genere tam multos piſces, et tanto mirabiliores, quanto rariores, etiam ipſos Philoſophos cepit. * IDEM de ordine diſci-
B plinæ: Aſtrologia eſt magnum religioſis argumentū, tormentumq. curioſis. [c] AMBROSIVS de virginitate: Nemo poteſt veſtitus amictu philoſophiæ in habitu ſcilicet ſapientiæ ſæcularis, Chriſtum videre. * HIERONYMVS in originali ſuper Iſaiam: Omnis pompa ſtructuraq. verborum, et argumenta dialectica redigentur ad nihilum. [d] IDEM in epiſtola: Dæmonum cibus eſt, carmina poetarum, ſæcularis ſapiētiæ vanitas, rhetoricorum pompa verborum: hæc ſua omnes vanitate delectant, et dum aures verſibus dulci modulatione currentibus capiūt, animam quoque penetrant, et peccatoris interna deuincunt. [e] BERNARDVS de duodecim gradibus: Sapere malum, ſapere non eſt, ſed deſipere. [f] IDEM de contem-
C ptu mundi: Quantos mundi ſapientia maledicta ſupplantat, et conceptum in eis extinguit ſpiritum, quem voluerat vehementer Dominus accendi? Noli, inquit, præcipitanter agere, diu conſidera, diligenter intuere. Magnum eſt quod proponis, et opus egens multa deliberatione: experire quid poſſis, amicos conſule, ne poſt factum pœnitere contingat. [g] IDEM: Sapiētia mundi, terrena, animalis, diabolica eſt, inimica ſalutis, ſuffocatrix vitæ, mater tepiditatis, quæ Deo ſolet vomitum prouocare. [h] IDEM ſuper Cantica: Philoſophorum ventoſa loquacitas non bonus eſt imber, qui ſterilitatem magis intulit terris, quàm fertili-
D tatem. [i] IDEM: Vinum ſæcularis ſcientiæ inebriat quidem, ſed curioſitate non charitate, implens non nutriens, inflans non ædificans, ingurgitans non confortans. [k] SENECA in epiſtola: Liberalium artium oſtentatio, moleſtos, intempeſtiuos, verboſos, ſibi placentes facit.

De Doctrina. Cap. XXXIII.

l Greg.lib. 23. Mor. c. 5. cir.med. *m Ibid. li. 20. c. 18. cir.ſi.* *n Idem in Ezec. hom. 21. poſt med.* *o Ibid. homil.12.poſt med.* *p Amb. in Luc. li.5.c. 6.to.5.* *q Aug. de ve.-relig.c. 3.to.1.* *r Bern. in Cant. ſer. 41.verſ.ſi.*

GREGORIVS [l] in Moralibus: Sæpe viri feruentes ingenio dum congrua inueniunt, arroganter intumeſcut, et quod per elationis vitium plerumque
E contingit, eiſdem acutis ſenſibus, quibus hoſtem feriunt, proſternuntur: dum in his quæ recte de Deo ſentiunt, non Dei, ſed ſuam gloriam quærunt. [m] IDEM: Peruerſi cum vera ſapiunt, recta quidem et rectis rationibus loquuntur: non vt alios audientes doceant, ſed vt ipſi quanta doctrina polleant, innoteſcāt. IDEM: Quantalibet doctrina. Supra de ſtultitia. [n] IDEM ſuper Ezechielem: De prædicationis labore laudem tranſitoriam quærere, quid eſt aliud, quàm rem magnam vili pretio venundare? [o] IDEM: Neceſſe eſt, vt ſemper ſermo prædicantis cum auditorū debeat qualitate formari: ne aut verecundis aſpera, aut impudentibus leuia loquatur. [p] AMBROSIVS ſuper Lucam: Vita verbum exigit, et acquirit:
F ſermo autem ſine vita non dicitur ſermo. [q] AVGVSTINVS de vera religione: Quid adhuc oſcitamus crapulam heſternam, et in mortuis pecudibus diuina eloquia perſcrutamur, ſi quādo ad diſputationem venitur, Platonico nomine ora crepitantia, quàm pectus vero Deo plenum, magis habere geſtimus? [r] BERNARDVS ſuper Cantica: Væ, qui bene de Deo, et ſentire, et eloqui acceperunt, ſi quæſtum æſtiment pietatem, ſi conuertant ad inanem gloriam, quod ad lucra Dei acceperant erogandum: ſi alta ſapientes

A humilibus non conſentiant, paueant, quod in propheta legitur, dicente Domino: Dedi enim aurum meum, *et cæt.*

De Honore. Cap. XXXIV.

ſ Greg.lib. 1.Mor.c.4. *t Ibid.lib. 6. c. 4.* *u Ibid.lib. 9. c. 10. in prin.* *x Ibid.lib. 26.c.19.in fin.* *y Ibid. lib. 24. c. 16.* *z Idē Paſt. cu. p.1.c.9.* *a Ibid.c.4 in prin.*

GREGORIVS [ſ] in Moralibus: Plus in hoc mundo honor, quàm deſpectio occupat: et magis proſperitatis ſublimitas, quàm neceſſitatis aduerſitas grauat. [t] IDEM: Trāſit quod extollitur, permanet quod punitur, et qui honoratur in via, in peruentione damnabitur, et quaſi per amœna prata ad carcerem perue-
B nit, qui per præſentis vitæ proſpera, ad interitum tendit. [u] IDEM: Tantorum pondera vnuſquiſque ſuſtinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur. [x] IDEM: Tumoris elatio, non ordo poteſtatis in crimine eſt. Potentiam enim Deus tribuit, elationem vero potentiæ malitia noſtræ mentis inuenit. [y] IDEM: Numerari culpæ nequeunt, quæ habendæ poteſtatis amore perpetrantur. [z] IDEM in paſtorali: Penſet quiſque quid ſubiectus egerit, et repente cognoſcet ſi prælatus bona agere, quæ propoſuerit, poſſit: quia nequaquam valet in culmine humilitatē diſcere, qui in imis poſitus non deſijt ſuperbire. [a] IDEM: Sæpe ſuſcepta cura regiminis cor per diuerſa intuendo diuerberat: et impar quiſque inuenitur
C ad ſingula, dum confuſa mente diuiditur ad multa. IDEM: Cum rerum neceſſitas. Infra lib.4.de dignitate. * IDEM in regiſtro: In alto loco poſitus, ſæpe dum exterius ab hominibus honor tribuitur, ad ima animus mergitur, quia curis diſcerpentibus grauatur. [b] IDEM: Nec cuilibet, fauente gratia, vltra quàm meretur, impartior: nec vlli hoc, quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante denegabo: ſed fratres meos honorare per omnia cupio, ſicq. ſtudeo honore ſingulos ſubuehi, dum non ſit, quod alteri iure ab altero poſſit opponi. [c] IDEM: Nec honorem reputo, in quo fratres meos honorem ſuum perdere cognoſco. *
D IDEM: Minorem maior præcedit, ſicut honore, ita et crimine. [d] ISIDORVS de Summo bono: Sæpe per honores quorumdam mutantur et mores, et quos ante conglutinatos charitate habuerunt, poſtquàm ad culmen honoris venerint, amicos habere deſpiciunt. [e] IDEM: Non debet honoris ducatum ſuſcipere, qui neſcit ſubditos tramite vitæ melioris præire. Neque enim quiſque ad hoc præficitur, vt ſubditorum culpas corrigat, et ipſe vitijs ſeruiat. IDEM: Qui regimen. Supra de ambitioſis lib. 1. IDEM ibidem: Qui ad hoc conuerſionem. [f] AVGVSTINVS in epi-
E ſtola: Non cogito in eccleſiaſticis honoribus tempora ventoſa tranſigere, ſed cogito me principi paſtorū omnium, rationem de commiſſis ouibus redditurum. [g] IDEM de paſtoribus: Quiſquis ita præpoſitus eſt, vt in eo quòd præpoſitus eſt gaudeat, et honorem ſuum quærat, et commoda ſua ſola reſpiciat: ſe paſcit, non oues. [h] BERNARDVS in epiſtola: Poteſtate acceptа malle in malo quàm in bono vti, abuti eſt. [i] IDEM: Non dignum eſt, vt inde exigas honorem, vnde refugis laborem. [k] IDEM ſuper Cantica: Fratres, reuereamur Epiſcopos, ſed vereamur labores eorum. Si labores penſamus, non affectamus honores. IDEM: O peruerſitas. Supra lib. 1. de ambitioſis. [l] GLOSSA: Quanto gradus altior, tanto caſus grauior.

b Idem regiſt. lib. 2. indic. 10.c. 39. cir.ſi. *c Ibid. lib. 7.ind. 1. c. 30. cir.ſi.* *d Iſid. de Sum. bo.li. 3.c.29.ſen. 6.* *e Ibid.c.34 ſent.2.* *f Aug. ep. 203. ad Max. ep. Don. poſt med. to.2.* *g Idem de Paſt. c. 1. prope ſi.to. 9.* *h Ber. ep. 245.ad Eugo. PP.prope ſi.* *i Idem ep. 87. ad Oge. poſt med.* *k Idem in Cāt.ſer.12 poſt med.* *l Gloſ. in pſ. 36.*

F

De Zelo. Cap. XXXV.

m Greg.li. 20. Moral. c. 5. *n Idē Paſt. cur. p. 2. c. 10. poſt med.*

GREGORIVS [m] in Moralibus: Apud miſericordem iudicem nequaquam ſine venia culpa relinquitur, cum per feruorem zeli ex eius amore peccatur. [n] IDEM in paſtorali: Exaſperatus rector, cū ſubditorum mētem plus ſe quàm debuit percuſſiſſe cōſiderat apud ſe, ad pœnitentiam ſemper recurrat, vt per

lamen-

lamenta, veniam in conſpectu veritatis obtineat, ex eo etiam quòd per zeli eius ſtudium peccat. [a] ISIDORVS de Summo bono: Nimia pietas diſſolutionem diſciplinæ parturit, et zeli ſtudium dũ plus eſt, quàm oportet, in iracundiæ vitium tranſit. [b] BERNARDVS ſuper Cantica: Zelus minus abſque ſcientia efficax, minusq. vtilis inuenitur, plerumque autem et pernicioſus valde ſentitur: quo igitur zelus feruidior, vehementior ſpiritus, profuſiorq. charitas, eo vigilantiori opus eſt ſcientia, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem. [c] IDEM de conſideratione: Vides omnem eccleſiaſticum zelum feruere, ſola pro dignitate tuenda: honoribus totum datur, ſanctitati nihil. IDEM: Alij tam vehementer. Supra lib. 2. de beatitudine.

a Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 34. ſenten. 4.
b Bern. in Cant. ſer. 49. circa med.
c Idem de conſid. li. 4. ante med.

De Arguitione. *Cap. XXXVI.*

GREGORIVS [d] in paſtorali: Correpti mens ad odium repente prorumpit, ſi hanc immoderata increpatio pluſquam debuit addicit. [e] IDEM: Plerumque contingit, vt dum culpa ſubditorum cum magna inuectione corripitur, magiſtri lingua vſque ad exceſſus verba pertrahatur: cumq. increpatio immoderate accenditur, corda delinquentium in deſperatione deprimuntur. [f] IDEM in Moralibus: Furentem, qui per inuectionẽ corripit, quaſi ei, qui nõ ſentiat ebrio, plagas imponit. IDEM: Iuſto timendum non eſt. Infra lib. 4. de timore. IDEM: Sæpe qui in poteſtate. Supra de ſtultiloquio, in conuiciatione. [g] IDEM: Qui ſemper increpare appetunt, et numquam fouere, multa plerumque increpando mentiuntur. [h] ISIDORVS de Summo bono: Non debet vitia aliena corripere, qui adhuc vitiorum contagionibus inſeruit: improbum eſt enim arguere quidquam in alio quod adhuc reprehendit in ſemetipſo. [i] AVGVSTINVS in epiſtola: Obſecro te per manſuetudinem Chriſti, vt ſi læſi te, dimittas mihi, nec me viciſſim lædendo malum pro malo reddas: lædes autem me, ſi mihi tacueris errorem meum, quem forte inueneris in factis vel dictis meis. Nam ſi ea in me reprehendis, quę reprehendenda non ſunt, te lædis magis, quàm me. [k] IDEM in regula: Quando neceſſitas diſciplinæ in moribus corrigendis, dicere vos dura verba compellit, ſi etiam in ipſis modum vos exceſſiſſe ſentitis, non a vobis exigitur, vt a vobis ſubditis veniam poſtuletis; ne apud eos quos oportet eſſe ſubiectos, dum nimiũ ſeruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed petenda eſt venia ab omnium Domino, qui nouit eos quos plus iuſto corripitis, quanta beneuolentia diligatis. [l] IDEM ſuper illa verba: Si peccauerit in te frater tuus, etc. Quare illum corripis, quia doles quòd peccauerit in te? abſit, ſi amore tuo id facis, nihil facis: ſi amore illius facis, optime facis. [m] BERNARDVS ſuper Cantica: Inhumane eorum redarguis opera, quorum onera refugis: temerarie obiurgat virum de prælio reuertentem mulier nens in domo.

d Greg. Paſtor. 3. p. a c. 9. circa fi. et lib. 10. Mor. c. 5.
e Idẽ Paſt. cu. p. 2. c. 10. poſt med.
f Idem li. 30. Moral. c. 9.
g Ibid. lib. 23. c. 18. poſt med.
h Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 32. ſenten. 1.
i Aug. ep. 43. ad Hieronym. ante med. to. 2.
k Idẽ reg. 3. c. 40. to. 1.
l Idem ſer. 16. de verbis Domini ante med. to. 10.
m Ber. ſer. 22. in Cãt. poſt med.

De Remiſſione. *Cap. XXXVII.*

GREGORIVS [n] in regiſtro: Cum in ſubiecto peccatum non corrigitur, in eos qui præſunt ſententia retorquetur. [o] IDEM: Qui emendare poteſt, et negligit, participem ſe proculdubio delicti cõſtituit. [p] IDEM: Satis graue eſt, ſi illic contingat habere prauam actionem refugium, vnde diſciplinæ decet prodire cenſuram. * IDEM: Conſentire videtur erranti, qui corrigenda vt reſecari debeant non occurrit. [q] IDEM in Moralibus: Sæpe quem tentationis certamen ſuperare non valuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit. Nam dum laſſum ſe quiſque in otio remittit, diſſolutam mentem corruptori proſtituit. [r] IDEM: Zeli iram, quia Heli non habuit, motum cõtra ſe implacabiliter ſupernæ vltionis excitauit. IDEM: Plerumque diſſoluta. Supra de crudelitate. [s] IDEM: Dum moderari lingua otioſa verba negligit, more inolitæ remiſſionis capta, audax ad noxia prorumpit: et dum gulæ incumbitur, ad leuitatis protinus inſaniã proditur. [t] IDEM in paſtorali: Si inchoata bona fortis operantis manus, ad perfectionem non ſubleuat, ipſa operandi remiſſio cõtra hoc, quod operatum eſt, pugnat. [u] IDEM ſuper Ezechielem: Super ea mala, quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacentes videmus. [x] ISIDORVS de Sũmo bono: Multos remiſſa conuerſio in priſtinos errores reducit, ac viuendi tẽpore reſoluit. Horum ergo exempla quiſque conuerſus euita, ne cum timorẽ Dei a tẽpore incipis, rurſus mundanis erroribus immergaris. * AVGVSTINVS in ſermone: Qui errantem non corripuerit, de negligentia iudicabitur: qui autem clam pro eo non orauerit, de pernicie cõdemnabitur. [y] IDEM in regula: Magis innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos iudicando corrigere poteſtis, tacendo perire permittitis. [z] IDEM: Tu vulnus fratris contemnis, tu eum vides perire et negligis, peior es tacendo, quàm ille conuiciando. * IDEM in epiſtola: Sicut non eſt beneficentiæ adiuuando efficere, vt bonum quod maius eſt amittatur, ita non eſt innocentiæ parcendo ſinere, vt in malum grauius incidatur. [a] IDEM: Nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, et mala voluntas velut hoſtis interior roboratur. [b] IDEM de ciuitate Dei: Illud eſt culpabile, quòd hi, qui diſſimiliter viuunt, et a malorum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis alienis, quæ dedocere aut obiurgare debebẽt. * AMBROSIVS ſuper Beati immaculati: Remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit. [c] BERNARDVS de conſideratione: Mira res, ſatis ſuperq. Epiſcopi ad manum habent, quibus animas credant, et cui ſuas committant facultates non inueniunt: optimi videlicet æſtimatores, qui magnam de minimis, paruã aut nullam de maximis curam gerant. Sed vt liquido datur intelligi, patientius ferimus Chriſti iacturam, quàm noſtram. [d] IDEM: De pretio eſcarum et numero panum cum miniſtris quotidiana diſcuſſio eſt, rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit aſina, et eſt qui ſubleuet eam: perit anima, et nemo qui reputet: nec mirum, cum nec noſtros aſſiduos ſentiamus defectus. [e] IDEM: Impunitas, incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, tranſgreſſionum eſt nutrix. Et beatus ſi omni ſatagas cura, malorum omnium primam parentem cauere incuriam. [f] IDEM: Impunitas auſum parit, auſus exceſſum.

n Greg. regiſt. lib. 2. indic. 10. c. 23.
o Ibid. lib. 9. ind. 4. c. 64.
p Ibid. li. 4. indic. 13. c. 32.
q Idem li. 9. Moral. c. 27. circa med.
r Ibid. li. 12. c. 20. poſt med.
ſ Ibid. lib. 30. c. 9.
t Idẽ Paſt. 3. p. a. c. 1. admo. 35. poſt med.
u Idem in Ezec. hom. 11. ante med.
x Iſid. de ſum. bo. li. 2. c. 10. ſent. 4.
y Aug. reg. 3. c. 23. to. 1.
z Idẽ ſer. 16. de verbis Domini ante med. to. 10.
a Ibid. ep. 5. ad Marcel. poſt med.
b Idem de ciui. Dei. li. 1. c. 9. ante med.
c Bern. de conſid. lib. 4 poſt med.
d Ibidem poſt pauca.
e Ibid. lib. 3. circa fi.
f Ibid. li. 4. prope fi.

De Acceptione perſona. *Cap. XXXIIX.*

GREGORIVS [g] in homilijs: Iudicare digne de ſubditis nequeunt, qui in ſubditorum cauſis ſua vel odia vel gratiam ſequuntur. [h] IDEM in Moralibus: Quia ab internis atque inuiſibilibus oculos claudimus, et viſibilibus paſcimur, plerumque hominem nõ ex eo quod ipſe eſt, ſed ex his quæ circa ipſum ſunt veneramur: cumq. non intuemur quid ipſe ſit, ſed quid poſſit, in acceptione perſonarum, non ex perſonis, ſed ex rebus adiacentibus ducimur. [i] ISIDORVS de Summo bono: Iudices iniqui errant a veritate ſententiæ, dum intendunt in qualitate perſonæ, et exulcerant ſæpe iuſtos, dum improbe defendunt iniquos. [k] IDEM: Diues muneribus cito corrumpit iudicem; pauper autẽ dũ non habet quod offerat, non ſolũ audiri contẽnitur, ſed etiã contra veritatẽ opprimitur. IDEM: Quatuor modis ſupra lib. 1. de iudicibus. [l] HIERONYMVS in Gloſſa Malach. Inter omnia peccata ſacerdotum, quaſi maximum notatur, quòd non cauſas ſed perſonas conſiderant, et deſpecto iuſto

pauperẽ

g Greg. homil. 20. in Euang. ante med.
h Idem li. 21. Moral. c. 2.
i Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 52. ſenten. 2.
k Ibidem c. 52. ſen. 4.
l Hiero. in Malac. c. 2. to. 5.

paupere, iniuſtos diuites honorant. [a] IDEM in gloſſa Iſaię ſuper illud: Quare atteritis: Noſtri principes, cum pauperes delinquentes publice arguant, et confundant, diuitibus peiora peccantibus nec nutum faciunt, in quorum domibus rapina pauperum, dũ Eccleſię opes ſibi theſaurizãt, et eas in delicias abutũtur, quæ ad ſuſtentationem pauperum dantur, et ſibi reſeruant, vel propinquis diſtribuunt, et aliorum inopias ſuas vel ſuorum diuitias faciunt. [b] IDEM in homilia ſuper Amos: Quicumque aut conſanguinitate aut amicitia, et e contrario, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur, peruertit iudiciũ Chriſti, qui eſt iuſtitia. [c] AMBROSIVS de officijs: Gratia abſit, cauſæ merita diſcernantur: nihil ſic opinionem immo fidem grauat, quàm ſi in iudicãdo potentiori dones cauſam inferioris, vel pauperem innocentem arguas et diuitem excuſes reum culpæ. [d] IDEM: Pronum genus hominum fauere honoratioribus. [e] BERNARDVS de conſideratione: Non parui te reum peccati æſtimes, ſi facies peccatorum ſumis, et non potius cauſas iudicas meritorum. [f] SENECA in epiſtola: Hoc laboramus errore, ſic nobis imponitur, quòd neminem æſtimamus eo quo eſt, ſed etiam adijcimus illi et ea, quibus adornatus eſt. Atqui cum voles veram hominis æſtimationem inire, et ſcire qualis ſit, nudum inſpice: ponat patrimonium, ponat honores, et alia fortunæ mendacia, corpus ipſum exuat, animum intuere, qualis quantusq. ſit alieno an ſuo magnus.

a Idem in Iſa. li. 2. c. 3. 10. 4.
b Idem in Amos. li. 3. c. 6. 10. 5.
c Amb. off. li. 2. c. 24. 10. 4.
d Ibid. con ſeq.
e Bern. de conſid. li. 2. cir. fin.
f Sen. ep. 76. poſt med.

De Scandalo. Cap. XXXIX.

GREGORIVS [g] ſuper Ezechielem: Inquantum ſine peccato poſſumus, vitare proximorum ſcandalum debemus. Si autem de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius permittitur naſci ſcandalum, quàm veritas relinquatur. [h] IDEM in paſtorali: Scire prælati debent, qui ſi peruerſa vmquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. [i] IDEM: Nemo amplius in Eccleſia nocet, quàm qui peruerſe agens, nomen vel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem nãque hunc redarguere nullus præſumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. [k] ISIDORVS de Summo bono: Deteriores ſunt, qui ſiue doctrina, ſiue exemplis vitam moreſq. bonorum corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prædiaq. diripiunt. AVGVSTINVS de paſtoribus: Parum eſt malis paſtoribus. Supra lib. 1. de prælatis malis. [l] IDEM: Qui in conſpectu populi male viuit, quantum in illo eſt, eum, a quo attenditur, occidit. [m] IDEM de ſingularitate clericorum: Eleazarus maluit vitam ſuam tormentis obijcere, quàm cuiquam magiſter perditionis exiſtere: et nos vbi nulla tormenta ſunt, fluxibus ſolis nolumus anteponere fratres ſaluandos, nec contenti ſumus ſine vllis cruciatibus tam nobis prodeſſe, quam ceteris. IDEM: Cum Chriſtus agnus. Supra lib. 1. de clericis. IDEM: Sicut quod ait Apoſtolus. Supra lib. 1. de continentia guſtus. [n] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Omnia agamus ne ſcandalizetur proximus, vita etenim etſi valde recta fuerit, ſcandalum alijs præbens, omne perdit. [n] BERNARDVS in epiſtola: Conſtat vbi veritas deeſt, et vbi veritas neceſſaria in cauſa non eſt, nec licite ſcandalum quod a quolibet poſſet committi, nec iuſte præcipi, nec innoxie conſentiri. [o] IDEM: Cum carpuntur vitia, et inde ſcandalum oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt, qui fecit quòd argui debeat, non ille, qui arguit. [p] IDEM: Libenter carebo quantolibet etiam ſpirituali quæſtu, qui non poſſit acquiri, niſi cum ſcandalo. Vbi enim ſcandalum, ibi proculdubio charitatis eſt detrimentum: vbi autem diminutio charitatis, miror quod vel quale poſſit ſpiritalis exercitij ſperari

g Greg. in Eze. hom. 9. an. med.
h Ide Paſt. ca. p. 3. c. 1. admon. 5. non longe a prin.
i Ibid. p. 1. c. 2.
k Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 38. ſen. 5.
l Aug. de Paſt. c. 4. to. 9.
m Eſt apud Cyp. de ſing. cleric. c. 5. cir. med. to. 3.
n Ber. ep. 7. ad Add Monac. ante med.
o Ibid. ep. 78. ad Gug. abb. poſt med.
p Ibidem ep. 24. ante med.

A lucrum. [q] IDEM in ſermonibus: Si Dominus proprium ſanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur grauiorem ſuſtinere ab eo perſecutionem, qui ſuggeſtione mala, exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione, auertit ab eo animas, quas redemit: quàm ab illo qui ſanguinem ſuum fudit? [r] IDEM: Is qui exemplo ſuo ad remiſſius agendum ceteros prouocat, aut ſingularitate turbat, aut inquietat curioſitate, aut impatientia ſua, et murmuratione moleſtat, aut quocumque modo contriſtat ſpiritum Dei, qui eſt in eis, ſcandalizans vnum de minimis iſtis credentibus in eum, nonne et hic manifeſte perſequi-
B tur Chriſtum?

q Idē ſer. 1. in cõuer. S. Pau. an. med.
r Ibid. poſt multa.

De Infamia. Cap. XL.

GREGORIVS [s] in regiſtro: Habet hoc propriũ antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorum actuũ perpetratione, Deo ſibi reſiſtente, ſuperare non valet, opiniones eorum falſa ad præſens ſimulando, dilaceret. [t] IDEM in Moralibus: Sicut bonus odor ex virtute eſt, ſic fætor ex vitio. [u] IDEM: Grauis eſt iniquitas, quando is qui peruerſus eſt, oſtendere et alios peruerſos molitur: vt inde et ipſe quaſi ſanctus
C apparear, quòd alios ſanctos non eſſe docuerit. [x] IDEM: Ne immoderatis laudibus eleuemur, plerſique miro redemptoris noſtri moderamine, etiam detractionibus lacerari permittimur, vt cum nos vox laudantis eleuat, lingua detrahentis humiliet. [y] AVGVSTINVS de vita communi clericorum: Quærentes licentiam male faciendi, quærunt ſibi exempla male viuentium, et multos infamant, vt ſocios inueniſſe videantur. [z] IDEM: Quia vt ait Apoſtolus, ſpectaculum facti ſumus mundo, et Angelis et hominibus, qui nos amant, quærunt quid laudent in nobis, qui autem nos oderunt detrahunt nobis. Nos autem in
D medio conſtituti, adiuuante Domino Deo noſtro, et vitam noſtram et famam ſic cuſtodire debemus, vt nõ erubeſcant detractoribus laudatores. [a] IDEM de ſingularitate clericorum: Peius eſt quàm mœchia, continentiam ducere criminoſam, et infamem facere ſanctimoniam, blaſphemiam ingerit religioni. [b] AMBROSIVS ſuper Lucam: Iudicia hominum ſæpe falluntur, vt et iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequenter aſcribant, et iuſtum aut odio perſequantur, aut mendacio decolorent. [c] IDEM in epiſtola: Quid eſt quod magis publicum ſit, quàm offenſa pudoris, et defloratio virginitatis? nihil profecto, quod magis ſe prodat,
E quam caſtitatis diſpendium.

s Greg. regiſt. lib. 2. indic. 10. c. 29. in prin.
t Idem li. 24. Moral. c. 26. circa med.
u Ibid. li. 22. c. 25. poſt med.
x Ibid. li. 22. c. 3. cir. med.
y Aug. de uit. com. clerie. ſer. 33. ad frat. in eremo. poſt med. to. 10.
z Ibidem in prin.
a Apud Cyprian. de ſing. cler. c. 5. an. med. to. 3.
b Amb. in Luc. li. 2. c. c. 10. 3.
c Idem ep. li. 6. ep. 46. to. 3.

De Quattuor affectionibus. Cap. XLI.

GREGORIVS [d] in Moralibus: Mens noſtra a ſecreti interioris ſecuro gaudio excluſa, modo ſpe decipitur, modo pauore vexatur, modo deficiendo dolore deijcitur, modo falſa hilaritate releuatur. [e] IDEM: Quamuis Trinitatis imaginem in natura ſeruemus, vanis tamen delectationis motibus perturba-
F ti in conuerſatione noſtra delinquimus: vt modis nos ſemper alternantibus cupido concutiat, metus frangat, lætitia mulceat, dolor affligat. AVGVSTINVS de libero arbitrio: Voluntas mala ſiue cupiditate rapiatur, ſiue timore reuocetur, ſiue lætitia diffundatur, ſiue triſtitia contrahatur, atque in his omnibus perturbationibus animi quæcumque ſunt, alijs vel eo tempore grauiora contemnat et perferat, poteſt etiam ſine alterius ſpiritus inſtinctu ſeipſa decipere. [f] AMBROSIVS in epiſtola: Sapiens non metu frangitur, nec poteſtate mutatur: non attollitur proſperis, nec triſtibus mergitur. Vbi enim ſapientia, ibi virtus animi, ibi conſtantia, ibi fortitudo. [g] IDEM de virginitate: Sunt animæ velut quattuor

d Greg. li. 8. Moral. c. 20. circa med.
e Ibid. lib. 10. c. 9. circ. med.
f Ambroſ. tract. in pſ. 108. ad Simp. ante med. to. 2.
g Idem de Virgin. li. 3. poſt med. to. 4.

æqui, quattuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas timor: quibus furentibus cum cœperit agi, nequaquam ſe ipſa cognoſcit. [a] HIERONYMVS in originali ſuper Ioelem: Cauendum eſt, ne ægritudo quaſi eruca nos comedat: ne locuſta vaſtet gaudia huc illucq. volitans, et geſtiente lætitia per diuerſa ſe iactans: ne bruchus, id eſt pauor et futurorum metus, radices ſapientiæ deuoret: ne rubigo, ſcilicet deſiderium futurorum, res inutiles concupiſcat, et nos perferat ad ruinam. [b] BOETIVS de conſolatione: Viuere ſi vis tramite recto, gaudia pelle, pelle timorem, ſpemq. fugato, nec dolor adſit.

a Hier. in Ioel. c. 1. 10. 9.
b Boet. de conſol. phil. li. 1. metro. 7.

De Timore. Cap. XLII.

GREGORIVS [a] in Moralibus: Sæpe nonnulli dum temporalia aduerſa pertimeſcunt, diſtrictionis æternæ animaduerſionem abijciunt. [c] IDEM: Quiſquis præſentem gloriam quærit, profecto deſpectum metuit, qui ſemper ad lucra inhiat, ſemper videlicet damna formidat. [d] IDEM: Magna eſt ſecuritas cordis nil concupiſcentiæ habere ſæcularis. Nam ſi ad terrena concupiſcenda cor inhiat, ſecurum tranquillumq. eſſe nullatenus poteſt: quia aut non habita concupiſcit, vt habeat: aut habita metuit, ne amittat. [e] IDEM: Multos ſæpe vidimus vitam quidem ſanctæ conuerſationis appetere: ſed ne hanc aſſequi valeant, modo irruentes caſus, modo futura aduerſa formidare. Qui incerta mala dum quaſi cauti conſpiciunt, in peccatorum ſuorum vinculis incauti retinentur. [f] IDEM in paſtorali: Plerumque vtilius apud puſillanimes proficimus, ſi et eorũ bene geſta memoramus. [g] IDEM: Ignorat mens gratiam libertatis, quam ligat ſeruitus timoris. [h] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Nulla re fruitur anima cum libertate, niſi qua fruitur cum ſecuritate. Nemo autem ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere. [i] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione: Multa inhoneſta et indigna committere, non paupertas, ſed puſillanimitas facit. [i] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Facile deuiat a iuſtitia, qui in cauſis nõ Deum, ſed hominẽ formidat. Huic peccandi differt facultatem, ſed non aufert voluntatem. [k] ISIDORVS de Summo bono: Multi cupiunt conuolare ad gratiam Dei, ſed timent carere oblectamentis mundi: prouocat quidẽ eos amor Chriſti, ſed reuocat eos cupiditas ſæculi. [l] IDEM: Qui metu poteſtatis veritatem occultat, eiuſdem veritatis iracundiam ſibi cælitus prouocat: quia plus pertimeſcit hominem, quàm diuinam metuat indignationem. IDEM: Multi ſacerdotes. Supra lib. 1. de ſacerdotibus malis. [m] CASSIODORVS ſuper illud Pſalmi: Illic trepidauerunt timore: Sicut cautela eſt opportune timere, ita ignauia eſt inepte trepidare. [n] BERNARDVS in epiſtola: Quæſo te quod memoriale virtutis, quæ laus diſciplinæ, quis ſcientiæ profectus, vel artis fructus, trepidare timore, vbi non eſt timor, et timorem Domini derelinquere? Quàm ſalubrius diſceres Dominum Ieſum Chriſtum, et hunc crucifixum: quàm vtique ſcientiam haud facile, niſi qui mundo crucifixus eſt, apprehendit. [o] IDEM: Sicut ſanctis et electis tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem nõ confundit: ſic damnandis et reprobis tribulatio parit e contrario puſillanimitatem, puſillanimitas perturbationem, perturbatio deſperationem, et illa interimit. [p] IDEM de contemptu: Vocat magni conſilij angelus, quid opus eſt vt aliena conſilia præſtoleris? quis enim fidelior, quis ve ſapientior illo? Deduc me Domine et deducar, fortior eſto et inualeſce. [q] IDEM: O ſi cognouiſſetis miſeri et vos, mutatis non effugitis pœnitentiam: nam malum impunitum eſſe non poteſt, quod non punitur hic propria voluntate, punietur alibi ſine fine. Miſera ſane et extremæ plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, et paratũ diabolo ſtridorem eligere ſempiternum. IDEM: Videmus pauperes aliquos. Supra lib. 2. de beatitudine. [r] SENECA in epiſtola: Plura ſunt quæ nos terrent, quàm quæ premũt: et ſæpius opinione, quàm re laboramus. [s] IDEM: Expaueſcimus dubia pro certis, non ſeruamus modum rerum, ſtatim in timore venit ſcrupulus. [t] IDEM: Delicati timent mortem cui vitam ſuam fecere ſimilem. [u] IDEM: Quemcumque ex illis felicibus elegeris, multa trahentibus multa portantibus, videbis illum comiti, oneriq. timentem.

a Gre. Mor. li. 10. c. 12. poſt med.
d Ibid. lib. 22. c. 10. circa med.
e Ibid. lib. 30. c. 12. ante med.
f Idẽ Paſt. cu. p. 3. c. 1. admo. 9. circa med.
g Ibid. admo. 14. non procul a prin.
h Aug. de lib. arb. li. 2 c. 14. in prin. 10. c.
i Chryſ. in varijs loc. in Matth. hom. 16. circa med. 10. 2.
k Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 22. ſent. 8
l Ibidem c. 59. ſent. 7.
m Caſſ. in pſ. 13. poſt med.
n Ber. ep. 100. ante med.
o Idẽ ep. 32. ante med.
p Idem de clam. ſup. Ecce nos rel. circ. med.
q Ibid. ante med.
r Sen. ep. 13. ante med.
s Ibidem poſt med.
t Ibid. ep. 82. ante med.
u Idem ep. 17. verſ. fi.

De Dolore. Cap. XLIII.

GREGORIVS [x] in Moralibus: Sæpe grauitatem cordis, quaſi ſubiuncta ex latere triſtitia ſequitur, atque omne opus, quod mens bona intentione inchoat hæc velamine mæroris obumbrat. [y] IDEM: Fructum non habent lamenta, quæ ſtudent cum gemitu deſiderare peritura. [z] IDEM: Vnde ille lucet, qui poteſtatem ſuſcipit: inde peruerſus quiſque, qui corrigi metuit, in triſtitia tenebreſcit. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Animal inuidia vulneratum non ſolum cauſa idonea, ſed etiam leuis occaſio excitat in dolorem. [a] BERNARDVS in epiſtola: Non plane bonus eris ſi ſanctorum quiſpiam anxie ferre abiectionem ſuam videatur, de qua etiam nõ gaudere, et non gloriari minus eſt a perfecto. [*] IDEM in ſermone: Omnino quantum in ſe eſt, inhonorat eum, a quo vocatus eſt: quiſquis in eius ſeruitio in triſtitia permanet, et rancore: ea dico triſtitia quæ ſecundum ſæculum eſt, et mortem operatur. [b] SENECA in epiſtola: Quædam nos magis torquent, quàm debent: quædam ante torquent, quàm debent: quædam torquent cum omnino non debent: ſic aut augemus dolorem, aut præoccupamus, aut fingimus.

x Greg. li. 8. Moral. c. 19. ante med.
y Ibid. lib. 10. c. 3. in fin.
z Ibid. lib. 26. c. 25. poſt med.
a Bern. ep. 249. ante med.
b Sen. ep. 13. ante med.

De Confidentia. Cap. XLIV.

GREGORIVS [c] in Moralibus: Quaſi in aquis defluentibus fundamentum ponere, eſt in rebus labentibus ſpei fiduciam velle ſolidare. [d] AVGVSTINVS de ſingularitate clericorum: Aduerſa eſt confidentia, quæ in periculis vitam ſuam quaſi pro certo commendat: et lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe ſperat. [e] ISIDORVS de Summo bono: Qui male agere non deſiſtunt, vana ſpe indulgentiam de Dei pietate requirunt: quam quidem recte requirerent, ſi ab actione praua ceſſarent. [*] IDEM: Qui hic de bono laudem appetit, ſpem perdit, et gloriam mercedis in futuro non recipit. [f] BERNARDVS ſuper Qui habitat: Sunt qui ſperant in Domino, ſed fruſtra: quia ſic de miſericordia eius ſibijpſis blandiuntur, vt a peccatis non emendentur. Vana eſt omnino ſpes iſta, et hæc cõfundit, eo quòd charitas deſit. [g] IDEM in ſermonibus: Eſt infidelis fiducia, ſolius vtique maledictionis capax, cum videlicet in ſpe peccamus. [h] SENECA in epiſtola: Vitate, quæ vulgo placent, quæ caſus tribuit, ad omne fortuitum bonum ſuſpiciosi pauidiq. ſubſiſtite: nam fera et piſcis, ſpe aliqua oblectante, decipitur.

c Greg. lib. 22. Moral. c. 2. non longe a prin.
d Eſt apud Cyp. de ſingul. cleric. c. 2. 10. 3.
e Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 4 ſent. 8.
f Ber. ſer. 1. 8 pſ. Qui habitat. circa med.
g Idẽ ſer. 3. in Annũc. Dom. ante med.
h Sen. ep. 8. an. med.

De Lætitia. Cap. XLV.

GREGORIVS [i] in Moralibus: A veritatis pabulo ieiuni ſunt, qui in hac peregrinationis inopia lætantur. [*] IDEM: Quiſquis in ſe gaudere appetit, eo ipſo iam in luctu eſt, quo a vera lætitia receſſit. [k] IDEM: Sæpe ſe bono operi lætitia immoderata ſubiungit: cumq. plus mentem, quàm decet, hilareſcere exigit, ab actione bona omne pondus grauitatis repellit. [l] IDEM: Prænuncia tribulationis, eſt lætitia ſatietatis. [m] IDEM in homilijs: Si qua eſt præſentis temporis, ita eſt agenda lætitia, vt numquam amaritudo

i Greg. li. 5 Mor. c. 7. nõ lõge a prin.
k Ibid. li. 8 c. 19. ante med.
l Ibid. li. 2. c. 9. nõ longe a prin.
m Idẽ hom. 39. in Euã ge. an. med.

titudo ſequentis iudicij recedat a memoria. [a] IDEM: Nemo poteſt et hic gaudere cũ ſæculo, et illic regnare cum Domino. [b] AVGVSTINVS de confeſſionibus: Volentes gaudere extrinſecus, facile euaneſcunt, et effunduntur in ea quæ videntur, et temporalia ſunt, et imagines eorum famelica cogitatione lambunt, et o ſi fatigentur inedia et dicant: Quis oſtendet nobis bona? IDEM: Quare ambularemus. Supra de continentia auditus. li. 2. [c] IDEM in ſermonibus: Frequenter ridens æger, ploratur a ſanis. IDAM: Vt quid animi. Supra lib. 2. de conflictu. [c] IDAM ſuper Lucam: Sæculi lætitia, eſt impunita nequitia. [d] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Non dat Dominus ludere, ſed diabolus. [e] IDAM: En agon inſtat nobis difficilis, et ad inuiſibiles nobis virtutes colluctatio inſtat, ad ſpiritualia nequitiæ eſt prælium, ad principatus et poteſtates eſt bellum, et admirabile eſt, ſtudentes, et vigilantes, et erectos poſſe ſiluestrem illum exercitum ſuſtinere. Si ergo riſerimus, et luſerimus, et deſides fuerimus antę certamen, a propria cademus pigritia. [*] BASILIVS in regula: Iocus remiſſam efficit animam, et negligentem erga Dei præcepta, nec delicta ſua poteſt ad memoriam reuocare, ſed obliuiſcens ea non ſe inſtigat ad pęnitentiam, et ita paulatim omnibus bonis priuatur. [f] BARNARDVS de duodecim gradibus: Inepte lætum aut raro aut numquã gementem audies, lacrymantem videbis, putes ſi attendas aut ſui oblitum, aut ablutum a culpis. In ſignis ſcurrilitas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in inceſſu, pronus ad iocum, facilis ac promptus in riſu. [g] IDEM in epiſtola: Eia lætare iuuenis in adoleſcentia tua, vt decedẽte pariter cũ ætate temporali lętitia, ſuccedat quæ te abſorbeat æterna triſtitia. [h] IDAM: Patriæ eſt non exilij frequentia gaudiorum, et numeroſitas feſtiuitatum ciues decet, non exules. [i] SANACA in epiſtola: Hæc quibus delectatur vulgus, tenuem habent ac profuſoriam voluptatem, et quodcumque inuentitium gaudium eſt, fundamento caret.

a Ibid. homil. 22. in Euang. circa fin.
b Aug. conf. lib. 9. c. 4. poſt med. to. 1.
c Idē ſer. 37. de ver. Dom. poſt med. to. 10.
d Chryſoſ. homil. 6. in Matth. poſt med. to. 2.
e Ibidem paulo poſt.
f Ber. trac. de 12. gra. humil. gra. 3. cir. med.
g Idem ep. 2. ad Fulconem non lõge a fi.
h Idē ep. 374. poſt med.
i Sen. ep. 23. ante med.

De Vita. Cap. XLVI.

GREGORIVS [k] in Moralibus: Hoc ipſum noſtrũ viuere quotidie a vita trãſire eſt, quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adoleſcentiam, adoleſcẽtia ad iuuentutem, iuuentus ad ſenectutem, ſenectus tranſit ad mortẽ in curſu vitæ præſentis, ipſis ſuis augmentis ad detrimenta impellitur. [l] IDAM: Carnales mentes idcirco præſentia diligunt, quia vita carnis quàm fugitiua ſit, minime perpendunt. Nam ſi velocitatem tranſitus eius aſpicerent, hanc etiam proſperantem minime amarent. [m] IDAM: Hi vitam carnis quaſi permanentem diligunt, qui quanta ſit vitæ ſequentis æternitas non attendunt: dumq. ſoliditatem perennitatis non conſiderant, exilium patriam, tenebras lumen, curſum ſtationem putant. [n] IDAM in regiſtro: Vita noſtra nauiganti ſimilis eſt: is nãque qui nauigat, ſtet, ſedeat, iaceat, vadit, quia impulſu nauis ducitur. Ita ergo et nos ſumus, quia ſiue vigilantes, ſiue dormientes, ſiue iacentes, ſiue ambulantes, ſiue volentes, ſiue nolentes, per momenta temporum, quotidie ad finem ducimur. AVGVSTINVS de verbis Domini: Scio ergo. Supra capite de dilatione. [o] IDAM ſuper Pſalmos: Omnis malus, aut ideo viuit vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. [p] IDEM de verbis Domini: Non ſunt mali dies, quos agimus in corruptela huius carnis, inter tãtas difficultates, vbi falſa voluptas, nulla gaudij ſecuritas, timor torquens, cupiditatis auida, triſtitia arida? Ecce quàm mali dies, et tamen rogant Deum homines, vt diu viuant. Quid eſt autem diu viuere niſi diu torqueri? IDEM: Dicimus panem. Supra li. 2. de oratione accepta. [q] SENACA in epiſtola: Nemo quàm bene viuat, ſed quamdiu curat: cum omnibus poſſit contingere, vt bene viuant, vt diu nulli. [r] IDEM: Nũ A viuere bonum eſt, ſed bene viuere. Itaque ſapiens viuit quantum debet, non quantum poteſt, videbit vbi victurus ſit, etcet. Infra lib. 4. cap. de ſapientia.

k Greg. li. 12. Moral. c. vlt. circa med.
l Ibid. li. 8. c. 6. cir. fin.
m Ibid. c. 8 in prin.
n Idem regiſt. lib. 6. indic. 15. c. 190.
o Aug. enar. in pſ. 54. ante med. to. 8.
p Idē ſer. 17. de ver. Dom. circa med. to. 10.
q Sen. ep. 22. in fi.
r Idem ep. 70. ante med.

De Miſeria. Cap. XLVII.

GRAGORIVS [ſ] in homilijs: Faſtidio noſtro tabeſcimus, et longa inediæ peſte fatigamur: et quia guſtare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foras miſeri famem noſtram. [t] IDEM in Moralibus: O miſeri, qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipant fructus laborum, cumq. ſe oſtendere B alienis oculis appetunt, damnant quod agunt. [u] IDEM: Quid hoc niſi humanæ vitæ miſeria eſt, quod amiſſa cęleſti patria repulſus homo delectatur exilio, grauatur curis, et tamen cogitare diſſimulat, quàm graue ſit, quia multa cogitantur? [x] IDAM ſuper Ezechielem: Neceſſe eſt, vt peccantes tunc quoque conſideremus amplius miſeros, quando eos inſpicimus in culpa ſua ſine flagello derelictos. [y] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Quid tam opus habens miſericordia quàm miſer? et quid tam indignum miſericordia, quàm ſuperbus miſer? [z] IDAM de Trinitate: Magna hominis miſeria eſt, cum illo non eſſe, ſine quo non C poteſt eſſe. [*] IDEM de ciuitate Dei: Qui peruerſe amat cuiuſlibet naturæ bonum, etiam ſi adipiſcatur, ipſe fit in bono malus, et miſer meliore priuatus. ISIDORVS: Mundi amatores. Supra de occupatione. HIERONYMVS: Miſeriæ delicijs. Supra de voluptate. [z] AMAROSIVS de fide reſurrectionis: Quid nobis miſerius, qui tamquam ſpoliati et nudi proijcimur in hanc vitam corpore fragiles, corde lubrico, imbecillo animo, anxij ad ſolicitudines, deſidioſi ad labores, proni ad voluptates? [a] AVCTOR de ſpiritu et anima: Iugi meditatione animum noſtrum exerceamus, et cõſideremus miſerias et neceſſitates noſtras, labores D et dolores. Lugentes enim in hanc vitam intrauimus, cum labore viuimus, cum dolore et timore exituri ſumus. [b] BARNARDVS de libero arbitrio: Nulla verior miſeria, quàm falſa lætitia. IDAM: Quotquot degimus. Supra lib. 1. de homine. IDAM: Oramus vt Dei. Supra lib. 2. de tentatione. [c] SANACA in epiſtola: Si cui ſua non videntur ampliſſima, licet totius mundi Dominus ſit, tamen miſer eſt. [d] IDAM: Quid eo miſerius, cui beneficia excidunt, hærent iniuriæ? [e] IOANNAS Chryſoſtomus ſuper Matthæũ: O miſerrimus mundus, et miſerrimi qui eum ſequuntur. Semper homines mundi alta opera excluſerunt a B vita. Multa in cap. de renunciatione lib. 4.

ſ Greg. homil. 36. in Euang. non multum a prin.
t Idem li. 8. Mor. c. 30 ante med.
u Ibid. lib. 10. c. 26. ante med.
x Idem in Ezec. hom. 12. circa med.
y Aug. de lib. arb. li. 3 c. 10. to. 1.
z Amb. de fide Reſur. an. med. to. 4.
a Auct. de ſpi. et ani. c. 49. apud Aug. to. 3.
b Ber. trac. de lib. arb. an. med.
c Sen. ep. 9 verſ. fin.
d Ibid. ep. 81. poſt med.
e Chryſoſ. oper. imp. homil. 42 poſt med. to. 2.

De Morte. Cap. XLIIX.

GRAGORIVS [f] in homilijs: Horum vltimã Dominus noſter idcirco nobis voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta, vt dum illã prę uidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſſione pręparemur. [g] IDAM in Moralibus: Nil ſic ad edomandum deſideriorum carnalium appetitum valet, quàm vt vnuſquiſque hoc, quod viuum diligit, mortuũ penſet. IDAM: Malitia remanentium. Supra de malitia. F [h] IDAM ſuper Ezechielem: Eſſe nobis conditor noſter diem mortis noſtrę incognitum voluit, vt dum ſemper ignoratur, ſemper eſſe proximus credatur: et tanto quiſque ſit feruentior in operatione, quanto et incertus eſt de vocatione. [i] AMBROSIVS de fide reſurrectionis: Vna eſt mors ſpiritalis, alia naturalis, tertia pœnalis. [k] AVGVSTINVS de verbis Domini: Agnoſcat ſe homo mortalem, vt frangat elationem, cętera noſtra et bona, et mala incerta ſunt, ſola mors certa eſt. [l] IDEM ſuper Ioannem: Inter ſpem et deſperationem fluctuat anima. Quid ergo egit Deus cũ periclitantibus vtroque morbo: propter illos, qui deſperatione periclitantur, propoſuit indulgentiæ portu: propter illos, qui ſpe periclitantur, fecit diem mortis

f Greg. homil. 13. in Euang. poſt med.
g Idem li. 16. Moral. c. vlt.
h Idem in Ezec. hom. 17. ante med.
i Amb. de fide Reſur. ante med. to. 4.
k Aug. de verb. Dom. ſer. 22. cir. med. to. 10.
l Idem in Io. trac. 33 prope fin. to. 9.

a Bern. in medit. c. 3. poſt med.

tis incertum. [a] BERNARDVS in meditationibus: A
Certum eſt quòd morieris, et incertum eſt quādo, aut
quomodo, aut vbi. Quoniā vbique te mors expectat,
tu quoque ſi ſapiens fueris, vbique eam expectabis. [b]

b Idem ep. 105. ad Roman. Subdiac.

IDEM in epiſtola: O quàm beati mortui, qui in Domi
no moriuntur, audientes a ſpiritu, vt requieſcant iam
a laboribus ſuis, non hoc ſolum autem, ſed ſuccedit iu
cunditas de nouitate, de æternitate ſecuritas. [c] IDEM:

c Ibid. con ſeq.

Bona mors iuſti propter requiem, melior propter no-
uitatem, optima propter ſecuritatem. Contra, mors
peccatorum peſſima. Et audi vnde peſſima, mala ſiqui-
dē in amiſſione mundi, peior in ſeparatione carnis,
peſſima in vermis, ignisq. duplici cōtritione. [d] IDEM: B

d Ibid. paulo ante.

In hac vita quamdiu curat, cōpara tibi illam, quæ ſem-
per durat. Dum viuis in carne, morere mundo, vt poſt
mortem carnis, Deo viuere incipias. Quid enim ſi cō-
ciderit mors ſaccum coporis tui, dum te ſubinde cir-
cumdet lætitia? O quàm beati mortui, qui in Domi-
no moriuntur. [e] IDEM in ſermonibus: Quid in re-

e Idē ſer. de conuerſ. ad cleric. c. 24.

bus humanis certius morte? quid hora mortis incer-
tius inuenitur? non miſeratur inopiam, non reuere-
tur diuitias, non generi cuiuſlibet, non moribus, non
ipſi denique parcit ætati, vbique ſenibus eſt in ianuis,
iuuenibus in inſidijs. [f] INTERLINEARIS: Nō de-

f Interlin. Iob. 28.

bet extolli in his quæ agit, qui neſcit quo modo huc
venit, vel quando, et quo modo exibit. [g] SENECA

g Sen. ep. 26. poſt med.

in epiſtola: Iunior es, non refert, non dinumerantur C
anni, incertum eſt, quo te loco mors expectat: itaque
tu illam omni loco expecta. [h] IDEM: Percepit ſa-

h Idem ep. 22. verſ. fi.

pientiam, ſi quis tam ſecurus moritur, quàm naſcitur:
nunc vero trepidamus, cum periculum acceſſerit, non
animus nobis, non color conſtat, lacrymę nihil profu-
turæ cadunt. Quid eſt turpius, quàm in ipſo limine ſe-
curitatis eſſe ſolicitum? cauſa autem hæc eſt, quòd
inanes omnium bonorum ſumus.

De Iudicio. Cap. XLIX.

i Greg. regiſt. lib. 2. ind. 11. c. 100. cir. fi.

GREGORIVS [i] in regiſtro: Ecce mora non erit, et D
ardente cælo, ardente terra, coruſcantibus ele-
mentis, cum angelis et archāgelis, cum thronis et do-
minationibus, cum principatibus et poteſtatibus tre-
mendus iudex apparebit. [k] IDEM ſuper Ezechielē:

k Idem in Ezec. hom. 2. poſt med.

Quæ mens erit hominis, æterni iudicis ſententiam nō
formidantis? Ibi enim tunc ſimul cuncta peccata an-
te oculos redeunt: ibi omnia, quæ cum delectatione
acta ſunt, ad memoriam cum pauore reuocantur. [l]

l Ibid. hom. 9. longe poſt med.

IDEM: Redemptor humani generis cum iudex appa-
ruerit, et ſpecioſus iuſtis, et terribilis erit iniuſtis. Quē
enim manſuetum aſpicient electi, hunc eumdem pa-
uendum, atque terribilem conſpicient reprobi. [m] E

m Idem li. 21. Moral. c. 13. non longe a prin.

IDEM in Moralibus: Ille poſtmodum cum Deo iu-
dex veniet, qui hic ei modo in prece familiaris extite-
rit. [n] IDEM: Quiſquis ſtimulo diuini amoris excita-

n Ibid. lib. 10. c. vlt. cir. med.

tus, hic poſſeſſa reliquerit, in iudicio procuIdubio cul-
men iudiciariæ poteſtatis obtinebit. [o] IDEM: Tunc

o Ibidem.

cum Deo iudices veniunt, qui nunc pro Deo iniuſte
iudicantur. [p] AVGVSTINVS in epiſtola: Cum ve-

p Aug. ep. 6. ad Ital. vid. ante med. to. 2.

nerit Dominus, et illuminauerit abſcondita tenebrarū
et manifeſtauerit cogitationes cordis, tunc nihil late-
bit proximū in proximo, nec erit, quod ſuis quiſque
aperiat, et abſcondat alienis. [q] IDEM de ciuitate Dei:

q Idem de ciu. Dei. li. 20. c. 30. prope fi. to. 5.

In illo iudicio, vel circa illud iudicium, has res didici-
mus eſſe venturas, Heliam Teſbitem, fidem Iudæorū,
Antichriſtum perſecuturum, Chriſtum iudicaturum, F
mortuorum reſurrectionem, bonorum malorumq. di
ſcretionem, mundi conflagrationem, eiuſdemq. reno-
uationem. [r] IDEM de cathechizandis rudibus: Iubē-

r Idem de cath. rud. c. 20. circa med. to. 4.

tur ſerui Chriſtiani et boni fideles, dominis ſuis tem-
poralibus æquanimiter fideliterq. ſeruire: quos iudi-
caturi ſunt, ſi vſque in finem iniquos inuenerint, aut
cum quibus æqualiter regnaturi ſunt, ſi et illi ad verū
Deum conuerſi fuerint. [s] HIERONYMVS in origi-

s Hiero. in Ioel. c. 3. to. 5.

nali ſuper Ioelem: Merorem diei iudicij, et tormen-

A ta pereuntium, ne Sol quidem et Luna aſtraq. cetera
poterunt intueri, ſed retrahent fulgorem ſuum, et ſe-
ueritatem iudicantis, reddentis vnicuique ſecundum
opus ſuum, in caput ſuum aſpicere non audebunt. Nō
quo clemētiora ſunt Dei iudicia, ſed quo omnis crea-
tura in tormētis aliorum, de ſuo iudicio pertimeſcat.
[t] IDEM: Etiam qui ſancti ſunt, præſentiā Dei abſque
formidine non videbunt. [u] IOANNES Chryſoſto-

t Chryſoſ. oper. imp. homil. 49. poſt med. to. 2.

mus ſuper Matthæum: In illo die nihil eſt, quod re-
ſpōdeamus, vbi cęlum et terra, aqua Sol et Luna, dies
et noctes, et totus mundus ſtabit aduerſum nos in te-
ſtimonium peccatorum noſtrorum, et ſi omnia ta-
B ceant, tamē ipſæ cogitationes noſtræ, et ipſa opera ſpe-
cialiter ſtabunt ante oculos noſtros, accuſantes nos an-
te Deum, dicente Apoſtolo: Cogitationibus inuicem
accuſantibus, *et cetera*. [u] AMBROSIVS ſuper Lu-

u Amb. in Luc. li. 2. c. 3. to. 3.

cam: Væ mihi eſt, ſi non peccata mea defleuero: væ
mihi eſt, ſi non media nocte ſurrexero ad confitendū
tibi Domine: væ mihi, ſi dolum proximo meo fece-
ro: væ mihi, ſi non locutus fuero veritatem. Ad radicē
ſecuris poſita eſt, faciat fructum qui poteſt gratiæ, qui
debet pœnitentiæ, adeſt Dominus, qui fructum requi-
rat, fecundos viuificet, ſteriles deprehendat. [x] ISIDO-

x Iſid. de ſum. bo. li. 1. c. 30. ſent. 10.

RVS de Summo bono: Duæ ſunt differentiæ, vel or-
dines hominum in iudicio, hoc eſt, electorum et re-
proborum, qui tamen diuiduntur in quattuor. Perfe-
C ctorum ordo vnus eſt, qui cum Domino iudicat, et
alius, qui iudicatur, vtrique tamē cum Chriſto regna-
bunt. Similiter ordo reproborum partitur in duobus,
dum qui intra Eccleſiam ſunt mali, iudicandi ſunt, et
damnandi: qui vero extra Eccleſiam inueniendi ſunt,
non ſunt iudicandi, ſed tantum damnandi. [y] BER-

y Ber. declam. ſup. Ecce nos, a poſt med.

NARDVS de contemptu: Non vnius ciuitatis, aut
populi, aut regionis vnius, ſed vniuerſitatis iudices ha-
bent præſidere cum Chriſto, non ſolum homines, ſed
etiam ipſos angelos iudicabunt, qui parentem ad mo-
dicum vaporem præſentis gloriæ dedignātes, et exſuf-
flantes improperium Chriſti, vniuerſis præpoſuerūt
D titulis dignitatum. Nolite timere puſillus grex, quo-
niam complacuit patri, dare vobis regnum. [z] IDEM

z Idē ep. 1. ad Robert. cir. med.

in epiſtola: Veniet veniet dies iudicij, vbi et plus va-
lebunt pura corda, quàm aſtuta verba, et conſcientia
bona, quàm marſupia plena, quandoquidem iudex il-
le nec falletur verbis, nec flectetur donis. [a] IDEM

a Idem in Cant. ſer. 55. ante med.

ſuper Cantica: Quid in Babylone tutum, ſi Hieruſa-
lem manet ſcrutinium? [b] IDEM de duodecim gra-
dibus: Cognoſcetur recte Dominus iuſtitiam faciens,

b Idem de 12. grad. humil. poſt med.

qui nunc ignoratur miſericordiam quærens. [c] IDEM
in ſermonibus: Nudi ſtabunt ante tribunal Chriſti, vt
audiant vocem iudicij, qui ad vocem conſilij obtura-
E uerunt aures ſuas. Quid enim loquitur Deus? Agite
pœnitentiam, inquit. Multi tamen diſſimulant, multi

c Idem in ſer. de ver. Abacuc ante med.

continent aures ſuas, et dicunt: Durus eſt hic ſermo.
Non ſic impij non ſic, cum intonuerit ſermo durus, et
verbum aſperum. Ite maledicti in ignem æternum. [d]
ANSELMVS in libro meditationum: O lignum ari-
dum et inutile, æternis ignibus dignum, quid reſpon-
debis in illa die, cum exigetur a te vſque ad ictum ocu
li, omne tempus viuendi tibi impenſum, qualiter
fuerit a te expenſum? Tunc quippe condemnabitur
quidquid fuerit inuentum in te, operis vel ocij, ſer-
monis, et ſilentij, vſque ad minimam cogitationem,
etiam quod vixiſti, ſi non fuerit ad voluntatem Dei
directum. [e] IDEM: O anguſtia, hinc erunt accuſan-
F tia peccata, inde terrens iuſtitia, ſubtus patens horri-
dum chaos inferni, deſuper iratus iudex, intus vrens
conſcientia, foris ardens mundus, etſi iuſtus vix ſal-
uabitur, peccator ſic depreſſus, in quam partem ſe pre-
met conſtrictus? Vbi latebo? vbi apparebo? Latere
erit impoſſibile, apparere intolerabile. [f] IDEM: Dies
iræ dies illa, *et cet*. Quid dormitas anima tepida, et di-
gna euomi? Qui non expergiſcitur, qui non tremit ad
tantum tonitruum, non dormit, ſed mortuus eſt.

De damnatione. *Cap. L.*

GREGORIVS[a] in Moralibus: Fit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine defectus, ſine defectu: quia et mors viuit, et finis ſemper incipit, et deficere defectus neſcit: mors perimit, et non extinguit: dolor cruciat, ſed nullatenus pauorem fugat: flãma cõburit, ſed nequaquam tenebras diſcutit. [b] IDEM: In inferno ignis non lucet ad conſolationem, et tamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam ſequaces ſuos ſecum in tormento reprobi flamma illuſtrante viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt: quatenus, qui eorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amarunt, ipſorum quoque interitus eos in augmentum ſuę dãnationis affligat. [c] IDEM: Sicut in domo patris mãſiones multæ ſunt pro diuerſitate virtutis, ſic damnatos diuerſo ſupplicio gehennæ ignibus ſubijcit diſparilitas criminis. [d] IDEM in homilijs: Vt peccatores in ſupplicio amplius puniantur, et eorum vident gloriam, quos contempſerunt, et de illorum etiam pęna torquentur, quos inutiliter amauerunt. * HIERONYMVS in originali ſuper Iſaiam: In conſummatione mundi, præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum. [e] AVGVSTINVS in ſermonibus: Quare in inferno mors quæritur, et nõ inuenitur? quia quibus in hoc ſæculo vita offertur, et nolunt accipere, in inferno quærent mortem, et non poterunt inuenire. [f] IDEM in Enchiridione: Mitiſſima ſane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum inſuper addiderunt: et in ceteris, qui addiderunt, tanto ibi quiſque tulerabiliorem habebit damnationem, quãto hic minorem habuit iniquitatem. [g] IDEM de cathechizandis rudibus: Sicut nullum gaudium rerum temporalium ex aliqua parte ſimile poteſt inueniri gaudio vitæ æternæ, quam ſancti accepturi ſunt: ita nullus cruciatus pœnarum temporalium poteſt ſempiternis iniquorum cruciatibus cõparari. [h] IDEM de natura boni: Peccantes in ſupplicijs ordinantur, quia

A ordinatio eorum naturæ nõ competit, ideo pœna eſt: ſed quia culpæ competit, ideo iuſtitia eſt. [i] IDEM: Melius ordinatur natura, vt iuſte doleat in ſupplicio, quàm vt impune gaudeat in peccato. * IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Excludi a bonis æternis, et alienum effici ab his, quæ præparata ſunt ſanctis, tantum generat cruciatum, tantum dolorem, vt et ſi nulla extrinſecus pœna torqueret, hæc ſola ſufficeret. * IDEM: Non putemus, quia ſuppliciorum nimietas ipſa dabit finem dolorum, ſed peccata quidem pœnas accendent, incorruptio vero animæ, et corporis, nullum ſupplicijs terminum dabit. [k] ISIDORVS in ſynonymis: Intende animo quaſcumque

B ſæculi pœnas, quoſcumque tormentorum dolores, quaſcũque dolorum acerbitates, compara hoc totum gehennæ, et leue eſt omne, quod pateris. * FVLGENTIVS in epiſtola: Principalia ſunt duo tormenta in inferno, ibi frigus intolerabile, et calor ignis inextinguibilis. Vnde in euangelio legitur: Illic erit fletus, et ſtridor dentium: fletus namque in liquefactione oculorum de calore naſcitur, ſtridor vero dentium de frigore oritur. [l] BERNARDVS in epiſtola: Ob hoc proculdubio inflexibilis, et obſtinatæ mentis punitur æternaliter malum, licet temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore, vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate. * IDEM in ſermo-

C ne: Singulis exceſſibus ſingulis et membris, quæ arma fuerant iniquitatis, ſua debetur pœna pro qualitate, vel quantitate commiſſi. In quo autem membro creator amplius offenditur, peccator grauius torquebitur. [m] ANSELMVS de ſimilitudinibus: Partes miſeriæ ſunt turpitudo, ponderoſitas, imbecillitas, ſeruitus, infirmitas, anxietas, vitæ breuitas, inſipientia, diſcordia, dedecus, impotentia, timor, triſtitia. [n] AVCTOR de ſpiritu et anima: Quædam animæ in eiſdem locis, in quibus culpam cõmiſerunt, puniuntur, quædam vero abditis receptaculis, vſque ad vltimam reſurrectionem continentur, ſicut vnaquæque digna eſt requie et miſeria.

a Greg. li. 9. Moral. c. 30. circa med.
b Ibidem.
c Ibidem ante med.
d Idem homil. 40. in Euang. poſt med.
e Aug. ſer. 252. de tēp. circa med. to. 10.
f Idem in Enchir. c. 93. to. 3.
g Idem de cath. rud. c. 24. in fin. to. 4.
h Idem de na. bo. con. Manich. c. 7. to. 6.
i Ibid. c. 9.
k Iſid. in ſynon. c. 1. ante med.
l Bern. ep. 253. ad Gar. abb. circa med.
m Anſel. de ſimil. c. 49.
n Auct. de ſpir. et ani. apud Aug. to. 3.

CAPITA LIBRI QVARTI PHARETRÆ.

De Voluntate.	*Cap. I.*	*De Meditatione.*	*Cap. XXVI.*
De Tranquillitate.	*Cap. II.*	*De Aſcenſione ſpirituali.*	*Cap. XXVII.*
De Taciturnitate.	*Cap. III.*	*De Contemplatione.*	*Cap. XXIIX.*
De Exercitio.	*Cap. IV.*	*De Guſtu.*	*Cap. XXIX.*
De Innocentia.	*Cap. V.*	*De Conſolatione.*	*Cap. XXX.*
De Excuſatione.	*Cap. VI.*	*De Regratiatione.*	*Cap. XXXI.*
De Diſcuſſione.	*Cap. VII.*	*De Lectione.*	*Cap. XXXII.*
De Mortificatione.	*Cap. IIX.*	*De Sapientia.*	*Cap. XXXIII.*
De Diſciplina.	*Cap. IX.*	*De Doctrina.*	*Cap. XXXIV.*
De Cruce ſpirituali.	*Cap. X.*	*De Dignitate.*	*Cap. XXXV.*
De Certamine.	*Cap. XI.*	*De Zelo.*	*Cap. XXXVI.*
De Humilitate.	*Cap. XII.*	*De Solicitudine.*	*Cap. XXXVII.*
De Simplicitate.	*Cap. XIII.*	*De Correptione.*	*Cap. XXXIIX.*
De Verecundia.	*Cap. XIV.*	*De Aequitate.*	*Cap. XXXIX.*
De Amicitia.	*Cap. XV.*	*De Quatuor affectionibus.*	*Cap. XL.*
De Concordia.	*Cap. XVI.*	*De Timore.*	*Cap. XLI.*
De Renunciatione.	*Cap. XVII.*	*De Dolore.*	*Cap. XLII.*
De Solitudine.	*Cap. XIIX.*	*De Confidentia.*	*Cap. XLIII.*
De Religione.	*Cap. XIX.*	*De Lætitia.*	*Cap. XLIV.*
De Sufficientia.	*Cap. XX.*	*De Connexione.*	*Cap. XLV.*
De Communitate.	*Cap. XXI.*	*De Exemplis.*	*Cap. XLVI.*
De Societate.	*Cap. XXII.*	*De Fama.*	*Cap. XLVII.*
De Bonitate.	*Cap. XXIII.*	*De Aduerſitate.*	*Cap. XLIIX.*
De Deſiderio.	*Cap. XXIV.*	*De Martyrio.*	*Cap. XLIX.*
De Feruore.	*Cap. XXV.*	*De Gloria.*	*Cap. L.*

PHA-

PHARETRAE LIBER QVARTVS,

IN QVO

De gratioſis agitur.

De Voluntate Caput Primum.

GReoorivs [a] in homilijs: Ante A Dei oculos numquam eſt vacua manus a munere, ſi fuerit arca cordis repleta bona voluntate. [b] Hieronymvs in epiſtola: Certe Chriſtus pro animi volũtate, omnia in acceptum refert. Nemo Apoſtolis pauperior fuit, et nemo tantum pro Domino dereliquit. [c] Avgvstinvs de vera religione: Tales ſeruos ſuos meliores eſſe Deus iudicauit, ſi ei ſeruirẽt liberaliter. Qnod nullo modo fieri poſſet, ſi non volũtate, ſed neceſſita- B te ſeruirent. [d] Idem de ſpiritu et littera: Nemo habet in poteſtate, quid ei veniat in mentem: ſed conſentire, vel diſſentire, propriæ voluntatis eſt. [e] Idem cõtra quinque hæreſes: Ad compellendum non poteſt eſſe moleſtus exactor, cum ad reddendum deuotus eſt debitor. Idem: Nemo aliquid. Supra lib. 2. de charitate. [f] Idem de eccleſiaſticis dogmatibus: Nullus ſanctus et iuſtus caret peccato, nec tamen ex hoc deſinit eſſe iuſtus vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatem. [g] Idem de viduitate: Noſtrum eſt velle: ſed voluntas ipſa, et admonetur, vt ſurgat, et ſanatur, vt va- C leat, et dilatatur, vt capiat, et impletur, vt habeat. [h] Idem de ſoliloquijs: Quanto augetur ſpes videndę illius, cui vehementer æſtuo, pulchritudinis, tantò ad illam totus amor voluntaſq. conuertitur. [i] Idem de agone Chriſtiano: Omnis creatura velit nolit, vni Deo, et Domino ſuo ſubiecta eſt: ſed hoc admonemur vt tota voluntate ſeruiamus Domino Deo noſtro. Quoniam iuſtus liberaliter ſeruit, iniuſtus autem compeditus ſerui. [k] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæũ: Voluntates bonæ ſic ſuaues ſunt apud Deũ quẽadmodũ apud homines odoriferi flores. [l] Idem: Sicut D peccatũ opus ſine voluntate non facit, ita et iuſtitia ex opere nõ cõſummatur, niſi et volũtas affuerit. Idem: Illa eſt glorioſa. Supra li. 2. de cõtinẽtia tactus. Idem: Debet voluntas. Supra lib. 2. de gratia. [m] Bernardvs de libero arbitrio: Ordinatio eſt omnimoda cõuerſio voluntatis ad Deũ, et ex tota ſe, voluntaria deuotaq. ſubiectio. [*] Idem in epiſtola: Regnũ Dei intra nos eſt. Quid eſt hoc regnum? ſana et libera voluntas hominis, ita ſe cõformans voluntati Dei, vt nihil velit quod ſciat ei diſplicere, nihil nolit quod ſciat ei placere. [n] Anselmvs de ſimilitudinibus: Volun- E tas bona eſt quæ Dei voluntati ſubiecta eſt, quando id vult, quod Deus vult illã velle debere, et iuſta ſiue recta dicitur, quando id quod Deus vult illam velle debere amplectitur. [o] Idem: Non ſemper velle debemus, quod Deus vult, ſed hoc velle debemus, quod Deus vult nos velle debere.

Marginal notes: a Greg. homil. 5. in Euang. circa med. b Hier. ad Exuperan. epiſt. 35. to. 2. c Aug. de vera relig. c. 14. to. 1. d Idem de ſpi. et lit. c. 34. to. 3. e Idẽ orat. de 5. hæreſ. c. 2. in prin. to. 6. f Idem de Eccl. dogm. c. 16. to. 3. g Idem de bon. vid. c. 17. to. 4. h Idem ſolil. lib. 1. c. 20. to. 1. i Idem de agone Chriſtia. c. 7. to. 3. k Chryſoſ. oper. imp. hom. 39. ante med. to. 2. l Ibid. homil. 42. poſt med. m Bernar. grac. de lib. arb. ante med. n Anſ. de ſimil. c. 159. o Ibidem c. 159.

De tranquillitate. Cap. II.

GRegorivs [p] in regiſtro: Nullius vos ibi lingua implicet, vbi conſcientia non accuſat. Quem enim conſcientia defendit, et inter accuſatores liber eſt, et liber vel ſine accuſatione eſſe non poteſt, ſi ſola

S.Bon.To.6.

quæ interios audit conſcientia accuſat. [q] Idem in A Moralibus: Piorum conſcientiæ grande ſibi conferri præmium credunt, cum de quibuſdam modo ſuis illicitis actionibus arguuntur. Præponunt enim ante oculos cordis, quia diſtrictum Dei iudicium tanto verius tunc ſuper eos mitigabitur, quanto nũc acrius homine arguente præuenitur. [r] Avgvstinvs de cathechizandis rudibus: Tu qui veram requiem, quæ poſt hanc vitam Chriſtianis promittitur, quæris, etiã hic eam inter amariſſimas vitæ huius moleſtias ſuauẽ guſtabis, ſi eius, qui eam promiſit præcepta dilexeris. B Cito enim ſenties dulciores eſſe fructus iuſtitię, quàm iniquitatis, et verius atque iucundius gaudebis de bona cõſcientia inter moleſtias, quàm de mala inter delicias. [s] Idem ſuper Geneſim ad litteram: Etiam in ipſo homine lætitia quædam bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. Vnde et Eccleſia in ſanctis temperãter, et pie et iuſte viuentibus paradiſus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum caſtiſq. delicijs. Ambrosivs: Bene ſibi conſcius. Supra lib. 2. de conſtantia. [t] Isidorvs de Summo bono: Semper conſcientia ſerui Dei, humilis eſſe debet et triſtis: vt ſcilicet per humili- C tatẽ non ſuperbiat, et per humilem męrorem cor ad laſciuiam non diſſoluat. [u] Bernardvs ſuper Cantica: Sufficit aduerſum os loquentium iniqua, opinio bonorum cũ teſtimonio conſcientiæ. [x] Idem: Omnis gloria ſanctorũ intus non foris eſt, hoc eſt, non in flore feni, aut in ore vulgi, ſed in Domino. [y] Idem de conſideratione: Perfecta cuique, et abſoluta excuſatio eſt, teſtimoniũ conſcientiæ ſuæ. Mihi enim pro minimo eſt, vt ab illis iudicet, qui dicunt bonũ malũ, et malũ bonum. [*] Idem: Magnæ diuitiæ bona conſcientia. Et re vera quid ditius in rebus, aut quid dul- D cius, quid in terra quietius atque ſecurius? Bona cõſcientia damna rerũ non metuit, non verborũ contumelias, non corporis cruciatus, quippe quæ et morte ipſa magis erigitur quàm deijcitur. [*] Idem: Bona bonæ conſcientiæ reuireſcunt in laboribus, non areſcunt, nec in morte euaneſcunt, ſed refloreſcunt, lætificant viuentem, morientẽ conſolantur, reficiunt mortuum, nec deficiunt in æternum. [z] Seneca in epiſtola: Sapiens numquam ſine gaudio eſt, gaudium autem hoc non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia.

Marginal notes: p Greg. regiſt. li. 6. indic. 15. c. 172. q Idem li. 26. Mor. c. 2. cir. med. r Aug. de Cathe. rud. c. 16. to. 4. s Idem de gen. ad lit. lib. 12. c. 34 to. 3. t Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 20. ſent. 3 u Ber. ſer. 24. in Cãt. an. med. x Ibid. ſer. 25. poſt med. y Idem de conſid. li. 2. ante med. z Sen. ep. 59. prope fi.

E *De taciturnitate.* Cap. III.

GRegorivs [a] in Moralibus: Diſcrete viciſſitudinum penſanda ſunt tempora: ne aut cũ reſtringi debet lingua, per verba ſe inutiliter ſoluat: aut cum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pigra reſtringat. [b] Idem: Si ab increpatione idcirco reticemus, quia contra nos inſurgere deriſoris odia formidamus: non iã lucra Dei quærimus, ſed noſtra. Idem: Proximorũ mala. Supra lib. 2. de conſenſu. [c] Idem: Quotiens auditores noſtri noſtra volunt quaſi laudãdo cognoſcere, nõ autem ſua peruerſa mutare, omnino taceamus: ne ſi oſtentationis ſtudio verbum Dei loquimur, et illorum culpa, quæ erat, eſſe non deſinat, et noſtra, quæ

Marginal notes: a Greg. li. 7. Moral. c. 17. cir. fi. b Ibid. lib. 20. c. 27. cir. fi. c Ibid. lib. 22. c. 12. paulo poſt prin.

Q 2 non

non erat, fiat. [a] IDEM in homilijs: Imitatione Dei, glorioſius eſt tacendo iniuriã fugere, quàm reſpondẽdo ſuperare. [b] IDEM ſuper Ezechielẽ: Quaſi quoddã nutrimentum verbi eſt cenſura ſilentij. Et recte per exereſcentem quoque gratiam ſermonem accipit, qui ordinate antea per humilitatem tacet. [c] IDEM: Sicut mali ideo Deũ exaſperant, quia loquuntur, et faciunt mala: ita nonnũquam boni exaſperant, quia reticent bona. [d] IDEM in paſtorali: Qui proximi mala reſpiciunt, et tamẽ ſilentio linguam premunt, quaſi cõſpectis vulneribus, vſum medicaminis ſubtrahunt, et eo mortis auctores fiunt, quo minus, quem poterant, curare nolunt. [e] HIERONYMVS in epiſtola: Nũquam de mulierũ formis diſputes: nec quid in cuiuſquã domo agitur, alia domus per te nouerit. [f] AVGVSTINVS de mendacio: Licet vel diſertori ac diſputatori, ac prædicatori rerum æternarum, vel narratori atque pronunciatori rerum tẽporalium ad ædificandam religionem atque pietatem pertinentium, occultare in tẽpore quidquid occultandum videtur, mẽtiri autem nũquam. [g] IDEM de baptiſmo paruulorum: Vbi de re obſcuriſſima diſputatur, non adiuuantibus diuinarũ ſcripturarum certis clariſq. documentis, cohibere ſe debet humana præſumptio, nihil faciens in partem alteram declinando. IDEM: Magis innocẽtis. Supra li. 3. de remiſſione. IDEM ibidẽ: Tu vulnus. [h] ISIDORVS in ſynonymis: Tẽpore congruo loquere, tempore cõgruo tace, non loquaris niſi interrogatus fueris, non dicas priuſquam audias. [i] IDEM: Ab otioſo ſermone compeſce linguam, caue fabulas ineptas, aniles fabulas non requiras, inania verba non garrias. [k] IDEM: Vis virtutes tuas augere, prodere noli. [l] IDEM: Fuge videri, quod eſſe meruiſti: quod manifeſtãdo potes amittere, tacendo cuſtodi. [m] AMBROSIVS ſuper Lucã: Rarior tacendi virtus, quàm loquẽdi. [n] IDEM de officijs: Quàmplures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quẽquam tacendo, ideoq. tacere noſſe, quàm loqui difficilius eſt. [o] IDEM: Quando nobis aliquis conuiciatur, laceſſit, ad violentiam prouocat, ad iurgium vocat: tunc ſilentiũ exerceamus, tunc muti fieri non erubeſcamus. [p] BERNARDVS de cõſideratione: Vtilis ſemper cuſtodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiã nõ excludat. Ergo vbique frenanda lingua præceps, maxime autem in cõuiuio. IDEM: Nemo fratres. Infra de correptione. [q] GLOSSA in Leuiticũ: Quod gula peccauit, ieiuniũ corrigat: quod garrulitas admiſit, ſilẽtiũ deleat, et ſimiliter cõtrarijs curẽtur cõtraria.

a Idem homil. 18. in Euang. post med.
b Idem homil. 11. in Ezech. ante med.
c Ibidem hom. 9. longe post med.
d Idẽ Past. cu. p. 3. c. 1. admon. c. 15.
e Hieron. epist. 2. ad Nep. post med. to. 1.
f Aug. de mend. ad Consent. c. 10. to. 4.
g Idem de pecc. merit. et remiss. et de Bap. par. lib. 2. c. 36. to. 7.
h Isid. in syn. c. 9.
i Ibid. paulo ante.
k Ibid. c. 10
l Ibid. post princ.
m Amb. in Luc. li. 9. c. 19. to. 3.
n Idẽ offic. lib. 1. c. 2. to. 4.
o Ibid. c. 5.
p Bern. de consid. li. 4. vers. fi.
q Glos. Leuit. 11.

De Exercitio. Cap. IV.

GREGORIVS [r] in regiſtro: Apud Dominum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. [s] IDEM: Qui eccleſiaſticis famulantur obſequijs, eccleſiaſtica, vt poſſibilitas exigit, debent adipiſci ſubſidia. [t] IDEM: Iuſtitiam, quam mente geritis, oportet coram hominibus luce operũ demonſtretis. [t] IDEM in Moralibus: Cum opus creſcit, præmij fiducia proficit, cum vero opus torpuerit, ſpes a remuneratione laſſeſcit. [u] IDEM: Iſte in hac vita iuſtorũ labor eſt, vt ſemetipſos inueniant, inuenientes flendo atque corrigendo ad meliora perducant. [x] IDEM: Sicut malis ſecuritas præſens labor eſt, ita bonis præſens labor perpetuam ſecuritatem parit. [y] IDEM: Sancti viri minime exultant, cum cognoſcunt, quæ faciant, ſed cum faciunt, quæ cognouerunt, etſi intelligendo congaudent muneri largitoris, mœrentes tamen conſiderant debitum operis. [z] IDEM ſuper Ezechielem: Actiua vita, eſt panẽ eſurienti tribuere, verbum ſapientiæ neſcientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis viam ſuperbientem proximum reuocare, infirmantis curam gerere, et commiſſi nobis qualiter ſubſiſtere valeant, diſpenſare. [a] IDEM: Conſiderãdum nobis eſt, opus noſtrum quale ſit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione. [b] IDEM: Quid iam de ſcriptura ſacra didiceris, et quantum proximum motus ames, in latitudine boni operis oſtendes. [c] IDEM in Dialogis: Opus ex dono eſt, nõ donũ ex opere. Omne quippe opus dona præueniunt, quamuis ex ſubſequẽti opere, ipſa etiam dona ſuccreſcunt. [d] ISIDORVS in ſynonymis: Præcaue otium, non diligas otium, nõ ducas vitam in otio: fatiga corpus laboribus, exerce operis cuiuſlibet ſtudium. [e] IDEM: Grauius libido vrit, quem otioſum inuenerit. Cedit autem libido rebus, cedit operi, cedit induſtriæ et labori. [f] IDEM de Summo bono: Nihil iuuat, quod inter bonum et malum ſenſu prudentiore diſcernimus, niſi opere, aut male cogitata caueamus, aut bona inchoata faciamus. [g] IDEM: Dei ſeruum ſine intermiſſione legere, orare, et operari oportet: ne forte mentem otio deditam, ſpiritus fornicationis ſurripiat. Cedit enim labori voluptas, animum autẽ vacantem cito præoccupat. [h] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Qui habent ſpiritum Dei, non ſunt contenti ſedere otioſi: ſed ipſe ſpiritus, qui eſt in eis, vrget eos aliquod bonum apprehendere. [i] IDEM de compunctione: Merces maior tibi augetur, quãdo nõ ſpe mercedis operaris, ſed ſtudio placendi. [k] AVGVSTINVS in ſermone: Noli eſſe piger in opere, cuius mercedem deſideras, ſi quem et tu ipſe mercenarium conduxiſſes, non ante mercedem numerares, quàm in opere exerceres. [l] IDEM de baptiſmo paruulorum: Propter hoc de paradiſo emiſſus Adam cõtra Eden habitauit, id eſt contra ſedem deliciarum, vt ſignificaret, quod in laboribus, qui ſunt delicijs contrarij, erudienda eſt caro peccati. [m] IDEM de opere monachorum: Nullo modo decet, vt in ea vita vbi ſenatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices otioſi: et quo veniunt relictis delicijs, qui fuerunt prædiorum domini, ibi ſint ruſtici delicati. IDEM in gloſſa ſuper 1. Tim. 5. Qui ad pedes fratrum inclinatur, in corde, vel excitatur, vel ſi iam inerat, confirmatur humilitatis affectus. IDEM: Vis deſideriorum. Infra in c. de deſiderio. [n] BERNARDVS de conſideratione: Si labor terret, merces inuitet: vnuſquiſque enim ſecundum ſuum laborem mercedem accipiet. [o] IDEM in epiſtola: Non ex folijs, non ex floribus, ſed ex fructu arbor bona malaue cognoſcitur: denique a fructibus eorum cognoſcetis eos: opera ergo, et non verba diſcernunt inter filios Dei, et filios diffidentiæ. [*] IDEM de amore Dei: Quamuis adhuc non videat oculus, nõ ceſſet operari manus: vt qui proficere vult in magno, fidelis ſit in minimo: et in eo, quod ex conditoris largitate iam prærogatum habet, vis poteſtatis officium exhibeat bonæ voluntatis. IDEM: Miſerere animæ. Supra lib. 2. de contritione. [p] SENECA in epiſtola: Satis multum temporis ſparſimus, incipiamus vaſa in ſenectute colligere: in freto viximus, moriamur in portu.

r Greg. lib. 4. ind. 3. c. 70. in prin.
s Ibid. li. 1. ind. 9. c. 46. in prin.
t Idem li. 8. Mor. c. 3. circ. fi.
u Ibidem li. 11. c. 21.
x Ibid. lib. 10. c. 14. post med.
y Ibid. lib. 22. c. 3. post med.
z Idem in Ezec. hom. 14. circa med.
a Ibidem hom. 20. longe post med.
b Ibidem hom. 17. ante med.
c Idem li. 1. Dial. c. 4. ante med.
d Isid. in synon. c. 5.
e Ibid. paulo ante.
f Idem de sum. bo. li. 2 c. 25. sent. 10.
g Ibid. li. 3 c. 20. sen. 5.
h Chrysost. oper. imp. hom. 5. ante med. to. 2.
i Idem de compunct. lib. 2. post med. to. 5.
k Aug. ser. 245. de temp. ante med. to. 10.
l Idem de pec. merit. et remiss. et de bapt. parn. lib. 2. c. 34. to. 7.
m Idem de op. mon. c. 25. in fin. to. 3.
n Bern. li. 2. de consid. ante med.
o Idem ep. 107. circa prin.
p Sen. ep. 19. circa prin.

De Innocentia. Cap. V.

GREGORIVS [q] in Moralibus: Plerũque res quælibet innocenti mente conſpicitur, ſed ipſo conſpectu animus concupiſcentiæ gladio confoditur. Non enim Dauid Vriæ coniugem ideo ſtudioſe reſpexit, quia concupiuerat: ſed ideo potius concupiuit, quia incaute reſpexit. [r] IDEM: Nil ſimplici corde felicius, quia quo innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt, quod pari ab alijs formidet. [s] IDEM: Illum facit humana deriſio Deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocentia ſeruat alienum. [t] IDEM: Si mentis innocentia cuſtoditur, etiam ſi qua foris infirma ſunt, quandoque roborantur. [u] IDEM in regiſtro: Sicut multorum iam experimento didicimus, in damno expenditur, quidquid cum peccato cõgregatur. Si igitur vultis nihil iniuſte perdere, ſummopere

q Greg. li. 21. Moral. c. 6.
r Ibid. lib. 12. c. 22. in prin.
s Ibid. lib. 10. c. 21. in fin.
t Ibid. li. 5 c. 32. post med.
u Idem regist. lib. 9. ind. 4. c. 57.

mopere ſtudere de iniuſtitia nihil habere. In terrenis enim rebus, ſemper cauſa damni eſt origo peccati. [a] IDEM: Voſmetipſos ita ante conſpectum omnipotentis Domini, in bonis operibus debetis exhibere, vt inueniri in veſtra actione nequeat, quod ab eodẽ Deo iudice percuti, vel homine inſidiante valeat accuſari. * IDEM in paſtorali: Fit plerumque Deo gratior amore ardens vita poſt culpam, quàm ſecuritate torpens innocentia. * AMBROSIVS de officijs: Hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quod noceat, etſi circumſcribitur ab aliquo de omnibus, tamen bene iudicat, qui fidem eſſe in omnibus arbitratur. [b] IDEM: Beatam vitam efficiunt tranquillitas conſcientiæ, et ſecuritas innocentiæ. [c] IDEM de pœnitentia: Facilius inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui cõgrue egerint pœnitentiam. [d] HIERONYMVS in epiſtola: Malitiam, odium, atque inuidiam, quæ vel maxima, vel ſola ſemina ſunt nocendi, Chriſtiana a ſe anima propellat: neque manu tãtum aut lingua, ſed corde quoque cuſtodiat innocentiam. [e] IDEM: Tum demum lætare de innocentiæ conſcientia, ſi cum potes adiuuare, non deſiſtas. * IOANNES Chryſoſtomus in ſermone: Gaude innocentia et exulta gaudẽ inquam, quia vbique illæſa es, vbique ſecura. Si tentaris, proficis: ſi humiliaris, erigeris: ſi pugnas, vincis: ſi occideris, coronaris. [f] AVGVSTINVS ſuper Pſalmos: Duobus modis nocet homo, ſi facit miſerum, vel ſi deſerit miſerum. Innocens vero eſt, qui nec ſibi, nec alijs nocet. [g] IDEM de ciuitate Dei: Abſit a mente Chriſtiana, quæ in Deo ſuo ſpe poſita, cuius adiutorio innititur, vt mens talis cuiuſlibet carnis voluptatibus ad conſenſum turpitudinis cedat. Quòd ſi illa concupiſcentia, vel inobedientia, quæ in membris habitat, præter noſtræ voluntatis legem quaſi ſua lege mouetur, quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque culpa eſt in corpore dormientis? [h] IDEM: Pertinet ad innocentis officium, non ſolum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum: vt aut ipſe, qui plectitur, corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. IDEM: Sicut non eſt beneficientiæ. Supra de remiſſione. IDEM ibidem: Magis innocentes. [i] IDEM de vita Chriſtiana: Nihil Deo dignius, nihil charius eſſe poteſt, quàm vt innocentia tota obſeruatione teneatur. Licet enim quis in alijs operibus deuotus appareat, ſi illam non habuerit, ſibi fruſtra blanditur. [k] CASSIODORVS in libro de anima: Vir ſincerus, purus, innocuus omnes laudat, ſe ſemper accuſat: vt complaceat vniuerſis, ſibi ſoli diſplicet. [l] BERNARDVS de conſideratione: Non eris innocens, ſi aut punias eum, cui fortaſſe parcendum eſſet: aut parcas ei, qui fuerat puniendus. [m] ANSELMVS de ſimilitudinibus: Si hinc peccati pudorẽ, et illinc cernerem inferni horrorem, et neceſſario vni eorum haberem immergi, prius me in infernum immergerem, quàm peccatum in me immitterem. Mallem enim purus a peccato, et innocens, gehennam intrare, quàm ſorde pollutus cælorum regna tenere: cum conſtet, ſolos malos in inferno torqueri, et ſolos bonos in cæleſti beatitudine foueri.

a Ibid. lib. 10. ind. 6. c. 20.
b Amb. off. lib. 2. c. 1. to. 4.
c Idem de pœnit. li. 2. c. 10. to. 4.
d Hieron. ep. 14. ad Celant. an. med. to. 1.
e Ibid. poſt pauca.
f Auguſt. enar. in pſ. 100. ante med. to. 8.
g Idem de ciu. Dei. li. 2. c. 25. to. 5
h Ibid. lib. 19. c. 16.
i Idem de vita Chriſtia. c. 10. poſt med. to. 9.
k Caſſiod. de ani. c. 12 cir. prin.
l Bern. de conſid. lib. 2 poſt med.
m Anſel. de ſimil. c. 190.

De excuſatione. Cap. VI.

GREGORIVS [n] in Moralibus: Iuſtus etſi quid vnquam delinquendo loquitur, tamen dignum non eſt, vt ab iniuſtis, et praue viuentibus iudicetur. IDEM: Cum quoſlibet. Supra lib. 1. de pauperibus. [o] AVGVSTINVS in epiſtola: Diſcamus in ſimilitudine operum diſcernere animos operantium: ne clauſis oculis calumniemur, et beneuolos pro nocentibus accuſemus. [p] IDEM in ſermone Domini in monte: Ea facta, quæ, dubium eſt, quo animo fiant, in meliorem partem interpretamur. [q] IDEM: Non reprehendamus ea, quæ neſcimus, quo animo fiant, neque ita reprehendamus, quæ manifeſta ſunt, vt deſperemus ſanitatem. [r] BERNARDVS ſuper Cantica: Caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex. Etiam ſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic iudices proximum: magis autem excuſa intentionẽ, ſi opus nõ potes, puta ignorantiam, puta ſubreptionẽ, puta caſum. Quòd ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, et dicito apud teipſum: Vehemens fuit tentatio, quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem? [s] IDEM: Si is qui de clauſtro eſt, eum, qui verſatur in populo interdum minus diſcrete ſeſe agere deprehendat, verbi gratia, in verbo, in cibo, in ſomno, in riſu, in ira, in iudicio, nõ ad iudicandum cõfeſtim proſiliat, ſed meminerit ſcriptum: Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciẽs mulier. Nam tu quidem in tua cuſtodia vigilans benefacis, ſed qui iuuat multos, et melius facit et virilius. Quòd ſi implere nõ ſufficit abſque aliqua iniquitate, id eſt abſque quadam inæqualitate vitæ et conuerſationis ſuæ, memento quia charitas operit multitudinẽ peccatorum. [t] SENECA in epiſtola: Sapiens non vertit omnia in peius, ſed nec quærit, cui imputet caſum: et peccata ad fortunam potius refert: non calumniatur, nec verba, nec vultus: quidquid accidit, benigne interpretando leuat. [u] IDEM: Semper quidquid dubium eſt, humanitas inclinet in melius.

n Greg. li. 17. Moral. c. 7.
o Aug. ep. 48. ad Vincent. longiſſimo ante med. to. 2.
p Idem de ſer. Dom. in mon. li. 2. c. 28. to. 4.
q Ibidem.
r Bern. in Cant. ſer. 40. propeſ.
s Ibid. ſer. 12. poſt med.
t Sen. ep. 81. poſt med.
u Ibidem poſt pauca.

De diſcuſſione. Cap. VII.

GREGORIVS [x] in Moralibus: Iuſti viri, cum diſtrictionem venturi iudicis cõtemplantur, peccata ſua ad memoriam reducunt: deflent, quæ commiſerunt: diſtricte ſe iudicant, ne iudicentur. [y] IDEM: Dominum tanto quis ſecurius expectat, quanto quotidie vitam ſuam ſuſpectus examinat. [z] IDEM: Electi intra ſinũ cordis aduerſum ſe, quidquid ſe impugnat enumerant: ibi ante oculos ſuos omne, quod defleant, coacervãt: ibi quidquid per irã diſtricti iudicis diſcerni poſſit, intuentur: ibi tot patiuntur ſupplicia, quot pati timent, nec deeſt in hoc iudicio mente concepto omne miniſterium, quod punire reos ſuos plenius debeat. Nã conſciẽtia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. [a] IDEM: Qui ſemetipſum prius nõ iudicat, quid in alio recte iudicet, ignorat. [b] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Quãdo accubueris ſuper ſtratum tuũ, et nemioẽ infeſtum pateris, antequam veniat tibi ſomnus, profer in mediũ codicem conſcientiam tuã, et reminiſcere peccata tua, ſi quid in verbo ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. [c] AVGVSTINVS de vera religione: Spiritalis homo omnia iudicat, quia ſuper omnia eſt, quãdo cum Deo eſt: cum illo eſt autem, quãdo puriſſime intelligit, et tota charitate, quod intelligit, diligit. IDEM: Non facile. Supra lib. 1. de iudicibus. [*] IDEM de verbis Domini: Nihil eſt, quod ſic quiſque cogitare debeat, niſi vt in ſemetipſum oculos cõuertat, ſe diſcat, ſe diſcutiat, ſe inſpiciat, ſe quærat, et ſe inueniat: quod diſplicet, necet, et quod placet, optet et plantet. [d] BERNARDVS ſuper Cantica: Spiritualis homo omnia dijudicat, et ipſe a nemine iudicatur: iudicabo proinde mala, iudicabo et bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus: diluere lacrymis, punire ieiunijs, ceteriſq. ſanctæ laboribus diſciplinæ. In bonis de me ſentiam humiliter, et iuxta præceptum Domini, ſeruum me inutilem reputabo. [e] IDEM: Babyloniorum manifeſta ſunt peccata præcedentia iudicium, et non egent ſcrutinio ſed ſupplicio: mea autem, qui videor monachus et hieroſolymita peccata certe occulta ſunt, nomine et habitu monachali obumbrata, et idcirco neceſſe erit, ſubtili ea inueſtigari diſcuſſione. Multa ſupra lib. 2. de prudentia, de intelligentia. [f] SENECA in epiſtola: Quod homines de alijs libẽtiſſime faciunt, de te apud te male exiſtima. Aſſueſce et dicere verum, et au-

x Greg. li. 10. Moral. c. 18.
y Ibid. lib. 25. c. 5.
z Ibid. c. 6
a Ibid. lib. 24. c. 11. cir. med.
b Chryſoſ. homil. 2. in pſ. 50. ante med. to. 1.
c Aug. de ve. relig. c. 31. poſt med. to. 1.
d Bern. in Cant. ſer. 11. poſt med.
e Ibid. paulo ante.
f Sen. ep. 68. ante med.

a Idem ep. 27. ante med.

dire. [a] IDEM: Clamo mecum ipſe: Numera annos tuos, et pudebit eadem velle, quæ volueras puer. Hoc denique tibi citra mortis diem præſta: moriantur ante te vitia.

De mortificatione. Cap. IIX.

b Greg. lib. 31. Moral. c. 17. ante med. c Id. hom. 32. in Euã ge. an. med. d Aug. reg. 3. c. 11. et 12. to. 1. e Idem de bon. vid. c. 20. in fi. to. 4. f Apud Cyprian. de ſing. cler. c. 21. poſt med. to. 3. g Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 63. ſent. 6 h Caſſiod. de anim. c. 12. i Bern. ep. de vita ſolitar. ante med. k Sen. ep. 65. poſt med. l Ibid. poſt pau. m Id. ep. 14.

GREGORIVS [b] in Moralibus: Tanto mens melius ad ſuperna appetenda componitur, quanto ab illicitis arctius corpus edomatur. [c] IDEM in homilijs: Niſi quis a ſemetipſo deficiat, ad eum, qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat: nec valet apprehendere, quod ſupra ipſum eſt, qui neſcit mactare, quod eſt. [d] AVGVSTINVS in regula: Carnem veſtram B domate ieiunijs, et abſtinentia eſcæ et potus, quantũ valetudo permittit. Quando autem aliquis nõ poteſt ieiunare, non tamen extra horam prandij aliquid alimentorum ſumat, niſi cum ægrotat. [e] IDEM de viduitate: Facilius concupiſcentia refrenatur, quæ nulla expectatione ſuccenditur. [f] IDEM de ſingularitate clericorum: Amputanda ſunt omnia nobis, quæcumque igniferi fomitis, ſulphurantibus flammis ſcatens fornax ebullientis carnis exæſtuat: ne vel tenuis quidem ſcintilla ſeruata, maiora conflet incendia. [g] ISIDORVS de Summo bono: Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Chriſto. C Nam tunc quiſque viuere dicitur, ſi ſecundum ſæculũ moriens, in ſolo Deo viuere delectetur. [h] CASSIODORVS de anima: Væ carni, quæ hic ſuperata non fuerit. Nam quæ in hac conuerſatione vincitur, illic ſine dubio coronabitur. [i] BERNARDVS in epiſtola: Durius tractandum quidem eſt corpus ne rebellet, ne inſoleſcat: ſic tamen vt ſeruire ſufficiat, quia ad ſeruiendum ſpiritui datum eſt: nec ſic habendum eſt, tamquam propter illud viuamus, ſed tamquã ſine quo viuere non poſſumus. [k] SENECA in epiſtola: Vetas me cælo intereſſe, id eſt, iubes me viuere capite demiſſo? Maior ſum et ad maiora genitus, quàm vt mãcipium ſim mei corporis: quod quidem nõ aliter aſpicio, D quàm vinculum aliquod libertati meæ circumdatum. [l] IDEM: Contemptus ſui corporis, certa libertas eſt. [m] IDEM: Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis clarum eſt: agatur eius diligentiſſime cura, ita tamen vt cum exiget ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum ſit in ignes. [*] IDEM: Hanc ſanam et ſalubrem formam vitę tenere, vt corpori tantum indulgeas, quantum bonæ valetudini ſatis eſt: durius etiam tractandum eſt, ne animo male parcat.

De diſciplina. Cap. IX.

a Greg. regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 96. in prin. o Idem li. 3. Mor. c. 8. non longe a prin. p Ibidem. q Ibid. lib. 30. c. 9. poſt med. r Ibid. lib. 26. c. 26. poſt med. ſ Ibid. lib. 26. c. 19. poſt med.

E GREGORIVS [a] in regiſtro: Cum ſit proprium diſciplinæ ab illicitis prohibere, et exceſſus culparum ſalubriter reſecare, ſtudioſe eius ſeruanda cenſura eſt. Nã ſi negligitur, cuncta in confuſionẽ deueniũt, dũ vnus deſtruit, quidquid eã cuſtodiendo alter ædificat. IDEM: Sic vt nos. Supra li. 1. de prælatis bonis. [o] IDEM in Moralibus: Sancti viri cum huius mundi poteſtate fulciuntur, tanto ſub maiorem mentis diſciplinam ſe redigunt, quanto ſibi per impatientiam poteſtatis ſuaderi illicita, quaſi licentius ſciunt. [p] IDEM: Solus in illicitis non cadit, qui ſe aliquando et a licitis F caute reſtringit. [q] IDEM: Intentioni animæ ſi exterior euagatio clauditur, interior receſſus aperitur. Nã quo extra ſe ſpargi propter diſciplinam mens non poteſt, eo ſuper ſe intendere per profectum poteſt, quia et in altum creſcere arbor cogitur, quæ per ramos diſtendi prohibetur. [r] IDEM: Mens mutabilitatis ſuæ pondere, ad aliud ſemper impellitur, quàm eſt, et niſi in ſtatu ſuo arcta cuſtodiæ diſciplina teneatur, ſemper in deteriora dilabitur. IDEM: Sancti viri. Supra li. 2. de continentia viſus. [ſ] IDEM: Tanto apud Domi- A nũ obligatiores ſumus, quanto apud homines inulte peccamus. Diſciplina autem noſtra, ſubditos diuino iudicio tanto liberiores reddit, quanto hic eorum culpas ſua vindicta non deſerit. IDEM: Peccata quæ feriri. Supra lib. 2. de donis. [t] AMBROSIVS in epiſtola: Non natura ſeruum facit, ſed inſipientia: nec manumiſſio liberum, ſed diſciplina. [u] IDEM: Si quæris viam ſapientiæ et diſciplinæ, colere Deum, atque ei ſubditum eſſe ſapientia eſt: abſtinere autem a peccato, diſciplina eſt. [x] IDEM de viduitate: Prima inſtitutionis eſt diſciplina, culpã auertere: et ſecunda, virtutem infundere. [y] CYPRIANVS de duodecim abuſionibus: Diſciplina eſt ordinata morum corre- B ctio, et maiorum præcedentium regularis obſeruatio. [z] BERNARDVS in epiſtola: O quàm compoſitum reddit omnem puellaris corporis ſtatum, necnon mentis habitum diſciplina! ceruicem ſubmittit, deponit ſupercilia, componit vultum, ligat oculos, cohibet cachinnos, moderatur linguam, frenat gulam, ſedat iram, format inceſſum. Talibus decet pudicitiæ veſtem diſtingui margaritis. IDEM: Non oportet. Supra de prouidentia lib. 2.

t Ambroſ. tract. in pſ. 104. ad Simp. ante med. to. 2. u Idem ep. li. 3. ep. 20. cir. med. to. 5. x Idem li. de vidua multe ante med. to. 4. y Cyp. de 12. abuſ. c. 11. to. 3. z Bern. ep. 103. ad Sophi. Virg. poſt med.

De cruce ſpirituali. Cap. X.

a Greg. homil. 37. in Euang. an. med. b Idem li. 3. Mor. c. 8. cir. fi. c Ibid. li. 8 c. 26. poſt med. d Amb. in Luc. li. 6. c. 8. to. 3. e Ber. Apolog. ad Gul. abb. non longe a prin. f Ibid. cum ſeq.

C GREGORIVS [a] in homilijs: Crux a cruciatu dicitur. Et duobus modis crucem Domini baiulamus, cum aut per abſtinentiam carnem affligimus, aut per compaſſionem proximi, neceſſitatem illius noſtrã putamus. [b] IDEM in Moralibus: Quia Paulus nec mundi gloriam quærebat, nec a mundi gloria ipſe quærebatur, et ſe mundo, et mundum ſibi, crucifixum eſſe gloriabatur. [c] IDEM: Cum vitijs et concupiſcẽtijs carnem crucifigimus, ſi ſic gulam reſtringimus, vt iam de mundi gloria nil quæramus. Nam qui corpus macerat, ſed honoribus anhelat: crucem carni intulit, D ſed mundo per concupiſcentiam peius viuit. [*] AVGVSTINVS in gloſſa. Gal. 5. ſuper illud: Qui Chriſti ſunt: Congruit noſtræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi paſſionẽ celebramus, reprimẽdarum carnalium voluptatum crucem nobis faciamus. [*] IDEM in ſermonibus: Tota vita Chriſtiani hominis, ſi ſecundum euangelium viuat, crux atque martyrium eſt. HIERONYMVS: Licet ſparſo crine. Supra lib. 3. de propinquitate. [d] AMBROSIVS ſuper Lucam: Non amanti diuitias, non amanti honores, non amanti quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, non amanti quæ videntur, ſed quæ non videntur, non cupido vitæ, ſed ei, qui feſtinat diſſolui, et cum Chriſto eſſe, crucifixus eſt mũdus. Hoc eſt enim crucem tollere, et ſequi Chriſtum, E vt et nos commoriamur, et ſepeliamur cum eo. [*] ISIDORVS de Summo bono: Qui crucem portat, debet et mundo mori, nam ferre crucem, mortificare ſeipſum eſt: ferre et non mori, ſimulatio hypocritarum eſt. [*] BERNARDVS de floribus: Mira res, nihil formidoloſius homini, quàm crucem pati. Sed quare timent homines crucem? quia latrones ſunt. Si latrones non eſſent, crucem non timerent. [*] IDEM: Circumire poſſum Domine cœlum et terram, mare, et aridã, et nuſquã te inueniã niſi tantũ in cruce: ibi dormis, ibi paſcis, ibi cubas in meridie. Crux enim tua, fides eſt, cuius latitudo charitas, lõgitudo lõganimitas, F altitudo ſpes, profundum timor. In hac cruce te inuenit, quicumque te inuenit. In hac cruce anima ſuſpẽditur a terra, et dulcia poma de ligno vitæ decerpit. [e] IDEM in apologia: Væ portantibus crucem, non ſicut Saluator ſuam, ſed ſicut ille Cyreneus alienam. Væ citharœdis citharizantibus, non vt illi de Apocalypſi in citharis ſuis, ſed vere vt hypocritæ in alienis. [f] IDEM: Væ ſemel et væ iterum pauperibus ſuperbis: væ, inquàm ſemel, et væ iterum portantibus crucem Chriſti, et non ſequentibus Chriſtum: quia nimirum cuius

paſſio-

paſſionibus participant, humilitatem ſectari negligũt. A
Duplici quippe contritione conterentur, qui huiuſ-
modi ſunt, cum et hic pro temporali gloria ſe affligãt,
et in futuro pro interna ſuperbia ad æterna ſupplicia
pertrahentur. [a] Idem in ſermonibus: Neminem au-
diamus, fratres, non carnem et ſanguinem, non ſpiri-
tum quemlibet deſcenſum a cruce ſuadentem: perſi-
ſtamus in cruce, moriamur in cruce, deponamur alio-
rum manibus, non noſtra leuitate.

a Idem ſer. 2. in ſancto die Paſcha ante med.

De certamine. Cap. XI.

GREGORIVS [b] in dialogis: Sine laboris certami-
ne, non eſt palma victoriæ. [c] IDEM: Nonnum-
quam Dominus eis etiã, quibus magna dona tribuit,
parua quædam reprehenſibilia relinquit, vt ſemper
habeant, contra quod bella gerant: et deuictis magnis
hoſtibus, mentem non erigant, quando eos adhuc ad-
uerſarij etiam minimi fatigant. IDEM: Vos qui viam.
Infra de religione. [d] IDEM in Moralibus: Semper
eſt ad certamen aduerſarij erigendus animus, ſemper
contra occultas inſidias cautela prouidenda. [e] IDEM:
Scio quia per infirmitatis verecundiam plerumque C
grauioris eſt certaminis, commiſſa peccata prodere,
quàm non admiſſa vitare: et vnumquodque malum,
quamuis robuſtius videtur, tamen humilius prodi-
tur. [f] IDEM: Labor protrahitur pugnæ, vt creſcat
corona victoriæ. IDEM: Minor eſt. Supra lib. 2.
de clementia. [g] IDEM: In iniquitate concepti, et in
delicto editi, per inſitæ corruptionis moleſtias, pugnã
nobiſcum huc deferimus, quam cũ labore vincamus.
* IDEM: Excitatur hoſtis in prouocationẽ certaminis,
cum ius amiſerit peruerſæ damnationis. [h] AVGV-
STINVS in epiſtola: Non debet cum præliatur in-
fringi, qui vult poſt prælium coronari, vites illo ſub D
miniſtrante certantibus, qui præparat ineffabilia dona
victoribus. IDEM: Contra iſtam genitalium. Supra
lib. 3. de conſuetudine. * IDEM de verbis Domini:
Ecce baptizati ſunt, omnes iuſtificati ſunt a peccatis:
reſtat tamen lucta, cũ carne, cũ mundo, et cũ diabolo.
Qui autem luctatur aliquãdo ferit, aliquãdo percuti-
tur, aliquando vincit, aliquando perimitur. [i] IOAN-
NES Chryſoſtomus de compunctione: Noſtri ago-
nis tempus, in quo adſcripti videmur, pro riſu pęnam
habet, laudem vero pro luctu, et pro tribulationibus
ſalutem confert. * IDEM ſuper Matthæum: Incipe
reſiſtere deſiderijs tuis, et tunc intelliges, quàm fortes E
ſunt ſpiritus deſideriorũ malorum, qui te perſequun-
tur. Hæc eſt pugna periculoſa, et hæc eſt glorioſa vi-
ctoria: qui potuerit odiſſe quod amat, et amare quod
odit. [k] AMBROSIVS ſuper Lucam: Corona pro-
poſita eſt, ſubeunda certamina ſunt. Nemo poteſt niſi
vicerit coronari: nemo poteſt vincere niſi ante certa-
uerit, ipſius quoque coronę maior eſt fructus, vbi ma-
ior eſt labor. * LEO Papa in ſermone: Vim ſibi fa-
ctura eſt anima, vt palmam laborum, quam ſibi ſub-
trahi multis inimicis aduerſantibus ſentit, viribus cõ-
tendat eripere. [l] ISIDORVS de Summo bono: Ne-
quaquam in ſenectute continentes vocandi ſunt, qui F
in iuuentute luxurioſe vixerunt. Tales non habent
præmium, quia laboris certamen non habuerunt: eos
enim expectat gloria, in quibus fuerunt laborioſa cer
tamina. [m] HIERONYMVS in epiſtola: Quis ſan-
ctorum, ſine certamine coronatus eſt? Solus in deli-
cijs Salomon fuit, et ideo fortitan corruit. [n] BER-
NARDVS ſuper Cantica: Quantumlibet in hoc cor-
pore manens profeceris, erras ſi vitia putas emortua,
et non magis ſuppreſſa. Velia nolis intra fines tuos
habitat Iebuſæus, ſubiugari poteſt, non extermina-
ri. IDEM: Solet inter primordia. Supra libro 1.
de incipientibus.

b Greg. lib. 3. Dial. c. 19.
c Ibid. c. 14 poſt med.
d Idem li. 20. Mor. c. 3 non longe a prin.
e Ibid. lib. 22. c. 10. cir. med.
f Ibid. lib. 26. c. 05.
g Ibid. lib. 28. c. 9. longe poſt med.
h Aug. ep. 133. ad Ita lic. cir. fin. to. 2.
i Chryſ. de comp. cord. lib. 2. ante med. to. 5.
k Amb. in Luc. li. 4. c. 4. to. 3.
l Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 19. ſent. 25.
m Hieron. ep. 22. ad Euſt. to. 1.
n Bern. in Cant. ſer. 58. poſt med.

De humilitate. Cap. XII.

GREGORIVS [o] in Moralibus: Magna, quæ
agimus, quaſi minima ducimus, cum fortiorum
exempla penſamus. Sed tunc apud Deum creſcũt per
meritum, cum apud noſmetipſos per humilitatem de-
creſcunt. [p] IDEM: Quia prima ſtultitia Angeli ela-
tio cordis fuit, vera ſapientia efficitur hominis humi-
litas ſuæ æſtimationis. Quam quiſquis vel magna ſa-
piendo deſerit, eo ipſo vehementer deſipit, quo ſeip-
ſum neſcit. [q] IDEM: Idem electi ne inuite curuentur
B in morte, ſponte curuantur in humilitate. [r] IDEM:
ſuper Exechielem: Ad hoc nobis cuncta de meritis
noſtris incerta ſunt, vt vnam certam gratiam tenea-
mus, humilitatem. [ſ] IDEM in homilijs: Miranda
actio cum elatione non eleuat, ſed grauat. Qui enim
ſine humilitate virtutes congregat, in vento puluerẽ
portat, et vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæ
catur. [t] IDEM in dialogis: Mens, quæ diuino ſpi-
ritu impletur, habet euidentiſſime ſigna ſua, virtutes
ſcilicet et humilitatem: quæ ſi vtraque in vna mente
perfecte conueniunt, liquet quòd de præſentia ſancti
Spiritus teſtimonium ferunt. IDEM: Qualis quiſque.
C Infra de lætitia. [u] IDEM in regiſtro: Non grande eſt,
his nõ eſſe humiles, a quibus honoramur, quia et hoc
ſæculares quilibet faciunt: ſed his maxime eſſe humi-
les debemus, a quibus aliqua patimur. Nam Pſalmiſta
dicit: Vide humilitatem meam de inimicis meis. [x]
IDEM: Ab omnibus corripi, ab omnibus emendari
paratus ſum, et ſolum mihi amicum æſtimo, per cuius
linguam ante apparitionem diſtricti iudicis, meæ ma-
culas mentis tergo. [y] IDEM: Nolo, dum in hac car-
ne ſum, ſi qua me dixiſſe contigerit, ea facile homini-
bus innoteſci. [z] IDEM: Omnes fratres ſumus, Im-
peratoris poteſtate conditi, et ſanguine redempti: et
D idcirco fratres noſtros quoſlibet pauperes, et abiectos
in nullo deſpicere debemus. * HIERONYMVS in
originali ſuper Iſaiam: Non ſtatim multitudini ac-
quieſcamus iudicio, ſed electi in principatum, noue-
rimus menſuram noſtram, et humiliemur ſub potenti
manu Dei, quia Dominus ſuperbis reſiſtit, humilibus
dat gratiam. [a] AVGVSTINVS de virginitate: Hu-
militer ad humilem venite ſi amatis, et ne diſcedatis
ab illo ne cadatis. Qui enim timet ab illo diſcedere,
rogat et dicit: Non veniat mihi pes ſuperbiæ. [b] IDEM:
Pergite viam ſublimitatis, pede humilitatis: ipſe exal-
tat humiliter ſequentes, quem deſcendere non piguit
E ad iacentes. [c] IDEM: Exiſtimate aliquos in occulto
ſuperiores, quibus eſtis in manifeſto meliores. [d]
IDEM de ciuitate Dei: Qui vera pietate in Deum, quẽ
diligit credit, et ſperat, plus intendit in ea, in quibus
ſibi diſplicet, quàm in ea, ſi qua in illo ſunt, quæ non
tam ipſi, quàm veritati placent. Neque id tribuit, vn-
de iam placere poteſt, niſi eius miſericordiæ, cui me-
tuit diſplicere, de his ſanatis gratias agens, de illis ſa-
nandis preces fundens. [e] IDEM de conflictu: Chri-
ſtus humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad
mortem, mortem autem crucis. Si ergo tanta humili-
tate ſe deprimit diuina maieſtas, ſuperbire in aliquo
F audet aut debet humana infirmitas? * IDEM in epi-
ſtola: Abſit, vt non cum gratiarum actione lucris meis
deputem, ſi fuero te docente inſtructus, aut emen-
dante correctus. [f] IDEM de Trinitate: Magis opta-
ho a quolibet reprehendi, quàm ſiue ab errante, ſiue
ab adulante laudari. * ISIDORVS de Summo bo-
no: Superflua eſt humilitas eorum, qui ſe geſſiſſe ac-
cuſant, quod non admiſerunt: qui vero ſine arrogan-
tia bona facta ſua pronunciant, proculdubio nequa-
quam peccant. [g] IDEM in ſynonymis: Deſcende
vt aſcendas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humi-
lieris. Qui enim extollitur, humiliatur: qui exaltatur,
deijcitur: qui eleuatur, proſternitur: qui inflatur, al-
liditur. [h] IDEM: Eſto paruus in oculis tuis, vt ſis
magnus

o Greg. lib. 30. Mor. c. 9. an. med.
p Ibid. lib. 33. c. 3.
q Ibid. lib. 35. c. 2. circa med.
r Idem ho mil. 12. in Ezech. an. med.
ſ Idẽ hom. 7. in Euãg. cir. fi.
t Idem li. 1. Dial. c. 1.
u Idem re giſt. lib. 2. indic. 10 c. 24.
x Ibidem c. 37. circa med.
y Ibid. lib. 10. ind. 3. c. 22. vltra med.
z Ibid. lib. 9. ind. 4. c. 39. ante med.
a Aug. de Virg. ſanct. c. 32. to. 6.
b Ibid. con ſeq.
c Ibid. poſt pauca.
d Idem de ciu. Dei. li. 3. c. 20. to. 5
e Idem de confl. vitio. et virt. c. 2. in fi. to. 9.
f Idem de Tri. li. 2. no longe a prin. to. 3.
g Iſid. in ſyn. l. 2. c. 6. ante med.
h Ibidem poſt pauca.

magnus in oculis Dei. Tanto enim eris apud Deum A
pretioſior, quãto fueris ante oculos tuos deſpectior.
[a] Ioannes Chryſoſtomus in epiſtola: Humilitas
non tantum illa laudatur, quæ de conſcientia peccato-
rum euenit: ſed et illa, quæ ex virtute deſcendit, Deo
chara eſt. Et quia in ea requieſcit Dominus, ideo om-
nibus dominatur. [b] Idem ſuper Matthæum: Hu-
milis a nulla capitur paſſione: non ira hunc moleſta-
re poteſt, non gloriæ cupido, non æmulatio, non ze-
lotypia. [c] Idem de compunctione: Hoc vere magnũ
et mirabile eſt, quia is, qui vere magnus eſt, nihil de ſe
magni ſentit, aut loquitur, ſed omnium ſe vltimum iu-
dicat, et ſalutem de ſola miſericordia Dei ſperat. [d] B
Caſſiodorus de anima: Ad te Domine ſancte
nemo ſe erigendo peruenit, ſed potius humiliatus
aſcendit: cum altiſſimus ſis, proximior redderis ſup-
plicatione curuatis. [e] Bernardus ſuper Cantica:
Oportet humiliter ſentire de ſe, nitentem ad altiora:
ne dum ſupra ſe attollitur, cadat. [f] Idem: In anima
non eſt plane timenda quantalibet humiliatio: horrẽ-
da autem, nimiumq. pauenda, vel minima temere præ-
ſumpta erectio. Quamobrem noli te homo compa-
rare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli
vni. [g] Idem: Appetere de humilitate laudem, hu-
militatis non eſt virtus, ſed ſubuerſio. Verus humilis
vilis vult reputari, non humilis prædicari: gaudet cõ-
temptu ſui, hoc ſolo plane ſuperbus, quòd laudes C
contemnit. [h] Idem in epiſtola: Vt caſtitas ſiue cha-
ritas detur, humilitas meretur, quoniam humilibus
Deus dat gratiam: ſeruat acceptas, quia non requie-
ſcit ſpiritus, niſi ſuper quietum et humilem: et ſerua-
tas conſummat, nam virtus in infirmitate, hoc eſt in
humilitate, perficitur: et inimicam gratiæ, omniſq.
initium peccati, debellat ſuperbiam. [i] Idem: Humi-
liatio via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem,
ſicut lectio ad ſcientiam. Si virtutem appetis humili-
tatis, viam non refugias humiliationis. Nam, ſi non pa-
teris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi.
[k] Idem: Neſcio quo pacto familiarius ſemper humi- D
litati propinquare ſolet diuinitas. Denique ipſa ſe in-
duit, vt appareret hominibus, ſubſtantiam, formam, et
habitumq. geſtauit humilem, ipſius nobis commen-
dans virtutis excellentiam, quàm ſpeciali ſui voluit
honorare præſentia. [l] Idem: Sapientis eſt conſilium:
Quanto maior es, humilia te in omnibus. Sapientiæ
vero præceptum: Qui maior eſt veſtrum, fiet ſicut mi-
nor. [m] Idem de duodecim gradibus: Humilitatis
talis poteſt eſſe definitio: Humilitas eſt virtus, qua ho-
mo vera cognitione ſui ipſe ſibi vileſcit. [n] Idem: Hu-
militatis primus gradus eſt, corde, et corpore ſemper
humilitatem oſtendere, defixis in terram aſpectibus. E
Secundus, vt pauca, et rationabilia verba loquatur, nõ
clamoſa voce. Tertius, vt non ſit facilis, aut promptus
in riſu. Quartus taciturnitas vſque ad interrogationẽ.
Quintus, tenere quod communis habet monaſterij
regula. Sextus, credere, et pronunciare ſe omnibus
viliorem. Septimus, ad omnia indignum, et inutilem
ſe confiteri, et credere. Octauus, confeſſio peccatorũ.
Nonus pro obedientia in duris, et aſperis patientiam
amplecti. Decimus, vt omni obedientia ſubdat ſe ma-
iori. Vndecimus, vt voluntatem propriam non dele-
ctetur implere. Duodecimus, vt eum timeat, et me-
mor ſit omnium, quæ præcepit. [o] Anſelmus de ſi-
militudinibus: Primus gradus humilitatis eſt, quan-
doque cognoſcere contemptibilem ſe eſſe. Et quia F
ſunt quidam, qui contemptibiles ſe eſſe cognoſcunt,
ſed inde non dolent: ſecundus eſt dolere contempti-
bilem ſe eſſe. Quia vero ſunt alij, qui ſe contemptibi-
les dolent, ſed confiteri nolunt: tertius eſt confiteri ſe
contemptibilem eſſe. At vero, quia rurſus ſunt alij,
qui ſe contemptibiles confitentur, ſed nolunt, vt
ita credantur: quartus eſt, perſuadere contemptibi-
lem ſe eſſe. Sed quia quidam contemptibiles qui-
dem volunt credi, ſed hoc ſibi nolunt dici: quintus

a Chryſoſ. epiſt. 6. ad Theod. monach. ante med. to. 5.
b Idem in Matt. hom. 66. poſt med. to. 2.
c Idem de comp. lib. 2. circa med. to. 5.
d Caſſ. de ani. c. 19. poſt med.
e Bern. in Cant. ſer. 34 ante med.
f Ibid. ſer. 37. verſ. fi.
g Ibidem ſer. 16. poſt med.
h Idem ep. 42. ad Hen. Senon. Archiep. ante med.
i Idem ep. 87. ad Oge. poſt med.
k Ibid. ep. 42. cit. poſt med.
l Ibid. multo poſt.
m Idem de 12. grad. humil. non longe a prin.
n Apud Benod. in reg. c. 7.
o Anſel. de ſimil. c. 10. et ſeq.

eſt patienter pati, vt contemptibilis dicatur. Sed quia A
quidam patiuntur, vt contemptibiles dicantur, ſed
tamen pati nolunt, vt contemptibiliter tractentur:
ſextus eſt pati, vt contemptibiliter tractetur. Sed
quoniam et hoc quidam inuiti patiuntur, ſeptimus
eſt amare, vt contemptibiliter tractetur, vbi poſtquàm
quis aſcenderit, clara eſt in luce, id eſt in perfecta ſui
cognitione. Idem: Alterius virtutem. Infra de
aſcenſione. [p] Glossa in Matthæum: Perfecta
humilitas habet tres gradus. Primus eſt ſubdere ſe
maiori, et non præferre ſe æquali: hic vocatur ſuffi-
ciens, quia ſufficit aliquem ſic humiliari, et iſte gra-
dus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt B
ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori: hic dicitur
abundans. Tertius eſt ſubeſſe minori, in quo eſt om-
nis iuſtitia.

p Gl. Mat. 3

De ſimplicitate. Cap. XIII.

Gregorius [q] in homilijs: Si abiectio vilis in-
dumenti virtus non eſſet, Euangeliſta vigilanter
de Ioanne non diceret: Erat indutus pilis camelorũ.
[r] Avgvstinvs in regula: Non ſit notabilis habi-
tus veſter, nec affectetis veſtibus placere, ſed mori-
bus. Idem: In inceſſu. Supra lib. 2. de modeſtia. [ſ]
Idem ſuper Matthæum: Reſiſtit Deus ſuperbis, et
calamiſtratis, et pannoſis, humilibus dat gratiam. [t] C
Idem in epiſtola: Verus ornatus maxime Chriſtia-
norum, et Chriſtianarum non tantum fucus mendax,
verum ne auri quidem veſtiſq. pompa, ſed mores bo-
ni ſunt. [t] Idem: Auri circumpoſitio, et intorſio
crinium, et cetera huiuſmodi, quæ vel ad inanem põ-
pam, vel ad illecebram formæ adhiberi ſolent, merito
reprehenſa ſunt. Sed eſt quidam pro modulo perſonę
habitus matronalis a viduali veſte diſtinctus, qui po-
teſt fidelibus coniugatis ſalua religionis obſeruantia
conuenire. Et infra: Quid enim eſt abſurdius, quàm
mulierem de humili veſte, viro prohibente, ſuperbi-
re? cui te potius expediret obtemperare, candidis D
moribus, quàm nigellis veſtibus repugnare? [u] Idem
de viduitate: Interiore pulchritudine Chriſto placo-
te: hanc pulchritudinem ſtudioſa cura et ſolicita co-
gitatione componite. Non amat ille fallaciarum fu-
cos, veris veritas delectatur, et ille, ſi quod legiſti,
agnoſcis, veritas vocatur. [x] Ambrosivs de offi-
cijs: Non ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis,
ſed ſimplex: neglectus magis, quàm expeditus, non
pretioſis, et albentibus adiutus veſtimentis, ſed com-
munibus, vt honeſtati, vel vtilitati nihil deſit, nihil ac-
cedat nitori. [y] Idem: Qui vult audiri, inclinare ſe
debet amota pompa, vt miſericordiam Domini pro- E
uocet. Habitus enim ſuperbus, nec impetrat, nec re-
cta de ſe credi facit. [z] Ioannes Chryſoſtomus
ſuper Matthæum: Omne veſtimentum ad tres perti-
net cauſas, aut ad ſpeciem viſionis, ſeu ad vanam glo-
riam: aut ad delectationem corporis: aut ad tegu-
mentum nuditatis. Ad ſpeciem viſionis habere veſti-
mentum, ſeruis Dei non conuenit: ſimiliter ad dele-
ctamentum corporis, Deo ſeruientibus non eſt aptũ:
ſed quod tantum ad tegumentũ nuditatis. [a] Hiero-
nymvs in epiſtola: Sordes veſtiũ candidæ mentis in-
dicia ſunt: vilis tunica contemptum ſæculi probat,
ita duntaxat, vt animus non tumeat, nec habitus ſer-
moq. diſſentiat. [b] Bernardvs in epiſtola: Pau-
perior cultus in alijs frenat concupiſcentiam, in alijs F
circa amorem paupertatis afficit conſcientiam. [c]
Idem: Si dederit, inquit Iacob, mihi Dominus pa-
nem ad manducandum, et veſtimentum, quo operiar.
Nota, quo operiar. Sic ergo et nos contenti ſimus, ve-
ſtimentis, quibus operiamur, nõ quibus laſciuiamus,
non quibus ſuperbiamus, non quibus mulierculis ſi-
milari, vel placere ſtudeamus. [d] Idem ſuper Cantica:
Simplicitas candor eſt. Probamus a contrario: Nam
næuus duplicitas. Parum dixi, macula eſt.

q Greg. homil. 40. in Euang. ante med.
r Aug. reg. 3. c. [illegible]
ſ Idem ep. 63. ad Poſſid. circa med. to. 2.
t Idem ep. 199. poſt med. to. 2.
u Idem de bon. vid. c. 19. ante med. to. 4.
x Ambr. off. lib. 1. c. 19. to. 4.
y Idem in epiſt. 1. ad Tim. c. 2. poſt med. to. 9.
z Chryſoſ. oper. imp. hom. 2. ante med. to. 2.
a Hieron. ep. 4. ad Ruſt. monach. ante med. to. 1.
b Bern. ep. de vi. ſolit. paulo poſt med.
c Idem ep. 2. ad Fulc. verſ. fin.
d Idẽ ſer. 71. in Cãt. ante med.

De Verecundia. *Cap. XIV.*

GREGORIVS [a] in Moralibus: Sæpe cum nos a ſancti deſiderij exercitatione torpeſcere, ſuperna pietas cernit, exempla ſe ſequentium noſtris obtutibus obijcit, vt mens per otium remiſſa, quo in alijs vigilantiam profectus conſiderat, eo ex ſe pigritudinē torporis erubeſcat. [b] IDEM: Nonnumquam quidam in Dei ſeruitio ex anteacta acrius debilitate roborantur, eoſq. ad cuſtodienda mandata, et futurorum trahit deſiderium, et impellit memoria præteritorū; vt hinc ad ventura amor prouocet, illinc de præteritis verecūdia inſtiget. [c] IDEM: Boni eo magis igneſcunt ad deſiderium requirendæ pietatis Dei, quo magis erubeſcunt memoriam iniquitatis ſuæ. [d] IDEM: Facile culpa corrigitur, qua erubeſcimur. [e] IDEM: Cunctos vicia ad ima pertrahunt: ſed tamen quidam eo ab his facilius redeunt, quo ſe in eis corruiſſe altius erubeſcunt. [f] IDEM: Qui adhuc actibus carnalibus incūbit, neceſſe eſt, vt inſtruere ſpiritualiter proximorum mentes erubeſcat. [g] IDEM ſuper Ezechielem: Erubeſcere malum, ſapiētiæ eſt: bonum vero erubeſcere, fatuitatis. [h] IDEM: Qui erubeſcit pœnitendo mala, quæ fecit, ad vitæ libertatem peruenit. [i] AMBROSIVS in ſermonibus: Solet citius mereri indulgentiam, qui verecundius deprecatur. In omni ergo culpa ante flendum eſt, quàm precandum. IDEM: Pulchra virtus. Supra lib. 1. de iuuenibus. [k] IDEM de officijs: In ipſo genere canendi, prima diſciplina verecūdia eſt, immo etiam in omni vſu loquendi, vt ſenſim quis aut pſallere, aut canere, aut poſtremo loqui incipiat, vt verecunda principia commendent proceſſum. [l] IDEM: Eſt etiam in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda verecundia: habitus enim mentis in corporis ſtatu cernitur. ISIDORVS: Peccati pudore. Supra li. 2. de continentia viſus. IDEM: Quiſquis peccatorū. Supra lib. 2 de memoria. [m] AVGVSTINVS de vita et moribus clericorum: Fateor vobis, de pretioſa veſte erubeſco: quia non decet hanc profeſſionem. [n] IDEM: Quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia. Vnde patet, quia quanto pluribus confitebitur in ſpe veniæ, turpitudinē criminis, tanto facilius conſequetur gratiā remiſſionis. [o] HIERONYMVS in epiſtola: Ornet prudētiam verecundia, et quod præcipuum in feminis ſemper fuit, cunctas in te virtutes pudor ſuperet. IDEM: Omnino pudor. Infra de connexione. [p] BERNARDVS in epiſtola: Nec ſterilis verecundia grata eſt, nec humilitas præter veritatem laudabilis. [q] IDEM ſuper Cantica: Verecundia ſpecialis gloria conſcientiæ eſt, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutū primitiæ, naturæ laus, et inſigne totius honeſtatis. [r] IDEM: Nolo repente fieri ſummus, paulatim proficere volo, quantum diſplicet Deo impudentia peccatoris, tātum pœnitentis verecundia placet, citius placas eū, ſi menſuram tuam ſeruaueris, et altiora te non quæſieris. IDEM: Quid amabilius. Supra lib. 1. de iuuenibus. IDEM: Humilis, et verecunda. Supra lib. 2. de ſatisfactione. [s] IDEM in ſermonibus: Credo conſiderantes, quanta ſuſtinuit illa maieſtas pro inutilibus ſeruis: erubeſcamus non ſuſtinere, vel parua pro nobis. [t] GLOSSA in Apocalypſim: Melius eſt hic erubeſcere coram paucis, quàm in futuro coram omnibus. GLOSSA: Eſt quædam. Supra lib. 2. de ſatisfactione.

a Greg. li. 9. Moral. c. 34. in fi. b Ibid. lib. 33. ... c Ibidem. ... d Ibid. lib. 31. ... e Ibid. li. 8. c. 7. circ. fi. f Ibid. li. 7. c. 20. g Idem in Ezec. hom. 20. ante med. h Ibidem. i Ambr. ser. 42. de tēp. post med. to. 5. k Idem off. lib. 1. c. 18. circa prin. to. 4. l Ibid. post multa. m Aug. ser. 31. ad fratr. in Eremo de com. vi. cleric. post med. to. 10. n Idem de ve. et fal. pœnit. c. 10. cir. med. to. 4. o Hieron. ep. 14. ad Celant. cir. med. to. 1. p Bern. ep. 102. ad Balduin. abb. ante med. q Idē ser. 86. in Cāt. ante med. r Ibid. ser. 3. post med. s Idem ser. 6. in ps. Qui habitat, ante med. t Gloss. in Apocal. 3.

De Amicitia. *Cap. XV.*

GREGORIVS [u] in Moralibus: Cum quis in proſperitate diligitur, incertum eſt valde, vtrum proſperitas, an perſona diligatur: amiſſio autem felicitatis interrogat vim dilectionis. [x] IDEM: Qui ex aduerſitate proximum deſpicit, aperte conuincitur, quòd hunc in proſperis non amauit. [y] IDEM in Dialogis: Inter amantes ſe amicos, magnum charitatis familiaritas auſum præbet. [z] IDEM in paſtorali: Ab illo, qui ſumme rectus eſt, eo ipſo iam diſcrepat, quo peruerſorum amicitijs vita noſtra concordat. [a] IDEM in regiſtro: Amicorum amiſſio nos tāto debet tolerabilius contriſtare, quanto amiſſuros nos illos conditio mortalitatis expoſcit. [b] IDEM: Vt aliquid ſæcularis auctoritatis loquar, cum amicis omnia tractāda ſunt, ſed prius de ipſis. [c] IDEM: Nemo poteſt diligere, quos non vult videre. [d] ISIDORVS in etymologijs: B Amicus quaſi animi, vel amicitiæ cuſtos per deriuationem, dictus autem proprie amicus ab hamo, idest a catena charitatis. [e] IDEM de Summo bono: Non ſunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat: hi cito deſerunt, niſi ſemper acceperint. Dilectio enim, quæ munere glutinatur, eo ſuſpenſo diſſoluitur. IDEM: Sæpe per honores. Supra lib. 3. de honore. [f] AVGVSTINVS in epiſtola: Nemo poteſt veraciter amicus eſſe hominis, niſi fuerit ipſius primitus veritatis: quod ſi gratis non fiat, nullo fieri pacto poteſt. [g] IDEM de cathechizandis rudibus: Nulla eſt maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando. Et nimis durus C eſt animus, qui dilectionem ſi nolebat impendere, noluit rependere. [h] IDEM in ſoliloquijs: Illam amicitiæ legem iuſtiſſimam eſſe arbitror, qua præſcribitur, vt non minus, ita nec plus quis amicū, quam ſeipſum diligat. [i] IDEM: Tanto magis amo amicos meos, quanto magis bene vtuntur anima rationali, vel certe quantum deſiderant ea bene vti. [k] AMBROSIVS de officijs: Pietatis cuſtos amicitia eſt, et æqualitatis magiſtra, vt ſuperior inferiori ſe exhibeat æqualem, et inferior ſuperiori fidelem. [l] IDEM: Amicitia neſcit ſuperbiā. [m] IDEM: Virtus eſt amicitia, non quæſtus, non pecunia paratur, ſed gratia: non pollicitatio- D ne pretiorum, ſed concertatione beneuolentiæ. [n] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione: Vbi amicitia permanet, nihil facile creditur, nil facile recipitur, quod diſſidium poſſit operari. [o] HIERONYMVS in epiſtola: In amicis non res quæritur ſed voluntas: quia alterum et ab inimicis ſæpe præbetur, alterum ſola charitas tribuit. [p] IDEM: Vera illa neceſſitudo eſt, et Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præſentia tantum corporum, nō ſubdola et palpans adulatio, ſed Dei timor, et diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. [q] IDEM In originali ſuper Michæam: Delicata eſt amicitia, quæ E amicorum felicitatem et diuitias ſequitur. [r] BERNARDVS in epiſtola: Habet vera amicitia nonnumquam obiurgationem, adulationem numquam. [s] GLOSSA in Eccleſiaſticum: Plena et perfecta amicitia, inter perfectos viros, eiuſdemq. virtutis perſeuerare poteſt, et ad hanc quibuſdam gradibus peruenitur. Primus eſt mundanorum contemptus. Secūdus, ne quis ſe ſapientem et conſultum iudicans, ſibi quàm amico credere malit. Tertius, vt omnia, quæ vtilia et neceſſaria æſtimat, bono charitatis et pacis proponat. Quartus, vt omnino deſinat ab ira. Quintus, vt iram fratris etiam irrationabilem ſedare cupiat: quia alte- F rius triſtitia pernitioſa eſt, ſicut propria, niſi eam quantum in te eſt, etiam de fratris mente depellas. Poſtremus gradus, eſt omnium vitiorum peremptorius, vt de hoc mundo credas te quotidie migraturum. [t] SENECA in epiſtola: Qui vtilitatis cauſa aſſumptus eſt, tamdiu placebit, quamdiu vtilis erit. Hac te florentes amicorum turba circumſidet, circa euerſos ſolitudo eſt, et inde amici fugiunt vbi probantur. [u] IDEM: Amicum paro, vt habeam pro quo mori poſſim: vt habeam, quem in exilium ſequar: cuius me morti et opponam, et impendam. Detrahit amicitiæ maieſtatem ſuam, qui illam parat ad bonos caſus. [x] IDEM: Amicos optime res ſecundæ parant, aduerſæ certiſſime probant.

u Greg. li. 7. c. 10. ante med. x Ibidem. y Idem li. 3. Dial. c. 37. paulo post prin. z Idē Past. cu. p. 3. c. 1. admo. 23. post med. a Idem regist. lib. 1. ind. 9. c. 11. b Ibid. li. 1. ind. 9. c. 3. post med. c Ibid. lib. 9. ind. 1. c. 23. d Isid. ety. li. 10. verbo Amicus. e Idem de sum. bo. li. 3 c. 30. sent. 4 f Aug. ep. 52. ad Maced. circa princ. to. 2. g Idem de cath. rudib. 4. nō longe a prin. to. 4 h Idem solil. li. 1. c. 3. to. 1. i Ibid. c. 2. in fi. k Amb. li. 3. off. c. 26. to. 4. l Ibidem. m Ibidem. n Chrysos. de compun. cord. lib. 1. ante med. to. 5. o Hieron. ep. 33. ad Cast. prope prin. to. 1. p Ibid. ep. 103. ad Paulin. in prin. to. 3. q Idem in Mich. lib. 2. c. 7. to 5. r Bern. ep. 242. ad Rō. post med. s Glos. Eccli. 9. t Sen. ep. 9 ante med. u Ibid. post pauca.

De

A

De Concordia. Cap. XVI.

GRegorivs [a] in regiſtro: Quiſquis patris heres eſſe deſiderat, filius exiſtere pacem cuſtodiendo non renuat. Nam qui locum præbet diſcordiæ, ipſe profecto tanti ſe muneris exortem eſſe conſtituit. [b] Idem: Pacem tunc veraciter tenemus, cum ſuperborum culpas charitate et iuſtitia ſimul inſiſtente perſequimur, cum eos diligimus, et eorum vitia odio habemus. [c] Idem: Manifeſtum bonitatis eſſe liquet indicium, in vnius electione cunctorũ conuenire conſenſum. [d] Idem: Laudabile et ſtudio eſt religioſo conueniens, terrenis gratam Deo pacem præferre cõpendus, et ex rebus tranſitoriis manſura charitatis ſemper lucra mercari. [e] Idem in Moralibus: Sicut noxium eſſe ſolet, ſi vnitas deſit bonis, ita pernitioſum eſt, ſi non deſit malis. Peruerſos quippe vnitas corroborat, dum concordat, et tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimes facit. [f] Idem ſuper Ezechielem: Ita bona facere opera debemus, vt per hæc quoque cũ his cum quibus viuimus, vnanimitatem, inquantum recte poſſumus, conſequemus. [g] Avgvstinvs de verbis Domini: Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortiũ charitatis. [h] Idem: Pax cunctis eſt placida, non quærit alienum, nihil deputat ſuum, docet amare, quę odiſſe non nouit, neſcit inflari. Hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amiſit requirat: quoniam qui in ea non fuerit inuentus abdicatur a patre, exheredatur a filio, nihilominus a Spirituſancto efficitur alienus. Reſpuit enim munus oblatum, qui datæ legis contempſerit bonum, nec poterit ad hereditatem Domini peruenire, qui teſtamentum noluerit obſeruare. [i] Idem de ouibus: Teſtamentum Dei et hereditas pax eſt, vt a concordibus cõſortibus poſſideatur, non a litigantibus diuidatur. [k] Idem de quæſtionibus veteris et noui Teſtamenti: Qui pacem ſuſcipit Saluatoris, inimicitiam contrahit mundi. Niſi enim diſcordauerit a diabolo, pacem non habebit cũ Chriſto. [l] Idem de ciuitate Dei: Tantum eſt pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis atque mortalibus, nihil gratius ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci, nihil poſtremo poſſit melius inueniri. [m] Idem: Pacem conſtat belli eſſe optabilem finem. [n] Ioannes Chryſoſtomus de compunctione: Vbi pax eſt, ibi omnia proſperabũtur, vbi ſobrietas lucet, vbi vnanimitas abſtinentia coronatur. [n] Idem ſuper Ioannem: Eſt et mala concordia, eſt et bona diſſonantia. [o] Ambrosivs ſuper Lucam: Fuge contentiones, diſſenſiones, ſtrepitus, tumultus diſcordiæ, ne per portas mortis ingreſſus intereas. Idem: Sed niſi prius tu. Supra lib. 2. de beatitudine. * Isidorvs de Sũmo bono: Pax plebis ſanitas, gloria ſacerdotis, et patriæ lætitia, et terror hoſtium, ſiue viſibilium, ſiue inuiſibilium. * Idem: Pax cum bonis et bellum cum vitijs ſemper habẽdum eſt, mala ſiquidem hominum impiorum odio habenda. [p] Bernardvs ſuper Cantica: Pacem habete, et vos nolite lædere inuicem, non facto, nõ verbo, non ſigno qualicumque: ne quis forte exacerbatus, et præoccupatus a puſillanimitate ſpiritus, et tempeſtate Deum interpellare cogatur, aduerſus eos qui ſe læſerint, et contriſtauerint, et prorumpere in verbum graue contingat: Filij matris meę pugnauerunt contra me. [q] Idem in ſermonibus: Niſi in vnitate opus tuum feceris, Deo, qui vnus eſt, acceptus eſſe non poteris. Scriptum quippe eſt: Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Idem: Eſt homo pacatus, ſupra lib. 2. de patientia. Idem: Sunt etiam alij qui ſi viderint. Supra lib. 5. de beatitudine.

a Greg. regiſt. lib. 7. ind. 11. c. 6. — b Ibid. li. 4 ind. 13. c. 20. in med. — c Ibid. li. 4 indic. 13. c. 39. in prin. — d Ibid. li. 7 ind. 2. c. 27. — e Idem li. 33. Moral. c. 24. poſt med. — f Idem in Ezec. hom. 22. circa med. — g Aug. de verb. Dom. ſer. 57. to. 10. — h Ibid. et ſeq. — i Idem de oui. c. 13. ante med. to. 9. — k Idem q. vet. et no. Teſt. q. 92. to. 4. — l Idem de ciu. Dei. li. 19. c. 11. in fi. to. 5. — m Ibid. c. 12. circa prin. — n Chryſoſ. hom. 56. in Ioan. poſt med. to. 3. — o Amb. in Luc. li. 6. c. 9. to. 3. — p Bern. in Cant. ſer. 29. ante med. — q Idẽ ſer. 3. in Aſſump. Beata Mar. poſt med.

De renunciatione. Cap. XVII.

GRegorivs [r] in dialogis: Deſpiciendus a nobis hic mundus foret, etiam ſi blandiretur, ſi rebus proſperis demulceret animum. At poſtquam tot flagellis premitur, tanta aduerſitate fatigatur, tot nobis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quàm ne diligatur, clamat? [ſ] Idem in homilijs: Fructus mundi ruina eſt. Ad hoc enim creſcit, vt cadat, ad hoc germinat, vt quodcumque germinauerit, cladibus conſumat. B [t] Idem: Si nihil in hoc mundo tã amando poſſideris, etiam poſſidendo cuncta reliquiſtis. Hieronymvs: Licet ſparſo crine. Supra de propinquitate lib. 3. [u] Isidorvs in ſynonymis: Semper interna quiete frueris, ſi te a ſtrepitu terrenarum actionum ſubtraxeris. Idem: Nullus ſapientiam. Infra de ſapientia. [x] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Sicut difficile eſt arborẽ iuxta viam poſitam fructus ſuos vſque ad maturitatẽ ſeruare, ſic difficile eſt virum fidelem iuxta iſtum mũdum viuentem, in actibus eius iuſtitiam immaculatã vſque ad finem tenere. Recede de via, et plantare in C loco ſecreto, vt nec mundus tecum habeat aliquid commune, nec tu cum mundo. * Idem ſuper Ioannem: Qui pecuniarum concupiſcentiam deriſerunt, hi maxime ſunt qui Deum, vt oportet, diligunt. [y] Avgvstinvs in epiſtola: Vincula huius mundi, habent aſperitatem veram, iucunditatem falſam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem. [z] Idem: Quid prodeſt acquirere in hoc ſæculo quodlibet temporale, et tranſitorium, ſiue ſit pecunia, ſiue ſit voluptas ventris et gutturis, ſiue ſit honor in laude humana? Nonne omnia fumus, et vẽ- D tus? Nonne omnia tranſeunt, et currunt? Et væ his, qui hæſerint tranſeuntibus: quoniam ſimul tranſeunt. [a] Idem: Vtilius terrena opulentia tenetur humiliter, quàm ſuperbe relinquitur. [b] Idem de pœnitentia: In omnibus dolens, aut ſua relinquat, aut ſaltem illã, quæ ſine admixtione mali non ſunt adminiſtrata, vt mercatura, et militia, et alia quæ vtentibus ſunt nocua, vt adminiſtrationes ſæcularium poteſtatum, niſi his vtatur ex obedientiæ licentia. Idem: Recedat amor. Infra de gloria. [c] Bernardvs in epiſtola: Voci Dei tui dulciori ſuper mel et fauum, ſi præparas aurem interiorem, fuge curam exteriorem, vt expedi- E ro, et vacante interno ſenſu, dicas tu cum Samuele: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. [d] Idem: Si ſapis, ſi habes cor, ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum, deſine iam, et ea ſequi, quæ et conſequi miſerum eſt. Beatus, qui poſt illa non abijt, quæ poſſeſſa onerãt, amata inquinant, amiſſa cruciant. [e] Idem: Generoſitas ſanguinis, proceritas corporis, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, palatia, immenſa ſuppellex, inſulæq. dignitatum, adde et ſapientiam mundi, de mũdo ſunt hæc, et mundus quod ſuum eſt diligit. Sed quouſque? Non ſolum enim non ſemper, vt qui non ſemper erit verum nec diu quidem. Diu ſiquidem iſta F in te mundus habere non poterit, et te quidem ipſum in breui non habiturus. Nã breues dies hominis ſunt. [f] Idem: Subito procedenti de vmbra ad ſolem, de otio ad laborem, graue cernitur omne quod incipit. Sed cum ab his diſſueſcere, et ad illa ſe paulisper adſueſcere cœperit, vſus tollit difficultatem, inuenitq. facile eſſe, quod difficile antea putauit. Idem: Falleris o fili. Supra lib. 1. de ſtudentibus. Idem: Vigilias times. Infra de meditatione. [g] Idem de contemptu: Ecce nos reliquimus omnia, bene optime, et non ad inſipientiam tibi. Nam et mundus tranſit et concupiſcentia eius, et relinquere hæc magis expedit, quàm ab eis relinqui. [h] Idem: Secuti ſumus te nimirum: quia exultauit vt gigas ad currendam viam ſuam.

Nec

r Greg. lib. 3. Dial. c. 38. — ſ Idem. homil. 1. in Euang. cir. med. — t Ibidem hom. 37. circa fi. — u Iſid. in ſyno. c. 10. ante med. — x Chryſoſ. op. imp. homil. 39. an. med. to. 2. — y Aug. ep. 39. ad Licent. ante med. to. 2. — z Idem in Io. trac. 10. ante med. to. 9. — a Ibid. ep. 34. ad Paulin. poſt med. — b Idem de ve. et fal. pœn. c. 15. in prin. — c Bern. ep. 107. verſ. fin. — d Ibidem ep. 203. poſt med. — e Ibid. ep. 7. cir. prin. — f Ibid. ep. 1. ad Robert. Nepo. prope fi. — g Idẽ declam. ſup. Ecce nos. cir. prin. — h Ibidem conſeq.

Nec currentem ſequi poteras operatus, ſed nec inutilis commutatio pro eo, qui ſuper omnia eſt, omnia reliquiſſe. Omnia ſane dixerim, non tantum poſſeſſiones, ſed etiam cupiditates, et eas maxime. [a] IDEM in ſermonibus: Cõuolate ad vrbes refugij, vbi poſſitis, et de præteritis agere pœnitentiam, et in præſenti obtinere gratiam, et futuram gloriam fiducialiter præſtolari. Non vos retardet conſcientia peccatorũ, quia vbi illa abundauerit, ſuperabundare gratia conſueuit: non pœnitentiæ auſteritas ipſa deterreat, neque enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis, ad præteritã culpam, quæ remittitur, non ad præſentem conſolationem, quæ immittitur, non ad futuram gloriam, quæ promittitur. [b] IDEM: Quid ſi periclitaretur caſtitas in delicijs, humilitas in diuitijs, pietas in negocijs, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequã ſæculo: fugite de medio Babylonis, fugite ſaluate animas veſtras. [c] IDEM: Nil credentibus impoſſibile, nil amantibus difficile, nil aſperum mitibus, nil humilibus arduum reperitur: quibus et gratia confert auxilium, et obediendi deuotio lenit imperium.

a Idẽ ſer. de conuerſ. ad cleric. c. 30.
b Ibidem.
c Ibidem.

De Solitudine. *Cap. XIIX.*

GREGORIVS [d] in Moralibus: Qui mortificare ſe appetit, valde ad inuentam requiem cõtemplationis hilareſcit, vt exterius mundo lateat, et cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra ſinum ſe intimi amoris abſcondat. [e] IDEM: Prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo eſt mentis. Quid prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus viuit, ſed tumultibus conuerſationis humanæ terrenorum deſideriorum cogitatione ſe inſerit, non eſt in ſolitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, et tamen nullos ſęcularium tumultus in corde patiatur, non eſt in vrbe. IDEM: Quælibet occulta. Supra lib. 2. de gratia. IDEM: Vos qui viam. Infra de religione. [f] HIERONYMVS in epiſtola: Mihi oppidum carcer eſt, et ſolitudo paradiſus. [g] IDEM: Infinita eremi vaſtitas te terret? ſed paradiſum mente deambula. Quotieſcumque illuc mente conſcenderis, toties in eremo nõ eris. [h] IDEM: Hoſpitiolum tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. Omnes puellas et virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. [i] IDEM: Bonus honor in Eccleſia, ſi a conſortio clericorum longe ſint feminæ. Monachum, vel clericum ſolitudo facit non publicum. [k] AVGVSTINVS de ſingularitate clericorum: Strages peſſimæ conuerſationis nemo proſternit, nemo calcat, nemo funeſtat, niſi ſingularis caſtitas ſola, quæ munimen inuictum eſt ſanctimoniæ, et expugnatio fortis infamiæ, fortitudinis firmitas et laſciuię petulantis infirmitas, probitatis præſidium, et improbitatis excidium, animæ victoria et corporis præda, vbertas gratiarum, et ſterilitas criminum. [l] IDEM: Non eſt ſine filijs cum claritate, niſi ſingularitas ſola, quam nõ ſolum cõcupiſcentia ſua nullis ſordibus maculat, ſed etiam nullæ opiniones ſuſpectæ pluralitatis infamant. Nam ſi caſtitas, quod eſt difficile, maſculum et feminã pariter in virginitate conſeruet, non habet claritatem, quoniam communitas ipſa, non poteſt niſi quibuſdam probroſitatum tenebris obſcurari. [m] BERNARDVS in epiſtola: Cum quo Deus eſt, numquã minus eſt ſolus, quàm cum ſolus eſt. Tunc enim libere fruitur gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus eſt, ibi ad fruendum Deo in ſe, et ſe in Deo. Tunc in luce veritatis, et in ſereno mundi cordis vltro patet ſibi pura conſcientia, et libere ſe infundit de Deo memoria: et illuminatur intellectus, et bono ſuo fruitur affectus, vel libere ſeipſum deflet humanæ fragilitatis defectus. [n] IDEM ſuper Cantica: Solus es, ſi non communia co-

d Greg. li. 5. Mor. c. 5. poſt med.
e Ibid. lib. 30. c. 12. ante med.
f Hier. ep. 4. ad Ruſt. Monac. an. med. to. 1.
g Ibid. ep. 1 ad Heliod. vltra med.
h Ibid. ep. 2. ad Nep. ante med.
i Idem ep. ad Ocean. de vi. cleri. poſt med. to. 9.
k Eſt apud Cypria. de ſing. cler. c. 22. ante med. to. 9.
l Ibid. c. 23 ante med.
m Ber. ep. de vi. ſolit. longe ante med.
n Idẽ ſer. 40. in Cãt. prope ſi.

gites, ſi non affectes præſentia, ſi deſpicias quod multi ſuſpiciunt, ſi faſtidias quod omnes deſiderãt, ſi iurgia deuites, ſi damna non ſentias, ſi non recorderis iniuriarum, alioquin nec, ſi ſolus corpore es, ſolus es. [o] CASSIODORVS de anima: Nimia turba vitiorum ſine certamine vincitur, quando ſolitudo gratiæ ſuffragatur. [p] SENECA in epiſtola: Subducendus eſt a populo animus tener, et parum tenax recti, facile tranſitur ad plures. Socrati et Platoni, et Lęlio, excutere morem ſuum, diſſimilis multitudo potuiſſet.

o Caſſiod. de ani. c. 18 poſt med.
p Senec. ep. 7. cir. med.

De Religione. *Cap. XIX.*

GREGORIVS [q] in regiſtro: Vos, qui viam vitæ præſentis extra hominum frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati neceſſe eſt, quanto ad vos ipſe magiſter tentationum accedit. [r] IDEM: Melius eſt de ouili Dominico morboſam ouẽ eijcere, quàm vnius vitio ſanas amittere. [ſ] IDEM: Cura eſt ſolicitudinis adhibenda, vt ea, quæ pro quiete religioſę cõuerſationis fuerint ordinata, nec diſſimulatio negligere, nec quędam valeat præſumptio perturbare. [t] IDEM: Multi ſunt qui poſſunt religioſam vitam etiã cum ſæculari habitu ducere: et plerique ſunt, qui niſi omnia reliquerint, ſaluari apud Deum nullatenus poſſunt. [u] IDEM: Religioſam vitam eligentibus, congrua nos oportet conſideratione proſpicere: ne cuiuſdam neceſſitatis occaſio, aut deſides faciat, aut robur, quod abſit, conuerſationis infringat. [x] IDEM: Sicut ſtudij noſtri eſſe cõdecet, a litigijs foralibus monachos ſubmouere, vt diuinis miniſterijs pie ac ſolerter inuigilent: ita neceſſe eſt, noſtra prouiſione, quemadmodum negocia eorum diſponi debeant, ordinare: ne diſtenta mens per varias cauſarum curas effluat, et ad celebrandum opus conſuetum eneruata torpeſcat. [y] ISIDORVS in etymologijs: Religio appellata eſt, eo quòd per eam vni Deo religemus animas noſtras, ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. [z] AVGVSTINVS de eccleſiaſticis dogmatibus: Secreta ſatisfactione ſolui crimina non negamus, ſed mutato prius ſæculari habitu, et confeſſo religionis ſtudio per vitæ correctionem, et in iugi, immo perpetuo luctu, miſerante Deo: ita dumtaxat, vt contraria pro his, quæ pœnitet, agat. [a] IDEM de quantitate animæ: Omnibus ſubuentum velle debemus etiam, qui nos læſerũt, aut lædere, aut omnino lædi volunt. Hæc eſt vera, hæc perfecta, hæc ſola religio. [b] IDEM: Eſt religio vera, quia ſe vni Deo anima, vnde ſe peccato velut abruperat, reconciliatione religat. IDEM: Nullo modo decet. Supra de exercitio. [c] IDEM: Non debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, ſed quia tolerantur, accipere, ne contingat deteſtanda peruerſitas, vt in monaſterio, vbi quantũ poſſunt, fiunt diuites laborioſi, fiunt pauperes delicati. IDEM: Melior eſt, qui quamuis. Supra lib. 2. de ira. [d] AMBROSIVS in epiſtola: Præferenda eſt religio neceſſitudini, pietas propinquitati. Ea eſt enim vera pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Fides numquam ſeneſcit, et religio fatigationem non ſentit. [e] BERNARDVS de conſideratione; Nos in monaſterijs recipimus omnes ſpe meliorandi, at curia bonos facilius recipere, quàm facere conſueuit. [f] IDEM in epiſtola: Vbi non timetur reprehenſor, ſecurius accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. In conuentu vero bona, ſi quę facis, nemo prohibet: malum autem facere ſi vis, non licet. Mox enim a pluribus comperitur, arguitur, emendatur: ſicut ècontrario bonum cum omnes vident, mirantur, venerantur, imitantur. IDEM: Ordo noſter. Supra lib. 1. de monachis bonis. [g] IDEM: Moriens vix vmquam aliquis a cella in infernum deſcendit:

q Greg. regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 18 ante med.
r Ibid. li. 9 ind. 4. c. 69 cir. ſi.
ſ Ibid. lib. 7. ind. 2. c. 115. fere in prin.
t Ibid. lib. 2. ind. 11. c. 100. ante med.
u Ibidem c. 56. in prin.
x Ibid. lib. 1. ind. 9. c. 67. in prin.
y Iſid. ety. li. 8. c. 2.
z Aug. de Eccleſ. dog. c. 53. to. 3.
a Idem de quant. ani. c. 34. poſt med. to. 1.
b Ibidem c. 30. ante med.
c Idẽ reg. 3. c. 15. to. 1. med.
d Amb. an not. 1 exod. ad Rom. to. 4.
e Bern. de conſid. li. 4. cir. med.
f Idem ep. 115. circa med.
g Idem ep. de vi. ſolit. multo ante med.

deſcendit, quia vix vmquam niſi cælo prædeſtinatus, in ea vſque ad mortem perſiſtit. [a] Idem: Experto credite, quia hęc via quanto arctior, quanto moleſtior videtur in ingreſſu, tanto latior, tanto iucundior inuenitur in progreſſu. Idem: Qui debitorem. Supra lib. 1. de religioſis malis. [a] Idem in ſermonibus: Qui eſt in mundo, fugiat ad clauſtrum negociaturus, et qui in clauſtro eſt non dormitet, nec torpeſcat per acediam, tamquam piger ſeruus, et nequam. Vita enim confert meritum, locus non facit beatum. [a] Idem: Minus damnabile eſt in ſæculo perire, quàm in monaſterio. [b] Idem: Felix domus, et beata ſemper congregatio, vbi de Maria conqueritur Martha, nam Mariam Marthæ æmulari, indignum prorſus eſt. [a] Idem: Regio auſtralis, eſt clauſtrum vel eremus, in quo Chriſtus ſuos abſcondit a contradictione linguarum, poſtmodum admixturus conſortio Angelorum. [a] Idem: Clauſtralis paradiſus, ad ſuauem ſpirantis auſtri clementiam quaſi tot floribus vernat, quot virtutibus abundat. [c] Idem: Sicut bonum noſcere, ſic et velle ſolum perfecta religio, vel religioſa perfectio eſt. [d] Idem: Nihil ſic horrendum, vt murmur, et diſſenſio in congregatione.

a Idē ſer. 2. in feſto s. Mich. ante med.
b Idē ſer. 3. in Aſſūp. B. Mar. ante med.
c Idē ſer. 3. in Aſſūſ. Dom. ante med.
d Idem in ſermonibus par. ſer. 63.

De Sufficientia. Cap. XX.

GREGORIVS [e] in regiſtro: Non delectamur xenijs. [f] Idem in Moralibus: Mira ſecuritas eſt cordis, aliena non quærere, ſed vniuſcuiuſque diei ſufficientia, contentum manere. Ex qua videlicet ſecuritate, etiam perennis requies naſcitur, quia a bona et tranquilla cogitatione, ad gaudia æterna tranſitur. [g] Idem ſuper Ezechielem: Qui alimentorum inopiam ſine murmuratione tolerat, nec pro neceſſitate victus agit aliquid, vnde anima peccati laqueum incurrat, ſcit eſurire. [h] Idem: Ille pauper eſt, qui eget, eo quod non habet. Nam et qui non habens, habere non appetit, diues eſt. Paupertas quippe in inopia mentis eſt, non in quantitate poſſeſſionis. [i] Idem: Diſcamus eſurire, vt nobis propter abundantiam ſequentem, noſtra hic inopia placeat. Nec nos ventris neceſſitas ad culpam trahat, nec peccatum menti indigentia ſuggerat. [k] AVGVSTINVS de ſoliloquijs: Siue de cibo, ſiue de potu, ſiue de balneis, ceteraq. corporis voluptate nihil interroges, tantum ab eo pete, quantum valetudini opem conferre poteſt. [l] Idem de vita beata: Nullus perfectus aliquo eget, et quod videtur corpori neceſſarium ſumet, ſi affuerit: ſi non affuerit nō eum iſtarum rerum franget inopia. Omnis namque ſapiens fortis eſt. [m] Idem de vera religione: Quē delectat libertas, ab amore mutabilium rerum liber eſſe appetat: et quem regnare delectat, vni omnium regnatori Deo funditus adhæreat. [n] BERNARDVS in epiſtola: Surge, præcingere, tolle otium, exere vires, moue brachia, comploſas explica manus, exercitare in aliquo, et ſtatim ſenties ſola te appetere, quæ famen tollant, non fauces demulceant. Reddet quidem ſapores cibis exercitium, quos tulit inertia multa, quæ reſpuis otioſus, poſt laborem ſumes vel deſiderio. [o] SENECA in epiſtola: Magni animi eſt magna contemnere, ac mediocria mala, quàm nimia. Illa enim vitalia vtiliaq. ſunt, at hæc eo quòd ſuperfluunt, nocent: ſic ſegetem nimia ſternit vbertas, et rami onere franguntur. [p] GLOSSA: Perfecta humilitas. Supra capite de humilitate.

e Greg. regiſt. lib. 6. ind. 9. c. 64
f Idem lib. 21. Moral. c. 13. poſt med.
g Idem in Ezec. hom. 19. poſt med.
h Ibid. homil. 18. poſt med.
i Ibid. homil. 10. longe poſt med.
k Aug. ſoliloq. li. 1. c. 10. 10. 1.
l Idem li. de vita beata diſput. 3. paulo poſt prin. to. 1.
m Idem de ve. rel. c. 48 to. 9.
n Bern. ep. 2. ad Rob. Nep. poſt med.
o Sen. ep. 39.
p Glo. Mat 18. 1.

De Communitate. Cap. XXI.

GREGORIVS [q] in regiſtro: Nullus veſtrum, neglecta vtilitate communi, ſuo lucro proſpiciat.

q Greg. regiſt. lib. 2. ind. 10. c. 49. circa med.

A [r] Idem: Si me participem operatio non facit laboris veſtri, me participem charitas facit: quia, ſicut exiſtimo, bonum proximi etiam otioſo commune fit, qui de alterius actibus gaudere communiter ſcit. Idem: Melius eſt de ouili. Supra de religione. Idem: Summa militiæ. Supra lib. 1. de militibus. [s] Idem in Moralibus: Pro qualitate audientium formari debet ſermo doctorum, et ad ſua ſingulis congruat, et tamen a communis ædificationis arte numquam recedat. [a] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Omne quod noſtrum eſt, tunc magis noſtrum erit, ſi ſit nobis commune cum fratribus. [a] Idem ſuper Ioannem: Qualiter eſt imitatores fieri Chriſti, ad commu-
B nem vtilitatem, omnia negotiantes, et non quæ noſtra ſunt quærentes? [t] AMBROSIVS de officijs: Sic Deus generari iuſſit omnia, vt partus omnibus communis eſſet, et terra foret omnium quædam communis poſſeſſio. Natura ergo ius commune generauit, vſurpatio ius fecit priuatum. [u] Idem: Qui perfecte ſapit, neſcit ſua ſpectare commoda, ſed ad illud, quod æternū eſt, quod decorum, atque honeſtum, toto affectu intendit, quærens non quod ſibi vtile eſt, ſed quod omnibus. [x] Idem: Nihil iudicandum vtile, niſi quod in commune proſit: quomodo enim poteſt vni prodeſſe, quod omnibus nocet? Mihi crede, non videtur, qui inutilis eſt omnibus ſibi vtilis eſſe poſſe. Idem:
C Non ſit affectatus. Supra de ſimplicitate. [y] Idem ſuper Lucam: Verum eſt cauſam inopiæ noſtræ videri auaritiam, etenim volatilibus cæli idcirco ſine labore pabuli vſus exuberat, quòd fructus ſibi communes ad eſcam datos, ſpeciali quodam neſciunt vendicare dominatu. [z] Idem: Qui iuſtus eſt non negat, quod eſt ad vſum omnibus communiter datum. [a] AVGVSTINVS ſuper actus Apoſtolorum: Melior eſt fraternitas Chriſti, fraternitate ſanguinis: fraternitas ſanguinis interdum ſibi inimica eſt, Chriſti autem fraternitas ſine intermiſſione pacifica eſt: illa inter ſe communia diuidit cum æmulatione, hæc autem ſua com-municat cum gratulatione. [b] Idem in regula: Om-
D nia opera veſtra in vnum fiant, maiori ſtudio, et frequentiori alacritate, quàm ſi vobis ſingulis feceritis propria: charitas enim, de qua ſcriptum eſt: Non quærit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quia communia proprijs, non propria communibus anteponit: et ideo quanto amplius rem communem, quàm propria veſtra curaueritis, tāto vos amplius proficere noueritis. [c] BERNARDVS de conſideratione: Quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur, vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpēſatio eſt, vbi vtilitas prouocat, diſpenſatio laudabilis eſt, vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horum eſt, non plane fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. [d] Idem de
E duodecim gradibus: Singularis ad omnia ſua ſtrenuus, ad communia piger, vigilat in lecto, dormit in choro. Idem: Obſeruandus eſt. Supra lib. 2. de continentia guſtus. [e] Idem in ſermonibus: Dominus communi diſciplina, communi vita, communibus ſtudijs delectatur. Vſquequo miſer diuerticula captas, et conſolationes propriæ voluntatis, tanto labore quæritas: tanto rubore mendicas? et quid faciam, inquis, eijce ancillam, et filium eius. [a] BEDA in Gloſſa: Qui ita viuunt vt ſint omnia communia in Domino, cœnobitæ vocantur, quæ vita tanto felicior eſt, quanto ſtatum ſæculi futuri imitatur, vbi omnia cōmunia, quia
F Deus eſt omnia in omnibus, et quia ibi ſumma pax, et ſecuritas, ciuitas in qua typus huius vitæ præceſſit, Hieruſalem, ideſt viſio pacis dicta eſt. [f] SENECA in epiſtola: Non poteſt quiſquam beate degere, qui ſe tantū intuetur, qui omnia ad vtilitates ſuas cōuertit, alteri viuas oportet, ſi tibi vis viuere. [a] Idem: In hoc gaudeo aliquid dicere, vt doceam, nec me vlla res delectabit, licet ſit eximia, et ſalutaris, quā mihi vni ſciturus ſum. [a] Idem in prouerbijs: Quietiſſime viuerent homines, ſi duo verba tollerentur, meum, et tuum.

r Ibid. lib. 6. ind. 15. c. 201. poſt med.
s Idem lib. 30. Mor. c. 4. an. med.
t Amb. off. lib. 1. c. 28. ante med. to. 4.
u Ibid. lib. 3. c. 2. poſt med.
x Ibid. c. 4 ante med.
y Idem in Luc. lib. 7. c. 12. to. 3.
z Ibid. lib. 3. c. 6.
a Aug. ſer. 27. de verb. Apoſt. ante med. to. 10.
b Idē reg. 3. c. 27. to. 1.
c Bern. de conſid. li. 3. poſt med.
d Idem de 12. gradib. humil. gra. 5.
e Idem ſer. 6. in Aſcēſ. Dom. poſt med.
f Senec. ep. 48. ante med.

De

De Societate. *Cap. XXII.*

GREGORIVS [a] in Moralibus: Hoc vniuſcuiuſque eſſe proprium ſolet, vt qualis ipſe fuerit, tales ſibi coniungi et alios velit: vt diuerſitatem vitæ refugiat, atque hoc imitandũ imprimat, quod amat. [b] IDEM: Sicut grauioris culpæ eſt, inter bonos non eſſe bonũ: ita immenſi eſt præconij, bonum etiam inter malos extitiſſe. [c] IDEM: Cum in itinere comes iungitur, via quidem non detrahitur, ſed tamen de ſocietate comitis labor itineris leuiatur. [d] IDEM ſuper Ezechielẽ: Qui ſancto viro adhæret, ex eius aſſiduitate viſionis, [B] vſu locutionis, exemplo operis accipit, vt accendatur in amorẽ veritatis: peccatorum ſuorum tenebras fugat, in deſiderio lucis exardeſcit. [e] IDEM in regiſtro: Qui aſſiſtunt iudicibus, et ſinceris erga eos dilectionibus aſtringuntur, illa eis ſuadere debent atque ſuggerere, quæ et animam ſaluant, et opinioni non derogant. [f] AVGVSTINVS in epiſtola: Si paupertas angit, ſi luctus mæſtificat, ſi dolor corporis inquietat, ſi vlla calamitas vexat, aſſint boni homines, qui nõ ſolum gaudere cum gaudentibus, verumetiam flere cũ flentibus norunt, et ſalubriter alloqui, et colloqui ſciunt. Per hos plurimum illa aſpera leniuntur, [C] releuantur grauia, ſuperantur aduerſa. [g] ISIDORVS de Summo bono: Tenenda eſt cum ſanctis viris vnitas charitatis: et quantum ſe quiſque ſubtrahit mundo, tãto opus eſt vt ſe aſſociet bonorum conſortio. [h] IDEM in ſynonymis: Bonorum ſocietatem require: ſi fueris ſocius conuerſationis, eris et virtutis eorum. [i] AMBROSIVS de officijs: Vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt, qui magiſterio quodam, et ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, et velut murice probatis inſerit. [k] BERNARDVS de conſideratione: Intereſt gloriæ ſanctitatis tuæ, vt quos præoculis habes, ita ordinati ſint, ita informati, quatenus totius honeſtatis, et ordinis ipſi ſint ſpeculum, ipſi ſint forma. [D] [l] IDEM: Ne te dixeris ſanum, dolentem latera: hoc eſt, ne te dixeris bonum, malis innitentem. [m] IDEM in epiſtola: Inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet: inter malos vero et laudem. Illud tantæ facilitatis eſt, quantæ eſt ſecuritatis: hoc tantæ virtutis, quantæ et difficultatis. Quale nempe eſt illud tangere picem, et nõ inquinari ab ea, in igne ſine læſione verſari? [n] IDEM: Omnia fac cum cõſilio, nec tamen omnium, aut quorumcumque, ſed tantum bonorum. Bonos in cõſilio, bonos in obſequio, et bonos habeas contubernales, qui vitæ et honeſtatis tuæ cuſtodes ſint et teſtes. [o] IDEM: Omnes iuxta Domini præceptum etiam inimici diligantur, [E] ſi ad conſilium ſoli eligantur, qui et prudentes eſſe videantur, et beneuoli. IDEM: Vbi non timetur. Supra de religione. [p] SENECA in epiſtola: Nullius boni ſine ſocio, iucunda poſſeſſio eſt. [*] IDEM: Cum his conuerſare, qui te meliorem facturi ſunt. Illos tecum admitte, quos tu poteris meliores facere. Mutuo iſta fiunt, et homines dum docent, diſcunt.

a Greg. li. 8. Moral. c. 30. poſt med.
b Ibid. lib. 6. c. 8.
c Ibid. li. 5 c. 5. ante med.
d Idem in Ezec. hom. 5. an. med.
e Idem regiſt. lib. 4. ind. 13. c. 78. in prin.
f Aug. ep. 121. ad Prob. c. 2. to. 2.
g Iſid. de ſum bo. li. 2 c. 3. ſent. 6.
h Idem in ſynon. c. 9. poſt med.
i Amb. de off. lib. 1. c. 43. to. 4.
k Bern. de conſid. li. 4. non procul a prin.
l Ibidem ante med.
m Idẽ ep. 25. ante med.
n Idẽ ep. 25. poſt med.
o Ibid. ep. 42. non longe a prin.
p Sen. ep. 6 cir. med.
q Greg. in Ezec. hom. 4. an. med.
r Idem li. 22. Moral. c. 29. poſt med.
ſ Idem regiſt. lib. 6. ind. 15. c. 155. non longe a prin.
t Ibid. li. 1. c. 3. fere in prin.
u Idẽ li. 1. Dial. c. 10. ante med.
x Ibid. c. 12 cir. med.

De Bonitate. *Cap. XXIII.*

GREGORIVS [q] ſuper Ezechielem: Omne bonũ quod agimus per intentionem ſemper ad cœleſtia [F] leuemus. [r] IDEM: Hi veraciter boni ſunt, qui in bonitate perſiſtere, etiam inter malos poſſunt. [ſ] IDEM in regiſtro: Quantum vos in bono profeciſtis, tantum bona etiam de alijs ſentitis. [t] IDEM: Bona Deo accepta non ſunt, quæ ante oculos eius malorum admixtione maculantur. [*] IDEM: Bona quæ hominibus innoteſcunt, ſine periculo vix eſſe poſſunt. [u] IDEM in dialogis: Multa videntur bona, ſed nõ ſunt: quia bono animo non fiunt. [x] IDEM: Vitæ vera æſtimatio in virtute eſt operum, non in oſtenſione ſignorum. Nam ſunt plerique, qui et ſigna non faciunt, [A] ſigna tamen facientibus diſpares non ſunt. [y] IDEM ſuper Ezechielem: Bonum valde eſt, quod iuſtus tribuit, quando male agentibus libera voce contradicit. [y] IDEM in regiſtro: Bonarum mentium eſt, et ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt. [z] IDEM: Veſtrum ſine dubio bonum facitis, ſi bona volentibus opem fertis. [a] AVGVSTINVS de verbis Domini: Potes aurum perdere, et nolens, potes domum, potes honores, potes ipſam caſu ſalutem: bonum vero, quo vere bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. [b] IDEM in epiſtola: Quis eſt in hac vita ſine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonũ, cuius præualent bona: illumq. optimum, qui peccat minimum. [c] IDEM de natura boni: Et omne bonum a [B] Deo eſt, omnis ergo natura a Deo eſt. [d] IDEM: Omnia quanto magis moderata, ſpecioſa, ordinata ſunt, tantò magis bona ſunt: quanto autem minus moderata, minus ſpecioſa, minus ordinata ſunt, minus bona ſunt. [e] IDEM de virginitate: Aliquando alter fructuoſus eſt donis paucioribus, ſed potioribus, alter inferioribus, ſed pluribus. [f] IDEM de libero arbitrio: Bonum eſt aliquid homo et melius quàm pecus, ex eo quòd præcepti capax, et hoc melius cum præceptũ iam cepit, rurſum hoc melius cum præcepto paruit: et [C] his omnibus melius, cum æternæ lumine ſapientiæ beatus eſt. [g] IOANNES Chryſoſtomus de militia Chriſtiana: Non agamus ſimilem infidelibus vitam, ſed a quibus fide diſcernimur, ab eorum ſtudijs, etiam et moribus diuidamur. [h] IDEM in ſermonibus: Pietati hoc proprium eſt, vt in tenebris fulgeat: impietas autem etſi in lumine fuerit, tenebreſcat. [i] BERNARDVS in epiſtola: Minime pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult: et vbi incipis nolle fieri melior, ibi deſinis etiam eſſe bonus. [k] IDEM ſuper Cãtica: Non mediocris titulus profecto virtutis inter prauos viuere bonum, et inter malignantes innocentiæ retinere candorem, et morum lenitatem. [l] SENECA in epiſtola: [D] Tranquillitas animi, et expulſis erroribus abſoluta libertas, quæris quæ ſit iſta? non homines timere, non turpia velle, nec nimia, in ſeipſum maximam habere poteſtatem, ineſtimabile bonum eſt ſuum fieri. [m] IDEM: Nulla ſine Deo mens bona eſt. [n] IDEM: Pars magna bonitatis eſt velle fieri bonum. [*] IDEM: Animus nũquam maior eſt, quàm vbi aliena ſepoſuit, et fecit ſibi pacem nihil timendo, fecit ſibi diuitias nihil concupiſcendo.

De Deſiderio. *Cap. XXIV.*

[E]

GREGORIVS [o] in Moralibus: Sæpe noſtra deſideria, quia celeriter non fiunt, exaudiuntur, et quod impleri concite petimus, ex ipſa melius tarditate proſperantur. [p] IDEM: Valentiores voces apud ſacratiſſimas aures Dei, nõ faciunt verba noſtra, ſed deſideria. [q] IDEM: Differre ſolet omnipotens Deus, deſideria petentium vt creſcant, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiũtur ad votum. [r] IDEM: Quiſquis in ſolo æternitatis deſiderio figitur, nec proſperitate attollitur, nec aduerſitate quaſſatur: dum nil habet in mũdo, quod appetat, [F] nil eſt de mundo, quod pertimeſcat. [ſ] IDEM ſuper Ezechielem: Vulnerata charitate ego ſum. Mala ſalus eſt cordis, quæ dolorem huius vulneris neſcit. Cum vero anhelare in cœleſti deſiderio iam, et ſentire vulnus amoris cœperit, fit anima ſalubrior ex vulnere, quæ prius ægrotabat ex ſalute. [t] IDEM in homilijs: Sancta deſideria dilatione creſcunt. Si autem dilatione deficiunt, deſideria non fuerunt. [u] IDEM: Augent ſpirituales deliciæ deſiderium in mente, dum ſatiant: quia quanto magis earum ſapor percipitur, eo amplius cognoſcitur, quod auidius ametur. [x] IDEM: Habere hic poſſunt et iuſti bona, nec tamen hæc in re-

y Idem regiſt. lib. 12. ind. 7. inter reg. Aug. c. 12. an. med.
z Ibid. lib. 7. ind. 2. c. 118. poſt med.
a Aug. de verb. Dom. ſer. 12. poſt med. to. 10.
b Idem ep. 54. ad Maced. ante med. to. 2.
c Idem de nat. bo. c. 19. to. 6.
d Ibid. c. 3
e Idem de Virg. San. c. 46. to. 6.
f Idem de lib. arb. li. 3 c. 24. poſt med. to. 1.
g Chryſoſ. hom. de militia Chriſtiana ante med. to. 5
h Idẽ hom. de cru. & lat. ante med. to. 3.
i Bern. ep. 91. poſt med.
k Idem in Cãt. ſer. 48 an. med.
l Sen. ep. 78 an. med.
m Idẽ ep. 73. verſ. fi.
n Idẽ ep. 94
o Greg. lib. 26. Mor. c. 15. non longe a prin.
p Ibid. lib. 22. c. 13. ante med.
q Ibid. lib. 26. c. 22. cir. fi.
r Ibid. lib. 10. c. 12. poſt med.
ſ Idem in Ezec. hom. 15. longe an. med.
t Idẽ homi. 25. Euãg. lõg. an. me.
u Ibid. homil. 36. non lõge a prin.
x Ibid. homil. 40. ante med.

A compenſatione recipere: quia dũ meliora ideſt æterna appetunt, eorum indicio quælibet bona affuerint, cum ſanctis deſiderijs æſtuant, bona minime vidẽtur. [a] AVGVSTINVS in epiſtola: Quod dicit Apoſtolus: Sine intermiſſione orate, quid eſt aliud quàm beatam vitam, quæ nulla niſi æterna eſt, ab eo, qui illã dare ſolus poteſt, ſine intermiſſione deſiderare? Semper hanc a Domino Deo deſideremus, et ſemper oremus. [b] IDEM: Tanto illius, quod valde magnum eſt: quod nec oculus vidit, quia non eſt color, nec auris audiuit, quia non eſt ſonus, nec in cor hominis aſcendit, quia cor hominis illuc debet aſcendere, ſumus capaciores: quanto id, quod fidelius credimus, et ſperamus firmius, et deſideramus ardentius. B [c] IDEM: Diu orate cum vacat, ideſt cum alia bonarũ et neceſſariarum actionum non impediunt officia, quamuis et in eis deſiderio ſemper orandum ſit, non eſt improbum nec inutile. Neque enim, vt nonnulli putant, hoc eſt orare, in multiloquio ſi diutius oretur. [d] IDEM: Hieruſalem futuram deſideramus vtique: et quanto impatientius deſideramus ipſam, tanto patientius ſuſtinemus omnia propter ipſam. [e] IDEM de patientia: Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum et dolorum: et nemo niſi pro eo, quod delectat, ſponte ſuſcipit ferre quod cruciat. C [f] IDEM de pœnitentia: Nemo vitam æternam incorruptibilem, immortalemq. deſiderat, niſi eum huius vitæ temporalis, corruptibilis, mortaliſq. pœniteat. [g] IDEM in meditationibus: Quando venies conſolator meus quem expecto? o ſi quando videbo gaudium meum, quod deſidero! o ſi ſatiabor, cum apparuerit gloria eius, quam eſurio! o ſi inebriabor ab vbertate domus tuæ, ad quam ſuſpiro! * IDEM de verbis Domini: Seruat tibi Deus quod non vult cito dare, vt et tu diſcas magna magne deſiderare. * IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Sicut ex otio deſidia gignitur, ita ex actione deſideriũ generatur. D [h] BERNARDVS ſuper Cantica: Accepi fateor meritis potiora, ſed prorſus inferiora votis. [i] IDEM: Subtractio rei, quam amas augmentario deſiderij eſt: et quod ardentius deſideras cares ægrius. [k] IDEM: Oportet vt ſancti deſiderij ardor, præueniat faciem Dei, ad omnem animam ad quam eſt ipſe venturus, qui omnẽ conſumat rubiginẽ vitiorũ, et ſic præparet locũ Domino. Et tunc ſcit anima quàm iuxta eſt Dominus, cum ſe ſenſerit igne illo ſuccenſam. IDEM ſuper illud: Nolite me cõſiderare, *et cætera*. Vrentis ſolis inſtar. Supra lib. 3. de dilatione. [l] IDEM: Modicũ et non videbitis me. O modicum longum, pie Domine E modicum dicis, quòd non videmus te. Saluum ſit verbum Domini mei, longum eſt et multum valde: verumtamen vtrumque verum, et modicum meritis, et longum votis. [m] IDEM in epiſtula: Sicut fides ducit ad plenam cognitionem, ſic deſiderium ad perfectam dilectionẽ. Sic vt dicitur: Niſi credideritis non intelligetis: Sic dici æque non abſurde poteſt: Si non deſideraueritis, non perfecte amabitis. [n] AVCTOR de ſpiritu et anima: Anima per odium mundi et ſui, proficit in amorem Dei et proximi: et per contemptum temporalium et inferiorum, creſcit in deſiderium æternorum, et ſuperiorum. [o] GLOSSA: Deſiderium eſt F orare: nec vmquàm deſinit orare, qui nõ deſinit amare. Charitas enim clamor eſt.

a Aug. ep. 121. ad Prob. c. 9. to. 2. — b Ibid. c. 8. in fi. — c Ibidem c. 10. — d Ibid. ep. 32. ad Paulin. non longe a prin. — e Idem de patien. c. 4. to. 4. — f Eſt apud eund. hom. 50. c. 4. to. 10. — g Idẽ meditat. c. 42. in fi. to. 9. — h Ber. ſer. 9. in Cant. circ. prin. — i Ibid. ſer. 32. prope prin. — k Ibid. ſer. 31. ante med. — l Ibid. ſer. 74. ante med. — m Idẽ ep. 18. circa med. — n De ſpir. et ani. c. 4. apud Aug. to. 3. — o Gl. pſ. 37.

De Feruore. *Cap. XXV.*

GREGORIVS [p] in Moralibus: Sæpe electorum conuerſio plus finiendo peragit, quàm inchoãdo proponit: et ſi tepidus prima inchoat, feruentius extrema conſummat, videlicet ſemper inchoare ſe æſtimat et idcirco infatigabiliter in nouitate perdurat. [q] IDEM: Hi quos fortaſſe deſpicimus, et tarde poſſunt incipere, et tamen vitam noſtram feruentioribus ſtudijs anteire. IDEM ſuper Ezechielem: Mens in qua anima per amorem inuiſibili ſponſo iniungitur, nullã A præſentis ſæculi conſolationem recepit, ſed ad illam quam diligit medullitus ſuſpirat, feruet, anhelat, anxiatur, vilis ei fit ſalus ſui corporis, quia trãfixa eſt vulnere amoris. * IDEM: Niſi mentis intentio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quã ſemper anima ad ima reuocatur. IDEM: Eſſe nobis. Supra lib. 3. de morte. IDEM: Tanto hoſtis. Supra lib. 5. de dæmonibus. AVGVSTINVS: Tanto illius. Supra de deſiderio. IDEM: Abſit ab oratione. Supra lib. 2. de oratione accepta. [r] BERNARDVS ſuper Cantica: Virtus diſcretionis abſque charitatis feruore iacet: et feruor vehemens abſque diſcretionis temperamento præcipitat. IDEM: B Feruorem nouitiorum. Supra libro 1. de nouitijs. [s] IDEM in ſermonibus: Si quis deuotus, ſi quis ſolicitus eſt, ſi quis ſpiritus feruens, caueat ſibi ne ſuis fidat meritis, ne ſuis operibus innitatur: alioquin nec huiuſmodi animum intrat gratia, nimirum qui plenus eſt, nec in eo tam inuenit gratia locum ſibi. [t] IDEM: Opera noſtra in feruore agenda ſunt, et deſiderio cordis, vt ſint lucernæ ardentes in manibus noſtris. [u] IDEM de contemptu: Tu ſi videris hominem in bonis operibus ſtrenuũ, et feruore cõuerſationis hilarẽ, viuere in eo fidem ne dubites, indubia tenens vitæ illius argumenta: ſed nõnulli cum ſpiritu cœperint, C heu carne cõſummantur. [n] IDEM: Vt vigoris eſſe dinoſcitur, nequaquam cedere tribulationi, ſed pro iuſtitia tribulationẽ ſuſtinere: ſic feruori videtur attribuendũ, nullis capi voluptatibus, nullis illecebris eneruari.

p Greg. lib. 19. Mor. c. 16. ante med. — q Ibid. lib. 22. c. 8. cir. med. — r Ber. ſer. 23. in Cãt. cir. med. — s Idem ſer. 3. in annũ. Domi. prope fi. — t Idẽ ſer. 2. in purif. B. Mar. cir. med. — n Idẽ declam. ſup. Ecce nos &c. ante med.

De Meditatione. *Cap. XXVI.*

GREGORIVS [x] in Moralibus: Solerter animus ante actionis ſuæ primordia, cuncta debet aduerſa meditari, vt ſemper hæc cogitans, ſemper contra hæc thorace patientiæ munitus, et quidquid acciderit prouidus ſuperet, et quidquid non acceſſerit lucrũ putet. D [y] IDEM: Vita noſtra dum lacrymis lauatur, dũ bonis operibus exercetur, ſanctis meditationibus tenditur, ad nouitatem ſuam ſine ceſſatione reparatur. [z] IDEM in regiſtro: Stude quæſo, et quotidie creatoris tui verba meditare. Diſce cor Dei in verbis Dei, vt ardẽtius ad æterna ſuſpires, vt mens tua ad cæleſtia gaudia maioribus deſiderijs accendatur. Tanto enim tũc maior ei erit requies, quãto modo nõ ab amore cõditoris ſui requies nulla fuerit. [a] IDEM in homilijs: Meditetur mens in proximo, quod exhibeat Deo, vt perfecte mereamur, in Deo, gaudere cũ proximo. [b] ISIDORVS de Sũmo bono: Omnis profectus ex lectione et E meditatione procedit, quæ enim neſcimus ex lectione diſcimus, meditationibus cõſeruamus. [c] IDEM in etymologijs: Philoſophia eſt meditatio mortis, quod magis cõuenit Chriſtianis, qui ſæculi ambitione calcata, cõuerſatione diſciplinabili ſimilitudine futuræ vitæ viuũt. [d] AVGVSTINVS de meditationibus: Quãto magis homo mala ſua intelligit, tanto amplius ſuſpirat et gemit. Meditatio ſiquidẽ, parit ſcientiã, ſcientia cõpunctionẽ, cõpunctio deuotionẽ, deuotio cõmendat orationẽ. [a] IDEM: Cõſidera o homo, quid tibi erat, et quid tibi factũ ſit, et penſa qui tibi hoc fecit, quanto amore dignus ſit. [e] IDEM de virginitate: Virginalis integritas, F et per piã cõtinentiã ab omni cõcubitu immunitas, angelica portio eſt, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fecũditas carnis, omnis pudicitia cõiugalis. [f] IDEM de cõflictu: Auaritiæ morbus nũquã melius cõpeſcitur, niſi cũ dies mortis, ſine obliuione meditatur. [e] BASILIVS in regula: Tũc auiditate cæleſti anima flagrãs Chriſti amori copulatur, cũ in terris degẽs, de cæleſtibus et ſupernis iugiter meditatur. [g] BERNARDVS ſuper Cãtica: Quid tã efficax ad curãdũ cõſciẽtiæ vulnera, necnõ ad purgãdũ mẽtis aciẽ, quàm vulnerũ Chriſti ſedula meditatio? [h] IDEM in epiſtula: Vigilias times et ieiunia, manuũq. laborẽ: ſed hæc leuia ſũt meditãti flãmas perpetuas. Recordatio deinde tenebrarũ exterior facit non horrere ſolici-

x Greg. li. 5. Moral. c. 30. poſt med. — y Ibid. lib. 19. c. 20. poſt med. — z Idem regiſt. lib. 4. ind. 13. c. 84. — a Idẽ hom. 30. Euãg. cir. fi. — b Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 8. ſent. 2. — c Idẽ ety. lib. 2. c. 24. cir. med. — d Aug. de ſpir. et ani. c. 49. et 50. to. 3. — e Idem de Virg. ſan. c. 13. to. 6. — f Idem de confl. virt. et vit. c. 16. poſt med. to. 9. — g Ber. ſer. 62. in Cãt. poſt med. — h Idem ep. 1. ad Rob. Nepot. poſt med.

ſolicitudinem, ſi futuram cogitas de verbis otioſis diſcuſſionem, non valde diſplicebit ſilentium: flatus æternos, et ſtridor ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet et mattá et culcitrá. [a] IDEM: Iuge ſilentium et ab omni ſtrepitu ſecularium perpetua quies cogit cæleſtia meditari. [b] GLOSSA: Egredimini, *et cetera*. Non debemus in deſiderijs carnis molleſcere, et ſegnes in bono eſſe, ſed in meditatione legis et exercitio virtutum ſtrenui. AVCTOR de ſpiritu et anima: Meditatio ſiquidem parit ſcientiam. Supra in eodem. [c] IDEM: Meditatio eſt occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio, contemplatio eſt perſpicuæ veritatis iucunda admiratio. Illam itaque diuina reuelatio illuminat, vt veritatem cognoſcat: iſtá diuina inſpiratio inflammat, vt eam diligat. [*] SENECA in epiſtola: Nihil eſt tam difficile et arduum, quod humana mens non vincat, et in familiaritatem perducat aſſidua meditatio. [*] IDEM: Hoc quotidie meditare, vt poſſis æquo animo vitam relinquere.

a Ibidem ep. 78. ad Sugg. abb. ante med.
b Gl. Hier. 38.
c Auct. de ſpir. et ani. c. 32. apud Aug. to. 3.

De Aſcenſione ſpirituali. Cap. XXVII.

GREGORIVS [d] in homilijs: In cunctis, quæ agitis, radicem boni operis humilitatem tenete, nec quibus iam ſuperiores, ſed quibus adhuc inferiores eſtis aſpicite: vt dum meliora vobis exempla proponitis, ad maiora ſemper aſcendere ex humilitate valeatis. [e] IDEM in regiſtro: Tanto verius intus aſcenderem, quanto per conuallem lacrymarum foris humilius iacerem: at nunc multum me deprimit honor oneroſus. [f] ISIDORVS de Summo bono: Qui prius in actiua proficit, ad contemplationem bene aſcendit, merito enim iſta ſuſtollitur, qui in illa vtilis inuenietur. [g] BERNARDVS in epiſtola: Multo facilius reperies multos ſæculares conuerti ad bonum, quàm vnumquempiam de religioſis tranſire ad melius: rariſſima auis in terris eſt, qui de gradu quem forte in religione ſemel attigerit, vel parum aſcendat. [*] IDEM: Qui aſcenſiones in corde ſuo diſponunt, qui de virtute in virtutem eunt, videre Deum Deorum in Sion, eo facilius merentur in retributione, quo ſummo bono familiarius adhærere ſtuduerunt, puriori conuerſationis ordine. [h] IDEM: Aut aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas: ſi attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. IDEM: Ab exterioribus Supra lib. 2. de intelligentia. [i] IDEM de amore Dei: Cogitationes, intentiones, voluntates, affectiones, et omnia interiora mea, venite aſcendamus in montem, vbi Dominus videt, vel videtur. Curæ, ſolicitudines, anxietates, pœnæ, ſeruitutes, expectate me hic cum aſino corpore iſto, donec ego cú puero, ratio, ſcilicet cum intelligétia, vſque illuc properátes, reuertamur ad vos. Reuertemur enim et heu reuertemur quàm cito. [k] IDEM in ſermonibus: Scienti legem et non facienti peccatum eſt illi: propterea ſciens quia in oratione datur bona voluntas, cum videris, quæ agenda ſunt, vt conualeſcas ad agendum quæ videris, aſcende tu ad orationem, ora inſtanter, ora perſeueranter. [l] IDEM: Sub te ſit appetitus tuus, et tu domineris illius. Nam vt in cælum aſcédas, prius neceſſe eſt leuare te ſuper te, carnalia calcando deſideria, quæ in te militant aduerſum te. [m] IDEM: Perſeuerate in diſciplina quá ſuſcepiſtis, vt per humilitaté ad ſublimitaté aſcendatis: quia hęc eſt via, et nó eſt alia præter ipſam, qui aliter vadit, cadit potius quàm aſcédit, quia ſola eſt humilitas quæ exaltat, ſola quæ ducit ad vitá. [n] AVCTOR de ſpiritu et anima: Quia bona exteriora diu ſtare [illegible] poſſunt, iuſſus eſt homo, ab exterioribus ad interiora redire, et ab interioribus: ad ſuperiora aſcédere: tantæ enim dignitatis eſt humana códitio, vt nullú bonú præter ſummú ei ſufficere poſſit. [o] IDEM: Qui interius intrás, et intrinſecus penetrans, ſeipſum tranſcendit, ille veraciter ad Deú aſcédit. [p] ANSELMVS de ſimilitudinibus: Tria neceſſaria ſunt aſcédenti, innocentia, beneficium, prælatio. Innocentia

d Greg. homil. 7. in Euang. in ſi.
e Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 125. ante med.
f Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 15. ſen. 8.
g Bern. ep. 96.
h Ibid. ep. 91. poſt med.
i Idem de amore Dei c. 1. ſ prin.
k Id. ſer. 4. in Aſcéſ. Dom. poſt med.
l Ibid. paulo poſt.
m Ibid ſer. 2. poſt med.
n Auct. de ſpir. et ani. c. 14. circa med. apud Aug. to. 3.
o Ibidem poſt med.
p Anſel. de ſimil. c. 116.

A talis eſſe debet, vt nulli noceat: beneficium, vt omnibus, proſit: prælatio, vt ſe omnibus inferiorem iudicet. Vnde Apoſtolus: In humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes. Hæc tria debet vnuſquiſque alijs impendere, et nihil horum ſibi fieri, ex debito exigere. [q] IDEM: Alterius virtutem non vitium, ſuumq. vitiú non virtutem attendere debet, quiſquis ad culmen humilitatis aſcendere ſtudet.

q Ibidem c. 110.

De Contemplatione. Cap. XXIIX.

B GREGORIVS [r] ſuper Ezechielem: Contemplatiua vita eſt, charitatem quidem Dei et proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quieſcere, ſoli deſiderio conditoris inhærere: vt nihil iam agere libeat, ſed calcatis curis omnibus ad videndam faciem ſui creatoris animus inardeſcat, ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totisq. deſiderijs appetere illis hymnidicis: Angelorum choris intereſſe, admiſceri cæleſtibus ciuibus, de æterna in conſpectu Dei incorruptione gaudere. [ſ] IDEM: Primus contemplationis gradus eſt, vt mens ſe ad ſe colligat. Secundus vt videat, qualis eſt collecta. Tertius vt
C ſuper ſemetipſam ſurgat, ac ſe contemplationi auctoris inuiſibilis intendendo ſubijciat. Sed ſe ad ſe nullo modo colligit, niſi prius didicerit, terrenarum atque cæleſtium imaginum phantaſmata ab oculis mentis compeſcere, quidquid de viſu, quidquid de auditu, quidquid de odoratu, quidquid de tactu et guſtu corporeo, cogitationi eius occurrerit, reſpuere, atque calcare, et ſe talem quærat intus, qualis ſine illis eſt. ISIDORVS: Sancti viri fundinis. Supra de religioſis bonis lib. 1. [t] BERNARDVS de conſideratione: Poteſt contemplatio diffiniri, verus intuitus animi de quacumque re, ſeu apprehenſio veri non dubia. [u] IDEM:
D Contemplationis ſpecies quattuor ſunt. Prima et maxima contemplatio, eſt admiratio diuinæ maieſtatis. Hæc requirit cor purgatum, vt a vitijs liberum, atque exoneratum peccatis facile ad ſuperna leuet, interdú quoque per aliquas morulas, ſtupore, et ecſtaſi ſuſpenſum teneat admirátem. Secunda autem neceſſaria eſt huic. Eſt enim intuens iudicia Dei, quo ſane pauido aſpectu dum vehementius concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ſapientiam, humilitatem ſeruat Virtutum ſiquidem bonum quoddam, et ſtabile fundamentum, humilitas nempe, ſi nutet, illa virtutum aggregatio, non niſi ruina eſt. Tertia contem-
E platio, occupatur vel potius ociatur circa memoriam beneficiorum: et ne dimittat ingratum, ſolicitat amantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit propheta: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Quarta, quæ retro ſunt obliuiſcens in ſola requieſcit expectatione promiſſorum, quæ cum ſit meditatio æternitatis, ſiquidem, quæ promittuntur æterna ſunt, longanimitatem animi, et perſeuerantiæ dat vigorem. Puto iam facile eſt, quattuor noſtra hæc illis quattuor Apoſtoli aſſignare, dum longitudinem comprehendit meditatio promiſſorum: latitudinem, recordatio beneficiorum: ſublimitatem, contemplatio maieſtatis: profundum, inſpectio iudiciorum.
F [*] IDEM in meditationibus: Viſcus contemplationis eſt amor poſſeſſionum, affectus cognationis, cupiditas honoris, et voluptas carnis, quibus anima inuiſcatur, et irretitur, vt non pennis contemplationis per plateas ſupernæ Sion diſcurrere poſſit. [x] IDEM ſuper Cantica: Excedente anima, etſi non vita certe vitæ ſenſu, neceſſe eſt etiam vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Quis ergo dabit mihi pennas ſicut columbæ, et volabo et requieſcam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadá laqueos mortis. [y] SENECA in epiſtola: Quantum potes propera, quod diutius frui emendato animo et compoſito poſſis: frueris quidem

r Greg. in Ezec. hom. 14. cir. med.
ſ Ibidem hom. 17. ante med.
t Bern. de conſid. ad Eug. lib. 2. ante med.
u Ibid. lib. 5. prope ſi.
x Id. ſer. 52. in Cát. cir. med.
y Sen. ep. 4 in prin.

dum emendas etiam dum componas, alia tamen illa voluptas eſt, quæ percipitur a contemplatione mentis, ab omni labe puræ et ſplendidæ. [a] IDEM: Subſilire in cælum ex angulo licet, exſurge modo, et te quoque dignum Deo finges, et non auro, non argento: non poteſt ex hac materia, imago Dei exprimi ſimilis.

a Ibid. ep. 31. prope fi.

De Guſtu. Cap. XXIX.

GREGORIVS [b] in Moralibus: Superiora amare, iam ſurſum ire eſt: dumq. magno deſiderio, mens ad cæleſtia inhiat, miro modo hoc ipſum, quod accipere quærit, deguſtat. [c] IDEM ſuper Ezechielem: Dulce eſt eſſe in rebus humanis, ſed ei qui adhuc de cæleſtibus gaudia nulla guſtauit: quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in temporalibus requieſcit. [d] IDEM: Si quis iam cordis ore guſtauerit, quæ ſit illa dulcedo cæleſtium præmiorū, qui illi hymnidici chori angelorum, quæ incomprehenſibilis viſio Trinitatis: huic quanto illud dulce fit, quod intus videt, tanto in amaritudinem vertitur omne, quod foris ſuſtinet. [e] IDEM: Contemplatiua, maior eſt, quàm actiua: quia hæc in vſu præſentis operis laborat, illa vero ſapore intimo venturam iam requiem deguſtat. * AVGVSTINVS in ſermone: Cetera creatura vileſcat, vt creator in corde dulceſcat. * IDEM de meditationibus: Fac precor me Domine guſtare per amorem, quod guſto per agnitionem: ſentiam, per affectum, quod ſentio per intellectum: plus tibi debeo, quàm meipſum totum. Sed nec plus habeo, ſed nec hoc ipſum per me totum poſſum reddere: trahe Domine in amorem tuum vel hoc ipſum quod ſum. * IDEM de vera religione: Quamdiu ſumus in corpore, et peregrinamur a Domino, guſtemus ſaltem quàm ſuauis eſt Dominus, qui dedit nobis pignus ſpiritus, in quo ſentiamus eius dulcedinē, et deſideremus ipſum vitæ fontem: vbi ſobria ebrietate inundemur, et irrigemur, ſicut lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. IDEM: Tu qui veram. Supra de tranquillitate. * AVCTOR de ſpiritu, et anima. Hæc eſt requies cordis noſtri, cum in Dei amore, per deſiderium figitur: hæc eſt vita cordis noſtri, cum Deum ſuum contemplatur, et ipſa ſua contemplatione ſuauiter reficitur. [f] IDEM: Anima prius ſanatur, ſanata introducitur, introducta reficitur. [g] IDEM: Mentis viſio eſt intelligentia, guſtus ſapientia: illa contemplatur, iſta delectatur. [h] BERNARDVS de duodecim gradibus: Primus cibus eſt humilitatis purgatorius cum amaritudine. Secundus charitatis conſolatorius cum dulcedine. Tertius contemplationis ſolidus cum fortitudine. [i] IDEM de diligendo Deo: Ex occaſione frequentium neceſſitatum, crebris neceſſe eſt interpellationibus Deum ab homine frequentari, frequentando guſtari, guſtando probari, quoniam ſuauis eſt Dominus. [k] IDEM de amore Dei: Stans in domo ſolitudinis, quaſi onager ſolitarius, et habitaculum habens in terra ſalſuginis, et attrahens ventum amoris mei, os meum aperio ad te Domine, et attraho ſpiritum. Et nonnumquam Domine, quaſi clauſis oculis, ad te inhianti mittis mihi in os cordis, quod non licet mihi ſcire quid ſit. Saporem quidem ſentio, dulcedinem adeo confortantem, vt ſi perficeretur in me, nihil vltra quærerem. [l] IDEM ſuper Cantica: Si quem forte noſtrum aliqua hora ſic rapi et ſic abſcondi contigerit, vt minime auocet, aut perturbet, aut ſenſus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel certe ea quæ difficilius amouentur irruentia imaginationum corporearum phantaſmata, poterit quidem hic, cum ad nos redierit gloriari, et dicere: Introduxit me rex, in cubiculum ſuum. [m] IDEM: A mandatis tuis intellexi, inquit, vt ſcias, niſi obedientiæ mandatorum contemplationis guſtū, penitus non deberi. Non ergo putes, de proprio amore quietis, ſanctæ obedientiæ actibus, ſeniorumve tra-

b Greg. lib. 15. Moral. c. 27. in fi.
c Idem in Ezec. hom. 10. longe poſt med.
d Ibidem.
e Ibid. homil. 9. lōge ante med.
f Auct. de ſpir. et ani. c. 20. circa med. apud Aug. to. 3.
g Ibid. c. 11 ante med.
h Bern. de 12. grad. humil. ant. med.
i Idē trac. de diligen. Deo poſt med.
k Idem de amore Dei. c. 9. circa med.
l Idem ſer. 23. in Cāt. ver. fi.
m Ibidem ſer. 46. an. med.

A ditionibus præiudicium vllatenus faciendum. [n] IDEM in epiſtola: Funes ceciderunt mihi in præclaris, cæleſtiſq. hereditas præclara eſt mihi, et terrena adulatur promiſſio, blanditur cōſolatio carnis: guſtato ſpiritu, neceſſe eſt deſipere carnem: affectanti cæleſtia, terrena non ſapiunt: æternis inhianti, faſtidio ſunt tranſitoria. [o] IDEM in ſermone: Beati qui lugent, quoniā ipſi conſolabuntur. Quid aliud eſt hæc conſolatio, quàm procedens de ſpe veniæ gratia deuotionis, et ſuauiſſima delectatio boni, et guſtus ſapientiæ licet exiguus, quibus interim benignus Dominus afflictam refrigerat animam. At guſtus ille nihil aliud eſt quàm irrita- B mentum deſiderij, et incentiuum amoris, ſicut ſcriptū eſt: Qui edunt me, adhuc eſurient, *etcet.* IDEM: Vbi ſane in ſpirituali. Supra de proficientibus lib. 1. [p] SENECA in epiſtola: Tūc animus noſter habebit, quo gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris in quibus volutatur, nō tenui viſu clara proſpexerit, ſed totum diē admiſerit, et redditus cælo ſuo fuerit: cum receperit locum, quem occupauit ſorte naſcendi ſurſum, illum vocant initia ſua, erit autem illic etiam antequam hac cuſtodia exſoluatur, cum vitia deuicerit, purusq. ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. * IDEM: Philoſophia animum a terrenis admittit ad diuina, hæc C libertas eius eſt, hæc euagatio ſubducit interim ſe cuſtodiæ in qua tenetur, et cælo reficitur.

n Idem ep. 111. poſt med.
o Idem ſer. 1. in feſto omn. Sanct. poſt med.
p Sene. ep. 79. poſt med.

De Conſolatione. Cap. XXX.

GREGORIVS [q] in regiſtro: In ſumma tribulatione poſitus, ſola eſt conſolatio miſericordia creatoris. [r] IDEM: In Dei cauſis occupatus, conſolatione fulciri debet, non amaritudine deprimi. [s] IDEM: Eſt mihi bone vir hoc ex Dei munere in magna conſolatione, quòd opus ſanctum, quod in me non habeo, diligo in te. [t] IDEM: Facilis erit conſolatio, ſi inter fla- D gella, quæq. patimur, quæq. fecimus, ad memoriā delicta reuocemus, atque hæc non flagella, ſed dona cognoſcimus. * IDEM de quodā Epiſcopo: Valde cōtriſtabar, quòd de illo quædā ſuperba cognoueram, ſed quia mores ſuos ipſe correxit, meā triſtitiā, ſimul meipſum vincendo conſolatus ſum. [u] IDEM in Moralibus: Magna conſolatio in rerū amiſſione eſt, illa tēpora ad mentem reducere, quibus nos contigit, res, quas perdidimus, nō habuiſſe. [x] IDEM: Magna eſt conſolatio in eo quod diſplicet, quòd illo ordinante erga nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. [y] IDEM: Laborantē conſolari, eſt pariter in labore perſiſtere: quia ſubleua- E tio laboris eſt viſio collaborantis. [z] IDEM: Minus tētat probatio, quàm remuneratio conſolatur. IDEM: Grauis mœror. Infra de dolore. [a] IDEM: Feſtina cōſolatio bonorū, eſt conſideratio finis malorum: quia dum ex eorum interitu conſpiciunt malū, quod euadunt, leue æſtimāt, quidquid in hac vita patiuntur aduerſum. [b] IDEM in paſtorali: Non flendo flere, eſt ſic exteriora aduerſa plangere, vt tamen mens nouerit de æternæ ſpei cōſolatione gaudere. [c] ISIDORVS de Summo bono: Qui vitæ futuræ præmia diligenter excogitat, mala omnia vitæ præſentis æquanimiter portat, quoniā ex illius dulcedine, huius amaritudinem tem- F perat. [d] IDEM in ſynonymis: Intende miſerias eorū, quibus acerbe aliquid accidit: dū aliena pericula memoras, mitius tua portas, aliorū enim exempla dolorē reuelant alienis malis facilius conſolatur homo. [e] AMBROSIVS de viduis: Paratus mœſtitudini animi fletus oculorum miſeriā conciliat, laborē minuit, dolorē alleuiat, pudorē ſeruat, nec iam miſeria ſibi videtur, quæ conſolationē in lacrymis habet. [f] BERNARDVS ſuper Qui habitat: In quo horū omniū ſperas ſolatij aliquid, vel auxilij inuenire? Si quæras intra te, aruit cor meum, et obliuioni datum te reperis tāquam mortuum a corde: ſi infra te, corpus quod corrūpitur aggrauat animā: ſi circa te, terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantē. Quære ergo ſupra te, ſed cautus

q Greg. regiſt. lib. 9. ind. 3. c. 31.
r Ibid. lib. 12. ind. 7. c. 30. circa med.
s Ibid. li. 9. ind. 2. c. 125. non lōge a prin.
t Ibidem. cir. fi.
u Idem li. 2. Moral. c. 12.
x Ibidem c. 13.
y Ibid. lib. 5. c. 3. non lōge a prin.
z Ibid. lib. 33. c. 8.
a Ibid. lib. 21. c. 4. in prin.
b Idē Paſt. cu. p. 3. c. 1. admon. 28. ante med.
c Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 62. ſen. 5.
d Idem in ſynon. c. 1. an. med.
e Amb. de viduis an. med. to. 4.
f Ber. ſer. 16. in pſal. Qui habitat poſt med.

a Idem declamat. ſuper Ecce nos, poſt med.
b Idẽ ſer. de quadra. debet ante med.

tus eſto, ventoſa agmina tranſilire. [a] Idem de contẽptu: Pretioſa diuina cõſolatio eſt, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. [b] Idem in ſermonibus: Mentior, quod ad conſolationẽ veſtram dico, ſi nõ ex manibus huius peccatoris, monachorum nouitiorũ, et conuerſorum, animæ ad cælorũ gaudia volauerunt, tam liberæ, quam liberatæ de carcere noſtræ mortalitatis. Idem: Beati, qui lugent. Supra de guſtu.

De Regratiatione. Cap. XXXI.

c Greg. regiſt. lib. 9. ind. 3. c. 30.
d Ibid. lib. 9. ind. 4. c. 48.
e Aug. enchir. ad Laurent. c. 94. to. 3.
f Idem ep. 188. ad Vital. Cart. verſ. fi. to. 2.
g Idem ep. ad Boniſ. quæ eſt prima ex 21. in fin. to. 2. poſitis.
h Idem confeſſ. lib. 1. c. 1. to. 1.
i Idem de ſpir. et lit. c. 13. to. 3
k Idem de cathechiz. rudib. c. 18. circa med. to. 4.
l Hieron. ep. 14. ad Manr. fil. non longe a fi. to. 9.
m Ber. ſer. 47. in Cãt. prope fi.
n Ibid paulo ante.
o Ibid. ſer. 52. poſt med.

GREGORIVS [c] in regiſtro: Rectæ mentis eſt, Deũ non ſolum in proſperis benedicere, ſed etiam in aduerſitatibus collaudare. [d] Idem ad epiſcopum exponentem grammaticam: In vno ſe ore, cum Iouis laudibus Chriſti laudes non capiunt. [e] Avgvstinvs in enchiridione: Miſericordiam, et iudiciũ cantabo tibi Domine, quia niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, et niſi per debitum iudicium nemo condemnatur. [*] Idem de verbis Domini: Felix ſit mundus, euertatur mundus, benedicam Dominum, qui fecit mundum: ſecundum carnem bene ſit, ſecundum carnem male ſit, benedicam Dominum in omni tempore. Idem: Hæc in vnoquoque. Supra li. 2. de iuſtitia. [f] Idem in epiſtola: Qui eſt orandus vt faciat, illi eſt actio gratiarum reddenda, cum fecerit. [g] Idem: Ex his quæ habes, gratias age Deo tãquam fonti bonitatis, vnde habes: atque in omnibus bonis actibus tuis illi da claritatem, tibi autem humilitatem. [h] Idem de confeſſionibus: Tu Domine excitas, vt laudare te delectet, quia feciſti nos ad te, et inquietũ eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. [i] Idem de ſpiritu, et littera: Illa eſt ſapientia quæ pietas vocatur, qua colitur pater luminum: a quo eſt omne datum optimum, et omne donum perfectum: colitur autem ſacrificio laudis actioniſq. gratiarum, et cultor eius non in ſemetipſo, ſed in illo glorietur. [*] Idem de meditationibus: Gratias agamus de acceptis, et quod nõdum accepimus, eo ipſo quòd de acceptis ingrati non ſumus, nos accepturos eſſe cõfidamus. [k] Idem de cathechizandis rudibus: Quidquid homo fecerit, laudabilem in ſuis factis inuenit Deum. Si recte egerit, laudabilem inuenit per iuſtitiam præmiorũ: ſi peccauerit, laudabilem: inuenit per iuſtitiam ſuppliciorum ſi peccata confeſſus ad recte viuendum redierit, laudabilem inuenit per miſericordiam indulgentiarum. [l] Hieronymvs in epiſtola: Cum pſalmum dicis, cuius verba loqueris, agnoſce: et in compunctione magis animi, quàm in tinnulæ vocis dulcedine delectare: lacrymas pſallentis Deus magis, quàm vocis gratiam comprobat. [*] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Glorificemus Deum, et per fidem, et per opera: nulla enim vtilitas nobis in ſalutem dogmatum ſanorum, corrupta nobis vita. [*] Idem: Rapuit ille, gratias egiſti tu pro iniuſtitia? et glorificaſti Deum, et finitas per gratiarum actiones multas fructificaſti mercedes. [m] Bernardvs ſuper Cantica: Nil aliud dũ pſallitis, quàm quod pſallitis cogitetis, nec ſolas dico vitandas cogitationes vanas et ocioſas, vitandæ ſunt et illæ dumtaxat, illa hora, et illo loco, quas officiales fratres, pro cõmuni neceſſitate, quaſi neceſſario frequenter admittere compelluntur: ſed ne illa quidem profecto recipere conſuluerim, quæ forte paulo ante in codicibus legeratis. [n] Idem: Moneo vos dilectiſſimi, pure, ac ſtrenue diuinis intereſſe laudibus, ſtrenue quidem vt ſicut reuerẽter, ita et alacriter Domino aſſiſtatis non pigri, nõ ſomnolenti, non oſcitãtes, non parcẽtes vocibus, nõ prædicentes, verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis et remiſſis vocibus, muliebre quiddam balba de nare ſonantes, ſed virili, vt dignum eſt, ſonitu, et affectu voces ſancti Spiritus depromentes. [o] Idem: Diſce in referendo gratias, non eſſe tardus, aut ſegnis diſce ad ſingula: dona gratias agere: diligenter, inquit, conſidera, quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona, debita gratiarũ actione fruſtrentur, non grãdia, nõ mediocria, non puſilla, denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant. [p] Idem: Omnis de bonis multiformis gratiæ apparẽtis in vobis, referatur ad ipſum laus, laudabiliũ ſiquidem vniuerſorum auctorem et largitorem, idq. non ficte, quẽadmodum ab hypocritis, nec ſola cõſuetudine ſicut a ſecularibus, ſed nec neceſſitate quidẽ, vt iumenta ferendis oneribus applicantur: ſed ſicut decet ſanctos, ſinceritate fida, deuotione ſolicita, hilaritate grata, nõ tamen diſſoluta. [q] Idem: Immolantes hoſtias laudis, et reddentes vota noſtra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere ſenſum vſui, affectũ ſenſui, exultationẽ affectui, grauitatẽ exultationi, humilitatẽ grauitati, libertatẽ humilitati, quo interim liberis purgatæ mentis paſſibus procedamus, et excedamus per inuſitatas quaſdã affectiones, ſpiritales lætitias, inuiſibiles amænitates, in lumine Dei, in ſuauitate, in Spiritu ſancto. [*] Idem: In quotidianis exercitijs et bellis, quæ nulla hora pie in Chriſto viuentibus deſunt, a carne, a mundo, a diabolo, ſicut militiam vitã hominis eſſe ſuper terrã, inceſſanter experimini in vobiſmetipſis, quotidiana neceſſe eſt cantica pro aſſecutis victorijs immolari. [*] Idem in ſermonibus: Non tantũ verbo et lingua, ſed opere et veritate, exhibeamus nos nõ ingratos: nõ enim gratiarũ dictionẽ, ſed gratiarũ actionẽ exigit a nobis Dominus Deus noſter. [r] Idem: Oportet hominẽ gratioſum, et deuotum eſſe: quia libenter dona multiplicantur, ſi priora bene ſalua videntur.

p Ibidem ſer. 13. poſt med.
q Ibidem conſeq.
r Idẽ ſer. 2. de Euãg. 7. panum ante med.

De Lectione. Cap. XXXII.

ſ Greg. regiſt. lib. 2. ind. 10. c. 37. circa med.
t Ibid. li. 9. ind. 2. c. 109.
u Idem li. 2. Mor. c. 1. in prin.
x Ibidem.
y Ibid. lib. 20. c. 8. poſt med.
z Ibid. li. 3. c. 10. fere in prin.
a Amb. de off. lib. 1. c. 19. verſ. fi. to. 4.
b Hiero. in Ionam c. 3. to. 5.
c Idem ad Ruſtic. ep. 4. cir. med. to. 1.
d Ibid. ep. 7. ad Latam poſt med. to. eod.
e Iſid. de ſum. bo. li. 3. c. 10. ſent. 2
f Ibid. li. 3 c. 8. ſent. 4

GREGORIVS [ſ] in regiſtro: Si ad conſolationem noſtram ſacra ſcriptura parata eſt, tãto magis debemus legere, quanto nos conſpicimus ſub tribulationum faſce laſſari. [t] Idem: Idcirco pictura in Eccleſijs adhibetur, vt hi, qui litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. [u] Idem: Stude quæſo. Supra de meditatione. Idem in Moralibus: Scriptura ſacra mentis oculis, quaſi quoddam ſpeculũ opponitur, vt interna noſtra facies in ipſa videatur. Ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quantum proficimus: ibi docemur a profectu quàm lõge diſtamus. [x] Idem: Scriptura narrat geſta ſanctorum, et ad imitationem prouocat corda infirmorum, dumq. illorum victricia facta commemorat, contra vitiorum prælia debilia noſtra confirmat. [y] Idem: Quaſi quædam fit lectio mentis noſtræ, ſpecies cõſiderata creaturæ. [z] Idem: Plerumque res, quælibet per hiſtoriam virtus eſt, per ſignificationẽ, culpa. [a] Ambrosivs de officijs: Cur non illa tẽpora, quibus ab eccleſia vacas, lectioni impẽdas? cur non Chriſtũ reuiſas, Chriſtum alloquaris, Chriſtum audias? illum alloquimur cum oramus, illum audiamus, cũ diuina legimus oracula. [*] Idem in Hexaemeron: Scriptura diuina ſalutẽ ſuggerit, vitæ odorem fragrat, vt ſuauitatẽ legens capias, non præcipitij crimen incurras. Idem: Non mediocre. Supra lib. 3. de ſtultiloquio. [b] Hieronymvs in originali ſuper Ionã: Difficile homines potentes et nobiles, et diuites, et multo his difficilius eloquentes credunt Deo: obcæcatur enim mens eorũ diuitijs et opibus atque luxuria, et circũdati diuitijs non poſſunt videre virtutes ſimplicitatẽq. ſcripturæ. [c] Idem in epiſtola: Ama ſciẽtiam ſcripturarũ, et carnis vitia non amabis. [d] Idem: Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio, et breue videbitur omne tẽpus, quod tantis dierũ varietatibus occupatur. [e] Isidorvs de Sũmo bono: Sanctarum ſcripturarũ altitudo quaſi mõtes paſcuæ ſunt, ad quos dũ quiſque iuſtorũ conſcẽderit, paſcuæ indeficientis refectionẽ inueniſſe ſe gaudebit. [f] Idem: Geminum confert bonũ ſanctarum lectio ſcripturarum, ſiue quia intellectum mentis erudit, ſiue quia a mundi vanitatibus abſtractum hominem, ad amorem Dei perdu-

eit. [a] ISIDORVS in ſynonymis: Lectio docet quid caueas, lectio oſtendit quo tendas, lectione ſenſus augetur, et intellectus. [b] AVGVSTINVS in epiſtolis: Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Non propterea datæ ſunt ſcripturæ, vt in libris eas habeamus ſolum, ſed vt in cordibus conglutinemus eas. [*] IDEM: Si turpiloquium ſordidat, et dæmones vocat: manifeſtum eſt, quoniam ſpiritualis lectio ſanctificat, et ſpiritus affert gratiam, diuinæ enim ſunt incarnationes ſcripturæ. [c] BERNARDVS ſuper Cantica: Ante carnem diſciplinæ ſtudijs edomitam et emancipatam ſpiritui, ante ſpretam et abiectam ſæculi pompam et ſarcinam, indigne ab impuris lectio ſacræ ſcripturæ præſumitur, quo modo nempe lux incaſſum circumfundit oculos cæcos, vel clauſos, ita animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei.

a Idem in ſynon. c. 1. prope ſi.
b Aug. ep. 3. ad voluſian. ante med. to. 2.
c Ber. ſer. 1. in Cant. an. med.

De Sapientia. Cap. XXXIII.

GREGORIVS [d] in Moralibus: Neque hoc eſt ſapere quod intelligere, quia multi æterna quidem ſapiunt, ſed hæc intelligere nequaquam poſſunt. [e] IDEM in regiſtro: Sapienter illicita ſuperat, qui didicerit etiam non vti conceſſis. [f] AVGVSTINVS de libero arbitrio: Nemo ſine ſapientia beatus eſt: nemo enim beatus eſt niſi ſummo bono, quod in ea veritate, quam ſapiẽtiam vocamus, cernitur, et tenetur. IDEM: Væ, qui derelinquunt. Supra lib. 3. de ſapientia. [*] IDEM de ordine diſciplinæ: Quiſquis omnem philoſophiam fugiendã putat, nihil nos vult aliud, quàm non amare ſapientiam. [*] IDEM: Duplex eſt via quam ſequimur, cũ rerum nos obſcuritas mouet, aut ratione, aut certe auctoritate, philoſophia rationem promittit. [*] IDEM: Tria ſunt genera rerum in quibus rationabile apparet, vnum eſt in factis ad aliquem finem relatis, alterum in diſcendo, tertium in delectando. Primum nos admonet, nihil temere facere. Secundum recte docere. Vltimum beate contemplari. [g] IDEM de ciuitate Dei: Non eſt vera ſapientia, quæ intentionem ſuam, in his quæ prudenter, diſcernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, iuſteq. diſtribuit, non ad illum dirigit finem, vbi erit Deus omnia in omnibus, æternitate certa, et pace perfecta. [h] ISIDORVS in etymologijs: Sapiens dictus eſt a ſapore, quia ſicut aptus eſt guſtus ad diſcretionem ſaporis ciborum, ſic ſapiens, ad dinoſcentiam rerum atque cauſarum, quo vnumquodque dinoſcat, atque ſenſo veritatis diſcernat. [i] IDEM de Summo bono: Nullus ſapientiam Dei plene recipit, niſi qui ſe ab omnium abſtrahere actionum cura contendit. [k] AMBROSIVS in epiſtola: Nihil peccare, ſolius Dei eſt: ſapientis eſt, et corrigere erratum, et pœnitentiam agere peccati. [l] IDEM: Sola eſt ſapientia libera, quæ diuinibus pauperes præfecit, et quæ ſeruos proprijs fenerari Dominus facit. IDEM: Sapiens non metu. Supra lib. 3. de affectionibus. [*] IDEM: Ille vere ſapit, cuius animus in Chriſto eſt, et cuius interior oculus erigitur ad ſuperna. [m] BERNARDVS de conſideratione: Quid prodeſt ſi vniuerſum mundum lucreris, te vnum perdens? etſi ſapiens alijs ſis, deeſt tibi ſapientia ſi tibi non fueris. [n] IDEM ſuper Cantica: Neſcitis, quia angelus ſatanæ multoties transfigurat ſe in angelum lucis? Sapientia eſt Deus, et vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed et ſapienter. [o] SENECA in epiſtola: Sapiens videbit vbi victurus ſit, cum quibus, quo, quid acturus, cogitat ſemper qualis vita, nõ quanta ſit. [p] IDEM: Sapiens omnia examinabit ſecũ, quid acceperit, a quo, quãtum, vbi, quemadmodũ.

d Greg. li. 1. Moral. c. 16.
e Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 39
f Aug. de lib. arbit. li. 2. c. 9. cir. med. to. 1.
g Idem de ciu. Dei. li. 19. c. 20. to. 5.
h Iſid. ety. lib. 10. verbo ſapiens.
i Idem de ſum. bo. li. 2 c. 1. ſent. 6.
k Amb. ad nec. in Leu. ad Simplic. ante med. to. 1.
l Idẽ trac. in pſ. 104. ad eumd. ante med. to. 2.
m Ber. de conſid. li. 2. ante med.
n Idẽ ſer. 19. in Cãt. prope ſi.
o Sene. ep. 70. ante med.
p Ibid. ep. 91. ante med.

[q] IDEM: Sapiens bonorum rector, eſt malorum victor. [r] IDEM: Facere docet philoſophia, non dicere, et hoc exigit, vt ad legem ſuam quiſque viuat, ne orationi vita diſſentiat. [s] IDEM: Rogo atque hortor, vt philoſophiam in præcordia ima demittas, et experimentum profectus tui capias, nõ oratione, nec ſcripto, ſed animi firmitate, cupiditatum diminutione, verba rebus proba. [t] IDEM: Affectator ſapientiæ adhæret quidem in corpore ſuo, ſed optima ſui parte abeſt, et cogitationes ſuas ad ſublimia intendit. [*] IDEM: Ad philoſophiam te confer ſi vis ſaluus eſſe, ſi ſecurus, ſi beatus; denique ſi vis eſſe, quod maximum eſt, liber. [u] IDEM: Non eſt philoſophia popularæ artificium, nec oſtentatione paratum, nec in verbis, ſed in rebus eſt, nec ad hoc adhibetur vt cum aliqua oblectatione conſumatur dies, vt dematur otio nauſea: animum format et fabricat, vitam diſponit, actiones regit, agenda et omittenda demonſtrat.

q Ibid. ep. 85. non ſi.
r Ibid. ep. 20. circa prin.
ſ Ibidem.
t Ibid. ep. 65. poſt med.
u Ibid. ep. 16. ante med.

De Doctrina. Cap. XXXIV.

GREGORIVS [x] ſuper Ezechielem: Quiſquis expoſitor in explanatione ſacri eloquij, vt fortaſſe auditoribus placeat, aliquid mentiendo componit, ſua et non Dei verba loquitur, ſi tamen placendi, vel ſeducendi ſtudio mentiatur. Nam ſi in verbis Dominicis virtutem requirens, ipſe aliter quàm is, per quẽ prolata ſunt, ſenſerit, etiam ſi ſub intellectu alio ædificationem charitatis requirat, Domini ſunt verba quę narrat: quia ad hoc ſolum Deus per totam nobis ſacrã ſcripturam loquitur, vt nos ad ſuum et proximi amorem trahat. [y] IDEM: Penſare debet doctor, quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, et quantum loquatur. Si enim vnum horum defuerit, locutio apta non erit. [z] IDEM: Loqui de Deo, quietæ valde et liberæ mentis eſt. Tunc namque bene dirigitur lingua in ſermone, cum ſecure ſenſus quieuerit in tranquillitate. [a] IDEM in paſtorali: Clauis apertionis eſt ſermo correctionis: quia increpando culpam detegit, quam ſæpe neſcit, ipſe etiam, qui perpetrauit. [b] IDEM in Moralibus: Qui peccatori prædicat, tanta diſpenſatione componere prædicationem debet, vt nec derelicta ſpe timorem ſubtrahat, nec ſpe ſubtracta, in ſolo eum timore derelinquat. [c] IDEM: Qui ad veræ prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt, vt cauſarum origines a ſacris paginis ſumat: vt omne, quod loquitur, ad diuinæ auctoritatis fundamentum reuocet, atque in eo ędificium ſuæ locutionis firmet. [d] IDEM in homilijs: Cum malorum peruerſitas creſcit, non ſolum frangi prædicatio non debet, ſed etiam augeri. [e] IDEM: Plus eſt verbi pabulo, victuram in perpetuum mentem reficere, quàm ventrem morituræ carnis terreno pane ſatiare. [f] IDEM: Subtili occultoq. iudicio, a quorumdam auribus prædicatio ſancta ſubtrahitur: quia ſuſcitari per gratiam non merentur. [g] IDEM in regiſtro: Lingua noſtra bonis fomentum ſit, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides hortatu ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blãdiatur, deſperatos conſoletur: vt quia doctores dicimur, viã ſalutis gradientibus oſtendamus. [h] IDEM in dialogis: Si inuiſibilia penſamus, nimirũ conſtat, quia maius eſt miraculum, prædicationis verbo, atque orationis ſolatio peccatorẽ conuertere, quàm carne mortuum reſuſcitare. [i] AVGVSTINVS de conſenſu Euãgeliſtarum: Ex euangeliorum, vniueſſa varietate verborum, rerum autem ſententiarumq. concordia ſatis apparet ſalubriter nos doceri, nihil quęrendum in verbis niſi loquentium veritatem, cui demonſtrandæ inuigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine, vel de Angelo, vel de Deo aliquid narrant. [k] IDEM de opere monachorum: Multo miſericordius operatur

x Greg. in Eze. hom. 10. ante med.
y Ibidem hom. 11. ante med.
z Ibidem homil. 11. poſt med.
a Idẽ Paſt. cu. p. 2. c. 4. et regiſt. li. 2. ind. 9. c. 24. circa med.
b Idem li. 33. Moral. c. 11. non lõge a prin.
c Ibid. lib. 18. c. 14. nõ lõge a prin.
d Idẽ hom. 18. Euãg. cir. med.
e Ibidem hom. 6. prope ſi.
f Ibid. homil. 4. non lõge a prin.
g Idem regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 111. circa med.
h Idem li. 3. Dial. c. 17. poſt med.
i Aug. de cõſen. Euãgeliſt. li. 2. c. 28. to. 4.
k Idem de oper. monach. c. 22. verſ. ſi. to. 3

operatur erga animas infirmorum, qui famæ bonæ ſeruorum Dei conſulit, quàm erga corpora egêtium, qui panem eſurientibus frangit. [a] IDEM de Trinitate: Nec trepidus ero ad proferendã ſententiam meã, in qua magis amabo inſpici a rectis, quàm timebo morderi a peruerſis. Gratanter enim ſuſcipit oculum colũbinum pulcherrima et modeſtiſſima charitas, dentem autem caninũ, vel euitat cautiſſima humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. [b] IDEM: Perſuadendum erat homini, quantum nos dilexerit Deus, et quales: quantum, ne deſperaremus: quales, ne ſuperbiremus. [c] IDEM de cathechizandis rudibus: Dilectione tibi tamquam fine propoſito quo referas omnia quæ dicis, quidquid narras, ita narra, vt ille cui loqueris audiendo credat, credendo ſperet, et ſperando amet. [d] IDEM de bono perſeuerantiæ: Facile eſt immo et vtile, vt taceatur aliquod verum, propter incapaces. [e] IDEM: Cum res vera ita ſe habet, vt fiat peior nobis eam dicentibus, illi, qui capere non poteſt, nobis autem tacentibus ille qui poteſt, quid putamus eſſe faciendum? nonne dicendum eſt potentius verum, vt qui poteſt capere capiat, quàm tacendum, vt non ſolum id ambo non capiant, verumetiam qui eſt intelligentior ipſe fiat peior, qui ſi audiret et caperet per illum plures diſcerent: quo enim eſt capacior vt diſcat, eo magis eſt idoneus, vt alios doceat. [f] IDEM: Non ſimus in diſputationibus prompti, et in orationibus pigri. [g] IDEM in epiſtola: Solicitiſſime cauendum eſt in docendo ſuperbiæ vitium, quod in diſcendo nõ ita eſt. [h] AMBROSIVS de officijs: Abſit pertinax in familiari ſermone contentio, quoties enim magis excitare inanes, quàm vtilitatis aliquid afferre ſolet diſceptatio ſiue iraſſuauitas ſine amaritudine ſit, monitio ſine aſperitate, hortatio ſine offenſione. [i] ISIDORVS in ſynonymis: Communia omnibus ſecreta paucioribus loquere, apertã cunctis, opera paucis annuncia. [i] IDEM de Summo bono: Quadrimoda eſt dicendi ratio, quia aut bene ſentiendo quid bene profertur, aut nihil ſentiendo nihil dicitur, aut parũ ſentiendo loquacitas ſola oſtentatur, aut optime ſentiendo non eleganter profertur quod dicitur. [k] HIERONYMVS in epiſtola: Docente te in eccleſia non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur: lacrymæ auditorum, laudes tuæ ſint. [l] IDEM: Prædicator continentiæ, nuptias ne conciliet. [m] BERNARDVS ſuper Cantica: En quanta prius infundenda ſunt, vt effundere audeamus, de plenitudine non de penuria largientes, primo quidem compunctio, deinde deuotio, tertio pœnitentiæ labor, quarto pietatis opus, quinto orationis ſtudium, ſexto cõtemplationis otium, ſeptimo plenitudo dilectionis. [n] IDEM: Doctrina ſpiritus nõ curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit.

a Idem de Trini. lib. 2. non longe a prin. to. 3.
b Ibid. li. 4. c. 2. circa med.
c Idem de cathechiz. rudib. c. 4. in fi. to. 4.
d Idem de bon. perſeuer. lib. 2. c. 16. ante med.
e Ibidem paulo poſt.
f Ibidem c. 24. ante med.
g Idem ep. 112. ad Florent. circa med. to. 2.
h Amb. de off. lib. 1. c. 22. to. 4.
i Iſid. de ſum. bo. li. 2 c. 29. ſent. 16.
k Hier. ep. 2. ad Nepot. vltra med. to. 1
l Ibidem.
m Bern. in Cant. ſer. 18. prope fi.

De Dignitate. Cap. XXXV.

GREGORIVS [a] in regiſtro: Ad hoc locorum gradus rationis ordo diſtinxit, et iudicia eſſe conſtituit, vt nec præpoſiti in opprimendos ſe fruſtra valeãt occupare ſubditos, nec ſubiectis, iterum contra ſuos præpoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. [o] IDEM: Ad hoc diuinæ diſpenſationis prouiſio, gradus et diuerſos conſtituit ordines eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, et potiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate connexio, et recte officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. [p] IDEM: Quia homo quod ſibi tribuunt, quo iudicio diſponatur ignorat, nec ad appetendum locum ſuperiorem procax inſiſtere, nec ad repellendum contumax debet inueniri. [p] IDEM in paſtorali: Virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus, nec coactus accedat. [q] IDEM: Cum rerum neceſſitas expoſcit, pen-

a Greg. in regiſt. lib. 7. ind. 1. c. 8.
o Ibid. li. 4. ind. 13. c. 96. in prin.
p Idẽ Paſt. cu. p. 1. c. 9.
q Ibidem prol. 1 Paſt. ad Io. epiſc. Rauen.

A ſandũ valde eſt, ad culmen quiſquis regiminis qualiter veniat: atque ad hoc rite perueniens, qualiter viuat: et bene viuens, qualiter doceat: et recte docens infirmitatem ſuam quotidie quanta conſideratione cognoſcat: ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut peruentioni vita contradicat, aut vitam doctrina deſtituat, aut doctrinam præſumptio extollat. [r] IDEM in dialogis: Vſus recte conuerſationis eſt, vt præeſſe nõ audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere. [ſ] IDEM in homilijs: Illi debent curam paſtoralem ſuſcipere, qui in ſuo corde ſciunt fluxa luxuriẽ domare: vt, cum alijs fortia prædicant, ipſi deſiderijs mollibus B enetuiter non ſuccumbant. [t] IDEM in Moralibus: Nolenti mihi atque renitenti, cum graue eſſet altaris miniſterium, etiam pondus eſt curæ paſtoralis iniunctum. [u] ISIDORVS de Summo bono: Vir eccleſiaſticus, et crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, et diſpenſationem eccleſiaſtici ordinis, ſi ex Dei voluntate prouenerit, volẽs quidem ſed humilis gubernandam ſuſcipiat. [x] BERNARDVS ſuper Cantica: Non otioſe toties repetitum eſt: Petre amas me, in commiſſione ouium. Ego quidem id ſignificatum prouide, puto, ac ſi dixiſſet illi Ieſus, C niſi teſtimonium tibi perhibente cõſcientia, quòd me ames et valde perfecte ames, hoc eſt plus quàm tua, plus quàm tuos, plus etiam quàm te, vt huius repetitionis meæ numerus impleatur, nequaquam ſuſcipies curam hanc ne intromittas de ouibus meis, pro quibus vtique meus effuſus eſt ſanguis. [y] IDEM: In prælatione opus eſt viro forti, ſpirituali, et fideli, forti ad propulſandas iniurias, ſpirituali, ad deprehendendas inſidias, fideli, qui non quæ ſua ſunt, quærat. [z] IDEM in epiſtola: In alto poſitum, non alta ſapere difficile eſt, et omnino inuſitatum, et quanto inuſitatius, tanto glorioſius.

r Idem li. 2. Dial. c. 1. poſt med.
ſ Idẽ hom. 22. I Euãg. prope fi.
t Idem ep. ad Leand. in expoſit. li. Iob. c. 1 1
u Iſid. de ſum. bo. lib. 3. c. 33. ſen. 6.
x Ber. ſer. 76. in Cãt. poſt med.
y Ibid. verſus fin.
z Idem ep. 42. poſt med.

D

De Zelo. Cap. XXXVI.

GREGORIVS [a] ſuper Ezechielem: Nullum omnipotenti Deo, tale eſt ſacrificium, quale eſt zelus animarum. IDEM: Reſtat vt ſiue. Supra libro 2. de prudentia. [b] IDEM in Moralibus: Si nulla ira ex virtute ſurgeret, diuinæ animaduerſionis impetũ Phinees per gladium non placaſſet. [c] IDEM: Aliquando neceſſe eſt, vt prauis mentibus, quæ humana prædicatione corrigi nequeunt, diuina flagella optari be- E nigne debeant. IDEM: Euenire plerumque. Supra lib. 3. de diſcordia. [d] IDEM: Si ſic proximos vt nos amare præcipimur, reſtat vt ſic eorum erratibus ſicut noſtris vitijs iraſcemur. [e] IDEM: Erga errata proximorum ſic manſuetudo zelum temperet, quatenus a iuſtitiæ ſtudio non eneruet. [f] AVGVSTINVS in epiſtola: Quid hic magis perſequitur vitam bonorum, quàm vita iniquorum? non cum cogit imitari, quod diſplicet, ſed cum cogit dolere, quod videt? Quoniã coram pio viuens impie, etſi non obligat conſentientem, cruciat ſentientem. IDEM: Pia eſt. Infra de dolore. [g] BERNARDVS ſuper Cantica: Zelum F tuum inflammet charitas, informet ſcientia, firmet conſtantia, ſit feruidus, ſit circumſpectus, ſit inuictus, nec teporem habeat, nec diſcretione careat, nec timidus ſit. [h] IDEM in epiſtola: Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum, ſeueritas numquã remiſſa, intermiſſa tamen plus proficit. [i] IDEM: Hoc vera et caſta contemplatio habet, vt mentem quanto diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo, et deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libẽtiſſime intermittat. [k] GLOSSA: Ira iuſta eſt, qua iraſcitur quis ſuis, et alienis peccatis, videns homines confitentes Deũ ore, et negantes mo-

tibus

a Greg. in Ezec. hom. 12. longe poſt med.
b Idem li. 5. Moral. c. 30. poſt med.
c Ibid. lib. 13. c. 3. in prin.
d Ibid. li. 5 c. 31. poſt med.
e Ibid. lib. 10. c. 4. cir. med.
f Aug. ep. 145. ad Sebaſt. to. 2.
g Ber. ſer. 20. in Cãt. an. med.
h Idem ep. 25. prope fin.
i Ibid. ſer. 57. poſt med.
k Gloſſ. in pſ. 30.

tribus, renunciantes ſæculo verbis et non factis, et videns fratres fratribus detrahentes, oculum dantes, et fidem non ſeruantes. [a] GLOSSA: Bonus zelus eſt feruor animi, quo mens, abiecto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur: et eo magis commendabilis, quo quælibet praua, quæ viderit corrigere ſatagit, ſi nequit tolerat, et gemit.

a Ibidem. pſ. 68.

De Solicitudine. *Cap. XXXVII.*

GREGORIVS [b] in Moralibus: Sancti viri quia breuitatem vitæ indeſinẽter aſpiciunt, quaſi quotidie morientes viuunt: et tanto ſe ſolicitius manſuris B præparant, quanto et nulla eſſe tranſitoria ex fine ſemper penſant. [c] IDEM: Mens tanto altius inter tentationum fluctus attollitur, quanto ſolicitius ab huius ſæculi cogitatione vacuatur. [d] IDEM: Magna ſolicitudine ad curam noſtræ meliorationis accingimur, quando id virtutis in alijs cernimus, quod non habemus. IDEM: Dominum tanto. Supra de diſcuſſione. [e] IDEM in regiſtro: Illa ſolicitudo præpoſitorũ vtilis eſt, illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, et furor ſibi nil vindicat. [f] IDEM: Quanto morti vicinior efficeris, tãto fieri ſolicitior atque timidior debes. [g] IDEM: Cum honoris augmento, cura quo- C que ſolicitudinis debet excreſcere. [h] IDEM: Cum cuncta negotia ſolicitudine indagandæ veritatis indigeant, tamen quæ ad deiectionem ſacerdotalium graduum ſpectant, ſunt diſtrictius trutinanda. [i] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Occupatio viriorum, ſolicitudinum, ſuggeſtionum voluptates plerũque excludit. HIERONYMVS: Grandis virtutis. Supra lib. 2. de continentia tactus. [k] BERNARDVS ſuper Cantica: Omnis cura ſanctorum, ſpreto ornatu cultuq. ſuperfluo exterioris ſui hominis, qui certe corrumpitur, omni ſe diligentia præbet, et occupat excolendo, atque decorando interiori illi, qui ad imaginẽ D Dei eſt, et renouatur de die in diem. IDEM: Omnis de bonis. Supra de regratiatione. [l] IDEM in ſermonibus: Dignum valde eſt, et omnino exigit ratio æquitatis, vt quibus a conſtitutione mundi regnum paratur, ipſi etiam ſeſe regno parare non negligant. [m] AVGVSTINVS de ordine diſciplinæ: Opera danda eſt optimis moribus, Deus enim noſter aliter nos exaudire non poterit, bene autem viuentes facillime exaudiet. [m] SENECA in epiſtola: Perſeuerandũ eſt, et aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit quod bona voluntas eſt.

b Greg. lib. 7. Mor. c. 14 poſt med.
c Ibid. lib. 10. c. 17. ante med.
d Ibid. lib. 24. c. 6. poſt med.
e Idem regiſt. lib. 2. ind. 9. c. 12.
f Ibid. li. 7 ind. 2. c. 1.
g Ibidem c. 112. poſt med.
h Ibid. li. 2 ind. 11. c. 47. in prin.
i Chryſoſ. oper. imperf. hom. 40. in Matt. ante med. to. 2.
k Ber. ſer. 25. in Cãt. poſt med.
l Idẽ ſer. de verb. Iob. In ſex tribulationibus, etc. in prin.
m Sen. ep. 16. ante med.

De Correptione. *Cap. XXXIIX.*

E

GREGORIVS [n] in Moralibus: Quiſque perpendere ſolicite ſciat, ne luctus tempore verba increpationis inferat. [o] IDEM: Quos de aperta infirmitate reprehendimus, ſupereſt, vt de occultæ fortitudinis æſtimatione vereremur. IDEM: Ex ſe debet. Supra lib. 2. de obliuione. [p] IDEM in regiſtro: Dum vnus corripitur, plurimi emendantur. Et melius eſt, vt pro multorum ſaluatione vnus condemnetur, quàm per vnius licentiam multi periclitentur. [q] IDEM: Vbi ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi F diſtricta increpatione feriendus eſt. [r] ISIDORVS de Summo bono: Sicut peccatorem conuenit argui iniuſtum ſic conuerſum exulcerari. [r] IDEM: Qui veraciter fraternam vult corripere ac ſanare infirmitatem, talem ſe præſtare fraternæ vtilitati ſtudeat, vt eum quem corripere cupit, humili corde admoneat, hoc faciens ex compaſſione quaſi communis periculi, ne forte et ipſe ſubijciatur tentationi. [s] AVGVSTINVS in enchiridione: Qui emendat verbere, in quem poteſtas datur, et coercet aliqua diſciplina, et tamen peccatum eius quo ab illo læſus, aut offenſus eſt dimittit ex corde, vel orat, vt ei dimittatur, non ſolum in eo quòd dimittit, atque orat, verũetiam in eo quòd A corripit, et aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſynam dat. Multa enim bona præſtantur inuitis, quãdo eorum conſulitur vtilitati non voluntati. IDEM ſi peccauerit. Supra lib. 3. de arguitione. [t] IDEM in epiſtola: Quantũ illi laudãdi, atque prædicandi ſunt, qui dignati nõ ſunt cum mundo etiã florente, florere: tantum increpãdi, et accuſandi ſunt, quos perire cum pereunte delectat. [u] IDEM de correptione et gratia: Corripiantur a præpoſitis ſuis ſubditi, fratres, correptionibus vtique de charitate veniẽtibus, pro culparũ diuerſitate diuerſis, vel minoribus, vel amplioribus: quia et ipſa, quæ dãnatio nominatur, quã facit epiſco- B pale iudiciũ, qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt, poteſt ſi Deus voluerit, in correctionem ſaluberrimã cedere, atque proficere. [x] IDEM de doctrina Chriſtiana: Quid locis, et tempori, et perſonis eueniat, diligenter attendendum eſt, ne temere flagitia reprehendamus. [y] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Mattheum: Omnis correptio ſimilis eſt ceteris tẽtationibus. Sicut enim omnis tentatio fideles quidẽ magis ædificat, infideles autem amplius deſtruit: ſic et omnis increpatio diſciplinæ religioſum hominem, et timentem meliorem facit, irreligioſum autem et malum conturbat, et ad deterius ire compellit. [z] BERNARDVS: Non C contemnenda increpatio iuſti, quæ ruina peccati cordis ſanitas eſt, necnon et Dei via ad animam. [a] IDEM in ſermonibus: Nemo fratres vitia palpet, peccata nemo diſſimulet, cum viderit ordinem deperire, vel minui diſciplinam. Eſt enim conſentire, ſilere cũ arguere poſſis, et ſcimus quia ſimilis pœna facientes maneat et conſentientes. [b] GLOSSA: Raro, et non ſine magna neceſſitate, obiurgationes ſunt adhibendæ, et non niſi Dei reſpectu remota ab oculo trabe, id eſt odio.

n Greg. li. 13. Mor. c. 2
o Ibid. lib. 31. c. 2. non longe a fi.
p Idem regiſt. lib. 12. ind. 7. c. 31 poſt med.
q Ibid. li. 7 ind. 2. c. 1.
r Iſid. de ſum. bo. li. 3 c. 32. ſent. 2
s Aug. Enchirid. ad Laur. c. 72. to. 3.
t Idem ep. 45. non longe a princ. to. 2.
u Idem de corrept. & grat. c. 15. in princ. to. 7.
x Idem de doct. Chriſt. lib. 3. c. 22. to. 3.
y Chryſoſ. ope. imperf. homil. 40. in Matt. ante med. to. 2
z Ber. ſup. Cant. ſer. 57. circa med.
a Idẽ ſer. in Nat. S. Io. Bap. poſt med.
b Gl. ſuper Matt. c. 7.

De Aequitate. *Cap. XXXIX.*

D GREGORIVS [c] in regiſtro: Ita vos in ea, quæ Deũ offendunt, et ad iracundiam prouocant, diſtrictos ac ſolicitos exhibete, vt ad aliorum emendationem et vindicta culpabilem feriat, et innocentem falſa opinio non affligat. [d] IDEM: Manifeſta peccata, nõ ſunt occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi, qui palã nocent: vt dum aperta obiurgatione ſanãtur, hi, qui eos imitando deliquerant, corrigãtur. [e] IDEM: Cũ increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio paſtor occidit. Hac ergo conſideratione cõpulſus, velis nolis locuturus ſum: quia omni virtute aut te cupio ſaluari, aut de tua morte me eripi. [f] IDEM: Sicut E obſtinati eſſe humilibus non debemus, ita diſtricti eſſe ſuperbis debemus. [g] IDEM: Sicut perſeueranti culpæ debetur iure vindicta, ita reſipiſcentibus eſt venia concedenda. IDEM: Summũ in regibus. Supra lib. 1. de potentibus. [h] IDEM: Boni te dulcem, praui ſentiant correctorem. In qua videlicet correctione hunc eſſe ordinem noueris obſeruandum, vt perſonam diligas, et vitia perſequaris: ne ſi aliter agere fortaſſe volueris, tranſeat in crudelitatem correctio, et perdas quos emendare, deſideras. [i] IDEM: Iuſtitiæ et rationis ordo ſuadet, vt qui ſua a ſucceſſoribus deſiderat mandata ſeruari, prædeceſſoris ſui procul- F dubio voluntatem et ſtatuta cuſtodiat. [k] IDEM: Sicut in his, qui per ignorantiam fecerunt, culpa aliquatenus toleranda eſt: ita in his fortiter inſequenda, qui non metuunt ſciendo peccare. [l] IDEM: Effectum iuſta poſtulantibus indulgere, et vigor æquitatis, et ordo exigit rationis, præſertim quando petentium voluntatem, et pietas adiuuat et veritas non relinquit. [m] IDEM: Sicut rationi contraria procul eſt abijcienda petitio, ita in his, quæ bene deſiderantur, effectum non conuenit negare. [n] IDEM: Minorem maior præcedit, ſicut honore, ita et crimine: et quẽ maior ſequitur culpa, maiori plectatur vindicta, et ſic poſtea pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. [o] IDEM: Sicut laudabile diſcretumq. eſt reueren-

c Greg. regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 63.
d Ibid. lib. 12. ind. 7. c. 31. poſt med.
e Ibid. li. 2 ind. 9. c. 3.
f Ibid. li. 7 ind. 2. c. 1 c. in fi.
g Ibid. li. 7 ind. 1. c. 12 in prin.
h Ibid. li. 9 ind. 4. c. 8.
i Ibid. li. 5 ind. 14. c. 12. cir. fi.
k Ibid. lib. 12. ind. 7. interrogation. Aug. c. 7.
l Ibid. lib. 11. ind. 6. c. 3. in prin.
m Ibid. c. 58. in prin.
n Ibid. li. 7 ind. 2. c. 15. cir. med.
o Ibid. lib. 10. ind. 5. c. 30. 5 prin.

reuerentiam et honorem debitū exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris eſt, ſi qua in eos correctione indigent, nulla diſſimulatione poſtponere: ne totum, quod abſit, incipiat corpus inuadere, ſi languor non fuerit curatus in capite. [a] IDEM: Manifeſti exceſſus, canonica ſemper moderatione premendi ſunt: vt vna res, et præteritorum correctio, et eſſe regula poſſit futurorum. [b] IDEM: Quoties contra eccleſiaſticam quid geſtum dicitur diſciplinā, ne nos ante Deum culpa ex diſſimulatione redarguat, irrequiſitum hoc relinquere non audemus. [c] IDEM: Sicut Eccleſia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet. [d] IDEM: Iurgantium controuerſias, celeri ſententia terminare, et æquitati procuſdubio conuenit, et vigori. [e] IDEM: Sicut ab alijs noſtra exigimus, ita ſingulis ſua iura ſeruemus. [f] IDEM in Moralibus: Maiora crimina, et tarde credenda ſunt, cum audiuntur, et citius punienda ſunt, cum veraciter agnoſcuntur. [g] IDEM: Superiores cum per diſciplinam alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, vt etiam ad ſuā nouerint oculos reuocare. [h] IDEM in paſtorali: Aliquando ſubiectorum vitia prudenter diſſimulanda ſunt, ſed quia diſſimulantur, indicanda: aliquādo etiam aperte cognita, mature toleranda: aliquando vero ſubtiliter et occulte perſcrutanda: aliquando leniter arguenda, aliquando et vehementer increpanda. [i] AMBROSIVS in epiſtola: Hoſtem ferire victoria eſt, reum: æquitas, innocentem: homicidium. [k] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Melior eſt animi æquitas, quàm corporis ſanitas. [l] IDEM de baptiſmo paruulorum: Hoc iuſtum eſt, vt cum mala hominum reprobamus, quæcumque in illis bona Dei, reperimus approbemus. * IDEM: Veritate manente, quod vitioſum, quod prauū, quod falſum, in vnoquoque fuerit curemus, corrigamus, emendemus, aut ſi non poſſumus, deteſtatum damnatumq vitemus. * IDEM de ouibus: Diſciplina exerceatur, iudicium non præcipitetur. IDEM: Pertinet ad innocentes. Supra de innocentia. * IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Siue inops, ſiue diues fuerit quis, non perſonas attendamus, ſed res ſcrutemur. [m] BERNARDVS in epiſtola: Si quis ſuſurro in populo diaboli ſibi aſſumens vicem, iurgia ſeminare, et pacem turbare, velle reperiatur, quemadmodum ille diſcordiæ ſemper eſt amator et auctor huic rigidæ cenſuræ remedio citius obuietur, eo quippe peſſimæ, quo intimæ peſti. [n] IDEM: Malum ſi comprimas tuum, reputabitur tibi ad gloriam: ſi alienum, ad iuſtitiam. [o] IDEM: Melius eſt vt pereat vnus, quàm vnitas.

De Quattuor affectionibus. Cap. XL.

AVGVSTINVS [p] de ciuitate Dei: Recta voluntas eſt bonus amor: et volūtas peruerſa, malus amor. Amor ergo inhians habere, quod amatur, cupiditas eſt: id autē habens, eoq. fruens, lætitia eſt: fugiēs quod ei aduerſatur, timor eſt: idq. ſi acciderit ſentiēs, triſtitia eſt proinde mala ſunt iſta ſi malus eſt: amor bona, ſi bonus. [q] IDEM: Apud nos iuxta ſcripturā ſanāq. doctrinam ciues ſanctę ciuitatis Dei, in huius vitæ peregrinatione, ſecundum Deum viuentes, metuunt, capiuntq. dolent, gaudentq. et quia rectus eſt amor eorum, iſtas omnes affectiones rectas habent. [r] IDEM de patientia: Voluntas bona ideſt voluntas Deo fideliter ſubdita, voluntas ſanctitate ſuperni amoris accenſa, voluntas, quæ diligit Deum, et proximum propter Deum, ſiue amore de quo reſpōdet Apoſtolus Petrus: Domine tu ſcis, quia amo te: ſiue timore, de quo dicit Apoſtolus: In timore et tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini: ſiue gaudio, de quo dicit idem: Spe gaudentes, in tribulatione patientes: ſiue triſtitia, qualem idem Apoſtolus ſe dicit habuiſſe magnā pro fratribus ſuis, quæcūque amara et aſpera ſufferat, charitas Dei eſt.

a Ibidem c. 33. nō longe a prin.
b Ibid li. 5 ind. 14. c. 203.
c Idem li. 2. ind. 18. c. 32.
d Ibidem ind. 10. c. 28. in prin.
e Ibidem ind. 10. c. 65. in fi.
f Idem li. 29. Moral. c. 14. cir. fi.
g Ibid. lib. 14. c. 24.
h Idē Paſt. cu. p. 2. c. 10 in prin.
i Amb. ep. li. 6. ep. 48. ante med. to. 5.
k Aug. de ciuit. Dei. li. 19. c. 13. poſt med. to. 5.
l Idem de vnico Bap. c. 2. to. 7.
m Ber. ep. 229. poſt med.
n Ibid. ep. 200. poſt med.
o Ibid. ep. 202. in fin.
p Aug. de ciu. Dei. li. 14. c. 7. poſt med. to. 5.
q Ibid. c. 9 fere in pri.
r Idem de patiens. c. 25. to. 4.

A [ſ] ISIDORVS de Summo bono: Quattuor ſunt qualitates affectionum, quibus mens iuſti tædio ſalubri compungitur, hoc eſt, memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarum pœnarum, cōſideratio peregrinationis in huius vitæ longinquitate, deſiderium ſupernæ patriæ, quo quantocius ad eam valeat peruenire. * AVCTOR de ſpiritu et anima: Habet anima affectiones, quibus exercetur ad virtutes. Dolor namque de peccatis, timor de pœnis, deſiderium de promiſſis, gaudium de præmijs, quædam exercitia ſunt virtutum. [t] IDEM: Affectus quadripartitus eſſe dinoſcitur, dum de eo quod amamus iā

B gaudemus, vel gaudendum ſperamus, et de eo quod odimus iam dolemus, vel dolendum metuimus: et ab hac concupiſcibilitate gaudium et ſpes, de iraſcibilitate dolor metus oriuntur. Qui quidem quattuor affectus animæ, omnium ſunt vitiorum, atque virtutum quaſi quædam principia, et communis materia. [u] BERNARDVS ſuper Cantica: Habent voces ſuas affectus, per quas ſe etiam cum volunt produnt, timor verbi cauſa, meticuloſas: dolor, gemebundas: amor, iocundas. [x] IDEM in ſermone, loquens de illo verbo Ioel 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro: Cōuertatur amor tuus, vt omnino nihil diligas niſi Deū,

C aut certe propter ipſum. Cōuertatur etiam ad ipſum timor tuus, quia peruerſus eſt timor omnis, quo metuis aliquid præter eum, aut non propter eum. Sic et gaudium tuum, et triſtitia æque conuertantur ad ipſum: hoc autem ita fiet, ſi non niſi ſecundum eum doleas, aut læteris. Quid enim peruerſum magis, quàm lætari, cum malefeceris, et in rebus peſſimis exultare? ſed et ea quoque, quæ ſecundum ſæculum eſt, triſtitia mortem operatur.

De Timore. Cap. XLI.

D GREGORIVS [y] in Moralibus: Iuſto timendum non eſt, ne deriſor, cum corripitur, contumelias inferat: ſed ne tractus ad odium peior fiat. [z] IDEM: Creator noſter, qui vbique totus eſt, et cernens cūcta non cernitur, tanto metuendus eſt, quanto inuiſibilis permanens, de noſtris actibus, quando et quid decernat ignoratur. [a] IDEM in homilijs: Tanto de ſe vnuſquiſque ſolicitus metuat, quanto ignorat quod reſtat. [b] AVGVSTINVS in libro de pœnitentia: Timeat anima iam corrupta, docta experimento quod ignorat virgo. [c] IDEM de coniugijs adulterinis: Si a cōiugali vinculo immunis, minus appetitur vita ſan-

E ctorum, exhorreatur pœna mœchorum, et timore ſaltem frenetur concupiſcentia, ſi non amore eligitur continentia. [d] IDEM in epiſtola: Qui gehennas metuit non peccare metuit, ſed ardere: ille autem peccare metuit, qui peccatum ipſum ſicut gehennam odit. [e] IDEM in regula: Deo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit feminæ male placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit feminæ male videri. [f] ISIDORVS in ſynonymis: Timor expellit peccatum, timor reprimit vitium, timor cautum facit hominem, atque ſolicitū: vbi timor non eſt, ibi diſſolutio vitæ eſt, vbi timor nō eſt, ibi deſperatio eſt. [g] IDEM de Summo bono: Sæ-

F pe quæ apud hominum iudicium bona patent, apud examen diligentiſſimi, et acutiſſimi iudicis, reproba deteguntur. Ideoq. omnis ſanctus veretur, ne forte bonum quod agit, pro aliqua animi intentione, in oculis Dei reprobum ſit. [h] HIERONYMVS in epiſtola: Vbi timor et tremor eſt, non ibi vocis elatio eſt, ſed animi flebilis lacrymoſa deiectio. [i] IDEM: Quando iratus fuero, et aliquid mali in meo animo cogitauero, et me nocturnum phantaſma deluſerit, baſilicas martyrum intrare non audeo: ita totus et corpore, et animo contremiſco. [k] IDEM in originali ſuper Ioelem: Nūquam tuta eſt humana fragilitas, ſed quanto virtutibus creſcimus, tanto magis timere debemus, ne de ſublimibus corruamus. [l] BERNARDVS ſuper

Cantica

ſ Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 12. ſen. 4.
t Auct. de ſpir. et ani. c. 4. ante med. apud Aug. to. 3.
u Ber. ſer. 67. in Cāt. ante med.
x Idē ſer. 2. in Quadrag. circa med.
y Greg. lib. 2. Moral. c. 24. circa med.
z Ibid. lib. 16. c. 12.
a Idē hom. 38. ſ Euāg. poſt med.
b Aug. de vera et falſa penit. c. 15. poſt med. to. 4.
c Idem de adult. coniug. lib. 2. c. 13. to. 6.
d Idem ep. 144. ad Anaſt. circa med. to. 2.
e Idem reg. 3. c. 20 to. 1.
f Iſid. in ſynon. c. 7. in prin.
g Idem de ſum. bo. li. 2 c. 27. ſent. 4
h Hieron. ep. 14. ad Maar. fil. circ. fi. to. 9
i Ibid. aduer. Vigilant. vltra med. to. 2.
k Idem ob. ment. in Ioel. c. 2. to. 5.
l Ber. ſer. 54. in Cāt. poſt med.

Cantica: Beatus homo qui ſemper pauidus eſt. Time ergo cum arriſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuerterit, et hoc eſt ſemper pauidum eſſe. IDEM: In veritate didici. Supra lib. 2. de gratia. [a] IDEM in ſermone: Primus timor eſt, ne cruciemur a gehenna. Secundus, ne excluſi a viſione Dei, priuemur tam ineſtimabili gloria. Tertius replet animam omni ſolicitudine, ne forte deſeratur a gratia. [b] IDEM: Sicut ſecuritas, vel deſidia, cauſa et mater eſt omnium delictorum, ſic timor Domini radix et cuſtos omniũ bonorum. IDEM: Heu me. Supra lib. 2. de tentatione.

a Idẽ ſer. 2. in Domi. 1. poſt oct. Epiph. poſt med.
b Ser. de donis Spir. ſancti, c. 1. poſt med.

De Dolore. Cap. XLII.

GREGORIVS [c] in regiſtro: Quanto cordi noſtro lætitiam, Eccleſiæ ordo inculpabiliter cuſtoditus infundit, tanto receſſus tædium doloris imponit. [d] IDEM: Credat mihi charitas tua, quia valde contriſtatus ſum de triſtitia tua, ac ſi in te iniuriam ipſe pertuliſſem. [e] IDEM in Moralibus: In amaritudine animæ ſunt omnes electi, quia vel punire flendo non deſinunt quæ deliquerũt, vel graui ſe mœrore afficiũt, quia longe huc a facie Conditoris proiecti, adhuc in æternæ patriæ gaudijs non ſunt. [f] IDEM: Valde affligitur anima iuſtorum, quando mali contra bonos diſtrictas ſententias intorquent, qui bene viuere ignorant, et voce ſibi iuſtitiam vendicant, quam moribus impugnant. [g] IDEM: Grauis mœror eſt, duris cordibus, infructuoſe prædicare: laborem in oſtendenda veritate ſumere, ſed nullum de conuerſione audientiũ laboris fructum inuenire. At contra, magna prædicatorum conſolatio eſt, ſubſequens profectus auditorũ. [h] IDEM: Anima ſancta intus doloris ſui gemitum tolerat: ſed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris per lacrymas emanat. [*] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Ioannem: Cum quidam peccauerimus nos, vel alij, tunc ſolum triſtari bonum eſt: cum autẽ in humanas circumſtantias inciderimus, inutilis in nobis de reliquo triſtitiæ vſus. [*] AVGVSTINVS de verbis Domini: Geme vt columba, et tunde pectus, et tundendo correptus eſto, ne videaris non conſcientiam cedere, ſed malam conſcientiam pugnis pauimentare, ſolidiorem reddere non correptiorem. [i] IDEM in epiſtola: Pia eſt iſta triſtitia, et ſi dici poteſt, beata miſeria, vitijs alienis tribulari, non implicari: mœrere, non hærere: dolore contrahi, non amore attrahi. IDEM: Quid ſic. Supra de zelo bono. [k] IDEM contra Iulianum: Mentibus amicorum ſanorum, fletum commouet riſus freneticorum. [*] IDEM in meditationibus: Da mihi Domine in hoc exilio panẽ doloris, et lacrymarum, quem eſurio ſuper omnem copiam deliciarum. [*] IDEM: Aut continui dolores cruciabunt pœnitentem vitam meam, aut æterni cruciatus vexabunt, puniendam animam meam. [l] BERNARDVS in ſermonibus: Cum cœperis triſtitia implebit cor tuum, ſed ſi perſeueraueris triſtitia tua vertetur in gaudium. [m] CASSIODORVS: Lætus et laſciuus ſpiritus obligat hominem peccato, ſed ſpiritus contribulatus eſt ſacrificium, quo peccatum ſoluitur.

c Greg. regiſt. lib. 7. ind. 1. c. 25 in prin.
d Ibid. lib. 2. ind. 10. c. 24. in prin.
e Idem li. 3. Mor. c. 9. in prin.
f Ibid. lib. 14. c. 12. nõ lõge a prin.
g Ibid. lib. 31. c. 9. poſt med.
h Ibid. li. 5 c. 7. non longe a prin.
i Aug. ep. 141. ad Sebaſt. ante med. to. 2.
k Idẽ cont. Iulian. Pelag. lib. 4. c. 3. poſt med. to. 7.
l Ber. ſer. 3. in aſcẽſ. Domi. poſt med.
m Caſſiod. expoſ. in pſ. 50. poſt med.

De Confidentia. Cap. XLIII.

GREGORIVS [n] in Moralibus: Tanto animus a laboris afflictione ſubtrahitur, quanto per ſpem ad ſumma ſuſtollitur. [o] IDEM: Quidquid intolerabile puſillanimitas aſſerit, hoc et leue ac facile ſpes remunerationis oſtendit. [p] IDEM: Quia nunc per tribulationem ſeritur, vt poſt gaudij fructus metatur, tanto maior fiducia mentem roborat, quanto hanc fortior pro veritate afflictio anguſtat. [q] IDEM: Ille bene nouit in exterioribus miſerijs ſubſiſtere, qui ſcit ſemper de interna ſpe gaudere. [r] IDEM: Cum iam pœnitentiæ lamentis culpa diluitur, et ſic perpetrata planguntur, vt plangenda minime perpetrentur: magna mentis fiducia naſcitur, et ad conſpicienda ſupernæ retributionis gaudia, cordis noſtri facies leuatur. [s] IDEM ſuper Ezechielem: Non in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in aduocati noſtri allegatione confidamus. [t] IDEM: Spes per deſideria atque ſuſpiria, introducit ad quietis gaudia. [*] AMBROSIVS in Hexaemeron: In grauiſſimis paſſionibus ſpem deponimus, fractiq. animo reſoluimur, improuidi et inertes iacemus, cum de diuina miſeratione tunc ſperãdum amplius ſit, cum præſidia humana defecerint. [u] AVGVSTINVS de confeſſionibus: Nemo ſecurus eſſe debet in iſta vita, quæ tota tentatio nominatur, vt qui fieri potuit ex deteriori melior, non fiat etiam ex meliore deterior: vna ſpes, vna fiducia, vna firma promiſſio, Deus miſericordia tua. [x] IDEM de verbis Apoſtoli: Ipſa ſpes peregrinationi neceſſaria eſt, quæ conſolatur in via: tolle viatori ſpem perueniendi, continuo franguntur vires ambulandi. [y] IDEM de verbis Domini: Spes ad hoc nos hortatur, vt præſentia contemnamus, futura expectemus: ea quæ retro ſunt obliuiſcentes, cum Apoſtolo in anteriora, nos extendamus. Nihil itaque tam inimicum ſpei, quam retro aſpicere. [z] HIERONYMVS in epiſtola: Cum vniuerſos artus mundaueris ab omni ſorde peccati, et toto fueris ſanctificata corpore, tunc tibi caſtitatem intelligas profuturam, et cum omni fiducia palmam virginitatis expecta. [a] BERNARDVS in ſermonibus: Hæc eſt vera hominis fiducia, a ſe deficientis, et innitentis domino Deo ſuo.

n Greg. li. 6 Mor. c. 7. cir. med.
o Ibid. li. 8 c. 7. poſt med.
p Ibid. lib. 10. c. 22. poſt med.
q Ibid. lib. 23. c. 3. ante med.
r Ibid. lib. 16. c. 9. circ. med.
ſ Idem in Ezec. hom. 7. fere in fi.
t Ibidem homil. 17. poſt med.
u Aug. confeſſ. lib. 10. c. 32. to. 1.
x Idem de ver. Apoſt. ſer. 16. poſt med. to. 10.
y Idem de verb. Dom. ſer. 29. an. med. to. 10.
z Hier. ep. 14. ad Marcẽ fil. paule poſt med. to. 9.
a Ber. ſer. 3. in Annũcia. Domi. ante med.

De Lætitia. Cap. XLIV.

GREGORIVS [b] in Moralibus: Sancti viri, cum multa ſe proficere virtutum proſperitate cõſiderant, quodam diſpenſationis ſupernæ moderamine, exerceri ſe etiam tentationibus exultant: quia tanto robuſtius acceptam virtutum gloriam cuſtodiunt, quanto tentationis impulſu concuſſi, infirmitatem ſuam humilius cognoſcunt. [c] IDEM: Quo ſe interius gaudijs animus robuſtius inſerit, eo minus exterius dolores ſentit. [d] IDEM in homilijs: Ille veraciter patientiam ſeruat, qui et ad tempus aliena mala ſine dolore tolerat, et eadem retractans pertuliſſe ſe talia exultat. IDEM: Si me participem. Supra de communitate. [e] IDEM in dialogis: Qualis quiſque apud ſe lateat, contumelia illata probat. Nam ſicut ſuperbi honoribus, ſic plerũque humiles ſua deſpectione gratulantur. [f] AVGVSTINVS de verbis Domini: Quando gaudetur in Domino, nõ gaudetur in ſæculo: vincat gaudium in Domino, donec finiatur gaudium in ſæculo: gaudium in Domino ſemper augeatur, gaudium in ſæculo, ſemper minuatur donec finiatur. IDEM: Tu qui veram requiem. Supra de tranquillitate. [g] IDEM de confeſſionibus: Eſt gaudium, quod non datur impijs, ſed eis qui te gratis colunt Domine, quorum gaudium tu ipſe es, et ipſa eſt beata vita, gaudere ad te, de te, propter te, ipſa eſt, et non eſt altera. [h] HIERONYMVS in epiſtola: Nihil ſolicitius prouidendum eſt, quàm vt ſolemnem diem non tam ciborum abundantia, quàm ſpiritus exultatione celebremus: quia valde abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare martyrem, quem ſcimus Deo placuiſſe ieiunijs. [i] BERNARDVS in epiſtola: Reuera illud ſolum et verum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, et quod cum poſſederis nemo tollet a te: cui comparata omnis aliunde iucunditas mœror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum fœdum, omne poſtremo, quodcumque aliud delectare poſſit, moleſtum. [k] IDEM in ſermone: Non eſt regnum Dei et eſca et potus, ſed iuſtitia, et pax, et gaudium, in Spiritu ſancto: Sic ſanus filij Adam et præcipui ſalus, iuſtitiam

b Greg. lib. 30. Mor. c. 17. poſt med.
c Ibid. lib. 20. c. 2. non longe a prin.
d Idem homil. 35. in Euang. poſt med.
e Idem lib. 1. Dial. c. 5. in fi.
f Aug. de verb. Dom. ſer. 37. circ. prin. to. 10.
g Idẽ confeſſ. lib. 10. c. 22. to. 1.
h Hier. ep. 19. ad Euſtoch. poſt med. to. 1.
i Ber. epiſt. 114. circa prin.
k Idẽ ſer. 2. de verb. Apoſt. Non eſt regnum Dei eſca etc. an. me.

A tranſilientes,et pacem rem finalem,in principium,cōuertere,et peruertere vultis. Nemo eſt, qui gaudere non velit,non ſtabit, et non erit iſtud: quia ſicut non eſt pax impijs,ſic nec gaudere,dicit Dominus. Nō ſic impij,non ſic,prius eſt iuſtitiam facere, inquirere pacem,et perſequi eam, et ſic apprehendere gaudiū immo a gaudio comprehendi. * Seneca in epiſtola: Ad verum gaudium ſpecta,et de tuo gaude,quid autē eſt hoc de tuo,de teipſo,et optima tui parte corpuſculum quoque,et ſi nihil poteſt fieri ſine ipſo,magis neceſſariam rem euaderem,quàm magnam.

De Connexione virtutum. Cap. XLV.

B Gregorivs [a] in Moralibus: Omnes virtutes in conſpectu conditoris,vicaria ope,ſe ſubleuant: vt quia vna virtus ſine alia,vel nulla eſt omnino, vel minima,viciſſim ſua coniunctione fulciantur. [b] Idem: Valde ſingula quælibet deſtituitur, ſi non vna virtus virtuti alij ſuffragetur. [c] Amaroſivs ſuper Lucā: Connexæ ſunt ſibi concatenatæq. virtutes, vt qui vnā habet,plures habere videatur.

a Greg. li. 22. Mor. c. 8. non longe a prin.
b Ibid. li. 1 c. 26.
c Amb. in Luc. li. 5. c. 6. ro. 8.

De timore,et ſpe.

C Grecorſvs [d] in Moralibus: Io peccatoris pectore,inceſſanter debet ſpes et formido coniūgi: quia incaſſum miſericordiam ſperat, ſi non etiam iuſtitiam timeat: incaſſum iuſtitiam metuit,ſi non etiā de miſericordia confidat. [e] Idem: De ſtatu ſuo Dauid cadente nemo ſuperbiat. De lapſu etiam ſuo Dauid ſurgente nemo deſperet. [f] Idem: Viri ſancti ita mœſti ſunt vt confidant,atque ita confidunt, vt tamen ex ſecuritate nō torpeant. [g] Idem in dialogis: Oportet et de Dei nos ſemper miſeratione confidere, et de noſtra infirmitate formidare. Idem: Qui peccatori D prædicat. Supra,de doctrina. [h] Isidorvs in ſynonymis: Nulla te ſecuritas deceptum blandiatur,nulla te ſecuritas a pœnitentiæ intentione ſuſpendat, inceſſanter in corde tuo,ſpes,et formido,perſiſtat. [i] Idem de Summo bono: Omnis iuſtus ſpe, et formidine nitet,quia nunc illum ad gaudium ſpes erigit, nunc illū ad formidinem timor gehennæ adducit. * Avovstinvs de meditationibus: Reſpira peccator, reſpira ne deſperes: ſpera in eo quem times,affuge ad eum a quo aufugiſti,inuoca importune,quē ſuperbe prouocaſti.

d Greg. li. 33. Mor. c. 22. non longe a prin.
e Ibid. lib. 33. c. 10. cir. fi.
f Ibid. li. 8 c. 18.
g Idem li. 3. Dial. c. 7 cir. fi.
h Iſid. in ſyno. c. 6. in fin.
i Idem de ſum. bo. li. 2 c. 4. ſent. 2.

De timore et gaudio.

E Grecorivs [k] in Moralibus: Cum bona in alijs cernimus, valde neceſſe eſt vt exultationē noſtræ formidini,et formidinem noſtræ exultationi miſceamus: quatenus et de alienis profectibus charitas gaudeat, et de ſuis infirmitatibus conſcientia conſtricta contremiſcat. [l] Idem: Sancti viri,cum de quibuſdā ſe vitijs ereptos hilareſcunt,magno ſe metu, etiam in ipſa exultatione concutiunt,quia etſi iam de cuiuſlibet procella tempeſtatis erepti ſunt,eſſe ſe tamen adhuc in incerti maris dubijs fluctibus ſciunt. [m] Idem: Sancti viri ſic ſpe exultant vt pauore trepident, ſic pa- F uore timent,vt ſpei fiducia exultent.

k Greg. lib. 9. Moral. c. 35. poſt med.
l Ibid. li. 5 c. 17. poſt med.
m Ibidem.

De timore et amore.

Gregorivs [n] in Moralibus: Cū plus ipſi,quod timeamus,agnoſcimus,plus nobis de Deo per internam gratiam infunditur,quod amemus. [o] Idem: Appoſitis quaſi quibuſdam gradibus,profectus noſtri mentis pedem prius per timorem in imo ponimus,et poſtmodum per charitatem ad alta amore leuamus: vt ab eo,quo quiſque timet,reprimatur, vt timeat: et ab eo,quod iam timuit,ſubleuetur, vt præſumat. [p] Avovstinvs de virginitate: Ama Dei bonitatem, time ſeueritatem: vtrumque te ſuperbum eſſe non ſi-

n Greg. li. 22. Moral. c. 14. circa. med.
o Ibidem.
p Aug. de virg. ſanct. c. 38. to. 6.

A nit. Amādo enim times ne amātem et amatum grauiter offendas. [q] Idem de fide ad Petrum: Diligentes Dei miſericordiam,metuenteſq. iuſtitiam, nec de remiſſione peccatorū deſperemus, nec remaneamus in peccatis. [r] Idem de verbis Apoſtoli: Non intrat charitas incomitata,habet ſecum ſocium ſuum timorem,quem introducit ipſa,ſed illum caſtū permanentem in ſæculum ſæculi. * Idem ſuper primam canonicam Ioannis: Exhorreſce quod minatur omnipotens: ama quod pollicetur omnipotens,et vileſcit omnis mundus ſiue promittens ſiue terrens. * Hieronymvs in epiſtola: Vide vt omnia quæcumque be- B ne facis,propter Deum facias,ſciens eius rei tantam te a Domino recepturum eſſe mercedem, quam eius timoris et dilectionis cauſa perfeceris. [ſ] Bernardvs de conſideratione: Sanctum facit affectio ſancta,et ipſa gemina: timor Domini ſanctus, et ſanctus amor, his perfecte anima affecta, veluti duobus quibuſdam brachijs ſuis Deum amplectitur, ſtringit et tenet,et ait: Tenui eum nec dimittam. [t] Idem in epiſtola: Mens quam ſemel affecerit charitas,ſui iuris eſſe non ſinitur, metuit quod neſcit, dolet quod non oportet,ſolicitatur pluſquam voluerit,et vnde noluerit. * Idem in ſermone: Timeamus et amemus Chri- C ſtum Dominum: Timeamus, pro noſtra indignitate: pro ipſius dignatione amemus: non diſſimulemus,nō excuſemus,in medio eſt omnibus ſe offerens.

q Idem de fide ad Per. c. 3. poſt med. to. 3.
r Idē ſer. 18. de ver. Apoſt. poſt med. to. 10.
ſ Bern. de conſid. li. 5. multū poſt med.
t Idem ep. 74.

De abſtinentia et eleemoſyna.

Gregorivs [u] in homilijs: Hoc quod tibi ſubtrahis alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egētis proximi caro reparetur. [x] Idem: Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus D eleemoſynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur,quod cum pietate conditur. [y] Idem: Non Deo,ſed ſibi quiſque ieiunat, ſi ea quæ ad tempus ſibi ſubtrahit,inopibus non tribuit, ſed vētri poſtmodum offerenda cuſtodit. * Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Si ieiunaueris ſine eleemoſyna, nihil ieiunium tuum reputatur: ſed ventrem implente et inebriante deterior eſt,qui talis eſt: et tanto deterior, quanto laſciua crudelitas eſt difficilior. [z] Glossa: Deo ieiunat,qui eius amore ſe macerat, et quod ſibi ſubtrahit,alij impendit.

u Greg. homil. 16. in Euang. cir. fi.
x Ibid.
y Ibid.
z Gl. Mat. 6.

E

De abſtinentia et oratione.

Avgvstinvs [a] in epiſtola: In ieiunijs,et vigilijs,et omni caſtigatione corporis,quàm plurimū adiuuatur oratio. [b] Ioannes Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Qui orat cū ieiunio,duplices habet alas, et ipſis ventis leuiores. Neque enim oſcitat et tēditur, et torpet orans,quod patiuntur mali: ſed eſt igne vehementior,et terra ſuperior. Ideoq. maxime hic talis dæmonibus eſt inimicus et hoſtis. Nihil enim homine orante,proprie eſt potentius. [c] Idem: Sicut nec miles ſine armis eſt aliquid,nec arma ſine milite, ſic nec F oratio ſine ieiunio,nec ieiunium ſine oratione. [d] Isidorvs de Summo bono: Hoc eſt perfectum et rationabile ieiunium,quando noſter homo exterior ieiunat,interior orat. Facilius enim per ieiunium oratio penetrat cælum. [e] Bernardvs ſuper Cantica: Abſtinebo a vino,quia in vino luxuria eſt,aut ſi infirmus ſum modico vtar iuxta conſilium Apoſtoli: abſtinebo et a carnibus,ne dū mihi nimis carnem nutriūt, ſimulq. et carnis nutriant vitia: panem etiam ipſum cum menſura ſtudebo ſumere,ne onerato ventre ſtare ad orandum tædeat. [f] Idem in ſermonibus: Oratio virtutem impetrat ieiunandi, et ieiunium gratiam promeretur orandi: ieiunium orationem roborat, oratio ieiunium ſanctificat, et Deo repreſentat.

a Aug. ep. 121. ad Prob. c. 16. cir. fi. to. 2.
b Chryſoſ. hom. 59. in Matth. poſt med. to. 2.
c Idē oper. imperf. homil. 23. in Matt. ant. med. to. 10.
d Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 44. ſent. 1.
e Ber. ſer. 66. in Cāt. ant. med.
f Idē ſer. 4. in Cap. Ieiun. ante med.

Idem:

a Ibidem conſeq. *b Glo. Cãt. ti. 8.* *c Gl. Tob. 3*

[a] IDEM: Quid nobis ieiunium proderit, ſi relinqua- A tur in terra? Subleuetur ergo penna quadã orationis. [b] GLOSSA: Prius eſt mortificare concupiſcentiam, poſtea offerre Deo placabilia vota cordis. [c] GLOSSA: Sola oratio pingueſcit, quàm macies corporis paſcit.

De miſericordia et oratione.

d Chryſoſ. oper. imp. hom. 15. in Mat. ante med. to. 2.

IOANNES [d] Chryſoſtomus ſuper Matthæum: In lege ſcriptum eſt: Ne intres ante conſpectum Domini vacuus. Vacuus intrat ante Deum, qui veniens ad orationem nullam facit eleemoſynam. [e] IDEM: Infirma eſt oratio, quæ eleemoſynarum largitate non eſt munita. [e] SANCTVS Maximus in ſermone: Ora- B tio quæ caſtitatis iuſtitiæ et eleemoſynarum operibus adiuuatur, excedit mundum, penetrat paradiſum, euolat ad ipſum ſummæ maieſtatis angelo offerente conſpectum.

De miſericordia et iuſtitia.

e Greg. regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 2. *f Idẽ Paſt. cu. p. 2. c. 6. longe poſt med.* *g Ibidem cir. fi.* *h Amb. ep. lib. 5. ep. 42 ad Clemẽt. prope fi. to. 3.* *i Idem de offi. lib. 2. c. 24. circa prin. to. 4.* *k Iſid. in ſyn. c. 17.* *l Ibidem conſeq.* *m Idem de ſum. bo. li. 3. c. 54. ſom tom. 4* *n Chryſoſ. oper. imp. hom. 46. in Matt. paulo. an. med. to. 2.* *o Ber. ſer. 23. in Cãt. longe ante med.* *p Idem de conſid. li. 2. poſt med.* *q Gl. Mat. 8.*

GREGORIVS [c] in regiſtro: Ipſa in te dulcedo cauta ſit non remiſſa, correctio vero diligens ſit non ſeuera: ſed ſic alterum condiatur ex altero, vt et boni habeant amando quod caueant, et praui metuendo quod diligant. IDEM: Boni te dulcem. Supra de æquitate, et ibidem alia plura. [f] IDEM in pa- C ſtorali: Diſciplina, vel miſericordia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. [g] IDEM: Iuxta Pauli vocem, in arca tabernaculi cum tabulis virga ſimul et manna eſt: quia ſcripturæ ſacræ ſcientia in boni doctoris pectore, ſicut eſt virga diſtrictionis, ſic eſt et manna dulcedinis. [h] AMBROSIVS in epiſtola: Beatus qui et ſeueritatem et manſuetudinem tenet, vt altero diſciplina ſeruetur, altero innocentia non opprimatur. Nimia enim ſeueritas, extorquet plerumque crudelitate mendacium. [i] IDEM de officijs: Neque ſeueritatem eſſe duram conuenit, neque nimiam remiſſionem: ne aut poteſtatem exercere, aut ſuſceptum officium nequaquam implere videamur. [k] ISIDO- D RVS in ſynonymis: Impia iuſtitia eſt, humanæ fragilitati non ignoſcere: non ergo ama damnare, ſed emendare potius et corrigere. [l] IDEM: Tene rigorem in diſcuſſione iuſtitiæ: miſericordiam in diffinitione ſententiæ. [m] IDEM de Summo bono: Omnis qui recte iudicat, ſtateram in manu ſua geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam et miſericordiam portat: ſed per iuſtitiã reddit peccato ſententiam, et per miſericordiam peccati temperat pœnam. [n] IOANNES Chryſoſtomus ſuper Matthæum: Iuſtitia ſine miſericordia, non eſt iuſtitia, ſed crudelitas: ſic miſericordia ſine iuſtitia, non eſt miſericordia, ſed fatuitas. [o] BERNARDVS ſuper Can- E tica: Si interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit non tyrannica, matres vos fouendo, patres corripiendo exhibeatis. [p] IDEM de conſideratione: Iuſtitiæ, vt iuſtitia ſit, tẽperantia modum imponit. Noli nimis eſſe iuſtus, aut ſapiens, oſtendens per hoc minime approbandam eſſe iuſtitiam, quæ temperantiæ moderamine nõ frenatur. [a] BEDA in homilijs: Neceſſe eſt vt rectorẽ ſubditus et matrem pietas et patrem exhibeat diſciplina: atque inter hæc ſolicita circumſpectione prouidendum, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. IDEM dicit beatus Gregorius in regiſtro. [q] GLOSSA: Vera virtus eſt, cum nec pietas ſine iuſtitia, nec ſi- F ne pietate iuſtitia exequitur: quæ ſeparatæ ab inuicem dilabuntur.

De continentia, et abſtinentia.

r Amb. de virginib. li. 3. mult. poſt med. to. 4.

AMBROSIVS [r] de virginibus: Cibus parſimoniæ et potus abſtinentiæ docent vitia neſcire: quia docent cauſas neſcire vitiorum. Cauſa peccandi etiam iuſtos ſæpe decipit: hinc populus Dei poſtquam ſedit A manducare et bibere, Deum negauit. [ſ] ISIDORVS de Summo bono: Libidinis ignes fomentis ciborum increſcunt, corpus autem quod abſtinentia frangit, tentatio non exurit: vnde et tres pueros abſtinentes flamma babylonij incendij etſi tetigit, non combuſſit. [t] IDEM: Quidam continentes ſicut panem cum pondere edunt, ita et aquam cum menſura ſumunt, aſſerentes ad caſtimoniam carnis, etiam aquæ abſtinentiã conuenire. [u] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Per ieiunia ceſſat pugna carnis aduerſus animam, et animæ aduerſus carnem: nec vltra inſurgit ancilla in dominam, nec ſerua ſuperbit in liberam, ſed vniuerſa hæc prælia ieiuniorum præſentia con- B quieſcunt.

ſ Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 42. ſen. 7. *t Ibid. c. 43. ſent. 8.*

De continentia, et verecundia.

u Amb. de Virginib. li. 2. an. med. to. 4. *x Idem de off. lib. 1. c. 18. ante med. to. eo.* *y Hieron. ep. 14. ad Maur. fil. vltra med. to. 9.* *z Ber. ſer. 86. in Cãt. an. med.*

AMBROSIVS [u] de virginibus: Vbique in virgine comes ſingularũ virtutum eſt pudor, hic indiuiduus debet eſſe virginitati, ſine quo nõ poteſt eſſe virginitas. [x] IDEM de officijs: Verecundia eſt pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. [z] HIERONYMVS in ſermone: Omnino pudor indiuiduus virginitati eſſe debet, ſine quo recte caſtitas ſeruari non poteſt. [y] IDEM in epiſtola: Sit in te noua grauitas, honeſtas admirabilis, ſtupendã verecũdia, mira patien- C tia, virginalis inceſſus, et veræ pudicitiæ habitus, ſermo ſemper modeſtus, et in ſuo tempore proferendus. [z] BERNARDVS ſuper Cantica: Verecundia ſoror continentiæ eſt, nullum æque manifeſtum indicium columbinæ ſimplicitatis: et ideo omnino teſtis innocentiæ eſt, et lampas pudicitiæ mentis.

De continentia, et charitate.

a Greg. in Ezec. hom. 8. longe an. med. *b Aug. de Virgi. San. c. 54. to. 6.* *c Ibidem.* *d Ibidem c. 44.* *e Idem de bo. coniug. c. 10. in prin. to. 6.* *f Bern. ep. 42. ante med.* *g Idẽ ſer. 27. in Cãt. cir. med.*

GREGORIVS [a] ſuper Ezechielem: Antiquus inimicus caſtitatem in nobis, ſi ſine charitate fuerit non timet: quia nec ipſe carne premitur, vt in eius lu- D xuria diſſoluatur. [b] AVGVSTINVS de virginitate: Si nuptias contempſiſtis filiorum hominum, ex quibus gigneretis filios hominum, toto corde amate ſpecioſum forma præ filijs hominum. Vacare vobis liberum eſt a coniugalibus vinculis, ſed non vacare vobis liberum eſt a vinculo charitatis. [c] IDEM: Inſpicite vulnera pendentis, cicatrices reſurgentis, ſanguinem morientis, pretium credentis, commercium redimentis. Hæc quanti valeant cogitate, hæc in ſtatera charitatis appendite, et quidquid amoris nuptijs veſtris impendendum habebatis, illi rependite. [d] IDEM: Illa virgo coniugatæ merito præponitur, quæ nec multitu- E dini ſe amandam præponit, cũ amorem vnius ex multitudine inquirit: nec ſe vni componit, vno iam inuento, cogitans quæ mundi ſunt quomodo placeat viro: ſed ſpecioſum forma præ filijs hominum ſic amauit, vt quia eum ſicut Maria concipere carnem nõ poſſet, ei corde cõcepto, etiam carnem integram cuſtodiret. [e] IDEM de bono coniugali: Quid in quiunt ſi omnes velint ab omni concubitu continere, vnde ſubſiſtet genus humanum? vtinam omnes hoc vellent, duntaxat in charitate de corde puro, et conſcientia bona, et fide non ficta: multo citius Dei ciuitas compleretur, et acceleraretur terminus ſeculi. Quid enim aliud horta- F ri apparet Apoſtolũ, vbi ait cum inde loqueretur. Vellem omnes homines eſſe ſicut me? [f] BERNARDVS in epiſtola: Caſtitas ſine charitate, lampas ſine oleo eſt: ſubtrahe oleum, lampas non lucet: tolle charitatem caſtitas non placet. Sed o quàm pulchra eſt, ſapiens clamat, caſta generatio cum charitate! [g] IDEM ſuper Cantica: Quo modo claritas, vt aiunt, Lunæ non niſi a Sole eſt, ſic abſque charitate ſeu iuſtitia continẽtiæ meritum nullum eſt.

De

De continentia & humilitate.

GREGORIVS [a] in moralibus: Sic mentem neceſſe eſt per munditiam erigi, vt tamen ſolicite debeat in humilitate ſubſterni. [b] IDEM: Per humilitatis cuſtodiam ſeruanda eſt munditia caſtitatis: ſi enim pie ſpiritus ſub Deo premitur, caro illicite ſuper ſpiritum non leuatur. [c] AVGVSTINVS de virginitate: Sapientes virgines eſſe decet, ne lampades earum extinguantur: quo modo ſapientes niſi non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes? IDEM. [*] Quia perpetua continentia, & maxime virginitas magnum bonum eſt **B** in ſanctis Dei, vigilantiſſime cauendum eſt, ne ſuperbia corrumpatur. [d] IDEM: Facilius ſequuntur agnũ, & ſi non quocumque ierit certe quouſque potuerint, coniugati humiles, quã ſuperbientes virgines. [e] IDEM: Neque ſimulare debet virgo humilitatem, ſed exhibere. Simulatio humilitatis maior ſuperbia eſt. [*] IDEM ſuper Ioannem: Melior eſt quidem virginalis ſanctitas, quàm pudicitia coniugalis, quis dubitet? tamen ſi tu tenueris ſuperbiam, & tua mater humilitatem, melior mater erit quã filia, non dubito præferre humilem mulierem ſuperbæ virgini. [f] AMBROSIVS ſuper **C** Lucam: Decet vt quanto caſtior virgo, tanto humilior ſit, nouerit deferre ſenioribus, ſit magiſtra eius humilitas, in qua eſt profeſſio caſtitatis. [g] BERNARDVS ſuper Miſſus: Pulchra commixtio virginitatis & humilitatis nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua humilitas commẽdat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. [h] IDEM: Potes ſine virginitate ſaluari, non potes ſine humilitate: poteſt inquam placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam: ſine humilitate autem, audeo dicere, nec virginitas Mariæ placuiſſet. [i] IDEM ſuper cantica: Continentia non habet meritum apud Deum, quæ gloriam requirit hu- **D** manam. Ideoque maxime opus eſt, etiam puritate intentionis, qua ſoli Deo mens noſtra, & placere appetat, & valeat inhærere.

- *a Greg. lib. 3 Mor. c. 17. in fine.*
- *b Ibid. lib. 26. c. 13. ante med.*
- *c Aug. de virg. ſancta c. 42. to. 6.*
- *d Ibid. c. 50.*
- *e Ibid. c. 48.*
- *f Ambr. in Luc. lib. 2. c. 1. to. 5.*
- *g Ber. ſer. 1. ſup. Miſſus eſt in med.*
- *h Ibid. paulo poſt*
- *i Idem ſer. 7. in cant. poſt med.*

De actione & contemplatione.

GREGORIVS [k] ſuper Ezechielem: Actiua in neceſsitate, contemplatiua in voluntate eſt: illa in ſeruitute, iſta in libertate. [l] IDEM: Sicut bonus eſt ordo viuendi, vt ab actiua in contemplatiuam tendatur: ita plerumque a contemplatiua animus ad actiuam reflectitur, vt per hoc quod contemplatiua mentem accenderit, perfectius actiua teneatur. [m] IDEM: **E** Amor Dei ad contemplatiuam, amor vero proximi pertinet ad actiuam. IDEM: Contemplatiua maior eſt ſupra de guſtu. [n] IDEM in moralibus: Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ vero etiam laudatur: quia magna ſunt actiuæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia melius ex fine conualeſcunt. IDEM: Humani generis. Supra lib. 1. de prædicatoribus bonis. [o] IDEM: Quicumque apprehendere perfectionis nituntur, cum contemplationis arcem tenere deſiderant, prius ſe in campo operis per exerci- **F** tium probant. [p] ISIDORVS de ſummo bono: Actiua vita mundanis bene vtitur, contemplatiua nec mundo renuncians, ſoli Deo viuere delectatur. IDEM: Qui prius. Supra de aſcenſione. [q] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Ex tribus illis vitæ generibus, ſcilicet otioſo, actuoſo, & ex vtroque compoſito, quamuis ſalua fide quiſque poſsit in quolibet eorum vitam ducere, & ad ſempiterna præmia peruenire: intereſt tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impendat. Nec ſic eſſe debet vnuſquiſque otioſus, vt in eodem otio vtilitatẽ non cogitet proximi: nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat Dei. [r] IDEM: Otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium

- *k Greg. in Ezech. homil. 3. ante med.*
- *l Ibid. hom. 14. poſt me.*
- *m Ibid. homil. 18. ante med.*
- *n Idem li. 6. Moral. c. 18. ante med.*
- *o Ibidem c. 17. poſt me.*
- *p Iſid. de ſum. bo. lib. 3. cap. 15. ſent. 2.*
- *q Aug. de ciuit. Dei lib. 19. c. 19. ante med. to. 5.*
- *r Ibid. poſt. med.*

A iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati. [s] BERNARDVS in Apologia: Nec Iacob niſi cognita prius Lia, deſideratos Rachelis amplexus meruit obtinere. [t] IDEM ſuper cantica: Aliter ſane afficitur mens fructificans verbo, aliter fruens verbo: illic ſolicitat neceſsitas proximi, hic inuitat ſuauitas verbi. Et quidẽ læta in prole mater, ſed in amplexibus ſponſa lætior. chara pignora filiorum, ſed oſcula plus delectant. [u] IDEM. Ex bonis operibus in fide non ficta radicatis, recipit conſolationem mẽs aſſueta quietis, quoties ſibi lux vt aſſolet contemplationis ſubtra- **B** hitur. [x] IDEM in ſermonibus: Bonum acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit proximo: forte meliorem qui bene vacauerit Deo: optimum autem, qui perfectus eſt in vtroque. [y] IDEM: Optimam partem elegit ſibi Maria, licet non minoris fortaſſe meriti ſit apud Deum humilis conuerſatio Marthæ: ſed de electione Maria laudatur, quoniam illa quidem omnino quantum ad nos ſpectat, nobis eligenda, hæc vero ſi iniungitur, patienter eſt toleranda. [z] IDEM: Abſit vt qui Deo vacat, ad tumultuoſam aſpiret fratrum officialium vitam. IDEM: Felix domus. Supra de religione.

- *s Ber. apolog. ad Guliel. abb. ante med.*
- *t Idem ſer. 86. in cãt. ver. ſin.*
- *u Ibid. ſer. 51. an. me.*
- *x Idẽ ſer. 3. in Aſſumpt. B. Mariæ ant. med.*
- *y Idem ſer. de verb. Pſ. Audiam quid. poſt med.*
- *z Idẽ ſer. 3. in aſſump. B. Mariæ ant. med.*

C *De ſcientia, & humilitate.*

GREGORIVS [a] in moralibus: Summa cura prouidendum eſt, ne accepta ſapientia cum ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat vt iam ſapientia eſſe nequeat. Quæ & ſi virtute locutionis fulgeat, elationis tamen velamine, cor loquentis obſcurat. IDEM ſupra de intelligentia, quære lib. 2. [b] IDEM in homilijs: In omne quod ſcit, ſeſe mens deprimat, ne quod virtus ſcientiæ congregat, ventus elationis ſpargat. [c] IDEM: Sancti viri, vt humilitatis in ſe virtutem cuſtodiant, cum quædam mirabiliter ſciunt, illud ante **D** mentis oculos ſtudent reuocare, quod neſciunt: vt dum ex parte alia infirmitatem ſuam conſiderant, ex ea parte qua perfecti ſunt, eorum ſe animus non extollat. ſcientia etenim virtus eſt, humilitas etiam cuſtos virtutis. ISIDORVS. In diſputatione. Supra de ſtudentibus lib. 1. Ibidem: Diſputare ſtude.

- *a Greg. lib. 27. Mor. c. 27. nõ multum a prin.*
- *b Idem ho. 7. in Euãg. poſt med.*
- *c Ibidem.*

De ſcientia & charitate.

GREGORIVS [d] in moralibus: Quẽ charitas ædificando non erigit, ſcientia inflando peruertit. [e] IDEM ſuper Ezechielem: Inter charitatem & ſcientiã, **E** teſtis eſt bona operatio: quæ ſi fortaſſe defuerit, profecto certum eſt, nec cognouiſſe te Deum, nec diligere proximum. IDEM. Sæpe dum quoſdam. lib. 3. de diſcordia. [*] AVGVSTINVS ſuper Ioannem: Scientia cauenda eſt, ne inflet: ergo amate ſcientiam, ſed anteponite charitatem, quia charitas ædificat & non permittit inflari ſcientiam. [f] IDEM ad Hieronymum de ſententia Iacobi: Sicut mors auram auellit a ſenſibus carnis, ſic charitas a concupiſcentijs carnalibus, huic ſubſeruit ſcientia, cum eſt vtilis, nam ſine illa inflat. IDEM: Spiritalis homo. Supra de diſcuſſione. [g] BERNARDVS de diligendo Deo: Liquet & abſque **F** ſcientia dignitatem eſſe omnino inutilem, & ſcientiam abſque virtute damnabilem. [h] IDEM ſuper cantica: Cibus indigeſtus. & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, non nutrit: ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, qui eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit. IDEM: Sicut bonum. Supra de religione.

- *d Greg. lib. 8. Mor. c. 26. cir. me.*
- *e Idem in Ezech. ho. 17. ante med.*
- *f Aug. epi. 29. ad Hierony. poſt med. to. 2.*
- *g. Ber. tra. de dilig. Deo multũ ant. med.*
- *h Idem ſer. 36. in cant. cir. med.*

De ſcientia & doctrina.

GREGORIVS [i] ſuper Ezechielẽ: Sancti viri amando diſcunt, quod docendo proferunt. [k] IDEM in paſtorali: Cum ſpiritale aliquid a ſubditis paſtor inquiritur, valde eſt ignominioſum, ſi tunc quærat

- *i Greg. in Ezech. homil. 3. prope fin.*
- *k Idẽ. Paſtor. p. 2. c. 11. cir. fin.*

diſcere, cum quæſtionem debet enodare. [a] IDEM: A Plerique dum metiri ſe neſciunt, quæ non didicere, docere concupiſcunt: qui pondus magiſterij tanto leuius exiſtimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant. [b] AVGVSTINVS in epiſtola: Ad diſcendũ quod opus eſt, nulla ætas mihi ſera videri poteſt: quia & ſi ſenes magis decet docere, quàm diſcere, magis tamen volo diſcere, quàm quod doceam, ignorare. [c] IOANNES Chryſoſtomus de compunctione cordis: Non confundamus diuinas litteras, neque ſancti Spiritus ſententias, proprijs ſententijs peruertamus. [d] HIERONYMVS in epiſtola: Multo tempore diſce vt doceas, nec laudatoribus tuis immo deriſoribus aurem B libenter accomodes.

a Ibid. prologo in Paſt. ad Io. epiſ. Rauen. b Auguſt. epiſt. 69. ad Hier. ſlacim a prin. to. 2. c Chryſ. de compunct. cord. lib. 2. ante med. d Hierony. epiſt. 4. ad Ruſtic. monach. poſt. med. to. 1.

De vita & doctrina.

GREGORIVS [e] in moralibus: Cum a vitijs caro, reſtringitur, cum mens virtutibus exercetur, reſtat vt loquendo quiſque doceat alios vitam, quam moribus ſeruat. [f] IDEM: Spiritualis quiſque prædicator ſtudet ſummopere, contra maleficos rumores aduerſantium, & defendere loquendo quod viuit, & ornare viuendo quod dicit. [f] IDEM in paſtorali: Illa C vox libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat. [g] IDEM: Boni prædicatores prius propria crimina fletibus curent, & tunc, quæ aliorum ſunt punienda, denuncient: & antequam verba exhortationis inſonent, omne quod locuturi ſunt, operibus clament. [h] ISIDORVS de ſummo bono: Tam vita quàm doctrina clarere debet eccleſiaſticus doctor. Nam doctrina ſine vita arrogantem reddit, vita ſine doctrina inutilem facit. [i] IDEM: Vnuſquiſque doctor & bonæ actionis & bonæ prædicationis habere debet ſtudium: nam alterum ſine altero non facit perfectum. [k] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Adijcit doctrinæ auctoritatem bona vita doctoris. D [l] AMBROSIVS de officijs: Vir iuſtus dictis & rebus probatur: nam ſi exercitatus ſit ſermonibus, deſidioſus in operibus, prudentiam ſuam factis repellit. [*] HIERONYMVS in epiſtola. Prius faciamus & poſt doceamus, ne doctrinæ auctoritatis caſſis ſermonibus deſtruatur. [m] AVGVSTINVS de confeſſionibus: Surgũt indocti & rapiunt cælum, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine. [n] BERNARDVS in ſermone: Eſt tantum lucere, vanum: tantum ardere, parum: ardere & lucere, perfectum.

e Greg. li. 6. Mor. c. 18. poſt me. f Idē Paſt. cu. p. 2. c. 3. non longe a prin. g Ibid. c. 6. in fin. h Iſid. de ſum. bo. lib. 3. cap. 36. ſent. 1. i Ibidem ſent. 7. k Chryſ. homil. de eruditi. diſcipl. poſt med. to. 5. l Ambr. de offic. lib. 2. c. 2. poſt me. to. 4. m Aug. Confeſſ. lib. 8. c. 8. to. 1. n Ber. ſer. in Natiuit. S. Ioan. Bapt. ante me.

De exemplo. *Cap.* 46.

GREGORIVS [o] in moralibus: Multi in tenebris vitæ præſentis dum ſuperiora de ſe exempla exhibent, aſtrorum more nobis deſuper lucent. [p] IDEM: Qui pleniſſime intelligere appetit qualis eſt, tales nimirum debet conſpicere, qualis non eſt: vt ex bonorum forma metiatur, quantum ipſe deſerto bono deformis eſt. [q] IDEM: Qui vitam præcedentium patrum conſpicit, quid in ſe gemere debeat, ſubtilius agnoſcit. IDEM: Sæpe cum nos. Supra de verecundia. [r] IDEM in dialogis: Numquam peccatores ad lamentum pœnitentiæ redirent, ſi nulla eſſent bonorum exempla, quæ eorum mentem traherent. [s] IDEM in homilijs: De bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua Deo ſoli placere quærimus, ſemper optemus ſecretum. [t] IDEM: Ad amorem Dei & proximi plerumque corda audientiũ, plus exempla, quàm verba excitant. IDEM: Qui ſancto viro. Supra de ſocietate. [u] ISIDORVS de ſummo bono: Propterea virtutes ſanctorum ad exemplum noſtrum Deus propoſuit, vt quanto de imitatione eorum conferri poſſunt nobis iuſtitiæ præmia, tanto de perſeuerantia mali ſint grauiora tormenta. [x] IDEM: Reprobi non attendunt documenta beatorum, quæ imitentur ad melius: ſed proponunt ſibi exempla prauorum, quæ ad ſuorum morum peruerſitatem imitantur in peius. [y] AMBROSIVS ſuper Lucam: Vnius exemplo plurimi corriguntur. [z] IDEM de Patriarchis: Sanctorum vita ceteris norma viuendi eſt. [*] IDEM de officijs: Sit nobis vita maiorum diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commentarium. [a] BERNARDVS in ſermonibus: Sermo viuus & efficax exemplum eſt operis, facile faciens ſuadibile quod dicitur, dum monſtratur factibile quod ſuadetur. [b] IDEM: Nullum conſilium melius arbitror, quàm ſi exemplo tuo fratrem docere ſtudeas, quæ oporteat, quæ non oporteat B fieri prouocans eum ad meliora, & conſulens ei non verbo neque lingua, ſed opere & veritate [c]. SENECA in epiſtola: Inſtruenda eſt vita exemplis illuſtribus.

o Greg. li. 4. Moral. c. 22. cir. me. p Ibid. lib. 24. c. 6. ant. med. q Ibid. lib. 9. c. 33. in fin. r Idem lib. 3. Dial. c. 37. in fin. s Idem homil. 11. in Euang. non lōge a prin. t Ibidem homil. 39. poſt med. u Iſid. de ſum. bo. lib. 2. c. 11. ſent. 5. x Ibidem ſent. 2. y Ambr. in Luc. lib. 5. c. 7. to. 5. z Idem li. de Ioſeph. patriarcha c. 1. in princ. to. 5. a Ber. ſer. de S. Benedicto abb. cir. med. b Idem ſer. 3. de aduentu Domi. poſt med. c Sen. epiſt. 83. ant. med.

De fama. *Cap.* 47.

GREGORIVS [d] in regiſtro: Quidquid grauare poteſt aut opinionem tuam, aut animam omnino refugias, & ie committere illud, nullius ſuaſione, conſentias. [e] IDEM: Eius, quem videre me non licet, bona me paſcit opinio. [e] IDEM in moralibus: Fama a bono opere vires accipit, & fauoris gratiam, quaſi claC ritatis lumen aſpergit. [f] IDEM: Dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercenda bona opera illuſtrat. Cumq. illius opinio clara cognoſcitur, huic quaſi pergenti in itinere exempli lumen præbetur. [g] IDEM: Nonnumquam etiam ſancti viri de bona ſua opinione gaudent, cum per hanc ad meliora proficere, audientes, penſant. [h] IDEM: Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat. Sed iuſtos dum cruciat, purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monſtrat. [i] IDEM: Virtutes proficientium in notitia ceterorum hominum, quaſi ſuauitate fragant odorum. [k] IDEM: Sicut ex aliena opinione proficimus, ſic plerumque ſi laudibus famæ D noſtræ intendimus, a virtute vacuamur. [l] AVGVSTINVS de moribus & vita clericorum: Qui nos amant, quærunt, quid laudent in nobis: qui autem nos odiunt, detrahunt nobis. Nos autem in medio conſtituti, adiuuante Domino Deo noſtro, & vitam noſtram, & famam ſic cuſtodire debemus, vt non erubeſcant detractoribus laudatores. [m] IDEM de viduitate: In omnibus ſpiritualibus delicijs, quibus fruuntur innuptæ, ſancta earum conuerſatio cauta etiam debet eſſe, ne forte cum mala vita non ſit per laſciuiam, mala ſit fama per negligentiam. [n] IDEM: Nobis eſt neceſſaria vita noſtra, alijs fama noſtra, & vtique quod E alijs miniſtramus miſericorditer ad ſalutem, ad noſtram quoque redundat vtilitatem. IDEM: Multo miſericordius. Supra de doctrina. [o] HIERONYMVS in epiſtola: Multa in vtramque partem crebro fama mentitur, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falſorum ore concelebrat. [p] IDEM: Caueto omnes ſuſpitiones, & quidquid probabiliter fingi poteſt, ne fingatur, ante deuita. [q] IDEM: Fuge perſonas, in quibus poteſt malæ conuerſationis eſſe ſuſpitio: nec paratum habeas illud de trinio: Sufficit mihi conſcientia mea: non curo, quid de me loquantur homines. Et certe Apoſtolus prouidebat bona, non ſolum coram Deo, F ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blaſphemaretur in gentibus. [r] IDEM: Tenera res in feminis fama pudicitiæ eſt, quaſi flos pulcherrimus, cito ad leuem marceſcit auram, leuiq. flatu corrumpitur. [s] BERNARDVS ſuper cantica: Validos & conſtantes neceſſe eſt eſſe eos, qui ſuper alios ordinantur, necnon & longanimes in ſpe, atque ad ſuperna verticem mentis attollentes, qui & bonum fidei ſuæ, & conuerſationis vbique odorem ſpargentes, dicere cũ Apoſtolo poſſint: Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco. [t] IDEM: Erit quidem virtus contenta candore conſcientiæ, vbi ſequi non poterit odor famæ, ceterum odor famæ, nec excuſare ſufficiet vitium conſcientiæ decoloris, prouidebit tamen ſemper quantum in ſe eſt homo

d Greg. Regiſt. lib. 7. ind. 2. c. 2. e Idem lib. 22. Mor. c. 9. ant. me. f Ibidem g Ibidem poſt med. h Ibid. lib. 26. c. 28. poſt med. i Ibid. lib. 25. c. 29. ante med. k Ibid. lib. 22. cap. 5. ante med. l Aug. ſerm. 53. ad fratres in eremo to. 10. m Idem de bono vidu. c. 22. in prin. to. 4. n Ibid paulo poſt o Hierony. epiſt. 63. ad Ruf. in prin. to. 3. p Ibid. epiſt. 2. ad Nepotian. ante med. to. 2. q Ibid. ad Ageruch. epiſt. 11. vltra med. to. eod. r Ibid. epiſt. 9. ad Saluin. poſt med. s Ber. in cant. ſer. 46. non longe a prin. t Ibid. ſer. 72. cir. prin.

homo virtutis bona, non tantum coram Deo, ſed coram hominibus, vt vere ſit lilium. IDEM: Sufficit. Supra de tranquillitate. [a] IDEM de conſideratione: Intereſt tuæ perfectionis, & malas res, & malas pariter ſpecies deuitare: in altero conſcientiæ, in altero famæ conſulis. [b] IDEM: Eſto fortis in fide, decorus in gloria, & probaſti te imitatorem Dei. Fortitudo tua fides conſcientiæ eſt: & decor tuus ſplendor bonæ opinionis eſt.

a Idem de conſid. li. 5. poſt med.
b Ibid. paulo poſt.
c Greg. Regiſt. lib. 9. ind. 4. c. 25. non longe a prin.
d Ibid. lib. 8. ind. 3. c. 42. cir. fin.
e Ibid. lib. 9. ind. 2. c. 120. ante med.
f Ibid. lib. 9. ind. 4. c. 39. ante me.
g Ibidem
h Idem præfat. in expoſit. Iob c. 2.
i Idem lib. 16. Moral. c. 19.
k Ibid. lib. 24. c. 6. poſt mede.
l Ibid. lib. 24. c. 7. longe poſt med.
m Idē præfat. in expoſ. Iob c. 5.
n Aug. de paſtorib. c. 5. paulo poſt med. to. 9.
o Idē epiſt. 48. ad Vincent. ante med. to. 2.
p Iſid. in Sinon. c. 7. ante med.
q Idem de ſum. bon. li. 3. c. 62. ſent. 2.
r Ber. ſer. 17. in Ps. Qui habitat. poſt me.
s Greg. Regiſt. lib. 2. ind. 10. c. 36. nō longe a prin.
t Idem homil. 35. in Euang. cir. med.
u Ibidem homil. 3. in fin.

De aduerſitate. Cap. 48.

GREGORIVS [c] in regiſtro: Pœna præſens ſi afflicti B animum conuertit, finis eſt culpæ præcedentis: ſi eum ad timorem Domini minime conuertit, initium eſt pœnæ ſequentis. [d] IDEM: Inter flagella poſitos, flagellis digna committere, contra ferientem eſt ſpecialiter ſuperbire, & ſeuientis acrius iracundiam prouocare. [e] IDEM: Aduerſitas, quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, non indicium reprobationis. [f] IDEM: In omnipotenti Deo tunc certa fiducia eſt, quando pro bono opere, aduerſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena merces in æterna retributione ſeruetur. [g] IDEM: ipſa malorum ſocietas purgatio bonorum eſt. IDEM: Dubium non eſt. Supra C de diſcordia lib. 3. [h] IDEM in moralibus: Sicut aromata fragantiam ſuam non niſi cum incenduntur, expandunt: ita ſancti viri omne, quod virtutibus redolet, in tribulatione innoteſcunt. [i] IDEM: Flagella bonorum, aut vitia perpetrata purgant, aut quæ poterant perpetrari futura deuitant. [k] IDEM: Cum peruerſum quemquam Deus omnipotens percutit, & condolendum eſt miſeriæ pereuntis, & congaudendum iuſtitiæ iudicis. [l] IDEM: Electi vniuſcuiuſque mens tribus vicibus, id eſt vel labore conuerſionis, vel tentatione probationis, vel formidine ſolutionis atteritur, atque ipſa attritione purgata liberatur. [m] IDEM: Pœ- D na interrogat, ſi quietus quis veraciter amat. IDEM, plura ſupra de certamine. [*] IOANNES Chryſoſtomus in ſermonibus: Sicut pluuia in terram deſcendens eleuat ſemina, ſic & tribulatio animam intrans, erigit deſiderium. [*] IDEM: Qui aduerſatur, virtutem ſuam deſtruit, nobis vero per patientiam coronas operabitur. [n] AVGVSTINVS de paſtoribus: Si exceptus es a paſſione flagellorum, exceptus es a numero filiorum. [o] IDEM in epiſtola: Terror temporalium poteſtatum, quando veritatem oppugnat iuſtis, fortibus glorioſa probatio eſt, infirmis periculoſa tentatio. [*] IDEM ſuper Geneſim ad litteram: Ipſe ſibi homo in intentio- E nibus certius innoteſcit, & iuſte ſalus illa perpetua quæ turpiter amiſſa eſt per voluptatem, fortiter recipitur per dolorem. [p] ISIDORVS in ſinonymis: Aduerſa corporis animæ remedia ſunt, ægritudo carnem vulnerat, mentem curat: languor enim vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. [q] IDEM de ſummo bono: Viri ſancti plus formidāt proſpera quàm aduerſa: quia Dei ſeruos proſpera deijciunt, aduerſa vero erudiunt. [r] BERNARDVS ſuper Qui habitat: Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipſe ſis mecum, quàm regnare ſine te, epulari ſine te, ſine te gloriari. Bonum mihi in tribulatione, magis amplecti te, in camino ha- F bere te mecum, quàm eſſe ſine te vel in cælo. Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terrā? IDEM ſuper cantica In petra. Infra de martyrio.

De martyrio. Cap. 49.

GREGORIVS [s] in regiſtro: Sicut beatus Cyprianus ait, martyrem non facit pœna, ſed cauſa. [t] IDEM in homilijs: Mori a perſequente, martyrium in aperto opere eſt: ferre vero contumelias, & odientem diligere, martyriū eſt in occulta cogitatione. [u] IDEM: Habet pax noſtra martyrium ſuum: quia & ſic carnis colla ferro non ſubdimus, ſpirituali tamen gladio car- A nalia deſideria trucidamus. [x] ISIDORVS in Etymologijs: Duo ſunt genera martyrij, vnum in aperta paſſione, alterum in occulta animi virtute. Nam multi hoſtis inſidias tolerantes, & cunctis carnalibus deſiderijs reſiſtentes, per hoc quòd ſe omnipotenti Deo in corde mactauerunt, & pacis tempore martyres facti ſunt. [*] IOANNES Chryſoſtomus in ſermone: Habet paupertas martyrium ſuum, & egeſtas bene tolerata facit martyrium: ſed egeſtas propter Chriſtum, non propter neceſſitatem. [y] HIERONYMVS in legenda ſanctæ Paulæ: Non ſolum effuſio ſanguinis in confeſſione martyrium reputatur, ſed deuotæ quoque men- B tis ſeruitus, quotidianum martyrium eſt. [z] IDEM: Hæc eſt ſola digna retributio cum ſanguis ſanguine compenſatur, & redempti cruore Chriſti pro redemptore libenter occumbimus. Quis ſanctorum ſine certamine, &c. Supra de certamine. [a] AVGVSTINVS de ciuitate Dei: Quicumque etiam non percepto regenerationis lauacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro fonte baptiſmatis. [b] IDEM: Quanto erit acrior impetus belli, tanto maior gloria non cedenti, tanto denſior corona martyrij. [c] BERNARDVS ſuper cantica: Stat martyr tripudians, & trium- C phans, toto licet lacero corpore: & rimante latera ferro, non modo fert fortiter, ſed alacriter ſacrum e carne ſua circumſpicit ebullire ſanguinem. Vbi ergo tunc anima martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu. [d] IDEM: In petra habitans, quid mirum ſi in modum petræ diruerit? ſed neque hoc mirum, ſi exul a corpore dolores non ſentiat corporis: neque hoc facit ſtupor, ſed amor. Submittitur enim ſenſus non amittitur: non deeſt dolor, ſed contemnitur. [e] IDEM in ſermonibus: Eſt martyrij genus, & effuſio quędam ſanguinis in quotidiana corporis afflictione: eſt etiam baptiſmus aliquis in compunctio- D ne cordis, & lacrymarum aſſiduitate. Sic quippe infirmis & puſillis corde neceſſe eſt, vt quem ſemel ponere pro Chriſto non ſufficiunt, ſaltem mitiori quodā ſed diuturniori martyrio ſanguinem fundant: ſic & baptiſmi ſacramētum, quoniam iterari non licet his, qui ſæpius in multis offendūt, frequētiori ablutione ſuppleri.

x Iſidorus etym. lib. 7. c. 11.
y Hierony. epiſt. 27. ad Euſtoch. verſ. fin. to. 1.
z Ibid. epiſt. 22. ad eād. verſ. fin.
a Aug. de ciuit. Dei lib. 13. c. 7. in princ. to. 5.
b Ibid. lib. 20. c. 13. cir. med.
c Ber. ſer. 61. in cant. poſt med.
d Ibid. conſeq.
e Idem ſer. 1. in die S. Paſcha poſt med.

De gloria. Cap. 50.

GREGORIVS [f] in moralibus: Quia in hac vita nobis eſt diſcretio operum, erit in illa proculdubio diſcretio dignitatum: vt ſecundum quod hic alius E alium merito ſuperat, illic alius alium retributione tranſcendat. [g] IDEM ſuper illud Iob: Donec impleatur riſu os tuum, &c. In illa æterna patria cum iuſtorum mens in exultationem rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur. [h] IDEM: Ibi vniuſcuiuſque mentem ab alterius oculis, membrorum corpulentia non abſcondet: ſed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipſa corporis harmonia, ſicq. vnuſquiſque tunc erit conſpicabilis alteri, ſicut nunc eſſe non poteſt conſpicabilis ſibi. [i] IDEM: Sicut hi, qui adhuc viuentes ſunt, mortuorum animæ quo loco habeantur, ignorant: ita mortui vitam in carne viuentium poſt eos, qualiter F diſponatur, neſciunt. Quia & vita ſpiritus longe eſt a vita carnis: & ſicut corporea, atque incorporea diuerſa ſunt genere, ita etiam diſtincta cognitione. Quod tamen de animabus ſanctis ſentiendum non eſt: quia quæ intus omnipotentis Dei charitatem vident, nullo modo credendū eſt, quia ſit foris aliquid, quod ignorent. [k] IDEM: Quando ad ipſum fontem vitæ venerimus, erit nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimul, atque ſatietas: Sed longe aberit a ſiti neceſſitas, longe a ſatietate faſtidium: quia & ſitientes ſatiabimur, & ſatiati ſitiemus. [l] IDEM: Aeterna contemplatione agitur, vt omnipotens Deus, quo magis viſus fuerit, eo magis diligatur. [m] IDEM: In illa reſurrectionis gloria, erit corpus noſtrum ſubtile quidem per effectum ſpiritua-

f Greg. lib. 4. Mor. c. 31. ante med.
g Ibid. lib. 8. c. 31. cir. med.
h Ibid. lib. 18. c. 27. ante med.
i Ibid. lib. 12. c. 14 ſtatim a prin.
k Ibid. lib. 18. c. 28. poſt med.
l Ibid. lib. 20. c. 7. ant. med.
m Ibid. lib. 14. c. 29. non longe a prin.

ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile per veritatẽ naturæ. *Idem in homilijs: Credendũ eſt, quod ante retributionem extremi iudicij, iniuſti in requie quoſdã iuſtos conſpiciant, vt eos videntes in gaudio, non ſolum de ſuo ſupplicio, ſed de eorum bono crucientur. Iuſti vero in tormentis ſemper intuentur iniuſtos, vt hinc eorum gaudiũ creſcat: quia malum cõſpiciunt, quod miſericorditer euaſerunt, tantoq. ereptori ſuo maiores gratias referunt, quanto vident in alijs, quod ipſi perpeti ſi eſſent derelicti, potuerunt. *Idem in dialogis: Sicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt, quòd a die exitus ſui, ignis reprobos exurat. [a] Augustinus de ciuitate Dei: Erit illius ciuitatis, & vna in omnibus, & inſeparabilis in ſingulis volũtas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeſinenter æternorum iucunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum: nec tamen ideo ſuæ liberationis oblita, vt liberatori ſuo non ſit grata. Quantũ ergo attinet ad ſcientiam rationalem, memor etiã præteritorum etiã malorum ſuorum, quantum autem ad experiẽtis ſenſum prorſus immemor. [b] Idem: Pax cæleſtis ciuitatis, eſt ordinatiſſima ſocietas fruendi Deo, & inuicem in Deo. [c] Idem: Quanta erit illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum? vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agetur, vbi, neque vlla deſidia ceſſabitur, neque vlla indigentia laborabitur? neſcio. [d] Idem: Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fide videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur: hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus ſicut in ipſa vita erit communis. *Idem: In nobiſipſis imaginem Dei conuenientes, tangamus, & ad illũ redeamus, a quo peccando receſſeramus. Ibi eſſe noſtrum non habebit mortem, ibi noſſe noſtrum non habebit errorem, ibi amare noſtrum non habebit offenſionem. [e] Idem: Abſit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omniſq. corruptio: & ſi quid aliud illud non decet regnũ, in quo reſurrectionis, & promiſſionis filij æquales erunt Angelis Dei, ſi nõ corpore, non ætate, certe felicitate. [f] Idem: Ita Deus erit notus, atque conſpicuus, vt videatur ſpiritu a ſingulis nobis, in ſingulis nobis: videatur ab altero in altero: videatur in ſeipſo: videatur in cœlo nouo, & in terra noua, atque in omni, quæ tũc fuerit creatura: videatur & per corpora in omni corpore, quocũque fuerint ſpiritualis corporis oculi, acie peruenient directi: patebũt etiã cogitationes noſtræ inuicẽ nobis. [g] Idem de Trinitate: Contẽplatio eſt merces fidei, cuĩ mercedi per fidẽ corda mũdantur, ſicut ſcriptũ eſt: Mũdans fide corda eorum. Idem: Illud quod agit iuſtitia. Supra li. 2. de quatuor virtutibus. [h] Idem de libero arbitrio: Tãta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta iocunditas lucis æternæ, hoc eſt incõmutabilis veritatis, atque ſapientiæ, vt etiam ſi non liceret in ea amplius viuere, quàm vnius diei mora, propter hoc ſolũ, innumerabiles anni huius vitæ, pleni delicijs, & circũfluentia temporaliũ bonorum, recte meritoq. contemnerentur. Non enim falſo, aut paruo affectu dictũ eſt: Quoniam melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. *Idem in ſermonibus: Tunc non peccabimus non ſolũ factis, ſed nec concupiſcentijs, cum illam faciem videbimus, quæ vincit omnes concupiſcentias. Tã enim dulcis eſt fratres mei, tã pulchra, vt illa viſa, nihil aliud poſſit delectare: ſatietas enim erit inſatiabilis, nullum faſtidiũ, ſemper eſurtiemus, ſemper ſaturi erimus. [i] Idem de conflictu: Recedat amor præſentis ſæculi, in quo omnes ſic viuificantur, vt deinceps moriantur: & ſuccedat amor futuri ſæculi, in quo omnes ſic viuificantur, vt deinceps nõ moriantur: vbi nulla aduerſitas turbat, nulla neceſſitas anguſtat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis lætitia regnat. *Ioannes Chryſoſtomus ſuper Ioannem. Beati, & ter beati, & multotiens beati, qui beata illa potiuntur requie, quemadmodum miſeri, & ter miſeri, & infinite miſeri, qui a beatitudine illa ſeipſos abij- ciunt. *Fulgentius in epiſtola: Sicut per ſpeculũ vitreum, trina nobis viſio adminiſtratur, qua noſipſos, & ipſum ſpeculum, & quidquid præſens adeſt videmus: ſic per ſpeculum diuinæ charitatis, & ipſum Deũ, vt eſt, videbimus, quantum poſſibile erit creaturæ, & noſipſos & omnia alia, vera & certa ſciẽtia cognoſcemus. [k] Bernardus ſuper cantica: Qui replet in bonis deſiderium animæ, & ipſe rationi futurus eſt plenitudo lucis, ipſe volũtati plenitudo pacis, ipſe memoriæ, continuatio æternitatis. [l] Idem: Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, cum error videlicet a ratione, a volũtate dolor, atque a memoria timor omnis receſſerit, & ſucceſſerit illa, quam ſperamus, mira ſerenitas, plena ſuauitas, æterna ſecuritas. [m] Idem in ſermonibus: Quemadmodũ circa rationale noſtrum, & ſcientia, & ignorantia conſtat, tamquam habitus, & priuatio: ſic & circa cõcupiſcibile, deſideriũ, & contẽptus, & circa id quod dicitur iraſcibile, & lætitia pariter, & ira verſatur. Implebit ergo Deus rationale noſtrum luce ſapientiæ, ita vt penitus nobis nihil deſit in vlla ſcientia: implebit concupiſcibile noſtrum fonte iuſtitiæ, vt omnino deſideremus eam, & ea penitus repleamur, ſicut ſcriptũ eſt: Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabũtur. per quam iuſtitiã quidquid reſpuere debet anima, reſpuet: & quidquid concupiſcere, concupiſcet, & ex his omnibus magis appetet, quod magis fuerit appetendum. Iam vero quod dicitur in nobis iraſcibile, cum repleuerit illud Deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, & in ſummam iucunditatem, atque lætitiam replebimur pace diuina. [n] Idem: Sicut replebit animas noſtras Deus cum fuerit perfecta in eis ſcientia, perfecta iuſtitia, perfecta lætitia: ſic replebitur maieſtate eius omnis terra noſtra, cum fuerit corpus immortale, agile, impaſſibile, configuratum denique corpori claritatis ſuæ. *Idem: Æterna omnium beatorum ſolemnitas eſt, facie ad faciem Deum intueri, eius dulcedine ſine faſtidio ſatiari, vt quẽ ſemper habent, ſemper habere velint, ac eius viſione ſine defectu perfrui. [o] Anselmus de ſimilitudinibus: Partes beatitudinis ſunt, pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, concordia, honor, poteſtas, ſecuritas, & gaudium. Iſta, vt æſtimo, ſunt, quæ propter ſe, & propter quæ alia quæque ab hominibus appetũtur. Et ita notandum, quòd ſeptem priores beatitudinis partes, ad corporis beatitudinem, ſeptemq. poſteriores, ad animam pertinent. [p] Idem: In illa vita pulchritudo iuſtorum, ſolis pulchritudini, qui ſeptempliciter quàm modo ſit, ſplẽdidior erit, adæquabitur. [q] Idem: Velocitas nos tanta cõcomitabitur, vt ipſi Angelis Dei æque celeres ſimus, qui a cælo, ad terras, & econuerſo, dicto citius dilabuntur. [r] Idem: In futuro ſic iuſtus fortis erit, vt etiam ſi velit, terram commouere poſſit: & ſic econuerſo iniuſtus imbecillis, vt nec etiam vermes amouere queat ab oculis ſuis. [ſ] Idem: Gaudium erit iuſto, intus & extra, gaudium ſurſum atque deorſum, gaudium circumcirca, vbique gaudium plenum. [t] Idem: Tunc iuſti ſcient, cunctaq. Deus facit ſcienda, tam ea quæ præterita, quàm ea quæ poſtmodum ſunt. Ibi a ſingulis omnes, ibi ab omnibus ſinguli cognoſcentur: nec quemquam omnino latebit, qua patria, qua gente, qua ſtirpe, quis editus fuerit, vel quid etiam in vita ſua fecerit. Si autẽ fueris malus, vera omnino ſapientia priuatus, tantis vrgeberis doloribus, vt non ſolum inſipiens, verum etiam omnino fias & amens. [u] Idem: In illa vita ſi bonus fuerit, nihil patietur, quod nolit, ſed agere permittetur, quodcumque voluerit: ſi vero fuerit malus, ad omnia quæ noluerit cogetur, & ab omnibus, quæ voluerit, prohibebitur.

Pharetrae Finis.

a Augu. de ciuit. Dei li. 22. cap. 30. circ. med. & in fi.
b Ibid. li. 19. c. 13. circa prin.
c Ibid. lib. 22. c. 30. in prin.
d Ibid. paulo poſt.
e Ibid. c. 20 in fi.
f Ibid. c. 29 in fi.
g Idem de Trin. lib. 1. c. 8. poſt medi. to. 3.
h Idem de lib. arbi. li. 2. c. 13. verſ. fi. to. 1.
i Idem de cõfl. vitior. & virt. c. 26. to. 9.
k Ber. ſer. 11. in cant. poſt med.
l Ibid. poſt pauca.
m Idẽ ſer. 4. in feſto omn. ſanct. poſt med.
n Ibidem prop. fi.
o Anſ. de ſimil. c. 48.
p Ibid. c. 50
q Ibid. c. 51
r Ibid. c. 52
ſ Ibid. c. 71
t Ibid. c. 50
u Ibid. c. 54

S. BONAVENTVRAE
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
DECLARATIO
Terminorum Theologiæ.

Cum omnis doctrina, vt S. Auguſtinus inquit, de Doctrina Chriſtiana lib. 1. c. 1. vel rerum, vel ſignorum ſit, reſq. per ſigna diſcantur: cumq. vt ibidem aſſerit lib. 2. c. 3. ſignorum, quibus inter ſe homines ſua ſenſa communicant, quædã pertineant ad oculorum ſenſum, pleraq. ad auriũ, pauciſſima ad cæteros ſenſus: verba inter homines prorſus obtinuerunt principatum ſignificandi quæcumque animo concipiuntur, ſi ea prodere quiſque velit. Vim igitur & verborum ſignificationem in vnaquaque ſcientia pertractanda noſſe oportere, libro de reprehenſionibus Sophiſtarum c. 1. docuit Ariſtoteles. Ex quibus facile colligitur, quantum opuſculum hoc, quod declaratio terminorum Theologiæ inſcribitur, ad ipſius Theologiæ tractationem afferat vtilitatis. In eo enim Auctor dilucide explicat terminos, quibus in præcipuis Theologicæ ſcientiæ materijs profeſſores Theologi vtuntur, ne ex illorum ignoratione quiſquam hallucinetur, vel in perniciofos errores, quod hac de cauſa plerìſque aliquando contigit, prolabatur. Quæ vero hoc opuſculo continentur, fuſius in Breuiloquio auctor edifferit, vt ibi pro cuiuſq. materiæ ratione manifeſte apparet. Adeo vt non tam declaratio terminorum Theologiæ ſit iſte tractatus, quam compendium totius Theologiæ compendioſiſſimum, longeq. ipſo Breuiloquio breuius.

Diuinæ perſonæ.

OMNIPOTENS Deus Pater, Filius, Spiritusſanctus vnus eſt Deus: nam in vnitate naturę numerali eſt realis pluralitas perſonarum, quarum prima ſcilicet Pater, a nullo eſt producta, nec producibilis: nec genita, nec generabilis: nec ſpirata, nec ſpirabilis: nec creata, nec creabilis. Secunda perſona, ſcilicet Filius, eſt genita a patre naturali productione, naturali fecunditate intellectus per memoriam. Tertia perſona, ſcilicet Spiritusſanctus, eſt ſpirata a Patre, & Filio, non genita, nec creata, ſicut nec ſecunda perſona eſt creata, nec ſpirata.

Eſſentia diuina.

Eſſentia autem diuina eſt ſumme vna, id eſt, nullo modo diuiſibilis in plures eſſentias. Secundo eſt ſumme ſimplex, id eſt, non compoſita ex multis rebus diſtinctis a ſe inuicem re, nec componibilis cum rebus a ſe re diſtinctis: ſed quidquid eſt in ea, propter ſui infinitatem, eſt vna res cum ea. Tertio, eſt immenſa, id eſt, ipſa per ſeipſam eſt præſens omni rei, & perſona per ipſam operatur in omni re, & manu tenet, & intelligit omnia. Quarto, eſt æterna, id eſt, non incœpit, nec deſinit, ſimul & ſemel omnes perfectiones indiuiſibiliter continet. Quinto, eſt incommutabilis, id eſt, nec ſubſtantialiter, nec accidentaliter mutabilis: nec generabilis, nec corruptibilis: nec aliquo modo perfectibilis, vel defectibilis. Sexto, eſt neceſſaria, id eſt, ipſa non poteſt non eſſe, nec aliquid ab eo deficere, & omnis ſua actio eſt ipſa eſſentia, & neceſſaria, licet terminus actionis diuinæ ad extra nõ ſit neceſſarius. Septimo, eſt prima, id eſt, radix & fundamentum emanationum, & perſonalium proprietatum, & omnino prima entitas, inter omnia entia, & in diuinis, & creaturis. Octauo, in ea eſt ſumma fecunditas, id eſt, memoria perfecta ad producendum perſonam vtramque. Nam memoria, quam dicunt intellectiuam, naturam Dei dicit cum intellectu, quæ fecunda eſt reſpectu verbi. Sed memoria, quam dicunt ſpiratiuam, naturam Dei dicit cum voluntate, quæ eſt fecunda reſpectu Spiritusſancti. Non-
A no, eſt in ea ſumma charitas, id eſt, vna numero voluntas in tribus perſonis, & per conſequens eadem volitio, & volitum idem. Decimo, eſt in ea ſumma liberalitas, id eſt, communicabilitas ſuæ eſſentiæ, & omnis infinitæ perfectionis in deitate ipſis perſonis, & ſuæ bonitatis, & influentiæ in creaturis omnibus rebus productis. Vndecimo, eſt in ea ſumma æqualitas, id eſt perfectio patris non eſt maior, nec minor perfectione filij, ſimiliter & Spiritusſancti, nec filius eſt perfectionis maioris, vel minoris quàm Pater, & Spiritusſanctus. Idem dicendum de Spiritusſancto re-
B ſpectu Patris, & Filij, nec eſt deitas alia in Filio, & Spiritusſancto, quàm in Patre, nec econuerſo: nec eſt poteſtas alia in Patre, quàm in Filio, & Spiritusſancto, nec maior, nec minor. Nec eſt duratio ſiue æternitas maior, vel minor in Patre, quàm in Filio, & Spiritusſancto. Duodecimo eſt in ea ſumma germanitas, id eſt naturæ, & eſſentiæ eſt ſumma vnitas, ſcilicet numeralis in tribus perſonis, ſimiliter & talis vnitas eſt in omni perfectione eſſentiali in tribus perſonis, non autem in omni proprietate notionali. Tertiodecimo, eſt in ea ſumma conformitas, id eſt, eſſentialium pro-
C prietatum ſumma vnitas, & idẽtitas, & nulla diuerſitas: voluntatis concordia, nulla diſcordia, ſi ſaltem debet dici concordia: operationum ad creaturas indiuiſibilitas, & omnium effectuum ſimilis producibilitas. Quartodecimo, eſt in ea inſeparabilitas, id eſt, perſonarum ſimultas in exiſtendo, & vbiq. præſentiã exhibendo, & omnia operando.

Quot ſint proceſſiones, hypoſtaſes, relationes, & notiones in diuinis.

Emanationes duæ ſunt in diuinis, ſcilicet generatio, & ſpiratio. Generatio, eſt productio ſubſtantifica per modum naturæ. Spiratio, eſt productio ſubſtantifica per modum voluntatis. Tres hypoſtaſes, id
D eſt ſuppoſita, vel perſonæ ſunt in diuinis, ſcilicet Pater, & Filius, & Spiritusſanctus. Sequuntur quattuor relationes, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, ſpiratio. Sequuntur etiam quinque notiones, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, proceſſio, ſpiratio. Paternitas, eſt generatio actiua. Filiatio, generatio paſſiua. Proceſſio, eſt ſpiratio paſſiua. Spiratio, eſt ſpiratio actiua. Innaſcibilitas, eſt proprietas nobilitatis,

ſcilicet a nullo produci.

Proprietas perſonalis quid, & quintuplex. Proprietas perſonalis eſt, qua perſona proprie, & principaliter innoteſcit. Et ſunt tres, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua. Notio eſt, qua perſona innoteſcit, vt diſtinguatur ab alia. Innaſcibilitas, innoteſcit patrē principaliter per modum negationis, & ex conſequenti per modum poſitionis, id eſt, fontalis plenitudinis.

Filius. Filius dicitur Imago, inquantum expreſſa ſimilitudo patris. Filius dicitur verbum inquantum eſt ſimilitudo expreſſiua. Filius dicitur filius, inquantum eſt ſimilitudo hypoſtatica. Secundo filius dicitur Imago, vt ſimilitudo conformis. Dicitur verbum, vt ſimilitudo intellectualis. Dicitur filius, vt ſimilitudo connaturalis.

Spiritusſanctus. Spiritusſanctus dicitur donum, vt datum voluntarium, & præcipuum. Dicitur ſpiritus, vt datum voluntarium, & primum. Dicitur charitas Patris, & Filij, vt datum hypoſtaticum.

Quæ prædicamēta nō ſunt in Deo. Prædicamenta quinque vltima non ſunt in Deo, quia pertinent proprie ad corporalia. Prædicamenta quinque vltima attribuuntur Deo figuratiue. Prædicamenta quinque prima, ſecundum id quod eſt completionis in eis, ſunt in Deo, & reducuntur ad duo, ſcilicet ſubſtantiam, & relationem. Ideo dicūtur duo C modi prædicandi in diuinis, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & relationis. Prædicare per modum ſubſtantiæ eſt prædicare de omnibus perſonis ſimul, & ſigillatim, & ſingulariter. Prædicare vero ſecundum relationem, aut eſt non dici de omnibus, aut ſi de pluribus, pluraliter dici.

Eſſentia diuina quo modo eſſentia, & ſubſtātia dicitur. Eſſentia diuina dicitur eſſentia, inquantum communicabilis in abſtracto: ſed dicitur ſubſtantia, inquantum communicabilis in concreto.

Quinque modi dicēdi in diuinis. Sunt quinque modi dicendi ſimul, & quærendi in diuinis. Quis ratione perſonæ: qui ratione hypoſtaſis: quæ, ratione notionis: quod ratione ſubſtantiæ: D quid ſiue quo, ratione eſſentiæ.

Habitare Deum in nobis, eſt effectum ſpiritualem cauſare in nobis, cum acceptatione per charitatem, qua Deus nos habet, & habetur a nobis. Tota Trinitas autem inhabitat in homine. Deum apparere, eſt in ſigno ſenſibili expreſſe ſignificari, vt Spiritusſanctus apparuit in linguis igneis, & columba. Deum deſcendere, dicit vtrumque ſcilicet inhabitare, vel apparere. Deum mitti, eſt cum vtroque prædicto æternaliter produci, Deum ſedere in beatis, eſt, glorificare beatos.

Appropriare aliqua perſonis diuinis, eſt ipſa com- E munia omnibus perſonis ad notitiam propriorū perſonalium facientia, alicui perſonæ attribuere: vt patri vnitatem, æternitatem, principiationem, omnipotentiam. Filio veritatem, ſpeciem, exemplationem, omni ſcientiam. Spiritusſancto bonitatem, vſum, finem, voluntatem.

Vnum, eſt ens indiuiſum in ſe. Verum, eſt ens intelligibile. Bonum, eſt ens communicabile.

Deus omnipotens. Deus eſt omnipotens, non quòd poſſit actus culpabiles, vt mentiri, nec actus pœnales in ſe recipere, vt timere, nec corporales vt dormire, nec inconuenientes, vt facere aliquem maiorem ſe. Eſt, inquā, F Deus perfecte, vere, & proprie omnipotens, id eſt potens omnia, quæ ſunt alicuius potentiæ, & potentiæ completæ.

Potentia duplex. Potentia completa, eſt quæ non poteſt deficere, nec ſuccumbere, nec indigere. Potentia incompleta, quæ poteſt in peccando deficere, in patiendo ſuccumbere, in corporali actione indigere. Potentia diuina eſt, quæ nec eſt de nihilo, nec ſub aliquo, nec eget aliquo, nec culpabilia poteſt, nec pœnalia, nec materialia.

Sapientia multipliciter dicta. Sapientia Dei eſt illa, qua limpidiſſime Deus cognoſcit omnia bona, mala, præterita, præſentia, & futura, actualia, & poſſibilia: & per conſequens, eſt A infinita, & incomprehenſibilis nobis. Sapientia Dei dicitur ſcientia, inquantum eſt cognitiua omnium poſſibilium. Dicitur viſio, reſpectu omnium actualiter exiſtentium. Dicitur approbatio, inquantum eſt reſpectu bonorum. Dicitur præſcientia, inquantum eſt reſpectu futurorum. Dicitur diſpoſitio, inquantū eſt reſpectu fiendorum ab ipſo Deo. Dicitur prædeſtinatio, reſpectu præmiandorum. Dicitur reprobatio, inquantum eſt reſpectu damnandorum. Dicitur lux, inquantum eſt ratio cognoſcendi omnia. Dicitur ſpeculum, inquantum eſt ratio cognoſcendi viſa, & approbata. Dicitur exemplar, inquantum eſt ratio B cognoſcendi præuiſa, & diſpoſita. Dicitur liber vitæ, inquantum eſt ratio cognoſcendi prædeſtinata. Sapientia Dei eſt liber vitæ, reſpectu rerum, vt redeuntium: exemplar, vt exeuntium: ſpeculum, vt euntium: lux, reſpectu omnium. Ad exemplar ſpectat idea ſecundum actum præuidendi. Verbum ſecundū actum proponendi. Ars ſecundum actum proſequendi. Ratio ſecundum actum perficiendi. Simplex Dei notitia eſt, qua cognoſcit Deus bona, & mala, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, & poſſunt eſſe, quæ etiam numquam erunt. Notitia viſionis eſt, qua cognoſcit Deus omnia mala, quæ ſunt, fuerunt, & erunt. Noti- C tia approbationis eſt, qua cognoſcit tantum bona, quæ ſunt, fuerunt, & erunt. Voluntas Dei dicitur ratione regulata prouidentia, qua omnia quæ in vniuerſo fiunt, irreprehenſibiliter gubernantur.

Deus cauſa efficiēs exēplaris, & finalis. Deus eſt cauſa efficiens mundi, ratione cuius eſt in creatura vnitas, modus, & menſura. Deus eſt cauſa exemplaris mundi, ratione cuius, eſt in creatura veritas, ſpecies, & numerus. Deus eſt, cauſa finalis mundi, ratione cuius eſt in creatura bonitas, ordo, & pondus.

Liber ſcriptus intus, & foris. Liber intus ſcriptus, eſt Dei æterna ars, & ſapientia. Liber foris ſcriptus, eſt mundus ſenſibilis. Obe- D dientia mera eſt, quando præceptum ex ſe ſolū obligat, non ex aliqua alia cauſa.

Eſt Mag. in 2. d. 9. 9. conſiderandum. colligitur ex Greg. ho. 34. in Euangel. Ordo Angelorum ſecundum Gregorium eſt multitudo cæleſtium ſpirituum, qui inter ſe in aliquo munere gratiæ ſimilantur, ſicut & in naturalium donorū munere conueniunt. Hierarchia diuina, eſt ipſa Trinitas increata. Hierarchia angelica, eſt Angelorum multorum habitudo ad inuicem in ſcientia, actione, Deiformitate, illuminatione, & in Deum aſcenſione. Hierarchia eccleſiaſtica, eſt rerum ſacrarum, & rationalium ordinata poteſtas, debitum in ſubditis retinens principatum. Angelus, eſt ſubſtantia incorpo- E rea, intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, Deo ſeruiens, gratia non natura immortalitatem ſuſcipiens, id eſt, annihilationem, quia incorruptibilitatem proprie habet ex natura.

Animę definitio, & eius potentiæ. Anima, eſt ſubſtantia ſpiritualis corpori, vt forma rectrix, & viuificatrix accommodata, & ad æternam beatitudinem principaliter ordinata. Senſualitas, eſt potentia animę, quæ ſenſificat corpus, & mouet, & appetit delectabilia corpori, & refugit nociua. Senſus, eſt illa vis animæ, qua homo cognoſcit res corporeas præſentes. Imaginatio, eſt illa vis animæ, quæ intuetur res corporales abſentes. Ratio, eſt illa vis animæ, qua F anima inter bonum & malum, inter verum & falſum diſcernit infra ſe. Intellectus, eſt illa vis animæ, qua anima apprehendit res immateriales, & intelligibiles. Portio animæ ſuperior, eſt ipſa anima inquantū

Portio animę duplex. reſpicit ſuperiora. Portio animæ inferior, eſt ipſa anima, inquantum reſpicit inferiora. Senſus communis eſt, in quo omnes ſenſus particulares concurrunt. Phantaſia eſt virtus animæ ſenſitiua, quæ componit formas nouas, ſecundum ſimilitudinem formarum a particularibus ſenſibus receptarum. Aeſtimatiua eſt illa vis animæ, qua dicimus eſſe ſagacitatē in brutis, vt in vulpe. Memoria eſt illa vis, quæ conſeruat formas ſenſibilium ſpecierum. Motiua ſenſitiua eſt vis, qua anima ſingula membra corporis mouet.

net. Intellectus ſpeculatiuus eſt ille, qui exercetur in ſpeculatione veri. Intellectus practicus eſt ille, qui exercetur in operatione boni. Vis animalis eſt illa, qua animal corporea obiecta cognoſcit & appetit. Vis vitalis eſt vis motiua aeris in corpore animalis per arterias. Vnde vis naturalis eſt illa, qua corpus animalis nutritur, & conſeruatur ſpecies. Vis generatiua eſt illa, qua conſeruatur ſpecies. Nutritiua eſt illa, qua conſeruatur indiuiduum.

Oraculum, viſio, ſomniū, inſomniū, phātaſma quid.

Oraculum, eſt cum in ſomnis apparet aliqua grauis perſona, vt Deus, ſacerdos, vel parens, denuncians aliquid euenturum, vel non; faciendum, vel vitandum. Viſio eſt, cum id quis videt, quod euenit ſicut apparuit. Somnium eſt figuris tectum, & ſine interpretatione intelligi non poteſt. Inſomnium eſt, quando id quod vigilantem fatigauerat, ſe ingerit dormienti. Phantaſma eſt, quando vis dormire cœperit quis, & vigilare ſe exiſtimat, & videtur aſpicere irruentes ſuper ſe, vel paſſim vagantes formas, diſcrepantes & varias, lætas & turbulentas.

Imago Dei in homine.

Imago Dei in natura rationali, eſt ſimilitudo expreſſa, tamen deficiens in aliquo Trinitatis increatæ, conſiſtens in memoria, intelligentia, & voluntate. Libertas a coactione, eſt facultas rationis, & voluntatis, conſurgens ex deliberatione præambula, & voluntate adiuncta, & dicitur liberum arbitrium. Cauſa, eſt principium productiuum.

Ratio multiplex.

Ratio esuſalis, eſt regula dirigens ipſum efficiens in prodoctione: quæ regula eſt idea in Deo, in creatura forma naturalis. Rationes cauſales, ſunt formæ ideales. Rationes ſeminales, ſunt formæ naturales. Ratio primordialis, eſt ratio cauſalis, tamen cum reſpectu ad Deum, vt primum principium. Veſtigium Dei, eſt creatura, repræſentans Deum in rationibus omni creaturæ communibus, vt eſt vnitas, veritas, & bonitas. Similitudo, eſt conformitas Dei in gratuitis, vt fide, ſpe, charitate. Imago creationis conſiſtit in tribus potentijs animæ, & vnitate ſubſtātiæ, ita, quòd memoria repræſentat Patrem, intelligentia Filium, & voluntas Spiritumſanctum, & vnitas ſubſtantiæ repręſentat vnitatem diuinæ eſſentiæ. Imago recreationis conſiſtit in tribus virtutibus Theologicis, & vnitate gratiæ gratum facientis, ita, quòd fides repræſentat Filium, ſpes Patrem, charitas Spiritumſanctum, vnitas gratiæ, vnitatem eſſentiæ. Imago glorificationis conſiſtit tribus dotibus, & vnitate gloriæ: ita quòd aperta viſio repræſentat Filium, ſecura tentio repræſentat Patrem, perfecta dilectio Spiritumſanctum, vnitas gloriæ repræſentat vnitatem eſſentiæ.

Malū multiplex.

Malum, eſt priuatio modi, ſpeciei, & ordinis. Nam creatura comparatur ad Deum in ratione effectus cauſæ efficientis, formalis, & finalis, & ratione primi habet rationem modi, ratione ſecundi habet rationem ſpeciei, ratione tertij habet rationem ordinis. Malum culpæ, eſt carentia debitæ honeſtatis. Malum pœnæ, eſt abſtinentia debitę delectationis cum ſenſu ſui contrarij. Malum pugnæ eſt culpa diabolo in inſtigando, & eſt pœna iuſto in repugnando. Malum ſecundum ſe & in ſe, eſt, quod nullo modo poteſt bene fieri, vt odium Dei. Malum in ſe, ſiue in genere, quod aliquando poteſt bene fieri, vt occidere hominem. Malum ex circumſtantia, eſt malum, quod in ſe eſt bonū, tamen propter aliquam circumſtantiam annexam fit malum. Tentare, eſt probare.

De peccato & alijs ad materiā de peccato in generali, & ſpeciali pertinentibus.

Peccatū originale, eſt carentia debitæ iuſtitiæ per inobediētiam Adæ facta, quā comitatur carentia viſionis diuinæ. Peccatū actuale, eſt carētia debitæ iuſtitiæ, acta per inobediētiam propriæ voluntatis. Peccatū veniale, eſt amor voluptatis in creatura citra Deū. Peccatū mortale, eſt inobediētia mandatorū diuinorū. Delictum, eſt tranſgreſſio præceptorum affirmatiuorū. Commiſſum, eſt tranſgreſſio præceptorum negatiuorum. Præceptum affirmatiuū, eſt, quod ordinat quid debeat fieri. Præceptum negatiuum, eſt, quod ordinat quid non debeat fieri.

Ignorantia

Ignorantia negationis, eſt ſimpliciter aliquid non ſcire, ſicut brutum non ſcit Deum. Ignorantia priuationis, eſt ignorare aliquid, poſtquam ſciri potuit, & tenebatur ſcire. Ignorantia diſpoſitionis, eſt non ſcire veritatem, & cum hoc tenere oppoſitam falſitatē. Ignorantia ſimplex, eſt neſcire, quę tenetur homo ſcire, facit aliquid ſed non ſufficienter. Ignorantia craſſa ſiue ſupina, eſt neſcientia eorum, quæ tenetur ſcire, & nō velle aliquem laborem ſubire, vt ſciat. Ignorantia affectata, eſt nolle ſcire ea, ad quæ tenetur.

Peccatum cordis.

Peccatum cordis eſt tranſgreſſio legis diuinæ per inordinationem intrinſeci motus mentis. Conſenſus, eſt nutus voluntatis ſpontaneus. Conſcientia, eſt naturale iudicatorium, quid faciendum, vel non faciendum ſit. Perplexitas, eſt inuolutio inter oppoſita, ita quòd videtur ſemper vergere in peccatum, quamcunque partem eligat. Contentio, eſt veritatis impugnatio, cum confidentia clamoris. Mendacium, eſt falſa ſignatio vocis, cum intentione fallendi. Iurare, eſt Deum inuocare in teſtem ſuæ locutionis. Periurium, eſt mendacium, iuramento firmatum. Adulatio, eſt ſermo laudis, alicui exhibitus, intentione placendi. Maledicere, eſt alicui plagas, vel pœnas, verbo optatiuo imprecari. Detractio, eſt famæ alienæ denigratio.

Peccatum operis.

Peccatum operis, tranſgreſſio legis diuinæ per inordinationem extrinſeci motus. Superbia, eſt amor, vel appetitus propriæ excellentiæ. Inanis gloria, eſt amor laudis propriæ propter excellentiam apparentem. Inobedientia, eſt voluntas fingens minorationē poteſtatis, nolens ſubiacere ſuperioribus in debitis. Iactantia, eſt voluntas propter apparentiam, propriam poteſtatem oſtendens. Hypocriſis, eſt voluntas per ſpeciem ſanctitatis, ſe ſimulans fallaciter in aperto, & viliter agens in occulto.

Inuidia.

Inuidia, eſt dolor, vel odiū felicitatis alienæ. Odiū, eſt voluntas affectans proximo malum, vt careat bono, quòd ipſum odientem contriſtat. Suſurratio, eſt voluntas loquendi, ſeminans diſcordias inter fratres.

Ira.

Ira, eſt motus, & feruor ſanguinis circa cor, ex euaporatione fellis, propter appetitum vindictæ. Fellea paſſio, eſt ſubitus animi motus, impatiens læſionis. Mania, eſt manens ira. Cotus, eſt obſeruatio opportuni temporis ad vindictam. Rixa, eſt audax voluntas vindicandi in iniuriam facti procedens. Contumelia, eſt volūtas vindicans, per exprobrationem malorum. Blaſphemia, eſt voluntas ſe vindicans, per opprobrium Deo vel ſanctis illatum.

Acedia.

Acedia, eſt tædium operandi bonum. Puſillanimitas, eſt voluntas immoderate metuens grauedinem, in aggreſſo agendorum. Deſperatio, eſt voluntas grauedinem reprimens, de adiutorio ad perficiendū bonum diffidens, ſiue de remuneratione diuina diffidens. Torpor, eſt voluntas grauedinis impatiens, tepida ad explendum inchoata.

Auaritia.

Auaritia, eſt amor immoderatus habendi. Prodigalitas, eſt ſuperfluitas, quæ dat non danda. Furtum, eſt auaritia rapiens, vel retinens rem inuito Domino. Rapina, eſt auaritia, violenter occupans rem alienam. Vſura, eſt auaritia, acquirens per mutuum aliquid præter ſortem. Simonia, eſt auaritia, ſtudioſe appetens vendere, vel emere ſpiritualia, vel ſpirituali annexum. Proditio, eſt voluntas per deceptionē domeſticorum acquirendis inhians. Fallacia, eſt voluntas per verba decipiens proximum, cauſa lucrandi. Fraus, eſt volūtas profectum proximi decipiens, propter terrenum emolumentum.

Gula.

Gula, eſt immoderatus amor edendi.

Luxuria.

Luxuria, eſt concupiſcentia nimia experiendæ voluptatis.

Peccatum multiplex.

Peccatum ignorantiæ, eſt omiſſio debitæ ſcientiæ. Peccatum ex ignorantia, eſt peccatum quòd committitur ignoranter, & ſi non fuiſſet ignorantia, non fuiſſet commiſſum. Peccatum ex induſtria, eſt auerſio volun-

voluntatis malignantis a ſumme clemente Deo. Peccatum ex infirmitate, eſt auerſio voluntatis male humiliatæ, vel male in amore acceſſę. Peccatum in Deũ, dicitur impietas. Peccatum in proximum, dicitur iniquitas. Peccatum in ſeipſum, dicitur impuritas. Idolatria eſt falſa, & ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuinæ in idolo. Apoſtaſia eſt temerarius a ſtatu fidei, vel obedientiæ, vel religionis receſſus. Schiſma eſt illicita diſſenſio eorum, inter quos debet eſſe vnitas. Hæreſis eſt receſſus a vera fide. Diuinatio eſt ſuperſtitioſa inueſtigatio præſcientiæ futurorum. Nigromantia eſt diuinatio facta in cadaueribus mortuorũ. Geomantia eſt diuinatio facta in terra. Hydromantia eſt diuinatio facta in aqua. Aeromantia eſt diuinatio facta in aere. Pyromantia eſt diuinatio facta in igne. Maleficium eſt mulierum opus, vel ligatura alicuius rei, in damnum, vel commodum alicuius hominis. Sortilegium eſt diuinatio per ſortes. Augurium eſt diuinatio per garritus, vel geſtus auium. Præſtigium eſt per quod diabolicis illuſionibus oculi hominum perſtringuntur, ne poſſint cernere verum. Hypocriſis eſt velle videri, qualis non eſt.

De gratia, & de virtutibus.

Gratia generaliter dicitur adiutorium diuinum, creaturæ liberaliter, & gratis impenſum ad quemcũque actum indifferenter. Gratia gratis data eſt adiutorium diuinitus datum, vt quis præparet ſe ad ſuſcipiendum Spirituſſancti donum, quo perueniat ad ſtatum meriti. Gratia gratum faciens eſt adiutoriũ diuinitus datum ad merendum.

Virtutes Theologicæ.

Fides eſt habitus, quo creduntur ea, quæ non videntur. Spes eſt virtus, qua ſpiritualia, & æterna bona cũ fiducia expectantur, propter confidentiam meritorũ præcedentium, & gratiam diuinam. Charitas eſt virtus, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. Amor eſt naturalis affectio communis rationalibus, & irrationalibus. Dilectio eſt affectio rationalium, & intellectualium.

Virtutes cardinales.

Prudentia eſt notitia eorum, quæ ſunt agenda, & eorum quæ ſunt vitanda. Memoria eſt notitia præteritorum, vt præterita ſunt. Intelligentia prudentiæ eſt notitia præſentium. Prouidentia eſt notitia futurorum. Circumſpectio eſt cautela cõtrariorum vitiorum. Cautio eſt diſcretio virtutis a vitio, ſpecié virtutis præferente. Docilitas eſt prudentia erudiendi imperitos.

Tẽperãtia.

Temperantia eſt domatio libidinum, & omnium malorum motuum, Deo hominem incorruptũ conſeruans. Continentia temperantiæ eſt regimen cupiditatis, per conſilij gubernationem. Clementia eſt virtus, per quam animus in odium alicuius temere concitatus, benignitate remittitur. Modeſtia eſt virtus, qua pudor honeſtatis comparat puram, & ſtabilé auctoritatem. Verecundia eſt obſeruatio honeſtatis in geſtu, & verbo.

Fortitudo.

Fortitudo eſt magnarum rerum appetitio, & humilium contemptio, & cum humilitate laborum perpeſſio. Magnanimitas eſt difficilium ſpontanea, & rationabilis aggreſſio. Fiducia eſt certa ſpes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Securitas eſt habitus, ſecundum quem imminentes incommoditates, & rei inchoatæ affines non formidantur. Magnificentia eſt magnarum rerum, & excelſarum, cum animi ampla quadam, & ſplendidiſſima propoſitione cogitatio, atque adminiſtratio. Conſtantia eſt ſtabilis in bono perſeuerantia. Patientia eſt æquanimis malorum tolerantia. Fidentia eſt in magnis, & honeſtis firma fiducia, & tuta collocatio. Perſeuerantia eſt finalis permanentia in bono.

Iuſtitia.

Iuſtitia eſt virtus qua ſibi, Deo, & proximo, quod ſuum eſt tribuitur. Seueritas eſt virtus debito ſupplicio coercens iniuriam. Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix. Latria eſt cultus ſoli Deo debitus, qui fit fide, ſpe, & charitate. Dulia eſt ſeruitus creaturæ debita. Hyperdulia eſt ſeruitus, vel cultus excel-

A lentibus creaturis debitus. Reuerentia eſt virtus, qua perſonis grauibus, & prælatione, vel officio ſublimatis, debitus cultus reuerentiæ impenditur. Pietas eſt virtus, qua conſanguineis, & patriæ beneuolis diligẽs cultus impenditur. Gratia iuſtitiæ eſt beneficia iugi memoria recordari, & poſſibiliter rependere. Vindicatio eſt virtus, qua omne iniuſtum repellitur, & debite punitur. Obſeruantia eſt virtus, qua ſuperiores honorifice tractantur. Veritas eſt virtus, qua rebus cor & verba concordare iubentur. Innocentia eſt animi puritas abhorrens omnem illationem iniuriæ Deo, ſibi, & proximo. Amicitia eſt dilectio alicuius

B proximi propter bonum ipſius proximi. Concordia eſt voluntatum, & actionum conformitas. Miſericordia eſt compaſſio miſeriæ, & indigentiæ proximi. Diſciplina eſt conuerſatio honeſta, cui parum eſt nõ agere malum, ſed ſtudet in bonis ſuis actibus irreprehenſibilis apparere. Obedientia eſt obtemperatio voluntati ſuperioris ſecundum regulas legis diuinæ, vel humanæ. Æquitas eſt amor æqualitatis in his, in quibus æquitas eſſe debet. Contemplatio eſt clara, & libera perſpicacia ad cognoſcendum diuinam ſapientiam, & propriam & naturalem poſſibilitatem. Oratio eſt aſcenſus mentis in Deum, ſiue eſt expreſſio de-

C ſiderij directi in Deum, ad bonum adipiſcendum, vel malum remouendum, formata per verbum interius, & exterius.

Sacramẽtũ quid, & quotuplex.

Sacramentum eſt materiale elementum oculis ſubiectum, ſimilitudine repræſentans, inſtitutione ſignificans, ſignificatione gratiam conferens. Baptiſmus eſt tinctio corporis exterior facta, ſub forma verborũ præſcripta. Confirmatio eſt ſignatio hominis baptizati in fronte, facta ab Epiſcopo ad roborandum hominem in fide. Euchariſtia eſt vera & realis præſentia corporis, & ſanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini. Pœnitentia eſt abſolutio hominis peccatoris pœ-

D nitentis a ſacerdote, claue non errante, pœnam æternam in temporalem diuina auctoritate commutante. Vnctio extrema eſt vnctio hominis infirmi a ſacerdote, in remiſſionem venialium peccatorum. Ordo eſt ſignaculum, quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato. Matrimonium eſt viri, mulieriſq coniunctio maritalis inter legitimas perſonas, indiuiduam vitæ cõſuetudinem ſeruans.

Præmiũ triplex.

Præmium ſubſtantiale conſiſtit in viſione, fruitione, tentione vnius ſummi boni. Præmium conſubſtantiale conſiſtit in gloria corporis. Præmium accidentale conſiſtit in quodam decore ſpeciali ſuperaddito, & dicitur aureola. Aurea eſt ipſa beatitudo

E ſubſtantialis. Aureola eſt gloria incorruptionis ſecundũ profectum trium virium animæ in carne operantium, ſcilicet vis iraſcibilis, concupiſcibilis, & rationalis. Aureola virginum eſt gloria de incorruptione carnis, atteſtante incorruptione mentis. Aureola martyrum eſt gloria de inuicta ſuſtinentia mortis pro fide, vel iuſtitia. Aureola prædicatorum eſt gloria de incorruptione doctrinæ

Aureola multiplex.

F ad alterum prolatæ, mente, verbo, & exemplo. Hæc ſunt chariſſime frater paucula, quæ pro vſu & exercitio tibi relinquo, poſtquam, Deo dante, te iterato videro, latius tibi exponam.

S. BONAVENTVRAE

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

COMPENDIOSVM PRINCIPIVM

In Libros Sententiarum.

Quid in ſingulis ſententiarum libris contineatur ſummatim breuiter, & artificioſe hoc opuſculo S. Bonauentura complectitur Eccleſiaſtici verbis vſus: Gyrum cæli circuiui ſola &c. Quoniam autem in primo libro ſententiarum ſecundum triplicem gyrum de Deo agitur, vt ipſe ait, quorum vnum de Deo ſecundum circumincesſionem perſonarum eſſe affirmat: circumincesſionis nominis notationem, eiusq. vim tam apud Latinos Doctores Scholaſticos, quam apud Græcos Theologos obſeruare libuit. Circumincesſio igitur idem eſt, quod Græce περιχώρησις, quæ vox vt patet ex Dionyſio de diuinis nominibus cap. 9. & ex Damaſceno lib. 3. fidei Orthod. c. 5. & 7. mutuam aliquorum commeationem; ſiue inter ſe inceſſum ſignificat. Quam vocem ex eo fortaſſe Scholaſtici Latini profeſſores nonnulli vſurparunt, quod in aliquam Damaſceni verſionem antiquam incidiſſent Græcum vocabulum per circumincesſionem exprimentem. Neque enim antiqui omnes Scholaſtici huius nominis meminerunt: nam S. Thomas nuſquam, quod in mentem veniat, eius mentionem facit, cum tamen 1 p. q. 42. art. 2. & 1. ſent. d. 19. eam quæſtionem inculcet, an Pater in diuinis ſit in filio, & e conuerſo. At vero apud S. Bonauenturam huius vocis frequens eſt vſus, vt videre eſt in hoc opuſculo, & ſerm. 21. in hexaem. & 1. ſent. d. 19. ac multis alijs locis. Præterea in recentioribus Scholaſticis Scoto ſcilicet, Gabriele, Occham, Durando & alijs vox circumincesſio reperitur. Vim vero huic nomini a Theologis Græcis attributam aliter Doctores noſtri Scholaſtici interpretantur, oculos animi conuertentes ad mentem Hilarij, Ambroſij, & Auguſtini, quos Magiſter ſententiarum eadem 19. d. li. 1. profert in explanationem illius loci Ioannis. 14. Ego in patre, & pater in me eſt. Qui patres iſto Domini ſermone ſimpliciter ſignificari putauerunt perſonas inter ſe eſſe conſubſtantiales. Quam ob cauſam Scholaſtici Doctores circumincesſionem a Græcis introductam cernentes propter hunc Ioannis locum, & ſimiles expoſuerunt habitudinem perſonæ ad perſonam, vel genus inexiſtentiæ, quo aliqua inexiſtunt per naturæ participationem, ſiue communionem. Vnde apud ipſos circumincesſio perſonarum in Deo nihil aliud eſt, quam vnam perſonam eſſe in alia, & e conuerſo. Græci vero Theologi hoc nomine non ſolum conſubſtantialitatem diuinarum perſonarum ſignificare voluerunt, ſed potius earum inſeparabilitatem, mutuum, & arctum complexum, & in ſe inuicem quaſi penetrationem, & introitum admirabilem, ac ſtupendum citra confuſionem tamen & mixtionem. Quo fit, vt perſonæ diuinæ, circumincesſione ſint vna, ſiue etiam vnus Deus, quia per illam vniuntur, immanent, circum ſe incedunt, & commeant. Etenim quia immenſus eſt Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritusſanctus extra ſe verſari nequeunt. Itaque vt ſe mutuo capiant, ſeq. metiantur neceſſe eſt: idq. ſine vlla confuſione, ac mixtione. Hoc appellant Græci περιχωρεῖν, Latini vero circumincedere, ſiue vltro citroq. commeare. Rem hanc ſi fuſius explicatam deſideras lege ex recentioribus Gilbertum Genebrardum Pariſienſem Theologum linguarum vſu, & cognitione peritiſſimum, ſecundo ſuo libro de Trinitate, & in eiuſdem apologia contra Blaſphemiam 14. & 15. Schegkij hæretici.

Esth. 24. a GYRVM cæli circuiui ſola, &c. A Quàm ſit libri ſententiarum inacceſſibilis celſitudo: quàm ſit libri ſententiarum perplexa nodoſæ profunditatis indago; quàm ſit libri ſentẽtiarum perfecta, cognitionis, & increati cognoſcibilis plenitudo: quàm ſit hebes cæcutientis intellectus caligo, oſtendit increata ſapientia in verbo propoſito: Gyrum cæli circuiui ſola, &c.

Libri ſententiarum inacceſſibilis celſitudo tangitur, quando dicitur: Cæli, vt vere poſſimus dicere B cum Iob: Suſpice cælum, & intuere æthera, quòd altior te ſit. Iob. 35. b

Perplexa nodoſæ profunditatis indago notatur cum dicitur: Circuiui. Anfractus enim labyrinthi eſt, inquirere Trinitatem per cognitionem creaturarum.

Conſummata cognitionis, & increati cognoſcibibilis plenitudo, notatur nomine gyri.

Hebes cæcutientis intellectus caligo, notatur, quando dicitur: Sola. Si enim ſola increata ſapientia circuit gyrum cæli, humana ratio non attingit. Vnde & Auguſtinus dicit: Mentis humanæ acies inualida, in tam excellenti luce non figitur. Dicit ergo: Gyrum cæli circuiui ſola, &c. Aug. lib. 1. de Trin. c. 2. to. 3.

Gyrus cæli habet quadriformem intelligentiam, quattuor libris Sententiarum proportionaliter reſpondentem.

Gyrus cæli dicitur ſpheralis ambitus cæli, id eſt cõuexa ſuperficies ſphæræ cæli.

Gyrus cæli dicitur maior circulus ſphæræ cæli, quo non eſt aliquis maior in ſphæra cæli, & tranſit per centrum terræ, quod eſt centrum cæli. Vnde æquinoctialis dicitur gyrus cæli, qui dicitur cingulum orbis, & vterque colurus poteſt dici gyrus cæli.

Gyrus cæli, dicitur regiratio primi in vltimum, & vltimi in primum. Et hoc modo Zodiacus dicitur gyrus cæli, quia in eo rotatur Sol ab Oriente in Oriens per Occidens.

Gyrus cæli dicitur reuolutio eptaſiderea circa Polum.

Gyrus

[Materia 1. lib. Sent.] Gyrus cæli, qui eſt ſpecialis ambitus cæli, materiam deſignat primi libri Sententiarum, qui agit de Deo. Agitur autem in primo Sententiarum de Deo, ſecundum trifarium gyrum. Eſt enim Deus ſphæra intelligibilis, cuius centrum vbique, & circumferentia nuſquam, vt dicit Hermes Trimegiſtus. Agitur enim in primo libro de Deo, ſecundum gyrum vnitatis eſſentiæ in tribus perſonis, vſque ad diſtinct. 31.

Agitur ſecundo de Deo, quantum ad gyrum circumincesſionis perſonarum ad inuicem a diſt. 31. vſque ad 35.

[B] Agitur tertio de Deo, quantum ad gyrum appropriatorum, a 35. diſtinct. vſque in finem. De gyro vnitatis eſſentiæ in perſonis poteſt intelligi, quod [*Exo. 37. a*] ſcriptum eſt: Corona aurea per gyrum. Cum enim [*Ephe. 4. b*] caput Chriſti ſit Deus, vt dicit Apoſtolus, & in Can[*Cant. 5. c*]ticis legamus: Caput eius aurum optimum. Corona aurea per gyrum, eſt vnitas diuinitatis in tribus perſonis, vt ita dixerim regyrata, non numerata. De gyro circumincesſionis perſonarum in inuicem [*Eccli. 43. b*] poteſt intelligi, quod ſcriptum eſt: Gyrauit cælum in circuitu gloriæ. Arcus ille, eſt verbum increatum, & incarnatum, radius ſolis ingeniti exceptus in nube concaua humanitatis aſſumptæ. Iſte [C] arcus, id eſt iſtud verbum Dei, gyrat cælum Trini[*Aug. li. 12. de gen. ad lit. c. 28. 10. 3.*]tatis: ſic enim tertium cælum vocat Auguſtinus. In circuitu gloriæ, quia & verbum in Patre, & Pater in Verbo eſt, & Pater, & Verbum in Spiritusſancto, & Spiritusſanctus in Patre, & Verbo eſt. De circuitu appropriatorum, id eſt potentiæ, & aliorum, intel[*Eccli. 29. c*]ligi poteſt, quod ſcriptum eſt: Potentes gyrans mi[*Exod. 25. c*]grare fecit. Hoc eſt labium æneum, quod Deus præcepit fieri in gyro. Labium enim quandam protenſionem, & prominentiam habet, & ſignificat diuinam eſſentiam per appropriata ad creaturas comparatam. Iſtud labium eſt in gyro, quia potentia ſa[D]pientia, & iuſtitia ſunt idem in Deo, licet non ſint eadem connotata.

[Materia 2. lib. Sent.] Secundo gyrus ſphæræ, qui eſt maior circulus ſphæræ tranſiens per centrum ſphæræ, ſignat materiam ſecundi libri ſententiarum, in quo agitur de creatione mundi. Nã & omnia corpora mundi principalia, ſunt ſphærica. Figurã enim ſphærica corporibus homogeneis maxime aptatur. Primo propter primitatem, nam & de prima figurarum multilaterũ probatur prima paſſio per circulum, per illam pro[*Euclid. lib. 1. elemen. Prob. 1. propoſ. 1.*]poſitionem Euclidis ſuper datam lineam, triangulum æquilaterum, collocare. Secundo propter capa[E]citatem: nam plus capit circumſcriptio ſuperficiei ſphæricæ, quàm ſi eadem comprimatur in cubum. Tertio propter perfectionem, quia in ea primum cõiungitur vltimo.

Agitur autem in ſecundo libro de triplici gyro, de gyro creationis, & productionis rerum a principio vſque ad diſtinctionē. 21. de gyro tentatoris, & circũuentoris potiſſimæ rei in diſtinct. 21. Videns igitur diabolus, vſque ad diſtinct. 30. De gyro præuaricationis, & inuolutionis peccati, a diſtinct. 30. vſque ad finem. De gyro creationis, & productionis rerum gyratarum, intelligi poteſt, quod dicit ſapientia: [*Prou. 8. c*] Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, ante[A]quam quidquam faceret a principio. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret. Quando præparabat cælos, aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos. De gyro tentatoris, & circumuentoris potiſſimæ rei, id eſt hominis, ſcribitur in Iob: Obſederunt in gyro tabernaculum eius, [*Iob. 19. b*] ſpiritus ſcilicet maligni. Quantum ad gyrum præuaricationis, & inuolutionis peccatorum, ſcribitur de eodem hoſte maligno: Per gyrum dentium eius for[*Iob. 41. a*]mido. Gyri dentium, ſunt inuolucra peccatorum, quibus peccator glutitur, & traijcitur in corpus diaboli.

[B] Gyrus, qui eſt reuolutio quæcumque ſiue ſit circulus obliquus ſiue rectus, ſignificat congruiſſime materiã tertij libri ſententiarum, in quo quidem agitur de triplici gyro. Primo de gyro incarnationis, in [Materia 3. lib. Sent.] qua primum coniunctum eſt vltimo. Secundo, de gyro paſſionis, & redemptionis, per quam vltimum reunitum eſt primo. Tertio de gyro gratuitæ reformationis, per virtutes, dona, & beatitudines, quæ ſunt media, quibus infimum fruitur ſummo. Hunc triplicem gyrum ſubtiliter tangit Eccleſiaſtes, quan[*Eccl. 1. a*]do dicit: Oritur Sol, vide gyrum incarnationis. Et occidit, vide gyrum paſſionis: & in circulos ſuos re[C]uertitur, vide gyrum reſurrectionis: Gyrat per meridiem, vide gyrum gratuitæ reformationis: Flectitur ad Aquilonem, ecce gyrus æſtiuæ fruitionis, nam quando Sol eſt in ſignis Aquilonaribus, æſtas eſt.

Gyrus cæli dicitur reuolutio eptaſiderea circa Po[Materia 4. lib. Sent.]lum, & hoc ſignat conuenientiſſime materiam quarti libri ſententiarum, de quo myſtice dicit Iob: Nũ[*Iob. 38. d*]quid plicare poteris micantes ſtellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Gyrus arcturi eſt ſignũ ſeptem ſtellarum, vt docet Iſidorus indefinenter re[*Iſid. lib. 13. etym. c. 6.*]gyratarum circa Polum. Et eſt iſtud ſignum poſt cau[D]dam maioris vrſæ. Iſte gyrus ſeptem ſtellarum, gyrũ ſignat ſeptem ſacramentorũ, quæ gyrantur cõtinue circa Polum, quia ſacramenta totam efficaciam ſuam a Polo paſſionis Chriſti Ieſu ſortiuntur. Dicitur autẽ gyrus, quia & abluendi ad ſacramẽta confugimus, & abluti, ad ſacramentũ accedimus. Agitur enim in quarto libro de triplici gyro. Primo de gyro ſacramentalis expiationis, de qua dictum eſt: Numquid gyrum ar[*Iob. 38. d*]cturi poteris diſſipare? Secundo de gyro reſurrectionis, de qua dicitur in Ezechiele: Comportabit aggerẽ [*Ezec. 26. b*] in gyro? In gyro aggerem comportare eſt cineres, in quos reſolutum eſt corpus humanum, in idem nume[E]ro corpus humanum reformare, & eidem animã reunire. Et hoc facit Magiſter in diſt. 33. quando tractat de reſurrectione. De hoc gyro poteſt intelligi, quod etiam in Ezechiele ſcriptum eſt: Circũduxit me [*Ezec. 37. a*] per oſſa, in gyro, & dixit mihi: Fili hominis putas ne viuent oſſa iſta? Tertio de gyro iudiciariæ examinationis agitur circa finem quarti, & quãtum ad iudicium condemnationis reproborum, & quantũ ad iudicium glorificationis electorũ. De gyro condemnationis reproborũ intelligitur, quòd in Threnis ſcriptũ [*Thren. 2. a*] eſt: Flammæ deuorantis eam in gyro. Animæ vero beatæ ſunt in medio filiarum Palæſtinarum, quæ ambulant per gyrum. Omnes enim accẽſis luminaribus, [*Iudith. 13. a*] gyrant circa eam, id eſt circa animam beatam.

Finis compendioſi principij in quattuor libros ſententiarum.

S. BONA.

S. BONAVENTVRAE
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
SENTENTIÆ SENTENTIARVM
Carmine Digeſtæ.

Sententiæ ſententiarum opuſculum hoc inſcribitur, vel quia breuibus ſententijs carmine digeſtis, quæ in quattuor Magiſtri ſententiarum libris continentur, S. Bonauentura exponit, vel ob excellentiam opuſculi, vel ob auctoris ingenium, quod in eo elucet. Carmina autem in ſingulos ſententiarum libros iuxta diſtinctiones Magiſtri diſtincta ſunt. Magiſtri vero ſententia, quam conſenſus Scholæ communis non approbat, verſibus minime exprimitur. Proœmium quoque ab Auctore præmittitur, carmine itidem compoſitum: vbi quattuor animalibus libros quattuor ſententiarum comparans, quid in vnoquoque tractetur, miro artificio comprehendit.

PROOEMIVM.

O Fons ſplendoris, vas dulcoris, ſed amoris — A
Nexus. ſpes floris, dos roris, dogma saporis
Verum. vita, via, mihi da, quod philoſophia
Tradit, ſanctorum votis præſtare tuorum.

Liber Primus

Quid contineat, & cui aſſimiletur.

IN primis aquilæ primus liber aſſimilatur. — B
Quo de diuina natura notificatur:
Et de perſonis diſtincte clarificatur.

Liber Secundus

De quo diſſerat, cuive ſimilis ſit.

HVmana ſpecie reliquus liber effigiatur.
Quo cælum, terra, cunctorum forma creatur:
Hinc homo plaſmatur, cui totum ſubijciatur.
Euiſdem lapſus, & peccatum replicatur. — C

Liber Tertius

Quid tractet, cuiusq. gerat ſimilitudinem.

TErtius in vitulo perpulchre ſignificatur:
Cuius conſperſus homo ſanguine viuificatur.
Sumpſit ob hoc carnem, diſponens, quod patiatur.
Vt genus humanum lapſum, per eum redimatur.
Præcipit, & donat, beat, ornat, gratificatur.

Liber Quartus

De quibus agat, cuiq. ſit ſimilis. — D

ADuenit in quarto, leo de Iuda dominatur.
Per ſacramenta ſibi mundus reconciliatur.
Et ſeruis eius mundus ſeruire paratur.
Quæ fuerat cæca iam dudum, gens oculatur:
Eius rugitu mundus trepidus agitatur.
Defuncti ſurgunt, & iudicium celebratur.
Inde coronatur iuſtus, reus igne crematur.
Gloria ſeu pœna per ſæcula perpetuatur.

LIBRI PRIMI
SENTENTIARVM
DISTINCTIO. I.

Veteris ac nouæ legis continentiam, &c.

B IN res, & ſigna doctrinam crede ſecari.
Et dic per ſigna, nobis res ſignificari.
Signum dicatur, per quod res ſignificatur.
Res nil ſignabit, ſignum rem ſignificabit.
Factis vteris, ſummo factore frueris.
Nunc in ſpe fruimur, ſed re pleneq. fruemur,
Cum requiem ſummam guſtantes experiemur.
Dic, quod non homine, ſic nec virtute fruendum,
Eſt tamen vtendum: ſic creditur eſſe tenendum.
Vtitur ipſe Deus nobis, propria bonitate:
Vtitur & nobis, pro noſtra commoditate.
C Sed non credatur, quòd nobis ipſe fruatur.

DISTINCTIO. II.

De myſterio Trinitatis, & vnitatis.

Hoc itaque vera, ac pia fide tenendum eſt, &c.

LEx noua cum veteri probat iſta, iubetq. teneri,
Quòd tres perſonæ, Deus eſt vnus, ratione.

DISTINCTIO. III.

D Incipit oſtendere quomodo per creata poterit creator cognoſci.

Apoſtolus namque ait, &c.

SVmmus plaſmator partim per plaſma videtur:
In quo cunctipotens, bonus, ſapiens perhibetur.
Sunt etenim res, quæ pondus retinent ſpeciesq.
Ergo creatura, licet imperfecta figura,
Lumen diuinum, docet vnum credere trinum.
Mens meminit, ſcit, amat, trinũq. per hæc tria clamat.

DI-

DISTINCTIO. IV.

Hic quæritur, vtrum concedendum ſit, quòd Deus ſe genuerit.

Hic oritur quæſtio, ſatis neceſſaria, &c.

QVod Deus ipſe Deum genuit, ſane teneamus.
Sed, quòd genuit aliumve Deum, reprobamus.
A Patre filius eſt alter, ſi diſcutietur,
Aſt a Patre Deo, genitus non alter habetur.
Sunt tres perſonæ, Deus vnicus: & Deus vnus
Eſt tres perſonæ, ſic credas ex ratione.
Patrem non alium genuiſſe Deum, referamus.
Perſonam genuit aliam, non hoc dubitamus.

DISTINCTIO. V.

Hic quæritur, an Pater genuit diuinam eſſentiam, vel ipſa Filium: an eſſentia eſſentiam genuit, vel ipſa nec genuit, nec genita eſt.

Poſt hæc quæritur, vtrum concedendum ſit, &c.

ESſentiam diuinam Patrem genuiſſe negamus.
Et quod, d, natum genuit, vel ſe, reprobamus.
Per, d, diuinam naturam ſignificamus.

DISTINCTIO. VI.

Vtrum Pater genuerit voluntate Filium, an neceſſitate: & an volens, vel nolens ſit Deus.

Præterea quæri ſolet, vtrum Pater genuerit, &c.

DIc genuiſſe Patrem, nullo ſibi vim faciente.
Nec præeunte tamen ſibi velle, vel adueniente.

DISTINCTIO. VII.

Hic quæritur, an Pater potuerit, vel voluerit gignere Filium.

Hic quæri ſolet a quibuſdam, &c.

ET voluit Pater, & potuit natum generare.
Nec voluit, ſed nec potuit natus. generare
Altera proprietas: ſic & vnica parq. poteſtas,
Qua generare poteſt Pater & natus generatur.
Nec Pater hoc maior, natusve minor referatur.

DISTINCTIO. VIII.

De veritate, & proprietate, & incommutabilitate, & ſimplicitate diuinæ eſſentiæ.

Nunc de veritate, ſiue proprietate, &c.

APer ſe ſtãdo, Deus eſt ſubſtantia vere,
Non a ſubſtando, cum nullo poſſit egere.
Non permiſcetur, hinc ſumme verus habetur.
Cum nec mutetur, immobilis eſſe probetur.
Simplicitas ſumma ſoli ſummo proprietur,
De quo non proprie dicentur cathegoriæ.
Temporibus, Verbi duratio ſignificatur,
Quæ non incœpit, & ſemper continuatur.
Nam ſimplex eſt, ſic idẽ quod habet, quod & hoc eſt,
Nec Pater Filius fertur, ad Patrem vero refertur.

DISTINCTIO. IX.

De diſtinctione trium perſonarum, &c.

Nunc ad diſtinctionem perſonarum, &c.

ESt alius flatus, alius pater, & generatus.
Sed ſi dicetur aliud pater, hoc reprobetur.
Per neutrum, natura tribus communis habetur:
Per neutrumq. genus, eſſentia ſignificatur.

A Quodq. coæternæ ſint perſonæ referetur.
Filius eſt natus ſemper, cum * perficiatur.
Naſcitur, & ſemper, quoniam durare probatur.

* ideſt perfectus ſit.

DISTINCTIO. X.

Hic de Spirituſancto agitur: & prius quòd ſit amor, Patris, & Filij dicitur.

Nunc vero poſt filij æternitatem, &c.

VT proprie natus, ſapientia ſumma vocatur.
Ingenito ſimul, & genito communis habetur
B Spiritus, hinc merito dilectio ſumma vocetur.

DISTINCTIO. XI.

Quod Spirituſſanctus procedit a Patre, & Filio.

Hic dicendum, Spiritumſanctum, &c.

FLamen ab ingenito procedere non dubitetur,
Et ſimul a genito, licet a Græcis reprobetur.

DISTINCTIO. XII.

C. Vtrum Spirituſſanctus prius, vel plenius procedat, a Patre, quàm a Filio.

Item quæritur cùm Spirituſſanctus procedat, &c.

NE prius a Patre, procedere pneuma putetur,
Quàm primogenito, ſeu plenius, hoc remouetur,
Tempore, vel cauſa, vel origine. Suſcipietur
Hac in parte prius aliter: Pater auctor habetur.
Æque pneuma quoque ſit procedens ab vtroque.

DISTINCTIO. XIII.

D Quare Spirituſſanctus, cum ſit de ſubſtantia Patris, non dicatur genitus, vel Filius, ſed tantum procedere.

Poſt hæc conſiderandum eſt, quantum, &c.

INgenitum flatum non dices, aut generatum.
Nam Patrem geminum faceres, natũ quoque binũ,
Et non eſt natus, procedens a Patre flatus:
Nam ſi ſic eſſet, amborum Filius eſſet.
Et ſi ſic fieret, Patrem, matremq. teneret.
Spiritus ingenitus, quia non genitus referatur,
Et priuatiue pure tunc accipiatur.
E Omne, vel ingenitum, vel factum, vel generatum
De facto nato diſtinguas, atque renato,
Et de non nato, non facto, mente notato.

DISTINCTIO. XIV.

Quòd gemina eſt proceſſio Spirituſſancti.

Præterea diligenter notandum eſt, &c.

SAcri pneumatis, hic proceſſus congeminatur,
Æternus prior eſt, reliquo pia mens habitatur.
Tempore ſpiratur, cum iuſtus ſanctificatur,
F Pneuma ſacrumve dare ſancti nunquam potuere.
Sed dare dicetur, faciens id, per quod habetur.

DISTINCTIO. XV.

Vtrum Spirituſſanctus a ſeipſo detur.

Hic conſiderandum eſt, cum Spirituſſanctus detur, &c.

SPiritus vt Deus eſt, ſe dat, donumq. vocatur.
Ex hoc donatur, a ſe prodire feratur.
A ſe pneuma datur, a ſe mittiq. probatur.
Hoc concedatur de nato, ſeu referatur.
Eſt miſſus natus, ſemel in terris generatus.
Mitti dicatur, cum menti notificatur,

Sed

Sed quòd mittatur genetans non adſtipulatur.
Quamuis credatur, quòd menti notificatur.

DISTINCTIO. XVI.

De miſſione Spiritusſancti, quæ fit duobus modis, viſibiliter, & inuiſibiliter.

Nunc de Spiritusſancto videndum eſt præter illam, &c.

MIſſio ſignetur, tibi flaminis, & geminetur.
Vna videtur, & hæc perhibetur in igne, columbà:
Altera ſignetur cum mente notificetur.
Per primam vero tibi poſtera ſignificetur.
Filius in carne, Patre ſeq. minorificatur,
Vnio cauſa datur, a pneumate, quòd retrahatur.

DISTINCTIO. XVII.

De miſſione Spiritusſancti, qua inuiſibiliter mittitur.

Iam nunc accedamus, ad aſſignandum, &c.

DIcas, quòd pneuma ſit amor, quo frater amatur,
Et Deus a nobis, hoc a pleriſque negatur.
Mitti dicatur in nos, cum ſic operatur,
Quod Deus a nobis, & in ipſo frater amatur.
Nobis augetur, non in ſe, nec variatur,
Si, quo diligimus, formaliter accipiatur.
Eſt animi motus, nec non in mente creatur,
Informans habitus animam, quo frater amatur.
Ipſe magiſter in hoc nunc defeciſſe probatur,
Si ſic ſumatur, amor augeri referatur,
Sed non dicatur proprie, quòd diminuatur.

DISTINCTIO. XVIII.

An concedendum ſit, quòd per donum dentur dona.

Hic quæritur, cum Spiritusſancti, &c.

DOno dona dari, dicas donumq. vocari,
Pneuma ſimulq. datũ, donum tamen eſto vocatũ,
Æterne flatum, donatum tempore gratum,
Donum dicatur; quoniam donabilis eſſe,
Non genitove Patris ſed nobis, eſſe probatur.
Filius, vt donum procedit, & vt generatus,
Vt donum flatus procedit, non generatus.
Naſcendo natus accepit, & vt generatus,
Et ſubſtantia ſit: vt donum pneuma factum ſit,
Et ſubſtantia ſit, hoc procedendo recepit.
Vt donum ſimul adq. Patrem natumq. feratur,
Vtq. datum ſimul ad dantem quibus & tribuatur.
Sic impendentis dicetur, & accipientis.
Vt datus eſt natus noſter, non vt generatus;
Et ſic eſt noſter, quaſi panis, non quaſi natus.

DISTINCTIO. XIX.

Hic queſtio non ſoluitur, ſed differtur in ſequẽtibus.
Hic de qualitate trium perſonarum.

Nunc poſtquam coæternitatem trium &c.

IN verbo totus Pater eſt, ac in Patre totus
Filius, æquales ſumme ſunt; nam Deitatis,
Et maieſtatis eiuſdem ſic tonitatis.
Pars, & materia, genus, & ſpecies retrahuntur
Hic a diuinis: nec in eis inueniuntur
Trinus dicetur Deus, & triplex renuetur.

A ## DISTINCTIO. XX.

Oſtenſo, quòd aliqua perſonarum aliam non ſuperat magnitudine, nunc oſtendit, quòd non excedit aliam potentia.

Nunc oſtendere reſtat quomodo, &c.

SVnt tres perſonæ veraciter æquipotentes.
Hinc Maximini falſi ſunt, falſa loquentes.

DISTINCTIO. XXI.

B Quæritur, quo modo poſſit dici ſolus Pater, vel ſolus Filius, vel ſolus Spiritusſanctus, cum ſint inſeparabiles.

Hic oritur quæſtio, trahens originem, &c.

DIcas, quòd ſolus Pater eſt a proprietate,
Sed numquam ſolus Pater eſt patria poteſtate.

DISTINCTIO. XXII.

De nominum differentia, quibus vtimur loquentes de Deo.

C *Poſt prædicta nobis differendum, &c.*

IN ſex ſcinduntur partes, quæ de Deitate
Nomina dicuntur, ſeruata proprietate.
Quæ ſigillatim perſonis appropriantur,
Illa relatiua, non ſubſtantiua vocantur.
Sed ſubſtantiuum nomen recte referatur,
Per quod natura communis ſignificatur.
Non tamen in ſumma pluraliter accipiatur,
Nam ſi dicatur: Sunt tres ſummi, reprobatur.

DISTINCTIO. XXIII.

D De hoc nomine, quòd eſt perſona, quod cum ſecundum ſubſtantiam dicatur, tantum pluraliter non ſingulariter in ſumma accipitur.

Prædictis tamen adijciendum eſt, &c.

QVamquam perſona ſubſtantiuum ſimilatur,
In ſumma ſemper pluraliter accipiatur,
Vt dignoſcamus ad quid tres, quid referamus,
Perſonas ſemper in ſumma plurificamus,
Lex prohibet vere, tres eſſe Deos perhibere,
Vt non diuerſum, ſed ſimplex eſſe ſciatur.
E Vſias dici tres, a ſanctis reprobatur.

DISTINCTIO. XXIV.

Quid ſignificetur his nominibus, vnus, duo, vel duæ, tres, vel tria, trinus, vel trinitas, plures, vel pluralitas, diſtinctio, vel diſtincte, cur his vtimur, de Deo loquentes.

Hic diligenter inquiri oportet, &c.

CVm de diuinis vnus, duo, tres referemus,
Nil tunc ponentes excludimus, & remouemus,
F Hoc confirmatum, verbis auctoris habemus.
Nunc priuatiue non ponas, ſed poſitiue,
Simpliciter numerus a diuinis remouetur,
Sed perſonarum numerus bene ſuſcipietur.

DISTINCTIO. XXV.

Quid ſignificetur cum dicitur pluraliter tres perſonæ vel duæ perſonæ.

Præterea conſiderandum eſt, &c.

SI diſcernatur, perſonæ voce notatur
Eſſentia, proprietas, hypoſtaſis, aſſociatur.
Dictum poſterius, vſu potiore probatur.

DISTINCTIO. XXVI.

De proprietatibus perſonarum, ſed prius de hoc nomine hypoſtaſis.

Nunc de proprietatibus perſonarum, &c.

VEre tres fore tres dicas hypoſtaſeos três.
Eſt proprium Patris generare: velut generari,
Nati: ſpirari, dic, Spiritui propriari.
Notio proprietas eſt, atque relatio, quare,
Si conuertatur, poteris ita eſſe probare.
Aut ſubſtantiue pia nomina ſuſcipiantur,
Siue relatiue, quæ diuinis proprientur.
Vnus natura genitur ſit, munere plures,
Sint vel factura, dubium ſic ſoluere cures.
Spirituiſancto donum nunc appropriatur.
Spiritus & ſanctus, genitor, genitusq. vocatur,
Et ſubſtantiue, ſed ut flatu referatur.

DISTINCTIO. XXVII.

An Pater, vel Filius, vel Trinitas ipſa, poſſit dici Spiritusſanctus.

Hic quæri poteſt, vtrum proprietates, &c.

SAcri doctores eadem ſunt appropriantes
In re perſonis, ratione modi variantes.
Si concretiue ſumas, ſubſtant, referuntur.
Aſt abſtractiue ſubſiſtunt, non referuntur.
In patre ſignare prædicta, paterq. nitate.
Vt pater, & natus; genitor ſic, & generatus.
Propria ſignantur perſonis, & referantur.
Verbum filius eſt, & patris imago vocatur.
Aſt eſſentia ſit ſapientia, nec referatur.
Vt Deus & lumen ſapientia coniunguntur.
Quæ pro perſonis perſæpius accipiuntur,
Sine relatiuis, nec ob hoc proprie referuntur.

DISTINCTIO. XXVIII.

Quod non tantum tres proprietates prædictæ ſunt in perſonis, ſed etiam aliæ, quæ alijs ſignantur nominibus, vt ingenitus.

Præterea conſiderari oportet, &c.

INgenitus proprie patri dic appropriari.
Verum non genitus dic, ſacrum pneuma vocari.
Voce, ſed ingeniti, non vult Ambroſius vti. *Amb. lib. de Incarn. Domin. myſt. c. 8. 10. 4.*
Hinc genitor ſit idem cum nato, non tamen idem,
Cum verbum patris, ſapientia nata vocatur.
Nata refert, eſſentia ſub ſapiente notatur,
Eſſentiam diuinam ſapientia ſignificabit.
Porro perſonam ſupponit, & appropriabit,
Improprie, d, nunc hoc nomen imago notabit.

DISTINCTIO. XXIX.

De principio, quod relatiue dicitur, & multiplicem notat relationem.

Eſt præterea aliud & nomen, &c.

PRincipium geniti, pater, & fons, eſſe probatur,
Principium geniti fontale, pater perhibetur.
Pneumatis ambo ſunt, nec principium geminetur.
Vnum principium ſunt, vna proprietate.
Principiumq. rei tantum ſit pneuma creatæ.

DISTINCTIO. XXX.

De his, quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relatiue ſecundum accidens, quod non Deo, ſed creaturis accidit.

Sunt enim quædam, quæ ex tempore, &c.

EX æuo quædam referuntur de Deitate.
Eſt Dominus Deus abſque ſui mutabilitate,
Et cum pneuma datur, ſumens, non dans, variatur.

DISTINCTIO. XXXI.

A Quo modo dicatur Filius æqualis Patri, an ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum relationem: ita & ſimilis.

Præterea conſiderari oportet, &c.

AEqualis, ſimilis, in diuinis poſitiue.
Atque relatiue ſumuntur, & inueniuntur.
Vt ſubſtantiue, cauſaliter hicq. loquuntur.
Vna facit forma perſonis æquiparari.
Æternum ſpecies, debent vſusq. notari.
B Hæc ait Hilarius perſonis appropriari. *Hil. li. 2. de Trin. non lõge a prin. Aug. lib. 1. de Doctr. Chr. c. 5. to. 3.*
Aſt Auguſtinus patri dat monaditatem
Nexum Spirituiſancto, genito paritatem.

DISTINCTIO. XXXII.

Vtrum Pater, vel Filius Spiritu ſancto ſe diligant, cum diligere Deo, idem ſit quod eſſe.

Hic oritur quæſtio ex prædictis, &c.

PNeumate ſe, pater, & genitus dicuntur amare,
Notionaliter hoc debetis amare, locare.
C Quod ſapiens genita, pater eſt, propono negare.
Per ſe, non a ſe, dicis genitum ſapientem.
Sic ipſum per ſe non a ſe, dicis agentem.
Vna patris tantum ſapientia connumeratur.
Vna dicta modo non eſt, amor hic ſociatur.

DISTINCTIO. XXXIII.

Vtrum proprietates perſonarum, ſint ipſæ perſonæ, & Deus id eſt diuina eſſentia.

Poſt ſupradicta vlterius conſiderans, &c.

PRoprietates, dic in perſonis reſidere,
D Quæ ſunt perſonæ necnon eſſentia vere.
Hæretici nolunt hoc pura mente tenere.

DISTINCTIO. XXXIV.

Opinio quorundam aſſerentium, non idem eſſe perſonam, & eſſentiam, & eandem non poſſe eſſe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ſine perſonarum confuſione.

Prædictis adijciendum eſt, quod quidam, &c.

ESſe ſciamus idem perſonas cum Deitate.
E Arguis hinc hereſim, de ſtulta ſimplicitate.
Vt tres perſonas, vnius non recitamus.
Vnum ſicq. trium perſonarum caueamus.
Poſſe Patri, ſcire genito, velut appropriamus
Sancto ſpiritui bonitatem ſic tribuamus:
Iſtud nomen homouſion bene ſuſcipiamus,
Ad diuina pie, quædam tranſlata ſciamus.

DISTINCTIO. XXXV.

F De quibuſdam, quæ ſecundum ſubſtantiam, de Deo dicuntur, quæ ſpecialem efflagitant tractatum, ſcilicet de ſcientia, & præſcientia, prouidentia, & diſpoſitione, prædeſtinatione, & voluntate, & potentia.

Cumq. ſupra diſſeruerimus, &c.

SCit Deus, & præſcit, quæcumque fuere videnda.
Porro diſponit, quæ tantum ſunt facienda.
Sed prædeſtinat, hæc quæ ſunt ad ſumma trahenda.
Nomina prædicta ſubſtant, & ſunt referenda,
Sicq. creatio, ſiue creator ſunt capienda,
Præſcius nullius non eſſet, quando futura
Nulla forent, ſed & hæc caute diſtinguere cura.
Acta præterita, præſentia, ſiue futura
Æternus nouit, in quo ſunt omnia cura.

DISTINCTIO. XXXVI.

Vtrum concedendum ſit, omnia eſſe in Dei eſſentia, vel in Deo per eſſentiam, vt omnia dicantur in Dei cognitione, vel præſcientia.

Solet hic quæri, cum omnia dicantur eſſe, &c.
OMnia ſunt in eo ſemper, velut ipſa ſciente.
Necnon ſunt in eo, velut ipſa creare potente.
Nec probat ipſe mala, nec in ipſo ſunt vt agente.
Ex ipſo, ſic per ipſum, res ſunt, & in ipſo.
Omne quod ex ipſo, fore non dicitur ipſo,
De præit, ex ſequitur, conuerti non reperitur.

DISTINCTIO. XXXVII.

Quibus modis dicatur Deus eſſe in rebus.

Et quoniam demonſtratum eſt ex parte, &c.
TRiplicitet Deus eſt in cunctis. Aſt habitare,
Dicitur in ſanctis, quos nouit gratificare.
Cum ſit vbique Deus, nequit a rebus maculari,
Cuncta mouet ſtabilis, locat, & nequit ipſe locari.
Quodam ſcito modo, naturas ſpirituales
Circumſcriptibiles, necnon has eſſe locales.
Tempore mutantur, affectu non variantur.

DISTINCTIO. XXXVIII.

Hic redit ad propoſitum, repetens ſuperius dicta, vt addat alia.

Nunc ergo ad propoſitum reuertentes, &c.
HInc præſcire Dei, proprie non eſſe futuræ
Cauſam, ſcito, rei, tibi ſit conuertere curæ.
Scit bona laudando, mala præſcit, ſed reprobando.
Eſt impoſſibile præſcire Dei variari.
Iunctim dic verum, diuiſim falſificari.

DISTINCTIO. XXXIX.

Vtrum Dei ſcientia poſſit augeri, vel minui, vel alio modo mutari, vtrumque videtur poſſe probari.

Præterea ſolet quæri, vtrum ſcientia Dei, &c.
SCire Dei, minui nequit, augeri, variari:
Sed res præſcita, minui quit, & euacuari,
Plura poteſt ſcire, quàm ſcit, ſi diſcutiatur,
Quot præſcire modis, a ſanctis accipiatur,
Non tamen ipſe ſciens, ſed quod ſcitur variatur.
Curam de brutis habet ipſe Deus generalem,
De rationali curam retinet ſpecialem.
Cunctorumq. ſimul rationem ſcit numeralem.
Hos, quos elegit, ipſos prædesq.tinauit.
Porro præſciuit reliquos, hoc eſt reprobauit.

DISTINCTIO. XL.

An aliquis prædeſtinatorum poſſit damnari, vel reproborum ſaluari.

Prædeſtinatio vero eſt de bonis, &c.
VT præſcitorum nullus quit glorificari:
Sic electorum, nemo poterit reprobari.
Iunctim dic verum, diſiunctim falſificari.
Eſt indurare, prauum non gratificare.

DISTINCTIO. XLI.

Vtrum aliquod ſit meritum obdurationis, vel miſericordiæ.

Si autem quærimus meritum obdurationis, &c.
NOn cadit in merito prædeſtinat, aut reprobare,
Si vis ſimpliciter, ſignatum conſiderare,

A Ceſſat præſcire præſentia, non ea ſcire.

DISTINCTIO. XLII.

De omnipotentia Dei, vbi prius conſideratur, quare dicatur omnipotens.

Nunc autem de omnipotentia Dei, &c.
OMnipotens Deus eſt, quia cuncta poteſt operari,
Per ſe: defectus ab eo debent reſecari.

B DISTINCTIO. XLIII.

Error quorundam dicentium, Deum nil poſſe, niſi quod facit.

Quidam tamen de ſuo ſenſu gloriantes, &c.
SVmmum nil poſſe, niſi quod facit, aſſeruerunt
Quidam: ſed ſancti bene verum diſſeruerunt,
Et quòd plura poteſt, quàm vult, vel agit poſuerunt.

DISTINCTIO. XLIV.

C An Deus poſſit facere aliquid melius, quàm fecit.

Nunc illud reſtat diſcutiendum, &c.
QVæ fecit facere meliora Deus potuiſſet,
Et melius, concernendo rem, ſi voluiſſet,
Quodq. ſemel potuit, hoc ſemper poſſe negatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.
Et quòd mutatur in ſe Deus adſtipulatur.

D DISTINCTIO. XLV.

De voluntate Dei, quæ eſſentia Dei dicitur, quòd vna ſit, & æterna, & de ſignis eius.

Iam de voluntate Dei, aliquid pro ſenſus, &c.
VElle Dei Deus eſt, ſed, quæ vult, eſſe negatur.
Cum fers: Vult Deus hoc, eſſentia resq. notatur.
Eſſe Dei velle, cunctorum cauſa probatur.
Inde voluntatis eius, nec cauſa petatur.
Signa voluntatis diuinæ ſunt prohibere,
Conſulit, atque iubet, permittit, iunge placere.

E

DISTINCTIO. XLVI.

Illi ſententiæ, qua dictum eſt, Dei voluntatem, non poſſe caſſari, quæ ipſe eſt, quidam videntur obuiare.

Hic oritur quæſtio: dictum eſt enim, &c.
VElle bene placiti, quod ſemper perficiatur.
Nullus ſaluatur, ab eo niſi ſuſcipiatur.
Quod mala vult fieri culpæ, ratione negatur.
Eſſe bonum, fieri mala ſimpliciter reprobatur.
F Sed concedatur, ſi iunxeris eliciatur,
Præcipit & prohibet, permittit, conſulit, implet,
Quòdq. mali pœnæ, Deus eſt auctor, referatur.
Et quòd permittit fieri mala ſuſtineatur.

DISTINCTIO. XLVII.

Quod voluntas Dei ſemper impletur de homine quocumque ſe vertat.

Voluntas quippe Dei, ſemper efficax eſt, &c.
VErtat placitum vere, cum poſſis ſigna mouere,
Signa voluntatis abſolute ſituantur.
Conditionalis mutari ſigna probantur.

Magorum ſpecies, poſſunt hæc ſignificare.
Multo maiora facerent, & deteriora
Praui, ſi ſineret Deus, aut hos non cohiberet,

DISTINCTIO. VIII.

Vtrum omnes angeli corporei ſint, quod quibuſdam viſum eſt: quibus Auguſtinus conſentire videtur dicens angelos omnes ante caſum habuiſſe corpora tenuia, & ſpiritualia, ſed immutata in deterius malorum corpora, vt in eis poſſint pati.

Aug. lib. 3. de Gen. ad lit. lib. 3. c. 10. 10. 3.

Solet etiam in quæſtione verſari, &c.

Corporei non ſunt, formare tamen ſibi poſſunt
Corpora, quæ rurſus deponent, & remouebunt;
Quando complebunt, Dominum quæ velle videbũt.
Quamuis non poſſit, in ſe Deus ipſe videri,
Hunc tamen in ſpecie ſancti potuere tueri.
Non animam poterit intrare quis, aut habitare,
Excepto ſummo, qui cuncta poteſt penetrare.

DISTINCTIO. IX.

De ordinum diſtinctione, & quot ſint, & qui.

Poſt prædicta, ſupereſt cognoſcere, &c.

Ordo ſpirituum iuſtorum, ter triplicatur.
Vnus plus alio, dono proprio phaleratur,
Quilibet a dono, quo præeminet, intitulatur.
Aſcendunt homines ad ſedes, quas habuiſſent
Deiecti vigiles, niſi per culpam cecidiſſent.

DISTINCTIO. X.

Vtrum omnes ſpiritus cæleſtes mittantur. & ponit duas opiniones, & auctoritates quibus innituntur.

Hoc etiam inueſtigandum eſt, &c.

Mitti maiores dicuntur ad interiora,
Ac alij mitti dicuntur ad exteriora.
Raro maiores mittuntur, ſæpe minores.
Nomen naturæ, ſit ſpecies officiantis,
Angelus hoc nomen, a cauſa participantis.

DISTINCTIO. XI.

Quòd quæque anima, angelum bonum ad ſui cuſtodiam, delegatum habet, & malum ad exercitium.

Illud quoque ſciendum eſt, quòd Angeli, &c.

Eſt homini duplex datus angelus, vnus iniqua
Suggerit: ac alius monet aliud ad ſectãda pudica.
Vſque diem finis, plus noſcunt plusq. merentur.
Ciues cæleſtes, quod plures nolle videntur:
Multi myſterium crucis a ſanctis didicerunt,
Cuius notitia plena primo caruerunt.

DISTINCTIO. XII.

Poſt cognitionem de angelis habitam, agitur de aliarum rerum creatione, & præcipue de opere ſex dierum diſtinctione.

Hæc de angelica natura conditione, &c.

Spiritus angelicus, per cælum ſignificatur.
Hyle per terram velut inſpecioſa notatur.
Et quia confuſa per abyſſum notificatur.
Cum ſit poſſibilis, ad formas nuda vocatur.
Quæ tunc ante dies, quaſi non formata creatur,
Aer obſcurus, tenebræ quandoque vocatur.

A In forma non diſpoſita ſunt cuncta creata,
Primo ſimul, ſed poſt diſtincte ſunt phalerata.
Nunc vbi conſiſtit fuit hyle primo creata.
Omnia per verbum diuinum credo patrata.
Verbo diſpoſuit, ſed in hyle cuncta creauit.
Diſtinxit ſpecies, vim ſeminibus ſociauit.

DISTINCTIO. XIII.

Quæ fuit prima diſtinctionis operatio.

Prima autem diſtinctionis operatio fuit, &c.

B Lux cum formatur, mox a tenebris ſeparatur.
Tunc tenebræ, nox: luxq. dies, profecto vocatur.
Lux corporalis fertur, vel ſpiritualis.
Facta fuit lux, nunc vbi Sol lucere probatur,
Nec mirum ſi lux in aquis lucere putatur.
Diuerſisq. modis præſcripta dies habeatur.
Prima dies ſola ſiue mane fuiſſe probatur.
Si vis ipſa dies moraliter accipiatur,
Vtrum de luce ſit Sol factus dubitamus.
Solem cum ſtellis factum de luce putamus.
Dixit, id eſt, verbum pater æternus generauit,
In quo vel per quem, velut auctor cuncta creauit.

C

DISTINCTIO. XIV.

De opere ſecundæ diei, qua factum eſt firmamentum.

Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum, &c.

Fit firmamentum, de aquis factum reputatur.
Tunc aqua ſubterior ab aqua ſumma ſeparatur,
Quæ veluti glacies ſeu cryſtallus ſolidatur.
Inter aquas illas firmamentum ſituatur.
Tertia iungit aquas, herbisq. ſolum reparatur.
Cælum luminibus, quartaq. die renouatur.
D Quinta dedit piſces, aer auibus populatur.

DISTINCTIO. XV.

De opere ſextæ diei, quando creata ſunt animalia, & reptilia terræ.

Sequitur: Dixit Deus: Producant aquæ, &c.

Sexta dies animal cunctum produxit in eſſe.
Hinc ſit homo, cunctis debens de iure præeſſe.
Qui niſi peccaſſet, animal ſibi nõo nocuiſſet,
Sed ſibi ſubiectum diuina lege fuiſſet.
E Septima nempe dies eſt recte ſanctificata,
Qua, conſummata vidit Deus ipſa creata.
In qua plaſmator, vidit bene cuncta patrata.

DISTINCTIO. XVI.

De hominis creatione. Vbi conſiderandum eſt, quare creatus ſit homo, & qualiter ſit inſtitutus, quæ duo ſupra tractata ſunt: & qualiter factus, & qualiter lapſus, poſtremo quo modo ſit reparatus, quæ diſcutienda ſunt.

F

His excuſſis, quæ ſupra de hominis, &c.

Sic homo plaſmatur, vt imago Dei referatur,
Et vultu recto cæleſtia contueatur.

DISTINCTIO. XVII.

Vtrum anima de aliquo facta ſit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuit in creatione.

Hic de origine animæ plura quæri ſolent, &c.

De limo corpus Adæ Deus ipſe parauit.
Cui cura ætatem prouectam mox cumulauit.
Ac inſufflauit animam ſibi, ſiue creauit.

Hunc in terreſtri Paradiſo, poſtquam locauit:
Quam Deus vſque globum Lunæ plantando leuauit.
Ligno notitiæ, vitæ lignum ſolidauit.
Et duplici ligno, duo tunc præcepta ligauit.
Duplex præceptum ligno duplici ſociauit.

DISTINCTIO. XVIII.

De formatione mulieris.

In eodem quoque Paradiſo, mulierem, &c.

SIcut principium Deus, vnde cuncta creauit:
Vnus ſic Adam cunctos homines generauit.
Ne minor, aut maior Adæ, ſed par videatur,
Euam de latere ſumi, ratione probatur.
Nos Chriſti latere redimendos ſignificatur.
Eua fit ex coſta ſola, ſed multiplicatur.
Non ſic natura, ſi diſcernas operatur.
Vere dic, animas ex traduce non generari,
Immo corporibus, ſimul infundendo creari.

DISTINCTIO. XIX.

De primo hominis ſtatu ante peccatum, ſcilicet qualis fuerit ſecundum corpus, & ſecundum animam.

Solent quæri plura de hominis ſtatu, &c.

FActus Adam ſic eſt in prima conditione,
Vt vitare queat mortem propria ratione.
Sed pomu vetito, mulieris voce potito,
Per nullam ſortem potuit compeſcere mortem.
Quando reſurgemus, vitam ſine morte ſciemus.

DISTINCTIO. XX.

De modo procreationis filiorum, ſi non peccaſſent primi parentes, & quales naſcerentur filij.

Poſt hoc videndum eſt, qualiter primi, &c.

SI non peccaſſent, coitu licito generaſſent,
Vt nunc ſtatura paruos natos genuiſſent,
Hinc profeciſſent, paulatim cognitione.
Hos ignorantes, non dicimus hac ratione.
Atque cibos vellent, naturæ conditione.
Cum peccauerunt, mox expelli meruerunt,
Ac in terreſtri Paradiſo, non coierunt.
Poſt ſine morte Deus hos duceret ad meliora.
Si ſimul hoc fieret, aut qua, neſcitur, in hora.

DISTINCTIO. XXI.

De inuidia diaboli, quæ ad hominem tentandum acceſſit.

Videns igitur diabolus hominem, &c.

INuidus ille ſatan hominis de proſperitate
Tentat. Euam, ſuperat ſerpentis calliditate.
Exterius, non interius primus ſtimulatur,
Et quia ſuccumbit, culpa maiore ligatur.
Sed quoniam cecidit ipſo ſatana ſtimulante,
Ad veniam potuit tranſire, Deo mediante.
Per ſe deijcitur ſatanas, ideo reprobatur.
Vt numquam ſurgat, nec iam veniam mereatur.
Vt numquam ſurgat, nec ſurgere promereatur.
Vt numquam ſurgat, ſed perpetuo patiatur.
Euæ mandatum, per Adam dic eſſe relatum.
Conſtat ob hoc vere, quod poſſint verba referre.

DISTINCTIO. XXII.

De origine illius peccati, & quodnam fuerit.

Hic videtur diligenter inueſtigandum eſſe, &c.

EVa virum tentat, Domino vult æquiparari.
Peccatum fore, ſcit, præceptum præuaricari.

A Debet ob hoc, eius crimen maius reputari,
Euæ conſenſit Adam credens veniale,
Seu leue peccatum, quod erat morti ſociale.
Qui potuit, ſed non voluit rem ſcire, videtur,
Quòd ſit ignorans, peccati lege ligetur.
Qui vult, nec potuit immunis talis habetur.
Qui quaſi ſimpliciter neſcit, mortem patietur.
Sic excuſari nullatenus Eua meretur.
Primum peccatum non eſt ſine velle patratum.

DISTINCTIO. XXIII.

B Quare Deus permiſit hominem tentari ſciens eum caſurum.

Præterea quæri ſolet, cur Deus hominem, &c.

TEntari patitur hominem Deus, vt mereatur.
Fit malus hoc ipſo, iuſtis meritum cumulatur.
Quare permiſit Deus, a nobis dubitatur.
Contulit huic Dominus præclaram cognitionem.
Sed caſus proprij neſciuit conditionem.

DISTINCTIO. XXIV.

C De gratia hominis, & potentia ante caſum.

Nunc diligenter inueſtigare oportet, &c.

STaſe per arbitrium proprium, primus potuiſſet.
Sed vitando malum, tunc quidquã non meruiſſet,
Nam quid ad hoc traheret, pro certo non habuiſſet,
Cum nunc tenteris, mala nunc vitando mereris.
Infima pars animæ, nobis ſerpente notatur.
Altera ſit mulier, ſed vir ſuprema vocatur,
Triplex pars animæ tribus his tibi ſignificatur.
Scito quòd tribus peccatum perficiatur,
Serpens delectat, mulier vult, vir vitiatur.

D DISTINCTIO. XXV.

Reddit ad liberi arbitrij conſiderationem, & ponitur diffinitio liberi arbitrij.

Iam vero ad propoſitum redeamus. &c.

PRauis, ſiue bonis, vos arbitrium teneatis.
Eſſe voluntatis conſenſum, ſeu rationis.
De contingenti ſolum ſit & aduenienti,
Non de præſenti, vel præterito remanenti.
Factus homo cecidit, reparatur, glorificatur,
E Ex his arbitrium, diſtinctè quadruplicatur.
Atque modis alijs, ſi diſcernas, variatur.
Sed per peccatum valide modo debilitatur.
Ad mala quotidie cum pronior efficiatur.

DISTINCTIO. XXVI.

De gratia operante, & cooperante.

Hæc eſt gratia operans, & cooperans, &c.

GRatia præueniens in te bene velle lucratur.
Dat, quæ ſubſequitur, volitum, quod perficiatur.
F Sic noſtrum velle diuino rore rigatur.
Velle quod in nobis, ad velle bonum moueatur.
Gratis prima datur, gratum facit, illa vocatur.
Qua formata fides in nobis inueniatur.
Quod præit, & ſequitur, vnum donum reputatur.
Sed duplex actus duplici ſub voce notatur.
Eſſe bonum, magnum, minimum, mediumq. ſciatur.
Sub medio vero, libertas contineatur.

DISTINCTIO. XXVII.

Quid ſit virtus, & quid ſit actus, vel opus.

Hic conſiderandum eſt, cum prædictum ſit, &c.

VIrtus informat animam, Deus hanc operatur,
Et iuuat arbitrium, bonus actus, vt eliciatur,

Ex

Ex quibus adiunctis, bonus effectus generatur.
Gratia non meritum fertur, licet hac generetur.
Nemo fide, fidei tamen actu quiſque meretur.
A multis virtus, animi motus perhibetur.

DISTINCTIO. XXVIII.

Prædicta repetit, vt alia addat, definitiuam aſſignationem ponens, de gratia & libero arbitrio, contra Pelagianos.

Id vero inconcuſſe, et incunctanter, etc.

GRatia non proprijs meritis datur, aut adhibetur,
Quæ niſi præcedat, nullus pro poſſe meretur.

DISTINCTIO. XXIX.

Vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante.

Poſt hac conſiderandum eſt vtrum homo, etc.

GRatia ſi deſit, nec Adam quidquam meruiſſet,
Ante ſuum lapſum, cum virtutes habuiſſet,
Hic vbi peccauit, virtutibus expoliatur.
Et mox de dulcis Paradiſi ſede fugatur.
Huius in introitu, Cherubin gladiusq. locatur,
His amor, & præſens tribulatio ſignificatur,
Abſque quibus quiſquam requiem non ingredietur.
Vſi ſi ligno vitæ per ſæpe fuiſſent,
Viribus, & vita longeua plus viguiſſent,
Raro ſumpſerunt, citiusq. mori potuerunt.

DISTINCTIO. XXX.

Quod per Adam peccatum & pœna, tranſijt in poſteros.

In ſuperioribus inſinuatum eſt licet, etc.

ADæ peccato genus humanum maculatur.
Culpaq. dicatur, lex carnis, & ipſa vocatur.
Illa reſurget, & in cælis caro glorificatur,
Quæ nobis ab Adam ſolum transfuſa probatur.
Non quæ quotidie refluit, fluit & vegetatur.
Hoc tamen a multis recta ratione negatur.
De nutrimento transfuſæ quid ſolidatur.

DISTINCTIO. XXXI.

Quo modo peccatum originale a parentibus tranſeat ad filios, an ſecundum animam, an ſecundum carnem, an ſecundum vtrumque.

Nunc ſupereſt inueſtigare qualiter illud, &c.

PEr coitum caro non licitum prorſus generatur.
Adueniens anima, carnis vitio vitiatur.
Sic vaſe malo, vinum purum maculatur.
Per baptiſma patrum, proles non mundificatur.

DISTINCTIO. XXXII.

Quo modo originale peccatum dimittatur in baptiſmo, cum & poſt ſit illa concupiſcentia, quæ dicitur originale peccatum.

Quoniam ſupradictum eſt originale, &c.

CVm baptizatur homo, fomes debilitatur,
Spiritus interior a culpa mundificatur.
Eſt fomes pœna, cuius Deus auctor habetur.
Author, vt eſt culpa, dæmon, vel homo retinetur,
Ipſe Deus animas mundas creat & precioſas.
Per carnis libitum, ſeſe reddunt vitioſas.
Dic alias alijs natura plus ſpecioſas.

A

DISTINCTIO. XXXIII.

An peccatum omnium præcedentium parentum tranſeat ad filios originaliter.

Prædictis adijciendum videtur, &c.

SI ſine baptiſmo, quis paruulus hic morietur.
Pro ſolius Adæ vitio, leniter patietur.
In lumbis Adæ corruptis prorſus eramus.
Eius ob hoc maſſam corruptam participamus,
Facta patris praua, ſi filius ipſe ſequetur,
B Pro patre tunc merito puniri nempe meretur.
Tempore punitur quis pro patre, ſic reperitur.

DISTINCTIO. XXXIV.

Quæ de peccato actuali animaduertenda ſint.

Poſt prædicta de peccato actuali, &c.

REs bona cauſa fuit, radix, & origo malorum.
Praua voluntas eſt nunc cauſa ſequens vitiorum.
In re nempe bona, concedo malum ſituari.
Verum philoſophi credunt hæc euacuari.
C Eſt natura bonum, corruptio vero probatur
Eſſe malum, qua quis prauus, quandoque vocatur.

DISTINCTIO. XXXV.

Exponit, quid ſit peccatum, per eius notificationem.

Poſt hac videndum, quid ſit peccatum, &c.

SIt tibi peccare, legem Domini violare.
Vt malus interior actus ſcelus eſſe probatur:
Sic malus exterior actus primo ſociatur.
D Si modus ac actus ſapienter diſcutiatur,
Actus laudatur, modus in facto reprobatur.
Non locus a primo diſtare facit ſcelus, immo
Cui ſit diſſimilis, quando ſit crimine vilis.
Dic nihil eſſe malum, ſi per ſe conſideratur.
Porro ſubſtrati ratione quid eſſe probatur.
Hoc animæ facies vitiatur, & obtenebratur.
Peccatum priuat, effectus pœna vocatur.

DISTINCTIO. XXXVI.

E Quod quædam ſimul ſunt peccata, & pœna peccati, quædam peccata & cauſa peccati, alia vero peccata, cauſa, & pœna peccati.

Sciendum eſt tamen quædam ſic eſſe, &c.

SVnt quædam ſcelera, ſcelus & pœna reputanda.
Vt timor, inuidia, quis plura ſunt ſocianda.
Sunt peccatorum cauſæ, peccata locanda.
Et peccatorum pœnæ peccata notanda.
Deformans pœna, vel deficiens remouetur
A Domino, quæ ponit, & ordinat, huic tribuetur.
Vitas mortale, vitare nequis veniale.
Quæ bona ſunt genere, per finem diſcutiuntur.
F Quæ bona ſimpliciter, bona ſimpliciter metiuntur.

DISTINCTIO. XXXVII.

Aliorum ponit ſententiam, qui dicunt, malos actus, nullo modo eſſe a Deo, nec eſſe bonos, ſiue in eo quòd ſunt, ſiue alio modo.

Sunt autem, & alij plurimi longe aliter, &c.

ESſe malum duplex, culpæ pœnæq. docetur
Pœnæ, non culpæ, vere Deus actor habetur.
Mortem non fecit Deus, hoc ſic accipiatur,
Culpam non fecit, qua mors inflicta probatur,

DI-

DISTINCTIO. XXXVIII.

De voluntate, & eius fine, ex qno ipſa iudicatur.

Poſt prædicta de voluntate eiusq. fine, &c.

IN cunctis factis finis Deus inſtituatur.
Velle voluntatis, hoc vere rectificatur.
Præcepti finis amor eſt, ſi continuatur.
Velle voluntatem, finem, volitumq. notabit.
Nunc hoc, onnc illud, intentio ſignificabit.
Propter quid volo quid, intentio notificabit,
Atque voluntates in finem rectificabit.
Has, vt ſint vna, finis ratione ligabit.

DISTINCTIO. XXXIX.

Cum voluntas ſit de his, quæ naturaliter homo poteſt: quare peccatum fore dicatur, cum nullum aliud naturale peccatum ſit.

Hic oritur quæſtio ſatis neceſſaria, &c.

VIs naturalis, motus malus eſſe videtur
Peccatum: ſed vis in ſe bona ſemper habetur.
Quidam de motu dixerunt, quòd geminatur.
Vnus laudatur, alter vero reprobatur.
Gratia præueniens iuuat hunc, aliusq. fugatur.
Vtrum ſint vnus motus tantum, dubitatur.
Syndereſis nequit extingui, licet impediatur.

DISTINCTIO. XL.

An ex fine omnes actus penſari debeant, vt ſimpliciter boni, vel mali dicantur.

Poſt hæc de actibus adijciendum videtur, &c.

QVidam laudantur actus, alij reprobantur
Simpliciter: quidam duplici facie variantur.
Affectus fine directus, opus pretioſum
Reddit: ſi deſit vnum, fiet vitioſum.
Abſque bonis, fieri mala plures inficiantur.
Porro nequaquam bona ſunt, quamquam videantur.

DISTINCTIO. XLI.

An omnis intentio, & actio, quæ fide carent ſint mala.

Cumq. intentio, vt ſupradictum eſt bonum, &c.

ABſque fide, bona non fieri, quidam poſuerunt.
Aſt alij fieri bona, non bene, diſſeruerunt.
Diſtinguunt alij bona, quàm plures operari,
Abſque fide nequeunt, cum ipſis regna lucrari.
Abſque voluntate quemquam peccare negato.
Ipſa voluntas eſt, qua vitam rectificamus,
Et qua peccamus, ſi legem diſcutiamus.

DISTINCTIO. XLII.

An volontas, & actio mala, in eodem homine, & circa eandem rem, ſint vnum peccatum, vel plura.

Cum autem voluntas mala, & operatio, &c.

PRaua voluotas cum facto, doplex reputatur
Crimen, & ab alijs vnum nunc eſſe probatur.
Si ſcelus eſt actu, conſtat ſcelus eſſe reatu.
Si doleas, actu tranſit, remanetq. reatu.
Nunc duplicem pœnam, nonc culpam ſume reatu.
Multiplices ſpecies, peccatorum numerentur.
Inter quæ, ſeptem capitalia commemorentur.
Mortem mortale patit, & veniam veniale.
Eſt accuſandum damnandum criq. minale.

A Pellico dum pecco, delinquo, recta relioquo,
Fons eſt cunctorum tumor, atque cupido malorum.

DISTINCTIO. XLIII.

De peccato io Spiritumſanctum, quod dicitur etiam, peccatum ad mortem.

Eſt præterea quoddam peccati genus, &c.

SAnctus Spiritus eſt amor, in quem quiſquis amorē
Peccat, committit culpam, culpis grauiorem:
Vt qui deſperat, aut induratus oberrat.
B Vix ſunt contriti, vix hinc ſibi credo remitti.
De nullo tamen, ob hoc deſperare velimus,
Nam pius eſt Dominus, velut exemplis reperimus.

DISTINCTIO. XLIV.

De potentia peccandi, an ſit homini, vel diabolo data a Deo.

Poſt prædicta conſideratione dignum, &c.

A Summo Rege fluit omnis vera poteſtas,
Sed cum peccare, priuatio ſit, vel egeſtas,
C Poſſe Deo detur, priuatio ſubripietur.
Si quid præcipiat princeps, non præcipiendum,
Per qnod præceptum Domini ſit tranſgrediendum,
Quod iubet illicite, conſtet oon eſſe tenendum.
Quod ius dictabit licite, ſibi nemo negabit.

Libri ſecundi ſententiarum finis.

D LIBRI TERTII SENTENTIARVM

DISTINCTIO. I.

De incarnatione verbi.

Cum venit igitur plenitudo temporis, &c.

E COnſtat, quòd gratum tempus, tūc exotiatur.
Cum verbum patris, carnem veſtire, probatur.
Mitti dicatur, de virgine cum generatur.
Eſt incarnatum, ſolum verbum generatum,
Vt nomen geniti ſibi ſoli ſit propriatum.
Nam, per quem fecit Deus omnia, iure refecit.
Quamquam perfecte, pariter tres operantur.
Noo ſe, ſed genitum, carne veſtire, probantur.
Dicas, quòd pariter incarnari potuerunt:
F Sed tamen in verbo concorditer hoc voluerunt.

DISTINCTIO. II.

Quare totam humanam naturam accepit, & quid oomine humanitatis, vel hnmanæ naturæ intelligendum ſit.

Et quia in homine tota humana natura, &c.

AEternum verbum ſibi totam conſociauit
Noſtram naturam, ſapienter & hanc reparauit.
Hanc ſimul aſſumpſit, ſimul & ſibi conciliauit.
Concipitur, capitur, mox vnitur caro verbo.
Sic ſimul inſeritur, homo verbo, nec mora ſcitur.

DI-

DISTINCTIO. III.

De carne, quam verbum aſſumpſit, qualis ante fuerit: & qualis aſſumpta ſit.

Quæritur etiam de carne verbi, &c.

QVam verbum patris ſumpſit, caro ſanctificata,
Et mundata fuit culpæ prius obq. ligata.
Mater mundatur, fomes tunc euacuatur.
Et miro more, per eam verbum generatur.
Adam peccante, ſumus omnes commaculati.
Sunt Abraam dante decimas, nati decimati.
Nam coitu carnis omnes fuimus generati.
Nequaquam legi tali Chriſtus generatur.
Ergo nec in patribus peccauit, nec decimatur.
Mox cum concipitur, Deus ac homo mox reperitur
Corpus maiori poſt quantitate potitur:
Aſſumpſit gratis pœnam, culpam moueatis.

DISTINCTIO. IV.

Quare tribuatur incarnatio Spirituiſancto, quæ eſt opus totius Trinitatis, & de ipſo etiam conceptus, & natus dicatur.

Cum vero incarnatio verbi, &c.

PNeumate diuina dilectio ſignificatur.
Cauſa mouēs fuit hęc, quòd homo verbo ſociatur.
Pneumate Chriſtus ob hoc conceptus cōmemoratur,
Hac ratione tamen pater eius non referatur,
Sicut nec crinis pater eſt homo, nec reputatur.
Rom.1.a Ex Dauid Paulus hunc factum teſtificatur.

DISTINCTIO. V.

Si perſona perſonam, vel natura naturam aſſumpſit: & ſi natura Dei incarnata ſit.

Præterea inquiri, oportet cum ex præmiſſis, &c.

PErſonam bene naturam ſumpſiſſe probatur.
Sed quia perſonam ſumpſit natura negatur.
Et quod natura naturam ſuſtineatur:
Hinc incarnata natura pie referatur,
Sed quòd ſit nata, vel facta caro caueatur.
Per ſe non anima propriè perſona vocatur.
Ipſe magiſter in hoc non conſentire probatur.

DISTINCTIO. VI.

De intelligentia harum locutionum: Deus factus eſt homo: Deus eſt homo. an his locutionibus dicatur: Deus factus eſſe aliquid, vel eſſe aliquid vel non.

Ex præmiſſis autem emergit quæſtio, &c.

HAec concedatur: Deus eſt homo. diſcutiatur,
Factus homo Deus eſt, habitus necnon variatur.

DISTINCTIO. VII.

Poſitis ſententijs prolatiſq. teſtimonijs, intelligentiarum propoſitarum locutionum, exequitur ſecundum ſingulas ſententias, & prius ſecundum primam.

Secundum primam vero dicitur, Deus, &c.

CHriſtus vt eſt homo ſit natus, prædeſq. tinatus
Ac humanatus Deus eſt: diuinificatus
Non homo dicetur: a ſanctis ſic perhibetur.

DISTINCTIO. VIII.

An diuina natura debeat dici nata de virgine.

Poſt prædicta inquiri debet vtrum, &c.

PErſonam natam concedimus, & generatam,
Chriſtum bis natum, dici non eſt reprobatum.

A DISTINCTIO. IX.

De adoratione humanitatis Chriſti, an eadem adoratio humanitati, & Deitati ſit exhibenda.

Præterea inueſtigari oportet, vtrum caro, &c.

ESt vno cultu caro cum verbo veneranda.
Sicut adoranda, præ cunctis eſt, & amanda.

DISTINCTIO. X.

B An Chriſtus ſecundum quòd homo eſt, ſit perſona, vel aliquid.

Solet etiam inquiri a quibuſdam, &c.

CHriſtus adoptiuus ſane non eſt reputandus:
Ac vt homo ſolum, non eſt perſona vocandus.

DISTINCTIO. XI.

Vtrum Chriſtus ſit creatura, ſiue creatus, vel factus.

C *Solet etiam quæri, &c.*

CHriſtum ſimpliciter non dicas eſſe creatum.
Sed iungas hominem, concedas ante negatum.

DISTINCTIO. XII.

An homo ille, ſemper fuerit, vel cœperit.

Poſt prædicta quæritur, &c.

INcœpit Chriſtus, hominem ſi conſpiciamus:
Sed ſi perſonam, tunc incœpiſſe negamus.
D Inſertus verbo Chriſtus peccare nequiuit.
Si non inſertum ponas, delinquere quiuit.
Sumere de nihilo carnem verbum potuiſſet,
Ac etiam ſexum muliebrem, ſi licuiſſet.

DISTINCTIO. XIII.

Si Chriſtus ſecundum naturam hominis in ſapientia, & gratia proficere potuit, vel profecit.

E *Præterea ſciendum eſt, Chriſtum, &c.*

IN membris Chriſtus, non in ſe proficiebat,
Eius virtutem, populus cum percipiebat.

DISTINCTIO. XIV.

Si anima Chriſti habuerit ſapientiam parem cum Deo: & ſi omnia ſcit, quæ Deus ſcit, nec ne.

Hic quæri opus eſt, cum anima Chriſti, &c.

COncedas animam Chriſti, fore cuncta ſcientem.
F Porro non ipſam concedas, omnipotentem.

DISTINCTIO. XV.

De omnibus defectibus, quos aſſumpſit Chriſtus, in humana natura.

Illud quoque prætermittendum non eſt, &c.

DEfectus noſtros ſumpſit, qui conueniebant.
Et libertati noſtræ, tunc expediebant.
Triſtatur, timet, & turbatur, pars rationis
Infima: ſed numquam pars excellens rationis.
Paſſio, ſiue dolor, a Chriſto non remouetur,
Cauſam ſeu meritum, tolli ſolum perhibetur.

DI-

DISTINCTIO. XVI.

An in Chriſto fuerit neceſſitas patiendi, vel moriendi, qui eſt defectus generalis.

Hic oritur quæſtio, &c.

SPonte neceſſe pati, ſibi Chriſtus conſociauit,
Quattuor ex ſtatibus aliquid ſibi conciliauit.

DISTINCTIO. XVII.

Si omnis Chriſti oratio, vel voluntas impleta ſit.

Poſt prædicta conſiderari oportet, &c.

IN Chriſto natura duplex ſi diſcutiatur.
Ex hoc velle duplex in Chriſto ſignificatur.
Diuerſiſq. modis voltum diuerſificatur.

DISTINCTIO. XVIII.

Si Chriſtus meruerit ſibi & nobis: & quid ſibi, & quid nobis.

De merito etiam Chriſti prætermittendum, &c.

MOrte ſibi quidam Chriſtum dicunt meruiſſe:
Non nu ſed mero meritorum proq: fuiſſe.
Non eſt plus anima Chriſti dicenda beata
Poſt mortem: ſed in hoc quòd oon tolerat tolerata.
Dicitur eſſe datum nomen, ſuper omne leuatum,
Chriſto per mortem, quia tunc eſt notificatum.
Nou natura dedit Chriſto, ſed gratia, vere
Quod nomen ſublime Dei potuiſſet habere.
Ipſe ſibi meruit, etiam ſi non pateretur.
Mortem ſuſtinuit, vt nobis vita daretur.
Quamquam nos aliter ſaluare Deus potuiſſet:
Per Chriſtum decuit, vt regnum ſic patuiſſet.

DISTINCTIO. XIX.

Hic quæritur qualiter a diabolo, & a peccato nos redemit per mortem.

Nunc ergo quæramus, quo modo per mortem, &c.

PEr mortem Chriſti, mundus tunc iuſtificatur,
Intus dum per eam dilectio multiplicatur,
Atque fidem mortis eius eredeus meditatur.
Factus homo moritur, vt homo de morte trahatur.
Nil debens moritur, vt debitor eripiatur.
Ergo patet, quòd homo per eum iuſtè redimatur.
Ipſe reformator pacis, verus mediator.
Nos enim Dauid patriq. reconciliauit.
Sed poſt baptiſmum, oos vita ſequens maculauit.

DISTINCTIO. XX.

Quod alio modo potuit liberare hominem: & quare potius iſto.

Si vero quæritur, vtrum alio modo poſſet Deus, &c.

VEte nos aliter ſaluare Deus potuiſſet,
Sed modus hic licuit, vt cunctis forma fuiſſet.
Cum fuit oblatus pius agnus, & immaculatus.
Seq. dedit pretium pro cunctis ſufficienter,
Electis verè pretium fuit efficienter.
Et pater, & genitus, & Iudas traditione
Chriſti, coouenifint, diſcouueniunt ratione.

DISTINCTIO. XXI.

Si in Chriſto diuiſio in morte fuit animæ, vel carnis, a verbo, vel amborum.

Poſt prædicta conſiderandum eſt vtrum in morte. &c.

EXpoſitus morti, diuiſus nempe videtur
Exterius Chriſtus: vnitus & intus habetur.
A Spiritus a carne per mortem diſſociatur.
A Deitate tamen neutrum vere ſeparatur:
Cum caro mortalis, ſed non Deitas patiatur.

DISTINCTIO. XXII.

Si Chriſtus in morte fuit homo.

Hic quæritur, vtrum in illo triduo mortis, &c.

VNitus verbo Chriſtus ſemper perhibetur.
Hinc quòd homo fuit in triduo pleriſque videtur.
A multis aliter, recta ratione tenetur.
B Chriſtus vbique fuit homo, ſi perſona notetur.
Sed ſi naturas diſtinguas, hoc reprobetur.
Sed ſi deſcendit de cælo diſcutietur.

DISTINCTIO. XXIII.

Si Chriſtus habuit fidem ſpem, & charitatem.

Cum vero ſupra habitũ ſit, Chriſtũ plenum gratia, &c.

VIrtus, qua credis non viſa, fides habetur.
Quo credis vel quod, ſi diſcernas, variatur.
Credo Deo, credoq. Deum, licet inueniatur.
C Si non credis in hunc, vere totum nihilatur.
Formatamq. fidem dilectio concomitatur.
Informis fiet, ſi dulcis amor retrahatur.
Vt Deus eſt vnus, vnum baptiſma probatur.
Vna fides genere, qua creditur accipiatur.
Vera fides rebus non viſis appropriatur.
Primo fides veluti fundamentum ſituatur.
Credere, ſperare præcedit, ſicut amare.
Vt tamen eſt virtus, neutrum poteris ſeparare.

DISTINCTIO. XXIV.

D Quo modo intelligitur, quod ſcriptum eſt: Vt cum factum fuerit credatis: & de fidei obiecto atque materia.

Hic quæritur, ſi fides tantum de non viſis eſt, &c.

THomas tangebat carnem, quam conſpiciebat,
Sed Deus interius in Chriſti carne latebat.
In quem credebat, viſis inuiſa videbat.
Sic etiam Petrus Chriſtum ſub carne latentem,
Credidit eſſe Deum, quem cernebat patientem,
Eſt ex andim ſi percipis interiori,
Ipſa fides proprie, ſed non ex exteriori.
E Quædam non credis ſine viuaci ratione,
Et quædam credas ſine certa cognitione.

DISTINCTIO. XXV.

De fide antiquorum.

Prædictis adijciendum eſt de ſufficientia fi. &c.

ET præcedentes aduentum, ſiue ſequentes.
Non ſunt ſaluati, niſi puro ſanguine nati.
Chriſtum venturum, Chriſtum necnon moriturum
Inde reſurgentem, poſt in fine venientem.
F Credebant certe tunc implicite, vel aperte.
Qui ſunt ſaluati pretioſo ſanguine nati
Chriſti. Baptiſta profecto non dubitauit:
Immo velut dubitans dubitantes certificauit.
In Chriſtum credis Corneli, ſed quia natum
Neſcis, per Petrum tibi ſit baptiſma relatum.
Virtutum radix, amor eſt, non euacuatur.
Speq. fide, maior, amor hac ratione vocatur.

DISTINCTIO. XXVI.

De ſpe quid ſit.

Eſt autem ſpes virtus qua ſpiritualia & æterna, &c.

PEr ſpem ſperamus, quæ nunc bona deſideramus.
Eſſe futurarum rerum, ſpem credo bonarum.

Sitq.

Sitq. fides rerum ſanctarum ſiue malarum.
Dictas virtutes oequ[illegible]quam Chriſtus habebat.
Sicut oec ſancti, nam clare cuncta videbat.
Sanctis in limbo ſpes atque fides remanebat.

DISTINCTIO. XXVII.

De charitate, qua diligitur Deus, & proximus, quæ in Chriſto, vel etiam in nobis eſt.

Cum autem Chriſtus, fidem & ſpē non habuerit, &c.

CHriſtus ſincera fuit, & dilectio vera.
Primo Deus in ſe, poſt ipſum frater ametur.
Hic amor vous erat, ſed præceptum geminatur.
In patria primum complete perficietur.
Ex moto duplici Deus, & poſt frater ametur.

DISTINCTIO. XXVIII.

Si illo præcepto iubemur, diligere totum proximum, & nos totos.

Hic quæri poteſt, vtrum illo mandato, &c.

ES tibi tu totus, & frater totus amandus.
Angelus obſequio, tibi proximus eſt, & amãdus,
Spe conuertendi naturæ conditione,
Proximus eſt, ſic obſequio cognaq.tione.

DISTINCTIO. XXIX.

De ordine diligendi, quid prius, quid poſterius.

Poſt prædicta, de ordine charitatis, &c.

SVnt io amore gradus, ſi certe conſpiciatur.
Nam plus affinis, quàm non affinis amatur.
Affectuq. pari non omnes prorſus amamus.
Præmia cum cunctis, eadem pariter cupiamus.
Cum tamen id brauium, cunctis æque cupiamus.
Naturam, ſed non vitium, peccantis amemus.
Hic amor incipiet, creſcet, poſt perficiemus.

DISTINCTIO. XXX.

Si melius eſt diligere amicos, quàm inimicos, & econuerſo.

Hic ſolet quæri, quod patris ſit, &c.

ESt magis intentus, in amicum, motus amoris
Ex hoc, talis amor, fertur meriti potioris.

DISTINCTIO. XXXI.

Si charitas ſemel habita amittatur.

Illud quoque non eſt prætereundum, &c.

NVnc perdi quit amor, in cælis perpetuatur.
Ipſa fides, & ſpes, in cælis euacuantur.
Ipſe modus, qui nunc ſcitur, tunc adnihilatur.
Electos ſolum ſicut ſe Chriſtus amauit.
Hic amor eſt patriæ; quem Chriſtus ſignificauit.

DISTINCTIO. XXXII.

De charitate Dei.

Præmiſſis adijciendum eſt, de dilectione, &c.

NIl Deus odiſti rerum, quibus eſſe dediſti.
Prædilexiſti tamen illum, quem genuiſti.
Hinc io amore patris, effectus & eſſe notatur.
Primum mutatur, reliquum numquam variatur.
Simpliciter Dominus, electos ſemper amauit.
Similiter reprobos odiuit & reprobauit.

A

DISTINCTIO. XXXIII.

De quattuor virtutibus principalibus.

Poſt prædicta, de quattuor virtutibus, &c.

PRudentes, ſobrij, iuſti, forteſq. vocantur.
Virtutes cardinales, quos concomitantur.
Quæ non tollentur, ſed vere perficientur.
Harum mutantur vſus, non euacuantur.

B

DISTINCTIO. XXXIV.

De ſeptem donis Spiritusſancti.

Nunc de ſeptem donis Spiritusſancti, &c.

IN patria dona ſeptem non euacuantur.
In Chriſto Ieſu, prædicta fuiſſe probantur.
Vſus quorundam, ſi diſcernas, variantur.
Nam patriæ more, teneretis Chriſte timore.
Dat naturalem, ſolum natura timorem.
Hunc habuit Chriſtus mortis metuendo dolorem.
Ipſa libido parit, humanum nempe dolorem.
Et poſt mundanum, præ cunctis deteriorem
C Seruilem, poſt initialem, ſiq. lialem
Gratia præſtabit, ipſam ſi quis triplicabit.

DISTINCTIO. XXXV.

Quo modo differant, ſapientia & ſcientia.

Poſt præmiſſa, diligenter conſiderandum eſt, &c.

AEternum ſapiens mundana ſcieos meditatur.
Aſt intellectus, animæ motus ſpeculatur.

DISTINCTIO. XXXVI.

D

De connexione virtutum, quæ non ſeparantur.

Solet etiam quæri, vtrum virtutes, &c.

VIrtutes vbi ſunt, omnes ſunt, atque pares ſunt.
Connexæ ſibi ſunt, tamen vſu diſſimiles ſunt.
A vitijs vere totum debes remouere.
Crimina dic vere nexu, paritate carere.
Si præcepta Dei, finaliter accipiuntur.
Omnia claudit amor, & ob ipſum præcipiuntur.

DISTINCTIO. XXXVII.

E

De decem præceptis, quo modo contineantur in duobus mandatis.

Sed iam diſtributio decalogi, quæ in duobus, &c.

SVnt præcepta decem, tria reſpiciunt Deitatem.
Sed ſeptem ſpectant, ad fratrum commoditatem.
Idola non ſunt, ſi formaliter accipiatur.
Nam Deitas in eis non eſt, quod gens veneratur.
Ægyptus per præceptum Dei ſpoliatur,
Hinc excuſatur plebs. nec furtum reputatur.
Ægyptus Domini iuſſu, quoniam ſpoliatur. Exod. 11. a
E Plebs excuſatur, furtum fore nec reputatur. & 12. e. f

DISTINCTIO. XXXVIII.

De triplici genere mendacij.

Sciendum tamen tria eſſe genera, &c.

DElectant homines mendacia dicta iocoſa.
Quæ proſunt, ſed non obſunt, dic officioſa.
Obſunt nec proſunt, mendacia pernicioſa.
Mortem poſtrema duo, perfectis operantur.
Prædictæ ſpecies, io plures ramificantur.
Sunt obſtetrices mentitæ, cum pietate. Exod. 1. b
Cum propriæ vitæ ſeruandæ ſolicitate.

Myſte-

Si prorſus ludendo datur, tunc annihilatur.
Si tamen intendat dare ludens, non reprobatur.
Si baptizatur adoleſcens, ipſe loquatur.
Infans vel mutus patrini voce ligatur.
Hinc exorciſmi fiunt, poſt hos catheciſmi.
Hinc baptizatur infans, cum fonte lauatur.

DISTINCTIO. VII.

De confirmatione.

Nunc de ſacramento confirmationis, &c.

PRæſul confirmat, dum frontem chriſmate firmat,
Quo confirmatur, vt Chriſtum confiteatur.
A maiore datur, & gratia corroboratur.
Baptiſmo maius, dicta ratione probatur.
Ieiune detur: ſi edatur, non iteretur.

DISTINCTIO. VIII.

De ſacramento altaris, & Euchariſtiæ.

Poſt ſacramentum baptiſmi, &c.

BAptiſmus mundat, æſtus reprimens vitiorum.
Euchariton ſolidans, reficit pia corda bonorum.
Euchariton bona gratia ſit, quam virgo Maria
Concepit, peperit, portauit, lacte cibauit.
Exod. 16. Manna figurauit, & Melchiſedech reſerauit.
Gen. 14. Agnus promebat, mare cum Baptiſta tegebat.
Exod. 12. Poſt agnum typicum, datur agnus non maculatus.
Nam paſſo Chriſto, prior eſt agnus tumulatus,
Chriſtum ſumetis, ieiuni, voſq. paretis.
Formam ſignetis propriam, qua conficietis.
Chriſtus contenta res eſt, ac ſignificata.
Tantum ſignata, ſed non contenta, fideles.
Signa ſunt ſpecies, rem tamen dico fideles.
Vt corpus verum eſt Chriſti, res eſt ſpecierum,
Eccleſiæ dignum ſic credas hæc duo ſignum.

DISTINCTIO. IX.

De duobus modis manducandi.

Et ſicut duæ ſunt res illius ſacramenti. &c.

SVmere crede malos corpus Chriſti pretioſum.
Hiſq. ſaluiferum non eſt, ſed pernitioſum,
Digne ſumentes, ſunt fructum percipientes,
Spiritualiter hi, ſacramentaliter illi.
Eſt ſacramentalis modus vnus, ſpiritualis
Eſt melior, ſine quo præſumens ſumere pecco.

DISTINCTIO. X.

De hæreſi aliorum, qui dicunt corpus Chriſti non eſſe in altari, niſi in ſigno.

Sunt item alij præcedentium inſaniam, &c.

A Cælis corpus Chriſti, numquam ſeparatur,
In terris quãquam ſit. Nã Deus hoc operatur,
Quod ſimul, hic & ibi, Ieſus integer inueniatur.
Panis mutatur in eum, non hic variatur.
Et quòd ſit totum, ſpecie ſub vtraque ſciatur.

DISTINCTIO. XI.

De modo conuerſionis.

Si autem quæratur qualis ſit illa conuerſio, &c.

TOtus, & in totum tranſit, ſpecies remouere
Debes, & Chriſtum ſub eiſdem crede latere.
Panis mutatur in eum, non adnihilatur.
Sumitur occulte Chriſtus, ne ſit tibi ſtulte
Horror, ſeu riſus, ſitq. lucroſa fides.

A Ne reprehendaris, horreſcas, ſed merearis;
Credens Ipſe Ieſum, ſub velo ſumis in eſum
Vino dic animam, ſed corpus pane vocari.
Hac duplici ſpecie dic nobis ſignificari,
Totam naturam noſtram Chriſto reparari.
Quam vere ſumpſit ſibi, nec debet dubitari.
Vino iungatur aqua, qua plebs ſignificatur.
Si non addatur, conſtat quòd conficiatur.
Sed qui ſacrificat, hinc dire corripiatur.
Panis triticeus & vinum ſacrificantur.
Omnia nullantur, hæ ſi ſpecies variantur,
Panem triticeum, cum vino ſacrificabis.
B Fruſtra libabis, ſpecies has ſi variabis.

DISTINCTIO. XII.

Vbi illa accidentia fundentur.

Si autem quæritur, de accidentibus, &c.

DIc ſpecies vere, ſine ſubiecto manere,
Ipſe franguntur, tricantur, & aſpiciuntur.
Chriſtus velatur in eis, vt homo mereatur,
Ambulat in terris Chriſtus, ſurgit, tumulatur.
Hoſtia partita, docet hoc ſi diſcutiatur.
C Pugnant, purgantur, alij iam glorificantur.
Et per tres partes diuiſa ſignificantur.
Vt te mundabis frater, ſic participabis.

DISTINCTIO. XIII.

Si hęretici, vel excommunicati hoc ſacramentum conficiant.

Solet etiam quæri vtrum, praui ſacerdotes, &c.

SI bene ſeruetur intentio, forma, poteſtas,
Conficit hæreticus, præciſus non remouetu.
D Si quis conatur, peruerſum dogma tueri,
Et quod ab Eccleſia nouit prorſus prohiberi,
Hic hæreſis fautor debet de iure caueri,
Dicitur hinc, hæreſis doctrina falſa poeſis.

DISTINCTIO. XIV.

De pœnitentia.

Poſt hæc de pœnitentia agendum eſt, &c.

POſt lapſum primam tabulam baptiſma vocamus,
Cum cadimus reliquam capimus, ſi pœniteamus.
E Pœna reſumetur, baptiſmus non iteretur,
Pœna ſacramentum, nec non virtus referatur.
Porro baptiſmus, virtus non eſſe probatur.
Crimina deflere, poſt committenda cauere,
Signabit vere deplangere, pœq. nitere.
Verum qui flebit, ſed poſt peccare placebit,
Diſſimulat vere, vel neſcit pœq. nitere.
Vt te peccante rurſus reus es velut ante,
Sicut deflebis, bona perdita rurſus habebis.
Hæc bona ſunt vere, quæ primo viua fuere.
Quorundam more ſolemnis non iteratur.
In multis tamen Eccleſijs hoc adnihilatur.
F Quandocumque dolet peccator ſuſcipiatur.
Vt patet in Dauid, ſemper Dominus miſeratur.

DISTINCTIO. XV.

Quod pluribus irretitus peccatis, non poteſt de vno pœnitere vere, niſi & de omnibus pœniteat.

Et ſicut ſupradictis auctoritatibus, &c.

VNum deleri nequit, ac aliud retineri.
Mortis peccatum teneas ſic eſſe probatum.
Vtq. flagelleris, purgeris ſiue proberis,

Aut conſerueris, pœnam Domini patieris.
Nec non pœna datur, qua Chriſtus glorificatur.
Conſule, caſtiga, ſolare, fer, ora, remitte,
Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
Interius mundet eleemoſyna ſpiritualis.
Ad vitam, ſine qua, tibi nil prodeſt manualis.
Bis non punitur, qui pœna ſufficienti,
Hic in præſenti bene correctus reperitur.
Quæ bona mortua ſunt ad vitam nil tibi proſunt.
Nil ex condigno, ſed congruitate meretur,
Si quis ſecluſus, ab amoris laude probetur.

DISTINCTIO. XVI.

De tribus, quæ in pœnitentia conſideranda ſunt.

In perfectione autem pœnitentia tria ſunt, etc.

CRimen deletur, ſi cor, manus, os comitetur.
Iſtis peccamus, ipſiſq. ſacrificamus.
Hunc de peccatis perfecte credo dolere,
Qui fructus dignos faciens, vult ſponte carere.
Officijs, quæ vix ſine culpa quit retinere.
Pœna reor ſancte poſt baptiſmum fit & ante,
Crebra medela datur, per quam veniale lauatur.

DISTINCTIO. XVII. & XVIII.

Tria proponuntur quærenda, primum an ſine confeſſione dimittatur peccatum.

Hic oritur quæſtio multiplex, etc.

CLaues carnales non ſunt, ſed ſpirituales.
Prima poteſtatis tenet arcem nobilitatis.
Officium reliquæ diſcernendum tribuatis.
His non vtetur, quiſquis præciſus habetur.
Incurrens hæreſim damnatam connumeretur,
Nec non aſtrictus anathemate conſocietur.
Abſoluit ſummus culpam pœnam remouendo.
Præsbyter abſoluit, hoc Eccleſiæ referendo,
Nec non abſoluit, de pœna quid minuendo.
Si diſponatur is, qui ſibi confiteatur:
Si quis ſtringatur anathemate nempe ligatur,
Quiſquis labitur in peccatum tenebratur,
Luceq. priuatur, cum gratia grata trahatur.

DISTINCTIO. XIX.

Quando hæ claues dantur, & quibus.

Poſtquam oſtenſum eſt, quæ ſunt claues, etc.

CVm ſacer ordo datur, hunc clauis concomitatur.
Prauos presbyteros claues ubi conſtet habere,
Recto iudicio multos decerno carere,
Clauibus vtetur digne, qui iuſta ſequetur
Petri, viuentes ſancte, legemq. tenentes,
In quibus eſt Chriſtus plene benedicere tales.
Presbyteri poſſunt, quoniam ſunt ſpirituales.
Prauus ſpe lucri prauos homines benedicit.
Malac. 2. a Hinc Propheta refert, quòd eis Dominus maledicit.

DISTINCTIO. XX.

De his, qui in fine pœnitent.

Sciendum eſt etiam, quòd tempus pœniten. etc.

HVic indulgebit, fons immenſus pietatis,
Qui de peccatis ſaltem moriendo dolebit.
Quæ non perfecte viuens peccata lauabit,
Ignis purgabit, & ſic ad regna volabit.
Si lamenteris faciens velut ipſe mereris,
A De te vindictam, poſt mortem nil patieris.
Pœnam vt iuris non impones morituris.
Præſulis aſſenſu, viduam dic poſſe ſacrare
Tantum presbyterum. ſic quoſdam conciliare.
Si ſubito iuſtus inconfeſſus moriatur.
Secure talis oblatio ſuſcipiatur.
Quiſquis in articulo veniam non deſpiciatur.

DISTINCTIO. XXI.

De peccatis quæ poſt hanc vitam dimittuntur.

B *Solet etiam quæri vtrum poſt hanc vitam, etc.*

COnſtat, poſt mortem, venialia ſæpe remitti,
Et ſic admitti, promiſſam viſere ſortem:
In ſtipula, ligno, feno, venialia ſigno.
Pro grauibus culpis, confeſſio ſit ſpecialis.
Oblitas culpasq. leues delet generalis.
Crimina vel ſaltem ſemel vni confitearis.
Te ſic accuſes ne mendax inueniaris.
Deponi debet, vt iuris regula præbet,
Quiſquis non celat, immo confeſſa reuelat.
Paſtor vitetur proprius, ſi prorſus habetur
Inſcius, aut hæreſis ſectam ſentire probetur,
C Nec non vitator, anathemate quando ligatur.
Non alias debet vitari, ius ita præbet.

DISTINCTIO. XXII.

Si peccata dimiſſa redeant.

Cumq. multis auctoritatibus ſupra ſit, etc.

QVæ iam deleta primo peccata fuerunt,
Non iterum redeunt, hoc plures non renuerunt.
In culpam rediens, ingratus quippe probatur,
Hinc reus, vt primo dicta ratione putatur.
D Vt dolor exterior, pro ſigno prorius habetur,
Sic dolor interior pro ſigno req. tenetur
Tantum res, horum dimiſſio fit vitiorum.

DISTINCTIO. XXIII.

De ſacramento vnctionis extremæ.

Præter præmiſſa, eſt etiam aliud ſacramentum, etc.

AEger inungatur oleo, quod ſanctificatur,
Pontificis dextra, tamen vnctio ſic triplicatur,
E In baptiſmalem, finalem, pontificalem,
Vnctio mundabit animam, morbum remouebit.
Si ſummus Phyſicus hoc neceſſe videbit,
Intus res, ſignum foris, vnctio quit replicari.
Quam ſi contemnas in damnum dic reputari.
Et ſacramenta quædam poterunt iterari.
Qui poſt vxorem primam ſibi poſteriorem,
Ducit, non debet benedici, ius ita præbet.

DISTINCTIO. XXIV.

F De ordinibus eccleſiaſticis quot ſint.

Nunc ad conſiderationem, ſacra ordina. etc.

SEptem ſacrorum, ſpecies ſunt officiorum,
His gradibus ſeptem digne Domino famulantur,
Qui ſeptem donis ſeptempliciter decorantur.
Clericus a cleros, ſortitus ſorte vocatur.
Atque coronatur, quia regere ſe teneatur,
Ac alios velut rex, regere regna probatur.
Oſtia ſeruabit primus de iure miniſter.
Eijciensq. malos, dignis templum reſerabit.
Hæc Dominus fecit, cum vendentes & ementes *Ioan. 2. c*
De templo iecit, templum minime reuerentes.
Lectores legere debent, populumq. monere,

Doctor

Doctor doctorum, legit turbæ ſeniorum.
Inuiſos hoſtes, bonus exorciſta fugabit,
Quos abiurabit, ſic obſeſſos releuabit.
Ferre ſed acolyti debent candelabra niti.
Leuitis ſubleuitæ ſeruire parentur.
Siſtere presbyteris leuitæ, ſicq. iubentur.
In ſacris dandis ipſosq. iuuare tenentur.
Leuitæ debent euangelium recitare.
Presbyteri ſoli, debent oblata ſacrare.
Dicta myſteria dudum ſunt ſignificata,
Per Ieſum Chriſtum, ſunt nobis corroborata.
Inde per Eccleſiam diſtincte ſunt celebrata.
Eſt ordo, quædam promotio magna bonorum.
Sed tantum ſacri tres ſunt nihilominus horum.
Officij nomen dignum ſit pontificatus,
Ordo pontificum ſignetur quadruplicatus.
Cantor dicatur in cantu, qui moderatur
Voce. Sed Miſſa ſonat ad Deum quaſi miſſa.

DISTINCTIO. XXV.

De ordinatis ab hæreticis.

Solet etiam quæri, ſi hæretici ab Eccleſia, &c.

QVi deprauantur hæreſi, vel ab Eccleſia reſecātur, C
Poſſunt ſacra dare, ſacros necnon celebrare.
Verum lucroſe non dant, ſed pernicioſe.
Cumq. ſemel dentur, nequaquam poſt iterentur.
Multi vendentes cum Simone ſunt & ementes,
Sacramentales res vere ſpirituales.
Talis ab officio ſuſcepto iure ligatur,
Quiſquis in ordinibus cum Simone ſimoniatur.
Si diſpenſatur cum tali tunc reuocatur.
Ætatem licitam, qua quiſquis promoueatur,
Canon declarat, niſi vita magis mereatur.

DISTINCTIO. XXVI.

De ſacramento coniugij, cuius inſtitutio, & cauſa oſtenditur.

Cum alia ſacramenta poſt peccatum, &c.

INſtituit prius, vt decuit, pius ille creator,
Coniugium, ſed in officium: nunc eſt mediator.
Tunc præceptiue, connubia ſacra dabantur,
Aſt indultiue, nunc a nobis celebrantur.
Nunc indulgetur, vt foeda libido ligetur.
Nunc indulgentur, conceduntur, tolerantur,
Quod bona ſint Chriſti pia dogmata teſtificantur.
Eccleſiæ Chriſti coniunctus ſignificatur
Sacro coniugio, res hinc ſacrata vocatur.
Id figuratur plene, ſi plene ſequatur,
Vnio carnalis, necnon & ſpiritualis.
Vxorem Ioſeph, Mariam crede fuiſſe,
Non tamen hanc carnis conſenſum dic habuiſſe.

DISTINCTIO. XXVII.

Quæ ſunt conſideranda in coniugio.

Poſt hæc aduertendum eſt, quid ſit coniugium, &c.

F

QVique ſemel per coniugium legale ligantur,
Non niſi per caſus certos licite ſeparantur:
Si clauſtrum petere, conſenſerit alter eorum,
Non poterit, niſi conueniat, conſenſus vtrorum.
Coniugium faciens, eſt acceptatio præſens,
Si ſit verborum conſenſus, vt eſt animorum.
Quamquam poſt actum, numquam veniatur ad actū,
Sponſus dicetur, tantum ſpondendi futurus,
Si nunc ſpondetur, ſponſus coniuxq. vocetur.
Qui cuiquam de præſenti, per verba ligatur,
Ex hinc cum reliqua, ſi contrahat adnihilatur,
Inter eos quamuis, carnalis culpa ſequatur:
Primum coniugium ſic ſemper fortificatur.

A

DISTINCTIO. XXVIII.

Si conſenſus de futuro cum iuramento faciat coniugium.

Hic quæri debet, vtrum conſenſus de futuro, &c.

QVamquam iurando firmant ius verba futuri,
Poſt reſilire potes, ſed peccas hoc violando.
Contrahe clam vere contractum crede manere,
Sed nequit Eccleſia, ſi diſcedat prohibere,
Cum deſint teſtes, quibus hoc poſſit cohibere.
B Conſenſus coniugalis, contracta valere
Cogit coniugia, carnalis non ita vere.

DISTINCTIO. XXIX.

Quod non eſt conſenſus legitimus, vbi eſt coactio.

Oportet autem, conſenſum coniugalem liberum, &c.

SI quis cogatur nec conſenſus tribuatur:
Coniugium tale fruſtratur, & annihilatur.
Si poſt conuiuat, tunc conſentire probatur.

DISTINCTIO. XXX.

De errore, qui euacuat conſenſum.

Nec ſolum coactio impedit vel excludit, &c.

ERror fortunæ, velut error, quaq. litatis
Coniugium numquam dirimunt. ſic eſſe ſciatis.
Virgo Ioſeph vere nupſit: ſed vterque manere,
Virgo cenſebat, vt ſacrum pneuma monebat.
Cura gignendæ prolis, necnon fugiendæ
Luxuriæ, licite ſunt vxores adhibendæ.
Cauſæ non æque ſpecies ſunt diuitiæq.
D Ioſeph virgo datur, vt eo virgo foueatur,
Et ne ſuſpecta, virgo clemens habeatur:
Myſteriumq. ſacrum quaſi ſignatum teneatur.

DISTINCTIO. XXXI.

De tribus bonis coniugij.

Poſt hoc de bonis coniugij, quæ ſint, &c.

PRoles atque fides, ſacramentumq. notentur,
Quæ tria coniugij bona ſunt, duo ſæpe mouentur. *Aug. lib. 9. de Gen. ad lit. c. 7. to. 3*
Poſtremo latum ſemper manet inuiolatum.
E Etſi qui ſteriles ſeſe reddunt ſtudioſe,
Non hoc coniugium proprie voco, ſed vitioſe.
Ex quo formatur fetus necnon animatur:
Quo procreatur ſibi mors, homicida vocatur.
Si non ardore coeas, ſed prolis amore,
Debita ſeu dederis, non peccas immo mereris.
Eſt tamen in coitu mala delectatio vere,
Idq. malo culpæ, non pœnæ credo carere.

DISTINCTIO. XXXII.

De ſolutione carnalis debiti.

Sciendum etiam eſt, quia cum omnibus, &c.

VIr mulierq. pares ſunt iuris redditione.
In cunctis alijs eſt vir caput ex ratione.
Si contradicat in voto vir mulieri
Siue viro mulier pro nullo debet haberi.
Ad ius reddendum, dicas vtrumque teneri.
Concedente viro, ſi coniux polliceatur,
Hinc habitum mutet, votum numquam reuocatur.
Si vir concedat vxori poſſe vouere,
Ac habitum mutet, poſt non poterit prohibere.
Menſtrua quando fluunt reddi tibi iura, ſcienter
Si petis, offendis: porro ius redde dolenter.
Præcipuis feſtis offendis iura petendo.

Sed non reddendo, ſi reddis mente dolendu.
In feſtis petere ius nulli credn licere,
Hns ius diſiungit, quos Septuageſima iungit.

DISTINCTIO. XXXIII.

De diuerſis legibus coniugij.

Quæritur hic de antiquis patribus, &c.
PLnres vxores patres habuere priores,
Nec delinqnebant, cauſa prolis faciebant.
Sunt idcircn pares, Abraam vir, virgo Ioannes.
Integritas mentis, carnis præit integritatem.
Coniugium patrum, præcellit virginitatem,
Si diſtinguantur leges, quibus hæc variantur.
Gen. 19. d Nnn Loth, ſed natæ mortem ſibi ſunt operatæ.

DISTINCTIO. XXXIV.

De perſonis legitimis.

Nunc ſupereſt attendere, etc.
VOtum, ius, crimen, cum cultus diſparitate.
Error conditio, triplici cum proximitate:
Ordo, ligamentum, coeundi præpedimentum:
Hæc ſocianda negant connubia, iuncta religant.
Actu non habitu, ſi quemquam conçnmitatur,
Nubentem furia: contractus hic annihilatur.
Coniugium macula membrorum non ſeparatur.
Vxnris propriæ ſoror a te ſi violatur,
Hæc nnn priuatur proprin quin iure fruatur.
Quærere non poteris, ſed reddere iura teneris.
Nubere non poteris, vxor quit, ſi morieris.

DISTINCTIO. XXXV.

Eodem iure vtitur vir, & mulier.

Hoc etiam notandum, quod Dominus, etc.
SI vir mœchatur coniunxq. virum comitatur,
Peccant lege pari, nequeunt ideo ſeparari.
Qui non mœchatur, ſi vult, licite ſegregatur:
Sed redeat, vel contineat quiſquis ſeparatur.
Quæ nnn a ſcelere ceſſat, noli retinere.
A non mœchante mœchus poterit reuocari.
Poſſunt quando volunt ſic diſiuncti ſociari.
Pontificis nutu diuortia dic celebrari.
Siue viuente viro ſe mœcho mœcha vouebit,
Siue viri proprij mortem pro poſſe mouebit,
Nubere nequaquam mœchn prædicta valebit.
Hanc legem pariter cum mœcha mœchus habebit.

DISTINCTIO. XXXVI.

Si pro extrema conditione valeat vir ſeparari ab vxore, & e conuerſo.

Nunc de conditione, videamus, etc.
SI ſeruæ nubas deceptus conditione,
Et reſilire velis, poteris iuris ratione.
Vnius ſeruæ ſi ſeruus nubit alius,
Coniugium cum ſeruitio perſtabit vtrius.
Cum ſit coniugium ſeruorum ſæpe duorum,
Coniugium ſtabit cum ſeruitio Dominorum.
Qui ſe ſeruificat, vt coniugium dirimatur,
Nec facit vxorem ſeruam, nec ab hac ſeparatur.
Certum tempus habent ſponſalia, coniugiumq.
Quod niſi ſeruetur, reuocari poſſet vtrumque.

A

DISTINCTIO. XXXVII.

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

Sunt igitur quidam ordines in quibus, etc.
IMpedit ordo ſacer connubia iuncta retractat,
Non aliam ducet vxorem, qui ſibi mactat.

DISTINCTIO. XXXVIII.

B De voto.

Nunc de voto inſpiciamus, etc.
COniugium voto priuato præpedietur.
Sed per ſolemne iam contractum dirimetur.
Si mulier nubit, redit, & vir qui perhibetur
Mortuus, vxor ad hunc rediens rea non reputetur.

DISTINCTIO. XXXIX.

De diſpari cultu.

C *Poſt hæc de diſpari cultu, videndum eſt, etc.*
DIſparium cultu nunc coniugium dirimetur.
A blaſpemante, non blaſphemans ſeparetur.
Alterius fidei licite quicumque ligantur,
Legitime tales tunc cnntraxiſſe probantur.
Conuerſo reliqun ſimul hi, potuere morari:
Quando ruina patet, conuerſus quit ſeparari.

DISTINCTIO. XL.

De cognatinne, & prius de carnali.

D *Nunc ſupereſt, de cognatione aliquid, etc.*
SI diſtinguatur cognatio ſic geminatur,
Qnædam carnalis eſt, altera ſpiritualis.
Nubere non poteris conſanguineæ mulieri.
Ante gradum quartum conſtet tibi ſic prohiberi.
Ante gradum quartum conſanguineæ ſociari,
Non licet: affinis hac debet lege ligari.

DISTINCTIO. XLI.

De affinitatis gradibus.

E

Nunc de affinitate, videndum eſt, etc.
AFfines fiunt carnali proximitate,
Adnumeresq. gradus velut in conſanguinitate.
Si præit impediet, & coniugium maleſiet.
Fornicor eſt propriæ meretricis, vel viduarum,
Stuprum virginis, inceſtus conſanguinearum,
Sed ſit adulterium nuptarum peſtiferarum.

DISTINCTIO. XLII.

F

De ſpirituali cognatione.

De parentalium graduum, famoſa quæſtione, etc.
QVisquis de fonte natum leuat, vt ſeparetur,
Pœna plectetur, nec coniugium dirimetur.
Ducere commatrem, vel natas ſpirituales.
Nemn poteſt, ſi ſit, debes diſiungere tales.
Nati carnales non ducent ſpirituales,
Vir nequit vxoris commatri conſociari.
Non a coniugibus debet quis fonte leuari.
Coniugium ſæpe licite poterit celebrari,
Et ſacra coniugia licite poſſunt iterari.

DI-

DISTINCTIO. XLIII.

De reſurrectione, & iudicij conditione.

Poſtremo de conditione reſurrectionis, etc.

VOce iubente Dei ſurgent, qui tunc morientur,
Et iam defuncti: cunctorum facta ſcientur.
Quod de nocte Ieſus ſit venturus, perhibetur.
Aut inſperatum tempus ſub nocte notetur:
Vel ſubitum tempus per noctem ſignificetur.

DISTINCTIO. XLIV.

De ætate & ſtatura reſurgentium.

Solent autem nonnulli, etc.

AEtatem Chriſti iuuenilem ſuſcipiemus,
Quando reſurgemus: ſed ſtaturam variemus.
Nil de materia carnis cuiuſque peribit,
Nam de pulueribus diſperſis tota redibit.
Nil deforme bonis inerit, ſed perficietur
Quod deforme fuit. hoc prauis non tribuetur.
Corporeis flammis, ſemper reus afficietur,
Nec conſumetur, & dæmon in his patietur.
Sentiet has anima, quòd eis ſine fine cremetur.
Sicut abortiua, quæ primo viua fuere,
Surgent complete, ſic de monſtris puto vere.

DISTINCTIO. XLV.

De diuerſis animarum receptaculis poſt mortem.

Præterea ſciendum, quod omnes animæ, etc.

GLoria, ſeu pœna, duplex locus eſt animarum.
Sumptis corporibus, augetur pœna malorum.
Illis proficiunt ſuffragia, qui meruerunt,
His quoque plus proſunt, qui plus meritis viguerũt.
Si communia ſint, ſpecialia plus valuerunt,
Illis, pro quibus hic ſuffragia facta fuerunt.
Orant pro nobis ſancti, bona noſtra volendo,
Atque preces noſtras, ſummo Domino referendo.

DISTINCTIO. XLVI.

Si valde malis aliqua detur mitigatio pœnæ.

Sed quæritur hic, de valde malis verum, etc.

NVlli damnato, ſaluando Deus miſeretur.
Eſt miſerans, quoniã non punit, vt ipſe meretur.
Eſt iudex iuſtus Deus, eſt miſerans miſeretur,
Actus, ſed non res, in eo diuerſificatur,
Ipſum iuſtitia nec non pietas comitatur.

DISTINCTIO. XLVII.

De ſententia iudicij.

Solet etiam quæri qualiter dabitur, etc.

VTrum iudicij ſententia, voce feratur,
Aut ipſam dictet ſibi conſcia mens, dubitatur.
Sed quòd vocalis erit a multis reputatur.
Iudex Chriſtus erit, per quem decreta ferentur,
Aſſiſtent Chriſto, qui Chriſti iuſſa ſequentur,
Cuncta relinquentes, vt Chriſtum teſtificentur.
Ordine quadruplici, cuncti tunc inſtituentur.
Duplex ſanctorum, duplex erit & reproborum.
Angelicus chorus trahit ad pœnam ſceleratos,
Colliget electos ducens ad ſumma beatos.
Ignis præcedens, electos purificabit:
Et poſt iudicium mundi faciem renouabit,
Demum damnatos, diuina lege cremabit.
Tunc prælatus erit Deus vnus, & euacuabit
Prælatos alios, cum ſanctos glorificabit.

A

DISTINCTIO. XLVIII.

De forma iudicis.

Solet etiam quæri, in qua forma Chriſtus, etc.

CHriſtus homo cunctis parebit glorificatus.
Stigmata reſpiciet tam iuſtus, quàm ſceleratus.
Si quæras cur Chriſtus homo potius perhibetur
Iudex? ſit ratio, quòd ab omnibus inſpicietur.
Quod de diuina natura non refertur:
Quod Ieſus in Ioſaphat, pleriſque videtur:
B Aere vel terra ſi iudicium celebretur:
Et quod portetur ibi crux tunc conſpicietur:
Sed quod in aere ſit magis ex ratione tenetur.
Sol ſtellæ luna tunc ecclypſim patientur.
Sed poſt iudicium maiore luce fruentur.
Angelici chori, mirantes hoc reuerentur.
Cæli fulgebunt, & motus lege carebunt,
Cuncta quietata perſiſtent, & renouata,
Sed meliorata vita veniente beata.

DISTINCTIO. XLIX.

C De differentia manſionum in cælo, & in inferno.

Poſt reſurrectionem vero, facto vniuerſo, etc.

HIeruſalem ciues fiunt in fine beati.
Inferni ciues damnati, ſeu reprobati.
Illi gaudebunt, iſti ſine fine dolebunt.
In donis pœnisq. gradus diſtanter habebunt.
Scitur & appetitur a cunctis vita beata.
Eſurit hic anima, ſed habens hanc ſit ſatiata.
Nam bene vult, & habet quod vult iam glorificata,
Non omnes æque, cognoſcent ſiue fruentur,
D Vna tamen merces eſt, quam mirando tuentur.
Att extenſiue gaudentes æquiparantur.
Sic cum corporibus, animæ plus glorificantur:
Corpus carnale ſurget tunc ſpirituale.

DISTINCTIO. L.

Si mali in inferno peccabunt.

Hic oritur quæſtio, ex præmiſſis ducens, etc.

NIl in damnatis, peruerſum velle meretur,
Nam meriti tẽpus nunc eſt, ſed tunc remouetur.
E Per tenebras illa priuatio plena notetur
Æternæ lucis, quam perpetuo patientur.
Noſcere damnati poterunt, hic ſi quid agatur,
Coniecturando, vel ſi ſibi ſignificatur.
Nec non dilectis damnatus compatietur,
Exemplum præſens in diuite ſuſcipietur: *Luc. 16.*
Ne ſanctos videant, poſt iudicium remouetur,
Semper erunt ſancti damnatos inſpicientes,
Ex hoc gaudentes, nihil ipſis compatientes.

PLaſmator rerum, lumen de lumine verum,
Da veniam ſcelerum, certam ſpeciem ſpecierum.
F Laus ſanctorum, flos florum, ſpes miſerorum.
O lux cæcorum, dux morum, ſtella polorum.
Tu pia, tu venia, via, gloria, virgo Maria,
Voto ſincero te deſidero, volo, quæro.
O contemplator crucis, & pacis reparator,
Legis zelator, & paupertatis amator,
Sic dilexiſti feruenter vulnera Chriſti,
Stigmatibus Chriſti ſignari, quòd meruiſti,
Hinc rogo me ſigna Franciſce per hæc tua ſigna.
Amen.

LIBRI QVARTI SENTENTIARVM FINIS.

S. BONAVENTVRAE
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
OPVSCVLVM
De quattuor virtutibus Cardinalibus.

Plotinum inter Philoſophiæ profeſſores cum Platone principem lib. 2. de virtutibus Enn. 1. et Macrobium li. 1. in Somn. Scip. c. 8. ſecutus Auctor de quattuor virtutibus Cardinalibus in hoc opuſculo ſermonem ſcribit, rationemq. exponit, quare vocentur Cardinales: ac præterea virtutum earundem officia docet, gradus etiam, et ſtatus diuerſos, quorum cauſa appellationes diuerſas ſortiuntur. Nam hæ quattuor virtutes politica, purgatoria, purgati animi, et exemplares dicuntur: immo ſingulæ his quattuor nominibus poſſunt nuncupari. Bona quoque pars huius opuſculi deſumitur ex tractatu de virtutibus Cardinalibus olim Senecæ aſcripto: poſtea vero Martino epiſcopo Dumienſi germano ſuo auctori, ope MS. codicum, reſtituto. Qui quidem auctor teſte Trithemio claruit ſub Theudemiro rege Sueuorum, Imperium Conſtantinopolitanum gubernante Iuſtiniano Auguſto anno Domini 540. Hac autem materia ſæpius, a S. Bonauentura tractatur, vt videre eſt apud eundem lib. 3. ſent. d. 33. et in Hexaem. ſer. 5. et 6. to. 1. et in breuiloq. p. 5. c. 4. et in centiloq. p. 3. ſect. 36. et 41. cum ſequentibus. ſupra hoc eodem tomo.

Sene. tract. de quat. vir. Card.

DE quattuor virtutibus Cardinalibus, ſunt virtutes politicæ, id eſt ſcientiæ de gubernatione ciuitatum, purgatoriæ, purgati animi, ac exemplares. Seneca: Quattuor virtutum ſpecies multorum ſapientum ſententijs diffinitæ ſunt, quibus animus humanus comptus; ad honeſtatem vitæ poſſit accedere: quarum prima eſt prudentia, ſecunda magnanimitas, tertia continentia, quarta iuſtitia. Singulæ igitur honeſtum, & bene morigeratum faciunt virum.

Greg. lib. 2. Mor. c. 27. non longe a prin.

Gregorius: Solidum noſtræ mentis ædificium prudentia, temperantia, fortitudo, iuſtitia ſuſtinent. In his igitur quattuor virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit. Vnde quattuor paradiſi fluminibus terra irrigatur: quia dum his quattuor virtutibus cor conſunditur, ab omni deſideriorum æſtu temperatur.

Cardinales virtutes cur dictæ.

Cardinales appellantur, quia ſicut oſtium vertitur in cardine & regitur, ita his regitur, & vertitur vita hominis. Per virtutes namque Cardinales rectificatur anima in ſuis virtutibus. Nã prudentia rectificat vim rationalem: fortitudo ſiue magnanimitas iraſcibilẽ: temperantia ſiue continentia concupiſcibilem: iuſtitia vero rectificat omnes vires. Ipſa enim iuſtitia apprehendit omnes virtutes ad proximum, vt eſt liberalitas: & ordinantes ad ſeipſum, ſicut eſt pœnitentia, & innocentia: & ordinãtes ad Deum, ſicut eſt latria, pietas, & obedientia. Et ideo iuſtitia dicitur retinens omnes virtutes, quia non tantum eſt ſpecialis, ſed generalis virtus, comprehendens totius animi rectitudinem, cum ipſa dicatur rectitudo voluntatis.

Iuſtitia nõ tantum ſpecialis, ſed generalis virtus.

Nota, per virtutes Cardinales homo in omnibus operibus inſtruitur, & contra vitia armatur. Primũ fit dupliciter, quo ad ſe per prudentiam, quo ad proximum per iuſtitiam. Secundũ etiam dupliciter, in proſperis per temperantiam, in aduerſis per fortitudinem armatur.

Aug. li. 14. de Trin. c. 9. to. 3.

Auguſtinus; Prudentia eſt in præcauendis inſidijs, Iuſtitia in ſubueniendis miſerijs, Fortitudo in perferendis moleſtijs, Tẽperantia in coercendis delectationibus prauis. Politicæ dicuntur, prout ſunt in in recto regimine rationis. Purgatoriæ prout ſunt in victoria vitiorum, & reſpiciunt partim interiora, & partim exteriora. Purgati animi dicuntur, quando A deuictis vitijs poſſeſſor virtutum quieſcit, raro inſurgentibus motibus prauis primis. Exemplares dicuntur, quæ in mente diuina cõſiſtunt. Nam ideæ in Deo ſunt, & omnium rerum exemplar eſt.

De prudentia.

Macrob. li. 1. in ſomn. Scip. c. 8.

Nota, quòd quælibet virtus Cardinalis poteſt coaptari ſingulis virtutibus iam præmiſſis. Nam prudentia prout eſt virtus politica, vt ait Macrobius, eſt ad rationis normam quæ cogitat, & quæ agit vniuerſa dirigere, nihil præter rectum facere vel velle. Secundo prout eſt virtus purgatoria eſt mũdum, & omnia quæ in mundo ſunt diuinorum cõtemplatione deſpicere. Tertio prout eſt virtus purgati animi, eſt ſola diuina B noſcere, & ea, tamqnam nihil ſit aliud, intueri. Exemplaris autẽ eſt ipſa mens diuina, cui omnia nuda ſunt & aperta, & diſponit vniuerſa, quæ in cælo ſunt, & quæ in terra ſunt, &c. Primus gradus facit hominem in omnibus rationabiliter operari, & cum hominibus honeſte conuerſari. Secundus mentem altius erigit: quia cum mundana deſpicit, æterna, & cæleſtia prudenter appetit. Tertius mentem plenius perficit, dum eã in æternis figit, quia ſola æterna cæleſtia bona concupiſcit. Quartus, qui in ſolo Deo eſt, prædictos gradus inchoat, deducit & conſummat, quia omnis vera prudentia a Domino Deo eſt.

Sene. tract. de quat. virt. Card.

Seneca: Quiſquis C prudentiam ſequi deſideras, tunc per rationem recte viues, ſi omnia prius æſtimes, & perpenſes. Si prudẽs eſſe cupis, in futura proſpectum intende, & quæ poſſint contingere cuncta ante propone. Nil tibi ſubitum ſit, ſed ante per otiũ proſpicias. Nam qui prudens eſt, numquam dicit, Non putaui id fieri: quia non dubitat, ſed expectat: nec ſuſpicatur, ſed cauet. Si prudentiam amplecteris, vbique idem eris: & prout varietas exigit rerum, ita te accommodes tẽpori. Sermo tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſoletur, aut præcipiat. Lauda parce, vitupera parcius. Nã ſimiliter reprehenſibilis nimia laudatio, ſicut im- D moderata culpatio. Illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura præuide, & præterita recordare. Nam qui non de futuro præmeditatur, in omnia incautus incedit. Propone animo tuo mala futura, & bona, vt illa ſuſtinere poſſis, iſta moderari. Non ſemper ſis in actu, ſed interdum animo tuo dato requiem. Sed & ipſa requies plena

plena ſit ſcientiæ ſtudijs, & cogitationibus bonis. Nã prudens, numquàm marcet otio: aliquando animum remiſſum, numquam diſſolutum habet. Non te moueat auctoritas dicentis, nec quis, ſed quid dicatur, attendito: nec quàm multis, ſed qualibus placeas cogites.

Prudentia quid.

Prudentia eſt bonarum rerum & malarum diſcretio, vtraque cum fuga mali & electione boni: de qua procedit circumſpectio, docilitas, & cautio. Circumſpectio eſt cautela contrariorum vitiorum, qua fugimus auaritiam, & cauemus prodigalitatem. Docilitas eſt potentia erudiendi, hoc ordine vt prius te, & poſtea alios inſtruas. Cautio eſt prudentia diſcernendi vitia, virtutum ſpeciẽ inferentia.

Prudentiæ diuiſio. *Prou. 4. d* *Iſa. 38. c* *Boet. de cõſol. philoſoph. li. 2. pr. 1.* *Prou. 14. b* *1. Cor. 9. d* *Eccleſ. 9. c*

Prudentia in ſex diuiditur: primo in cognitionẽ præſentiũ, vnde in Prouerbio dicitur: Præcedant palpebræ tuæ greſſus tuos, id eſt conſilia tua facta tua præueniant. Secundo, in memoriam præteritorũ, vnde dicit Ezechias: Recogitabo tibi omnes annos meos, & cetera. Tertio in prouidentiam futurorum, vnde Boetius: Nõ ſufficit intueri quod ſitum eſt ante oculos: prudentia rerũ exitus metitur. Quarto in circũſpectionem contrariorũ, vt in Prouerbio dicitur: Eſt via, quæ videtur homini recta, nouiſſima autem illius ducunt ad mortem. Quinto in cohibitionem peccatorum, vnde dicit Paulus: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. Sexto in exercitationem virtutum, ait enim Eccleſiaſtes: Quodcumque poteſt manus tua facere, inſtanter operare.

De temperantia.

Secunda virtus Cardinalis eſt temperantia, quæ prout eſt virtus politica, eſt nihil appetere pœnitendũ, in nullo legem moderationis excedere, & ſub iugo rationis cupiditatem domare. Secundo prout eſt purgatoria, eſt omnia relinquere in quantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit. Tertio prout virtus purgati animi, eſt terrenas cupiditates non ſolum reprimere, ſed penitus obliuiſci. Quarto prout exemplaris, quæ in Deo eſt, ſic eſt, quod in ſe perpetua intentione conuerſa eſt. Primus gradus ab exceſſu, & defectu cuſtodit: quia ei mediũ virtutis omni tempore oſtendit. Secundus mentem ad æterna perfecte dirigit: quia ſuperfluitatem rerum grauantium firmiter excludit. Tertius mentem in æternis figit: quia concupiſcentiam omnis inordinati concupiſcibilis penitus extinguit. Quartus prædictos gradus inchoat, deducit, & perducit, & perficit: quia omni creaturæ numerum pondus, & menſuram tribuit.

Sene. tract. de quat. vir. Card.

Seneca: Si continentiam diligis, circumcide ſuperflua, & in arctum deſideria conſtringe. Conſidera tecum quantum natura depoſcat, non quantum cupiditas ſpectat. Palatum tuum fames excitet, non ſapores: nec ad voluptatem, ſed ad cibum accedas: nec præſentibus delicijs inhærebis, nec deſiderabis abſentes. Si continentiam diligis, turpia fugito, antequam accidãt: nec quidquam aliud magis vereberis, quàm teipſum. Omnia pręter turpitudinẽ tolerabilius crede. A verbis quoque turpibus te abſtine: quia licentia eorum impudentiã nutrit. Si continens es, opus eſt continue affectiones adulationum repellere, quarũ ſermones animum quadam voluptate reſoluunt. Si continens es, & animi & corporis motus obſerua, ne indecori ſint: nec ideo contemnes, quia latent. nam nihil differt ſi nemo videat, cum ipſe videas. Cunctis eſto benignus, nulli blandus, & paucis familiaris, omnibus æquus: bonæ famæ, neque tuæ ſeminator, neque inuidus alienæ. Ad iram tardus: ad miſericordiam pronus. In aduerſis firmus: in proſperis cautus, & humilis. Virtutum occultator ſicut alij vitiorum: rari ſermonis, ſed loquentium patiens. Quæ noſti ſine arrogantia, poſtulanti imparties: quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ, tibi poſtula humiliter impartiri. Notandum quod temperantia eſt virtus cum potentia reſiſtendi illecebris, in nobis impetus facientibus: ex qua procedit continentia, quæ eſt virtus ab illecebris, caſtitas, ſobrietas, parcitas, qua retinemus retinẽda, largitas, moderantia, honeſtas, abſtinentia, verecundia, modeſtia, omnium rerum moderatio.

De fortitudine.

Tertia Cardinalis virtus eſt fortitudo politica, quæ eſt animum ſupra periculi metum erigere, nihilq. niſi turpia timere. Secundo purgatoria, eſt animo non terreri cõtra quæque aduerſa. Tertio purgati animi, eſt paſſiones non ſolum vincere corporis, ſed animo penitus ignorare. Exemplaris quæ in Deo eſt, quod ſemper idem eſt, nec vmquam mutatur. Ex his poteſt patere, quòd primus gradus hominem facit omnẽ metum pro vtilitate reipublicæ poſtponere, & nihil niſi turpia formidare. Secundus magis confortat, vt nulla pœna carnalis eum terreat, quia ad ſola æterna fortiter anhelat. Tertius mentem in æternis figit, cum contraria viderit repugnare animo, & confidenter contemnit. Quartus prædictos gradus inchoat, deducit, & conſummat.

Sap. 8. a

Ipſe attingit a fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.

Sen. tract. de quat. vir. Card

Seneca: Magnanimitas, quæ & fortitudo dicitur, ſi inſit animo tuo, viues cum magna fiducia, liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonum eſt, finem huius vitæ intrepidum expectare. Si magnanimus fueris, numquã iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non mihi nocuit, ſed nocendi animum habuit: & cũ ipſum in poteſtate tua videris, vindictam putabis vindicare potuiſſe, & non feciſſe.

Magnum, & honeſtũ vindictę genus.

Scito enim magnum, & honeſtum vindictæ eſſe genus, ignoſcere. Eris magnanimus, ſi pericula non appetas vt temerarius, nec formides vt timidus. Nam timidum nil facit animũ, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia.

Fortitudo quid.

Fortitudo eſt immobilis inter aduerſa animi laborum, & periculorum ſusceptio, quæ nec aduerſitatis incurſu frangitur, nec proſperitatis blandimento eleuatur. De qua oritur magnanimitas, fiducia, ſecuritas, patientia, perſeuerãtia longanimitas, humilitas, manſuetudo, &c.

De iuſtitia

Quarta virtus Cardinalis eſt Iuſtitia politica, quæ eſt mundum deſpicere, & ſeruare vnicuique quod ſuum eſt, ſcilicet ſibiipſi, & proximo, & Deo. Secũdo purgatoria, eſt ad veram viam proximi conſentire, & vniuſcuiuſque virtutes in ſuo vigore ſeruare. Tertio, purgati animi, eſt cum diuina mente perpetuo fœdere ſociari. Exemplaris Iuſtitia, quæ in Deo eſt, perenni lege a ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur. Primus gradus ab omni iniquitate cuſtodit, & cum omnibus hominibus conuerſari facit. Secundus mentem ad æterna trahit, quia iuſto ordini rationis perfecte conſentit. Tertius, mentem in æternis figit, quia illam cum Deo æterno perpetuo fœdere ſociat. Quartus prædictos gradus inchoat, deducit, & perficit: quia omnem creaturam ſua perpetua & inflexibili lege iuſte regit. Ex his patet, quo modo per virtutes Cardinales, vt ſunt politicæ, homo ordinatur in operationibus ſuis, quo ad proximum ſuũ: per virtutes, quæ ſunt purgatoriæ, ordinatur ad ſeipſum: per virtutes purgati animi ad Deum.

Sen. vbi ſupra.

Seneca: Iuſtitia eſt naturæ, tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta.

FINIS OPVSCVLI DE QVATTVOR VIRTVTIBVS CARDINALIBVS

CAPITA

CAPITA OPVSCVLI SEQVENTIS.

De ſeptem donis Spiritus ſancti in genere.

QVOD Verbum incarnatum miſit nobis Spiritum ſanctum ſeptem donorum largitorem. Cap. I.
Quòd ſint ſeptem Spiritus ſancti dona, et quare in ſeptenario numero C. II.
Septem Spiritus ſancti dona qualiter ab alijs habitibus, et donis diſtinguantur. Cap. III.
Quæ vtilitas in ſeptem Spiritus ſancti donis conferatur. Cap. IV.
Qui et quales donorum Spiritus ſancti capaces efficiantur, et qualiter ea obtineantur. Cap. V.
Qualiter dona aſcendendo, et deſcendendo ordinentur. Cap. VI.

De eiſdem donis in ſpecie.

De dono timoris.

Quid ſit timor, et qualiter ſecundum inordinatos amores multiplicatur, et deordinatur. Cap. I.
Quis timor a regno animæ per charitatem perfectam expellatur, et quem ſecum compatiatur. Cap. II.
Qualiter a timore Dei in anima dies clara oriatur. Cap. III.
Qualiter a dono timoris, animæ conuiuium præparetur. Cap. IV.

De dono pietatis.

Quid donum pietatis dicitur, et qualiter a pietate naturali, et acquiſita diſtinguatur. Cap. I.
Qualiter per donum pietatis dies ſpiritualis oriatur, proficiat, et perficiatur. Cap. II.
Qualiter per donum pietatis menti conuiuium præparetur. Cap. III.

De dono ſcientiæ.

Quæ ſcientia donum Spiritus ſancti dicatur. Cap. I.
Qualiter per donum ſcientiæ dies in anima oriatur. Cap. II.
Quomodo per donum ſcientiæ menti conuiuium præparetur. Cap. III.
De menſa diuinæ Scripturæ ſiue ſcientiæ, et de ferculis, quæ in ea apponuntur. Cap. IV.

De dono fortitudinis.

Quæ fortitudo donum Spiritus ſancti dicatur. Cap. I.
Qualiter per hoc donum dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. II.
Quale conuiuium per hoc donum animæ præparetur. Cap. III.

De dono conſilij.

Quid conſilium ſit, et quid donum conſilij dicatur. Cap. I.
Quæ ſit doni conſilij neceſſitas. Cap. II.
Quæ ſit differentia inter conſilia diuina et ea, quæ ex propria voluntate liberi arbitrij oriuntur. Cap. III.
Qualiter ex dono conſilij dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. IV.
Qualiter conuiuium per donum conſilij in anima præparetur, et de tribus conſiliarijs, qui dicuntur principales inter conuiuantes, quæ ſunt tres animæ potentiæ. Cap. V.
Conuiuantes medij, qui ſunt vigores animæ naturales, ſenſus animæ rationales, et virtutes morales quomodo à ſuperioribus memoria ſcilicet intellectu, et voluntate, purgentur, illuminentur, et perficiantur. Cap. VI.
Conuiuantes inferiores, vt pote ſenſus animales et corporales tam exteriores quàm interiores quomodo a conuiuantibus medijs illuminentur, purgentur, et perficiantur. Cap. VII.

De dono intellectus.

Quare donum intellectus præcedentia dona ſequatur. Cap. I.
Quid donum intellectus ſit, vel dicatur. Cap. II.
Quæ huius doni ſit neceſſitas, vel quæ vtilitas in eo conferatur. Cap. III.
Veritates diuinæ in ſacra Scriptura abſconditæ manifeſtantur per donum intellectus. Cap. IV.
Veritates diuinorum ſacramentorum dono intellectus penetrantur. Cap. V.
Quo modo per donum intellectus dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. VI.
Quo modo per donum intellectus conuiuium ſpirituale menti præparetur. Cap. VII.

De dono ſapientiæ.

Quid ſit ſapientia, et quid donum ſapientiæ dicatur. Cap. I.
Quæ ſit neceſſitas, et vtilitas huius doni. Cap. II.
Qua ratione donum ſapientiæ a Deo petatur, et obtineatur. Cap. III.
Qualiter ex dono ſapientiæ dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. IV.
Quale conuiuium per donum ſapientiæ menti præparetur, et de primo conuiuio quod in mente in corpore humano exiſtente, per donum ſapientiæ Spiritus ſanctus celebrat. Cap. V.
De vino, ad quod potandum ſapientia inuitat in conuiuio primo. Cap. VI.
Qui ſint charissimi in conuiuio primo, et quæ ſit ſobria ebrietas illorum. Cap. VII.
De ſecundo conuiuio quod ſit animæ a corpore ſeparatæ per donum ſapientiæ. Cap. VIII.
De tertio conuiuio ſapientiæ quod eſt regnantiũ. Ca. IX.
Quæ familia et conuiuantes ad regnantium conuiuium inuitentur, vel ſint iam inuitati. Cap. X.
De tertij conuiuij, et conuiuantium beatitudine iuxta numerum ſeptem donorum, ſeptem quoque animaduerſione digna notantur. Cap. XI.

S. BO-

S· BONAVENTVRAE EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS OPVSCVLVM,

De Septem donis Spiritus ſancti.

Conuiuia ſeptem animæ, totidemq. conuiuæ, ferculorum quoque et miniſtrorum varietas cum diſtinctione, et explanatione mirabili donorum, et operationum Spiritus ſancti hoc opuſculo demonſtrantur. Quod in duas partes diſtributum eſt: in quarum prima de donis Spiritus ſancti in genere, in ſecunda vero de eiſdem in ſpecie agitur. De hac autem materia quamuis ſer. 2. et 3. in Hexaemeron, et lib. 3. Sent. diſt. 34. nec non ſupra hoc eodem tomo Breuiloq. p. 5. cap. 5. Et Centiloq. p. 3. Sect. 45. et infra opuſculo, quod Dieta ſalutis inſcribitur titul. 6. et alijs locis ſæpe auctor tractet: hic tamen de Spiritus ſancti donis copioſiori manu ſcribit, et quæ ad hanc rem maxime pertinent ex ſacra Scriptura theſauro depromit. Sanctorum quoque Patrum, & aliorum ſcriptorum doctrinas ad id frequenter inculcat, in quo vt in ceteris eius libris, ſingularis auctoris pietas cum ſumma eruditione coniuncta facile cernitur

Quod Verbum incarnatum miſit nobis Spiritum ſanctum ſeptem donorum largitorum. Cap. I.

Iacob. 1. c OMNE *datum optimum, et omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminum.* Sanctus Iacobus Apoſtolus a veritate paterni verbi illuminatus, et a charitate Spiritus ſancti inflammatus, in verbis iſtis deſcribit nobis patrem æternum, vt eſt fontana, et perfecta cognitio diuinarum perſonarum in habitudine ad creaturas: quibus communicauit datum optimum in filij datione in natura humana, vt patet in Iſaia, *Iſa. 9. a* qui dicit, Immenſum paruulum datum nobis, ſcilicet in incarnatione: cum quo nobis omnia bona pariter venerunt. *Sap. 7. b* Propter quod Apoſtolus non dixit ſimpliciter *datum optimum:* ſed, *Omne donum optimum*. *Ioan. 1. a* Omnia enim per ipſum facta ſunt. Communicauit etiam eis donum perfectum in Spiritus ſancti liberali miſſione, vt patet in Ioanne. *Ioan. 14. d* In quo omnia dona largiuntur, vt patet apud Paulum. *1. Cor. 12. b* Propter quod Apoſtolus Iacobus non dixit ſimpliciter donum perfectum, ſed, *Omne donum perfectum*. Hæc enim omnia operatur idem ſpiritus, vt ſic per verbi incarnati, et dati illuminationem, et Spiritus ſancti ſpirati, et donati inflammationem, reducamur ad luminoſi et amoroſi patris veram cognitionem, et feruidam dilectionem, et ea his, ad eius perfectam vnionem. Iſta enim vnio eſt finis largitionis luminum, vt per eam reducamur ad patris deificam ſimplicitatem, et perfectam vnitatem. Vnde Dionyſius in principio Angelicæ Hierarchiæ *Dionyſ. de Cal. Hierar. c. 1. in prin.* aſſumens verbum propoſitum, dicit ſic: Omne datum optimum, et omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Sed et omnis a patre luminis notæ apparitionis proceſſus in nos bonitatis dono veniens, rurſus, vt viuifica virtus, extenſiue nos adimplet, et conuertit ad congregantis patris vnitatem, et deificam ſimplicitatem. Et enim ex ipſo, et per ipſum, et in ipſo ſunt omnia, vt ait ſacer Dionyſius. *Ibidem.* Iſta exponens commentator Linconienſis, ibidem dicit: Sumus enim nos primo, per varios variarum rerũ amores diſtracti, diuiſi, et multiplicati, et ex ipſa diſtractione contracti, corrugati, et multiplicati. Ideo lu-

A minum, ſiue donorum diuinorum apparitio in nos proueniens, velut viuifica virtus ordine conuerſo, quo in nos venit, recedendo ſecum ad ſuam originem vnde venit, ab huiuſmodi contractione, corrugatione, et multiplicatione, nos extendit, dilatat, et maiorat: et auertens nos a multitudine prius amatorum, conuertit nos ad patris congregantis vnitatem, et deificam ſimplicitatem. Sequitur: Sua ſimplicitas autem eſt deifica, quia ſpiritum ei ſoli adhærentem, vt Saluator ait, iam vnit ſibi, et conformat, et deiformem efficit, et licet non ſubſtantialiter, participa-

B tione tamen ipſius, Deum facit, ſecundum quòd ait Pſalmiſta: Ego dixi, Dij eſtis. *Pſal. 81. b* Et ſic ſpiritus adhærens Deo puro amore fit magnus, expanſus, et ſimplex, et vnitus, quia a diſperſione congregatus. Hæc ille. Verbum igitur paternum dicitur datum optimum: In quo omnes theſauri ſapientiæ et ſcientiæ Dei ſunt abſconditi, ſecundum Apoſtolum. *Coloſſ. 2. a* Quod Verbum in natura humana nobis datum, noſter frater efficitur, quem fratrem ſponſa feruenter deſiderauit, dicens: Quis mihi det te fratrem meum, *et cet.* *Can. 8. a* Spiritus, autem ſanctus donum perfectum dicitur, quia a patre, et fi-

C lio, vt donabilis ſpiratur, vt dicit Auguſtinus. *Aug. li. 15. de Trin. c. 17. 18. et 19. 20. 3.* Qualiter verbum datum optimum mittit nobis donũ perfectum ſuum, vt ipſe teſtatur, dicens: Ignem veni mittere in terram. *Luc. 12. f* Quod verbum Ambroſius exponens de miſſione Spiritus ſancti, qui eſt ignis amoroſus, illuminans intellectum, et pariter inflammans affectum, dicit: *Amb. com. in Luc. li. 7. cu. 12. co. 3.* Venit Dominus ignem mittere in terram, non vtique bonorum cõſumptorem, ſed bonæ voluntatis auctorem, ſcilicet Spiritum ſanctum: qui aurea vaſa Dominicæ domus, ideſt animæ potentias, capaces diuinitatis meliorat, donis et virtutibus

D adornando, et perficiendo: fenum vero conſumit, et ſtipulam, ideſt tam magna, quàm minora offendicula per ignem charitatis expellendo. Et Bernardus dicit: *Bern. ſer. 1. in feſto Pentecoſt. circ. med.* Spiritus ſanctus profecto monet memoriam, docet intelligentiam, et mouet voluntatem. *Et in alio ſermone:* Nec minimam paleam peccati intra cordis, quod poſſidet, habitaculum, patitur reſidere: ſed ſtatim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit illud ſpiritus ſuauis et dulcis. *Idem ſer. 2. in eo. feſto prope fi.* Hæc ille. Qui ſol infiniti et amoroſi ardoris, ſcilicet Spiritus ſanctus, tripliciter exurit montes, id eſt eleuatas mentes, ſcilicet memoriam, intellectum, et voluntatem. *Eccli. 43. a* In quibus conſiſtit imago

Aug. li. 15. de Trin. c. 11. et li. 14. cap. 4. to. 3. Richar. lib. 4. de contemplat. ca. 15. poſt med.

imago Dei, et ideo capaces ſunt Dei, vt dicit Auguſtinus de Trinitate. In tantum, vt Pater in memoria audiatur, et Verbum ſiue filius in intelligentia videatur, et Spiritus ſanctus, in voluntate amplexetur. Dicit enim Richardus: Sic Deus auditur per memoriam, videtur per intelligentiam, deoſculatur per affectum, amplectitur per applauſum. Vel ſi melius placet, inquit Richardus, auditur Deus per reuelationem, videtur per contemplationem, ſed deoſculatur per deuotionem, et aſtringitur per dulcedinis ſuæ infuſionem: vt infra plenius patebit dono quinto, ſcilicet conſilij. Non autem ſolum ſol iſte diui**B**nus exurit montes, vt dicitur in Eccleſiaſtico: ſed et igneos radios exufflat, et refulgens radijs ſuis excæcat oculos. Igneos radios ardentiſſimæ charitatis exufflat ſeptem, quando nobis inſpirat radios ſuos ſeptem donorum, qui et illuminant, et inflammant mentes humanas, quia Spiritus ſanctus datur in eis: intantum, vt oculos cæcorum illuminent, et oculos videntium obducant, vt patet, quando Apoſtoli a Spiritu ſancto inſpirati, ſeptem donis eius ita lucebant, et ardebant, vt pene totum mundum illuminarent, et inflãmarent ſignis et doctrinis, et quoſdam propter nimiam refulgentiam obcæcarent, non valen**C**tes tantũ fulgorem vel refulgentiã ſuſtinere. Quare clamabãt, dicẽtes: Iſti ebrij ſunt, vel muſto pleni ſunt.

Eccli. 43. a

Act. 2. b

Dona Spiritus ſancti ſunt radij ignei.

Iſta ſeptem dona, priuilegiata ſanctitate, dicuntur radij ignei: quia Spiritus ſanctus per ea, quaſi ad modum ignis amoroſi humiliat alta, per donum timoris: liquefacit dura, per donum pietatis: illuminat obſcura, per donum ſcientiæ: conſolidat mollita, per donum fortitudinis: reſtringit fluida, vel dirigit deuiantia per donum conſilij: clarificat metalla, per donum intellectus: ignit frigida per donum ſapientiæ. Spiritus ſanctus igitur per dona ſua nobis donat lumen veræ cognitionis, et feruorem ſancti amoris. **D** Quæ duo maxima dona, et bona ſunt, quæ nobis hic dantur ad felicitatem æternam prægustandam, et in futura vita feliciter conſummandam. De quibus duobus bonis commentator Dionyſij Hugo dicit ſic: Duo ſunt cognitio et amor: vnum pertinet ad illuminationem, alterum vero ad refectionem. Cognitio veritatis illuminat: amor bonitatis ſatiat. In his beatitudo conſtat, cognoſcere verum et amare bonum. Duo, inquit Hugo, prædicta apud nos ſunt magna bona, et non inueniuntur apud nos maiora alia his, neque ad gaudium, neque ad felicitatem noſtrã magis operantia, quam lumen et dulcedo. Nam ſi illu**E**minaris, magnum bonum eſt, ſed non plenum. Si ſatiaris et non illuminaris, magnum bonum eſt, ſed non perfectum. Refectio iucundum facit, quod intus eſt. Illuminatio iucundum facit, et exhibet quod foris eſt. Videtur quidem refectio magis neceſſaria eſſe, vtrumque tamen ad plenum gaudium exigitur. Hæc ille. Sed quia hæc duo bona magna, et ſumme nobis neceſſaria ſcilicet refectio et cognitio a Spiritus ſancto in ſeptem donis eius conferuntur, vt dicit Gregorius. Ideo diligenter inueſtigandum eſt nobis, qualiter hæc duo in illis bonis inueniantur, et obtineantur, vt nos per ipſa mentaliter illuminemur ad cognoſcendum cæleſtia, et ſpiritualiter reficiamur ad **F** perfecte conſequendum illa. Dicit namque Gregorius ibidem exponens illud Iob: Ibant filij eius ſepiẽ, et faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo: Dies, inquit, vniuſcuiuſque filij, ideſt doni, ſiue virtutis in mente a Deo concepit, eſt illuminatio. Qui filij per domos conuiuia faciunt, dum virtutes, ſiue dona ſingula, iuxta donum proprium mente paſcunt. Hæc ille. Igitur iuxta ſeptem filios, ſunt ſeptem dies ſpirituales, ſiue illuminationes, et quælibet dies habet ſuum conuiuium. Igitur ſicut ſeptem ſunt dies, ita et ſeptem conuiuia erunt, ſiue ſeptem mentis refectiones nos præparantia, et nos habilitantia ad illud grande conuiuium, quod

Hugo de S. Vict. in ca. 7. cal. Hierarch. li. 7. Longe poſt med.

Greg. lib. 1. Mor. c. 14.

Iob 1. a

vetus Aſſuerus ſeptem diebus iuſſit præparari, cunctis principibus, et pueris ſuis.

Eſther 1. a

Quod ſint ſeptem Spiritus ſancti dona, et quare in ſeptenario numero. *Cap. II.*

Viſo quòd datum optimum, ſcilicet verbum incarnatum, miſit nobis donum perfectum, ſcilicet Spiritum ſanctum, qui vt ſol amoroſo ardore exurens montes, ideſt eleuatas mentes, igneos radios ſeptem donorum inſpirando exufflat: vt tamquam ſcintillæ igneæ in arundineto mentis diſcurrant, vt et in operationem foras erumpant, et proximos verbis, et exemplis tangendo, igne amoris accendant. Ideo modo videndum eſt de iſtis ſeptem donis, ſiue radijs, qualiter in nobis recipiantur, et operentur. Et ſunt quædam de donis iſtis præmittenda in generali, et poſtea de quolibet dicetur in ſpeciali. Circa primũ, quinque ſunt videnda, propter maiorem notitiam aliorum infra dicendorum. Primo videndum eſt, quot ſint dona Spiritus ſancti, vel quid dicantur. Secundo qualiter hæc dona, ab alijs habitibus diſtinguantur. Tertio, quæ vtilitates in his donis conferantur. Quarto, qui et quales, iſtorum donorum capaces efficiantur, et qualiter obtineantur. Quinto, qualiter dona deſcendendo, et aſcendendo ordinantur.

Eccli. 43. a

Sap. 4. b

Primo igitur videndum eſt, quot ſint dona Spiritus ſancti. Circa quod eſt ſciendum, quòd Linconienſis commentator Dionyſij exponens verbum illud, Omne datum optimum, et omne donum perfectum: dicit eſſe differentiam inter dationem, et inter datum bonum, et inter donũ perfectum. Nam datio eſt dantis actio, et quãdoque ſumitur pro re data quacumque quæ poteſt dari. Et hæc datio bona extendit ſe tam ad dona, data bona, quàm ad donum perfectum. Et hæc datio, vel donatio, conuenit toti Trinitati, quæ eſt infinitæ liberalitatis, dans omnia omnibus, ſecundum cuiuſlibet capacitatem, et gradum eſſentiæ ſuæ. Si enim natura non deficit in neceſſarijs, vt dicitur in libro de cælo et mundo, et de anima, multo minus Dominus non deficit in neceſſarijs. Qui enim omnia bona creauit, omnia bona regit. Sed talis datio proprie non dicitur donum, prout nunc loquimur de donis, donum tamen eſt. Datum vero bonum, inquit Linconienſis, dicitur, quod nos bonificat, vt omnia quæ nobis a dante conferuntur, quibus boni efficimur. Sunt autem data bona fortunæ, et omnia talia tam exteriora, quàm interiora bona, et cum eis bene vtimur, nos perficiunt perfectione prima. Donum autem perfectum, inquit Linconienſis, ſumitur pro bonis gratuitis nos in bene eſſe perficientibus. Vnde in cap. 3. Angelicæ Hierarchiæ dicit ſic: Licet perfecti ſimus, quantum ad ſpeciem humanã, a natura tamen perfectio quantum ad bene eſſe, deficit nobis. Vnius enim cuiuſque rei creatæ plena perfectio eſt, non eſſe impeditæ operationis, propter quam creata eſt: nec remiſſæ virtutis, a qua procedit. Natura enim operans otioſa eſt, et intantum deficiens, inquantum ab operatione propria otiatur. Cum vero ea non impedite, nec remiſſe operatur, non eſt quod ei vltra ad plenitudinem adijciatur. Ad talem autem perfectionis plenitudinẽ, homo mortalis peruenire non poteſt, niſi ſupernaturalibus luminibus, ſiue donis adiuuetur. Vnde Hugo dicit: Rationalis creatura, quæ ſola ad imaginem conditoris facta legitur, data accepit optima, dum conderetur ad infima: et data accepit perfecta, dum ſublimaretur ad ſumma. Neque enim melius alteri naturæ datum eſt ab eo, quod primum accepit per creationem, ſcilicet imaginem Dei. Neque perfectius accepit eo, quòd poſtmodum eſſe meruit per gratiam, ſcilicet Dei templum, Dei filius, vt per amoris vinculũ Deo inſeparabiliter colligetur, et ſic fieri beatam: quod meruit per gratiam. Igitur dona per-

Dationem, datum optimum, et donum perfectum differre.

Ariſt. li. 1. De ca. tex. 32. et li. 2. tex. 10. et 59. li. 3. de ani. tex. 48

Hug. de S. Vict. lib. 10. in cal. Hierarch. non lõge a prin.

fecta

fecta gratuita, perficiunt dona optima naturalia, vt ſic ſpiritus humanus per habitus donorum deiformium, reducatur ad plenam perfectionem, et operetur operationes non impeditas, prout poſſibile eſt in corpore corruptibili. Et ſic dona iſta videntur eſſe habitus quidam gratuiti, vel gradus quidam, et non habitus diuerſi luminis diuini et gratuiti, ſecundum quoſdam a Spiritu ſancto mentibus humanis infuſi, quibus diſponantur, vt habiles fiant, et diſpoſiti ad ſequendum inſtinctus Spiritus ſancti: qui inſtinctus ſunt memoriæ admonitio, intellectus illuminatio, voluntatis motio. Et licet ratio, et ſynderesis ſint quidam inſtinctus in homine, inclinantes eũ ad aliquem B ſibi connaturalem finem conſequendum per potentias eius: tamen quòd conſequantur finem vltimum ſupernaturalem non ſufficiunt, quia in corpore corruptibili, habent operationes multipliciter impeditas. Et ideo indigent virtute ſuperioris agentis, ad conſecutionem talis finis. Vnde Philoſophus in libro de bona fortuna dicit: His qui mouentur per inſtinctum diuinum, non expedit conſiliari ſecundum rationem humanam: quia id quod intendunt, conſequuntur a meliori principio, quàm ſit ratio humana, ſcilicet per inſtinctum diuinum. Ad cuius inſtinctus conſecutionem, dona eius nos habilitãt, et præparant, C quæ ab ipſo liberaliſſime donantur. Sunt autem hæc priuilegiata dona ſeptem, quæ dicuntur priuilegiata, eo quòd in eis donatur Spiritus ſanctus appropriate loquendo, et quòd ſecundum prophetam fulſerunt in Chriſto, vt patet in Iſaia, qui dicit ea ſuper florem, qui aſcendit de radice Ieſſe requieuiſſe, vbi

Iſa. 11. a

enumerat ea, dicens: Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus ſapiẽtiæ et intellectus, ſpiritus conſilij et fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ et pietatis, et replebit eum ſpiritus timoris Domini. In hac autem enumeratione, deſcendendo procedit a ſummo et combinando per mediam copulam, vt ſimul oſten- D datur donorum diſtinctio, et connexio, origo, et ordo. Sunt autem hæc dona tantum ſeptem. Quia ſicut dicit Gregorius: Per ſeptenarium ſignificatur vniuerſitas, vt ſicut mundus ſeptem diebus eſt perfectus, ſic et minor mundus homo, ſeptem donis Spiritus ſancti perficiatur. Sunt enim ſeptem dona, propter ſeptem expeditiones hominis, tam in vita actiua, quàm in vita contemplatiua neceſſaria. Nam Anſelmus dicit, quòd quinque dona inferiora reſpiciunt vitam actiuam, et duo alia, reſpiciunt vitam contemplatiuam. Superiora ſunt, donũ ſapientiæ, et intellectus, vt infra patebit. Et ſic ſeptem dona, ſunt ſeptem radij ſpirituales, tam ſplendidi, quàm igniti, procedentes a ſole ardentiſſimæ charitatis: quibus ſapientia ædificauit ſibi domum, et maneriũ quaſi ſeptem columnis exciſis, quibus fulcitur, et adornatur, et pericitur. In qua, ſapientia, dulciſſima conuiuia ſpiritualia miniſtrat inhabitantibus. Vnde dicitur: Sapientia immolauit ſibi victimas, et miſcuit ſibi vinum, et propoſuit mẽſam ſuam: cuius copiam et dulcedinem nemo ſcit, niſi qui accipit per experientiam, vel per reuelationem, vt dicit Auguſtinus, vel per prædeſtinationem, vt ait Haymo.

Cur dona Spiritus ſancti in ſeptenario numero.

Greg. ſuper Ezec. ho. 3.

Anſel. li. de ſimil. c. 132

Prou. 9. a

Ibidem.

Aug. hom. 2. in Apoc. prope fin. to. 9.

Haymo in c. 4. Apoc.

Septem Spiritus ſancti dona qualiter ab alijs habitibus et donis diſtinguantur. Cap. III.

SEcundo videndum eſt, qualiter hæc ſeptem dona Spiritus ſancti, ab alijs habitibus, et donis diſtinguantur. De quo notandum eſt, quòd commentator Dionyſij, Hugo ſuper principium Angelicæ Hierarchiæ, dicit ſic: Gratia diuina illuminatio eſt, et ipſa dona gratiæ lumina ſunt, illuminantia eos, qui ſe participant: et omnis gratia ab vno fonte deſcendit, et omnis illuminatio ab vno lumine: et multi ſunt radij, et vnum lumen. Et ſpargit ſe vnum lumen, vt multos illuminet, et lucent illuminati multi, et non A videtur niſi vnum lumen, et fiunt multi vnum, in lumine vno. Hæc ille. Ex quo apparet, quòd gratia eſt lumen, multos habens radios, vel gradus, diuerſarum virtutum, et ornamentorum ſpiritualium. In ipſa enim gratia gratum faciente datur Spiritus ſanctus, qui eſt donum perfectum perficiens animam, vt efficiatur filia patris æterni, ſponſa Chriſti, et templum Spiritus ſancti. Ideo merito vocatur gratia gratum faciens. Sine enim ipſa nullus poteſt mereri, nec in bono proficere, nec ad æternam vitã peruenire. Ideo neceſſe eſt, vt per varios radios gratiæ, habeat anima varia exercitia virtutum, donorum, beatitudinum, fructuum ſpiritualium, et ſpiritualia B dona ſenſuum, vt et vita ſpiritualis ex ipſis perfecta manifeſtetur. Gratia igitur cum ſit origo, et forma omnium habituum, et gaudium virtualium, ramificatur in habitus, vel gradus virtũtum moraliũ, quibus vires appetitiuæ perficiuntur, ad obediendum rationi, qua reguntur, vt in omnibus actibus ſuis recte, et delectabiliter, et perfecte omnia operentur. Sunt autem quattuor virtutes morales, quæ dicuntur cardinales: quia vt oſtium vertitur in cardinibus, ſic vita humana vertitur, et regitur in his virtutibus, quæ ſunt, Prudentia, quæ rectificat rationalem. Fortitu- C do, rectificat iraſcibilem. Temperantia, rectificat concupiſcibilem. Iuſtitia, rectificat omnes vires, quia comprehendit totius animæ rectitudinem, cum ipſa rectitudo dicatur voluntaris. Et dicit Auguſtinus, quòd prudentia neceſſaria eſt in eligendis, fortitudo in tolerandis, tẽperantia in vtendis, iuſtitia in diſtribuendis. Et Auguſtinus dicit, quòd prudentiæ ſuccedit contemplatio, fortitudini firma adhæſio, temperantiæ, dilectionis menſura, reſpectu creaturarum, vel creaturæ. Quia dilectionis diuinæ menſura eſt ſine menſura, vt dicit Bernardus. Iuſtitiæ ſuccedit ordinatio debita ad Deum, et proximum. Ramifica- D tur etiam gratia gratum faciens in habitus, vel gradus virtutum intellectualium, quibus ratio perficitur, quæ eſt virtutum moralium motiua et directiua, ne per immoderantiam illarum impediantur virtutes intellectuales mentis cõtemplatiuæ tendentes in cognitionem diuinarum veritatum, quibus mens illuminatur, vel etiam reficitur. Et ſunt tres, vt dicit Philoſophus. Sapientia regit affectum: Intelligentia intellectum. prudentia regit vtrumque. Prudentia enim ſpiritus regit cogitationes, et affectiones. Sapientia regit affectũ: dum ei ſapere facit vnumquodque prout eſt, cæleſtia vt cæleſtia, terrena vt terrena. E Vnde Bernardus: Inueniſti ſapientiam, ſi tibi ſingula horum ſapiunt prout ſunt. Igitur quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram: ait Apoſtolus. Intelligentia regit intellectum, dum ipſum introducit per omnia velamina vſque ad intimas quidditates rerum. Dicitur enim in libro de ſpiritu et anima, quòd intelligentia eſt qua de diuinis, quantum poſſibile eſt, cognoſcitur ad cæleſtia arcana penetranda. Prudentia vero regit vtrumque: quia, vt dicit Philoſophus, Prudentia eſt recta ratio agibilis vtriuſque. Ramificatur etiam gratia gratum faciens, et proficit in habitus et gradus virtutum Theologicarum, quæ ſunt F perfectiones, et virtutes prædictæ eo quòd per virtutes Theologicas anima perfectius in Deum fertur, et ei immediatius coniungitur. Sunt autem tres virtutes Theologicæ, ſcilicet fides, ſpes, et charitas. Fides Deum, quærit, et ſcrutatur. Spes Deum ſapit, et de tentione aſſecuratur. Charitas Deum tenet, et amplexatur. Vnde in Cãticis dicit amica: Inueni, quem diligit anima mea: tenui eum nec dimittam, vbi dicit Bernardus: Quis te non teneat Domine Ieſu, qui tenẽtem ſpe fortificas, perfectione decoras, perſeuerantia conducis, remuneratione perducis? Ramificatur etiam gratia hæc in habitus, vel gradus ſeptem donorum Spiritus ſancti, qui vires animæ diſponunt ad hoc, quòd bene et prompte ſubdantur motionibus

Hugo de S. Vict. lib. 2. in caleſt. Hierarc. c. 1. paul. a prin.

Gratia gratum faciẽs.

Quattuor virtutes Cardinales

Aug. lib. 4. de Trin. c. 9. to. 3.

Idem li. 6. Muſica. ca. 16. to. 1.

Bern. li. de dilig. Deo cir. prin.

Ariſt. lib. 6. Eth. c. 1. 3. et 7.

Ber. ſer. de eo quod ſcriptũ eſt: Beatus homo qui inuenit ſapiẽtiam. et c. poſt med.

Coloſſ. 3. a

Auctor de ſpir. et ani. c. 11. apud Aug. to. 3

Ariſtot. 6. Eth. cap. 5.

Virtutes Theologicæ.

Can. 3. b

bus Spiritus ſancti, qui in eis donatur. Et quaſi ſuper humano modo operatur, quod tamen perfecte fieri non poteſt, niſi per dona iſta vires mentis ſanentur, et *Hugo trac. de quinque ſept. c. 2. Excerpt. ſeu allegoriarum in Mat. libro 2. ca. 16. et 17.* reparentur. Dicit namque Hugo in tractatu ſuo de quinque ſeptenis circa principium ſic: Sunt ſeptem vitia capitalia, ſiue principalia, ex quibus vniuerſa mala oriuntur: quæ ſunt fontes abyſſi tenebroſæ, de quibus flumina Babylonis exeunt: quæ vaſtant vniuerſam naturæ integritatem, et generant quoſdam animæ languores, interioris hominis quaſi vaſtatores. Quorum quidam hominem ſpoliant, quidam ſpoliatum flagellant, quidam flagellatum eijciunt, quidam eiectum ſeducunt, quidam ſeductum ſeruituti ſubijciunt. Superbia enim aufert homini Deum. Inuidia aufert ei proximum. Ira aufert ei ſeipſum. Triſtitia ſpoliatum flagellat. Auaritia flagellatum eijcit. Gula eiectum ſeducit. Luxuria ſeductum ſeruituti ſubijcit, dum ſpiritum humanum fœdæ carni ſeruire com- *Pſal. 68. a* pellit, vt iam infirmus ſpiritus cum Pſalmiſta clamet: Infixus ſum in limo profundi, et non eſt ſubſtantia. Aſcendi in altum maris, et tempeſtas demerſit me. Hæc ille. Sed ecce Spiritus ſanctus, qui eſt fons aquæ *Ioan. 4. b* viuæ ſalientis in vitam æternam, vt dicit Dominus, Septem flumina tam ſplendida veritate, quàm ignea charitate, et viuida veritate effudit in orbem terrarum. Hæc autem flumina, ſeptem ſunt dona Spiritus ſancti, quibus Deus totum regnum animæ purgat, rigat, et fecundat, et omnes vires mentis ſanat, ornat, et conſummat, intantum vt quilibet credens, fiat fons de cuius ventre fluent aquæ viuæ, ſicut dicit Scriptu- *Ioan. 7. e* ra, vt ait Dominus. Nam per donum timoris Domini, Spiritus ſanctus ſuperbiam ab homine expellit, et Deum humiliter introducit. Per donum pietatis, inuidiam turpiter conculcat, et proximum ad ſe dulciter inuitat. Per donum ſcientiæ, iram totaliter ſedat, et totum hominem intra ſe prudenter pacificat et quietat. Et per donum fortitudinis acediam velociter opprimit, et vigorem mentis, vehementer ad operandū impellit. Per Donum conſilij, auaritiam potenter extinguit, et theſauros cęleſtes ſapienter conquirit. Per donum intelligentiæ, ſeu intellectus, gulam violenter reprimit, et cęleſtibus delicijs mentem ſpiritualiter reficit. Per donum ſapientiæ, luxuriam viriliter deſpicit, et totum hominem caſtitati, et libertati reſtituit. Omnia prædicta, infra in ſingulis donis pate- *Hugo de S. Vict. li. proxime cit. c. 4. ſeu 18.* bunt. Et Hugo in fine prædicti libri, concludit dicēs. Spiritus ergo ſapientiæ, cor ſua dulcedine tangens, et foris concupiſcentiæ ardorem temperat, et ſopita concupiſcētia intus ſpiritualem creat: quatenus dum mens tota ad internum gaudium colligitur, plene ac perfecte homo ad imaginem Dei reformetur. Sapientia namque a ſapore dicitur. Cum igitur mens internæ dulcedinis guſtu tacta ſe per deſiderium intus colligit, nec foris iam enormiter in carnis voluptate diſſoluitur: totum intus poſſidet in quo delectatur. Guſtato enim ſpiritu deſipit omnis caro. Hæc ille. Eſt ta- *Greg. lib. 1. Moral. ca. 12.* men ſciendum, quòd ſicut dicit Gregorius, Dona ad perfectionem plenam non perueniunt, niſi Fide, Spe, et Charitate, fiat omne quod agunt, quia ſibi inuicem cooperantur. Ecce ſanctiſſima dona nos habilitant, et diſponunt ad ſummi boni capacitatem, *Aug. li. 15. de Trin. c. 2. to. 3.* familiaritatem, et fruitionem. Sed quia dicit Auguſtinus, pertractans illud Pſalmi: Lætetur cor quærentium Dominum, quærite faciem eius ſemper. Qui *Pſ. 104. a* ſemper quæritur numquam inuenitur. Quo modo igitur lætabitur cor quærentium Dominum, et non magis triſtabitur? Et reſpondet Auguſtinus quòd Dominus incomprehenſibilis eſt: et hoc cognoſcere inuenire eſt. Bene dicit igitur, quòd ſine fine quærendus, qui ſine fine eſt diligēdus. Satiabimur tamen, cum apparuerit gloria eius. Ideo gratia eius gratum faciēs, ramificare, et proficere debet, vſque ad gradus et excellentias perfectionum, ſecūdum quas homo operatur, quaſi diuino modo perfectiſſimos actus, quadā excel-

A lētia, quia vero fini magis appropinquant, recto vocabulo nuncupantur, ex nomine beatitudinum. Sunt autem ſeptem beatitudines, quas Saluator enumerat. *Mat. 5. a* Licet ſecundum aliquem modum poſſent dici octo. Et ſunt hæc, ſcilicet paupertas ſpiritus, mititas, luctus, eſuries, iuſtitia, miſericordia, cordis munditia, et pax. Numerus iſtarum beatitudinum, et ordo *Octo beatitudines, et earū ordo.* accipitur, ex integritate perfectionis hominis. Primo, ad integritatem perfectionis, neceſſario requiruntur tria. Primum perfectus receſſus a malo. Secundo, perfectus proceſſus in bono. Tertio, perfectus ſtatus in optimo. Sane malum, aut procedit ex tumore ſuper-
B biæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiſcentiæ: ſed paupertas ſpiritus elongat a malo tumoris: & eſt prima beatitudo. Quia dicit Gloſſa: Sicut *Gloſſ. in Matth. 5.* initium ſapientiæ eſt timor Domini, ſic paupertas ſpiritus, eſt principium beatitudinis. Et facit duo ſcilicet rerum abdicationem, et ſpiritus cōtritionem, ſiue humiliationem. Mititas elongat a malo rancoris. Luctus elongat a malo libidinis, et languoris concupiſcibilis. Secundo, ad proceſſum in bono, pertinēt duæ beatitudines, ſcilicet eſuries iuſtitiæ, et affectus miſericordiæ. Tertio ad ſtatum optimum, pertinet limpida cognitio, et tranquilla refectio. Munditia cor-
C dis, valet ad videndum. Pax vltima beatitudo mentis, valet ad perfecte fruēdum. Sunt et aliæ rationes, huius numeri et ordinis, vt infra patebit. De hac pace dicit beatus Auguſtinus ſic: Pax eſt ſerenitas men- *Aug. ſer. 167. de tē. in prin. to. 10.* tis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis. Hæc eſt quæ ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos calcat, humiles armat, diſcordes ſedat, inimicos concordat. Cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari. Hanc qui accipit teneat, qui perdit repetat, qui amiſerit exquirat: quoniam qui in eadem, non fuerit, vel erit inuentus, a patre abdicatur, a filio exhereda-
D tur, et nihilominus a Spiritu ſancto alienus efficitur, nec ad hereditatem Domini peruenit, qui teſtamentum pacis, obſeruare noluit. Hæc Auguſtinus. Hac igitur pace habita, quid ſequitur niſi ſuperabundans delectatio ſpiritualis, quæ conſequitur opera perfecta? Dicit enim Origenes ſuper Cantica. De natura boni operis eſt, quòd ad ipſius multiplicationē multiplicatur delectatio, et quaſi quoddā condimentum cibi ſpiritualis eſt hilaritas bene operantis. Et Gre- *Greg. li. 21. Mor. cap. 8. ſtatim a prin.* gorius in Moralibus dicit: Comedere animæ, eſt bonis operibus ſatiari. Bonum enim operatum, fert ſecum dulcedinem in guſtu, et gaudium in corde. Cum
E igitur in beatitudinibus prædictis ſint operationes perfectiſſimæ: neceſſe eſt, vt dulcedines dulciſſimas generent, in habente illas. Ad has beatitudines igitur propter ſuam plenitudinem, et perfectionem, duodecim fructus ſpiritus, et quinque ſenſus ſpirituales, conſequuntur. Qui non dicunt nouos habitus, ſed ſtatus delectationum, et conſolationum, quibus conſolantur ſpiritus iuſtorum virorum. Continetur autem numerus iſtorum fructuum in duodenario, propter inſinuandam, ſuperabundantiam delectationum. Eſt enim numerus duodenarius abundans, in quo inſinuatur ſpiritualium chariſmatum exuberantia, qui-
F bus fruitur, et delectatur anima ſancta. Fructus au- *Fructus ſpiritus qui ſunt.* tem ſunt hi. Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, et caſtitas. Qui dicunt delectationes, conſequentes opera perfecta. Per ſenſus autem ſpirituales, qui dicunt perceptiones, vel experientias mentales, percipit anima ſpiritualia fructuū oblectamenta. Sed notandum eſt, quòd ſicut dicitur *Auct. de Sp. et an. c. 9. apud Auguſt. to. 3.* in libro de ſpiritu, et anima: duo ſunt ſenſus in homine, vnus exterior, alter interior, et vterque ſuum bonum habet, quo reficitur. Senſus exterior reficitur contemplatione humanitatis: ſed ſenſus interior contemplatione diuinitatis. Propterea Deus factus eſt homo, vt totum hominem beatificaret, et tota con-

uerſio

uerſio hominis, et dilectio eſſet ad ipſum. Hoc enim totum bonum hominis erat, vt ſiue egrederetur, ſiue ingrederetur, in ſuo factore paſcua inueniret. Cnnſtat enim homo ex carne et anima. Et in carne ſunt qninque ſenſus, ſcilicet viſus, auditus, olfactus, guſtus, et tactus, quos tamen non mouet abſque animæ ſocietate. Ita anima ſimili modo habet quinque ſenſus ſpirituales. Quia ſpirituales res, non corporalibus ſenſibus, ſed ſpirituaIibus rimandæ ſunt. *Et ſequitur ibidem*: Vnde diuina vox in Deuteronomio: Videte quòd ego ſum Dominus ſolus. Ecce viſus ſpiritualis. Et in Apocalypſi: Qui habet aures audiendi, audiat, quid ſpiritus dicat Eccleſiæ: Ecce auditus ſpiritualis. Et in Pſalmo: Guſtate, et videte quoniam ſuauis eſt Dominus, Ecce guſtus ſpiritualis. Et Apoſtolus dicit: Bonus odor Chriſti ſumus. Ecce odor Chriſti ſpiritualis, vel olfactus. Et in Euangelio, ſide mulierem ſe tetigiſſe, magis quàm corpore oſtendit, dicens: Quis me tetigit? Ecce tactus ſpiritualis. Et ſequitur: Sic cum omni cautela obſeruandum eſt, quid ad corporis ſenſus, et quid ad animæ dignitatem pertineat. Hæc ille. Hos ſenſus ſpirituales, et eorum experientiam videtur Auguſtinus habuiſſe, qui ait ſic. Quid amo cum Deum meum amo, certe non exteriora, ſed amo quandam lucem, et quandam vocem, et quendam odnrem, et quendam cibum, et quendam amplexum interioris hominis mei: vbi fulget animæ meæ lumen quod non capit locus, vbi ſonat verbum quod non capit tempus, vbi olet odor quem non ſpargit flatus, vbi cibus quem non minuit edacitas, vbi hæret amplexus quem non diuellit ſocietas. Hæc amo cum Deum meum amo. Hæc Auguſtinus. Ex his aliqualiter apparet vel apparere poteſt diſtinctio et differentia prædictorum habituum, vel magis graduum et intenſionum perfectionalium. De his ſenſibus ſpiritualibus plenius dicitur in tractatu de itineribus æternitatis. cap. 6.

Quinque ſenſus ſpirituales in anima.
Deut. 32. f.
Apoc. 2. c. d. f
Pſal. 33. b
2. Cor. 2. d
Mar. 5. e
Aug. li. 10. conf. ca. 6. to. 1.

Quæ vtilitas in ſeptem Spiritus ſancti donis conferatur. *Cap. IV.*

TErtio videndum eſt, quæ vtilitas in iſtis ſeptem donis Spiritus ſancti conferatur. Circa quod notandum eſt, quòd Spiritus ſanctus per ſua dona primo ſibi domum mẽtalem in iucundum habitaculum et in ſanctum manerium præparat. Nam donum ſapientiæ, virtutibus ædificat mentis dnmum. Donum intellectus, mentis domum contemplatione illuminat. Donum conſilij, domum mentis gubernat prudentia. Donum fortitudinis, mentis domum ſtabilit et defenſat patientia. Donum ſcientiæ, mentis domum multipliciter ditat, et cibat diuinis veritatibus. Donum pietatis, mentis domum diuino cultu perornat. Donum timoris, mentis domum mundam conſeruat, et omne peccatum ab ea totaliter expellit, et extirpat: quia timor Domini expellit peccatum vt dicitur in Eccleſiaſtico. Hæc poſſunt elici ex verbis Bedæ, in vna homilia ſuper Matth. cap. 12. vbi dicit. Sapientia domum ædificat. Intellectus gubernacula inuenit. Conſilium bona a malis diſcernere facit. Fortitudo in patientia animam poſſidet. Scientia diuitiæ Dei et ſalutis acquiruntur. In pietate proſperitas præſentis vitæ et futuræ conſiſtit, ad omnia enim vtilis eſt. Timore humilitas conſeruatur, et omne peccatum expellitur. Et ſic mens humana Deo in habitaculum ſanctum præparatur. In quo habitaculo, quantam familiaritatem Dominus cum mente humana habeat, et quot conſolationes ei exhibeat, infra patebit. Secundo dona Spiritus ſancti, totam familiam domus mentalis, ſiue vires animæ ad expedite miniſtrandum Deo, et faciliter obediendum diſponunt et habilitant, vt docet Beda ſuper Matthæum

Eccli. 1. e

A exponens illud verbum, Mulier habuit ſeptem viros. Spiritus ſapientiæ, negligentiam, ſcilicet miniſterij, a pigro repellit. Spiritus intellectus diligentiam miniſtrandi rationabiliter quærit. Spiritus conſilij prouidentiam diuinam prudenter inuenit. Spiritus fortitudinis impedimenta miniſtrandi fortiter retundit. Spiritus ſcientiæ obliuionem diu eſſe non ſinit lubricam. Spiritus pietatis humanam fragilitatem circa miniſterium clementer indulget. Spiritus timoris Dei improuidam ignorantiam ardenter decoquit, et mentem pia ſolicitudine ad ſatisfaciendum Deo impellit. Quia qui Deum timet,
B nihil negligit, ait ſapiens. Et Gregorius dicit: Deum timere, eſt nulla quæ facienda ſunt præterire. Et ſic tota familia mentis, ſeruiet vniuerſorum Domino, cui ſeruire regnare eſt, ait Apoſtolus et Gregorius. Sed neceſſe eſt ſcire hic, quæ ſit iſta familia mentis, et quæ ſit dignitas, ordo, et operatio eorum. De quo notandum eſt quòd in libro de ſpiritu et anima, dicitur: quòd nobilis creatura eſt anima. Ciuitas namque Dei eſt, de qua, ſecundum Pſalmiſtam, tam glorioſa dicta ſunt, quia ad imaginem et ſimilitudinem Dei facta ſit. *Sequitur*. Sed quia nulla eſt ciuitas abſque populo, ideo diſpoſuit in ea
C conditor noſter populum triplicis gradus, ideſt ſapientes ad conſulendum, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtrandum. *Et ſequitur ibidem*: Ciues huius ciuitatis ſunt naturales, et ingeniti animæ vigores, tamquam indigenæ: quorum diſtincti ſunt gradus, alij ſunt ſuperiores, alij medij, alij inferiores. Superiores quidem, ſunt ſenſus intellectuales. Medij rationales. Infimi ſunt animales. Et tantum de familia hac ſufficiat, quantum ad præſens propoſitum. Sed de ordine iſtius familiæ, et operatione infra require, cap. 5. ſecundæ partis. Tertio Spiritus ſanctus per dona prædicta, totam familiam animæ,
D ſiue mentis vires erudit, et munit contra tentamenta, et defectus naturales, vel cõtractos, quibus ſecundum diſpenſationem diuinam quandoque exercemur: ne otioſi in delectabili tranquillitate donorum tepeſcãt, et inde habeantur vt ingrati, et non cognoſcant. Vnde Gregorius dicit ſic: Nonnumquam dum mens noſtra tanti muneris plenitudine donorũ atque vbertate fulcitur, et continua ſecuritate in his perfruitur, vnde ſibi hæc ſunt obliuiſcitur: et quaſi ſe putat habere, quod numquam ſibi conſiderauit abeſſe. Vnde fit quòd eadem gratia donorum, quandoque vtiliter ſe ſubtrahat, vt menti præſumenti, quantum in ſe
E infirmetur oſtendat. *Sequitur*: Tunc enim vere cognoſcimus bona noſtra vnde ſint, quando hæc quaſi amittẽdo ſentimus, quia a nobis ſeruari non poſſunt. Et dicit ibidem, quòd contra ſingula tentamenta Spiritus ſanctus erudit et munit mentem, in ſeptem virtutibus ſiue donis, quæ pro eodem accipit, vt patet ibidem.

Eccli. 7. e
Greg. lib. 2. Mor. ca. 3. fere ſ prin.
Aug. de ſpir. & ani. cap. 37. in princ. to. 3.
Pſal. 86. a
Greg. lib. 2. Mor. c. 27. ante med.

VNDA contra ſtultitiam humanam, vel mundanam, dat ſapientiam diuinam. Contra hebetudinem humanam, dat donum intellectus. Contra præcipitationem periculoſam, dat donum conſilij. Contra timorem vt eſt paſſio, dat donum fortitudinis. Con-
F tra totam ignorantiam, dat donum luminoſæ ſcientiæ. Contra cordis duritiam, dat donum benignæ pietatis. Et contra pertinacem ſuperbiam, dat donum humilis timoris.

ET infra dicit: Mira autem hoc nobiſcum agitur diſpenſatione, vt mens noſtra culpæ nonnumquam pulſatione feriatur. Nam homo magnarum virium ſe eſſe crederet, ſi nullum vmquàm virium ſuarum defectum intra mentis arcanum ſentiret. Nam vnde ſe pertimeſcit enormiter cadere, inde accipit fortiter ſtare. Et vt dicit Gregorius ibidem: Tentatio talis excitat, vt ſe mens in certamine cautius accingat. Quarto Spiritus ſanctus per dona omnes vires mentis, et totam familiam animæ habilitat, et diſponit,

vt ad cæleſtia per gradus aſcendant, vbi eſt vera patria animæ. Vnde Gregorius exponens illud, Septem graduum erat aſcenſus ciuitatis ait: Sunt multi, qui iam per ſeptem gradus, ideſt per ſpiritus ſeptiformem gratiam, aditum vitæ cæleſtis inueniunt, vt hi, Qui per timorem Dei ſunt humiles. Vnde dicitur in Iob: Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, ſcilicet cæleſti. Per pietatis ſtudium, ſunt miſericordes, quia in Matthæo dicitur: Beati miſericordes, quoniam miſericordiam conſequentur, *et cætera*. Per ſcientiam ſunt diſcreti, ſunt diſcernentes inter malum et bonum, et qualiter ſaluentur. Quam ſcientiam dat Spiritus ſanctus, vt dicit Anſelmus. Per fortitudinem, ſunt liberi vel animoſi, vt nulli vitio ſubijciantur: quia fortitudo et decor indumentum eius. Decor autem vitium vincit. Per conſilium, ſunt cauti: Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Sine conſilio nihil facias, et poſt factum non pœnitebis. Per intellectum, ſunt prouidi, quia intellectus cum dono ſuperaddito penetrat omnia velamina, vſque ad arcana cæleſtia, de hoc infra. Per ſapientiam, ſunt maturi, iuxta illud: Quæ attingit a fine, vſque ad finem fortiter, et diſponit omnia ſuauiter. Et hæc amicos Dei conſtituit. De hac ſapientia dicit Alanus libro de planctu naturæ ſic: Sapientia eſt fructus internæ delectationis, delicioſa animæ paradiſus. Hæc cum in cæleſtem terrenum, ideſt in mortalem cadit hominem, in Deum deificæ mutationis auctoritate conuertit. Sunt et aliæ multæ vtilitates, vt in ſingulis donis patebit.

Id ſuper Ezec. hom. 17. ante med. — *Iob 22. d* — *Mat. 5. a* — *Anſelmus. Lib. de ſimilit. c. 130.* — *Eccli. 32. d* — *Sap. 8. a* — *Alan. de Inſulis.*

Qui et quales donorum Spiritus ſancti capaces efficiantur, et qualiter ea obtineantur.

Cap. V.

QVARTO videndum eſt, qui, et quales, et qualiter iſtorum ſeptem donorum ſiue radiorum capaces efficiantur, quæ tam liberaliter fidelibus exhibentur. De quo notandum eſt, quòd Dionyſius de diuinis nominibus, ſecundum commentum abbatis Vercellenſis dicit ſic: Cum diuinitas superſubſtantialiter ſit bona, et ſuam bonitatem ad vniuerſitatem extendat, cuius rei qualecumque indicium in ſole corporeo oſtenditur, qui non præmiſſa electione, ſed ex principali naturæ ſuæ proprietate, per ſeipſum quantum in ſe eſt, circumquaque cuncta illuminat luminis ſui capacia, et ſibi expoſita, et hoc ſecundum ſingulorum illuminandorum proportionem: ſic merito diuina bonitas incomparabiliter ſuper ſolem, non minus ſuper obſcuram imaginem quàm ſuper claram, non minus ſuper cæcam, quàm videntem, vt alibi exemplificat, ex proprietate naturæ ſuæ, omnibus creaturis ſuis proportionabiliter immittit radios ſuæ vniuerſalis bonitatis, per quos ſubſiſtit, viuit, et operatur vnaquæque creatura, prout ſibi competit. Propter quod Spiritus ſanctus cum ſit ſummæ liberalitatis, radios ſuorum donorum omnibus exhibet liberaliter, qui ab vno lumine procedentes, exhibentur diuerſimode diuerſis, ſecundum cuiuſlibet capacitatem. Vnde Bernardus, quaſi admirando clamat: Vere multiplex ſpiritus in virtute, qui tam multipliciter filijs hominum inſpiratur, vt non ſit qui ſe abſcondat a calore eius, ideſt radijs beatificis eius. Siquidem conceditur hominibus ad vſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxilium, ad ſolatium, ad feruorem. Ad vſum quidem vitæ præſentis conceditur bonis et malis, dignis pariter et indignis, communia bona abundantiſſime tribuens, ita vt videatur hic diſcretionis limen non tenere. Ingratus eſt vel cæcus, qui in his beneficium Spiritus ſancti non agnoſcit. Ad miraculum datur in ſignis et prodigijs, in varijs virtutibus, quas per quorumlibet manus operatur. Ipſe enim antiqua miracula ſuſcitat, vt ex præſenti-

Dionyſ. lib. de diui. nomi. c. 4. ante med. — *Bern. ſer. 2. de Pentecoſte.* — Multiplicẽ effectũ cauſat Spiritus ſanctus in homine.

A bus fidem aſtruat præteritorum, quæ quandoque datur ſine gratia gratum faciente. Tertio infunditur ad ſalutem, cum in toto corde noſtro reuertimur ad dominum Deum noſtrum. Porro ad auxilium datur, cum in omni colluctatione adiuuat infirmitatem noſtram. Datur etiam ad conſolationem, cum teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus. Ea enim inſpiratio, ad conſolationem noſtram eſt. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus noſtris ſeu perfectorum vehementius ſpirans, validum ignem charitatis accendit, vt non ſolum in ſpe gloriæ filiorum Dei, ſed et in tribu-

B lationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, deſpectionem exaltationem. Pauci ſunt, qui hoc ſpiritu repleantur. Hæc ille. Iſti actus ita excellentes, ſunt actus donorum, vt ex ſupradictis patere poteſt, excellentiæ quorum, non omnibus conueniunt. Iſtorum autem donorum et actuum tam excellentium, et radiorum tam ſplendentium, non ſunt capaces mundi amatores: quia in eis datur Spiritus ſanctus, quem mundus non poteſt accipere. Nam Dominus dicit: Spiritum veritatis, mundus non poteſt accipere. Cuius rationẽ reddit ibidem, dicens: Quia non vidit eum, neque ſcit

C eum. Quod verbum Auguſtinus in originali exponẽs dicit: Sicut iniuſtitia iuſta eſſe non poteſt, ita mundus, ideſt amatores mundi, non poſſunt accipere Spiritum ſanctum. Quod declarat per oppoſitionem, quæ eſt inter gratiam et peccatum. Nam peccatum quod eſt in amatoribus mundi, opponitur gratiæ ſiue charitati, quæ eſt in donis Spiritus ſancti. Vnde Ioannes in Canonica dicit: Qui diligit mundum, non eſt charitas patris in eo. Quia omne quod eſt in mundo, eſt concupiſcentia oculorum, et concupiſcentia carnis, et ſuperbia vitæ, quæ donis Spiritus ſancti opponuntur. Secundo probat hoc, per indiſpoſitionem

D intellectus mundanorum hominum ad videndum, dicens: Mundana dilectio, non habet inuiſibiles oculos, per quos Spiritus ſanctus videri poteſt: quia Dominus dixit: Mundus nõ videt eum ſcilicet Spiritum ſanctum, neque ſcit eum. Cuius ratio eſt, quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, vt dicit Paulus: Quia oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, ſicut dicit Propheta: Et Spiritus ſanctus aufert ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, vt dicit, Sapiens. Vnde cæci ſunt, et duces cæcorũ. Tertio Gregorius idem declarat in Moralibus, ex defectu affectus mundanorum hominum, ad diligendum

E Deum, dicens: Spiritum ſanctum mundus non poteſt accipere: quia ad diligendum inuiſibilia non aſſurgit. Quia ſæculares mentes, quanto ſe foris per deſideria dilatant, tanto ad receptionem Spiritus ſancti ſinum cordis anguſtant, et quandoque claudunt: quia ſicut dicit Apoſtolus: Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt, ſapiunt, non quæ carnis. Spiritus enim ſanctus odit ſordes peccati, nec habitare poteſt in corpore ſubdito peccatis, ſed in mentibus puris. Ideo modo videndum eſt, qui ſint capaces Spiritus ſancti, et donorum eius, non ex ſuis

F meritis, ſed ex largitate dantis ſpiritus. Qui igitur econuerſo mundi mala odiunt, vilipendendo et contemnendo: Hieruſalem aſcendunt, mundum fugiendo, et ſe elongando: in templo cordis Spiritum ſanctum quærunt fideliter orando: ſedent vnanimes in domo cordis, humiliter quieſcendo, et paracletum deſiderando: præſtolantur aduentum Spiritus ſancti, inſpirationes eius ſtudioſe obſeruando: hi ſunt, qui capaces eius ſunt. Nam ſicut dicit Bernardus: Bonum quod in nobis ſpiritus bonus operatur ad faciendum, profecto monet memoriam, docet rationem, et mouet voluntatem. In his enim tribus, tota conſiſtit anima noſtra, vt in imagine Dei. Memoriæ ſuggerit bonum in cogitationibus ſuis, atque ignauiam noſtram

Ioan. 14. b — *Aug. tract. 74. in Ioã. cir. fi. to. 9.* — *1. Ioan. 2. c* — *1. Cor. 2. d* — *Pſal. 16. c* — *Sap. 1. b* — *Greg. lib. 5. Mor. c. 29. cir. fin.* — *Rom. 8. b* — Qui ſunt capaces Spiritus ſancti, et donorũ eius. — *Ber. ſer. 1. de Pentecoſt. cir. med.*

noſtram torporemq. repellit. Sequitur: Propterea A
quoties huiuſmodi ſuggeſtiones boni ſenſeris in cor-
de tuo, da honorem Deo, et age reuerentiam Spi-
ritui ſancto, cuius vox ſonat in auribus tuis. Ipſe
Pſal. 84. b namque eſt, qui loquitur iuſtitiam. Vnde et Pſalmi-
ſta ait: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.
Ber. ibid. Docet et rationem: Multi ſi quidem, ait Bernardus,
bene monentur vt bene faciant, ſed minime ſciunt
quid agendū ſit, niſi adſit denuo gratia Spiritus ſan-
cti, et quam inſpirat cogitationem, doceat in opus
proferre, ne vacua ſit in nobis gratia Dei, ſed opere-
Iac. 4. d tur prout ratio inſpirat, et dictat. Sed quia ſcienti bo-
num, et non facienti peccatum eſt illi: propterea B
non ſolum moneri et doceri oportet, verum et mo-
ueri, et affici ad bonum operandum neceſſe eſt. Et
ſequitur ibidem: Operatur autem ſic Spiritus ſanctus
Ber. ser. 2. de Pẽtecoſ. prope fin. in nobis remiſſionem peccatorum, facit ſolicitum
ambulare cum Deo, ſcrutatur profunda pectorum
noſtrorum, diſcretor cogitationum, et intentionum
cordis. Qui nec minimam paleam intra cordis quod
poſſidet habitaculum, patitur reſidere, ſed ſtatim
igne ſubtiliſſimæ circūſpectionis exurit ſpiritus dul-
cis et ſuauis, qui noſtram voluntatem erigat, et diri-
gat ad ſuam, vt eam veraciter intelligere, et feruen-
ter diligere, et efficaciter implere poſſimus. Hæc C
autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus, di-
Ber. ser. 3. de Pẽtecoſ. uidens ſingulis prout vult. Vnde Bernardus ibidem
dicit: Spiritus ſanctus qui a patre filioq. procedit,
tamquam firmiſſimum et indiſſolubile vinculum Tri
nitatis, et tamquam donum in quo omnia dona do-
nantur, et de quo teſtatur Scriptura, quia procedit,
et ſpirat, inhabitat, implet, atque glorificat: proce-
dere dicitur a Patre, et Filio, vt donū ad creaturam.
Vnde procedendo prædeſtinat. Inſpirando, vocat
quos prædeſtinauit. Inhabitando, iuſtificat quos vo-
cauit. Replendo, accumulat meritis quos iuſtificauit.
Et glorificando, ditat præmijs; quos accumulauit me- D
ritis. Hæc Bernardus. Igitur capaces Spiritus ſancti,
et donorum eius ſunt prædicti. Nihilominus tamen
Bern. ſup. Cãt. ser. 57 in prin. liberaliter ſe exhibet omnibus, vt oſtendit Bernardus:
dicens: Venit Dominus ad nos, accelerat, appro-
priat, adeſt, reſpicit, alloquitur. Venit, affectu, et
ſtudio miſerendi. Accelerat, ſubueniendi zelo. Ap-
propriat, humiliando ſemetipſum. Adeſt præſenti-
bus. Proſpicit in futurus. Loquitur, docens et ſua-
dens de regno Dei. Sed mundani et carnales, neque
cognoſcunt, neque ſciunt eum: quia malitia eorum
Sap. 5. d excæcauit eos. Boni vero cognoſcunt eum, dicen-
Sap. 12. a tes: O quàm bonus et ſuauis eſt Domine ſpiritus E
tuus in nobis.

Qualiter dona aſcendendo, et deſcendendo ordinentur. Cap. VI.

QVINTO videndum eſt de iſtorum donorum
ordine. In eis namque ſunt quidam gradus ſca-
lares, per quos aſcenditur. Neceſſe autem eſt, nos
aſcendere et deſcendere, vt dicit Bernardus in vna
Auguſt. de verb. Apoſ. ser. 15. in fi. to. 10. epiſtola. Et Auguſtinus dicit: Semper ambula, ſem-
per profice, noli in via deficere, noli retroire, noli F
deuiare. Remanet qui non proficit, retrocedit qui
ad ea reuoluitur, vnde iam receſſerat, deuiat qui apo-
ſtatat. Et ideo videndum eſt in iſtis donis Spiritus
ſancti, qualiter ſit ambulandum proficiendo de vir-
Pſal. 83. b tute in virtutem: qualiter aſcendendum ſit, Deum
contemplando: et qualiter deſcendendum, proximo
Iſa. 11. a ſubueniendo. Iſaias enim loquens de flore Ieſu, qui
aſcendit de radice Ieſſe, dicit, quòd repletus fuit iſtis
donis. Et enumerãdo ea, incœpit a ſummo dono ſci-
licet dono ſapientiæ, et deſcendit per media, vſque ad
infimū, ſcilicet donum timoris Domini. Et rationem
Iac. 1. c iſtius ordinis aſſignat Iacobus, cū dicit: Omne datum
optimum, et omne donum perfectum deſurſum eſt,

A deſcendens a patre luminum. Sunt alij multi vt [a] Au- *a Aug. li. 2. de Doctr. Chriſt. c. 7. to. 3.*
guſtinus de Doctrina Chriſtiana, [b] Et Gregorius ſu-
per Ezechielem, et [c] Anſelmus. Qui enumerando do-
na prædicta, docent incipere ab infimo dono, ſcili-
cet timoris Domini, et per media aſcendere vſque *b Greg. in Ezec. hom. 10. ante med*
ad ſummum, ſcilicet donum ſapientiæ. Eſt igitur in
eis quaſi aſcenſus et deſcenſus ſcalaris, vt in ſcala Ia-
cob, deſcenſum de ſupremis ad media, et de medijs
ad infima. Dionyſius magis naturalem et rationabi- *c Anſel. li. de ſimilit. c. 130.*
lem oſtendit in ordinatione omnium hierarchiarum,
tam Angelicarum quam Eccleſiaſticarum, quàm
etiam mentiū humanarum. Dicit enim Dionyſius in *Gen. 28. c*
B Angelica Hierarchia, ſecundum commentum Ver- *Dionyſ. lib. Ang. Hier. cap. 10.*
celleſis ſic: Addam et hoc non inconuenientet, quòd
ſecundū ſeipſam vnaquæque mens tam cæleſtis quàm
humana, ſpirituales habet et primas, et medias et
vltimas ordinationes, et virtutes, et in his omnibus
docet deſcendere a ſuperioribus ad inferiora, com-
municando eis, quæ receperont. Nam idem Diony- *Dionyſ. c. 4. Eccl. Hier.*
ſius dicit: Oportet diuina prius participare, quàm
diſtribuere: quis qui præſumunt abuſiue docere di-
uina, antequam rectè conuerſentur adhuc immundi,
omnino a docendi officio ſunt extranei. Sicut enim
ſolares radij, primarias et propinquiores materias ca-
C pacinres, celerius illuſtrant et adimplent, et per il-
las ad inferiores materias lumina deferunt: ſic offi-
cium docendi diuina alios, non præſumant ſuſcipere,
niſi qui habitum diuinæ ſcientiæ et veritatis obti-
nuerunt, tamquam ex Dei inſpiratione, et iudicio,
ad hoc officiū aſſumpti. Vnde ſanctus Ambroſius in *S. Amb. lib. 3. de Virg. longe poſt med. to. 4.*
libro de Virginibus dicit: Curſus ad ſuperiora eſt tu-
tus, deſcenſus ad inferiora eſt periculoſus. Gregorius
vero ſuper Ezechielem loquens de cæleſtibus gradi-
bus donorum et ordinum dicit: Iſaias loquens de cæ- *Greg. ſuper Ezec. hom. 19. an. me.*
leſtibus, magis deſcendendo, quàm aſcendendo,
dona numerauit, a ſupremo, hoc eſt, a dono ſapien-
D tiæ incipiendo. Sed nos, inquit Gregorius, qui a ter-
renis ad cæleſtia tēdimus, eoſdem gradus aſcenden-
do numeramus, et incipiendo ab infimo, ſcilicet ti-
moris Domini, vſque ad donum ſapidæ ſapientiæ.
Rationem huius aſcenſionis reddit Gregorius in Mo *Idem li. 22 Mor. c. 14. non longe a prin.*
ralibus, dicens: Nemo infima deſerens, repente fit
ſummus: quia ad obtinendum perfectionis meritū,
dum quotidie mens in altum ducitur, ad hoc procul-
dubio, velut aſcenſionis cuiuſdam gradibus perueni-
tur. Hæc ille. Quare aſcenſiones in corde noſtro di- *Pſal. 83. b*
ſponere debemus in hac valle lacrymarum, vt ad do-
num ſapientiæ pertingamus, in quo ſecundum Apo- *Heb. 6. a*
E ſtolum guſtatur Verbum Dei, et diuitiæ ſæculi ven-
turi. Et non ſolum eſt nobis aſcendendum ad Deum
contemplandum, ſed etiam nobis eſt deſcendendum
ad proximum ſubleuandum, et inſtruendum de his,
quæ ſurſum ſunt. Vnde Dionyſius dicit ſic: Diuinis *Dionyſ. de Eccl. Hier. cap. 4.*
et ſpiritualibus viris, radius intellectualis rerum ſpi-
ritualium immediate lucens, et eorū mentes ſpiritali
ſuauitate perfundens, ad alios minus velut non ſpiri-
tuales non ſimiliter procedit: ſed ab ipſis ſpiritualibus
ſicut occultis intelligibilis contemplatoribus ſub ænig-
matibus cooperitur, ne ab immundis contaminetur
et imperfectis. per quæ ænigmata, inferiores et in-
F firmiores ſurſum aguntur, ſecundum ſingulorum ca-
pacitatem vel facultatem. Hæc ille. Eſt igitur nobis
in hac ſcala aſcendendum, et deſcendendum, ab infi-
mo dono timoris, vſque ad ſummum donum ſapien- *Pſal. 23. b*
tiæ, per gradus diſponentes aſcenſiones in corde, vt
eamus de virtute in virtutem, donec videatur Domi- Septē gradus aſcēſionis, ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti.
nus Deus in Sion. Primus igitur gradus aſcenden-
di, eſt timoris amoroſi in omnibus continuatio. Se-
cundus pietatis viſceroſæ ad Deum, et proximum,
ſancta liquefactio. Tertius ſcientiæ omnium benefi-
ciorum Dei, grata recognitio. Quartus fortis om-
nium operationum bonarum executio. Quintus con-
ſulta a Deo omnium eligendorum, et tuta electio.
Sextus intellectus omnium veritatum neceſſaria-

rum, limpida contemplatio. Et ſeptimus ſapientialis cæleſtium deliciarum, prægustatio.

Nac deſunt quidem Angeli in ſcala hac aſcendentes et deſcendentes. Ad cuius euidentiam notandum eſt, quid ſit Angelus iſte de quo Richardus dicit ſic: Angelus ſane nuncius dicitur, et proculdubio nuncius eſt, non quilibet, ſed diuinus nuncius eſt, per quem diuinæ voluntatis beneplacitum cognoſcimus. Nuncius eſt per quem ad æternorũ cognitionem illuminamur, per quem ad æternorum deſiderium inflammamur. *Et ſequitur*: Vultis audire qualẽ nuncium Apoſtolus Ioannes nobis promittat, cum dicit: Vnctio, inquam, eius docebit nos de omnibus. Sed quæ eſt vnctio iſta niſi Spiritus ſanctus, ſcilicet diuina inſpiratio? Hic eſt ille nuncius quẽ diu quærebamus. Hæc eſt legatio vere potens, vere ſufficiens, animum humanum omnem veritatem docens, et ad omnia diuinæ voluntatis beneplacita inclinans. Et ideo Richardus dicit: Summe amoroſa anima ſciens nuncios dilecti ſui audire, clamat cũ Propheta: Manda remanda. Et poſtea dicit ſic: Nuncius inter nos medius diſcurrat, qui me de ſingulis inſtruat, doceat me non ſolum ſuper ſtatu meo, ſed et de ſtatu tuo me doceat, quomodo apud te ſit, et quid tibi de me placuerit. *Et ſequitur*: Quotidie, ni fallor, vos qui lectioni vel meditationi inſiſtitis, eius nuncios ſuſcipitis, mandata cognoſcitis. Quoties ex abditis ſcripturarũ receſſibus nouos intellectus eruimus, quid aliud quàm quoſdam dilecti noſtri nuncios accipimus? Huic ſane negotio ſubſeruit omnis ſacra lectio, ſagaxq. meditatio. Alij itaque legentibus, alijq. meditantibus, diuinorũ ſecretorum nuncij occurrunt, qui dilecti noſtri mandata ad nos perferant, et de ſingulis inſtruant. Et ſæpe fit vt in vna eademq. Scriptura, dũ multipliciter exponitur, multa nobis in vnum loquatur, moraliter nos docens, quid dilectus noſter facere nos velit: allegorice nos admonens, quid pro nobis per ſeipſum fecerit: anagogice proponens, quid adhuc de nobis facere diſponit. et in hunc modum mandat et remandat. De hoc nota bene, dono tertio, capitulo tertio. Dum igitur quotidianis vſibus nouos ſenſus nouoſq. intellectus quæritant, quid aliud quam manda remanda per affectum clamant? Hæc ille. Sed qui ſunt nuncij falſi, vt carnis, mundi, vel diaboli, ſolerter diſcernendum eſt. Ex fructibus enim eorum, cognoſcetis eos. Similiter amatrix anima, nuncios amoroſos ſibi inſpiratos dilecto remittit, ſecundum dona Spiritus ſancti, vt profunda ſuſpiria, alta deſideria, contemplationes limpidas, affectiones extaticas, orationes vel inuitationes feruidas, expectationes ſitibundas, et cogitationes languidas, dicens eis illud Canticorum: Nunciate dilecto meo: quia amore langueo, vbi dicit Gloſſa: Præ magnitudine amoris, omnia temporalia ſunt mihi faſtidio. Hæc ille.

Richar. lib. 5. de contempl. c. 13 — *1. Ioan. 2. d* — *Ibid. lib. 4. cap. 19.* — *Iſa. 28. c* — *Rich. Ibid. c. 14.* — *Mat. 7. c* — *Cant. 5. c*

DE SEPTEM DONIS SPIRITVS SANCTI IN SPECIALI.

De dono timoris.

Quid ſit timor, et qualiter ſecundum inordinatos amores multiplicatur, et deordinatur. *Cap. I.*

HIs itaque in generali præmiſſis, modo de ſingulis donis in ſpeciali videamus. Quorum primum, ſcilicet infimus gradus aſcendendi ad guſtum ſapientiæ eſt timor Domini. De quo Anſelmus dicit ſic: Horum donorum primum eſt timor Dei, veluti aliorum quoddam fun-

Anſel. li. de ſimilitud. c. 130.

A damentum. Hunc namque Spiritus ſanctus in campo mentis ſupponit, aliaq. dona in ſuo ordine, veluti in ædificationem ſuperimponit. Prius enim metuere facit, ne pro peccatis ſuis a Deo ſeparetur, et poſt in pœnis inferni cum diabolo torqueatur. De qua tortura Hugo in libro ſuo de anima dicit ſic: Terreat te timor iudicij terribilis, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis mordens, ſulphur fœtens, flamma tartarea, et tandem omnia mala, vt tandem clames: In æternum non peccabo. Et ſic patet, quòd donum timoris eſt primum in aſcendendo.

Timor eſt fundamentũ aliorum donorum.

B SED ad maiorem notitiam huius doni, ſcilicet timoris, ſunt quattuor notanda. Primo quid ſit timor, et qualiter ſecundum inordinatos amores multiplicatur, et deordinatur. Secundo quis timor a regno animæ per charitatem perfectam expellatur, et quem ſecum compatiatur. Tertio qualiter a timore Dei, in anima dies clara oriatur. Quarto qualiter a dono timoris, animæ conuiuium præparetur. Primo igitur videndum eſt quid ſit timor, et qualiter ſecundum diuerſos amores multiplicatur, quia ex amore oritur. Timor ſicut dicit Auguſtinus de Ciuitate Dei, eſt amor fugiens quidquid ei aduerſatur. Et cum hoc C concordat Gloſſa Auguſtini ſuper Ioannem vbi dicit: Timor eſt fuga, ne perdat homo quod amat. Igitur timor oritur ex amore. Nam quamdiu amorem ordinatum habuit in paradiſo, tamdiu ſine timore inordinato fuit in ſeipſo. Et quàm cito amorem inordinatum admiſit, tam cito timor inordinatus affuit pœna peccati, quare ſe abſcondit, dicens: Domine audiui vocem tuam et timui. Quare timuit, niſi quia per inordinatum amorem, præcepti Domini tranſgreſſor fuit? Quanto ergo homo a falſo et inordinato amore recedit, et ad veram charitatem accedit, tanto inordinatum timorem euadit. Ideo notandum eſt, quòd Hugo, et Gloſſa ſuper Pſalmo 18. D dicunt, quod quinque ſunt timores, ſcilicet timor naturalis, timor mundialis, timor ſeruilis, timor initialis, et timor filialis. Timor naturalis, eſt paſſio quæ oritur ex amore naturali, in quo quilibet timet naturaliter nocumentum naturæ ſuæ. paſſionibus autem nec meremur nec demeremur, quia non ſubiacent libero arbitrio, niſi quando quis rationabiliter ſe habet circa eas. Iſto timore Chriſtus timuit mori, ſed non niſi quantum voluit, nobis in exemplum vel documentum. Vnde ſi quando eſt malitia in timore naturali, non eſt niſi ex defectu rationis, E et voluntatis. Et licet iſte timor non ſit a Spiritu ſancto, tamen cum ipſo ſtare poteſt in homine.

Auguſt. 14. de Ciu. Dei cap. 7. — *Glo. in Ioã. 10. ex Aug. in Pſal. 07. et tract. 4. in Ioan.* — *Gen. 3. b* — *Hug. de S. Vict. lib. 2. de ſacram. par. 13. c. 5.*

Timor naturalis.

SECVNDVS timor dicitur mundanus, quo quis timet nimis de amiſſione vitæ præſentis, vel rerum ad hanc vitam pertinentium. Vnde qui nimis diligit mundum, vel res temporales, vel amicos, nimis timet ab eis ſeparari. Et hic timor naſcitur ex nimio inordinato amore vtriuſque, et ſemper eſt malus, quia vt dicit Ioannes. Qui diligit mundum, inimicus Dei conſtituitur: quia non eſt charitas Patris in eo. Et ideo hic timor, quandoque eſt peccatum mortale, vt quando quis magis vult amittere vitam æternã, quàm F corporalem, vel temporalem, theſauros cæleſtes, quàm mundanos: et quandoque eſt veniale, quando iſto timore facit homo quod non debet, et quandoque omittit quod facere debet, vt per hoc effugiat pœnam temporalem, ſed per hoc non mutat voluntatem in bonũ, vt dicit Hieronymus ſuper Matthæũ, quare hic timor non eſt donum Spiritus ſancti, quia non mutat malitiam voluntatis, licet actu omittit propter timorem temporalem.

Timor mũdanus. — *1. Ioan. 2. c*

TERTIVS timor dicitur ſeruilis, quo quis magis timet pœnam quàm culpam: qui ſecundum eſſentiam dicitur eſſe a Deo, non tamen ſub ratione, qua ſeruilis eſt, quia principalius timet pœnam quàm culpam, nec mutat voluntatem in bonum, licet crimi-

Seruilis.

nis

nis impendat executionem. De hoc timore dicit Auguſtinus exponendo illud Pſalmi. Confige timore tuo carnes meas: *Aug. in Pſ. 118. enarr. 25. to. 8.* Timor legis ſeruilis pædagogus nouæ præceſſit, qui ad Chriſtum ducit, ſed carnem crucifigit: ideo quia viuit peccandi voluntas, et ſequeretur opus ſi non ſequeretur pœnalitas. Nec iſte timor eſt donum Spiritus ſancti, quia poteſt eſſe ſine charitate, immo nec poteſt eſſe cum charitate gratuita.

Initialis. QVARTVS timor dicitur initialis, quia eſt incipientium et initium ſapientiæ, et dicitur eſſe donum Spiritus ſancti, tamen ſub imperfecto eſſe. Non enim differt a timore filiali, niſi vt imperfecta charitas a perfecta. *1. Ioan. 4. d* Vnde Ioannes dicit: Perfecta charitas foras mittit timorem. vbi dicit Gloſſa. Timorem illũ emittit, qui dicitur initium ſapientiæ. Illo enim timore, ſe cohibet homo a peccato principaliter propter Deũ, ſecundario vero, propter pœnam æternam. *Ber. ſer. 23 ſuper Cãt.* De timore iſto Bernardus dicit ſic: Non immerito hic timor dicitur initium ſapientiæ, qui ſæpe ſe inſipientiæ primus opponit. Hic enim timor, quidam ingreſſus eſt ad ſapientiam. Plane domus Dei eſt, et porta cæli, et tamquam ingreſſus gloriæ. *Et ſequitur:* In veritate didici, nil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, et retinendam, et recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere. *Et ſequitur:* Non eſt enim locus, quo admittas ſuperbiam, repletus timore Domini. Et ſic de ceteris vitijs ſentiendum eſt: quæ neceſſe eſt omnia a plenitudine timoris excludi, tunc Deum ſi plene, ſi perfecte timueris, dabit ſaporem charitatis. Hunc tamen timorem initialẽ, perfecta charitas foras mittit, vel forte, ſecundum quoſdam, ipſum perficit, cum iam ſapientiam ingreſſus fuerit, Quod ſentit Bernardus libro de diligendo Deo, parum ante finẽ, vt infra patebit capite ſequẽti.

Filialis. Quintus dicitur timor filialis, et eſt vnum de ſeptem donis Spiritus ſancti, ſub eſſe perfecto doni. Per ipſum enim anima redditur bene mobilis ab inſpirationibus Spiritus ſancti, et quaſi per talem timorem ſe Spiritui ſancto omnino ſubijcit, et in nullo repugnat, prout poſſibile eſt in via. *Gilb. Porret. ſup. Cãti. ſer. 19. poſt med.* Vnde Gilbertus Porretanus dicit: Quid timor ille filialis niſi amor eſſe conatur, qui iam neſcit officium timoris, et pene timor eſſe deſijt? hunc timorem ſibi charitas perfecte collaterat indiuiſibiliter. Et ſic patet quid ſit timor, plenius tamen dicetur infra de hoc timore.

Quis timor a regno animæ per charitatem perfectam expellatur, et quem ſecum compatiatur. *Cap. II.*

SECVNDO videndum eſt, quis timor a charitate perfecta foras expellatur, et quem timorem ſecum patiatur, *1. Ioan. 4. d* cum in prima Ioannis dicatur; quòd charitas perfecta foras mittat timorem, tamquam inutilẽ in officio ſuo. Et huius reddit rationem, dicens idem: Hæc enim charitas nihil pœnale habet, timor autem pœnam habet. Sed neceſſe eſt, primo videre quæ ſit perfecta charitas, quæ non compatitur ſecum timorem, ſed foras emittit eum. *Duplex eſt pfectio charitatis.* De quo ſciendum quòd duplex eſt perfectio charitatis. Prima eſt neceſſitatis, et ſufficientiæ. Secunda eſt priuilegiatæ ſanctitatis, et excellentiæ. *Proſper. li. 3. de vita contẽp. ca. 13. cir. fin.* Et has perfectiones tangit Proſper de vita contemplatiua, dicens: Perfecti ſunt iſti, qui perfecte Deum diligunt, qui volendo quod vult Dominus, nullis peccatis quibus offenditur Dominus acquieſcunt, et ſemper ad virtutes diligendas, et habendas ſe extendunt. Perfectionem neceſſitatis tangit, cum dicit, Qui vult quod Deus: quam habent quicumque tenent charitatem, De hac charitate dicit Dominus: *Deut. 18. c* Perfectus eris, et abſque macula corã Domino. Abſque macula ſcilicet criminali dicit Gloſſa. Et hæc perfectio charitatis, bene cõpatitur ſecum ali-

A quos timores, vt ſupra dictum eſt. Perfectio vero excellentiæ charitatis tangitur, cum dicitur, qui ſemper ad virtutes diligendas, et habẽdas ſe extendunt. Quare Bernardus in epiſtola quadam dicit: Indefeſſum ſtudium proficiendi, et iugis conatus ad perfectionẽ, perfectio reputatur. Et hæc charitas foras mittit omnem timorem, qui pœnã habet, vt dicit Ioannes. *1. Ioan. 4. d* Sed qualiter hoc intelligendum ſit, oſtendit Gilbertus Porretanus ſuper Cantica, vbi dicit. *Gil. Porret. ſup. Cant. ſer. 19. poſt med.* Charitas proximi caret liuore, ſed charitas Chriſti caret timore. Hæc enim nihil pœnale habet, ſed timor pœnam habet. Igitur in charitate Chriſti non erit timor. Quod B probat ſic: Quid enim timebit charitas veteres offenſas? quia multitudinem peccatorum operit charitas, vt dicit Petrus. *1. Pet. 4. b* Quid infirmitatem propriæ conſcientiæ timebit ne decidat, quia fortis vt mors dilectio eſt, vt habetur in Canticis. *Cant. 8. b* Quid temporales pro Chriſto timebit moleſtias finibiles? cum nec quidem etiam ſi æternæ fuerint, diffatigari, aut euaneſcere poterit dilectio conſummata, ideſt perfecta. Non ideo amat charitas ne pereat, ſed magis vult foris in æternum perire pœnaliter, quàm priuari vſu amoris interni æternaliter. Si enim dederit homo omnem C ſubſtantiam pro charitate, quaſi nihil deſpiciet eam, ſcilicet ſubſtantiam. *Et ſequitur infra:* Dedignatur charitas timoris commercium, cogi neſciens, quæ neſcit compeſci. Ideo charitas perfecta foras mittit timorem, velut inutilem et ſuperuacuum in officio charitatis, ſed non timorem illum, qui caſtus permanet in ſæculum ſæculi. *Quis timor manet cum charitate.* Et poſt hæc oſtendit ibidem Gilbertus, quis timor manet cum charitate, vbi dicit: Eſt enim timor quem foras mittit charitas, vt ſeruilis. Et eſt timor quem foras mittit veritas, vt initialis. Et eſt timor, quem intromittit et charitas, et veritas, vt filialis. Primus eſt cautus. Secundus caſtus, ſed D non permanens in ſæculum ſæculi. Primus veretur pœnã. Secundus offenſam. Tertius totus liber, quædam humilis et ſecura reuerentia eſt. Et primus quidem timet offenſam, ſed propter, pœnam. Secundus propter offenſam, ſed propter ipſam. Tertius, quod metuat non habet. Quid enim metuat completa felicitas, et cõſummata charitas? Timor hic de plantario oritur charitatis. *Sequitur:* Non audeo dicere quòd charitas eſt, nec tamen audeo negare. Quid enim non amor conatur, qui iam neſcit affectum timoris? Quo modo non amor eſt, qui iam pœne timor eſſe deſijt? Quid timor ille eſt, niſi quædam votiua ſubiectio, E obedientia non coacta, et vltro reuerentia impenſa? Aut quo modo erit timor, qui offendere non metuit nec valet? Timor ergo non videtur, qui nihil nec peccati nec periculi metuit. Sed econtra inquit Gilbertus ibidẽ: Quo modo non erit timor, qui offendere non audet? Certe timor eſt, qui nihil audacter et temere præſumit. Quid eſt igitur timor ille, niſi reuerentia quædam humilis ex iure conditionis, et quaſi neceſſitate impenſa, ſed neceſſitatis nihil paſſa? Eſt enim neceſſitas obſequendi iure conditionis, ſed neceſſitatẽ ignorat libertas dilectionis. Quid timor ille, vbi temeritatis et negligentiæ magis priuatio eſt, quàm neceſ- F ſitatis coactio? *Sequitur:* Vides qualiter timor iſte approximat ad charitatem, pene illa eſt, ſed non plene eſt. Cauſis enim diſtant timor et amor, ſed obſequio et affectu libero cognati. Primus itaque timor metuit puniri: ſecundus priuari: et tertius neutrum. Primum perfecta charitas exterminat. Secundum ad tẽpus tolerat. Tertium ſibi indiuiſe tolerat Vnde charitas numquam erit ſine timore caſto, qui eſt ſine omni pœna, quia manet in ſæculum ſæculi. Hæc ille. *Ber. lib. de dilig. Deo cir. fin.* Quidam enim dicunt, vt Bernardus, quòd timor filialis augetur augmentata charitate, et charitate perfecta perficietur, et ideo habebit in patria eundem actum omnino, quem habet modo, et illi adducunt auctoritatem Auguſtini de Ciuitate Dei, *Aug. li. 14 de Ciu. Dei cap. 9. poſt med. to. 5.* vbi dicit: Timor ille caſtus permanens in ſæcu-

 lum

lum ſæculi, ſi erit in futuro ſæculo, non erit timor exterrens a malo quod accidere poteſt, ſed tenens ſe in bono quod adimi non poteſt, et ita alium actum habebit quàm modo. Ratio huius eſt, quia vbi boni adepti amor immobilis eſt, profectò ſi dici poteſt, mali cauendi timor ſecurus eſt. Hæc ille.

Qualiter a timore Dei in anima dies clara oriatur. Cap. III.

Hug. de S. Vict. lib. de trib. dietis cir. fin.

TERTIO videndum eſt, qualiter a dono timoris Domini, dies ſpiritualis in mente humana oriatur. Circa quod notandum eſt, quòd Hugo, dicit, B quòd ſicut oculus corporalis habet diem, et noctem ſuam, ita quoque oculus cordis habet diem ſuam et noctem ſuam. Sed alij ſunt dies exteriores, et alij interiores. Nam dies exteriores tranſeunt, nec ad momentum ſtare poſſunt, ſed continue ad mortem vel occaſum tendunt. Homo enim numquam in eodem ſtatu permanet dicit Iob, et propheta dicit: Dies hominis fenum, et tamquam flos agri, *et cæt.* Dies vero interiores in æternum permanent, ſi volumus, qui ſunt quaſi quidam gradus vitæ ſpiritualis, per quos homo tendit ad vitam æternam. De quibus Pſalmiſta ait: Nunciate de die in diem ſalutare eius, donec C per radios ſalutaris incarnati, transformemur a claritate in claritatem, vſque in diem æternitatis eius. Et ideo Hugo dicit, quòd interiores dies magis amare debemus, vbi lucem nullæ tenebræ ſequuntur, vbi æterni ſolis ſplendore illuminantur oculi interiores mundi cordis, vt valeat homo operari opera lucis, tamquam filius lucis, quia in mundo nox ſicut dies illuminabitur, per præſentiam ſolis æterni, qui noctem luminoſam in anima facit, dum omnes ſpecies creatas ſua claritate occultat, quam in diem conuertit, dum radioſas veritates menti oſtendit. Et ideo pluries fit, quòd quando nox eſt corpori, dies eſt D menti: et quando eſt dies corpori, pluries eſt nox menti. Cuius ratio eſt, ſicut dicitur in libro de ſpiritu et anima. Quia quando ſenſus exteriores vigilant ſenſus interiores dormiunt, ſicut hæc, experientia docet. Hanc diem timor Domini inchoat tamquam mane, tamquam meridiem deducit, tamquam veſperam conſummat. Vnde Hugo dicit, quòd primus dies noſter interior, eſt timor Domini permanens in ſæculum ſæculi. Cuius ratio eſt: Quia timor Domini initium eſt ſapientiæ, vt dicitur in Eccleſiaſtico. Et hic a ſapientia numquam recedit, ſed cum ea quotidie creſcit, et proficit vſque in perfectum diem. Vltimo E formam timoris filialis induit ſecundum quoſdam. Vnde Hugo de arca Noe dicit: Sapientia Dei, in cordibus ſanctorum tamquam in paradiſo inuiſibili, per timorem ſeminatur, per gratiam rigatur, iam mane diei ſpiritualis oritur, per dolorem moritur, per fidem radicatur, per deuotionem germinat, per compunctionem oritur, per deſiderium creſcit, per charitatem roboratur, vt ſit quaſi lux meridiana, lucens et feruens, per fidem viret, per circumſpectionem frondet, et expandit ramos, per diſciplinam floret, per virtutem fructificat, per patientiam matureſcit, per mortem carpitur, per cõtemplationem F cibat, et tunc dies timoris veſperaſcit, quando a labore quieſcitur, et ſpiritualiter homo reficitur. Et iſte eſt cibus de quo Pſalmiſta ait: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem. In omnibus iſtis radijs ſapientialibus timor Domini permanet in ſæculum ſæculi, et vt radia ſapientiæ diſcutit, et circuit ſolicite circumſpiciens, ne aliquæ tenebræ peccatorum lateant, vel ſe iſtis radioſis luminibus immiſceant, quæ diem mentis obſcurent, vel oculis Dei diſpliceant, vt ſunt tenebræ concupiſcentiarum, quæ frequenter claritatem diei ſpiritualis impugnant, et obnubilant. Vnde Richardus dicit: Quis in illo vmquam prælio victor

Job 14. a — Pſ. 102. c — Pſal. 95. a — 2. Cor. 3. d — Hug. ibid. — Pſal. 138. b — Auct. de ſpir. et ani. ca. 9. apud Aug. to. 3. — Hug. ibid. — Eccli. 1. b — Hug. lib. 2. de Arca Morali. ca. vlt. — Pſal. 15. b

A extitit, vbi ſpiritus aduerſus carnem et caro aduerſus ſpiritum concupiſcit? Quis vmquam tam numeroſum exercitum concupiſcentiarum ſuarum debellauit, ſi ſine timore pugnauit? quia timor Domini maxime confortat cor contra concupiſcentias. Et ſanctus Bernardus in ſermone quodam dicit: Repletus timore Domini, non habet locum vbi admittat peccati tenebras, propter quod dies mẽtis, ſicut lux meridiana clara permanet in ſæculum ſæculi: ideo veſperam non habet diem terminantem, ſed conſummantem. Igitur qui timetis Dominum, diligite illum, et illuminabuntur corda veſtra. Qui ambulat in die tali, B ſcilicet timoris Domini non offendit. Et eſt dies primus, quia initium ſapientiæ eſt timor Domini.

Eccl. 2. a — Eccli. 1. b

Qualiter a dono timoris, anima conuiuium preparetur. Cap. IV.

Greg. lib. 1. Mor. c. 16. cir. med.

QVARTO quia Gregorius in Moralibus dicit: quòd donum timoris Domini in die ſuo conuiuium facit in mente humana, quia dum premit mentem ne ſuperbiat, de futuris illam cibo ſpei confortat. Ideo videndum eſt, qualiter illud C donum conuiuium menti præparet. De quo notandum eſt, quod niſi donum timoris conuiuium ſpirituale in anima facere poſſet, Pſalmiſta quaſi admirando non clamaret, dicens: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Non quòd illa multitudo dulcedinis totaliter abſcondita ſit a timentibus eum, ſed quòd ipſa eſt in eis abſcondita a non timentibus Deum. Multa enim manifeſtantur bonis, quæ tamen abſconduntur a malis. Vnde Gregorius in Moralibus exponens illud Iob: Auris verba dijudicat, et fauces comedentis ſaporem, dicit ſic: In his verbis Iob de electis et reprobis ali- D quid innuere videtur: quia verba ſapientiæ quæ reprobi audiunt, quaſi exterius, electi non ſolum audiunt, ſed et guſtant interius, vt in corde ſapiat eis, quod reproborum cordibus non ſapit, ſed ſolum auribus ſonat. Sequitur: Aliud namque eſt nominatum cibum audire ſolum modo, aliud vero deguſtare. Electi itaque cibum ſapientiæ ſic audiunt, vt guſtent: quia hoc quod audiunt, eis per amorem medullitus ſapit, reprobi vero, qualiter ſapiat, ignorant. Quia aliud eſt aliquid ſcire, aliud vero quod cognoſcitur faucibus intelligentiæ deguſtare. Hæc ille. Ex his patere poteſt, quòd timentes Deum tamquam ſoliciti E de voluntate Domini cognoſcenda et facienda, non ſolum attendunt ad illud quod cõmune et publicum eſt, ſed et ad illud quod intimo ſecreto mẽtis abſconditum eſt, aſpiciunt, et guſtare per experientiam illud quærunt, quod per timorem Domini ſapere didicerunt. Quod autem timor Domini, dulcem ſaporem in mente cauſet, oſtendit Bernardus ſuper Cantica, vbi dicit: Timor Domini bene dicitur initium ſapientiæ, quia tunc primum Deus animæ ſapit, cum eam ad timendum, non tantum ad ſciendum inſtruit: quia timor ſapor eſt. Porro ſapor ſapientem facit, ſicut ſcientia ſcientem. Times Dei iuſtitiam, times F potentiam, et ſapit tibi iuſtus, et potens Deus. Sapientia enim a ſapore dicitur. Igitur timor initium ſapientiæ, ſaporem ſapidum in intimo mentis ſecreto multipliciter immittit, et ita multipliciter reficit totam mentis familiam, ſed et totum regnum animæ iuſtificat, pacificat, et lætificat: quæ tria percipiunt conuiuium timoris Domini, quod non in exterioribus animæ celebratur, quia regnum Dei intra nos eſt, vt dicit Dominus. Et Maximus exponens illud: Appropinquabit in vos regnũ Dei, dicit ſic. Regnum Dei eſt potentia eius in omnibus, actu vero eſt in his qui reſpuunt carnalem vitam, et reſpiciunt ſolam ſpiritualem: qui dicere poſſunt illud Apoſtoli: Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Chriſtus. Quod verbum

Pſal. 30. c — Greg. li. 11. Mor. cap. 4. — Iob. 12. c — Bernar. in Cant. ſer. 23. — Luc. 17. e — Luc. 10. b — Gal. 2. d

verbum exponens Vercellẽſis in prologo ſuper Canticam, dicit: Sicut anima ſobria me regit naturaliter, et diſponit ad omnem actum interiorem, et exteriorem, ſic virtus Chriſti cui actu viuo gratuite me viuificat, et ad omnia diſponit. Ex quo igitur regnum *Luc.17. e* Dei intra nos eſt, vt dicit Dominus, planum eſt, quod conuiuium quod in illo regno celebratur, non conſiſtit in iſtis corporalibus, et in voluptatibus carnalibus, *Ariſtot. 1. Eth.c.5.* quibus efficimur beſtiales, vt dicitur primo Ethicorum, ſed conſiſtit in bonis ſpiritualibus nos *Rom. 14. c* perficientibus. Vnde Apoſtolus: Regnum Dei non eſt eſca et potus, ſed iuſtitia et pax et gaudium in Spiritu ſancto. Ecce tria, quæ neceſſaria ſunt in conuiuio ſpirituali. Primum eſt iuſtitia, conuiuantes in omnibus rectificans. Secundum eſt pax, conuiuantes in omnibus concordans. Tertium eſt gaudium, conuiuantes in omnibus lætificans. Hæc tria, ex timore Domini oriuntur. Nam iuſtitia ex timore Domini oritur, ſed ex iuſtitia pax neſcitur de pace vero gaudium generatur, quod eſt dulciſſima mẽtis refectio, et ſpiritualis conuiuij perfectio. Primum igitur ſcilicet iuſtitia, conuiuantes rectificans in conuiuio ſpirituali Dei, et animæ, ex dono timoris Domini oritur, *Eccli. 1. c* quia ſicut dicitur in Eccleſiaſtico: Qui ſine timore eſt, non poteſt iuſtificari. Quo modo autem erit iucunda *Aug. lib.4. de Ciu.Dei cap.4.to.5.* ſocietas, vbi deeſt iuſtitiæ æqualitas? Dicit enim Auguſtinus: Remota iuſtitia, quid ſunt regna niſi latrocinia? Et ſicut patet in Ethicis. Sicut iuſtitia con-*Ariſt. li. 5. Eth.c.e.* tinet omnem virtutem, ita iniuſtitia continet omnem malitiam ſiue iniquitatem: vbi autem abundat iniquitas, quo modo erit vera amicitia et ſocietas? ergo nec regni, nec conuiuij tranquilla iucunditas. Manebit autem iuſtitia, quia timor Domini expellit peccatum vel iniuſtitiam, cum ex eo oriatur iuſtitia, vt dictum *Mat. 5. a* eſt. De talibus conuiuijs poteſt dici: Beati qui eſuriũt et ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi ſaturabuntur. De hac *Ber. in ſer. 4 De omnibus ſanctis. poſt med.* ſaturitate iuſtitiæ dicit Bernardus: Saturabuntur, quia implebit Dominus concupiſcibile noſtrum fonte iuſtitiæ, vt omnino deſideremus eam iuſtitiam, per quam quidquid anima reſpuere debet, reſpuet: et quidquid concupiſcere debet, concupiſcet. Et tunc totum regnum mentis iuſtificabitur, et incolæ eius, et Dominus rex iuſtitiæ regnabit in illo, et ipſi cum *Pſal. 88. b* eo, quia iuſtitia et iudicium præparatio ſedis eius eſt. *Caſar. Arelat. hom. 1 a in illud Lu. 17. regnum Dei intra vos eſt.* Secundo pax conuiuantes concordans, et quietans in conuiuio ſpirituali ex iuſtitia naſcitur, vt dicit Cæſarius. Nam ex iuſtitia regũ, oritur pax populorũ. Et Auguſtinus dicit: Duæ ſunt amicæ, iuſtitia et pax, ipſæ ſe oſculantur, et ſi iuſtitiam amicam pacis nõ amaueris, nec ipſa pax te amabit, nec ad te veniet. Niſi *Aug. ſuper Pſ.84.to.8.* igitur pax adſit, non erunt conuiuia, ſed diſſidia. Vera autem pax eſt vbi nihil repugnat, et beati pacifici ſunt, qui motus animi componunt, et rationi ſubijciunt, ait Gloſſa. *Gloſſa in Mat. 5.* Sed nota, quòd Bernardus in quibuſdam dictis oſtendit triplicem gradum pacis, dicens: Eſt homo pacificus bona pro nobis reddens, et *Pacis triplex grad°.* quantum in ſe eſt, nemini vult nocere. Hic paruulus eſt, et faciliter ſcandalizatur: quia in eo, vt incipiente, lex carnis adhuc repugnat legi mentis. Et Gloſſa *Gloſſa in Mat.5.* dicit: Quo modo pacifici alijs erimus, ſi nec nobis poſſumus eſſe pacifici? Pax enim a nobis incipit. Item eſt alius patiens, non reddens mala pro malis, ſed potens eſt ſuſtinere nocentem. Et hic in patientia poſſi-*Glo. in Luc. 21.* det animam ſuam, vt ait Euangelium, vbi dicit Gloſſa: Patientia radix et cuſtos eſt omnium virtutum. Vera *Ex Greg. hom. 35. in Euang. cir. med.* enim patientia, eſt aliena mala æquanimiter perpeti, et contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moueri. Ideo animas noſtras poſſidemus, quæ corpus poſſident, cum ipſas ad patiendum ratione regimus. Hæc dicit Gloſſa: Item eſt tertio pacificus bona pro malis *Aug. ſerm. 189. de tẽp. in prin. to. 10.* reddens, et in promptu habet prodeſſe nocenti. Et hic ſolus veram pacem habet, et multos lucrifacit Chriſto. De hac pace dicit Auguſtinus in libro de verbis Domini ſic: Pax eſt ſerenitas mentis, tranquil-A litas animi, ſimplicitas cordis, vinculũ amoris, conſortium charitatis. Hæc eſt quæ bella compeſcit, iras comprimit, diſcordes ſedat, et inimicos concordat, cunctis eſt placida. Et qui in eadem pace non erit inuentus, a patre abdicatur, a filio exheredatur, a Spiritu ſancto alienus efficitur, *et cet.* vt ſupra. Hæc Auguſtinus. Hanc pacem perficit timor Domini. Vnde *Eccli. 1. c* Sapiens: Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem, et ſalutis fructum. Tertio gaudium in Spiritu ſancto conuiuantes reficiens, et lætificans in conuiuio ſpirituali ex vtroque prædictorum, ſcilicet ex iuſtitia, et pace generatur. Vnde Bernardus in qui-*Ber. in ſer. verbo iuſtitia.* B buſdam dictis ſuis dicit: Iuſtitiam, quam Deo exhibes, et pacem, quam proximo debes, noli contemnere, ſic enim procedentibus, erit gaudium ſpirituale non gaudium ſæculare, non gaudium cuius extrema *Prou. 14. b* luctus occupat, ſed in quod magis triſtitia vertitur. Et hoc gaudium nemo tollet a te, donec in tres in gaudium Domini tui. De hoc gaudio dicit Bernar-*Ber. ep. 114 ſtatim a prin.* dus in epiſtola quadam. Illud reuera verum eſt gaudium et ſolum, quod non de creatura, ſed de creatore naſcitur et concipitur, quod cum poſſederis, nemo tollet a te: cui comparata omnis aliunde iucunditas mæror eſt, et omnis ſuauitas dolor eſt, et omne C dulce amarum, et omne decorum fœdum, et omne aliud quod delectare poſſit moleſtum. Hæc omnia Bernardus. Iſtud gaudioſum conuiuium, per Spiritum ſanctum in timore Domini paulatim inchoatur, proficiendo cõtinuatur, et in beatitudine æterna conſummatur, vbi anima cum Deo ſuo beatificatur. Primo iſtud gaudioſum conuiuiũ, quod in Regno Dei, et animæ per donum timoris Domini celebratur, paulatim et ſapienter initiatur, et continuatur, et feliciter conſummatur. Vnde in Eccleſiaſtico: Initium ſa-*Eccli. 1. b* pientiæ eſt timor Domini, et gloria, et gloriatio, lætitia, et corona exultationis. Ecce quatuor dulcia D fercula mentalis conuiuij. Sed primo timor Domini, guſtum mentis ad manducandum in ſapientia præparat: quia ſicut dicit Bernardus ſuper Cantica, Timor *Bern. ſup. Cant. ſer. 23. poſt medium.* Domini bene dicitur initium ſapientiæ: quia tunc primum Deus animæ ſapit, cum ea ad timendum afficit. Tunc enim menti maxime diuina beneficia ſapiunt: quia iam amaritudo peccati, ab ore mentis per timórem expulſa eſt. Vnde tunc gloria laudabilis famæ interior valde ſapit animæ, et ſimiliter gloriatio laudabilis famæ exterior multum delectat. Similiter lætitia conſolationis interioris hominis reficit, et exultatio exterioris hominis ſimiliter afficit, et delectat. Se-E cundo illud iucundum conuiuium mẽtis delectabiliter in perpetuum in timore Domini continuatur. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Timor Domini delectabit *Eccli. 1. b* cor, et dabit lætitiam, et gaudium in longitudinem dierum, id eſt in æternum: quia timor Domini, permanet in ſæculum ſæculi. Ecce vtriuſque hominis experimentalis delectationis perpetuatio. Tertio illud delectabile conuiuium mentis quantum ad interiorem vitam, et exteriorem, in timore Domini feliciter conſummatur. Vnde in Eccleſiaſtico: Timenti *Eccli. 1. c* Deum, bene erit in extremis, ſcilicet hominis, quando perficitur, et conſummatur. Et in die defunctio-F nis benedicetur, quantum ad vitam exteriorem, quæ tunc cum benedictione terminatur. Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum, ait Pſalmiſta. De *Pſal. 127. b* perfecta conſummatione iſtius ſancti timoris dicit Ioannes Caſſianus de inſtitutione monachorum ſic: *Caſſianus. de inſtitut. monachorũ lib.4. c.43.* Principium noſtræ ſalutis, noſtræq. ſapientiæ, ſecundum ſcripturas, timor Domini eſt. De timore enim Domini naſcitur compunctio ſalutaris, de compunctione cordis procedit abrenunciatio, id eſt contemptus omnium facultatum: de abrenunciatione humilitas procreatur: de humilitate mortificatio voluptatum generatur: de voluptatum mortificatione, extirpantur, atque marceſcunt vniuerſa vitia: de vitiorum expulſione virtutes fructificant, atque ſucceſcunt:

de vir-

de virtutum pullulatione puritas cordis acquiritur, per cordis puritatem apoſtolicæ charitatis perfectio, poſſidetur. Hæc fuit ſententia Beati Antonij. Hæc ille. *Pſal.33. b* Timete ergo Dominum omnes ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum, ait Pſalmiſta. Hæc de dono timoris ſufficiant.

DE DONO PIETATIS.

Quid donum pietatis dicitur, et qualiter a pietate naturali, et acquiſita diſtinguatur. Cap. I.

SECVNDO dicendum eſt de dono pietatis, quod immediate ſequitur donũ timoris, in aſcendẽdo, quod oſtẽdit Anſelmus in libro de ſimilitudinibus *Anſ. lib. de ſimil. c. 130* vbi dicit ſic: Huic denique dono timoris, Spiritus ſanctus ſuperimponit pietatem, cum menti ſic timenti ſuipſius aſpirat compaſſionem, pieq. recolere facit, quàm miſera erit, ſi a Deo ſeparata, in inferno, cum diabolo torta fuerit; ideo rationabiliter a dono timoris, aſcendit ad donum pietatis. Cum quo et Auguſtinus concordat, dicens: Cor contritum et humiliatum ſacrifica Deo, vnde accendatur ad pietatem, vt non reſiſtatur voluntati eius, ſed obediatur. Hunc ordinem multi tenẽt vt ſupra patet.

DE hoc autem dono pietatis, ſunt tria notanda. Primo quid donum pietatis dicitur, et qualiter a pietate naturali, et acquiſita diſtinguatur. Secundo qualiter per donum pietatis dies ſpiritualis oriatur, proficiat, et perficiatur. Tertio qualiter per donum pietatis menti conuiuium præparetur. Primo igitur videndum eſt, quid donum pietatis dicatur. *Donũ pietatis, quid dicatur.* De quo notandũ eſt quòd ſicut dicit Hugo in libro de clauſtro animæ: Pietas eſt ex benignæ mentis dulcedine, grata omnibus auxiliatrix affectio infuſa, et diuini cultus deuotio religioſa. Ex quo patet, quòd donum pietatis eſt dulcis radius a ſole infinitæ pietatis mentibus inſpiratus, quo mens in ſeipſa illuminatur, quia radius ſolaris in ſeipſo afficitur, et reficitur, quia a fontẽ dulcedinis ad Deum vt ad patrem colendum, ſurſum habilitatur, et inferius ad proximo ſubueniendũ pie inclinatur. Et quia affectio pietatis inclinans ad aliquid eſt multiplex: quædã enim eſt innata, quędam acquiſita, quædam infuſa, vt oſtendit Hugo, in tractatu, qui incipit, Chariſſime: ideo de illis aliquid dicendum eſt.

PRIMO ergo ſciendũ eſt, quòd pietas innata eſt, quædam affectio inclinans ad aliquid, vt ad filios parentes et econuerſo, et ad patriam, *et cet.* huiuſmodi. Et hæc eſt paſſio naturalis. Nam hæc pietas etiam in brutis inuenitur. Vnde Solinus in libro de mirabili. mundi, et Iſidorus in Etymologijs dicunt: *Iſid. Etym. lib. 12. c. 7.* Eximia ciconiæ ineſt pietas. Nam quantum temporis parentes impendunt fetibus educandis, tantum temporis pulli impendunt parentibus in ſenectute educandis: quod et de coruis narratur. Vnde hæc pietas non eſt donum Spiritus ſancti, licet ab eo detur, quia hæc cum illis naſcitur. Iſta autem quæ eſt donum Spiritus ſancti, a Deo inſpiratur, vt dicit Auguſtinus.

ITEM eſt quædam pietas acquiſita, de qua dicit Gregorius in Moralibus ſic: *Greg. li. 21. Moral. cap. 14. cir. fin.* Sunt nonnulli, qui pietatis ſuæ viſcera tendere ad incognitos neſciunt, ſed ſolum ad eos quos per aſſiduitatem notitiæ didicerũt, quorum miſerẽtur, apud quos plus familiaritas quàm natura valet, dum quibuſdam neceſſaria, non quia homines ſunt, ſed quia noti ſunt, largiuntur. Sed iſta pietas etiam non eſt donum Spiritus ſancti, de quo modo loquimur, ſed eſt virtus ex quadam familiari notitia contracta, vnde ad extraneos et inimicos, non extenditur. Hæc autem quæ eſt donum Spiritus ſancti a Deo datur et ad inimicos extenditur. Vnde

A Matthæus dicit: Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui vos oderunt. *Mat. 5. g*

ITEM eſt alia pietas menti a fonte pietatis infuſa, de qua dicit Bernardus in Epiſtola quadam ſic: O clementiſſima pietas quæ non deſinit ſua largiri beneficia, non ſolum his, vbi nullum meritum inuenitur, ſed et his, vbi totum videtur contrarium. De hac pietate, et eius vtilitate dicit Ambroſius ſuper Pſalmum, *Amb. in Pſ. 118. octon. 12. m. 2.* Beati immaculati in via: Pietas grata eſt Deo, Dominum conciliat, neceſſarios et parentes fouet: eſt Dei cultura, merces parentum, filiorum ſtipendium. Pietas, inquam, iuſtorum tribunal, egenorum portus, B miſerorum refugium vel ſuffragium, indulgentia peccatorum. Hæc ille. Hæc eſt perfecta pietas quæ et antequàm flectatur precibus, nouit condeſcendere fatigatis, ait Caſſiodorus in epiſtola. *Caſſiod. li. 4. epiſt. 26.* Et hæc pietas, eſt donum Spiritus ſancti. Quæ ſicut dicit Apoſtolus, ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, et futuræ, *1. Tim. 4. b* vbi dicit Gloſſa: Omnis ſumma diſciplinæ, et conſummatio, conſiſtit in pietate et miſericordia. Pietas vt ſæpius reſpicit neceſſitatem ſpiritualem. Vnde quædam Gloſſa dicit: Exerce te ad pietatem, ideſt ad fidem puram, et veritatem rectam, hæc eſt pietas. Miſericordia vero quæ C eſt ſecundus actus pietatis, reſpicit neceſſitatem ſpiritualem et corporalem. Vnde Auguſtinus in libro de opere monachorum dicit: *Auguſt. de opere Mon. c. 22. to. 3.* Multo miſericordius operatur, erga animas infirmorum, qui bonæ famæ ſeruorum Dei conſulit, quam qui erga corpora ægrotantium ſolicitus panem eſurientibus tribuit. *Opera miſericordiæ quot et quę* Opera huius miſericordiæ ſunt quattuordecim, videlicet ſeptem corporalia, et ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt hæc: Viſitatio Infirmorũ, Potatio ſitientium, Cibatio eſurientium, Redemptio captiuorum, Veſtitio nudorum, Collectio peregrinorum, & Sepultura mortuorum. Prima ſex ſunt in Euangelio, aliud in Tobia. *Mat. 25. d* D Opera miſericordiæ ſpiritualia, ſunt hæc. Delinquẽti ignoſcere, peccantem corripere, ignorantem docere, titubanti conſulere, mæſtum conſolari, pro ſalute proximi orare, et iniurias ſuſtinere, vt alter mitigetur. Et ſic patet quid eſt pietas.

Qualiter per donum pietatis dies ſpiritualis oriatur, proficiat, et perficiatur. Cap. II.

SECVNDO videndum eſt, qualiter per donum pietatis in regno animæ dies ſpiritualis oriatur, proficiat, et conſummetur. De quo notandum eſt, quòd *Greg. lib. 2. Mor. c. 16.* E ſicut dicit Gregorius in Moralibus dies vniuſcuiuſque doni, eſt ſua illuminatio. Ipſa enim dona, lumina ſunt. Cuius ratio eſt, quia ille donatus in eis, qui eſt Sol infiniti ſplendoris, et ardoris, ſcilicet Spiritus ſanctus. Cum igitur latio ſolis corporalis ſuper terram faciat diem corporalem, in qua oportet operari opera corporalia corpori neceſſaria, cur non multo magis præſentia ſolis æterni, ſcilicet Spiritus ſanctus, in mente humana cauſat diem ſpiritualem, *Præſentia, Spiritus Sãcti cauſat, diem ſpiritualem, in anima.* in qua oportet operari opera ſpiritualia neceſſaria ſpiritui, et ſicut opera pietatis etiam aliorum habituum? Omnia enim opera noſtra mortua ſunt ſine pietate, F prout eſt cultus Dei. Quare Apoſtolus dicit, exhortando Timotheum: Exerce teipſum ad pietatẽ. *1. Tim. 4. e* Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt, pietas vero ad omnia vtilis eſt. Cuius rationem reddit Hugo de ſancto Victore, dicens: Viſibilis actio, eſt quaſi quoddam corpus, deuotio vero quaſi ſpiritus eius, quia deuotio charitatis actionem viuificat, ſicut anima corpus. Vnde omnis actio, quæ ſine deuotione eſt, mortua eſt. Quia ſicut poſtea dicit, licet quod viuit moriatur, tamen vita non moritur. Actio quidem tranſit, ſed pietas actionis, licet fiat in tempore, non tamen finitur cum tempore. Hæc ille: *Apoc. 14. c* Opera enim illorum ſequuntur illos. Ex quo patet, quòd ſententia Apoſtoli vera eſt. Quia pietas omnibus prodeſt,

deſt, quæ eſt ea benignæ mentis dulcedine grata auxiliatrix omnibus affectio infuſa, vt dictum eſt.

In die pietatis diſtinguũtur tres horæ.

SED ſciendum eſt, quòd ſicut in die exteriori tres horæ diſtinguuntur, ſcilicet mane, quod eſt initium diei: meridies quæ eſt diei medium: et veſpera, quæ facit diei, et laboris terminum. Sic in die ſpirituali pietatis, diſtinguuntur tres horæ, id eſt mane, quæ eſt initium pietatis lucentis circa ſubiectum proprium. Meridies, quæ eſt feruor pietatis lucentis ad diuinũ cultum. Et veſpera, quæ eſt inclinatio pietatis lucentis ad proximum. In qua hora completur terminus

Mane diei pietatis.

laboris et fit initium quietis. Primo igitur donũ pietatis oriens ex ſole æterno, velut quoddam mane, et B initium diei ſpiritualis, in mente diem inchoat. Quia

Eccli 43.d *Sap.7.b*

vt dicitur in Eccleſiaſtico: Pie agentibus, dabit Dominus ſapientiam. Sapientia autem eſt lumen pietatis inextinguibile. Quanto autem pietas magis operatur, tanto lumen ſapientiæ magis ei datur, quo creſcit, et proficit, vſque ad perfectum diem. Sic et operatio impietatis, lumen pietatis in mente minuit,

Prou. 4. c

et tenebras gignit. Vnde in prouerbijs dicitur: Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, et creſcit vſque ad perfectum diem. Via autem impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant. Hoc igitur donum pietatis, mane ſuæ diei inchoat, dum noua luce men- C tẽ irradians, ad ſui ipſius cõpaſſionem inclinat. Dicit

Anſ. lib. de ſimilit. cap. 130.

enim Anſelmus in libro de ſimilitudinibus: Spiritus ſanctus pietatem menti inſpirat, dum eam ſibi cõpati, pieq. recolere facit, quàm miſera erit ſi a Deo ſeparata fuerit. Ea qua inſpiratione mens illuminata omnes operationes, pio deſiderio in fontem pietatis extendit, et omnem impietatem excludit. Tunc pietatis donum in mente ſicut lux auroræ oriente ſole mane,

2. Reg. 23. a

abſque nubibus rutilat. Et ad horam meridianã proficiendo properat, in qua diuinum cultum feruenter, et perfecte exercet.

Aug. lib. 1. de Ciu. c. 10. to. 5.

SECVNDO donum pietatis, facit horam meri- D dianam diei ſpiritualis in anima. Quia ſicut dicit Auguſtinus de Ciuitate Dei. Pietas, proprie eſt cultus, qui debetur ſoli Deo, tamquam excellentior et perfectior. Sed nota quid ſit iſte cultus. Ad quod reſpon

Idem de Verb. Dom. ſer. 59. in prin. to. 10.

det Auguſtinus in libro de verbis Domini: Colimus Deum, et Deus colit nos. Colimus Deum adorando, & vt culmen noſtrum inuocando. Colit nos Deus amando tamquam agricola, quia agricultura eius in nobis eſt, eo quòd non ceſſat, verbo ſuo, extirpare mala ſemina de cordibus noſtris, et aperire cor noſtrum, tamquam ſermonis aratro plantare ſemina præceptorum, et expectare pietatis fructum. Sed ad E quid eſt pietatis fructus? Reſpondet ad omnia vtilis eſt.

Cultus duplex.

SED notandum quòd duplex eſt cultus, ſcilicet cultus interior, et exterior. Interior cultus eſt quo quis ſe offert Deo tamquam principio ſuæ creationis, et fini ſuæ beatificationis, et hoc quantum poteſt ſecundum omnia quæ ab ipſo recepit. Quod recta ratio dictat, et natura ad hoc inclinat. Ratio dictat, quia inferius debet ſubeſſe ſuperiori a quo dependet, et a quo multipliciter deficit, ideo indiget eius influentia, quam conſequitur natura rationalis ſuum ſuperius colendo, vt dictum eſt. Similiter natura ad F hoc inclinat. Quod ſatis oſtendit natura rationalis, cuius deſiderium non quieſcit plene, niſi in ſuo ſu-

Aug. lib. 1. conf. ca. 1. to. 1.

periori. Vnde Auguſtinus in libro confeſſionum primo dicit: Domine inquietum eſt cor meum donec veniat, ad te. Cuius ratio eſt, quia Dominus eſt ani-

Iſaac Syrus De contemptu mundi cap. 1.

mæ patria, vt dicitur in libro de ſpiritu et anima. Simile dicit Iſaac, in libro de contẽptu mundi in principio. Cultus exterior, conſiſtit in oblationibus, ſacrificijs, adorationibus, et ſimilibus, quæ ſunt ſigna proteſtantia interiorem cultum, qui ſoli Deo debetur,

Aug. lib. 1. de Ciu. Dei ca. 4. to. 5.

Vnde Auguſtinus, in libro de Ciuitate Dei, dicit quòd hic cultus ſoli Deo debetur, quia videmus in omni republica obſeruari, quòd rectorem ſuum ali- A quo ſingulari ſigno honorat, quem quicumque alteri exhiberet, incurreret crimen læſæ maieſtatis. Vnde lege diuina pœna mortis ſtatuitur, his qui diuinum

Exod. 23. c

honorem alijs exhibent. Qui immolat dijs occidetur, præterquam Domino ſoli.

Adoratio imaginum. Damaſ. lib. 4. fid. orth. c. 12.

EST tamen ſciendum, quòd aliquis cultus poteſt exhiberi aliquibus creaturis ſine peccato, vt reliquijs ſanctorum, ſanctæ Cruci, et imaginibus Chriſti, et huiuſmodi. Vnde Damaſcenus loquens de adoratione imaginum dicit, quod in veteri teſtamento, non fuit aſſuetus vſus imaginum. Cuius ratio eſt, quia Dominus inuiſibilis, incorporalis et in circumſcri- B ptus, adhuc carnem non aſſumpſerat, incarnato autem Chriſto, docuit habere imagines, primo ad rememorationem actuum Chriſti, et martyrum, vt ſimplices litteras neſcientes, triũphos Chriſti et martyrum vitam, in picturis quaſi in libris, legerent. Et Damaſcenus ad confirmationem ſui dicti adducit

Ibidem.

exemplum Chriſti. De quo refertur, quòd Abagaro Edeſſenorum rege mittente pictorem, vt imaginem Domini depingeret, quo non potente, propter reſplendentem claritatem faciei Chriſti, Dominus veſtimento appoſito faciei ſuæ, ſimilitudinem propriæ faciei mirabiliter impreſſit, et ſic ſuam imaginem de- C ſideranti Regi tranſmiſit. Imaginibus igitur, et reliquijs, debetur aliqua reuerentia ſibi competens, ſoli autem Deo debetur latria. Quando igitur pietas, quæ eſt cultus Dei facit mentem noſtram colere Dominũ, vt principium noſtræ creationis, et finem noſtræ beatificationis, tam per operationes interiores, quàm per operationes exteriores, fit mens humana ſicut lux meridiana clara, quando abſque nubibus rutilat.

Greg. lib. 1. Mor. ca. 16.

TERTIO donum pietatis diem ſpiritualem, in anima conſummat, et labores eius terminat, dum mentem ad miſericordiam proximi compatiendo inclinat. Hoc enim donum pietatis, alium diem a præ- D dicta die timoris facit in anima, vt dicit Gregorius in Moralibus, et eandem per miſericordiam conſummat. Et quia iam donum pietatis, in homine diem ſpiritualem initiauit, illuminando eum per inclinationem, et veram compaſſionem quãtum ad ſe ipſum, et ſecundo lumen meridiani feruoris menti influxit, dum eam illuminat, et inflammat ad exercendum diuinum cultum: ideo tertio pietatis lumen veſpertinum diei ſpiritualis in mente terminat, dum eam clementer per miſericordiam inclinat ad proximum. Di-

1. Ioan. 2. b

cit enim Ioannes: Qui diligit fratrem ſuum in lumine eſt, et ſcandalum in eo nõ eſt, ſcilicet tenebrarum. E Illud tamen lumen dicitur veſpertinum reſpectu luminis meridiani. Vnde Lincolnieñſis ſuper Angelicam Hierarchiam, cognitionem, quæ habetur, a creaturis de Deo, vocat cognitionem veſpertinam, ideo quia lumen pietatis, quod inclinat ad diuinum cultum purius, et melius videtur, quàm quod inclinat ad proxi-

Bern. ſuper Cant. ſer. 40. circ. me.

mum. Quare et Bernardus dicit: Porro in aliud tendere, quàm in Dominum, licet propter Dominum, non otium Mariæ, ſed negotium Marthæ eſt, quæ adhuc ſolicita eſt, et turbatur erga plurima. cum vnum ſit neceſſarium. Et ideo non poteſt terrenorũ actuum anima, vel tenui puluere, conſpergi. Sic F igitur donũ pietatis cauſat mane, meridiem, et veſperam in die ſua. Factum eſt ergo veſpere et mane dies

Gen. 1. a

ſecundus, vt habetur in Geneſi.

Qualiter per donum pietatis menti conuiuium præparetur. Cap. III.

Greg. lib. 1. Mor. c. 16.

TERTIO videndum eſt, qualiter per donum pietatis in regno Dei, et animæ conuiuium ſpirituale animæ, et omnibus viribus eius præparetur. Dicit enim Gregorius in Moralibus: Pietas in die ſuo conuiuium facit, et menti exhibet: quia cordis viſcera miſericordiæ operibus replet. Opus autem bonum

eſt cibus

Ibid.li. 11. cu.8.ſutim a prin.

eſt cibus animæ, vt dicit Gregorius. Et Idem dicit: Comedere animæ eſt bonis operibus ſatiari. Hæc ille. Primo igitur donum pietatis prudentiſſime a conuiuio ſuo impietatem, et omnem familiam illius expellit, quia omnia fercula mentis inficit, et inſipida facit. Nam vt ait Auguſtinus in ſermone quodam. Etiam iuſtitia quæ eſt virtus ſpecialis et dulce ferculũ piæ mentis, ſine pietate crudelitas eſt. In crudelitate autem nulla dulcedo eſt, ſed amaritudo impietatis in ea regnat. Quare cibaria animæ nullo igne charitatis, decoquit ſed cruda et inſipida relinquit. Vnde Seneca in libro de moribus dicit: Reſpice crudelitatem, et matrem eius iram, cum omni familia ſua, B Hæc enim humanæ naturæ maxime inimica eſt, pietas autem amica eſt, ait Tullius libro tertio de officijs, ideo ipſa eſt dulce condimentum humanorũ actuum. Quare per oleum ſignificatur, vt ait Richardus, in tractatu de gemino paſchate. Et ſic donum pietatis, impietatem a conuiuio ſuo omnino expellit.

Pietas impietatẽ expellit a cõuiuio ſuo.

Rich.tract. de gem.Paſ. cir.med.

SECVNDO donum pietatis non ſolum inuitat omnes vires mentis, tamquàm incolas regni ad ſuũ conuiuium, ſed exteriores, et laborantes, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati eſtis, et ego reficiam vos. Similiter et pia mater pietatis, omnes vires, et virtutes ſuas, ad operationes et ad officia dul- C citer inclinat, et inter ſe concordat, et ad concordiam morum, et ad amicitiam mutuam vehementer inuitat, et ad cultum Dei, tamquàm ad officiũ proprium maxime inſtigat. Quod bene oſtendit Hugo, dicens ſic: Inuitat pietas deſperatum, trahit charitas inuitum, miſericordia pacificat iratum, hilaritas reddit ſecurum, affabilitas familiarem facit, familiaritas ſecretum aperit, apertio ſecreti amicitiam parit, morum concordia amicitiam cuſtodit, humilitas Deo proximum facit. Hæc ille. Et ſic pietas omnes conuiuantes inter ſe concordat, et ad exteriores inclinat, et eos Deo approximat, eum colendo humiliter, et obe- D diendo vtiliter. Sola enim humilitas Dominũ perfecte colit. Sunt et aliæ familiæ pietatis, quarũ quædam miniſtrant in choro, humiliter pſallendo, quædam in refectorio, dulciter miniſtrando, quædam in dormitorio, ſomnum quiete contemplationis procurando, quædam in coquina, mentis opera bona tamquam cibaria dulcia igne charitatis decoquendo, quædam in infirmaria, debiles pie reficiendo, quædam in capitulo, miſericorditer, et compaſſiue corripiendo. Et ſic pietas omnes miniſtrantes ſua dulcedine reficit et conſolatur. Quod et dici poteſt de tota familia animæ, alioquin pietas non eſſet vtilis E ad omnia.

Mat.11. d

Hug. lib.3. de clauſtro animæ c.3.

TERTIO donum pietatis omnes incolas, et conuiuantes regni Dei, et animæ, quod in nobis eſt, vt dicit Dominus, multipliciter, reficit, dum eis diuerſa fercula ſpiritualia apponit, Sed prænotandũ eſt, quòd ſicut dicit Auguſtinus libro decimo de Ciuitate Dei, pietas eſt cultus Deo debitus principaliter. Cuius ratio eſt, quia homo efficitur debitor alicuius diuerſimode, vel ſecundum eius excellentiam, vel ſecundum beneficia accepta: et ſecundum vtrumque iſtorum, eſt homo debitor Dei, quia Deus primum et ſummum locum obtinet, quia eſt excellentiſſimus, et F principium nobis eſſendi, cauſandi, conſeruandi, gubernandi, et beatificandi. Ideo pietas eſt, ſummæ originis pius ſenſus, et deuotus affectus, et fidelis famulatus ſiue cultus per fidem, ſpem, et charitatem. Iſtis enim colitur Deus, vt dicit Auguſtinus, dum per fidem, ſpem, et charitatem in Deum tenditur. Ad quod pietatis donum inclinat, et habilitat. Et in hoc cultu diuino, pietas fercula dulcia et multifaria menti apponit, et propinat. Nam in fide tot dulcia fercula menti exhibentur, et paſcua virentia oſtenduntur, quot ſaporoſæ virtutes et veritates in ea continentur, quæ ſunt miræ. Vnde Bernardus dicit ſic: Hi ſcilicet cultores Dei, pro fidei magnitudine digni inue-

Luc. 17. e

Aug.li.10. de Ciu.c.1. ro. 1.

Aug. in Enchir. ca. 3. to. 3.

Ber. ſuper Cant. ſer. 32. poſt medium.

A niuntur, qui in omnem plenitudinem Dei inducuntur, nec eſt in omnibus apothecis ſapientiæ aliquid omnino, a quo Deus ſcientiarum Dominus arcendos cenſeat cupidos veritatis, non conſcios vanitatis. Magna enim fides, magna meretur. *Sequitur*: Iſtiuſmodi magnis ſpiritibus, magnus occurrit ſponſus, emittens lucem et veritatem ſuam, eoſq. adducit et deducit in montem ſanctum ſuum, et in tabernacula ſua. Regem in decore ſuo videbunt præeuntem ſe ad ſpecioſa deſerti, ad flores roſarum, ad lilia conuallium ad amæna hortorum, ad irrigua fontium, ad delicias cellariorum, ad adoramenta aromatum, poſtremo ad B ipſa ſecreta cubilis. Vbi ſunt theſauri ſapientiæ, et ſcientiæ penes ſponſum abſconditi. Hæc vitæ paſcua præparata ſunt, in refectionem animarum fidelium Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis. hæc Bernardus. Hæc paſcua, dulciſſima fides menti oſtendit. Quid enim non inuenit fides? Fides attingit inacceſſa, deprehendit ignota, cõprehendit immenſa, apprehendit nouiſſima, ait Bernardus ſuper Cantica. Et Auguſtinus de verbis Apoſtoli dicit: Nullæ maiores diuitiæ, nulli theſauri nulli honores, nulla huiuſmodi ſubſtantia maior eſt, quàm fides catholica, quæ peccatores ſaluat, cæcos illuminat mortuos viuificat, C *et cet.* multa quæ ibi enumerantur, quæ omnia mentem reficiunt. Secundo pietas in cultu diuino, qui fit per ſpem non vt eſt paſſio, ſed vt eſt virtus Theologica, mentem ad conuiuium introducit. Et ibi multa fercula ſapida et proponit, et conuiuantibus. Proprium enim obiectum ſpei, eſt beatitudo æterna, quæ eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, vt ait Boetius de conſolatione. Sed ſperare beatitudinem æternam, ſiue Deum, eſt appropinquare illi. Quia ſperans propinquius ſe habet ad Deum, vel beatitudinem, quam deſperans, vt patet. Quare magis attingit Deum, innitens eius auxilio ad conſequen- D dum bonum ſperatum, quàm fides, dicens: Mihi autem adhærere Deo bonũ eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. Vnde et beatus Auguſtinus libro de Trinitate attribuit ſpei quoddam frui, vbi dicit: Quoddam eſt frui quod eſt ſpei, et non rei. ex quo ſpes immediatius attingit Deũ quam fides, et ſic magis propinquat Deo. Quanto autem mens per ſpem magis appropinquat, tanto ſuauiores odores Dei ſentit, Quod oſtendit Bernardus, dicens: Licet Dominus ſuauis ſit vniuerſis, maxime autem domeſticis, quanto ei quis familiarius pro vitæ meritis, et puritate mẽtis appropriat, tanto eum recentiorum aromatum ar- E bitror, et vnctionis ſuauioris ſentire fragrantiam. Porro huiuſmodi non capit intelligentia, niſi quantum attingit experientia. Et ibidem oſtendit piæ ſpei plures odores eſſe diuerſas virtutes, dicens: Vides ne aliquos magis ad pœnitentiam animari ſpe indulgentiæ, immo omnino Domine Ieſu, propter manſuetudinẽ quæ prædicatur in te, curremus poſt te in odorem vnguentorum tuorum, audientes, quòd non ſpernas pauperem, non horreſcas peccatorem, nec horruiſti confitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Cananeam ſupplicantem, non deprehenſam in adulterio, non clamantem publicanum, non ne- F gantem diſcipulum, non perſecutorem diſcipulorũ, non crucifixores tuos. In odorem iſtorum vnguentorum piiſſimorum curremus donec regeneremur in ſpem viuam. Hæc ſpes immortalitate plena eſt. Et ſicut dicit Gregorius, Spes illa in æternitatem animam erigit, et idcirco nulla mala, quæ exterius tolerat, ſentit. Tertio pietas in cultu diuino qui fit in charitate dulcia cibaria a fidei conuiuantibus indicata, et a ſpe præparata iam guſtare facit. Ratio huius eſt, quia charitas perfectius attingit Deum, quàm fides vel ſpes. Licet enim mens Deum attingat aliqualiter in lumine fidei ſub ſpem, vel ratione viſionis ænigmaticæ, hæc tamen non eſt perfecta attingentia, niſi Deus qui eſt præſens menti per modum ſic viſi, fiat præſens

Pſal. 135. a

Pſal. 42. a

Coloſſ. 2. a

Pſ. 126. c

Bern. ſuper Cant. ſer. 28. poſt me. et 76. ante med.

Auguſt. de verb. Apoſ. ſer. 1. verſu. et ſer. 100. de tẽp. 1.12.to.10

Obiectum ſpei propriũ

Boet. de cõſ. philoſ. li. 3. pr. 2. nõ longe a prin.

Pſal. 72. d

Aug. li. 10. de Trin. ca. 11. to. 3.

Bern ſuper Cant. ſer. a non longe a prin.

Ibidem poſt med.

1. Pet. 1. a

Sap. 3. a

Greg. lib. 6. Mor. c. 20

ſub

Heb. 11. b — *Aug. lib. 9. de Tri. ca. 12. in fi. to. 3.* — *Idem epiſt. 57. ad Dardan. poſt me. to. 2.* — *Hug. in Ang. Hier. ca. 7. to. 6.* — *Cant. 3. a*

ſub ratione ſperati, et amati. Spes enim præſuppo-nit fidem, quia accedentem ad Deum oportet credere quia eſt. Et ideo ſpes aliqualiter magis attingit Deum quàm fides, vt ſupra dictum eſt. Sed nec hæc attingentia, ſeu præſentia ſpei perfecta eſt, niſi Deus attingatur, et præſens fiat per modum amati, et amplexus, quæ debentur volitiuæ potentiæ, cui proprie conuenit habere, et poſſidere, vt patet per Auguſtinũ vbi dicit ſic: Appetitus quo inhiatur rei cognoſcendæ fit amor cognitæ, dum tenet atque amplectitur placidam prolem, ideſt notitiam gignenti contingit. Et idem Auguſtinus dicit, quòd quidam Deum cognoſcunt, et tamen eum propter hoc non habent. Vbi præſcindit cognitionem, ab habere. Multum enim differt, cibum cognoſcere, habere, et guſtare. Guſtus autem non eſt in cognitione, ſed in amore. Huius ratio eſt, quia dicit Hugo ſuper Angelicæ Hierarchiæ, Amor acutus eſt, et tranſit omnia, et penetrat donec ad amatum, et in ipſum veniat, nec quieſcit donec amatum teneat, et dicat. Non dimittam ipſum, donec introducam eum ad omnia intima mentis meæ, vbi eſurio, et ſitio ipſum vt dicitur, in Cantica. Quod exponens Bernardus dicit: Quis te non teneat Domine, qui tenentem te ſpe fortificas, perfectione decoras, perſeuerantia conducis, remuneratione perducis, vt ſcilicet reficias? *Sequitur*: Ego autem non dimittam te, niſi benedixeris mihi, et numquam dimittam te, quia non benedicis, niſi tenentes te. Hæc ille. Igitur tenetur in cultu charitatis, quia Deus charitas eſt, et qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo, in quo Dominus manet, dulci charitate reficitur. Quia ſicut dicit Richardus, Amor ſiue charitas, eſt dulcedo ſaporis intimi, et quanto quis ardẽtius amat, tanto dulcius guſtat, igitur in charitate eſt dulcior refectio. Iſte guſtus amoroſus, totam familiam conuiuij mentalis primo ab impuritate mundat, virtutibus adornat, dulcedine cibat, dilectione inebriat, lumine ſerenat, gaudio exhilarat. Iſta Rabanus in ſermone quodam declarat, dicens: Amor eſt ignis in meditatione, purificans mentem a ſordibus vitiorum omnium. Eſt lux in oratione mentem irradians claritate. Eſt mel in gratiarum actione, mentem dulcorans in dilectione diuinorum beneficiorum. Eſt vinum in contemplatione mentem inebrians iocunda dilectione. Eſt ſol in beatitudine, mentem clarificans ſereniſſima illuminatione. Eſt vita mentem exhilarans ineffabili gaudio, perenni iubilatione. Hic cultus charitatis, fidem et ſpem format et cõformat et totum conuiuiũ mentis et cõſummat et perficit. Vnde Caſſiodorus ſuper Pſalmos dicit: Charitas eſt mors criminum, virtus pugnantium, palma victorũ, concordia mentiũ, ſocietas electorum: quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omniũ bonorũ ſeruit. Ad quod conuiuium nos cõducat, qui eſt benedictus in æternũ.

DE DONO SCIENTIÆ.

Quæ ſcientia donum Spiritus ſancti dicatur. Cap. I.

Greg. lib. 1. Mor. c. 15. — *Anſ. lib. de ſimil. c. 130* — *Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſt. c. 7. to. 3.*

TERTIO dicendum eſt, de dono ſcientię, quod immediate ſequitur donum pietatis: quia ſicut dicit Gregorius in Moralibus, nulla eſt ſcientia ſi vtilitatem pietatis non habet. Et Anſelmus dicit: Poſt donum pietatis, Spiritus ſanctus ſcientiam ſuperimponit pietati, cum mens ſic timet ſibi et compatitur, vt quo valeat modo ſaluari, ſcrutatur, eiq. Spiritus ſanctus huius rei cognitionem largitur. Hunc etiam ordinem donorum tenet Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana. De hoc autem dono ſcientiæ ſunt tria notanda. Primo, quæ ſcientia donum Spiritus ſancti dicatur. Secundo qualiter per donum ſcientiæ in anima dies oriatur. A Tertio quo modo per donum ſcientiæ menti conuiuium præparetur.

Aug. li. 14. de Tri. c. 1. to. 3.

CIRCA primum nota, quòd Bernardus ſuper Cantica in quodam ſermone dicit: Scientia quædam eſt ſæcularis, quæ inebriat non charitate ſed curioſitate, implet ſed non nutrit, inflat et non ædificat, ingurgitat, et non confortat. Et talis ſcientia, non eſt, donum Spiritus ſancti. Eſt alia ſcientia de qua Auguſtinus dicit. Eſt ſcientia quæ non eſt rerum vanarum, nec rerum curioſarum, ſed de his quibus fides ſaluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, et hæc dicitur donũ B Spiritus ſancti. Et hoc donum gratuitum, eſt lumen ſupernaturale. Cuius actus eſt bene iudicare, ſecundum regulas legis æternæ de agibilibus per nos quorũ non eſt determinata via quo ad nos, qualiter fieri debeant, eo quòd non ſemper vniformiter fiendæ ſunt. Vnde per donum ſcientiæ, innoteſcit homini rectum iudicium de creaturis, quòd non eſt in eis verum bonum, et hoc fit per lumen ſupernaturale, ſcilicet per principia fidei, quæ ſunt articuli fidei. Ideo ex conſequenti, ad donum ſcientiæ pertinet reſoluere hominis actiones, ad fidei articulos vt ad principia. Et notandum eſt, quòd donum ſcientiæ princi-C paliter reſpicit ſpeculationem, ſcilicet, inquantum homo ſcit quid fide tenere debeat. Secundo ſe extendit ad operationem, quia per ſcientiam credibilium, et eorum quæ ad credibilia conſequuntur, dirigitur in agendis. Vnde illi donum ſcientiæ habent, qui ex infuſione gratiæ certum iudicium habent circa credenda, ſic quòd in nullo deuiant a rectitudine iuſtitiæ. Et hæc eſt ſcientia ſanctorum, de qua dicitur: Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, et dedit illi ſcientiam ſanctorum. Ex his patet, quòd donũ ſcientiæ eſt habitus infuſus, in quo homo habet certum iudicium circa credenda, et agenda. Igitur ſicut D dicit Hieronymus in prologo ſuper Biblia, Diſcamus in terris, quorum ſcientia remanebit nobis in cælis. Valde enim indignum eſſet, quòd tantum laborarem circa ſcientiam, et virtutes, ſi deſinerent eſſe in morte. Vnde Hieronymus, ibidem dicit, quòd ſacra Scriptura, eſt habitaculum regni cæleſtis. Euacuabitur tamen imperfectio eius.

Sap. 10. b — *Hier. epiſt. 103. ad Paulin. circ. fin.*

Qualiter per donum ſcientiæ dies in anima oriatur. Cap. II.

E SECVNDO videndum eſt, qualiter per donũ ſcientiæ, in anima dies oriatur. De quo notandum eſt quòd cum donum ſcientiæ ſit habitus luminoſus, a Spiritu ſancto animæ infuſus, qui omnia ſcrutatur, et omnem veritatem docet, quo habitu anima habet rectum et certum iudicium circa credenda, et agenda, vt ſupra dictum eſt, huiuſmodi non poſſunt fieri ſine lumine. Lumen autem facit diem, ſicut dicit Hugo in libro de tribus dietis. Planum eſt, quòd donũ ſcientiæ cauſat diem ſpiritualem in anima, quæ ſecundum maiorem, et minorem illuminationem cauſat mane meridiem, et veſpertinam horam. Mane huius diei, cauſat donum ſcientiæ, dum ſe extendit F ad lumen ſcientiarum acquiſitarum per ſtudium et doctrinam: quæ ſcientiæ, licet ſint quædam lumina, tamen ſunt obſcura. Quia ſicut dicit Hugo in prologo ſuper librum Angelicæ Hierarchiæ, Philoſophis, vel ſapientibus mundi datum eſt, veritates aliquas inuenire propter nos, quibus conſummatio ſeruabatur. Vnde inuenerunt veritatem illam, quam oportuit ſuſcipere filios vitæ, ad obſequium ſummæ veritatis. Illis labor appoſitus eſt, nobis autem fructus ſeruabuntur. Ipſi arcana ſapientiæ non nouerant, quia conditorium theſaurorum, ſcilicet incarnatum Ieſum, non nouerant, ſed naturali documento ſolo vtentes, lippienti acie lumen nubilum, et ambiguum adduxerunt, propterea errauerunt, et euanuerunt, cum

Donũ ſcientiæ, cauſat diẽ in anima tribus horis diſtinctam. — *Hug. lib. 1. in Ang. Hierar. cap. 1. ante med.*

cum mente tranſire vellent ea quæ eis conceſſa ſolæ fuerant noſſe. Etiam hæc ſcientia aſſimilatur autoræ, quæ eſt mane et initium diei. Autora enim eſt lux noua tenebris permixta, vt dicit Richardus. Sic et ſcientiæ humanæ tenebris permixtæ ſunt, donec donum ſcientiæ faciat nos circa eas iuſte ſentire, et rectè iudicare.

Rich. lib. 5. de contempl. cap. 9.

SECVNDO donum ſcientiæ extendens ſe ad lumen ſacræ Scripturæ, et ad credibilia, cauſat in anima horam meridianam diei ſpiritualis. Nam lumen horæ meridianæ clarius illuminat, et vehementius inflammat, vt patet ad ſenſum. Sic lumen ſacræ Scripturæ, ſuper omnes ſcientias mentem clarius illuminat, et vehementius inflammat. Vnde Gregorius dicit ſic: Quamuis omnem ſciẽtiam atque doctrinam, Scriptura ſacra ſine aliqua comparatione, tranſcendat, vt taceam quòd vera prædicat, quòd ad cæleſtem patriam vocat, quòd a terrenis deſiderijs ad ſuperna amplectenda cor legentis inuitat, quòd dictis obſcurioribus exercet fortes, & paruulis humili ſermone blanditur, quòd nec ſic clauſa eſt vt paueſci debeat, nec ſic patet, vt vileſcat, quòd vſu faſtidium tollit, et tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur, quòd legentis animum humilibus verbis adiuuat, ſublimibus, vero ſentẽtijs leuat, quòd aliquo modo cum legentibus creſcit, quòd ab auidis lectoribus quaſi recognoſcitur, et cum doctis ſemper noua reperitur. Vt ergo de rerum pondere taceam, ſcientias tamen omnes atque doctrinas, ipſo etiam locutionis ſuæ more traſcendit. Hæc ille. Sic ergo donum ſcientiæ per lumen ſacræ Scripturæ, animam illuminat et inflammat ad modum lucis meridianæ, vt dicatur de ea illud Iſaiæ: Sicut lux meridiana clara eſt.

Greg. li. 20. Moral. c. 1.

Iſa. 18. e

TARTIO donum ſcientiæ ſe extendens ad lumen ſcientiæ moralis, et ad agibilia, facit horam veſpertinam in die ſpirituali animæ, quæ eſt hora quietis, et terminus laboris: Exibit enim homo mane ad operationem ſuam, vſque ad veſperam, ait Pſalmiſta. ſic donum ſcientiæ notificans homini rectum iudicium circa credenda, et agenda, ipſum quietat, dum eum in veritate ſtabilitat. Sed et laborem minuit, et quaſi terminat, dum eum gaudenter operari facit, quia finis laboris quietem æternam ei pie oſtendit. Vnde Dionyſius dicit: Fides diuina eſt ſtabilis collocatio credentium, collocans eos in veritate, et confirmans in tranſmutabili identitate. *Sequitur*: Et credentem in veritate, teſte Scriptura, nihil moneat, a lætitia, quæ eſt ſecũdum veram fidem, ſed habeat in ea permanentiam immobilis identitatis. Et parum infra dicit. Ita igitur, principes, et duces noſtræ ſapientiæ, ſcilicet Apoſtoli, et eorum diſcipuli, pro veritate quotidie lætantur, et moriuntur, teſtificantibus omnibus verbo et opere veritatem, ſicut conueniens eſt. Et ſic veſpere, et mane dies tertius perficitur.

Pſal. 103. c

Dion. de di uin. nom. c. 7. cir. fin.

Quo modo per donum ſcientiæ menti conuiuium præparetur. Cap. III.

Quę fames et quis cib' animæ ſit.

Auguſt. de vita bea. di ſput. 1. diei ſe. 1.

Greg. lib. 1. Mor. c. 16.

TERTIO videndum eſt, quo modo per donum ſcientiæ, menti humanæ conuiuium præparatur in die ſuo, et de diuerſitate ferculorum illius. Circa quod ſciendum eſt, quòd Auguſtinus in libro de vita beata dicit, quòd ſicut ſcientia eſt cibus animæ, ita vitia ſunt fames animæ & ſterilitas. Et illa fames cauſat quoddam ieiunium ſpirituale in anima, quod donum ſcientiæ expellit ab anima. Vnde Gregorius in moralibus dicit: Scientia in die ſuo conuiuium facit, quia in ventre mentis, ignorantiæ ieiunium ſuperat. Ex quo patet, quòd ignorantia, et vitia cauſant in anima ieiunium ſpirituale, quæ quamuis ſit incorruptibilis, tamen multum debilitatur, eo quòd interius nullis veritatibus cibatur, et ex conſequenti nec appetitus veris bonis ſatiatur: quia incognita amare nõ poſſumus, ideo nec guſtare poſſumus, vt dicit Beda

A ſuper Lucam cap. 8. Igitur ſicut conſulit Auguſtinus in libro de vera religione: Omiſſis nugis theatricis, et poeticis, diuinarum ſcripturarum conſideratione et tractatione paſcamus animum atque potemus, vanæ curioſitatis fame ac ſiti feſſum, & æſtuantem & inanibus phantaſmatibus, tamquam pictis epulis, fruſtra refici, ſatiariq. cupientem, cum talia animam non ſatient.

Aug. li. de ver. Relig. c. 51. n. 1.

SECVNDO donum ſcientiæ prouocat animæ appetitum, per manifeſtationem dulciſſimarum veritatum. Nam ſicut dicit Auguſtinus ſuper Ioannem: Veritas panis eſt, et mentem reficit, nec tamen deficit.

Aug. tract. 41. in Ioā. non longe a prin. to. 9.

B Et quanto donum ſcientiæ dulces veritates magis manifeſtat, tanto appetitũ magis prouocat. Quia quanto alimenta ſpiritualia plus ſumuntur, tanto plus appetuntur, ait Gregorius. Alioquin, ſicut dicit Hugo libro de vanitate mundi, fruſtra in nobis diuinæ cognitionis abundantia creſcit, niſi in nobis diuinæ dilectionis flamma augeſcat. Sed dilectio ſiue charitas, eſt cibus dulciſſime reficiens mentem. Vnde Bernardus in libro de gradibus humilitatis dicit: Dulcis cibus et ſuauis eſt charitas, quæ feſſos alleuat, debiles roborat, mæſtos lætificat, iugũ denique veritatis facit ſuaue et onus leue in illo ſcilicet conuiuio mentali.

Bern. tract. de 12. gra. humil. & ſuperb. non lõge a prin.

C TERTIO donum ſcientiæ conuiuantes multipliciter reficit, per ferculorum diuerſorum delicioſam exhibitionem, quæ in ſciẽtia ſacræ Theologiæ occulta oſtendit, et conuiuantes illuminando guſtare facit, Vnde Gregorius in moralibus exponens illud Iob: Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues, dicit: Super omnipotentem delicijs affluere, eſt in amore illius ſacræ Scripturæ epulis ſatiari. In quibus nimirũ tot delicias inuenimus, quot ad profectum noſtrum intelligentiæ diuerſitates accipimus: vt modo nos nuda paſcat hiſtoria: modo ſub textu litteræ velata nos reficiat medullitus, allegoria: modo ad altiora ſuſ-

Greg. li. 16. Mor. cap. 9. in prin.

D pendat contemplatio anagogiæ, in præſentis vitæ tenebris, iam de lumine æternitatis intermicans. In his verbis Gregorius innuit, triplicem menſam eſſe ſacræ Scripturæ, in quibus animæ ſtudioſæ mediante dono ſcientiæ, diuerſimode et dulciter reficiuntur. Prima eſt menſa hiſtoriæ. Secunda eſt menſa allegoriæ. Tertia eſt anagogiæ. In menſa hiſtorie, ſimplices cibantur ferculis groſſioribus. In menſa allegoriæ, cibantur doctores ferculis ſubtilioribus. In menſa anagogiæ, perfectiores cibantur ferculis dulcioribus. In menſa hiſtoriæ, ſimplices cibantur ferculis groſſioribus, fidem roborantibus, dum ſimplices legunt in

E ſacra Scriptura, quòd aqua in vinum mutatur, Lazarus ſuſcitatur, leproſus mundatur, cæcus illuminatur, et huiuſmodi. Tunc turba ſimplicium paſcitur, quando fides exemplis roboratur. Vnde Alexander Nechan, ſuper Cantica dicit: Ecce nobis recumbentibus ad menſam ſacræ Scripturæ, proponuntur poma miræ fragrantiæ. Arbor ſiquidem propaginis, cuius radix erat protoplaſtus, decorata multitudine ramorum, qui ſurſum tenduntur protulit poma, ideſt exempla comeſtibilis et commendabilis ſaporis, per quæ intellige bona opera, ſeu prophetarum vaticinia, quorum delicioſo odore, ſancta Mater Eccleſia

Alc. Nech. ſup. Cant. cap. 5.

F quotidie recreatur. Hæc ille. In menſa ſecunda allegoriæ, reficiuntur ſubtiliores, vt doctores, et ſimiles, ſubtilioribus et dulcioribus ferculis, dum eis panis verus de cælo promittitur, et datur, habens in ſe omne delectamentum, et omnem ſaporem ſuauitatis. Ex cuius manducatione reſurrectio nobis promittitur, vita æterna ſperatur, ianua cæleſtis aperitur, menſa æternæ refectionis præparatur, corpus Chriſti hic vere manducatur, in quo nobis diuinitas propinatur. Vnde Hugo in primo capite ſuper librum Angelicæ Hierarchiæ dicit carnem aſſumptam Ieſus nobis in edulium propoſuit, vt per cibum carnis, ad guſtum inuitaret diuinitatis. Ex his autem confortatur anima, et ſurgit in ſpem viuam. De qua ſpe Gregorius

Ioan. 6. d

Sap. 16. e

Hug. in 1. c. Ang. Hierar. lib. 2. poſt med.

in mora-

[*Greg. lib. 6. Mor. c. 13. verſ. fin.*] in moralibus dicit: Spes in æternitate animum erigit, et idcirco nulla exterius aduerſa, quæ tolerat, ſentit, quod non eſt modica refectio mentis. In menſa tertia, ſcilicet anagogiæ, ſpiritales et perfectiores paſcuntur, ferculis dulciſſimis, et ſapidiſſimis. Cuius ratio [*Hug. lib. 6. ſuper Ang. Hierar.*] poteſt eſſe talis: Anagogia, vt dicit Hugo, eſt aſcenſio, ſiue eleuatio mentis in contemplationem ſupernorum. Ideo aſcendendo tranſcendit narrationem menſæ hiſtoricæ, ſed contemplando tranſit vltra velamina menſæ allegoricæ. Plena autem eleuatio, et pura contemplatio, in mente miram, et dulcem [*Greg. in Ezec. ho. 14. poſt med.*] generat delectationem, et refectionem. Vnde Gregorius dicit ſic: Contemplatio amabilis, et mirabilis valde dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animam rapit, ideſt cæleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui oſtendit, ſpiritualia oculis mentis patefacit, corporalia abſcondit, vt talis contemplatrix dicat illud Cantici: Ego dormio, et cor meum vigilat. [*Cant. 5. a*] *Sequitur*: Vigilanti etenim corde dormit, per hoc quòd interius contemplando proficit, et ab inquieto opere foris quieſcit. *Sequitur*: Neque adhuc omnipotens Deus in ſua claritate conſpicitur, ſed quædam ab illa anima ſpeculantur, vnde refecta proficiat, et poſt ad viſionis gloriam pertingat. Hæc ille. Quare contemplatrix anima deſiderans claram dilecti viſionem, et plenam refectionem, confortata petit iam trahi de iſtis menſis ad illam glorioſam menſam, & [*Cant. 1. b*] epulationem cæleſtis conuiuij, dicens illud: Indica mihi quem diligit, anima mea, vbi paſcas, vbi cubes [*Ber. ſer. 33 in Cant. ante med.*] in meridie. Bernadus exponens hæc verba dicit ſic: Primo aduerte, quàm eleganter ſponſa amorem ſpiritus ab amore carnis diſcernat affectu, dum dilectum exprimere magis iam volens affectione, quàm nomine, non ſimpliciter dicit, quem diligo, ſed inquit, quem diligit anima mea, ſpiritualem deſignans, amorem non carnalem. Indica mihi igitur, vbi paſcas, *et cætera*. Antequam adimplebis me lætitia cum vultu tuo, vultum tuum requiro vultus autem tuus vera meridies eſt. Hæc ille. Hic meridies anagogiæ clarior eſt in ſplendore, et feruentior in calore. In ſplendore clarior, dum pater per verbum infiniti ſplendoris ſe perfecte manifeſtat. Et in calore feruentior dum per amorem ſuum ſpiratum, qui eſt infiniti ardoris ſiue charitatis, ſe ad guſtandum, amplexandum, et habendum liberaliſſime in anagogia communicat. Sed Bernardus ibidem dicit: Verumtamen quantumlibet, hic meridies viæ incaleſcat, et radios ſuos multiplicet, per omnia mortalis huius vitæ curricula, ſitq. nobiſcum vſque ad conſummationem ſæculi, non tamen ad lumen perueniet meridianum patriæ, Nam hic paſtus ſed non ad ſaturitatem: nec cubare licet, ſed vigilare oportet, propter timores nocturnos: nec hic clara lux nec plena refectio, nec tuta manſio. Igitur indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in vera meridie, ſcilicet in claritate lucis, et feruore charitatis tuæ infinitæ. Hæc ille. De hac meridie dicit Bernardus ibidem, quod admirando exclamat, dicens: O vera meridies plenitudo feruoris et lucis, ſolis ſtatio, vmbrarum exterminatio, paludum deſiccatio, fœtorum depulſio. O perenne ſolſtitium, quando iam non inclinabitur dies. O lumen meridianum. O vernalis temperies. O æſtiua venuſtas. O autumnalis vbertas. O quies et feriatio hiemalis. Hunc locum, inquit, tantæ claritatis, et pacis, & plenitudinis, indica mihi, vt ego te in lumine tuo per mentis exceſſum merear contemplari, paſcentem vberius, quieſcentem ſecurius. Hæc eſt menſa veri Salomonis, in qua Regina Saba vltra [*3. Reg. 10.*] non habuit ſpiritum humanum, tota abſorpta in ſpiritu diuino.

A *De menſa diuinæ Scripturæ ſiue ſcientiæ, et de ferculis, quæ in ea apponuntur.* *Cap. IV.*

DE hac menſa diuinæ Scripturæ ſiue ſcientiæ Hugo loquens, dicit idem, ſed per alia verba, quæ [*Hug. lib. 3 de clauſtr animæ c. 8 in prin.*] forte magis ſapiunt. Vnde dicit ſic: Sicut homo exterior in refectorio materiali ad horam cibo potuq. reficitur, ſic homo interior in refectorio ſanctæ meditationis diuerſorum exemplorum ferculis ſaginatur et vino compunctionis potatur. *Sequitur*: In

B hoc ergo refectorio tres ponuntur menſæ, ideſt tres intellectus diuinæ Scripturæ, videlicet menſa hiſtorialis, myſterialis, et moralis. Prima menſa ponitur ſimplicibus, ſecunda doctoribus, tertia vtriſque communiter. In prima, ponitur cibus groſſior. In ſecunda, cibus ſubtilior. In tertia, cibus dulcior. Prima ſaporem continet exemplorum. Secunda continet dilectionem myſteriorum. Tertia dulcedinem morum. In prima Chriſtus panem fregit. In ſecunda, figuris miniſtrat vinum. In tertia, docet verum. In prima, paſcit miraculis. In ſecunda, figuris. In tertia, verbis. Refectio miraculorum corroborat fidem. Impletio figurarum confortat ſpem, Doctrina

C morum adauget charitatem. Cum enim mortui ſuſcitantur, leproſi mundantur, cæci illuminantur, tunc ſimpliciorum turba paſcitur. Sed fides inde ſuccreſcit, dum Deus hoc feciſſe creditur. Dum vero reſurrectio Chriſti creditur, tunc noſtra reſurrectio ſperatur. Dum ſemen ſeminantis quibus terris congruat aſſignatur, quid aliud ſit, quam quòd in mentibus hominum, verbi Dei amor ordinatur? Ponuntur itaque menſæ, ponuntur et panes. Ad primam menſam [*Leui. 7 a b*] Moyſes offert panem conſperſum, tamquam cibum groſſiorem. Oleo deuotionis conſperſum in ſuperficie: quia lex nullum ad perfectum duxit. Dabatur ta- [*Heb. 7. c*]

D men populo Dei exeunti de Ægypto ille panis, ad aliqualem deuotionem, eius et alleuiationem. Ad ſecundam menſam, Ruth, obtulit panem intinctum in aceto [*Ruth. 2. c*] Dominicæ paſſionis. Qui habet virtutem patienter ſuſtinendi omnia aduerſa. Vnde Auguſtinus in [*Auguſt. lib. de conflic. virt. & vitior. cap. 6. in prin.*] libro de conflictu vitiorum, et virtutum dicit: Si paſſio Redemptoris noſtri ad memoriam reducatur, nihil tam durum, quod non æquo animo toleretur: parua enim omnia reputamus, ſi ſuæ paſſioni comparemus, quæ patimur. Simile dicit Iſidorus de ſummo bono. Ad tertiam menſam, ſcilicet anagogiæ; [*Iſid. lib. de contemptu mūdi c. de patiētia in aduerſit.*] Chriſtus dat panem ſuperſubſtantialē, ſeipſum in cor-

E pore et ſanguine ſuo, vt ſicut dicit Hugo, per cibū carnis, inuitet ad guſtum diuinitatis, vt homo manducet panem Angelorum omne delectamentum, in ſe [*Ioan. 6. d*] habentem, et omnis ſaporis ſuauitatem. Ideo maxi- [*Sap. 16. c*] me reficit. Vnde Vercellenſis ſuper Cantica dicit: [*Hug. ſuper c. Ang. Hierarch.*] Nihil eſt, quòd ita gratam mentibus præſtet refectionem ſicut panis ſuperſubſtantialis, ideſt Euchariſtiæ. Et ſic conuiuantes in prima menſa, ad exeundum de Ægypto alleuiantur. In ſecunda menſa, ad ſuſtinendum patienter pericula viæ animantur. In tertia menſa, conuiuantes ſic reficiuntur, vt in æternum non moriantur. Poſt appoſitionē panum, ponuntur di-

F uerſa genera pulmentorum. Nam tres pueri afferunt [*Daniel 1. c*] legumina. Paulus infirmus miniſtrat olera. Moy- [*Rom. 14. a*] ſes affert diuerſa ferculorum genera, mel ſcilicet de [*Deut. 32. b*] petra, oleumq. de ſaxis duriſſimis, butyrum de armento, et lac de ouibus, cum adipe agnorum et arietum filiorum Baſan, et hircos cum medulla tritici, et ſanguinem vuæ biberent meraciſſimum. Poſt appoſitionem pulmentorū, ponuntur diuerſa fercula carnium. [*Gen. 4. a*] Nam Abel offert agnum. Abraam arietem, Ioſue, [*Gen. 22. c*] vaccam. Moyſes volatilia pennata, et rex Euangeli- [*Ioſ. 8. f*] cus altilia occiſa, per quæ ſignantur patres noui teſta- [*Pſal. 77. c*] menti. Quidam dum gratiā pinguedinis internæ dul- [*Mat. 22. a*] cedinis percipiunt, a terrenis deſiderijs, ad ſublimia contemplationis ſuæ penna ſubleuantur, ait Gregorius, Poſt appoſitionem carnium, ponuntur diuerſa fercula

Ioan. vlt. a fercula piſciū. Nam Apoſtoli afferant piſces de mari. *Tob. 6. a* Tobias affert piſces de fluuio. Piſces de ſtagno in Le- *Leuit. 11. b* nitico. vbi dicitur: Omne quod habet pinnulas et ſquā mas, tam in mari quá in fluminibus, et ſtagnis comedetis. *Gloſſ. in Leuit. 11. ex Greg. lib. 1. Mor. ca. 8.* Vbi dicit Gregorius in Gloſſa Piſces, qui habent pinnulas, ſolent ſaltare ſuper aquas, et ſignant animas, quæ eleuátur vltra illa fluxibilia per coutéplationem, et etiam aliqui ſunt in actiua vita, et illi ſunt comedendi, et Eccleſiæ incorporandi, vel traijciendi, quia ſunt mundi. Sed Hugo dicit: Piſces de mari ſunt ſæculares, qui ſunt adhuc in hoc mari magno. Piſces vero de flumine, ſunt doctores, qui fluunt ſcientia ad alios inquieti. ſed piſces de ſtagno ſunt clauſtrales quieti, qui omnes in flumine baptiſmi mundati ſunt, et ideo comedendi ſunt, id eſt in corpus Eccleſiæ traijciendi ſunt. Cum prædictis ferculis, donum ſcientiæ tot vina miniſtrat potanda, quot propoſuit fercula reficientia. Et huius ratio eſt, quia donū ſcientiæ vt eſt donum Spiritus ſancti, illuminat ad veritates ſacræ Scripturæ cognoſcendas, et ad cognitas diligendas. Cognitio autem cibat, ſed dilectio potat.

Greg. li. 16. Mora. ca. 9. in prin. Cognitio cibat multipliciter. Quia ſicut dicit Gregorius in Moralibus: In Scripturæ ſacræ verbis, tot delicias inuenimus, quot ad profectum noſtrum intelligentiæ diuerſitates accipimus. Sed ſicut in nobis creſcit cognitio, ita in nobis debet augeri, et dilectio. Alioquin ſicut Hugo dicit, in libro de vanitate mundi, fruſtra in nobis diuinæ cognitionis abundantia creſcit, niſi in nobis diuinæ dilectionis flamma augeſcat, quæ animos inebriat, et paſcit. Hic eſt notandum, *Greg. lib. 1. Mor. ca. 8. cir. med.* quòd ſicut dicit Gregorius in Moralibus, Scriptura ſacra aliquando nobis cibus eſt, aliquando potus eſt. Cibus eſt in locis obſcurioribus, quæ quaſi exponendo frangitur, et maſticando glutitur. Potus vero eſt Scriptura in locis apertioribus, qui ita abſorbetur ſicut inuenitur. Ex his patet, quòd in iſto cóuiuio non ſufficiunt vina præcipua Aſſueri, nec vina condita ſponſæ, nec vina mera Pſalmiſtæ, *et cet.* ſed quod erūt fercula, tot erunt in conuiuio illo vina. Quia ſicut dicit Origenes ſuper Cantica: Non eſt plena refectio, nec omnimoda refectionis delectatio, niſi cum cibo potus iungitur. Hæc ille. De iſta refectione ſpirituali ſiue conuiuio Richardus de ſancto Victore dicit. O qualis refectio, vbi dapifer eſt Chriſtus, pincerna vero Spiritus ſanctus. Chriſtus enim miniſtrat *Pſal. 147. b* in cibo. Vnde Dauid: Mittit Cryſtallum ſuam ſicut bucellas. Spiritus ſanctus miniſtrat in potu. Vnde Dauid ibidem dicit: Flabit ſpiritus eius, et fluent aquæ viuæ, quia viuificant. Hæc ille. Ratio huius ap- *Aug. lib. 9. de Trin. ca. 10. to. 3.* propriationis poteſt eſſe talis. Auguſtinus de Trinitate dicit, quod verbum perfectum eſt notitia cum amore. Cum igitur verbum æternum ſit notitia manifeſtans patrem, et cum hoc notificet omnem veri- *Ioan. 1. a* tatem, illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum. Veritas autem eſt dulcis refectio *Idē tract. 41. in Ioā. to. 9.* mentium, vt dicit Auguſtinus ſuper Ioannem. Patet, quòd refectio appropriatur filio. Sed cum in notitia ſit amor, qui appropriatur Spiritui ſancto, et amor ſit vinum ſpirituale, potans, et reficiens et inebrians mentem; patet, quod potare vino ſpirituali et inebriare, appropriatur Spiritui ſancto. Quod autem amor ſiue charitas, ſit quoddam optimum vinū ſpiri- *Hug. lib. 4. de Arca morali. c. 8.* tuale oſtendit Hugo de Arca Noe, vbi dicit: Charitas ſiue amor ſimilis eſt vino, quia habet effectus vini. Vinum namque eos, quos inebriauerit, reddit hilares, audaces, fortes, obliuioſos, et quodam modo inſenſibiles: ſic charitas ſiue amor mundádo conſcien- *Pſal. 103. b* tiam mentem exhilarat ſecundū Pſalmiſtam. Deinde audacē reddit, quando per munditiā conſcientiæ fidu- *Prou. 28. a* ciā præſtat. Deinde vires auget, quia ſicut teſtatur Scriptura, Fortis eſt vt leo, qui confidit in Domino. Obliuionem quoque generat, quia dum totā intentionē ad deſideriū æternorum trahit, omnium tranſeuntiū memoriā ab anima funditus euellit, et inſenſibilē reddit:

A quia dum mentem per internam dulcedinem medullitus replet, quidquid exterius amari infertur, contemnit, quaſi non ſentiat. Hæc ille. De hac ebrietate, dono ſeptimo, cap. 7. Supra poſita exempla nemo contemnat, quia donum ſcientiæ in omnibus ſenſibilibus diuinos radios lucere manifeſtat. Vnde Diony- *Dionyſ. in epi. ad Timot.* ſius dicit: Non ſolum ſenſibilia ſigna ſcripturarum, ſed et totus iſte mundus ſenſibilis, ſecundum quamlibet ſui partem, eſt quaſi propoſitio ſignans diuina inuiſibilia, iuxta illud: Inuiſibilia Dei, *et cet.* Hi au- *Rom. 1. c* tem radij non reuelantur immundis, ſed ſolum amatoribus ſanctitatis, qui ſtudendo veræ ſapientiæ in B ſanctis ſignis rerum materialium, abolita omni inepta et phantaſtica expoſitione, per intelligentiam puræ veritatis, et amorem veræ bonitatis, per donum ſcientiæ tranſeunt ad contemplationem ſimplicis, et puræ veritatis. Ad quam nos perducat, qui eſt Deus benedictus in æternum. Amen. Hæc ille.

DE DONO FORTITVDINIS.

Quæ fortitudo donum Spiritus ſancti dicatur.

C *Cap. I.*

QVARTVM donum Spiritus ſancti, eſt donum fortitudinis, quod immediate ſequitur donum ſcientiæ. Quod Anſelmus oſtendit in libro de ſimili- *Anſel. li. de ſimilitud. c. 130.* tudinibus, dicens: Spiritus ſanctus donum fortitudinis ſuperimponit dono ſcientiæ. Cuius ratio eſt: Dum enim mens pauida timens, atque donum pietatis compatiens, et iam quid agere debeat dono ſcientiæ ſciens, oportet vt dono Spiritus ſancti ſit fortis, ad operandum quæ D dicit, et quibus ſe ſaluari poſſe confidat. Quia ſicut dicit Hugo ſuper Angelicā Hierarchiam, perfectum *Hug. in 7. Ang. Hier.* non facit agnitio, ſeu cognitio veritatis in mente, niſi ſubſequatur habitus veritatis in operatione. Et veritas dicit: Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis. *Ioan. 13. b* Ideo fortitudinis donum ſequitur donum ſcientiæ. Circa hoc donum fortitudinis ſunt notanda tria. Primo quæ fortitudo donum Spiritus ſancti dicatur. Secundo qualiter per hoc donum, dies ſpiritualis in *Duplex eſt fortitudo.* anima oriatur. Tertio quale conuiuium, per hoc donum animæ præparetur.

CIRCA primum ſciendum, quòd duplex eſt for- E titudo, vna quæ eſt virtus, alia quæ eſt donum Spiritus ſancti. De fortitudine quæ eſt virtus, multa dicit *Ariſt. lib. 3. Eth. cap. 8. & 9.* philoſophus in Ethicis, inter quæ dicit, quòd fortis eſt qui non timet terribilia, & ſuſtinet vt oportet boni gratia. Et Paulinus in epiſtola ad Hieronymum dicit: Qui vere fortis eſt nec temere audet, nec inconſulte timet. Et hæc fortitudo ſe habet reſpectu ardui, et mali pœnæ, ſecundum dictamen naturalium principiorum. Et tali fortitudine ſuſtinet homo pericula et læſiones propter bonum virtutis. Vnde Auguſti- *Aug. lib. 5. de Ciu. Dei cap. 17.* nus narrat, quòd multi vtilitatem reipublicæ, propriæ vitæ præponebant. Et Tullius de officijs dicit quòd F duo erant præcepta Platonis, volentibus reipublicæ prodeſſe. Primum vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quæcumque agunt ad eam referant, obliti commodorum ſuorum. Secundum præceptum fuit vt totum corpus reipublicę curent principaliter, ne dum aliquam partem tueantur, reliquas deſerant, et ideo hæc fortitudo ordinat hominem ad finem, qui eſt infra limites naturæ, vt patet. Eſt alia fortitudo, quæ *Quæ fortitudo eſt donum Spiritus ſancti.* eſt donū Spiritus ſancti, quæ ſe habet reſpectu illius pœnæ ſecundum dictamen ſupernaturalium principiorum legis æternæ, ſequendo Spiritus ſancti ſpecialem inſpirationem, vel inſtinctum, quo mouentur aliqui ad vltro ſe offerendum ad ſuſtinentiam pœnæ prædictæ. Ex quo patet quòd donum fortitudinis,

nis, eſt habitus exiſtens ſicut in ſubiecto in voluntate inquantum negotiatur circa ardua, quo voluntas habilitatur ad volendum mortem ſuſtinere, pro defenſione ſeu pro motione veritatis fidei vel morum, ſecundum dictamen legis æternæ, ſequendo Spiritus ſancti motiuam inſpirationem. Ex conſequenti tamen, per ipſum donum fortitudinis, bene ſe habet voluntas reſpectu cuiuſlibet alterius arduæ pœnæ, et melius quàm per aliquam moralem veritatem. Et ideo per iſtam fortitudinem, ſancti fecerunt opera fortitudinis ſuper humano modo, ſuſtinendo talia cum gaudio et exultatione, vt patet in Apoſtolorum actis, vbi dicitur. Ibant Apoſtoli gaudentes, *et cet.* Et iſta fortitudo ordinat, et diſponit ad finem ſupernaturalem. De hac fortitudine dicit Gregorius in quadam homilia ſic: Fortes facti ſunt ſancti, tortores domant, ſpiritum roborant, virtutibus coruſcant, terrena deſpiciunt, cæleſtia appetunt, occidi poſſunt, flecti autem nequeunt: nec ſuſtinere flagella per infirmitatem metuunt, nec læſi vmquam a veritate conticeſcunt. Hæc etiam fortitudo, inſtigationes ad malum fortiter retundit, et repellit, ſicut dicit Auguſtinus ſuper Marcum, et Gregorius in homilia: Apoſtoli mundi huius poteſtatibus contraire non præſumerent, niſi eos ſancti ſpiritus fortitudo ſolidaſſet, exemplificando de Petro, qui magna auctoritate reſpondit, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, iam Spiritu ſancto confortatus.

Act. 5. g

Greg. hom. 27. in Euã. cir. med.

Idem hom. 30. in Euã. poſt med.

Qualiter per hoc donum dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. II.

SECVNDO videndũ eſt, qualiter per donum fortitudinis dies ſpiritualis in mente humana oriatur. De quo ſciendum eſt, quòd cum iſto dono ſicut cum alijs donis prædictis, Spiritus ſanctus ſit et habeatur, qui ad modum ignis illuminat, et inflammat vt dictum eſt: ideo animam, quam inhabitat illuminat, dum impetum iraſcibilis, et concupiſcibilis, et aliarum paſſionum obumbrantium conuiuium animæ fortiter reprimit, et tenebras vitiorum viriliter expellit, et ornatum virtutum omnium cuſtodit, et omnes partes mentis confractis vectibus diuino ſoli patẽter aperit, et dicit: Eleuamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ, fortis, et potens in prælio. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De hac fortitudine dicit Ambroſius de officijs: Non mediocris virtus animi eſt fortitudo, quæ ſola defendit ornamenta virtutum omnium, et iuſtitiam cuſtodit, et quæ implacabili prælio aduerſus omnia vitia decertat. Inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, auaritiam fugat tamquam labem quandam, quæ virtutem effeminat, et ſic mentem obtenebrat. Sed neceſſe eſt videre, quæ ſint portæ animæ, per quas diuini radij animam ingrediuntur, et qualiter per donum fortitudinis aperiantur.

Pſal. 23. b

Ioan. 1. a

Amb. lib. 1. de off. cap. 39. to. 4.

DE primo notandum eſt, quòd tres portæ mentis ſunt tres potentiæ, ſcilicet memoria, intelligentia, et voluntas, ſecundum quas homo ad imaginem et ſimilitudinem Dei creatus eſt, quæ potentiæ conuenienter dicũtur portæ æternales, quia æternitatis ſunt capaces, eo quòd imago Dei in eis conſiſtit, vt dicit Auguſtinus de Trinitate. Has portas Spiritus ſanctus per donum fortitudinis aperit, dum eas per fortes conatus ad æterna cõuertit, iam a temporalibus aliqualiter eleuatas. Vnde appropriate loquendo ſecundum appropriationem Auguſtini de Trinitate. Primo per donum fortitudinis, porta memorialis aperitur patri æterno, dum forti conatu a tẽporalibus abſtractam, et eleuatam, et diuinis beneficijs gratificatam, tu patre incipit iam delectari, et gratias agere de filij conſubſtantialis datione, et de Spiritus ſancti miſſione, et de omnibus alijs beneficijs, vt dicat illud Pſalmi: Memor fui Dei, et delectatus ſum. Quod exponens

Tres animę potentię, ſũt tres portę mentis.

Aug. lib. 9. de Trin. & ſeq. to. 3.

Pſal. 76. a

A nens Gregorius ſuper Iob dicit: Qui de temporalium amiſſione non lugeo, de temporalium abundantia conſolari non poſſum, quaſi de vmbra: ſed cum memor fui Dei delectatus ſum, quia auctoris mei, quem adhuc videre non valeo ſola, memoria delectat, quod ſine lumine eſſe non poterat. *Sequitur*: Exercitatus ſum, continua meditationis meæ apertione diuino ſoli: & defecit ſpiritus meus, ſcilicet ſuperbiæ tenebrantis, & cæcantis: et diuinus illuxit. Quia quanto Spiritus ſancti virtus in nobis fortificatur, et proficit, tãto noſter ſpiritus deficit. Et tunc in Deo plene proficimus, cũ a nobis plene defecerimus, ait Gregorius.

Greg. li. 28 Mor. c. 24.

Idem li. 22 Mor. ca. 14.

B SECVNDO per donum fortitudinis, porta intellectualis aperitur verbo æterno ſiue filio, dum eam forti conatu a clamore, et ſolicitudine temporalium conſtrictam abſtrahit, et ad auditionem Verbi Dei conuertit. & inſtructionem, et fidei eius receptionẽ, & præceptorum eius obſeruationem. Quia ſicut dicit Auguſtinus. Sapientia quæ eſt Filius Dei, non ceſſat loqui occulta inſpiratione ad intellectualem creaturam, vt ad ſe conuertatur, et ſic ſaluetur. Et valde neceſſe eſt, vt ſe homo ad lumen ſapientiæ conuertat: quia ſicut dicit Auguſtinus de libero arbitrio, Auertentes ſe a lumine, ad vmbram carnalitatis, continue C obtenebrantur, intantum quòd non poſſunt videre etiam quod ſumme bonum eſt, & malum reputant, quod etiam in ſe bonum eſt. Sicut ergo iſti obtenebrantur & ſunt in nocte, ita illi illuminantur & in die ſunt. Quia Sol refulget in clypeos aureos, ideſt in puros animos, et ideo fortitudo gentium cæcarum, ideſt irrationalium vitium, diſſipata eſt.

Aug. ſuper Gen. ad litteram. li. 1. ca. 5. to. 3.

Idem. li. 2. de lib. arb. c. 16. cir. ſi. to. eod.

1. Mac. 6. e

TERTIO per donum fortitudinis, porta voluntatis aperitur Spiritui ſancto, ideſt amatori æterno: quia ſicut dicit Auguſtinus libro de Moribus Eccleſiæ, Fortitudo eſt amor omnia propter Deum facile perferens. Ille ergo fortis amor aperit voluntatem D Spiritui ſancto, dum eam omnem carnalitatem fortiter vincere facit, ita vt etiam ſeipſum contemnat, & omnes delectationes huius vitæ fortiter extinguat. Ex tunc enim nihil reſiſtit Spiritui ſancto. Vnde Gregorius in Moralibus dicit ſic: Iuſtorum fortitudo eſt, carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationes vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmijs amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum ſuperare. Confractis igitur iſtis vectibus ferreis voluntatis, & amoris per donum fortitudinis, æternus ſol ingrediens, & tripliciter exurens montes mentis, igneos E radios exſufflat. Sol iſte diuinus tripliciter exurit montes, ſecundum tres horas diei fortitudinis, ſcilicet mane meridie, et veſpere: quæ accipiuntur ſecundum tres gradus fortitudinis. Primo enim donum fortitudinis facit mane diei ſpiritualis, quando ſe extendit ad gradum fortitudinis politicæ. Politica autẽ fortitudo, vt dicit Macrobius de ſomno Scipionis, eſt mentem ſupra metum periculi erigere, et nihil niſi turpia formidare. Quod vtique perfectius facit fortitudo vt donũ eſt, vt patet ex Actibus in Apoſtolis, vbi dicitur, quòd gaudentes ibant a conſpectu concilij. Gaudium autem cauſat ſerenitatem mẽtis, ideſt F lucem. De hoc poteſt exponi illud Pſalmi: Mane aſtabo tibi, *et cet.* Secundo donum fortitudinis facit meridiem diei ſpiritualis, quando ſe extendit ad gradum fortitudinis, prout eſt virtus purgatoria. Fortitudo autem purgatoria, vt dicit Macrobius ibidem, eſt animam non terreri corpore patiente. Quod vtique perfectius facit fortitudo vt donum ẽſt, vt patet per ſanctum Andream, qui toto corde gaudens deſiderabat pœnam crucis. Et Agatha quaſi ad epulas inuitata, *et cet.* Hi cum ſponſa, deſiderabant, Chriſtum ſequi ad cubitum crucis in meridie, ideſt in feruore charitatis. Tertio donum fortitudinis facit horam veſpertinam diei ſpiritualis, quando ſe extendit ad gradum fortitudinis, prout eſt purgati animi virtus.

Augu. de Mor. Eccl. c. 15. to. 1.

Greg. lib. 7. Mor. ca. 8. in prin.

Eccli. 43. a

Tres ſunt gradus fortitudinis.

Macr. li. in ſom. Scip. cap. 8.

Act. 5. g

Pſal. 5. a

Cant. 1. b

Fortitudo autem purgati animi, vt dicit Macrobius ibidem, eſt paſſiones non vincere, ſed omnino ignorare. Quòd vtique perfectius facit fortitudo, vt donum eſt, vt patet in illis, qui poſſunt dicere cum beato
Iob 17. b Iob: Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. quod oſtendit fortitudinis conſummatio-
Gen. 1. c nem. Factum eſt, igitur veſpere et mane dies quartus.

Quale conuiuium per hoc donum animæ præparetur. Cap. III.

TERTIO videndum eſt, quo modo donum fortitudinis mêti humanæ in die ſuo conuiuium ſpirituale præparet, et conuiuantes diſponat ad omnem
Greg. lib. 1. veritatem. De quo notandum eſt, quòd ſicut Grego-
Mora. c. 16. rius in Moralibus dicit, fortitudo in die ſuo conuiuium facit, dum aduerſa non metuit, trepidanti menti cibos confidentiæ apponit. Neceſſitatem huius refectionis oſtendit Gloſſa ſuper Matthæũ, quæ videtur accepta de libro Auguſtini de ſermone Domini in monte, vbi dicitur: Quia nondum Dei viſione fruimur, cibus in via eſt nobis neceſſarius, vt quandoque ad patriam veniamus, et ideo panẽ petimus, ad quem nemo peruenit ſine Spiritu ſancto in dono fortitudinis, quia vbi fortitudo, ibi eſt eſuries iuſtitiæ. Æternus enim cibus animæ plenitudo eſt iuſtitiæ: et quotidianus, cũ quotidie illam eſurientes implemus. Hæc ille. Igitur videmus, qualiter donum fortitudinis in mentali conuiuio operetur, et reficiat vires conuiuantes. De quo ſciendum eſt, quòd ſicut dicit Tullius primo libro rethoricæ, Fortitudinis vt eſt virtus humana, quatuor ſunt partes, ſcilicet fidentia, magnificentia patientia, et perſeuerantia. Fidentia ſiue fiducia,
Fortitudinis quatuor partes conuiuantes de conuiuio inchoato, vſque in finem, certa ſpe aſſecurat. Magnificentia vero, in conuiuio vt decet adminiſtrat. Perſeuerantia conuiuantes ad ſtabilem manſionem inuitat. Patientia autem conuiuantes confortat et quietat.

Fidentia. FIDENTIA igitur vt eſt virtus humana conuiuantes de conuiuio hic aſſecurat, hic inchoat amicabiliter, et de fine conſummando, hic temporaliter, & delectabiliter aſſecurat. Vnde Tullius vbi ſupra dicit: Fidentia eſt certa ſpes animi, perducendi in finẽ rem inchoatam. Sed fidentia, vt eſt ex dono fortitudinis, quod eſt donum Spiritus ſancti, conuiuantes de conuiuio temporaliter inchoato, aſſecurat de fine conſummando feliciter, et poſſidendo æternaliter. De
1. Pet. 1. a hac fidentia Petrus dicit: Benedictus Deus et Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam, regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, incontaminatã, & immarceſſibilem, conſeruatam in cælis, *et cet.* Hæc fidentia
Prou. 15. b conuiuantes dulciter reficit, quia ſecura mẽs eſt quaſi iuge conuiuium. Hæc confidentia expellit a conui-
Pſal. 124. a uantibus omnem diffidentiam, Pſalmus: Qui confidunt in Domino ſicut mons, *et cetera*.

MAGNIFICENTIA vero, vt eſt virtus humana, in conuiuio magnifice miniſtrat, et ſplendide, vt decet. Vnde Tullius dicit ibidem. Ma-
Magnificentia. gnificentia eſt magnarum rerum ſplendida adminiſtratio. Sed Magnificentia, vt eſt ex dono fortitudinis, conuiuantes magnifice ditat, et conſolatur,
Pſal. 125. a & exaltat. Vnde Pſalmiſta dicit: Magnificauit Domi-
Greg. lib. 8. nus facere nobiſcum, facti ſumus lætantes. Grego-
Mor. ca. 7. rius in Moralibus dicit: Deus hominem magnificat, quia largitate rationis ditat, quia infuſione gratiæ vegetat, quia honore collatæ virtutis exaltat. Quibus anima maxime reficitur: quia magno animo & rationali nihil eſt magnum, nec ſatiat eum niſi ſolus Deus, qui eſt immenſus. Vnde Macrobius dicit: Nihil eſt magnum præter animum magnũ, nec tibi magno aliquid eſt magnum. Hæc igitur virtus, quæ ho-
A minem ſic magnificat, excludit vitium oppoſitũ, ſcilicet paruificentiam, quod a magnificentia debita et recta facit deficere. Vnde opes et ſumptus conuiuij, non poſſunt menſurari: quod in tam excellenti, & ſolemni conuiuio fieri non licet.

PATIENTIA autem conuiuantes confortat, vt eſt Patientia.
virtus humana, ne propter difficultatem imminẽtium periculorum huius vitæ frangantur. Vnde Tullius ibidem dicit: Patientia eſt cauſa honeſtatis, ac vtilitatis, arduarum rerum voluntaria ac diuturna perpeſſio. Sed patientia vt eſt ex dono fortitudinis, conuiuantes non ſolum facit aduerſa voluntarie ſufferre, ſed
B et vt victores ſine murmure gaudenter pertranſire, vt Apoc. 5. b
Apoſtoli faciebant. Vnde Caſſiodorus ſuper Pſalmos
dicit: Patientia vincit aduerſa, non colluctando, ſed Caſſ. in Pſa.
ſufferendo, non murmurando, ſed gratias agendo. 32.
Ipſa eſt quæ fæces totius voluptatis abſtergit, ipſa eſt quæ limpidas animas Deo reddit. Hæc virtus expellit vitia oppoſita a conuiuio, quæ tranquillas mentes confundunt, vt impatientiam, diſcordiam, rixam, ſeditiones, et cetera talia quæ mentis conuiuium moleſtant, et perturbant. Et hæc patientia perfectius ani-
mam reficit, quia perfectum opus habet. Vnde Do- Luc. 21. d
minus dicit: In patientia veſtra poſſidebitis animas
C veſtras. Vbi Gregorius dicit: Quid eſt animas poſſi- Greg. lib. 5.
dere, niſi perfecte in omnibus viuere, cunctiſq. men- Mor. c. 13.
tis motibus quaſi ex arce veritatis dominari, quod vti- in fin.
que valde animam conſolatur et reficit?

Perſeuerantia vt eſt virtus humana, conuiuas forti- Perſeuerantia.
ter & ſtabiliter in bono et conſeruat in permanentia, vſque ad conuiuij plenam conſummationem, vt ſic in via. Tullius vbi ſupra dicit: Perſeuerantia eſt in ratione bene conſtituta ſtabilis, et perpetua permanentia. Sed perſeuerantia vt eſt ex dono fortitudinis, conuiuantes in conuiuio non ſolum perſeuerare facit vſque ad conuiuij temporalis terminum, ſed & intro-
D ducit in conuiuium ſine termino æternum, vbi eſt refectio mentis excellentiſſima et ſatietas: quia tunc ſa-
tiabor cum apparuerit gloria tua, ait Pſalmiſta. Vnde Pſal. 16. e
ſanctus Bernardus in epiſtola dicit: Abſque perſeue- Bern. epiſt.
rantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor 129.
conſequitur. Ipſa enim eſt nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum. *Sequitur*: Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola eſt enim cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati ho-
E minem reddit, dicente Domino: Qui perſeuerauerit Mat. 10. c
vſque in finem, hic ſaluus erit. Hæc ille. In hac & 24. b
perſeuerantia eſt refectio dulciſſima. Nam idem verbum Domini, ſcilicet qui perſeuerauerit vſque in fi-
nem ſaluus erit, exponens Auguſtinus in libro de ver- Auguſt. de
bis Domini dicit: Cum perueneris ad tres panes per- verb. Dom.
ſeuerando, hoc eſt ad cibum et ad intelligentiam Tri- ſer. 29. an-
nitatis, habes vnde viuas, et vnde paſcas, nec timeas, ne ſ. 10.
ne ſimas. Non enim panis ille finietur, ſed omnem indigentiam tuam finiet, ergo et omnem famem affligentem a te expellet. Ex his igitur patere poteſt, qualiter quatuor partes fortitudinis perficiuntur, vt ſunt
F virtutes humanæ per donum fortitudinis, quia habi-
tus ſupernaturales perficiunt naturales, vt dicit Dionyſ. 1.
Dionyſius. Ang. Hier.

DE DONO CONSILII.

Quid conſilium ſit, et quid donum conſilij dicatur. Cap. I.

QVINTVM donum Spiritus ſancti, quod facit diem ſpiritualem in anima et conuiuium, eſt donum conſilij, quod imme-
diate ſequitur donum fortitudinis, vt Gre- Greg. lib. 2.
gorius oſtendit in Moralibus, vbi dicit: Valde forti- Mor. c. 17.
tudo

tudo deſtruitur, niſi per conſilium fulciatur. Et Anſelmus in libro de ſimilitudinibus dicit: Poſt donum fortitudinis, Spiritus ſanctus donum conſilij ſuperædificat: quia cum mens iam fortis ad operandum, quæ pie timendo ſcit eſſe facienda ſui experimento, ducit ex Spiritu ſancto, quid de omnibus conſulere debeat. Ex quo concludit, quòd poſt donum fortitudinis, ſequitur immediate donum conſilij. Ad maiorem autem notitiam iſtius doni conſilij, ſunt quinque notanda. Primo quid conſilium ſit, et quid donum conſilij dicatur. Secundo neceſſitas iſtius doni conſilij declaratur. Tertio differentia inter conſilia diuina, et propria aſſignatur. Quarto qualiter dies ſpiritualis ex dono conſilij in anima oriatur. Quinto qualiter conuiuium per donum conſilij in anima præparetur.

Anſ. lib. de ſimilit. cap. 130.

PRIMO quid ſit conſilium, et quid donum conſilij dicatur videndum eſt. Et quia proprium rationali creaturæ eſt, quod per inquiſitionem rationis moueatur ad aliquid agendum, vel non agendum, quæ quidem inquiſitio conſilium dicitur humanum. Vnde Damaſcenus dicit: Conſiliũ eſt appetitus inquiſitionis a ratione directus, de his quæ a nobis ſunt faciẽda vel non facienda. Et Ariſtoteles in epiſtola ad Alexandrũ dicit, quòd Conſilium eſt oculus et cautio futurorũ.

Damaſ. lib. 2. fid. orth. ca. 22. cir. med.

C Sed quia inquiſitio et ratio humana per ſe nõ ſufficiũt cõprehendere ſingularia omnia, et contingentia quæ occurrere poſſunt in noſtris actionibus, quę requiruntur ad conſecutionem beatitudinis noſtræ, quia cogitationes mortalium ſunt timidæ, et incertæ, prouidentiæ noſtræ, vt dicitur in libro Sapientiæ. Ideo indigemus inquiſitione certiori, et directione nobiliori, ſcilicet diuina. Tam inquiſitio autem quam directio nobis in dono conſilij a Spiritu ſancto cõfertur, qui omnium eſt artifex, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, ideo talis inquiſitio et directio a Spiritu ſancto donata, conſilium dicitur quòd eſt donum Spiritus ſancti.

Sap. 9. d
Sap. 7. d

D Sed nõ debet mouere nos quòd donum conſilij eſt reſpectu eiuſdem obiecti, reſpectu cuius eſt donum ſcientiæ: quia hoc verum eſt materialiter non formaliter. Vtrumque enim donum eſt reſpectu agibilium per nos, ſed differenter: quia actus doni ſcientiæ eſt de talibus prædictis bene iudicare, ſecundum regulas legis æternæ: ſed actus doni conſilij eſt ſecundum regulas legis æternæ bene inuenire, quæ ardua ſunt per nos agenda, et quæ fugienda, ad obtinenda ea quæ conferunt ad vitam æternam et non præcipitanter agere.

Quid ſit donũ conſilij.

E Quia ſicut dicit Gregorius in Moralibus: Spiritus ſanctus dat contra præcipitationem conſilium, cui opponitur præcipitatio. Vnde ſapiens dicit: Sine conſilio nihil facias, et poſt factum non pœnitebis. Ex his igitur patere poteſt, quòd donum conſilij eſt habitus a Deo infuſus, ex quo ſecundum conſilium Spiritus ſancti mouemur ad operationes bonas, quarum non eſt determinata via qualiter ſit agendum, eo quòd non vniformiter ſemper fiendæ ſunt. De talibus enim conſiliamur, ſicut dicit Philoſophus in Ethicis.

Greg. lib. 2. Mor. c. 27. ante med.
Eccli. 32. d
Ariſt. li. 3. Eth. c. 3.

Quæ ſit doni conſilij neceſſitas. Cap. II.

F SECVNDO videndum eſt, quæ ſit neceſſitas huius doni, ſcilicet conſilij. De hoc nota Gregorium in Moralibus, vbi dicit: Qui ſine conſilio viuunt, ſe præcipitationi, et fortunæ tradunt, præcipitantes vitam ſuam negligunt, dum tranſitoria inconſulte appetunt, dum æterna non intelligunt, vel intellecta contemnunt, dum exilium et miſeriam ſuam non cognoſcunt, quia cæci; ideo nec conſiliũ habere ſciunt. et ideo merito tales in inſipientia ſua peribunt. Sed econtra inquit Gregorius, Electorum mentes dum cuncta tranſitoria nulla eſſe conſpiciunt, ea ad quæ ſunt conditæ exquirunt. Cumq. eorum ſatisfactioni nihil extra Deum ſufficit, ipſa inquiſitionis, ſiue

Greg. lib. 6. Mor. c. 12.
Ibidem.

S.Bon. To. 6.

A conſilij exercitatione illorum cogitatione fatigata, in conditoris ſui ſpecie et contemplatione requieſcere quærunt. *Sequitur*: Vnuſquiſque eorum adhuc in mundo, corpore poſitus, mente tamen extra mũdum ſurgit, ærumnam exilij quàm tolerat deplorat, et ad ſublimem patriam inceſſabilibus ſe amoris ſtimulis excitat. Vnde inuenit ſalubre conſilium, temporale hoc deſpicere quod percurrit: et quo magis creſcit conſilij ſcientia, vt peritura deſerat, eo augetur dolor, quòd nec dum ad manſura, ſiue æterna contingat. Et ideo ſolerti conſilio infigit mentem, et caute ſe in omni actione circumſpiciendo conſiderat.

B Et ne ex re, quæ agitur repentinus finis & aduerſus ſurripiat, hunc prius molliter poſito pede cogitationis palpat, et penſat: ne in his quæ agenda ſunt præcipitatio impellat, ne praua per concupiſcentiam aperto bello ſuperent, ne recta per inanem gloriam inſidiãdo ſupplantent. *Sequitur*: Et mens electi cuiuſlibet, quo magis per conſilium viuere nititur, ex anguſti itineris dolore fatigatur. Hæc ille. Ratio iſtius vltimi dicti eſt, quia cõſilia Dei ſunt perfectiſſima: valent enim ad vitãdum omne malum, et ad conſequendum omne bonum perfectiſſime, et ideo ducunt per itinera arctiſſima. Arcta eſt enim via quæ ducit ad patriam, *Mat. 7. b*

C vt Chriſtus dicit. Arctæ autem viæ, vt plurimum ſunt rectiores et breuiores, quam latæ. Perfecti autem viri ſtimulis amoris agitati vehementius amplectuntur, vt perfectius & citius inueniatur quod amatur, & creditur, et quæritur. Iſtis conſilijs optimis, anima deuota fuit a Spiritu ſancto inſpirata et inſtructa, quando poſt inquiſitionem Dei, in lectulo corporalis cõmodi, et non inuento, dixit: Surgam circumibo *Cant. 3. a* ciuitatem, et per vicos, & plateas quæram quẽ diligit anima mea. Origenes alloquens animam illam, ait: O te dementem & veſanam, quæ omnia mouentem immota quæſiuiſti in lectulo, omnia illuminantem

D radijs immenſi luminis quærebas in tenebris, quæ immenſum & incomprehenſibilem, quæſiſti ductu rationis et inuenire voluiſti, et tenere. Non bono conſilio vſa es, vide quid facias. *Sequitur*: Dixit ergo ſurgam. vbi dicit Origenes: Iam nunc video, quia meliori conſilio vſa es, quòd commodum lectulis vis poſtponere, tenebras noctis euadere, delicta et commiſſa punire, & ab eis vis diuidi, a quibus Deus non poteſt aliqualiter inueniri. *Sequitur*: Circumibo ciuitatem, ideſt Eccleſiam militantem inquirendo a ſpiritualibus viris, et doctoribus de quæſito & non inuento, licet glorioſa dicta ſint de Ciuitate Dei teſtãte *Pſal. 86. a*

E Pſalmiſta: Igitur quæram per plateas, ideſt per præcepta, quæ ſunt via omnibus credentibus communis & lata. Quæram, per vicos, Gloſſa ideſt in his, qui ſunt viri ſpirituales, qui gradiendo ad cæleſtia, arctã viam conſiliorum tenent. Vnde & Bernardus dicit: In vicis ambulamus, qui corpus arctamus, qui pœnas hic luimus, qui munditiæ et continentiæ vacamus. Et Vercellenſis ſuper Cantica dicit: Optimum eſt conſilium, ſurgere ad ſponſum quærendum et efficaciter inueniendum in plateis præceptorum, & in vicis ſpiritualibus conſiliorum. Vnde in eis inſtructa, & excitata ab angelis inuenit quem diligebat. & quæſiuit

F dicens: Inueni quem diligit anima mea. Surge igitur & ad conſilium ingredere ciuitatem, ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere. *Cant. 3. b* *Act. 9. a*

Quæ ſit differentia inter conſilia diuina et ea, quæ ex propria voluntate liberi arbitrij oriuntur. Cap. III.

TERTIO videndum eſt, quæ ſit differentia inter conſilia a Spiritu ſancto inſpirata per donũ conſilij, et inter conſilia exorta ex propria voluntate liberi arbitrij. Prius autem videndum de conſilijs proprijs ex voluntate propria ſurgentibus, vt ex hoc facilius

lius cognoſcantur conſilia diuina ex inſpiratione Spiritus ſancti procedentia. Primo igitur notandum eſt, quòd Bernardus in ſermone de lepra Naaman dicit ſic: In corde eſt duplex lepra ſcilicet propria volũtas, & proprium conſiliũ. Et lepra vtraque nimis eſt peſſima. Et prius hic videndum eſt, quid ſit propria voluntas. De hoc dicit Bernardus in eodem ſermone: Voluntatem propriam dico, quæ non eſt communis cum Deo & hominibus, ſed noſtra tantum: quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum et proximi, ſed propter noſipſos facimus, non intendentes placere Deo, & prodeſſe fratribus vel proximo, ſed ſatisfacere proprijs animorũ motibus tunc propria voluntas mala eſt. Sic et loquẽs ex proprijs mendax eſt, ait Ioãnes. *Et ſequitur:* Huic contraria eſt recta ſronte charitas. Quid enim odit Deus, aut quid punit præter propriam voluntatem? Ceſſet voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet, niſi in propriam voluntatem? Nam voluntas illa propria dicitur, cui aſſentimur, & cui ſe liberum inclinat arbitrium. Hæc autem deſideria, & concupiſcentiæ, quæ inuitos tenent, non voluntas, ſed corruptio voluntatis eſt. Et idem ſuper Cantica dicit: Grande malũ propria voluntas, qua fit vt bona tua tibi bona non ſint. Etenim ſi in die ieiunij mei, inueniatur propria volũtas mea, non tale ieiuniũ elegit Dominus. Ex illa voluntate propria oritur proprium conſilium, de quo dicit Bernardus in eodem ſermone, ſcilicet de lepra Naaman ſic: Lepra proprij conſilij eo pernicioſior eſt, quo magis occulta, quanto plus abundat, tanto quis ſibi ſapientior videtur eſſe. Hæc eſt illorum qui zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, ſequentes errorem ſuum & obſtinati in eo, ita vt nullis velint conſilijs acquieſcere. Hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, ſibi placentes, & magni in oculis ſuis, ignorantes Dei iuſtitiam, et ſuam volentes conſtituere. Et quæ maior ſuperbia, quàm vt vnus homo totius congregationis iudicio iudicium ſuum præferat, tamquam ſi ipſe ſolus habeat ſpiritum Dei? Sunt nunc qui ſe faciunt religioſiores alijs, qui non ſunt ſicut ceteri hominum, ecce arioli & Idolatræ facti ſunt. Ecce conſilia propria.

Ber. de Reſurr. Dom. ſer. 3. ante med. — Voluntas propria qd ſit. — *Ioan. 8. f* — *Idē. ſuper Cãt. ſer. 71 cir. fin.* — *Iſa. 58. a* — *Idē ſer. 3. de Reſurr. Dom. cot.* — *Rom. 1. c* — *Rom. 10. a* — *Luc. 18. b. c*

Cõſilia Dei quæ et qualia.

Sed nunc de conſilijs diuinis videamus, quæ & qualia ſunt. De quo primo ſciendum eſt, quòd Deus ſumme ſapiens & ſumme bonus, omnibus conſulentibus eum de omnibus liquide reſpondet, & ſe affabilem & amicum verum oſtendit. Vnde Auguſtinus libro confeſſionum parum vltra medium dicit: Domine omnibus conſulentibus te, ſimulq. audientibus & diuerſa conſulentibus, tu liquide reſpondes, ſed non liquide omnes audiunt. Omnes vnde volunt, conſulunt te, ſed non ſemper quod volunt audiunt. *Sequitur:* Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis meretur hoc a te audire, quod ipſe voluerit, ſed potius hoc velle, quod a te audierit. Hæc Auguſtinus. Ratio huius eſt, quia ipſe ſolus ſcit, quid nobis neceſſarium eſt, & quid nobis expedit: et ideo magis debemus ſequi conſilia ſua, quàm noſtra, tãquam optima. Dicit enim Auguſtinus contra Fauſtum, quod conſilium Dei eſt ſuper omne conſilium creaturæ, & eius conſilium omnibus conſilijs præferimus, ſicut & fidem Euangelicam omnibus hæreticorum diſputationibus anteponimus. Conſilia enim diuina valent ad omnia mala declinanda, et omnia bona conſequenda, ſicut in conſilijs Euangelicis patet, et ideo ſunt ſolicitè audienda, & ſtudioſe obſeruanda.

Aug. li. 10. conf. c. 26. co. c. — *Augu. contra Fauſt. li. 26. ca. 6. poſt med. co. 4.*

Conſilia diuina qualiter audiẽda.

San quæris qualiter ſunt conſilia diuina audienda? Reſpondeo, quòd ſunt conſilia a Chriſto dicta, ſunt conſilia a ſanctis doctoribus ſcripta, et ſunt conſilia a Spiritu ſancto inſpirata. Conſilia a Chriſto dicta, nemo poteſt audire, niſi ſit ex Deo. Vnde Dominus dicit: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propter hoc vos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Ex Deo

Ioan. 8. f

A autem ſunt, qui quantum ad intellectum, ſunt aliquibus luminibus diuinis illuminati, et quantum ad affectum aliquibus affectionibus diuinis calefacti, & a patre tracti. Conſilia a ſanctis doctoribus ſcripta, nemo poteſt audire, niſi cui Chriſtus aperit ſenſum ſcilicet interiorem. Vnde in Luca dicitur: Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas. Habet enim anima ſenſus interiores, vt dictum eſt, ſicut & exteriores, Et illos ſenſus Dominus aperit per experientiam, quæ eſt intelligẽtiæ magiſtra, vt dicit Hugo. Vnde & Bernardus exponẽs dictum verbum, ſcilicet Aperuit illis ſenſum, dicit ſic: Cum enim ſcripturarum interio-
B rem ſenſum, et veritatem miraculorum, et ſacramentorum Dei cœpimus, non ſolum intelligere, ſed et quadam, vt ita dicam, experientiæ manu palpare & tractare, quod non fit niſi quodam conſcientiæ ſenſu: tunc aperuit nobis ſenſum, vt ſcripturas intelligamus. Conſilia autem a Spiritu ſancto inſpirata, nemo audire poteſt, niſi habeat aures interiores. Vnde Dominus dicit: Qui habet aures audiendi audiat quid ſpiritus dicat. De hoc Gregorius dicit ſuper Ezechiel: Non aures corporis, ſed mentis quærit Dominus. Et Haymo exponens illud ibidem verbũ dicit: Carnis auris ad audiendum tantum conſiſtit,
C cordis vero auris, auditu ſimul et intellectu viget. Sed Richardus: Aures audiendi habet, qui habet ſenſum intelligendi, et affectum diligendi, et promerendi ea, quæ conſuluntur vel promittuntur, vt ſupra dictum eſt. Item conſilia a Spiritu ſancto inſpirata ſunt occulta, ſed tamen ſuæ euidentiæ habent plura teſtimonia. Quod ſanctus Bernardus oſtendit in epiſtola ad Comitem, in qua dicit ſic: Cum mors animæ peccatum ſit, vita eius ſine dubio iuſtitia fidei eſt, quoniam iuſtus ex fide viuit. Iuſtus autem quis eſt, niſi qui amanti ſe Deo vicem rependit amoris? Quod non fit, niſi reuelante Spiritu ſancto per fidem ho-
D mini æternum Dei propoſitum ſuper ſalute ſua futura. Quæ ſane reuelatio non eſt aliud, quàm infuſio gratiæ ſpiritualis, per quam dum facta carnis mortificantur, homo ad regnum præparatur, ſimul accipiens in vno ſpiritu, & vnde ſe præſumat amatum, & vnde redamet, ne gratis amatus ſit. Ecce teſtimoniũ vnum. *Sequitur:* Hoc itaque eſt illud ſacrum ſecretumq. conſilium, quod a Patre Filius in Spiritu ſancto accipiẽs, ſuis, quos nouit per eundem ſpiritum iuſtificandos, communicat, et communicando iuſtificat: quando id quiſque accipit in ſui iuſtificatione, vt incipiat & ipſe cognoſcere, ſicut & cognitus eſt, cum videlicet datur
E & ipſi in teſtimonium præſentire aliquid de ſua futura beatitudine, quemadmodum ab æterno latuit in prædeſtinante, & plenius appariturum in beatificante. De qua tamen percepta iam ſuimet ex parte notitia, interim quidem glorietur in ſpe, nondum tamen in plena ſecuritate. *Sequitur:* Quam miſerandi ſunt, qui ad tam iucundum conſilium iuſtorum, nullum adhuc tenent ſuæ vocationis teſtimonium? *Sequitur:* O infelices amatores ſæculi male ſecuri, quantum diſtat veſtrum conſilium a conſilio iuſtorum. Proculdubio inter conſilium vtrorumque magnũ chaos firmatum eſt. Nam quo modo iuſtus longe ſe facit a
F conſilio & concilio malignantium: ita nec reſurgent omnino impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum. Hæc Bernardus ibidem. His ſubtiliter & fideliter intellectis, apparet aliqualiter differentia inter conſilia humana & diuina.

Luc. vlt. g — *Hug. in 6. Aug. Hie car.* — *Ber. lib. de natura & dignit. am. diu. ca. 10. poſt med.* — *Mat. 13. f* — *Apoc. 2. g* — *Greg. ſuper Ezec. hom. 14. non longe a prin.* — *Rich. expoſit. in Apoc. ca. 5. longe poſt med.* — *Bern. epiſt. 107. poſt med.* — *Rom. 1. b* — *Pſal. 1. b*

Qualiter ex dono conſilij dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. IV.

QVARTO videndum eſt, qualiter per donũ conſilij dies ſpiritualis in anima oriatur. Circa quod notandum eſt, quòd Dionyſius dicit, quòd magnus iſte Sol eſt euidẽs diuinæ bonitatis imago, totus ſplendens, ſemper lucens, et omnia luminis ſui capacia illuminat,

Dionyſ. de diui. nom. cap. 4.

illuminat, quantum in ſe eſt, & menſurat dies & horas totius noſtri temporis. Sic Sol diuinus Spiritus ſanctus, ſeptem radijs donorum tam fulgidis quàm feruidis, cauſat diuerſos dies & horas ſpirituales in anima, vt dicit Gregorius in Moralibus, vbi dicit, quòd donum conſilij facit alium diem, quàm alia dona. Et exemplificat de omnibus. Dies enim conſilij eſt illuminatio quædam mentis, quæ conuiuantes faciat cautos, ne in aliquo periculo præcipitentur, & vt omnia prudenter et ordinate operentur. Vnde conſilium dicitur oculus & cautio futurorum, vbi ſupra. Qui ambulat in hac die non offendit. Mane autem huius diei oritur ab æterno radio, et propoſito diuinæ voluntatis, ſe menti humanæ manifeſtantis per radios inſpirationis. Ex quibus mens inſpirata exurgit, ad conformandum ſe voluntati diuinæ, ſecundum quòd inſpiratur a Spiritu ſancto, et dirigitur a ſapientia increata: quæ attingit a fine vſque ad finem fortiter, ſuauiterq. diſponit omnia. A conſilio iſtius mirabilis conſiliarij, & voluntate numquam recedendũ eſt. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Fili audi & accipe conſilium meum, & ne abijcias illud. Fili, inquit ſapientia, audi conſilium meum quantũ ad intellectum: accipe quantum ad affectum: & ne abijcias, quantum ad effectum, vt dicas cum Pſalmiſta: Mane aſtabo tibi, ad conſilia tua ſolicite inquirendo: & videbo, veraciter intelligẽdo ex his quod tibi placeat vel diſpliceat, fideliter exequendo. Sed quæ eſt voluntas Dei cui iubemur conformare noſtram voluntatem? Reſpondet Cæſarius in epiſtola ad Donatum vbi dicit ſic: Voluntas Dei eſt, quam Chriſtus fecit & docuit, humilitas in conuerſatione, ſtabilitas, in fide, in verbis modeſtia, in factis iuſtitia, in operibus miſericordia, in moribus diſciplina, iniuriam facienti non nocere, & illatam tolerare poſſe, pacem cum omnibus tenere, crucifixo fortiter aſſiſtere, charitati eius inſeparabiliter adhærere, Chriſto nihil præponere, quia nec ille nobis, quidquam præpoſuit. Mane igitur aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Greg. lib. 2. Mor. c. 16. — Quæ ſit dies conſilij. — Ioan. 11. b — Sap. 8. a — Eccli. 6. c — Pſal. 5. a — Quæ eſt voluntas Dei. — A — B — C — D

Meridies autem huius diei clara, & feruida, procedit ex dono conſilij, prout intellectum veritate illuminat & affectum charitate inflammat, ad inquirendum & obſeruandum præclariſſima præcepta Domini Ieſu. In quibus conuiuantes maxime inflammantur, et illuminantur: quia præceptum Domini lucidum illuminans oculos, ait Pſalmiſta. In iſtorum præceptorum & conſiliorum obſeruantia ſancta Trinitas mentes amicabiliter viſitat, & dulciter inhabitat. Vnde dicit Dominus: Qui diligit me, ſermones meos ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Veniet ad nos pater viſitando memoriam, & excitando ad operandum: verbum patris illuminãdo intellectum, ſeu intelligentiam, ad clare contemplandum: Spiritus ſanctus voluntatem inflammando, ad dulciter amandum. Manſionem autem faciunt apud nos. Cuius rationem aſſignat Gregorius in Homilijs, dicens: In quorundam corda venit Deus, et manſionem non facit: quia ſic Deum recipiunt, vt tamen tempore tentationis ab eo recedant. In quorundam vero corda venit, & manſionem facit: quia ſic eos amor diuinus penetrat, vt & tempore tentationis non recedant ab amore. Ille enim vere amat, cuius mentẽ delectatio praua ex conſenſu non ſuperat. Qui autem in charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo. De hac manſione, in prouerbijs dicitur: Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Tunc in meridiano exurit terram, Sol diuinus.

Meridies conſilij. — Pſal. 18. b — Ioan. 14. c — Greg. hom. 30. in Euã. non longe a prin. — E — F — 1. Ioan. 4. d — Prou. 8. d — Eccli. 43. a

Veſpera vero huius diei ſpiritualis conſummatiua, donum conſilij cauſat in anima, dum eam inclinat ad inquirendum, & ſeruandum diuina & perfecta conſilia a Domino tradita in Euangelica hiſtoria. De quibus conſilijs Gregorius in Moralibus, dicit: Quidam præcepta legis generalis, virtute perfectionis ſuæ trãſcendunt. Qui nequaquam hoc ſolum quod cunctis diuina vox præcepit implere contenti ſunt, ſed præſtantiore deſiderio, plus exhibere appetunt, quàm in præceptis generalibus audire potuerunt. Quibus Dominica voce dicitur: Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, *et cet.* Tales, inquit Gregorius ibidem, cum Chriſto regnant, & iudicabunt, & non iudicabuntur. *Sequitur*: Paucis enim dicitur, et non generaliter omnibus illud quod adoleſcenti diuiti dicebatur: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni & ſequere me. Paucis dicitur, quia non omnibus tanta perfectio donatur: ex quo per obſeruationem conſiliorum quaſi in veſpera diei ſpiritualis conſummatur. Ratio huius eſt, quia per hæc cõſilia perfectiſſima, gradatim aſcenditur vſque ad ſummos apices virtutũ conſummantiũ, vt ſimus perfecti, ſicut & pater noſter cæleſtis perfectus eſt. Et quanto hæc conſilia ſunt perfectiora, tanto luminoſiora, & diem ſpiritualem mẽtis magis perficientia, vel conſummantia. De gradibus iſtorum conſiliorum et perfectione eorum Chryſoſtomus loquens, vbi Dominus tradit hæc conſilia perfectiſſima, dicit ſic: Vide quot gradus aſcẽdit Dominus, & qualiter nos in ipſam virtutis verticem ſtatuit, cum oſtendit, quòd primus gradus eſt, nõ incipere iniuriam a quacumque occaſione, vel contra quemcumque. Secundus eſt quibuſlibet malis nullo modo vindicari. Tertius gradus eſt, non facere vexanti, quæ quis ab eo paſſus eſt. Quartus eſt, exponere ſeipſum ad patiendum mala illata. Quintus amplius ſe tribuere, quam ille vult, qui fecit mala. Sextus, non odio habere eum, qui talia mala infert. Septimus, diligere eum qui hæc male operatur. Octauus benefacere ei, qui tantis malis offendit. Nonus orare pro illo, qui in malitia ſic obſtinatus eſt. Et ad iſta principalia reducuntur alia conſilia Euangelica. *Sequitur*: Et quia magnum erat conſilium, præclarum præmium ſubdit dicens, quod tales ſimiles erunt Deo. Vnde Dominus dicit. vt ſitis filij patris veſtri, & perfecti ſicut et pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et Auguſtinus in libro de ſermone Domini in mõte dicit: Ex illa regula intelligendum eſt, quod hic dicitur, de qua Ioannes dicit: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, non natura ſed præceptorum & conſiliorum obſeruantia.

Quæ ſit veſpera conſilij. — Greg. li. 26. Mor. c. 40. poſt med. — Mat. 19. d — Ibidem. — Mat. 5. g — Chryſ. ho. 18. in Mat. cap. 5. cir. med. — Aug. lib. 1. de ſer. Do. Mõ. ca. 46. ĩ prin. — Ioan. 1. b

Qualiter conuiuium per donum conſilij in anima præparetur, et de tribus conſiliarijs, qui dicuntur principales inter conuiuantes, quæ ſunt tres animæ potentiæ. Cap. V.

QVINTO videndum eſt, qualiter Spiritus ſanctus, per donum conſilij in die ſuo, & in illuminatione ſua, conuiuium ſpirituale initiet in mente, & perficiat. Circa quæ duo ſunt videnda. Primo qualiter familia mentis & conuiuantes ſecundum dignitatem ſuam ordinentur, & in conuiuio locentur. Secundo eſt videndum, vbi donum conſilij conuiuium ſuum celebret, & quæ fercula miniſtrentur.

De primis, ſcilicet qualiter familia mentis, & conuiuantes in conuiuio, ſecundum dignitatem ordinentur, & locentur ſciendum eſt, quòd ſicut dicitur in libro de ſpiritu & anima, vt ſupra dictum eſt: Nobilis creatura eſt anima. Ciuitas namque Dei eſt, de qua tam glorioſa dicta ſunt, ſcilicet quòd ad imaginem & ſimilitudinem Dei facta eſt. Et quia nulla eſt ciuitas abſque populo, diſpoſuit in ea conditor noſter populum triplicis gradus, ideſt ſapientes ad conſulendum, milites ad pugnandum, artifices ad miniſtrandum & operandum. *Sequitur*: Ciues huius ciuitatis, ſunt naturales & ingeniti animæ vigores, tamquam indigenæ. Quorum diſtincti ſunt gradus, alij ſuperiores, alij medij, alij inferiores.

In cõuiuio cõſilij qualiter familia mentis & cõuiuantes ordinentur. — Auct. de ſpir. & ani. cap. 37. in princ. apud Aug. to. 3.

Superiores,

Superiores, ſunt intellectuales ſenſus, medij rationales, infimi animales. Quorum huiuſmodi differentia eſt. Animales ſiue ſenſuales vel ſenſibiles, appetūt viſibilia. Rationales diſcernunt, et diſcretionis oculo aſpernantur mala, et eligunt bona. Intellectuales vero, pertrahunt ea ad diuina. *Sequitur*: Intellectuales ergo ſenſus ſunt, tamquam animæ conſiliarij dicentes ei: Deum time, & mandata eius obſerua. Hoc enim eſt omnis homo, idest totus. Rationales ſunt milites, qui hoſtes concupiſcentiarum impugnant per arma iuſtitiæ. Animales ſiue ſenſibiles ſenſus, ſunt tamquam ruſtici & artifices, qui corporalibus indimentis inſiſtunt & corpori neceſſaria miniſtrant vt infra patet. *Sequitur*: Hanc triplicem vim animæ, idest intellectualem, rationalem, & ſenſualem, vocāt partes animæ non integrales, ſed virtuales, quia potentiæ eius ſunt. Hæc omnia prædicta ſunt in libro de ſpiritu & anima. Inter familiam, intellectualem, poſſunt locari & ordinari habitus infuſi, vt fides, ſpes, & charitas: qui multum ornant conuiuium mentis: Inter familiam rationalem, locantur, vel poſſunt locari habitus acquiſiti, vt prudentia, temperantia fortitudo & iuſtitia: qui viriliter repellunt vitia. Inter familiam ſenſualem, locātur habitus innati, vel etiam paſſiones aliquæ, vt amor, & odium dolor, & gaudium, & ſenſus interiores, & exteriores, ſecundum aliquem modum: quos donum conſilij mediate vel immediate modificat, vt infra patebit. Et ſic patere poteſt ordo et dignitas huius familiæ. ſed de miniſterio eorum infra dicetur.

Donū conſilij vbi conuiuium celebret.

SECVNDO videndum eſt, vbi donū conſilij conuiuium ſuum celebret, quæ fercula in illo miniſtrentur. De quo ſciendum eſt, quòd conuiuium conſilij nuſquam conuenientius celebratur, & quietius, quàm in tabernaculo fœderis, ſiue in ſecreto mentis, vbi conſilia in ſilentio tractantur, in veritate maſticantur, & in amore incorporantur, & in operis executione conſummantur. Hoc ſatis, expreſſe innuitur in libro Numerorū, vbi ſcribitur, quòd Moyſes in rebus dubijs ad conſulendum Dominum relictis turbis crebro, reuertebatur, & intrabat tabernaculum, vbi Dominū conſuluit, & conſilium recepit: quod poſtea populo propoſuit, & ſic fieri iuſſit. Hoc verbum exponens Gregorius in Moralibus, dicit ſic: Ad tabernaculum redire, & intrare, eſt poſtpoſitis exterioribus tumultibus ſecretum mentis intrare. Ibi enim Dominus conſulitur: & quod foris agendum eſt publice, intellectu intus ſilenter auditur. Et tunc vocem Dei, quaſi per occultam inſpirationem, audiunt, dum in meditatione mentis ſe a carnalibus ſenſibus abſtrahunt. Hæc ille. Primo igitur ingrediantur conſiliarij, ſcilicet ſenſus intellectuales tamquam ſuperiores & digniores, vt memoria, intellectus, & voluntas, relictis foris turbis tumultuantibus, a Domino in ſilentio audiant conſilia, & in veritate intelligant, & in charitate operando perficiant. Et primo memoria ab omnibus euacuata, & purgata, ingrediatur tabernaculum, idest mentis ſecretum & dicat cum Pſalmiſta: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. De hac auditione dicit Richardus: Sic Deus auditur per reuelationem, donec voce eius paulatim inualeſcente, tota perſtrepentium turba & tumultuatio ſopiatur, ſolaq. ipſius vox audiatur, donec omnis illa tumultuantium turba diſpareat, ſolusq. cum ſola remaneat. Hæc ille. Tunc adductam in ſolitudinem loquitur ad cor eius, vt dicit Oſeas: Sed quid loquitur dicit Pſalmiſta? Loquetur pacem in plebem ſuam. Sed quare magis pacem, quam omnia alia? Reſpondeo, quia vbi pax non habetur, nec dulcedo diuinorum conſiliorum guſtatur, nec vox eius auditur, nec conuiuium in mente cum Deo habetur: quia in pace factus eſt locus eius, ſecundum Pſalmiſtam. Vnde Leo Papa in suo ſermone dicit: Vera pax eſt a Dei voluntate non diuidi, & in his quæ ſolius Dei ſunt delectari. Quando enim ſenſualitas nulla parte reſiſtit voluntati, & voluntas nulla parte contradicit rationi, & ratio regulatur lumine fidei: tunc eſt ſerenitas mentis, & tunc eſt in nobis, regnum Dei, vt dicit Dominus. Ideo pax rationabiliter præmittitur. Regnum autem Dei, non eſt eſca & potus corporalis, ſed iuſtitia, pax, & gaudium in Spiritu ſancto, ait Apoſtolus. Iuſtitia rectificans iudicia rationis, pax tranquillans imperia facultatis, gaudium adimplens deſiderium voluntatis. Non eſt autem delectabilior refectio, quàm voluntatis oblectatio. De hac refectione memoriæ, tamquam expertus dicit David in pſalmo: Memor fui Dei & delectatus ſum, & ſequitur: & defecit ſpiritus meus, idest humanus dicit Gregorius, & factus quaſi diuinus. Quia quanto in nobis quotidie ſpiritus diuinus proficit, tanto noſter in nobis deficit. propter quod tandem memoria noſtra plena Deo deiformis fit. Secundo intelligentia ingrediatur tabernaculum mentis, & ſuum ſecretum iam ab omnibus phantaſmatibus, & impedimentis abſtracta, vt veritatem conſiliorum diſcutiat, & inter conſilia diſcernat a quo ſpiritu procedant. Nam Richardus dicit: Sicut Deus memoria auditur per reuelationem, ita intelligentia videtur per contemplationem: ex qua viſione illuminatur, vt conſilia diſcernat a quo ſpiritu procedant. Nam ſicut dicit Bernardus in ſermone magiſtri gentium. Spirituum diuerſa ſunt genera, ideo neceſſaria eſt nobis eorum diſcretio, præſertim cum ab Apoſtolo didicerimus non omni ſpiritui eſſe credendum. Videri enim poteſt, inquit Bernardus, minus eruditis, & qui habent parum exercitatos ſenſus, omnem cogitationem vel conſilium non alterius, quàm ipſius ſpiritus humani eſſe ſermonem. Quod falſum eſſe oſtendit certa fidei veritas. Quod & probatur teſtimonio ſcripturarum diuinarum. Audiam, inquit propheta, non quid ego loquar, ſed quid loquatur in me Dominus Deus. Similiter ait: quòd immiſſiones fiunt per Angelos malos. Probat etiam Scriptura eſſe ſpiritum carnis, & ſpiritum huius mundi. *Sequitur*: Igitur quiſquis ex his tribus ſpiritibus loquatur ſpiritui noſtro non credamus eis, quia ſanguinem ſitiunt animarum & mortem, a ſermonibus tamen eorum cognoſcimus eos. Nam ſpiritus carnis ſuggerit mollia. Spiritus autem mundi, ſuggerit vana. Spiritus vero malignus, ſuggerit amara, vt rixas, iras, & huiuſmodi. Si autem ſpiritus ſuggeſtio ſit de corpore caſtigando, de corde humiliando, de ſeruanda veritate, & de exhibenda charitate, cum hæc in corde verſantur, ſine dubio ſpiritus diuinus eſt qui loquitur & ſuggerit hæc. Vt igitur intelligentia, hæc conſilia caute diſcutiat, & prudenter diſcernat, ingrediatur tabernaculum ſiue mentis ſecretum, vbi Dominum conſulat ſuper omnibus dubijs, quæ oriuntur circa conuiuium, & conuiuantes, & refectionem eorum. Solicitudo enim iſtorum incumbit intelligentiæ, quæ habet regere illos, & totum regnum animæ. Vnde Gregorius in Moralibus dicit, quòd boni rectores quotidie cum ſe cognoſcūt res dubias neſcire diſcernere, ad ſecretum mentis velut ad quoddam tabernaculum reuertuntur, ibiq. lege diuina perſpecta, quaſi coram poſita arca Domini conſulunt Dominum, & quod prius intus tacentes audiunt, hoc foras poſt modum agentes innoteſcunt, ſcilicet conſilia & veritates reficientes totam familiam mentis. Quia ſicut dicit Auguſtinus ſuper Ioannem. Veritas panis eſt, qui mentes reficit nec tamen deficit: ſed mentes mutat, quia verificat. Quot ergo veritates in tabernaculo ſuo, & quot conſilia intelligentia percipit a Spiritu ſancto, tot dulcia fercula conuiuantibus in voluntate, manducanda proponit. Tertio voluntas libera a phantaſmatibus, & diſtractionibus, & curis ſecularibus abſtracta & abſoluta ingrediatur tabernaculum ſiue ſecretum ſuum. Quia Richardus dicit: Sicut in memoria auditur Deus per recordationem, & in intelligentia videtur per contēplationem, ſic in

Num. 20. — *Greg. li. 23. Mor. c. 14. cir. med.* — *Pſ. 84. b* — *Richar. lib. 4. de contemp. c. 11.* — *Oſea. 2. c* — *Pſal. 84. b* — *Pſal. 75. a* — *Leo ſer. 6. in Nat. Do. cir. med.* — *Luc. 17. e* — *Rom. 14. d* — *Pſal. 76. a* — *Greg. li. 22. Mor. c. 14. non longe a prin.* — *Rich. lib. 4. de contēpl. c. 15.* — *Ber. ſer. de 7. ſpiritib. qui incipit Mag. Gentiū an. me.* — *1. Ioan. 4. a* — *Pſal. 84. b* — *Pſal. 77. e* — *Greg. li. 23 Mor. c. 12. cir. med.* — *Aug. tract. 41. in Ioā. non longe a prin. ſe. 9.* — *Rich. lib. 4. de contēpl. cap. 11.*

A ſic in voluntate amplexatur per dilectionem, quæ licet ſit poſterior in ordine, eſt tamen principalior per ingenitam libertatem. Hæc voluntas, affectione experimentali percipiens diuina conſilia a patre in memoria dicta, & intelligentia examinata & verificata, & ipſi voluntati efficaciter impreſſa, clamat cum ſponſa, dicens illud Cantici: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt. In quibus verbis, exprimit anima diuinorum conſiliorum certam auditionem, quia dilectus locutus eſt: & auditorum conſiliorum efficacem impreſſionem, quia liquefacta eſt. Hanc auctoritatem exponens Origenes dicit: Diuinæ conſolationis, vt audio, feliciſſimus effectus, eſt liquefactio.

Cant. 5. b

B Liquefit enim anima dum deuotione molleſcit, vt dilectus in ea ſuauiter cubet, vt nihil duri in ea inueniat, quod eius conſilijs reſiſtat. Liquefit dum in deuotione caleſcit, vt dilectus in ea diuini caloris perſentiens moderamen ſine moderamine, eo ineffabilem, & delectabilé inueniat, quo caliditas hæc quamuis occultiſſima, ſuauiſſima tamen ſecundum contactum, delectationē ſpiritualem generat. Liquefit dum amore pereſſiſcit vt dilectus dominiū plenum habeat in ea, quo ad ipſum ſolum tunc omnis motus, omnis virtus, omnis impetus ipſius habet terminum. Siquidem humidū male terminabile eſt termino proprio.

C Vnde fluida mens non niſi in æternitate ſiſtit. Quare Origenes dicit ibidem: Qui ſancto deſiderio intus æſtuat, eo ad quodlibet bonum habilis inuenitur, quo nihil duri in corde portat quod non feruore æſtuantis deſiderij in Deum liqueſiat. Sic igitur tres iſti conſiliarij, id eſt tres potentiæ a Trinitate ſalutaribus conſilijs inſtructi, purgati, illuminati, & perfecti, totam familiam mentis, & conuiuantes hierarchice purgant illuminant, & perficiunt, & in æternitatem dirigunt vt ſtatim patet.

D *Conuiuantes medij, qui ſunt vigores animæ naturales, ſenſus animæ rationales, & virtutes morales, quo modo a ſuperioribus memoria ſcilicet intellectu, et voluntate, purgentur, illuminentur, et perficiantur.*

Cap. VI.

POSTQVAM igitur dictum eſt de conſiliarijs, qui dicuntur principales inter conuiuantes, qualiter in ſecreto tabernaculo mentis a diuinis conſilijs perduna Spiritus ſancti ſunt purgati, illuminati, & perfecti. Videndum eſt modo qualiter medij, ſcilicet

E vigores animæ naturales, & ſenſus animæ rationales. & milites, ſiue virtutes morales viriliter expugnantes, & repellentes omnia vitia a côuiuio animæ, a ſuperioribus purgentur, illuminētur & perficiantur. Ille enim eſt debitus ordo, vt ſuperiores perficiant medios, et medij inferiores, ſecundū ordinē cæleſtis hierarchiæ, quem ſequitur Eccleſiaſtica hierarchia & humana. Dicit enim Hugo ſic: Sunt ſuperiores & ſublimes, & ipſi appropinquantes diuinitati immediate ab ipſa accipientes purgationem, vt mundi ſint, & illuminationem, vt clari ſint, & perfectionem, vt ſint ſancti, & ab

Hug. ſuper S. Aug. Hierarc.

F illis rurſum, ſecundum ordinem diuinæ diſpoſitionis, & hi qui ſequuntur in ordine & ſubiecti ſunt purgantur, illuminantur, & perficiuntur. Hæc ille. Hi ergo conſiliarij tres, id eſt memoria, intellectus, & voluntas, dono conſilij a Spiritu ſancto purgati, illuminati, & perfecti, medios inter conuiuantes, tamquam eis inferiores, ſcilicet vigores animæ naturales, id eſt ſenſus rationales, milites, ſiue virtutes morales, purgant, illuminant, & perficiunt, ad ſimilitudinem Angelicæ Hierarchiæ. Primus enim conſiliarius, ſcilicet memoria côſulit omnia, quæ ſunt ad vitiorum conuiuantium purgationem, & virtualem exercitationem, dum per rememorationem omnia vitia commiſſa, ad præſentiam mentis eorum reuocat, vt ea per

A pœnitentiam deleat, & totaliter extirpet. Nam ſicut dicit Hugo: Niſi præcedat purgatio, non ſequitur illuminatio: nec ſequitur perfectio niſi præcedat illuminatio. Vt igitur mens, cum tota familia ſua purgetur, pœnitendo dicat, illud Iſaiæ: Recogitabo mihi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ, donec dicere poſſit, quod ſequitur: Proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea. Dum ſic viuitur pater notam faciet filijs veritatem ſuam: quia ad receptionem lucis non requiritur niſi purgatio recipientis. Vnde alius commentator, ſcilicet Linconienſis dicit: Neceſſaria eſt rationali creaturæ primo purga-

Hug. ſuper S. Aug. Hierarc.

Iſa. 38. c

Linco. Ibid. cap. 3.

B tio, quia impura non ſuſcipiunt illuminationem, ſed tenebroſa non poſſunt habere operis perfectionem: quia ambulant in tenebris, & neſciunt, vbi corruant, aut quo vadant. Senſus igitur rationales, et milites, vt virtutes morales primo purgentur, vt poſtea illuminentur, & poſt operationis perfectionem conſequantur. Secundus igitur conſiliarius, ſcilicet intellectus in tabernaculo a dono conſilij illuminatus videns, quòd illuminatio neceſſaria eſt ad operis perfectionem, conſulit omnibus conuiuantibus accedere ad illuminationem, dicens: Accedite ad Deum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Ac-

Pſal. 33. a

C ceditur ad Deum ſimilitudine, & receditur a Deo diſſimilitudine, vt dicit Auguſtinus. Similitudine autem, facies honoratur imagine diuina. Diſſimilitudine vero, facies confunditur imagine pecorina. Vnde Pſalmiſta dicit: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Ecce carentes intellectu pecoribus comparantur, ſed intelligentes dij appellantur. Vnde Pſalmiſta intelligentibus loquens, ait: Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſi omnes. Omnes igitur conuiuantes illuminat. Quid autem eſt illuminari, ait Linconienſis, niſi tam per virtutes ſpeculatiuas, quàm operatiuas, in finem vltimum recte dirigi? Vnde Da-

Pſal. 31. c

Pſal. 81. b

D uid in Pſalmo dicit: Dabo tibi intellectum, quantum ad ſpeculationem: & inſtruam te, quantum ad operationem. *Sequitur*: In via qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos, quantum ad directionem in finem. Tertius igitur conſiliarius, ſcilicet voluntas, tamquam excellentior conſulit, & iubet omnia fieri, quæ ſunt neceſſaria ad côuiuantiū operatiuam perfectionem, dicens: Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Operari cibum qui perit, eſt affici ſæcularibus rebus, & non operari propter permanentia, ſed propter pereuntia quæcumque. Et quamuis quandoque in vſu operis ſit tēporali-

Pſal. 31. b

Ioan. 6. c

E tas, tamen in intentione debet eſſe æternitas, vt dicit Beda ſuper Lucam. Operamini igitur, quidquid memoria purgata, & a Deo inſpirata, & a Deo illuminata faciendum dictauerit, & a voluntate charitatem impellente fieri imperatur: quia tunc a nobis, non niſi bonum procedit. Dicit namque Auguſtinus ſuper Ioannem: Bonum & rectum eſt omne quod agimus, ſi nec memoriam obliuio decipiat, nec error intellectum excæcet, nec iniquitas voluntatem ſubuertat, ab his eſt omne quod agimus. Hoc conſilium, et mandatum in tabernaculo mentis a Deo acceptum, voluntas vt alter Moſes, & omnibus ſuo imperio ſubiectis in-

F dicit, & iniungit, & ſenſibus rationalibus, militibus pugnantibus, ſiue virtutibus Moralibus, & omni familiæ eorum, ſiue ſpeciebus, quæ multæ ſunt valde. Qui iam omnes a ſuperioribus purgati, illuminati, & quaſi perfecti in ſuis operibus ſecundum legem charitatis voluntati obtemperantes viriliter operantur, omnia vitia a conuiuantibus extirpando fortiter virtutibus inſiſtendo, & Deo tamquam regi ſuo, & patrifamilias humiliter obediendo. Ex tunc & ipſi idonei ſunt ad purgandum, illuminandum, & perficiendum inferiores ſibi, vt ſupra dictum eſt,

Conuiuantes inferiores, vt pote ſenſus animales et corporales tam exteriores quàm interiores quo modo a conuiuantibus medijs illuminentur, purgentur, et perficiantur.
Cap. VII.

DICTO de conuiuantibus rationalibus, qui quaſi medium gradum tenent in conuiuio, & qualiter ſint purgati, illuminati, & perfecti: videndum eſt, qualiter & iſti ſibi inferiores illuminent, purgent, & perficiant, vt pote ſenſus animales & corporales, tam interiores, vt imaginationes, *et cetera*. quam exteriores, vt viſum, auditum, *et cet.* qui ſunt tamquàm artifices & ruſtici, neceſſaria corpori adminiſtrantes, vt dicitur libro de ſpiritu et anima. Quos rationales conuiuantes, milites purgant, dum in eis motus illicitos concupiſcentiæ mortificant, vel exterminant, quantum poteſt fieri in corpore corruptibili, dicentes eis illud Apoſtoli: Si ſecũdum carnem vixeritis, moriemini, ideſt ſecundum corruptionem veſtram. Si autem ſpiritu rationali, facta carnis mortificaueritis, viuetis. Similiter illos, quaſi illuminant, dum eos a ſua præcipitatione retrahunt, & impediunt, & eos dono conſilij obedire compellunt, dicentes eis illud

Quid ſit purgare, & illuminare ſenſus exteriores.
Auct. de ſp. et ani. c. 37. apud Aug. to. 3.
Rom. 8. c

C Apoſtoli: Debitores ſumus ſpiritus, non carnis, ideſt debemus magis obedire ſpiritui quam carni. Similiter illos, quaſi perficiunt, dum eos, vitam illam quam in futura habituri ſunt, docent hic inchoare, & prælibare, & imitari. De his Bernardus libro de amore Dei dicit ſic: Quidã in ſanctitate vitæ, & hominis interioris glorificatione, & contemplatione, & quadam fruitione diuinitatis, iam futuræ vitæ beatitudinem prælibare in hac vita videtur & imitari, vt & de corporum ſuorũ glorificatione, quã poſt plene percepturi ſunt, in hac vita nõ nihil percipiant. *Sequitur*: Accepta enim

Ibidem. c
Ber. lib. de natura, & dignitate amoris diuini ca. 14.

D gratia, qua habitantes in vnum ſeipſis in Deo, & Deo in ſeipſis fruuntur, ipſius carnis ſic ſentiunt vicisſe omnes contradictiones, vt vniuerſa carnis ſubſtantia, non ſit eis niſi inſtrumentum boni operis. Nam & ſi ipſius miſerijs & infirmitatibus contabeſcunt, ſed ex hoc ipſo in interiori homine fortius conualeſcunt: quia quando infirmor, tunc fortior ſum, & potens, ait Apoſtolus. *Sequitur*: Senſus enim quandam nouam percipiunt, & prope ſpiritualem gratiã. Oculi enim fiunt ſimplices, vt certa experientia docet, & aures obtemperantes. Aliquando in feruore orationis tanta odoris ignota quædam fragrantia conſpirat: quæ ſola experientia percipitur, quia ignota. Et tanta eſt

2. Cor. 12. c

E guſtus in guſtando ſuauitas, quæ etiam non poteſt niſi per experientiam ſciri, ideſt per mutuum contactum ſpiritualis charitatis: quo incentiuum tantum fit, vt videantur ſibi inter ſeipſos, ſpiritualis cuiuſdam voluptatis gerere paradiſum. Vultus etiam, & totius corporis compoſitione, vitæ, et morum & actuum decore mutuæ etiam ſeruitutis & etiam deuotis exhibitionibus, et pijs ſuſceptionibus, ſiue cuiuſdam gratiæ beneplacito, ſibi inuicem conueniunt, & conuiuunt, vt ſit vere eis cor vnum, & anima vna. Nimirum futuram corporum ſuorum gloriam iam hic initiant,

Act. 4. f

F ex puritate conſcientiæ & mutuæ conuerſationis gratia perfecte eam habituri in futura, & perenni vita. Hæc Bernardus. Ecce donum conſilij, reficit conuiuantes ſupremos, ſcilicet conſiliarios ſacris contemplationibus, dum eos in tabernaculo, ideſt in ſecreto mentis facit diuina conſilia audire. Item reficit conuiuantes medios, ſcilicet ſenſus rationales, milites & ciues morales, ſacris veritatibus, dum facit eos conſilia diuina in tabernaculo vere intelligere. Item reficit conuiuantes infimos, ſcilicet artifices, ruſticos, & miniſtrantes, vt ſenſus animales, interiores, & exteriores in regno, vel in ciuitate animæ laborantes, deiformibus operationibus, dum eos facit diuina conſilia operando adimplere, quod perfectorum eſt. Sequimini igitur conſilium Dei, quia ſicut dicit Augu-

A ſtinus, Conſilium Dei eſt ſuper omne cõſilium creaturæ, vt & mundanis videatur ſtultitia, vt oſtendit Gregorius in Moralibus: Non quòd ſit defectus in conſilijs, ſed quia ſunt tantæ perfectionis, quòd mundus ea non poteſt intelligere, neque cognoſcere. Quod non eſt mirum cum nec ipſum conſiliarium cognoſcere poſſit, ſcilicet Spiritum ſanctum, vt dicit Dominus.

Aug. contra Fauſt. lib. 26. c. 7. to. 6
Greg. li. 20. Mora. c. 16. & lib. 27. cap. 18.
Ioan. 14. c

DE DONO INTELLECTVS.

B *Quare donum intellectus præcedentia dona ſequatur.*
Cap. I.

SEXTVM donum Spiritus ſancti, quod facit diem & conuiuium ſpirituale in anima, eſt donum intellectus. De quo ſunt quinque notanda. Primum, quare donum intellectus præcedentia dona ſequatur. Secundo, quid donum intellectus ſit, vel quid dicatur. Tertio, quæ huius doni ſit neceſſitas, vel quæ vtilitas in eo conferatur. Quarto, qualiter ex eo dies ſpiritualis in anima oriatur. Quinto, qualiter conuiuiũ animæ, ex eo præparetur.

C PRIMO igitur videndum eſt, qualiter donum intellectus præcedentia dona ſequatur. De quo ſciendum eſt, quod Anſelmus dicit, iſtum ordinem eſſe rationabilem. Cuius rationem ibidem aſſignat, dicens: Quinque dona Spiritus ſancti præcedentia pertinent ad vitam actiuam, hæc autem duo, ſcilicet intellectus & ſapientia pertinent ad vitam contemplatiuam: quæ duo Spiritus ſanctus prædictis quinque ſuperimponit, vt ædificium perfecte compleatur. Sed vita actiua præcedit contemplatiuam, tamquam diſponens potentias contemplatiuas ad actus ſuos, ne in operationibus ſuis impediantur. Vnde Gregorius in Mora-

Anſ. lib. de ſimil. c. 130
Greg. lib. 6. Mor. c. 17.

D libus dicit: Qui arcem contemplationis aſcendere deſiderant, prius neceſſe eſt, vt in opere actionis perfecte ſe exerceant. Igitur in ordine aſcenſionis ab infimo dono, ſcilicet timoris, ad ſummum donum, ſcilicet ſapientiam, quinque dona prædicta præcedere debent donum intellectus & ſapientiæ. Vnde Anſelmus ibidem dicit ſic: Poſtquam Spiritus ſanctus, mentem facit pauentem per donum timoris, ſibiq. compatientem per donum pietatis, & ea, quæ ſunt facienda manifeſtat per donũ ſcientiæ, & illa fortiter exequitur per donum fortitudinis, & de ipſis ſuo exemplo facit alijs conſulere per donum conſilij: poſt Spiritus ſanctus accendit mentem ad intelligendum, cur

Anſel. vbi ſup. proxi.

E hæc & illa fieri debeant, & vltimo a ſolo Deo remunerationem quærat iſtorum. Sed quare donum intellectus immediate ſequatur donum conſilij, huius ratio eſt, nam cum conſilium ſit affectuum inquiſitiuum & rationis directiuum, vt dictum eſt ſupra, intellectus autem ſit lumen, vt dicitur in libro de ſpiritu & anima. & philoſophus, de anima vocat intellectum agẽtem, lumen quod penetrat vſque ad intima, ſcilicet ad eſſentias rerum & quidditates: ideo numquam eſt perfecta veritatis inquiſitio, neque perfecta inuentio, vbi non fuerit intellectualis illuminatio. Vn-

Ariſt. li. 3. de ani. tex. 18.

F de conſilium ſine intellectu, manet ſine affectu. Eſt & alia ratio, quam Auguſtinus ponit in libro de Doctrina Chriſtiana, parum poſt principium vbi loquẽs de ſeptem donis, dicit de dono intellectus ſic: Poſt quintum gradum, ſcilicet donum conſilij, per quod anima leuatur ab appetitu ſordium inferiorum, aſcendit in ſextum gradum, ſcilicet donum intellectus, vbi iam ipſum oculum purgat, quo videri poteſt Deus ab his qui huic ſæculo moriuntur, qui intantum vident, inquantum moriuntur ſæculo. Ab illis enim non ſolum certior, ſed & iucundior ſpiritus lucis incipit apparere, in ænigmate tamen. Quamdiu enim in hac vita ſumus peregrinamur a Domino, quamuis conuerſationem habeamus in cælis. Vlterius igitur introducit ad ſapientiam.

Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſt. c. 7. to. 3.
2. Cor. 5. b

Quid

Quid donum intellectus ſit, vel dicatur. Cap. II.

A

SECVNDO videndum eſt, quid ſit donum intellectus, & quare ſic nominatur. De quo ſciẽdum eſt, quòd nomen intellectus, importat quandam intimam cognitionem. Dicitur enim intelligere quaſi intus legere. Et hoc patet, conſideranti differentiam inter cognitionem intellectus & ſenſus. Nam cognitio ſenſitiua occupatur circa ſenſibiles qualitates exteriores. Cognitio autem intellectiua, tamquam excellentior & ſubtilior, penetrat vſque ad quidditates, & rerum eſſentias interiores: quia obiectum intellectus eſt quod quid eſt, vt dicitur de anima. Vnde cognitio humana incipit a ſenſu tamquam ab exteriori, quæ non perficitur niſi perueniatur ad intellectum, qui vere cognoſcit, quod eſt res. Dicitur enim in libro de ſpiritu & anima, quòd quidquid ſenſus recepit exterius, imaginatio repræſentat interius, ratio inueſtigat, intellectus dijudicat, intelligentia comprehendit & ad contemplationem adducit, quæ memoria conſeruat. Sed aduertendum eſt, quod intellectus quandoque accipitur vt eſt vis animæ naturalis. Et ſic de intellectu loquitur auctor libri de ſpiritu & anima, qui dicit, quòd intellectus eſt vis animæ, qua inuiſibilia percipit. Cui concordare videtur Philoſophus de anima, & hic intellectus vt plurimum cæcutiens eſt. Vnde Pſalmus dicit: Neſcierunt neque intellexerunt. Item intellectus quandoque accipitur vt eſt virtus intellectualis, ſiue vt eſt habitus principiorum naturalium, quæ ſubſunt lumini intellectus, vt patet in ethicis. Sed neuter iſtorum eſt donum Spiritus ſancti, licet vterque ſit a ſpiritu ſancto. Sed quia homo ordinatur ad beatitudinẽ, ſicut ad finem ſupernaturalem, vt apparet ex eius imagine: ideo oportet ponere intellectum, ſiue lumen aliquod, vt eſt habitus ſupernaturalis principiorum ſupernaturalium, quæ ſunt articuli fidei, & ex conſequenti quarundam operationum quæ ordinantur ad fidem. quia fides per dilectionem operatur, vt dicit Apoſtolus. Et hoc lumen ſupernaturale, & ſuperadditum intellectui & datum homini, vocatur donum intellectus, quod nominat quandam excellentiam cognitionis, penetrantis vſque ad intimas rerum intelligendarum eſſentias & veritates: quæ non fit ita complete ex virtute luminis, naturalis intellectus, ſicut ex virtute luminis ſupernaturalis ſuperadditi intellectui naturali. De quo intellectu dicitur in libro de ſpiritu, & anima, quòd intelligentia eſt vis animæ, quæ immediate ſupponitur Deo. Cernit ſiquidem ipſum ſummum verum, & vere incommutabilem. Sic anima percipit corpora ſenſu: imaginatione, corporum ſimilitudines: ratione, corporearum rerum naturas: intellectu, ſpiritum creatum: intelligentia, ſpiritum increatũ. Vel ſicut dicitur in eodem libro, Intellectus eſt ea vis animæ, qua de diuinis quantum homini poſſibile eſt cognoſcitur, ad cæleſtia arcana penetranda, quæ penetrari non poſſunt, niſi per ſpiritum eius, qui etiam profunda Dei ſcrutatur. Vnde Apoſtolus dicit: Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, qui omnia ſcrutatur etiam profunda Dei.

Cognitionis ſenſitiuę & intellectiuę diſcrimẽ.
Ariſt. li. 3. de ani. tex. tex. 37.
Auct. de ſpir. & ani. c. 11. apud Aug. to. 3.
Ibidem.
Pſal. 81. a
Ariſt. lib. 6. Eth. c. 6.
Gal. 5. b
Auct. de ſpir. & ani. cap. 11. ap. Aug. to. 3.
Ibidẽ c. 37
1. Cor. 2. c

B C D E

Quæ huius doni ſit neceſſitas, vel qua vtilitas in eo conferatur. Cap. III.

Ad quid ſit neceſſariũ, donum intellectus.

TERTIO videndum eſt, quæ ſit neceſſitas ſiue vtilitas doni intellectus. De quo ſciendum eſt, quòd cum veritates neceſſariæ ad ſalutem, ſint nobis abſconditæ, & quaſi velatæ, tam in rerum naturis, quam in ſacris ſcripturis, quam in diuinis ſacramentis & figuris, in tantum vt intellectus humanus ſine adiutorio ſupernaturalis luminis, non poſſit ad eas apprehendendas plene pertingere: planum eſt, quod neceſſe fuit, vt Spiritus ſanctus intellectui humano ſuperadderet aliquod lumen ſupernaturale, quo velamina dictarum veritatum penetraret, & veritates abſconditas apprehenderet, & eas ſic nobis manifeſtaret. Quod vtique Spiritus ſanctus facit, dum nobis donum intellectus inſpirat. Hoc enim donum intellectus, primo facit nos penetrare velamina, ſiue tenebras mentis noſtræ, donec ad notitiam propriam perueniamus, & imaginem ſanctæ Trinitatis, nobis concreatam cognoſcamus; cum Dominus dicat: Regnũ Dei intra vos eſt, ideſt in imagine ſua. Primo igitur donum intellectus facit nos ad interiora noſtra ingredi dum menti inſpirat, vt ſeipſam primo cognoſcere diſcat, & in hoc diligenter ſe exerceat, donec ſe videre quid ſit, incipiat. Dicit enim Richardus ſic: Hoc exercitio, cordis oculus mundatur, ingenium acuitur, intelligentia dilatatur. Nihil recte æſtimat, qui ſeipſum ignorat. Neſcit quòd ſub pedibus eius mundana gloria iaceat, qui conditionis ſuæ dignitatem non penſat. Neſcit omnino quid de ſpiritu angelico, quid de ſpiritu diuino ſentire debeat, qui ſpiritum ſuum prius non cogitat. *Sequitur*: Si non idoneus es intrare ad teipſum, quo modo ad illa rimanda idoneus eris, quæ ſunt ſupra teipſum? In hoc exercitio homo per donum intellectus incipit aliqualiter videre, quòd factus eſt ad imaginem Dei vt docet Auguſtinus de Trinitate. Et auctor in libro de ſpiritu & anima: Tanta dignitas hominis, eſſe cognoſcitur, vt non ſolum iubentis ſermone, ſicut alia opera ſex dierum ſunt facta, ſed & conſilio ſanctæ Trinitatis, & opere diuinæ maieſtatis creatus ſit homo: vt ex primæ conditionis honore intelligeret, quantum deberet ſuo creatori, non ſolum propter primæ conditionis priuilegium acceptum, ſed & quòd ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Deus creauit eum. Nam ſicut dicitur in eodem libro de ſpiritu & anima: Sicut Deus Pater Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus eſt vnus Deus non tres dij, ſed tres perſonæ, ita anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non ſunt tres animæ ſed vna in vno corpore, & tres vires. Et ſicut ex Patre generatur filius & ex Patre & Filio procedit Spiritus ſanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, ſed ex intellectu & voluntate procedit memoria. Multæ aliæ ſimilitudines ponuntur ibidem. Ex eo autem, quòd anima eſt imago Dei, eſt capax Dei, vt dicit Auguſtinus de Trinitate. Item per donum intellectus poteſt homo cognoſcere quòd eſt factus ad ſimilitudinem Dei. Vnde in libro de anima & ſpiritu dicitur ſic: Creata eſt anima a Deo, vita a vita, ſimplex a ſimplici, immortalis ab immortali: vt non ſit longe a creatore ſuo, cui appropinquare videtur ſimplicitate eſſentiæ. Quia creata eſt anima magna a magno, recta a recto. Eo magna quo capax æternorum: eo recta quo eſt appetens æternorum vel ſupernorum: eo beata, quo Deo vnita. *Sequitur*: Anima namque, quã Dei pietas reſpicit, humilitas ſubijcit, pœnitentia reducit, iuſtitia deducit, obedientia conducit, perſeuerantia perducit, deuotio introducit, puritas iungit, charitas vnit. Et ibidem dicitur: Quis maior honor eſſe potuit homini, quã quòd ad ſimilitudinem ſui conditoris crearetur, & eiſdem virtutum veſtimentis ornaretur, quibus & conditor. De quo in Pſalmo legitur: Dominus regnauit decorem indutus eſt, quaſi omnium virtutum ſplendore, & totius bonitatis decore ornatus. *Sequitur*: Et quod maius dedecus homini, aut infelicior miſeria, quam vt hac ſimilitudinis gloria ſui conditoris amiſſa, ad informem & irrationalem iumentorum ſimilitudinem dilabatur? *Sequitur*: Quapropter quiſque diligentius attendat primæ ſuæ conditionis excellentiam, vt venerandam ſanctæ Trinitatis in ſe ipſo imaginem agnoſcat honoremq. diuinæ ſimilitudinis, ad quam creatus eſt, nobilitate morum, & exercitatione virtutum, & dignitate meritorum habere contendat. Vnde quando apparebit, ſimiles ei erimus vel apparebimus, qui nos condidit & reformauit. Hæc ille. Similiter per donum intellectus, homo regnum Dei in ſe inuenit,

Luc. 17. e
Rich. lib. 3. de contēpl. cap. 6.
Auct. de ſp. et ani. c. 35. ſ prin. apud Aug. to. 3.
Gen. 1. d.
Ibid. infe-rius.
Aug. li. 10. de Tri. c. 8.
non longe a prin. to. 3.
Auct. de ſpir. et ani. c. 36. apud Aug. to. 3.
Ibid. c. 35. poſt med.
Pſal. 92. a
1. Ioan. 3. a

F

Luc.17. c inuenit, cum Dominus dicat: Regnum Dei intra vos eſt. Vbi dicit Gloſſa Gregorij: Regnum Dei nobis inſitum eſt, dicit forſitan inditam animabus noſtris lætitiam per Spiritum ſanctum. Ea enim eſt velut imago & arra perennis lætitiæ, qua in futuro ſæculo, animæ ſanctorum gaudent. De hoc require ſupra in cap. de dono timoris. Quærite ergo, & inuenietis,
Pſal.31. c & nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, ait pſalmus.

Veritates diuinæ in ſacra Scriptura abſconditæ manifeſtantur per donum intellectus. Cap. IV.

POST hoc Spiritus ſanctus per donum intellectus, facit nos penetrare velamina ſacrarum ſcripturarum, introducens nos ad claram contemplationem puræ veritatis. Quod autem veritates Theologicæ, & diuinæ, quæ ſunt nobis neceſſariæ ad ſalutem, ſint velatæ & abſconditæ in ſacra Scriptura, oſtendit obſcuritas prophetarum, vel prophetiarum, multiplicitas figurarum, & diuerſitas expoſitionum. Quandoque enim exponuntur hiſtorice, quandoque tropologice, quandoque allegorice, quandoque anagogice, vt ſupra patet in capitulo de dono ſcientiæ. Sed Spiritus ſanctus per donum intellectus, facit nos penetrare omnia velamina occultantia nobis veritates ſcripturarum, neceſſarias nobis ad ſalutem donec intremus ad veritatis puras illuminationes, & contemplationes in ſcripturis abſconditas. Puræ autem veritatis illumi-
Hug. in 7. c. Ang. Hier. nationes, vt dicit Hugo, ſunt quando veritas ſine imaginibus & figuris per ſemetipſam percipitur. Richardus ſuper Apocalyſi, & Haymo dicunt quòd excellentior cognitio eſt, cum ſpiritus humanus per internam inſpirationem ſuauiter tactus nullis rerum viſibilium formis ad cæleſtium contemplationem erigitur, ſicut vidit Dauid propheta. Sed Haymo dicit ibidem: Eſt quædam viſio intellectualis, quæ non fit per corporales res, nec per ſimilitudines, ſed ipſa veritas in mente manifeſtatur videntibus, quod proprie electorũ eſt. Et notandum, quòd donum intellectus quandoque intantum penetrat omnia veritatis velamina, & intantum introducit mentem ad ſua interiora, vt audiat
2.Cor.12.a ibi verba quæ non licet homini loqui, quia nec forte proprie poterunt dici per os carnis. Quia cum ſint verba intellectualia, nihil corporale habentia, nec imaginẽ, nec ſimilitudinem, ideo per os carnis nõ exeunt.
Apoc. 2. e Et ideo illa nemo ſcit, niſi qui accipit, vt in Apocalypſi.
Aug. hom. 2. in Apoc. cir. fin. 10. 9 Quòd exponens Auguſtinus ibidẽ dicit, quòd nemo ſcit, niſi qui accipit per reuelationẽ vel per experiẽtiã. Cum his concordare videtur commentator, ſuper
Hug. ſuper 7. Ang. Hierarc. Angelicã Hierarchiã, loquens de proprietatibus ſeraphicis, vbi dicit ſic: Ille qui hæc verba dicebat, vſque ad tertium cælum peruenerat, & intrauit paradiſum Dei, vbi verba omnino ſecreta & proxima ſilentio audiuit, ad quæ auris humana non contigerat, quæ nemo audiret donec ſciret: intus enim audiebantur, ibiq. dicebantur, & non poterant exire foras, vbi erat homo, & propterea ab eo qui intus erat, & valde intus, introrſus audiri poterant. Sed his qui foris erãt, dici non debuerant. Ne autem illi qui foris erant derelinquerentur, ſi ab eo, qui intus erat, non vocarentur; nata ſunt verba de verbis, ſicut verba de verbo nata fuerant. De verbis, quæ intus ſeruari debuerunt, verba, quæ foris proferri potuerunt. de immenſis magna, de occultis obſcura, de impenetrabilibus profunda: quæ a nobis audita ſunt in ſcripturis, vtrum intellecta neſcio. Vnctio tamen ſpiritus docet nos de
1.Ioan.2.d omnibus, dicit Ioannes. Item Spiritus ſanctus per donum intellectus, non ſolum facit nos penetrare omnia velamina veritatis incarnatæ, ſed & veritatis increatæ. Velamina autem veritatis incarnatæ ſunt omnes infirmitates, & defectus, quos pro nobis aſſumpſit in natura humana, vt defectus paſſibilitatis, famis, ſitis, & mortalitatis, *et cæt.* Quæ donum intelle-

A ctus omnia facit penetrari vſque ad inuentionem nudæ veritatis. Quia ipſa veritas incarnata dicit: Cum *Ioan.16. c*
venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Spiritus veritatis dicitur, quia a veritate procedit: & ideo docet omnem veritatem, quia docet eum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcien- *Coloſſ. 2. a*
tiæ Dei abſconditi. Nam quia ab alio procedit, ipſum manifeſtat. Vnde Dominus dicit ibidem: Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur, quia de meo accipiet, ex quo docebit vos omnem veritatem neceſſariam, quam audiuit. Docere autem, eſt ipſum intellectum ad ſuum obiectum quod eſt ve-
B ritas applicare, ex quo ſequitur veritatẽ cognoſcere.
SED ſciendum, quòd triplex veritas eſt. Nam eſt veritas cognitionis, veritas operationis, & veritas dilectionis. Per veritatem cognitionis, Spiritus ſanctus oſtendit nobis fidem Chriſti, & doctrinam eſſe veriſſimam. Per veritatem operationis Chriſti, docet nos operationem perfectiſſimam. Per veritatem dilectionis Chriſti, oſtendit nobis charitatem maximam. Ad has veritates, poſſunt reduci aliæ veritates neceſſariæ. Item Spiritus ſanctus per donum intellectus, non ſolum facit nos penetrare omnia velamina veritatis incarnatæ, ſed & velamina veritatis increatæ. Vnde di- *Aug. tract.*
C cit Ieſus: Ille ſcilicet Spiritus ſanctus me clarificabit. *100. in Io.*
Quod verbum exponens Auguſtinus dicit: Spiritus *10. 9.*
ſanctus clarificat filium, non ita quòd de nõ claro faciat clarum, ſed eum clarificat in nobis, quando nobis eum manifeſtat, vt clarum clare cognoſcamus. Sed quia Spiritus ſanctus procedit ab vtroque ſcilicet patre & filio, ideo vtrumque nobis reuelat. Hæc autem reuelatio fit, quando Spiritus ſanctus per donum intellectus, mentem noſtram a terrenis eleuat, & purgat, & inflammat. Affectus enim terrenus & animalis impedit intellectum ne ſpiritualia intelligat: quia animalis homo, non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei,
D ait Apoſtolus. Ideo talibus non fiunt reuelationes. Spi- *1.Cor. 2. d*
ritus ſanctus intellectum, voluntatem, memoriam, *Bern. ſer. 2.*
& totam familiam mentis ab inferioribus abſtrahens, *de Pentecoſte circa*
impellit ad Dominum quærendum, et habendum. *med.*
Vnde Bernardus dicit, Spiritus ſanctus profecto monet memoriam, docet intelligentiã, mouet voluntatẽ,
et ibidem. Nec minimam paleam peccati, intra cordis *Idem ſer.*
quod poſſidet habitaculum, patitur reſidere, ſed ſta- *a in eod. feſto prope fi.*
tim igne ſubtiliſſimæ circumſpectionis exurit illud
ſpiritus dulcis & ſuauis. Igitur mẽte purgata & mun- *Ber. de Pentecoſ. ſer. 1.*
data per internam monitionem, excitat memoriam
ad paternæ allocutionis auditionem, quia Deus per
E memoriam auditur, vt dicit Richardus. Item dicit *Rich. lib. 4.*
Bernardus ibidem, Spiritus ſanctus docet intellectũ, *de cõtempl.*
& illuminat, ſcilicet ad diuini verbi intellectionem. *c. 13.*
Quia ſicut dicit Richardus, vbi ſupra, Deus per intelligentiam videtur. Item dicit Bernardus ibidem, quòd Spiritus ſanctus mouet voluntatem, ſcilicet ad ſanctæ Trinitatis perfectam dilectionem. Quia dicit Richardus vbi ſupra: Deus per voluntatem vel affectum amplexatur, & ſic habetur. Sed & filius reuelat patrem.
Vnde dicit Apoſtolus: Vſque in hodiernum diem, *2.Cor. 3. d*
idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur, dum no-
F bis patrem reuelat. Vnde dicit Dominus: Ego clari- *Ioan.17. a*
ficaui te pater. Quod exponens Auguſtinus dicit: *Aug. tract.*
Filius clarificauit patrem, non quòd de minus claro *105. in Io.*
fecerit magis clarum, cum eſſentialiter fuerit æterna- *10. 9.*
liter clarus: ſed filius in nobis clarificatus, cum in nobis clarificat, dum ipſum verbum paternum manife-
ſtat nobis patrem. Vnde dicit verbum: Pater manife- *Ioan.17. a*
ſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi.
Quod Auguſtinus de Trinitate exponens dicit: Si *Idem. li. 9.*
verbum noſtrum temporale & trãſitorium, quod nos *de Trin. c.*
proferimus, & ſe oſtendit, & eum qui loquitur: quan- *9. 10. 3.*
to magis verbum Dei, per quod facta ſunt omnia, ſe nobis oſtendit, & patrem ſicut eſt, quia idem cum patre eſt, & ſeipſum oſtendit nobis? Vnde dicit Dominus:

Ioan. 14. b minus: Philippe qui videt me, videt, & patrem. Sed & pater clarificauit filium, vt in miraculorum operatione, in paſſione, reſurrectione, & in cælum aſcenſione, & in multis alijs, vt filius clarificet patrẽ, *Vbi ſupra.* vt ſupra patuit. Vnde Ioannes dicit: Pater, venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.

Veritates diuinorum ſacramentorum dono intellectus penetrantur. Cap. V.

POST hæc videndum eſt, qualiter Spiritus ſanctus per donum intellectus, facit nos penetrare velamina veritatum diuinorum ſacramentorum. Habent namque ſacramenta velamina quædam, quibus luciformes margaritas abſcondunt, ne pedibus porcorũ *Mat. 7. a* immundæ multitudinis conculcentur, & ne derideant vel contemnant eas, ſicut & Dominus dicit: Nolite *Ber. ſer. 33 in Cãt. ante med.* ponere margaritas, *et cet.* De iſtis velaminibus conqueritur ſanctus Bernardus, dicẽs ſic: Mihi apponitur veritas: ſed in ſacramento. Angelus ex adipe frumenti ſaginatur, & nudo grano, me oportet interim quodam ſacramenti cortice eſſe contentum, carnis furfure, palea litteræ, fidei velamine. Et hæc talia ſunt, quæ guſtata afferunt mortem, ſi non de primitijs ſpiritus, quantulumcumque accipiant condimentum, quod fit per donum intellectus. *Vnde ſequitur*: Denique abſque ſpiritu ſacramentum ad iudicium ſumitur, & caro non prodeſt quidquam, littera occidit, & fides mortua eſt: ſed Spiritus ſanctus eſt, qui viuificat, vt viuam in eis. At quantalibet ſane abundantia ſpiritus noſter pingueſcat, non tamen pari iucunditate ſumitur cortex ſacramenti, & adeps frumenti, fides & ſpes, memoria & præſentia, æternitas & tempus, vultus & ſpeculum, imago Dei & forma ſerui. Nempe in omnibus fides mihi eſt locuples, intellectus pauper. Hinc Bernardus oſtendit, quòd intellectus humanus eſt pauper & quaſi cæcutiens, ſine adiutorio diuino, in cognitione tam abſconditarum veritatum ſacramentalium, ſed adiutorio Spiritus ſancti, qui donat veritates theologicas dirigentes, & ad plenum perficientes donum intellectus, & cetera dona, fit diues & fortior ad penetrandum velamina, & ad *Greg. lib. 1. Mor. c. 13.* inueniendum veritates abſconditas. Vnde Gregorius in moralibus dicit ſic: Ad perfectionem plenam dona non perueniunt, niſi fide, & ſpe, & charitate fiat omne quod agunt. Nam Chriſtus eſt oſtiũ, per quod *Auguſt. de verb. Dom. ſec. Ioan. ſer. 55. cit. ſu. ca. 10.* intratur ad notitiam ſanctæ Trinitatis. Vnde Auguſtinus exponens illud Ioannis, Ego ſum via, dicit, Verbum aſſumens humanitatem factum eſt via. Ambula per hominem, & peruenies ad Deum. Et dicit ipſe Dominus: Ego ſum oſtium ouium, *& cet.* hoc *Ioan. 14. a Ioan. 10. b Iſa. 7. b* oſtium fides aperit. Vnde in Iſaia dicitur: Niſi credideritis, non intelligetis. Igitur fides intellectum adiuuat. Spes autem intellectum introducit. Vnde dicit *Heb. 6. d* Apoſtolus: Habemus ſpem firmam, & incedentem vſque ad interiora velamina ſcilicet puræ veritatis. *1. Ioan. 4. c* Sed charitas inuenit & vnit, quia Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. *Hug. ſup. 7. Ang. Hier.* Cuius ratio eſt, quia ſicut dicit Hugo, Amor ſine charitas ſuo acumine omnia penetrat, donec ad dilectum veniat. Sic igitur donum intellectus, in fide, ſpe, & charitate, penetrat omnia velamina ſacramentalia, ſuperius a Bernardo enumerata, vt dicat illud Cãtico- *Cant. 3. b* rum: Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam eum, donec introducam eum ad certiſſimã veritatem & intimam.

Quo modo per donum intellectus dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. VI.

QVARTO videndum eſt, qualiter per donum intellectus dies in anima ſpiritualis oriatur. De quo ſciendum eſt, quòd ſicut abſentia lucis ſolaris cauſat noctem & tenebras in terra, & ſicut

A præſentia eius cauſat diem ſiue lumen vt videantur ſenſibilia, ſic abſentia doni intellectus in anima cauſat tenebras. Vnde Pſalmiſta: Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. *Pſal. 81. b* & eiuſdem doni præſentia cauſat in anima diem ſpiritualem, qua videntur intelligibilia. Vnde Gregorius in Moralibus exponens illud Iob, Vnuſquiſque in die ſuo, dicit ſic: Sicut ignorantiæ obſcuritas, ſine dubitatione nox cordis dicitur, ſic intellectus dies vocatur. Ratio huius eſt, quia intellectus ſuo lumine penetrat omnia velamina obumbrantia veritatis radios, tam naturarum, quàm ſcripturarum, & ſacramentorum, vt ſu- B pra patet. planum eſt quòd lumen illud doni intellectus, proficit & creſcit, vſque in perfectum diem, quo ſpiritualia cõtemplantur, in quo die, mane, meridies, & veſpera diſtinguuntur.

Per donum intellectus oritur dies in anima.

PRIMO igitur mane huius luminoſæ diei in mente humana oritur, quando per donum intellectus ad noſtra interiora reuocati per lumen compunctionis, omnes tenebras peccatorum de lectulo conſcientiæ abſtergimus, vt dicamus cum Pſalmiſta: Lauabo per *Pſal. 6. b* ſingulas noctes lectum meum ſcilicet conſcientiæ, vt poſt hoc ad claritatem meridianæ horæ per contemplationem mane ſurgamus. De mane illius diei lo- C quens Gregorius in Moralibus exponens illud Iob, *Greg. lib. 1. Mor. c. 19.* Conſurgensq. diluculo offerebat holocauſta, dicit ſic: Diluculo namque conſurgimus, cum compunctionis luce perfuſi, humanitatis noſtræ noctem deſerimus, & ad veri luminis radios, mentis oculos aperimus. *Sequitur*: Offerebat holocauſta. Holocauſtũ totum incenſum dicitur, quod offerre, eſt totam mentem igne compunctionis incendere, vt in ara amoris tota ardeat, & quaſi delicta propriæ cogitationis exurat. De mane illo dicit Pſalmiſta: Mane *Pſal. 5. a* aſtabo tibi & videbo.

Mane diei doni intellectus.

SECVNDO poſt mane huius diei luminoſæ, horæ D meridianæ claritas feruida oritur in mente ex dono intellectus, quod pariter illuminat, & inflammat in ſacra Scriptura, ad modum horæ meridianæ, dum eloquium Domini vehementer ignitum, quod eſt penetrabilius omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem ſpiritus & animæ, ſecundum Apoſto- *Heb. 4. c* lum, manifeſtat. De claritate huius meridiei & radijs huius, Richardus dicit ſic: Iucunda ſane admodum *Rich. lib. 5. de contẽpl. cap. 9.* plaga eſt meridiana a nimietate lucis & feruore diei, eo quòd dulce ſit valde & delectabile aſpectui, contemplari beatorum ſpirituum ordines, hilareſcentes in claritate & charitate. *Et ſequitur infra*: In meridie E illa ſcilicet lucis & feruoris ſcripturæ, contemplantur præmia meritorum beatorum, gaudia ciuium ſupernorum, & arcana diuinorum ſecretorum, & cetera huiuſmodi. Propter quod dicit Dominus: Scru- *Ioan. 5. g* tamini ſcripturas. Quod verbum Chryſoſtomus exponens dicit: Saluator ſcripturas vocat oſtium. Hæ enim cognitionem Dei aperiunt, hæ oues cuſtodiunt, hæ lupos ſuperuenire non permittunt, hæreticis introitum præcludentes. Hæc ille. De feruore autem horæ meridianæ, ſcilicet Scripturæ ſacræ, in qua nobiſcum Deus loquitur per verbum ſuum proprium tamen incarnatum, quantus ſit oſtendit Eccleſia, quæ F ex ardentiſſimo feruore tacendo clamat, dicens: Oſ- *Cant. 5. a* culetur me oſculo oris ſui. Hunc feruorem aduertere poſſumus, ſi verba penſemus. Nam Bernardus expo- *Bern. ſuper Cant. ſer. 2. poſt med.* nens hæc verba dicit: Securus ſuſcipio mediatorem Dei filium, quem agnoſco fratrem meum. Minime mihi iam ſuſpectus erit: frater enim & caro mea eſt, *Gen. 27. f* puto eum ſpernere me iam non poſſe, os de oſſibus *Gen. 2. d* meis, & caro de carne mea. Igitur loquatur mihi oſculo oris ſui. Quid mihi hæc ora prophetarum ſemiverba loquuntur? Ipſe potius ſpecioſus forma præ fi- *Pſal. 44. a* lijs hominum me oſculetur, oſculo oris ſui alloquendo. Nam audio iam Moyſen, impeditioris linguæ eſt. *Exod. 4. c* Iſaiæ labia immunda ſunt. Hieremias neſcit loqui, *Iſa. 6. b* quia puer eſt. Non in eis iam loquatur mihi, quo- *Hier. 1. b*

Meridies huius diei.

Pſal.17. b niam tenebroſa aqua in nubibus aeris. Et prophetæ
omnes elingues ſunt. ſed ipſe loquatur mihi, cuius
gratioſa præſentia, & admiranda fluenta doctrinæ,
Ioan. 4. a fiant in me fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Cu-
ius vtique ſermo viuus & efficax, mihi oſculum eſt,
non quidem coniunctio labiorum, quæ interdum pa-
cem mentitur animorum, ſed plane infuſio gaudio-
rum, reuelatio ſecretorum, mira quædam & quodam
modo indiſcreta connexio ſuperni luminis, & illumi-
1.Cor.6. d natæ mentis. Adhærens quippe Deo, vnus ſpiritus
Cant. 5. b eſt. Hæc ille. Ideo ſponſa in Canticis dixit: Anima
mea liquefacta eſt, vt dilectus meus locutus eſt, mihi
ſpiritus feruorem tantum infundendo, vel influendo,
vt tota feruida ſim, ait Vercellenſis ibidem. Igitur
Iſa. 18. c quaſi lux meridiana eſt.

Tertio poſt horam claræ & feruidæ meridiei,
hora veſpertina ſuccedit, in qua labor quotidianus
terminatur, ſomnus contemplationis inchoatur, de-
Veſpera ha. liciæ nocturnales celebrantur. Labor quotidianus ter-
ms dies. minatur, quia ſole declinante, virtus debilitatur ope-
rantium. Vnde dixerunt Domino diſcipuli, ſimulāti
Luc.24. d ſe longius ire: Mane nobiſcum Domine, quoniam
adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies, quia virtus eſt
debilitata, & ideo a labore quieſcendum eſt. Quare
Pſal. 103.c & in Pſalmo dicitur: Exibit homo ad opus ſuum, &
ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Secundo in
hora veſpertina, per donum intellectus, ſomnus con-
templationis inchoatur. Vnde dicit anima contem-
Cant. 5. a platiua: Ego dormio, & cor meum vigilat. Quod
exponens Vercellenſis dicit ſic: Ego, quod ſum per
naturam, dormio, dormitio autem ſuſpendit vſum
ſenſuum exteriorum, & intendit & quaſi inuigilat
circa exercitium ſenſuum interiorum. quod incom-
parabiliter nobilius eſt, quàm exercitium ſenſuum
exteriorum, quod perfecte haberi non poteſt, niſi
Auct. de ſp. ſenſus exteriores obdormiant. Vnde in libro de ſpi-
et ani. ca. 9. ritu & anima dicitur: Cum ſenſus exterior carnalis
apud Aug. ſuo bono vtitur, interior ſenſus quaſi obdormit. Et
to. 3. Gregorius dicit Vigilanti etenim corde dormit, per
Gregor. in hoc, quòd interius contemplando proficit, & ab in-
Ezec. hom. quieto opere foris quieſcit. Tertio in hora veſperti-
14. poſt me. na, deliciæ ſpirituales poſt labores diurnos a Deo mi-
niſtrantur per donum intellectus, tunc ex Iacob re-
uerſa de agro ad veſperam fit Iſrael, quia poſt ſuda-
tiones boni operis, peruenitur ad lucem contempla-
Hug. lib. 4. tionis, vt dicit Hugo. Vnde in Iob dicitur: quaſi me-
de clauſtro ridianus fulgor, conſurget tibi ad veſperam. Quod
animæ ca. exponens Gregorius in Moralibus ait: Conſurget,
41. quia quanta ſibi claritas meridiana maneat cum iam
Iob 11. d occumbere cœperit, poſt agnoſcet, quia ſcriptum eſt:
Greg. li. 10. Timenti Deum bene erit in extremis. Hæc ille. Ful-
Mora. c. 13. gor namque meridianus illuminat, & inflammat. Il-
cir. med. luminatio pertinet ad cognitionem, inflammatio ad
Eccli. 1. c refectionem. Nam in charitate refectio eſt, quæ duo
maxime faciunt ad delicias ſpirituales, & veſpertinas,
Hug. ſuper vt patet per Hugonem, vt ſupra dictum eſt. Factum
7. Ang. Hie eſt igitur veſpere, & mane dies ſextus, per donum
rar. intellectus.

Quo modo per donum intellectus conuiuium ſpirituale menti præparetur. Cap. VII.

Qvinto videndum eſt, qualiter Spiritus ſanctus
per donum intellectus in die ſua, ideſt in illumi-
natione ſua conuiuium ſpirituale menti præparet. De
Greg. lib. 1. quo ſciendum eſt, quòd Gregorius in Moralibus di-
Mor. c. 16. cit ſic: Intellectus in die ſuo conuiuium, præparat,
vel parat: quia in eo quòd audita penetrat reficiendo
cor tenebras eius illuſtrat. Ergo in penetratione au-
ditorum inuenta veritate mens reficitur. Et ratio hu-
ius eſt, quia menti non ſufficit guſtare velamina veri-
tatum, teſtas vel vmbram quidditatum, vt ſupra di-
ctum eſt, ſed nucleum, ideſt veritatem puram, &
quidditatem nudam. Veritas pura eſt, quando per-

A ſeipſam videtur, non per ſubiectam imaginem, vel
figuram, dicit Hugo. Et hic intellectus vere reficit. *Hug. ſuper*
Vnde Linconienſis ſuper principium myſticæ Theo- *7. Ang. Hie*
logiæ dicit ſic: Intellectum Scripturæ hiſtoricum, al- *rarc.*
legoricum, & moralem habent multi, ſed interior ho-
mo quærens videre Deum incircumuelate, & vere,
non eſt his contentus, ſed tranſcendens, aſcendit cum
ſacris contemplatiuis ad ſummitatem anagogicorum
intellectuum. In quibus tamen non videtur Deus ſine
ſymbolis, donec tandem ab omnibus abſoluatur, &
cum Moyſe caliginem ignorantiæ ingrediatur, in qua
mens ſumme reficitur, vt patet per Moyſen ieiunan-
B tem a cibo corporali quadraginta diebus, vt legitur
in Exodo. Cum igitur donum intellectus ſecundum *Exod. 24. e*
Gregorium penetret omnia velamina veritatis diui-
næ, tam in ſcripturis, quàm in doctrina, tam in figu-
ris, quàm in ſacramentis, & vſque ad intimam & nu-
dam veritatem intelligendam, & deguſtandam, qua-
dam intellectuali experientia pertingat, quod perfe-
ctiſſimorũ eſt, vt dicit Bernardus ſuper Cantica, ideo
donum intellectus, dulciſſime mentem reficit. De
hoc guſtu experientiæ Bernardus loquens in libro de
amore Dei, dicit: Guſtus experientiæ ſcripturarum, *Bern. li. de*
& ſacramentorum Dei, qui eſt in Chriſto, facit nobis *nat. & di-*
C ſenſum, vt intelligamus ſcripturas. Vnde Dominus *gnitate a-*
poſt reſurrectionem aperuit diſcipulis ſenſum, vt in- *moris diu.*
telligerent ſcripturas. *Et ſequitur ibidem:* Cum ſcri- *ca. 10. poſt*
pturarum interiorem ſenſum, & veritatem myſterio- *med.*
rum Dei, & ſacramentorum cœperimus, non ſolum *Luc. vlt. g*
intelligere, ſed & quadam, vt ita dicam, experientiæ
manu palpare, & tractare, quod non fit, niſi quodam
conſcientiæ ſenſu, & experientiæ diſciplina, intelli-
gentis, & ſcientis bonitatem Dei, & veritatem, quàm
potenti bonitate, & quam efficaci veritatis in filijs
gratiæ opus ipſius gratiæ. operatur: tunc intellectus
cum ſapientia operatur, quod ſuum eſt, & exequitur:
D tunc ſapientia vnctione ſua, docens de omnibus ne-
ceſſarijs, ſapore ſuo intellectui iam communicato, vt
per claritatem cognitionis illuminetur, & per dulce-
dinem cognitionis reficiatur, vtrumque enim neceſſa-
rium eſt ad conuiuiũ ſpirituale, vt ſupra dictũ eſt. Sed
tã perfecta cognitio, quã perfecta refectio, principali-
ter in vno conſiſtit, quod ſolũ eſt neceſſarium, vt dicit
Dominus: Ideo donũ intellectus multa tranſcẽdendo, *Luc. 10. g*
& penetrãdo, ad illud perfectũ, & neceſſarium vnum
tendit, & intrat. Quia ſicut dicit Richardus in tracta- *Rich. tract.*
tu ſuo, de violentia charitate, Vnum ſolum eſt, in quo *de 4. grad.*
mens humana requieſcit, reficitur, & ſatiatur. Sed *Viol. chari.*
E & Hugo idem probat, ſic dicens: Multa in hoc mun- *ante med.*
do ſunt, & hæc omnia cor hominis ſatiare nõ poſſunt, *Hug. ſuper*
vt probat experientia. Vnum autem eſt bonum, & *7. Ang. Hie*
hoc ſolum cum percipitur, ſatietas inuenitur, ergo *rarc.*
non in multitudine, ſed in vnico eſt ſatietas. Vnum
ergo eſt neceſſarium bonum, quod nobis præparauit
Deus. Sic ergo in menſa Dei, non niſi vnum ferculũ
nobis apponitur. Sed noli, inquit, contemnere, ſatie-
tas enim multa eſt. Satiabor, inquit propheta, cum *Pſal. 16. e*
apparuerit gloria tua. Noli igitur timere cum audis
vnum. Vnum quidem eſt bonum, ſed in illo bono,
omne bonum eſt. Vnam refectionem, vnum cibum,
F vnum ferculum, vnũ panem præparauit nobis Deus.
Sed ne deſpicias. Audi quid ſcriptum eſt: Panem, *Sap. 16. e*
inquit, habentem omnem ſaporem, & omne delecta-
mentum ſuauitatis. *Et ſequitur:* Ipſa vere ſimplex, &
vna dominica refectio ſingularis dicitur: quia cum
aliena, & extranea delectatione, & dulcedine non
percipitur. Dicitur domeſtica, quia amicis tantum &
familiaribus præparatur. Dicitur & vnifica, quia
vnum ſecum efficit omnes, quibus ſe ſumendam, &
percipiendam præbet. Hæc ille. Igitur quia hæc re-
fectio, vt dicit Dionyſius, eſt ſimplex & vna, & ideo *Dionyſ. de*
in ſpiritu & non in carne percipitur: ideo ſpiritum *Aug. Hier.*
humanum confortat contra infirmitates ſpirituales. *cap. 7.*
Item quia omnem delectationem extraneã excludit,
ideo

ideo ſpiritum verificat, quia vbi eſt ſimplicitas, ibi eſt **A**
veritas. Item quia tantum amicis datur, ideo ſpiritũ gratificat, quia charitas eſt radix amicitiæ, vt ſatis pa-
Ioan. 15. tet in Ioanne. Item quia viuificat, ideo ſpiritum Deo conformat, & concordat, & ex hoc concordare facit cum ſeipſo, & cum proximo. Vnde Origenes ſuper Canticis dicit: Concordia hic inchoat, quę in futura gloria inter electos cæleſtis patriæ ſemper durat. Hic enim bonis conformat, in pugna ſuperat, conſolatione inebriat, Deo aſſociat, amorem & amicitiam augmentat, hic inchoat, quod in cælo conſummat. Hæc
Pſal. 22. b ille. Cum his concordat illud Pſalmiſtæ: Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant **B**
me. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus, et cetera. In eo quod dicit paraſti in conſpectu meo menſam, & cetera, innuit in intelligentia cum perſpicuitate menſam eſſe reficientem. In eo quòd dicit, aduerſus eos qui tribulant me, innuit quòd hæc refectio conuiuantes confortat, & inediam ſiue famem ſpiritualem, quæ virtutes conuiuantium debilitat, extirpat. In eo vero quòd dicit: Impinguaſti in oleo caput meum, innuit, quòd gratioſa dulcedine, & delectatione, caput animæ, ideſt mentem nutrit, & decorat. Sed in eo quòd dicit, calix meus inebrians, quam præclarus eſt, innuit ſpiritualem & ſobriam ſpiritus **C**
ebrietatem, quæ mete inducit ad obliuionem ſui, & ex hoc ad veram concordiam, & ad vnitiuam ſocieta-
Eccli. 15. a tem, & aſſociationem Dei. Cibat igitur ſapientia mentem, pane vitæ & intellectus. Quem loco paſcuæ collocauit diuinarum ſcripturarum, vbi dicit Gloſſa ideſt, in intelligentia diuini ſermonis, quæ meditantes ſaginat in intellectu diuinarũ ſcripturarum. Qua-
Greg. hom. 20. ſuper Ezec. ante med. rum paſcuarum experientiam habuit Gregorius quando dixit: Liber, qui viſcera intellectualia repleuit, dulcedine in ore ſancti, mel factus eſt, quia intelligentes, de Deo ſciunt ſuauiter loqui, qui hunc didicerunt in cordis ſui viſceribus veraciter amare: in eius quip- **D**
pe ore Scriptura dulcis eſt, cuius vitæ viſcera mandatis illius replentur. Quare ſuauis eſt eis ad loquen-
Mat. 12. c & Luc. 6. f dum, cui interius in intellectu impreſſa ad viuendum fuerat. Ex abundantia enim cordis os loquitur, ait Dominus.

DE DONO SAPIENTIÆ.

Quid ſit ſapientia, et quid donum ſapientiæ dicatur Cap. I.

Iac. 5. c SEPTIMVM donum Spiritus ſancti, quod facit diem & conuiuium ſpirituale in anima, eſt donum ſapientiæ, quæ eſt lux deſcendens a patre luminum, & radiãs in animam, facit eam deiformem, & Donum Dei. Illuſtrat enim intellectiuam, inflammat affectiuam, roborat operatiuam. Facit intellectiuam ſpecioſam, affectiuam amœnam, operatiuam robuſtam. Hoc autem donum immediate ſequitur donum intellectus. Vnde
Aug. lib. 2. de Doctri. Chriſt. cap. 7. to. 3. Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana dicit, quòd a timore vſque ad ſapientiam, quæ ſeptima eſt in donis & vltima, per gradus tenditur, & peruenitur. Et reddit rationem ibidem, dicens: Hæc ſapientia vltima, & ſumma eſt, quia hac habita, animus pacatus tranquilluſq. perfruitur, & delectatur in ea, ergo vltima eſt, in qua eſt conſummatio. Similem rationem aſſi-
Anſelmus. Lib. de ſimi lit. c. 131. gnat Anſelmus, dicens: Spiritus ſanctus menti inſpirat ad poſtremum ſapientiam, quam alijs donis ſuperaccumulat, vt quod recte intelligit, ſcilicet in dono intellectus, ſibi ſit ſapidum, atque dulciſſimum in dono ſapientiæ, ſoloq. rectitudinis amore ſequatur, quo intelligit eſſe ſequendum. Non enim perfectum facit cognitio veritatis, niſi etiam ſequatur guſtus experimentalis, quia experientia eſt magiſtra in-

A telligentiæ, ait Hugo. Et addit Anſelmus ibidem di- *Hug. ſuper 7. Angel. Hier.*
cens: In iſto ædificio ſic compoſito donorum Spiritus ſanctus reſidet, totamq. familiam domus interioris, ideſt omnes animæ ſenſus, regit, & ad ſuum obſequium diſponit, ſcilicet aſcendendo ad Dominum, & deſcendendo ad proximum, vt cum Pſalmiſta di- *Pſal. 22. a*
cat: Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ, ibi me collocauit.

Ad huius doni maiorem notitiam, ſunt quinque per ordinem notanda. Primo quid ſit ſapientia, & quid donum ſapientiæ dicatur. Secundo, quæ ſit neceſſitas eius & quæ vtilitas in eo conferatur. Tertio
B qualiter donum ſapientiæ a Deo petatur, & obtineatur. Quarto quo modo dies ſpiritualis ex dono iſto oriatur. Quinto quale conuiuium menti ex eo præparetur. Primo igitur videndum eſt quid ſit ſapientia, & quid donum ſapientiæ dicatur. De quo notan- *Rom. 8. b*
dum, quod omiſſa ſapientia carnis, quæ inimica eſt Deo, & ſapientia mundi huius quæ ſtultitia apud Deum, quarum vtraque ſecundum Iacobum Apoſto- *Iac. 3. d*
lum in epiſtola ſua, eſt terrena, animalis, & diabolica. Sapientia mundi ſtultitia eſt apud Deum. Ratio eſt, quia peius meliori præponit. Stultus vtique eſſet qui cuprum eligeret pro auro, ſic iſti faciunt. Nam
C bona temporalia præponunt æternis, ſicut diuitias, honores, fauorem mundi, & laudem eius. Vnde merito diabolica vocatur hæc ſapientia. Nam ſicut diabolus ſemper ſtudet ad perditionem hominis, ſic tales ad perditionem propriam ſtudent. Nec dicuntur ſapientiæ niſi abuſiue, quia non ſunt ſcientiæ ſapidæ, ſed ſtultæ & inſipidæ. Nulla vtique illarũ eſt donum Spiritus ſancti. Eſt & alia ſapientia vera & increata, *Sap. 7. d*
de qua dicitur in libro Sapientiæ, quòd ipſa eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula diuinæ maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens omnia innouat, &
D per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & Prophetas conſtituit, ſcilicet per internam locutionem, quia ſicut dicit Auguſtinus: Sapientia in- *Aug. lib. 1. de Gen. ad litteram. cap. 5. to. 3.*
creata quæ eſt filius Dei, non ceſſat loqui occulta inſpiratione & reuelatione, ad intellectualem creaturam, vt ad ſe conuertatur, & ſic formetur, cum ipſa omnia formet & innouet. Sed nec iſta ſapientia eſt donum, de quo nunc eſt ſermo, ſed largiſſima omnium donorum datrix eſt. Eſt alia ſapientia creata, & hæc eſt duplex, quia quædam eſt per ſtudium humanum acquiſita, & eſt virtus intellectualis, de qua loquitur Philoſophus in Metaphyca ſua, quæ poteſt
E dici ſapientia aliqualiter, cum in ea ſapor quidam inueniatur. Habet enim philoſophia admirabiles delectationes, vt dicitur in Ethicis. Licet ſapor ille non ſit oleo gratiæ conditus. Poteſt etiam illa ſapientia, per rationis inquiſitionem aliqualiter rectum iudicium circa aliquas res diuinas habere, licet incomplete, ſicut oſtendit Hugo, vbi dicit ſic: Philoſophis da- *Hug. ſuper cal. Hier. cap. 1.*
tum fuit, propter nos, quibus conſummatio ſeruabatur, & inchoatio parabatur, vt inuenirent veritatem illam quam oportuit ſuſcipere filios vitæ ad obſequiũ ſummæ veritatis, cuius labor ipſis appoſitus eſt, nobis autem fructus ſeruatur. Nouiſſime autem Theolo-
F giam quandam pro ratione diuinorum, & ſcrutatione inuiſibilium, quaſi conſummaturi ſapientiam addixerunt, & ibi corruere cœperunt in mendacia figmentorum, & ideo defecerunt & euanuerunt. Hæc ille. Vnde nec illa ſapientia eſt donum Spiritus ſancti, de quo nunc loquimur, quamuis ab eo detur.

EST igitur alia ſapientia, quæ deſurſum eſt. Sicut *Iac. 3. d*
dicit Iacobus Apoſtolus in epiſtola ſua. Deſurſum eſt, quia a patre luminum eſt creata. Et hæc eſt vera ſapientia, quia ipſe eſt veri ſplendoris, & boni ſaporis. Splendor dirigit intellectum ad veri cognitionem, & ſapor erigit affectum ad boni ſaporoſam dilectionē. Igitur quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, ait Apoſtolus. Obiectum ergo doni ſapientiæ princi- *Coloſſ. 3. d*

pale eſt Deus, non ſub ratione veri abſolute, ſed ſub ratione veri in relatione ad rationem boni, vt eſt excitatiuum voluntatis, ad eius ſaporoſam dilectionem. Actus autem ſapientiæ eſt contemplari Deum, non quocunque modo, ſed ex dilectione, cum quadam experimentali ſuauitate & affectu. Vnde Auguſtinus dicit: Vbi nulla eſt dilectio, ſcilicet gratuita, quis illam dicet eſſe ſapientiam? Et Bernardus dicit: Nec duxerim reprehendendum, ſi quis ſapientiam ſaporem boni diffinierit: quare ſapientia a ſapore denominatur. Vnde & Iſidorus in etymologijs dicit: Sapiens dictus eſt a ſapore: quia ſicut guſtus aptus eſt ad diſcretionem ſaporis ciborum, ſic ſapiens ad dignoſcendum ſapores rerum, atque cauſarum aptus eſt. Ex his igitur apparet, quòd donum ſapientiæ eſt habitus ſupernaturalis, animæ a Spiritu ſancto infuſus, ad Deũ cognoſcendum, & ſaporoſe diligendum.

Aug. li. 15. de Tri. c. 7. cir. med. — *Ber. ſer. 85 ſuper Cãt. cir. med.* — *Iſid. lib. 10. Etym. verbo ſapiens.*

Quæ ſit neceſsitas, et vtilitas huius doni. Cap. II.

SECVNDO videndum eſt, quæ ſit neceſſitas & vtilitas doni ſapientiæ. De quo notandum eſt, quod dicit Bernardus: Sicut corpus habet ſuos quinque ſenſus, quibus animæ coniungitur vita mediante, ſic anima habet ſuos quinque ſenſus ſpirituales, quibus **C** Deo coniungitur mediante charitate. *Sequitur*: Per ſenſus corporis veteraſcimus, & huic ſæculo conformamur. Per ſenſum vero mentis, renouamur in agnitionem Dei in nouitate vitæ, ſecundum voluntatem Dei, & beneplacitum Dei. Vnde dicit Apoſtolus: Nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Et iterum Bernardus dicit: Sicut omnes ſenſus corporales, vt viſus, auditus, olfactus, *et cæt.* ſine ſenſu guſtus infirmantur, & hebetantur in operationibus ſuis, ſic omnes ſenſus ſpirituales infirmantur, & langueſcunt in **D** operibus ſuis, ſine guſto ſpirituali, vel ſapientiali, qui guſtabilia ſpiritualia ſapida facit. Quod Bernardus bene oſtendit, dum ſuper Cantica dicit: Hunc ſaporem perdidimus, ab ipſo pene exordio generis noſtri. Ex quo enim cordis palatũ, ſenſu carnis præualeſcente, infecit virus ſerpentis antiqui, cœpit animæ non ſapere bonum, ac ſapor noxius ſubintrare, ſcilicet concupiſcentiæ, & ſenſus hominis prompti facti ſunt ad malum. Et ideo multa bona fiunt, quæ non ſapiũt facientibus, quia ſapor carnalis, ſeu mali, non eſt totaliter exterminatus. Sed nunc aſſidue ſapientia vincit malitiam in mentibus, quas intrauerit, ſaporem **E** mali quem malitia inuexit, ſapore meliori exterminans. Intrans enim ſapientia, dum ſenſum carnis infirmat, & infatuat, intellectum purificat, & cordis palatum ſanat, & reparat: ſanato palato iam ſapit bonum, ſapit & ipſa ſapientia, qua eſt in bonis nullum melius. Hæc ille. Senſu autem guſtus reparato per ſapientiam, omnes ſenſus ſpirituales conualeſcunt & vegetantur. Vnde Bernardus dicit: Guſtum autem, qui fit in ſapientia, quædam ſequitur ſaporis dulcedo, quam in interiori ſuo ſentiens anima, modo quodam ſingulari, quæ ſuſcipit cuncta diſcernit, & diiudicat, **F** ſeq. & omnes ſenſus vegetat, & confortat, ſcilicet interiores. Hæc ille. Hic enim guſtus ſaporoſæ ſapientiæ, ſenſum viſus interiorem clarificat, ad Deum ſapide contemplandum. Vnde ſapiens: Eſt enim in ſapientia ſpiritus intelligentiæ, omnia proſpiciens, & cetera ibi ſcripta. Senſum auditus excitat, ad Verbũ Dei dulciter audiendum. Vnde dicit Sapiens: Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie. Et infra: Qui me inuenerit inueniet vitam. Senſum olfactus interiorem, incitat ad dilectum ſuum ſuauiter odorandum. Vnde dicitur: In plateis ſicut cynamomum & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Senſum tactus interiorem fortificat ad dilectum inſeparabiliter tenendum, vt dicit Sapiens: Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam: & qui tenuerit eã beatus.

Bern. li. de nat. & dignitate amoris diu. c. 7. poſt me. — *Rom. 12. a* — *Ber. vbi ſupra. c. 10.* — *Idem in Cant. ſer. 85. cir. me.* — *Quare multa bona nõ ſapiunt facientibus.* — *Bern. li. de. nat. & dignitate amoris diu. c. 10.* — *Sap. 7. d* — *Prou. 8. d* — *Eccli. 24. b*

A Guſtu igitur ſpirituali animæ per ſapientiam reformato, omnes ſenſus ſpirituales animæ reformantur, & vegetantur. Quod etiam Auguſtinus in confeſſionibus oſtendit, vbi dicit, quod omnes ſenſus ſui interiores, per amoroſæ ſapientiæ ſaporem, ferebãtur in ſummum appetibile. Et exemplificat ibi, vt infra patebit. De huiuſmodi ſapientia dicit Iacobus: Sapientia quæ deſurſum eſt, primum quidem pudica eſt, quia vitat corruptelas peccati: pacifica & modeſta eſt, in omnibus tenens medium: ſuadibilis eſt, bo-**B**nis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione: fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminantur facientibus pacem. Igitur donum ſapientiæ non ſolum docet, ſecundum rectum iudicium contemplari diuina, ſed etiam docet regulari humanos actus, excellentiori modo, quàm ſapientia quæ eſt virtus intellectualis. Cuius rationem aſſignat Auguſtinus de Trinitate, dicens: Superior pars rationis, ſapientiæ deputatur, inferior autem ſcientiæ. Superior autem ratio, vt ipſe in eodem libro dicit, intendit rationibus ſupernis, ſcilicet diuinis, & conſpiciendis, & conſulendis. Conſpiciendis quidem, ſecun-**C**dum quod diuina in ſeipſis contemplatur. Conſulendis autem ſecundum quod per diuina iudicat de humanis, per diuinas regulas dirigens actus humanos, vt homo non ſolum aſſimiletur Deo ſecundum imaginem, ſed etiam ſecundum operationes prout poteſt. Vnde Auguſtinus de ſermone Domini in mõte dicit: Sapientia eſt contemplatiua veritatis, pacificans totum hominem, & ſuſcipiens ſimilitudinem Dei. Pretioſior eſt ſapientia cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, non valent huic comparari.

Prou. 3. c — *Aug. li. 10. conf. ca. 6. to. 1.* — *Iac. 3. d* — *Aug. li. 12. de Trin. c. 14. to. 3.* — *Ibidẽ c. 3.* — *Idem li. 1. de ſer. Do. in monte. c. 9. an. me. to. 4.* — *Prou. 3. b*

D *Qua ratione donum ſapientia a Deo petatur, et obtineatur. Cap. III.*

TERTIO videndum eſt, qualiter iſte pretioſiſſimus theſaurus doni ſapientiæ inueniri, & obtineri poſſit. De hoc notandum, quòd ſapientia, & eſt quærenda, & eſt poſtulanda a Deo: quærendo inuenitur, ſed poſtulando a Deo poſſidetur. Inuenitur per cognitionem, ſed poſſidetur, per dilectionem: per cognitionem videtur, per dilectionem amplexatur & guſtatur. Videre pertinet ad intellectum, ſed amplexari & guſtare, pertinet ad voluntatem & affectum. **E** Vnde Richardus dicit: Sicut Deus per memoriam auditur, per intellectum videtur: Ita per affectum amplexatur, & guſtatur, vel aſtringitur, & ſic tenetur, & hoc vtique eſt perfectius, quàm videre ſolum. Quod oſtendit Auguſtinus de Trinitate vbi dicit, quod actus amplexandi ſiue tenendi eſt proprius actus voluntatis. Non enim ſufficit voluntati illud quod eſt præſens intellectui per modum viſi, niſi etiam fiat præſens voluntati per modum amati. Dicit enim idem Auguſtinus, quod quandoque fit, quòd aliqui cognoſcunt Deum, & eum non habent. Exemplum de medico, qui ſanitatem alicuius cogno-**F**ſcit, non propter hoc habet. Ibi præſcindit Auguſtinus cognoſcere, ab habere. Primo igitur quæramus ſapientiam, inueſtigando per cognitionem, donec tandem mereamur eam a Deo recipere per amplexum, & deguſtationem. Hunc pretioſum theſaurum ſapientiæ docet quærere Salomon, dicens: Si quæſieris ſapientiam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Domini, qui eſt initium ſapientiæ. Quæ verba exponens Hieronymus dicit: Qui theſauros effodit terram reijcit, foueam in altũ fodit, ſedulus inſiſtit, donec inueniat quod quærit. Sic qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, omne pondus terrenum, a ſe reijciat, in ſe foſſam humilitatis faciat, nec quieſcat donec inueniat. Hæc ille.

Rich. li. 4. de cõtempl. c. 15. — *Aug. lib. 9. de Trin. c. 12. cir. pn. to. 3.* — *Auguſt. in epiſt. 57 ad Dardanũ, poſt med. to. 2.* — *Prou. 2. a*

ille. Ipſa enim ſapientia, faciliter videtur ab his, qui A quærunt eam: et cogitare de illa, ſenſus eſt conſummatus. Eſt igitur quærenda ſapientia, quia ſicut ipſa *Prou. 8. d* dicit: Qui me inuenerit inueniet vitam, & hauriet ſalutem a Domino. Sed quo modo cognoſcitur inuenta ſapientia, hoc docet Bernardus *Ber. in ſententiis.* in quibuſdam dictis ſuis vbi dicit ſic: Inueniſti plane ſapientiam, ſi prioris vitæ peccata defleas, ſi huius ſæculi deſiderabilia paruipendas, ſi æternam beatitudinem toto deſiderio concupiſcas. Inueniſti ſapientiam, ſi tibi horum ſingula ſapiunt prout ſunt, vt hæc quidem amara, & omnino fugienda, illa quoque velut caduca, & tranſitoria contemnenda, iſta vero vt perfecta bona B totis deſiderijs appetenda, quæ intimo quodam animi ſapore dijudices & diſcernas. Hæc Bernardus. Eſt igitur etiam hoc pretioſum donum ſapientiæ cum habitus ſit ſupernaturalis, & a Deo animæ infundatur *Iac. 1. a* a Deo fideliter poſtulandum, vt docet Iacobus in epiſtola ſua, dicens: Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. *In poſtulante quattuor eſſe debent.* In his verbis Apoſtolus innuit, quòd in poſtulante debent eſſe quattuor, ſcilicet Indigentia. Vnde dicit: Si quis veſtrum indiget ſapientia. Certe hac *Sap. 7. d* omnes indigent. Neminem diligit Deus, niſi eum C qui cum ſapientia habitat. Impetrandi confidentia. Vnde dicit, poſtulet a Deo. Poſtulare enim eſt filiorum, rogare autem ſeruorum. Vnde in Pſalmo: *Pſal. 2. b* Poſtula a me, *et cet.* Poſtulati largitas. Vnde dicit: *3. Reg. 3. b* Qui dat omnibus affluenter. Vnde in libro Regum dicitur: Sed & hæc quæ non poſtulaſti, dedi tibi, diuitias & gloriam. Poſtulantis ſtabilitas. Vnde dicit: Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Fides autem mentem ſtabilitat. Vnde Dionyſius dicit, quòd circa *Dionyſ. lib. de diui. nomi. c. 7.* veritatem vere exiſtentem, & non errantem, verſatur fides diuina, quæ eſt ſtabilis collocatio credentium, collocans eos in veritate, & confirmans. Sic igitur D patet, qualiter eſt a Deo ſapientia quærenda, & inuenienda, & qualiter eſt a Deo poſtulanda, & poſſidenda. Nobilis enim animæ poſſeſſio eſt.

Qualiter ex dono ſapientiæ dies ſpiritualis in anima oriatur. Cap. IV.

QVARTO videndum eſt, qualiter ex dono ſapientiæ in mente humana dies ſpiritualis oriatur. De quo notandum eſt, quòd cum ſapientia ſit quaſi ſol lucens ratione cognitionis, & feruens ratione dilectionis (vtrumque enim horum inuenitur in ſapien- E tia, vt ex prædictis patet) Ideo donum ſapientiæ cauſat in anima diem lucentem cognitione, & feruentem dilectione. Quare Alanus *Alan. de inſulis.* de planctu naturæ dicebat: Sapientia eſt ſol, per quem lumen mentis dieſcit in tenebris, cordis oculus, fructus internæ dilectionis, delicioſa animæ paradiſus. Hæc in cæleſtem terrenũ, in immortalem caducum, hominem in Deum deificæ mutationis auctoritate conuertit. Hanc luminoſam ſapientiam deſiderauit qui dicebat: *Sap. 7. a* Inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. & infra: Propoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius, & venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, F & innumerabilis honeſtas per manum illius. Sapientia pro luce habenda merito eſt, quia ipſa totum regnum animæ dirigit, non ſolum in contemplãdis, ſed etiam in agendis: quia ſapientiæ donum non ſolum eſt ſpeculatiuum, ſed etiam practicum. Vnde etiam dicit: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, quoniam omnium bonorum mater eſt. Tullius primo de legibus dicit ſic: Mater omnium bonarum rerum eſt ſapientia, qua nihil vberius, nihil præſtantius, quia bonum vitæ datum eſt. Hæc enim cum ceteras res omnes docuit, tum quod difficillimũ eſt docuit, vt nos noſceremus. Hæc ille. *Sequitur*: Et venit mihi innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus

A ſum, quoniam antecedebat me iſta ſapientia. Nam decor, & maturitas honeſtæ vitæ in luce ſapientiæ inueniuntur, ab his qui in regno animæ, & conuiuio ſapientiæ commorantur. Dicit enim Bernardus in ſermone quodam ſuper Cantica ſic: *Bern. ſup. Cãt. ſer. 85 poſt med.* In ſapientia eſt maturitas, ideo ſupereſt, decorem illius quæramus, ſine quo nemo Deo placere poteſt. decor autem iſte honeſtum dicitur. De honeſto autẽ exterior conuerſatio interrogetur, non quòd ex ea honeſtum procedat, ſed per eam exeat foras. Nam in conſcientia eſt habitatio eius & origo. Siquidem claritas eius, teſtimonium conſcientiæ eſt. Nihil hac luce clarius, nihil hoc teſti- B monio glorioſius, cum veritas in mente fulget, & mens in veritate ſe videt, quòd in nullo conſcientia erubeſcat præſentiam veritatis, quo cogatur auertere faciem, quaſi confuſam, & repercuſſam a lumine dei. *Sequitur*: Hic plane illud decorum eſt, quod ſuper omnia bona animæ diuinos oblectat aſpectus, hoc diffinimus honeſtum. *Sequitur*: Cum autem decor huius claritatis, abundantius intima cordis repleuerit, prodeat foras tamquam lucerna ſub modio lucens, immo lux in tenebris lucens latere neſcia. Porro hunc decorem fulgentem vel effulgentem, & veluti quibuſdam radijs ſuis erumpentem, mentis ſimula- C crum corpus excipit, & diffundit per membra & ſenſus, quatenus ibidem omnis reluceat actio, ſermo, aſpectus, inceſſus & cetera omnia hominis. Hæc Bernardus. *Idem ſer. 1. de viriliſſione Dom. poſt med.* In hac igitur die ſiue lumine ſapientiæ, totum regnum animæ illuminatur, tota actio hominis honeſtatur, & omnis labor laborantium conuiuantium dulcoratur. Quod etiam oſtendit nobis Bernardus, dicẽs: Cum iam in his diutius fueris exercitatus, rogat tibi dari lumen deuotionis, ſiue ſapientiæ diem ſereniſſimum, & ſabbatum mentis, in quo tamquam emeritus miles, in laboribus viuas abſque labore, vt quod prius cum amaritudine & coactione tui ſpiritus D faciebas, de cetero iam cum ſumma dulcedine peragas, & delectatione. Verum quidem ad hanc perfectionem pauci, ni fallor, perueniunt in hac vita. Multi enim tota vita ſua ad hoc tendunt, & non pertingunt, qui tamen plene poſt hanc vitam recipiũt, quod hic diſpenſatiue negatum eſt. Abijciamus igitur opera tenebrarum, *Rom. 13. d* & induamur arma lucis, ſic vt in die honeſte ambulemus. Hæc dies ſeptimi doni, ſcilicet ſapientiæ, ſignificatur per diem ſeptimam, quæ veſperam non habet. Cuius ratio eſt, quia ſicut dicit Anſelmus in libro de ſimilitudinibus, *Anſ. lib. de ſimil. c. 181.* donum ſapientiæ pertinet ad vitam contemplatiuam, quæ eſt opti- E ma pars, quam Maria elegit, quæ non auferetur ab ea. *Luc. 10. g* Sed magis in patria perficietur. Vnde Gloſſa ibidem dicit ſic: Contemplatiua vita hic incipit, & in cæleſti patria perficitur: quia amor eſt ignis qui ardere incipit, ſed cum ipſum quem amat videbit, amplius in amore igneſcet. *Greg. lib. 6. Mor. c. 18.* Et Gregorius in Moralibus exponens illud verbum dicit: Actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem vitæ gaudia melius ex fine conualeſcunt: quare non deficient, ſed ſine fine manebunt. Quare ſecundum Pſalmiſtã: *Pſal. 83. e* Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, quia in illa die ſeptima quietis, quæ nullam veſperam alicuius finis F habebit, mens contemplatiua per ſeptiformem ſpiritum æternaliter requieſcit, dicens cum Pſalmiſta: *Pſal. 131. a* Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam.

Quale conuiuium per donum ſapientiæ menti præparetur, et de primo conuiuio quod in mente in corpore humano exiſtente, per donum ſapientiæ Spiritus ſanctus celebrat. Cap. V.

QVINTO videndum eſt, qualiter Spiritus ſanctus per donum ſapientiæ in die illius, id eſt in illuminatione

natione ſua, conuiuium ſpirituale menti præparet. de quo notandum eſt, quod ſanctus Bernardus in libro de diligendo Deo, vltra medium libri dicit, quòd ſapientia triplex celebrat conuiuium, & ex meta complet charitate, gradatim tamen. Cibat in hac vita laborantes, potat poſt hanc vitam quieſcentes, & inebriat in æterna vita regnantes, ſcilicet beatos. Primo enim in carne mortali, labores manuum noſtrarum manducamus, cum tali quali labore maſticando quod gluciendum eſt. Poſt mortem vero, in vita ſpirituali iam bibimus, ſuauiſſima quadam facilitate a corpore abſorpti. Tandem in rediuiuis corporibus, in vita immortali inebriamur mira plenitudine exuberantes. Quare ſponſus in Canticis dicit: Comedite amici mei ante mortẽ, bibite chariſſimi poſt mortem, & inebriamini chariſſimi poſt reſurrectionem. Et ibidem dicit Bernardus ſic: Inter iſtos tamen differentia eſt. Nam hi qui in carne grauati ſunt, & adhuc viuunt, amici dicuntur, pro charitate, quam habent: qui vero ſoluti ſunt a carnis compedibus, eo ſunt chariores, quo & prõptiores & expeditiores ſunt ad amandum. Porro beati merito chariſſimi nominantur: quia & maiori charitate inebriantur, & conſolantur, vt infra patebit. Et dicit ibidem Bernardus: Anima fidelis comedit panem ſuum, ſed heu in ſudore vultus ſui, quia manens in carne, adhuc ambulat per fidem, quæ tamen per dilectionem operatur. Porro ipſum opus cibus eſt, dicente Domino: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem Patris mei. Nota, multi deſiderant charitatem, ſed nolunt laborare pro ea. Audi quid Origenes ſuper Cantica dicit, quòd ad boni operis multiplicationem, dilectio multiplicatur: multiplicatio autem dilectionis eſt dulcis refectio mancntis.

Ber. lib. de Dilig. Deo longe poſt med. — *Cant. 5. a* — *Ioan. 4. c*

De tribus conuiuijs ſapientiæ.

De his tribus conuiuijs dicendum eſt. Primo igitur de conuiuio primo, quod eſt conuiuium amicorum, quod Spiritus ſanctus per donum ſapientiæ celebrat in mente humana, vt exiſtit in corpore. De quo Gregorius in Moralibus dicit: Sapientia in die ſuo conuiuium facit: quia mentem de æternorum ſpe & certitudine reficit. Cuius ratio eſt, quia ſicut dicit Gregorius in Moralibus, Spes in æternitatem animum erigit, & ideo nulla mala quæ exterius tolerat, ſentit, ſed magis gaudet & hilareſcit. De quo conuiuio eſt notandum, quòd Richardus in tractatu ſuo de diuerſis affectibus dicit, quòd amor eſt dulcedo ſaporis intimi, a quo ſapore denominatur ſapiẽtia, & quanto quis ardentius amat, tanto ſuauius guſtat. Igitur ſecundum gradus amoris & ſapientialis ſaporis, poſſunt diſtingui gradus conuiuij ſpiritualis, quod Spiritus ſanctus per donum ſapientiæ celebrat in mentibus viuentium, & in corpore laborantium. Nam inter viuentes in corpore, inquit Bernardus ibidem, quidam ſunt chari, quidam chariores, quidam chariſſimi. quod Salomon innuit in Canticis, dicens: Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini Chariſſimi. Hi ſunt chari, qui inuitantur ad comedendum: chariores autem inuitantur ad bibendum: chariſſimi autem inuitantur ad inebriandum. Ratio huius ordinis eſt, quia ſecundum menſuram dilectionis, etiam diſpenſatur & modus manifeſtationis, & ſapidæ deguſtationis, vt dicit Richardus. Amici autem hic dicuntur, qui tamquam incipientes, aliquem gradum charitatis attingunt, quare dicuntur amici Dei. Amicos autem Dei oportet mundum iſtum ſapiẽter odire. Nam qui mundum diligit, inimicus Dei conſtituitur, quia non eſt charitas patris in eo, ait Ioannes. Ideo tales indigent, vt a ſapientia reficiantur, per aliquam deguſtationem ſpiritualis conſolationis competentem eis, æſtum concupiſcentiæ refrigerantis, vt a mundo & delectationibus abſtrahantur, & pane ſapientiali confortentur. Hoc oſtendit Hugo de Arca Noe, vbi dicit ſic: Poſtquam enim mens hominis quadam; vt ita dixerim, violentia, a delectatione carnali partim

Greg. lib. 2. Mor. c. 16. — *Ibidem. li. 6. c. 14. poſt med.* — *Bern. vbi ſup. prox.* — *Cant. 5. a* — *Rich. lib. 4. de contẽpl. c. 16.* — *1. Ioan. 2. c* — *Hug. lib. 4. de Arca Noe. c. 2.*

A abſtracta fuerit, neceſſe eſt vt ſtatim iam aliquid ſpiritualis gaudij præguſtare incipiat, ne ſi omnino a delectatione aliena remanſerit, quaſi ſemen ſine humore, ad germen ſapientiæ conualeſcere nequeat. Fit ergo diuina gratia aſpirante, vt cum animus perfectius a corporeis paſſionibus, deſiderijs terrenis exutus fuerit, quadam ſtatim inſolita lætitia perfundatur, vt eo amplius amarum eſſe cognoſcat, quod deſeruit ſcilicet mundum, quo magis dulce ſentit eſſe, quod inuenit ſcilicet ſapientiam. Illas enim mentes in æternæ dulcedinis deſiderium trahit, quas nullus cõcupiſcentiæ carnalis affectus fortia religauit. Hæc ille. Amici

B igitur dicuntur comedere, quia tamquam minus perfecti in charitate, cibum ſpiritualem difficilius ſumũt. Vnde Richardus loquens de iſta commixtione amicorum dicit: Certe qui comedunt, dum ſumptum cibum maſticant, non ſine mora, vel qualicumque labore, illud in quo delectantur traijciunt. Nonne iſti tibi videntur comedere, qui cum multo ſtudio, & multa meditatione via poſſunt ad veritatis delicias pertingere? Hæc illa. Vnde ſapientia vocat prius ad comedendum, dicens: Venite comedite panem meũ. Et quis eſt iſte panis alius ad quem ſapientia inuitat, niſi ille quem Spiritus ſanctus de cælo præparauit?

C Quem Spiritus ſanctus ſapientiæ in vtero Virginis formauit, vt dicit Ambroſius. Quem omnibus ſuis donis adornauit, vt legitur in Iſaia. Quem ſpiritus charitatis, in igne paſſionis piſtauit. Hoc enim eſt ſacrificium coctum in clibano, de ſimila panis abſque fermento. Quem ſpiritus largitatis, in ſacramento charitatis nobis communicauit. Quem quaſi quotidianum poſtulamus. Quem omni delectamento, & ſaporis ſuauitate Spiritus ſanctus condiuit. Habet enim in ſe panis ille, omne delectamentum. Quem nobis manducandum cum Angelis, in æterna beatitudine conſeruauit, de quo dicitur: Beatus qui man-

D ducat panem in regno Dei. Vbi dicit Auguſtinus in Gloſſa: Quis eſt panis regni Dei, niſi qui dicit. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: non cibus corporis, ſed cordis: non figuratiuus, ſed verus: non mortuus, ſed viuus: non tranſiens, ſed permanens: non deficiens, ſed æternaliter reficiens, & dulciter ſatians. Hunc cibum docet comedere Origenes, exponens illud Cantici: Et fructus eius dulcis gutturi meo. Vbi dicit ſic: Da mihi Domine fructum dulcem, fructum vitæ animæ meæ. Altus eſt, attolle deſiderium: benedictus eſt, ſanctifica obſequium: imputribilis eſt, purifica affectum: ſuauis eſt, lætifica animum.

E Et Gloſſa dicit ibidem: Saturata ſum cæleſti dulcedine, de corpore ſuo. Sunt & alia fercula amicorum, de quibus habes ſupra in dono ſcientiæ, quæ miniſtrantur in menſa ſacræ Scripturæ. Sed cum iſte cibus, & fructus benedictus, habeat in ſe delectamentum omnis ſuauitatis. Ideo non ſolum, vt dicit Cantuarienſis eſt dulcis gutturi, ſed & omnibus ſenſibus interioribus, & ſpiritualibus dulcis eſt, & eos confortat. Vnde ille cibus eſt dulcis viſui, per contemplationem limpidam. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſapientiæ ſolem. De quo Propheta: Solem nube tegam, id eſt corpore. Dulcis eſt auditui,

F per inſpirationem cælicam. Vnde dicitur: Bonis amici conſilijs anima dulcoratur. Dulcis eſt olfactui, per ſuauitatem odoriferam, quia in odorem vnguentorũ tuorum currimus poſt eum. Dulcis eſt guſtui, per maſticationem ſapidam, vt ait Petrus. Si tamen guſtatis, quoniam dulcis eſt Dominus. Dulcis eſt tactui, per tentationem amabiliſſimam, de qua dixit amatrix eius: Tenui eum, nec dimittam. De hoc fructu vel cibo dicit Alexander Nechan ibi, ſic: Iſto fructu ciues ſuperni recreantur, illo fructu delectantur, illo fructu ſatiantur. Ideo o Virgo virginũ, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, ora quo & nos reficiamur, licet aliquali labore dulcis maſticationis.

Richar. lib. 4. de contemp. c. 16. poſt med. — *Prou. 9. a* — *Iſa. 11. a* — *Leuit. 2. a* — *Luc. 11. a* — *Sap. 16. c* — *Luc. 14. d* — *Ioan. 6. f* — *Cant. 2. a* — *Sap. 16. a* — *Eccl. 5. c* — *Ezec. 32. b* — *Prou. 27. b* — *Cant. 1. a* — *1. Pet. 2. a* — *Can. 3. b*

De vino,

De vino, ad quod potandum ſapientia inuitat in conuiuio primo. Cap. VI.

SED quia in conuiuio ſpirituali mentis, exiſtentium in corpore non ſufficit cibus ſine potu, magis diligentibus & dilectis, vnde clamant cũ Maria: Vinum non habent. *Ioan. 2. a* Ideo ſapientia poſt inuitationem amicorum ad comedendum, ſecundo inuitat magis dilectos, in amore exercitatos ad potandum, dicens: Et bibite vinum, quod miſcui vobis. *Prou. 9. a* Rationem huius ordinis aſſignat Origenes ibidem, dicens: Non eſt plena refectio, nec omnimoda refectionis delectatio, niſi cum cibo potus iungatur. Et amica iam in amore exercitata poſtquam dixit ſe a dilecto dulcibus refectam fructibus, ſtatim ſubiunxit, ſe in cellam vinariam introductam ab eodem, dicens: Introduxit me rex in cellam vinariam. *Cant. 2. a* Vbi Origenes dicit: Sponſa hæc nequaquam gratias egiſſet de introductione ſua in cellam vinariam, niſi ipſa cella vinaria, multiplex vinum ex multiplici collectum vinea habuiſſet. Diuerſitas enim poculi boni, melioris, & optimi, diuerſitatem delectationũ generat. Hæc cella vinaria ſicut dicit Vercellenſis eſt verbum æternum, ſapientia Patris, continens omnes theorias, ideſt reuelationes, quæ pleniſſime continent vinum ſpiritualis gaudij, & vbertim fundunt in amantes. In hac namque cella vinaria, inuenitur omne genus vini, mentes ſanctas reficiens, & lætificans, ſecundum varios gradus amoris, vt oſtendit Gloſſa ſuper illud: *Cant. 2. a* Introduxit me Rex in cellam vinariam. vbi dicit ſic: Quàm cito guttur meũ dulcedinem gratiæ eius attingit, ita me recreauit ſpiritu, & ab amore terrenorum in ſuperna tranſlatum ſentio, ac ſi in cella vinaria noui meri odore in poculo ſim refecta. In hac cella inuenit vinum perſpicuũ, ſiue purum, vinum ignitum, vinum conditum, & cetera huiuſmodi vina, vinum præcipuum appoſitum magnificentia regia dignum. Vinum quoque vt regia magnificentia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur. Vinum perſpicuum ſiue merum, diſtributum manu ſapientifica, in Pſalmo: *Pſal. 74. b* Calix in manu Domini, vini meri plenus miſto. Vinum ignitum, incaleſcens humana præcordia in Eſther, *Eſther 13. a* poſtquam Aſſuetus vino incaluerat. Pſalmiſta: *Pſal. 38. a* Incaluit cor meum intra me. Vinum conditum, ſeu aromaticum, redolens pigmenta fragrantia in Canticis: *Cant. 8. a* Dabo tibi poculum ex vino condito. Sed quid hæc diuerſa vina ſignificant, niſi quoſdam gradus charitatis, amatrices animas potantes & reficientes, non tamen adhuc inebriantes, ſecundum Richardum, *Rich. lib. 4. de contẽpl. cap. 16.* qui dicit: Attende quod ex Magnitudine diuinæ dilectionis, pẽdet modus diuinæ reuelationis. Quare dicit ibidem: *Lib. 3. ca. 5.* Dilecti comedũt chari bibunt, ſed chariſſimi inebriantur. Cuius rationem infra aſſignat, dicẽs: Quamdiu huiuſmodi ebrietatem & exceſſum in nobis non ſentimus quid aliud de nobis ſentire debemus, niſi quòd minus diligimur, & niſi quia minus diligimus? *Sequitur*: Si enim quiſquis es plene perfecteq. diligeres, forte dilectionis tuæ nimietas, æſtuantisq. deſiderij anxietas, in eiuſmodi te raperet ebrietatem & exceſſus. *Sequitur*: Sane ſi dilectione plene dignus extitiſſes, ſi tanta dignatione idoneũ exhiberes, forte tanta lũminis te claritate, ſiue intelligentiæ oculos tuos irradiaret, tanta intimæ dulcedinis ſuauitate cordis tui deſideriũ inebriaret, quæ te ipſum ſupra temetipſum raperet, & per mentis exceſſum in ſuperna eleuaret. Igitur amici comedunt, qui ſumptum cibum maſticant, non ſine mora vel qualicũque labore illud in quo delectantur, traijciunt. Qui vero bibunt ex diuinis reuelationibus, ſumma cum facilitate & iucunditate hauriunt, quod intima veritatis ſuauitate concupiſcunt. Hæc ille. Sed chariſſimi inebriantur vino fortiſſimo dulciſſimę charitatis. De quibus modo dicendum eſt.

A *Qui ſint chariſſimi in conuiuio primo, et quæ ſit ſobria ebrietas illorum. Cap. VII.*

IGITUR tertio videndum eſt, qui ſint chariſſimi in conuiuio ſpirituali exiſtentium in corpore, & quæ ſit ſobria ebrietas illorum. Primo notandum eſt, quòd Origenes exponens illud Canticorũ: Amore langueo, diſtinguit inter ſimplicem amorem, ardorem, & languorem, dicẽs: Amant incipientes, ardent proficientes, ſed languent in amore perfecti. Languor iſte, ſicut dicit Vercellenſis ibidem, vſque ad mortem ducit. *Qui amant qui ardent & qui languent amore.* Mors autem, eſt plena ſeparatio vitalis ſpiritus a corpore, & ſignificat plenam ſeparationem vitalis affectus, per exceſſum mentis, & omnimodam vnitionem ad Deum. B Et Gloſſa ibidem dicit: Præ amoris magnitudine, omnia tẽporalia ſunt mihi faſtidio. Qui autem maxime Deum diligunt, maxime ab eo diliguntur, ideo chariſſimi ſunt, quia dicit Dominus: Ego diligentes me diligo. *Prou. 8. b* Sunt chariſſimi Deo, qui maxime in Deo delectantur, quia maxime diligunt. Vnde in Canticis dicit dilectus veræ amatrici ſuæ: *Cant. 7. c* Quam pulchra es, & quàm decora chariſſima in delicijs. Quod exponens Vercellenſis dicit: Quam pulchra es feruoribus affectualibus & ſpiritualibus chariſſima propter præcipuam pulchritudinem, & feruidam dilectionem: C quia nihil eſt menti dulcius, nec eſt aliquid quod mentem Deo chariorem facit, quàm ſi in ipſo intime delectetur, quo nihil delectabilius eſt. Hæc ille. Cum hoc concordat Gloſſa ibidem, quæ dicit: Chariſſima es Domino tuo, ex hoc quòd vacas cæleſtibus delicijs. Cuius experientiam videtur habuiſſe, qui loquens de ſapientia dixit: Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam, & gaudium, & amicitia illius delectatio bona. *Sap. 8. a*

SED nunc videndum eſt, quid ſit illa ebrietas qua D chariſſimi in conuiuio mentali ſobrie inebriantur. De qua Dionyſius ſic dicit: *Dion. in ep. ad Titum cir. fin.* In nobis ſiquidem ebrietas in malo, dicitur incommenſurabilis adimpletio, & exceſſus mentis, & ſenſuum. Ideo autem attribuitur ebrietas in bono, quæ nihil aliud eſt, niſi ſuperplena omnium bonorum immenſuratio, præexiſtens in ipſo ſecundũ cauſam. *Sequitur*: Dicitur ergo Deus inebriatus, & exceſſum paſſus in eo quòd his omnibus ſupereminet excedendo omnem menſurationem, & eſt extra omnia, & ſuper omnia. Et Vercellenſis ſuper Cantica tractans illud, Inebriamini chariſſimi, dicit: *Quæ ſit ebrietas ſpiritus.* Quæ vera & ſancta ebrietas ſit, colligimus ex verbis magni Dionyſij ad Titum, E vbi recitat eadem verba, quæ ſupra dicta ſunt, exponens illud, Introduxit me, *Cant. 2. a* dicit ibi: Aſſidua theoriarum, ideſt reuelationũ varietas, & profectus aſſidui ſponſæ, inducent quaſi experimentaliter talem ebrietatem, vt videatur idem repetere. Quæ ſupra dixit, cellaria, modo dicit cellam vinariam, quæ quaſi idem ſunt. Non, inquit, Vercellenſis, intelligitur ſponſa aliquãdo dicta repetere, ſed aſſiduas illuminationes experiri, quod mentibus contemplatiuis, tam fortiter, quàm aſſidue, ad radium ſuperiorem exercitatis omnino familiare eſt. Dicit ergo experimentaliter introduxit me, per interiores & profundiores theorias, quàm prius: F quia in Hieremia dicitur: *Hier. 3. f* Poſt me ingredi non ceſſabis, in cellam vinariam, ideſt, vinum continens omnes theorias, ideſt reuelationes. Et ibidem Vercellenſis dicit: Ad huius ebrietatis ſuperſubſtantialis qualemcumque ſimilitudinem ſpirituales viri dicuntur inebriari, propter exceſſiuam abundantiam luminum diuinorum. Audi, inquit Richardus, *Rich. lib. de Patriarch. ſiue Beniamin minor. cap. 37.* hominem hac ebrietate madentem, & quid circa eum agatur omnino ignorantem. Siue in corpore, inquit, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit. Quo modo putas inebriatus erat, quo modo mundus ei in obliuionem venerat, qui ſeipſum neſciebat? Hæc Richardus. Hæc autem ebrietas ſpiritualis, cauſatur ex nobiliſſimo vino fortiſſimæ

Rich. lib. 4. de concipl. cap. 16. ſiſſimæ charitatis. Vnde Richardus dicit: Ecce chariſſimi inebriantur. Ebrietas autem mentis alienationem efficit, & ſupernæ quidem reuelationis infuſio eos duntaxat, qui chariſſimi ſunt, in mentis exceſſum adducit. Talem Propheta ebrietatem deſignare voluit, cum dixit: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Et ſequitur*: Si igitur cupimus hac ebrietate madere, & mentis theoricos exceſſus frequentare, ſatagamus Dominum noſtrum intime & ſumme diligere, & omni hora in diuinæ contemplationis gaudium cum ſummo deſiderio anhelare. Nam quando mens noſtra, intima illa internæ ſuauitatis abundantia potata, immo plene inebriata fuerit, quid ſit, quid fuerit penitus obliuiſcitur, & in abalienationis exceſſum tripudij ſui nimietate traducitur, & in ſupermũdanum quendam affectum, ſub quodam miræ felicitatis ſtatu raptim transformatur. Nec mireris, quia ſicut dicit Vercellenſis in prologo ſuper Cantica, Tanta eſt virtus veri amoris boni & pulchri, quod non ſolum facit homines & Angelos quaſi naturam propriam egredi, vt in Deum aſcendant, ſed etiam Deum facit quaſi naturam propriam egredi, ingreſſibilem tamen a ſe, vt ad creaturas quaſi infra naturam ſuam procedendo condeſcendat. Et accepit iſtud verbum a Dionyſio de diuinis nominibus, vbi dicit ſic: Audendum eſt dicere pro vero, quia ipſe Deus omnium, tam pulchro & bono amore exit per abundantiam amatiuæ bonitatis quaſi extra ſeipſum. ſic prouidet omnibus exiſtentibus, & per bonitatem & amorem quaſi trahitur, & ad illud quod eſt in omnibus deducitur, ſecundum virtutem ſuperſubſtantialem facientem ecſtaſim, ſed a ſeipſo ingreſſibilem, vt adamas ferrum trahit ad ſe, immotus manens. Ipſe enim mouet ſicut deſideratũ & amatum, vt dicitur libro de cælo & mundo.

Pſal. 35. b

Dion. de diuin. nom. c. 4. cir. fin.

Ariſt. lib. 1. de cælo tex. 100.

De ſecundo conuiuio quod fit animæ a corpore ſeparatæ per donum ſapientiæ. Cap. VIII.

SED poſt hæc ſecundo videndum eſt de ſecundo conuiuio, quod eſt animæ ſeparatæ a corpore. Et ſecundum Bernardum vbi ſupra, eſt cõuiuium quieſcentium, & magis dilectorum. Et in hoc conuiuio, Spiritus ſanctus per donum ſapientiæ, conuiuantes potat vino non puro, ſed lacte mixto. Vnde Bernardus ibidem dicit: Animæ a carne exutæ, iam pane doloris non cibantur, ſed vinum amoris poſt cibum plenius haurire permittuntur, non tamen purum, ſed cum lacte mixtum, vt quælibet illarum poſſit dicere illud Canticorum: Bibi vinum cum lacte meo. Vinũ enim diuini amoris, miſcet cum dulcedine lactis, idest naturalis affectionis, quæ reſumere corpus ſuum glorificatum deſiderat. *Sequitur*: Æſtuat ergo anima nunc ſanctæ charitatis vino potata, ſed plane nõdum vſque ad ebrietatem conſummata: quia temperat interim ardorem diuinæ charitatis permixtio humoris lactis, idest naturalis affectionis. Idem dicit Bernardus ibidẽ. Sic ebrietas corporalis denique ſolet euertere mentes, atque ideo immemores reddere ſui. Sed non ex toto ſui oblita eſt, quæ adhuc & de proprio corpore cogitat reſuſcitando, propter quod deſiderium anima perfecte beata eſſe non poteſt, ſed poſt reſumptionem corporis ſui cum conſummabitur. Hæc ille. Cum his concordat Auguſtinus, dicens ſic: Animæ ineſt quidam naturalis appetitus corpus adminiſtrandi, quo appetitu retardatur quodam modo, ne tota intentione pergat in illud ſummum cælum, quamdiu non ſubeſt corpus, cuius adminiſtratione appetitus ille conquieſcat. Non obſtante tamen illo deſiderio anima in patria eſt beata, licet non conſummate, & tamen nullum dolorem ſentit ex illo naturali appetitu. Sed quid de iſta anima a corpore ſeparata antequam cælum ingrediatur, numquid illa vino qualicumque potatur aliqualiter, & conſolatur quan-

Bern. lib. de dili. Deo longe poſt med.

Cant. 5. a

Aug. li. 12. de Gen. ad litt. ca. 35. to. 3.

A doque? Reſpondetur quòd ſic, niſi per pœnam ſenſus, vel damni vel vtriuſque impediatur. Nam anima in imagine pertranſit a corpore, vt dicit Pſalmus, ſed tamen deſiderium eius corporis manet. Imago autem conſiſtit in memoria, intellectu, & voluntate, ſecundum quas potentias eſt capax ſanctæ Trinitatis, vt dicit Auguſtinus de Trinitate, & per has anima exercet vitam contemplatiuam, quæ eſt optima pars Mariæ, quæ non auferetur ab ea, vt dicit Dominus. Vbi dicit Gloſſa: Vita contemplatiua hic incipit, & in cæleſti patria perficitur: quia amor eſt ignis qui ardere incipit hic, ſed cum ipſe quem amat videbit, amplius

Pſal. 38. b

Aug. li. 14. de Trin. c. 8. ca. post.

Luc. 10. g

B in amore igneſcet. Tanto igitur anima a carne ſeparata, vitam contemplatiuam perfectius exercet, quanto a corpore grauante abſoluitur. & dilectũ ſuum vehementius amat, quia ſicut dicit Bernardus in libro de diligendo Deo, vt ſupra dictum eſt: Animæ quæ ſunt abſolutæ a compedibus corporis, eo ſimiliter chariores, quo ad amandum ſunt expeditiores, & ideo vinum amoris diuini plenius haurire permittuntur, nõ tamen purum, ſed adhuc lacte mixtum. Et Auicenna 6. naturaliũ dicit, quòd anima ſeparata clarius videt, & intelligit, quàm coniuncta corpori corruptibili. Vita autem contemplatiua dulciſſimas conſola-

Bern. lib. de dili. Deo longe poſt med.

C tiones animæ contemplatiuæ adminiſtrat, vt ſupra dictum eſt. Igitur abſolutio animæ a corpore grauante, non eſt formidanda, ſed deſideranda. Hanc enim abſolutionem a corpore, & deſiderabat Apoſtolus cũ dixit: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. & alibi: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, quo premor? Et mouebatur deſiderio bono, & rationabili. Quia ſicut dicit Bernardus in quadam epiſtola: Pretioſa eſt mors ſanctorum, pretioſa plane tamquam finis laboris, tamquam victoriæ conſummatio, tamquam vitæ ianua, & perfectæ ſatietatis ingreſſus. Et quidam ſanctus dicit: Mors nihil

Phil. 1. d

Rom. 7. d

Eſt apud Bern. ſer. in tranſitu Malachiæ epiſcopi circ. med.

D aliud eſt quàm exitus de carcere, finis exilij, laboris conſummatio, ad portum applicatio, peregrinationis finitio, oneris grauiſſimi, idest corporis depoſitio, de furioſo equo idest de carne deſcenſio, de domo ruinoſa liberatio, omnium ægritudinum terminatio omnium periculorum euaſio, omnium malorum conſumptio, omnium vinculorum diruptio, debiti naturæ ſolutio, reditus in patriam, ingreſſus in gloriam. Certe euaſio tantorum malorum, & adeptio tantorum bonorum, faciunt animæ bonum conuiuium, vt dicere poſſit illud Sapientiæ: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, ſcilicet morte bona. Beati

Sap. 7. b

E enim mortui qui in Domino moriuntur. Et ſi tales animæ amatrices, ſiue contẽplatrices, ſeparatæ a corporibus ſuis aliquid ſecum deferant, quare indigent purgatione: credibile eſt, quòd tales facilius purgantur, & leuius patiuntur, & quandoque minime pœna ſenſus. Cuius ratio eſt, quia amor pœnas alleuiat, & quandoque totaliter annihilat. Vnde Auguſtinus de moribus Eccleſiæ contra Manichæos dicit: Nihil tam durum atque tam ferreum, quod nõ amoris igne vincatur. Et exemplificat in libro de ſancta viduitate. vbi dicit ſic: Nullo modo oneroſi ſunt labores amantium, ſed ipſi delectant, ſicut venantium, aucu-

Aug. lib. 1. de Mor. Eccleſ. ca. 22. to. 1.

Idem li. de bo. viduitatis. cap. 21. to. 4.

F pantium, & piſcantium, & ceterorum talium. In eo enim quod amatur, aut nõ laboratur, aut labor amatur. Hæc ille. Item hoc patet exemplo multorum martyrum, qui deſiderabant pati pro Chriſto, & in ipſis paſſionibus gaudebant, vt Apoſtoli. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et beatus Andreas vehementer deſiderabat crucem, & ſuſtinuit gaudenter. Et virgines, vt ſancta Agatha dixit Quinctiano: Ego in his pœnis delector, ſicut qui multos theſauros inuenit, & cetera. Vnde Bernardus in libro de diligendo Deo. dicit: Magna vis amoris, quæ martyrum animas ita introrſum rapuerat, quòd ita corpora ſua foris expoſuerant, & tor-

Act. 5. g

Bern. lib. de dili. Deo longe poſt med.

menta

menta contemnere fecerat. Si igitur in corpore aggrauante charitas potuit mitigare pœnas, cur non in ſpiritu a nullo corpore impedita magis tamquam efficacior potuit pœnas mitigare ſuo feruore, ſicut & ſuffragia Eccleſiæ faciunt? Credibile eſt enim quòd ſicut animæ quæ fuerunt in limbo, aliquas conſolationes receperunt ab his, quæ de nouo venerant ad eas, vt angeli vel animæ aliquæ, vt Ioannes Baptiſta, et cetera, dicentes eis de aduentu Saluatoris. Sic credibile eſt, quòd angeli viſitent animas in purgatorio ſibi commiſſas, & conſolentur eas, dicentes eis terminum purgationis ſuæ, & alia eis conſolatoria ſicut haberi poteſt exemplis ſanctorum, quæ ponunt ſancti doctores in libris ſuis, vt Gregorius in Dialogis, vbi exemplificat de illo, qui ſeruiuit in balneis ſacerdoti, & de quodam alio qui dixit: Bene eſt mihi modo, & cetera. & Auguſtinus de Ciuitate Dei, & Beda in hiſtoria Anglorum, & Iſidorus et ceteri doctores de hoc loquentes.

Greg. lib. 4. Dial. c. 55.

De tertio conuiuio ſapientiæ quod eſt regnantium, Cap. IX.

Post hoc videndum eſt de tertio conuiuio ſapientiæ, quod eſt regnantium, ſecundum ordinẽ quem tradit Bernardus de diligendo Deo, quod ſequitur conuiuium laborantium, & quieſcentium, tamquam excellentius ad quod ſapientia incarnata ſuos chariſſimos inuitat, dicens: Ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Hic tria ſunt notanda. Primo quis huius conuiuij regalis, & menſæ regiæ ſit rex & pater familias, hic eſt Chriſtus Filius Dei. Secundo quæ familia Dei & conuiuantes ad iſtud regale conuiuium, & regiam menſam inuitantur, quia angeli & homines. Tertio de huius conuiuij, & conuiuantiũ gloria, & beatitudine dicetur.

Bern. lib. de dil. Deo longe poſt med. *Luc. 22. b*

C

Primo quis huius conuiuij regalis, & menſæ ſit rex, & paterfamilias. Sed quis alius, quàm ille qui dicit: Ego ſum rex, cui pater conſtituit regnũ æternum? Et in cuius femore ſcriptum eſt: Rex regum & Dominus dominantium? Rex regum, quia vos conſtituo reges tamquam filios adoptiuos, qui ſum filius Patri conſubſtantialis. Et conſtituo vos dominos non ſeruos ſed amicos. vt ſupra menſam meam edatis, & bibatis in regno meo, cuius regni non erit finis, vt vbi ego ſum, & vos ſitis in æternum. De iſto rege Auguſtinus loquens de Ciuitate Dei dicit ſic: Ero illorum Deus, & ipſi mihi erunt populus, & ero illis vnde ſatientur, & ego ero illis quæcumque ab hominibus honeſte deſiderantur, & vita, & ſalus, & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omne bonum. *Sequitur*: Et ſic recte intelligitur quod ait Apoſtolus, vt ſit Deus omnia in omnibus. Ipſe enim eſt finis noſtrorum deſideriorum, qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. *Sequitur*: Hoc munus, hic affectus, hic actus proculdubio erit omnibus ſicut vita æterna communis. Hæc ille. Viſio illius regis facit eſſe beatum. Vnde Bernardus in epiſtola quadam dicit: Solum verum, & plenum gaudium eſt, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur: quod cum poſſederis nemo tollet a te. Cui comparata omnis aliunde iucunditas mæror eſt, omnis ſuauitas dolor eſt, omne dulce amarum, omne decorum fœdum, omne poſtremo quodcumque aliud delectare poſſit moleſtum eſt. Quare Chryſoſtomus de reparatione lapſi, hoc modo exclamat, dicens: O ſi quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi & ipſam gehennam paruo tempore tolerare, pro eo quod Chriſtum poſſemus videre in gloria venientem, & ſanctorum eius numero ſociari, nonne erat dignum pati omne quod triſte eſt modo, vt tanti boni, tantæq. gloriæ participes habe-

Apoc. 19. c et 1. Tim. 6. d *Ioan. 15. c* D *Aug. li. 22. de Ciu. Dei cap. 30. ante med. to. 5.* E *1. Cor. 15. d* F *Bern. epiſt. 104. ſtatim prin.* *Chryſ. ep. 5. ad Theod. lapſum to. me 5.*

A remur? Clamemus igitur cum Apoſtolo: Regi ſæculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo, & cet.

1. Tim. 1. d

Quæ familia et conuiuantes ad regnantium conuiuium inuitentur, vel ſint iam inuitati. Cap. X.

Post hoc ſecundo videndum eſt, quæ familia & conuiuantes ad illud regale conuiuium inuitẽtur, vel ſunt inuitati iam. De quo ſciendum eſt, quòd nõ ſolum homines, ſed angeli ad illud glorioſum conuiuium regni æterni inuitantur. Vnde Chryſoſtomus de reparatione lapſi dicit ſic: Intuere cœtum non ſolum ex hominibus ſed etiam ex angelis, thronis, & dominationibus principatibus, & poteſtatibus conuocatum. *Sequitur*: De rege autem qui horum medius reſidet, dicere nulla vox ſufficit. Effugit enim omnem ſenſum humanæ mentis: excedit etiam decus illud & illa pulchritudo, & illa gloria, & illa magnificentia, & illa maieſtas omnem ſenſum humanũ. Cum his concordat Proſper de vita contemplatiua, dicens: Futura vita, vbi ipſa ſanctitas quæ eſt angelorum, & ſanctorum omnium congregatione beata, meritis fulgentibus micat, æterna ſalus exuberat, veritas regnat: vbi nec fallit quiſquam nec fallitur, vbi nullus beatus eijcitur, vbi nullus miſer admittitur, vbi eſt amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium ſpiritus. Hæc ille. De hoc etiam Gregorius in homilia: Si conſideremus, quæ & quanta nobis promittuntur in cælis, vileſcunt animo omnia, quæ habentur in terris. De hac etiam ſocietate dicit Cyprianus in vna Epiſtola ſic: Cur non properamus, & currimus, vt patriam noſtram videre, & parentes ſalutare poſſimus? Magnus illic charorũ numerus nos expectat, & parentum, & fratrum, filiorum, & aliorum aduentum copioſa turba deſiderat, iam de ſua incolumitate ſecura, adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum conſpectum & complexũ venire, quanta & illis & nobis erit lætitia? Hæc ille.

Qui ſunt inuitati ad cõuiuium beatificum. B *Chryſ. epiſ. ad Theod. lapſum cir. med. to. 5.* *Proſper. li. 1. de vita contēp. c. 2.* C *Greg. hom. 17. in Euã. in prin.* D

Eſt tamen ſciendum, quòd ſicut hic eſt diſtinctio meritorum, ita illic erit diſtinctio dignitatum. Vnde Gregorius in Moralibus dicit ſic: Sicut in electis in hac vita eſt diſcretio operum, ita quoque in alia vita proculdubio diſcretio erit dignitatũ, vt quo hic alius alium ſuperat, illic alius alium in retributione meritorum excedat, vt dignitas eadem non ſit, vna tãmen omnibus vita beatitudinis erit. Et in Dialogis exponens illud Ioannis in domo Patris mei mãſiones multæ ſunt, dicit ſic: Si diſpar retributio in illa beatitudine non eſſet, vna potius manſio, quàm multæ eſſent. *Sequitur*: Multæ ergo manſiones ſunt, in quibus & diſtincti beatorum ordines, propter meritorũ conſortium communiter lætentur, & tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt, qui in multis manſionibus diſtinguuntur, quia & vna eſt beatitudo, quam illic percipiunt, & diſpar retributionis qualitas, quam per opera diuerſa conſequuntur. Hæc ille. Et ideo ſicut differt ſtella a ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum, vt dicit Paulus. De multitudine iſtius familiæ cæleſtis conuiuij quanta ſit, nemo ſcit ſiue angelorum ſiue hominum, niſi ſolus Deus. Vnde Ioannes loquens de angelorum multitudine dicit: quòd erant millia millium in circuitu throni. vbi dicit Haymo, quod non poſuit numerum certum cum dicit, Millia millium: quia numerus angelorum nobis eſt innumerabilis, quamuis Deo ſit numerabilis. Et in Iob dicitur: Numquid eſt numerus militũ eius? Quod exponens Gregorius in Moralibus dicit, quod angeli ſunt milites Dei, & quod numerus eorum Deo eſt numerabilis, nobis autem innumerabilis demonſtratur. Et idem dicit Dionyſius, & in Daniele dicitur: Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Et ſimiliter familia beatorum hominum innumerabilis nobis eſt. Vnde in Apocalypſi ait Ioannes, poſt enumerationem multorum.

Greg. lib. 4. Mor. c. 31. ante med. *Idem li. 4. Dial. c. 35. cir. fin.* E *Ioan. 14. a* *1. Cor. 15. e* F *Apoc. 5. c* *Iob 25. b* *Greg. li. 17. Mora. ca. 9.* *Dionyſ. 14. Ang. Hier.* *Dan. 7. c* *Apoc. 7. b*

torum. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, id eſt nullus homo ait Gloſſa. Deus enim numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus

Pſ. 146. b

eis nomina vocat, ſecundũ Pſalmiſtam. Tota iſta familia tam angelorum quàm hominum, laudat Deum

Hug. ſuper 2. Ang. Hierarc.

ſine intermiſſione. Vnde Hugo ſuper Angelicã Hierarchiã dicit ſic: Omnes Hierarchiæ tam angelorum, quàm hominum, tam ſuperiorum quàm inferiorũ, ad laudem diuinam ordinatæ ſunt, & inſtitutæ, vt ab omnibus laudetur Deus a quo, & per quem ſunt omnes, & omnibus omnia. *Et ſequitur*: Qui excellentiores ſunt, amplius laudant, & qui amplius laudant, ſublimius remunerabuntur, vt qui ſunt ſublimiores in cognitione, & feruentiores in amore. Hæc ille.

Dionyſ. de diu. nomi. cap. 1.

Sed ſicut dicit Dionyſius de diuinis nominibus, Nullus veritatis amator, quæ eſt ſuper omnem virtutem, adeo efficax eſt, vt poſſit laudare ſuperſubſtantialem diuinitatem, ſecundum æternam & ſuper bonam eſſentiam ſuam, quibuſcumque vocabulis intelligibilibus, ſiue vt rationem, ſiue vt veritatem, aut mentem, aut vitam, aut ſubſtantiam, aut alio vocabulo quantocumque ſublimi; ſed oportet laudare eam, ſicut excellentem, & ſegregatam ab omni eo quod mente concipitur, & generaliter ab omnibus exiſtentibus. *Sequitur*: Ne tamen ab eius laude ceſſetur, cum ipſa ſit eſſentia ipſius bonitatis, & ſic cauſa omnium exiſtentium, ideo ex omnibus affectibus laudabilis eſt, ſicut docet Scriptura. Hæc ille.

De tertij conuiuij, et conuiuantium beatitudine iuxta numerum ſeptem donorum. ſeptemque quoque animaduerſione digna notantur.

Cap. XI.

TERTIO videndum eſt de huius conuiuij & conuiuantium beatitudine, de quo ſunt ſeptem notanda, iuxta numerum ſeptem donorum prædictorum, quæ ſecundum vſus & actus ſuos excellentiſſimos in hoc conuiuio miniſtrant deiformiter, quia non euacuabuntur ſecundum actus illos, ſed manebunt in patria in beatis, vt probat Magiſter ſententiarum per auctoritatem Ambroſij, & communiter tenetur. Primo dicendum eſt de huius conuiuij gloria. Secundo de huius conuiuij excellentia, & dignitate, & æternitate. Tertio de huius conuiuij abundantia, & vbertate. Quarto de huius conuiuij lege, & charitate. Quinto de huius conuiuij gaudio, & iucunditate. Sexto de iſtius conuiuij menſa, & perfecta ſaturitate. Septimo de eiuſdem conuiuij beata & ſobria ebrietate.

Mag. lib. 3. Sent. d. 34. in prin. ex Amb. li. 1. de Spi. ſancto cap. 20. to. 4.

Beatitudo eſt æterna.

PRIMO igitur de huius conuiuij æternitate ſciendum eſt, quod neceſſe eſt, ipſum eſſe æternum. Cuius ratio eſt, quia ipſum conuiuium celebratur in regno æterno Chriſti, & in menſa æterna eius, quare ipſe rex æternus regni æterni dicit: Ego diſpono vobis regnum, vt edatis ſuper menſam meam in regno meo, cuius regni non erit finis. De huius regni, & conuiuij æternitate dicit Auguſtinus. O vita vitalis, dulcis, & amabilis, & ſemper memorialis, vbi ſumma ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata vita ſine fine, & viſio atque laudatio Dei. Ibi affluentia diuitiarum, influentia deliciarum, confluentia bonorum? Et Anſelmus dicit ſic: In illo ſcilicet conuiuio cæleſti, eſt longa & ſalubris vita. Ibi enim eſt ſana æternitas, quia æterna ſanitas, quia iuſti in perpetuum viuent & apud Dominum eſt merces eorum, ſcilicet vita æterna.

Luc. 22. c

Anſel. lib. proſologion cap. 25.

Sap. 5. c

Excellentia beatitudinis.

SECVNDO videndum eſt de iſtius conuiuij excellentia & dignitate. De hac dignitate dicit Bernardus: Merces ſanctorum & gaudia, in illo regno & æterno conuiuio tam magna ſunt quòd non poſſunt menſurari, tam multa ſunt, quòd non poſſunt numerari, tam

A copioſa ſunt, quòd non poſſunt finiri, tam pretioſa ſunt, quòd non poſſunt æſtimari: immo tam excellentia ſunt, quæ præparauit Deus in iſto conuiuio diligentibus ſe, quòd ipſe Dominus conuiuij dicit, quòd talia nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit. Vnde, nec omnes Arithmetici mundi poſſent ea numerare, nec omnes Geometrici poſſent ea mẽſurare, nec omnes Rethorici poſſent ea verbis, vel ſermonibus explicare, cum nec plene poſſint excogitari.

1 Cor. 2. c

TERTIO videndum eſt de huius regni & conuiuij abundantia, & vbertate, de quibus Bernardus dicit:

Bern. ſer. 33. ſuper Cant.

Vbertas beatitudinis.

B In illo regno, & conuiuio meridiano, erit candor lucis æſtiualis, amœnitas vernalis, abundantia autumnalis, requies hiemalis, immo Deus bonum infinitum communicat ſe omnibus incolis illius regni, & conuiuis illius menſæ quantum quilibet capax eſt, vnde ipſe implebit ſenſus interiores maximis delectationibus. Erit enim Deus ſpeculum viſui, cithara auditui, mel guſtui, balſamũ olfactui, flos delectabilis tactui. Ibi ſicut dicit Auguſtinus, Laudes & carmina non deerunt, præmia non deficient. Ibi nihil quod amabitur deerit, nihil deſiderabitur quod non adſit. Ibi Deus ſine fine videbitur, ſine faſtidio amabitur, ſine

Aug. li. 22. de Ciu. Dei c. 30. to. 5.

C fatigatione laudabitur.

QVARTO de huius regni conuiuij lege & charitate vel ſocietate, Anſelmus dicit ſic: Exiſtentes in regno illo & conuiuio, diligunt Deum plus quam ſeipſos, & inuicem tamquam ſeipſos, & Deus diligit illos plus quàm illi ſeipſos: quia illi illum, & ſe, & inuicẽ per illum, & ille ſe, & illos per ſeipſum. Quare omnibus erit vna voluntas, quaſi nulla eſſet illis niſi Dei voluntas, ideo erit omnibus plena cõcordia. Et ideo ſicut illi nolunt aliud, quàm quod ille, ita ille volet quidquid volunt illi, & ideo filij Dei, & dij vocabuntur. & conſtituet eos Deus ſuper omnia bona ſua. Ibi

Anſel. lib. proſolog. ca. 24.

Mutua dilectio beatorum.

D eſt quidquid deſideramus, & quidquid amamus. Hæc ille. Quare Auguſtinus libro de corporis, & animæ miſeria exclamat, dicẽs: O anima mea & caro mea, illam vitã amplecti debuiſtis, vbi vita eſt ſine morte, vbi iuuentus ſine ſenectute, vbi lux ſine tenebris, vbi gaudium ſine triſtitia, vbi pax ſine diſcordia, vbi voluntas ſine iniuria, vbi regnum ſine commutatione. Hæc ille. De hac lege Auguſtinus de ſpiritu & anima dicit: Lex Dei charitas eſt. Lex data eſt vt gratia quæratur, gratia data eſt, vt lex impleretur. Hæc ille.

QVINTO de huius regni, & conuiuij gaudioſa iucunditate. De hoc gaudio Anſelmus, vbi ſupra loquens dicit ſic: Gaudium illud, quale aut quantum eſt bonum? Certe quantum vtique quiſque diligit alium, tantum de eo gaudebit. *Sequitur*: Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum ſpirituum ſeu angelorum & hominum, vbi nullus minus diligit alium quàm ſeipſum, non aliter gaudebit quiſque pro ſingulis alijs quàm pro ſeipſo. Et infra dicit: In illa perfecta felicitate, vnuſquiſque plus amabit ſine comparatione Deum quàm ſeipſum, & omnes alios ſecum, ideo & plus gaudebit abſque æſtimatione de felicitate Dei, quàm de ſua & omnium aliorũ ſecum. Sed ſi Deum ſic diligunt toto corde, tota mente, & tota anima, vt tamen totum cor, tota mens & tota anima non ſufficiant dignitati dilectionis, profecto ſic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt totum cor, tota mens, tota anima non ſufficiant plenitudini gaudij. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes. *Sequitur*: Deus verax, peto & accipiam, vt gaudium meum plenum ſit. Meditetur interim mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, ſermocinetur os meum, eſuriat illud anima mea, ſitiat caro mea, deſideret tota ſubſtantia mea, donec intrem in gaudiũ Domini, qui eſt trinus & vnus Deus benedictus in ſæcula amen. Hæc ille.

Gaudium beatorum.

Anſ. in Proſologi. c. 24.

E

F

Ibid. c. 26. circ. fin.

SEXTO de huius conuiuij menſa & ſatietate beata. Cum Dominus dicat: Super menſam meam comedentes,

Luc. 22. c

A medetis, & bibetis in regno meo, ideo illud conuiuium tantum regnantibus & chariſſimis præparatum eſt. De quo notandum eſt, quòd Beda ibidem in Gloſſa dicit ſic: Menſa propoſita omnibus ſanctis ad fruendum, eſt gloria cæleſtis vitæ, qua qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, ſaturabuntur fruendo deſiderato gaudio veri boni. Verum autem bonum ſolum eſt in quo ratio omnis boni eſt, quod ſolus Deus eſt, qui eſſentialiter bonus eſt. Et ideo in illo ſolo perfecta ſatietas eſt. De hac menſa beata & ſatietate, Hugo commentator Dionyſij loquẽs in Angelica Hierarchia, parum ante finem, & exponens illud, diuiſio alimento repleta, dicit: Vna eſt refectio, & vnum alimentum.

Hug. in 7. c. Ang. Hierar. parum ante fin.

B Ergo inquit Hugo, in menſa Domini non eſt niſi vnũ ferculum, quod apponitur. Sed noli contemnere, ſatietas multa eſt. Satiabor, inquit pſalmiſta, cum apparuerit gloria tua. Vnum eſt enim bonum, quod tibi præparauit Deus, ſed in illo bono omne bonum eſt. Vnam enim refectionem, vnum cibum, vnum ferculum, vnum panem habentem omnem ſaporem, & omnem dulcedinẽ ſuauitatis, præparauit nobis Deus. Igitur vnum eſt neceſſarium, quòd vere reficit. Quod ibidem ſic probat, dicens: Multa in hoc mundo ſunt, & illa omnia cor hominis ſatiare non poſſunt, vt experientia docet.

Pſal. 16. c

C Vnum autem eſt bonum, & hoc ſolum cum percipitur, ſatietas inuenitur. Non enim in multitudine, ſed in vnitate ſatietas eſt. Idem verbum Auguſtinus, de verbis Domini tractans, dicit: Multa ſunt diuerſa quia corporalia, quia temporalia ſunt, præponitur autem vnum multis. Non enim a multis vnum, ſed multa ab vno ſunt. Multa diſtrahunt vt Martham, ſed vnum colligit, vt Mariam, quæ non dilexit multa, ſed multum. Et Richardus in tractatu ſuo de amore violento dicit: Vnum ſolum eſt, in quo mens humana quieſcit, & reficitur, & ſatiatur. Quod declarat ſic: Perfectus amor omnem alium affectum excludit, quia nihil præter vnum diligit, & propter vnum.

Auguſt. de verb. Dom. ſer. 26. & 27. to. 10.

Luc. 10. g

Rich. tract. de 4. grad. Viol. chari. ante med.

D Ideo vnum amat, vnum diligit, & vnum ſitit, vnum concupiſcit, ad vnum anhelat, vnum ſuſpirat, vno inardeſcit, & in vno requieſcit: illo vno ſatiatur, quia nihil ſapit niſi hoc vno condiatur. Hæc ille. De iſtius conuiuij ſatietate Bernardus admirando exclamat, dicens ſic: O felix vere & glorioſa ſatietas. O ſanctum conuiuium. O deſiderabiles epulæ; vbi nimirum nulla anxietas, nullum poterit eſſe faſtidium, ſed ſatietas ſumma, & cum hoc ſummum deſideriũ. Et idem dicit: Feſtinemus igitur ad locum tutiorem, ad agrum vberiorem, ad paſtum ſaniorem, vbi habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Hæc ille.

Ber. ſer. 2. de omnibus ſanctis. poſt med.

Idem ſer. 33. in Cãt. ante med.

E Septimo & vltimo, quia Dominus non dixit ſolum vt ſuper menſam meam edatis, ſed addidit, & bibatis. Ideo videndum eſt, de huius menſæ vino dulciſſimo potante, & ſobrie inebriante, quod eſt vinum puriſſimæ, & perfectæ charitatis, quòd tantũ regnantibus & chariſſimis propinatur, in regno & menſa Chriſti. De hoc vino immixto puriſſimæ charitatis dicit Bernardus in libro, de diligendo Deo, parum poſt medium ſic: Cum Scriptura loquatur Deum omnia feciſſe propter ſemetipſum, erit profecto vt factura ſeſe quandoque conformet & concordet auctori ſuo, & oportet proinde nos in eundem affectum tranſire charitatis quãdoque, vt quomodo Deus omnia eſſe voluit propter ſemetipſum, ſic nos quoque nec nosipſos, nec aliquid fuiſſe vel eſſe velimus, niſi æque propter ipſum, ob ſolam ipſius voluntatem, non noſtram voluptatem.

Luc. 22. c

Vinũ beatorum eſt perfecta charitas.

Bern. lib. de dili. Deo poſt med.

F *Sequitur*: Delectabit ſane non tam noſtra, vel ſopita neceſſitas, vel ſortita felicitas, quàm quòd eius in nobis & de nobis voluntas adimpleta videbitur, quod & quotidie in oratione poſtulamus. Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra, & cetera. Illa igitur eſt vera & ſincera charitas, & omnino de corde puro & de conſcientia bona, & fide non ficta, qua Deum ſic diligimus, qua & proximi

Mat. 6. b

1. Tim. 1. a

A bonum, vt noſtrum diligimus. Et ibidem Bernardus, hanc charitatem commendando exclamat, dicens: O amor ſanctus & caſtus. O dulcis & ſuauis affectio charitatis. O pura & defæcata intentio voluntatis, eo certe defæcatior & purior, quo in ea de proprio nil mixtum relinquitur; eo ſuauior, quo totum diuinum eſt quod ſentitur. *Sequitur*: Sic affici deificari eſt. Quo modo ſtilla aquæ modica multo infuſa vino puro, a ſe deficere tota videtur, & ſaporem vini induit & colorem: & quo modo ferrum candens ignitum ſimillimum igni fit priſtina propriaq. forma exutum: & quo modo ſolis luce aer perfuſus in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt non tam illuminatus quàm ipſum lumen eſſe videatur: ſic omnem tunc in ſanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo, neceſſe erit a ſemetipſa liquefacere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem.

Ber. ibidẽ conſeq. vbi ſup. proxi.

B Alioquin quo modo Deus erit omnia in omnibus, ſi in homine aliquid de homine ſupererit? *Sequitur*: Manet ſubſtantia ſed in alia forma, alia gloria, aliaq. potentia. Et quando hoc erit, quando veniam & apparebo ante faciem Domini? *Sequitur*: Donec igitur abſorpta ſit mors in victoria. & vndique noctis terminos lux perennis inuadat, & occupet vſquequaque, quatenus in corporibus cæleſtis gloria effulgeat, non poſſunt animæ ex toto ſeipſas exponere, & tranſire in Deum.

1. Cor. 15. d

Pſal. 41. a

1. Cor. 15. g

C Adepto autem corpore, iam quid impedit animam a ſe ipſa quodam modo abire, & totam in Deũ ire, & eo penitus ſibi diſſimilem fieri, quo Deo ſimillimam effici ſe conatur. Tunc demum ad cenam ſapiẽtiæ admiſſa eſt, ad illam videlicet de qua legitur: Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt. *Et ſequitur poſt multa*: Quid mirũ ſi iam inebriatur ab vbertate domus Dei, cũ nulla mordente culpa vel cura, de proprio ſecura bibit purum, & nouum vinum illud cum Chriſto in domo patris eius? Rediuiuis igitur corporibus reſumptis, in vita immortali, inebriantur, mira plenitudine exuberantes poſt reſurrectionem, tamquam chariſſimi.

Pſal. 22. b

D Et merito inebriantur, qui ad nuptias agni introduci merentur, edentes & bibentes ſuper menſam illius in regno ſapientiæ, quando ſibi exhibet glorioſam Eccleſiam. Tunc prorſus inebriat chariſſimos ſuos, tunc torrente voluptatis ſuæ potat eos, quando in cõplexu illo arctiſſimo ſponſi & ſponſæ, fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, vt delectentur in lætitia in æternum. Hæc ille. Tunc ſapientia ſuos chariſſimos inebriat, & in patria regnare facit, & coronat, dicens illud: Per me reges regnant: Regnantes autem coronas aureas habent in capitibus de quibus in Apocalypſi: Quod exponens Richardus dicit: Coronas habent in capitibus, ob gloriæ decorem & regni cæleſtis infinitatem, vnde corona illa de qua dicitur in Apocalypſi, quod habuit duodecim ſtellas, ideſt vniuerſalem perfectionem.

Pſal. 45. a

Prou. 8. b

Apoc. 4. b

Rich. lib. 2. in Apoc. c. 1

Apoc. 12. a

E Nam ſecundum Richardum rotunditas coronæ, ſignificat illius regni æternitatem, & præclaritas ſtellarum numero duodenario, ſignat beatorum omnium æterni regni infinitatem. Vnde & Bernardus in ſermone dicit, quòd illæ ſtellæ duodecim, deſignant plenam perfectionem, quæ beatis in patria debetur.

F Prima enim ſtella, inquit Bernardus, eſt memoria ſine obliuione. Secunda ſtella, eſt ratio ſine omni errore. Tertia ſtella eſt voluntas ſine omni perturbatione. Quarta eſt impoſſibilitas moriendi, quia reſurget corpus incorruptibile. Quinta eſt charitas, quia configuramur claritati Chriſti corporaliter. Sexta eſt agilitas, vt corpus ſit agile ſecundum agilitatem mentis. Septima eſt ſubtilitas, vt corpus noſtrum penetret omnia corpora. Octaua eſt, vt quilibet diligat alium ſicut ſeipſum. Nona eſt, videre quòd proximus quilibet diligit ipſum ſicut ſeipſum. Decima eſt Deum perfecte diligere, & plus quàm ſeipſum. Vndecima, eſt diligere ſeipſum tantummodo propter Deum. Duodecima eſt videre Deum diligere ſe, diligentem plus quàm

ille

Sap. 7. b ille homo diligat ſeipſum. Hæc ille. Omnium autem
horum bonorum mater eſt ſapientia, vt dicit Sapiens.
De huius ſapientiæ increatæ, & incarnatæ menſa, di-
cit Richardus de ſancto Victore: O qualis refectio,
vbi dapifer Chriſtus, pincerna Spiritus ſanctus. Et
certe pater hoſpes largiſſimus, Chriſtus miniſtrat ci-
bum, dum ſemetipſo conuiuantes reficit & ſatiat, vt
Ioan. 6. b patet in Ioanne. Spiritus ſanctus vero potū propinat,
dum ſuis donis conuiuantes potat & inebriat, vt patet
Act. 2. a in Actis. Pater vero, in vtroque ſeipſum liberaliſſime
exhibet, & communicat in filio, ad cognoſcendum &
Ioan. 14. b habendum, ſicut dicit Ieſus Philippo. In Spiritu ſan-
cto autem ad amplexandum, & deguſtandum appro- B
Rich. lib. 4. priate loquendo, vt patet per Richardū De hac men-
de contempl. ſa amoroſæ ſapiētiæ exponens illud quod legitur Re-
c. 14. & li. gum tertio, vbi dicitur: Regina Saba videns omnem
5. cap. 12. ſapiētiam Salomonis, & domum quam ædificauerat,
3. Reg. 10. & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordi-
a nes miniſtrātium, veſteſq. eorum, pincernaſq. & ho-
locauſta, quæ offerebat in domo Domini, nō habebat
vltra ſpiritū, dicit Richardus: Regina auſtri, illius ca-
lidæ regionis inhabitatrix, ſuccenſa, quæ alia intelligē
poteſt, quàm illa ſancta anima & beata, quę regnū ſuū
in pace poſſidet, & verum Salomonem contēplatur?
Greg. li. 11. Vnde Gregorius in Moralibus dicit: Teſtimonio ſacrę C
Mora. ca. 8. Scripturæ, reges vocātur, qui prælati ſunt cunctis mo-
Iſidor. de tibus carnis. Et ſicut dicit Iſidorus de ſummo bono:
ſum. bo. li. Reges, a recte regendo vocati ſunt, ideo recte agen-
3. cap. 48. do, regis nomen obtinent. Omnes igitur reges & re-
Sent. 7. ginæ, ſunt in illa regia menſa rectitudinis conuiuan-
Epheſ. 4. c tes, qui veterem hominem exuentes, & nouum ho-
Pſal. 81. a minem induentes, qui ſecundum Deum creatus eſt,
deiformes efficiuntur, vt dij ſecundū Pſalmiſtam ap-
Lincon. ſu- pellentur. Deiformitas enim, vt dicit Linconienſis eſt
per 3. Ang. renouatio ſpiritus rationalis, & conformitas ipſius ad
Hierar. Deū prout poſſibile eſt. Hi ſunt reges & reginæ Dei,
deiformes effecti, & dij appellati, videntes in menſa D
ſapientiam noſtri regis veri Salomonis, cuius ſapien-
Pſal. 146. a tiæ non eſt numerus ſecundū Pſalmiſtam. Videntes
etiam domum quam ædificauit ideſt naturam aſſum-
ptam, quam ſeptem columnis ideſt ſeptem donis mu-
Coloſſ. 2. a niuit, & adornauit, In qua ſunt omnes theſauri ſapien
tiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. Videntes & cibos men
ſæ eius, qui ſunt quaſi infiniti, cum vnum tantum ſit
Iac. 1. a ferculum, ſcilicet omne datum optimum, in quo eſt
ratio omnis boni, ſcilicet in quo & ex quo eſt omne
donum, vt dictum eſt. Videntes etiam habitacula ſer-
uorum ideſt numerum, & diſtinctionem cælicarum
manſionū, quæ multæ ſunt, & quaſi infinitæ in domo E
Ioan. 14. a Patris, vt dicit Dominus. Videntes etiam ordines mi-
niſtrantium, & aſſiſtentium angelorum, qui innume-
rabiles ſunt, vt dictum eſt ſupra. Videntes etiam pin-
cernas, & gradus eorum, ideſt haurientes de occul-
to diuinitatis lumina gaudioſa, & mentes ſuſcipien-
tium inebriantia, quia ſuperiores hauſta communicāt
Dionyſ. 7. inferioribus, vt dicit Dionyſius. Et Bernardus dicit
Hier. Ang. ſic: Si Cherubin & Seraphin, immediato hauſtu de
Ber. in ſer. fonte vitæ bibentes, inferioribus ordinibus angelorū
de ſalut. effundunt de conſilijs laci, qui lætificat ciuitatem Dei,
Ang. quāto magis glorioſa theothocos occultis filij in am-
plexionibus eius deguſtata myſteria, & hominibus, & F
angelis copioſius effundis & propinas? Hæc ille. Vi-
dentes ſeptimo & vltimo holocauſta ſiue ſacrificia.
Holocauſtum enim, vt Papias dicit, eſt ſacrificiū quod
totaliter igne conſumitur. Et ſignat quod omne opus
ſiue corporale ſiue ſpirituale quod offertur Deo, vel
offerendum eſt Deo, igne ardentiſſimæ ſiue perfectiſ-
ſimæ charitatis, totaliter conſummetur ſiue perficia-
tur. Quod perfecte faciunt omnes ciues cæleſtis pa-
triæ, tam angeli, quàm homines, vt in omnibus, & per
omnia laudetur & honorificetur Deus, vt ſicut dici-
Tob. 13. d tur in Tobia per omnes vicos cantetur alleluia. De

A alleluia autem ſpecialis fit mentio, quia ſicut dicit
Caſſiodorus: In hac laude alleluia totus honor eſt. Caſſiod. ſu
Quod cum ſit in Hæbræa lingua reconditum, nullo per titulū.
tamen conſtat alio ſermone tranſlatum. Hoc Græ- Pſal. 149. b
cus, hoc Latinus, Hoc Chaldæus, hoc Syrus, hoc Per-
ſa, hoc Arabs, hoc tenet cuncta terrarum natio, &
quidquid eſt dedicatum diuina dignitate, huius no-
minis pia deuotione & laude veneratur, & in vſu ha-
bere commonemur. Illis viſis & auditis, regina Sa-
ba, ideſt anima beata, vltra non habebat ſpiritum, ſci-
licet humanum, ſed diuinum. Vnde Richardus ex- Rich. lib. 5.
ponens illud verbum dicit ſic: Cur non recte dicatur de contēpl.
B ſpiritus ſemetipſum non habere, quando incipit a ſe- cap. 12.
metipſo omnino deficere, & a ſuo eſſe, in ſupermun-
danum quendam, & vere plus quàm humanum ſta-
tum tranſire, & mirabili transfiguratione ſpiritus ille,
ab humano videtur in diuinum deficere, ita vt ipſe
iam non ipſe, eo dumtaxat tempore, quo Deo incipit
arctius inhærere: quia qui adhæret Deo vnus ſpiritus 1. Cor. 6. d
eſt, & pſallere poteſt qui eiuſmodi eſt cum Pſalmiſta: Pſal. 83. b
Defecit in ſalutare tuum anima mea. Hæc ille. Et
idem poteſt dicere quilibet beatus.

Ad iſtud igitur conuiuium ſolemniſſimum, & men-
ſam omnium deliciarum pleniſſimam, oportet aſcen-
C dere per gradus donorum, & aliorum habituum gra-
tuitorum prædictorum. Quia ſicut dicit Gregorius, Greg. li. 22
Nemo infima deſerens, repente fit ſummus, quia ad Mor. c. 14.
obtinendum perfectionis meritum, oportet vt mens
quotidie in altum quaſi quibuſdam gradibus aſcen-
ſionis perueniat. Vnde Pſalmus bene dicit: Ibunt de Pſal. 83. b
virtute in virtute, donec videatur Deus deorum in Aug. lib. 2.
Sion. Quare Auguſtinus dona ſeptem Spiritus ſan- de Doctr.
cti, vocat quoſdam gradus aſcenſionis, dicens: Primo Chriſt. c. 7.
ante omnia opus eſt donum timoris, quod eſt infi- to. 3.
mum donum, conferens ad cognoſcendam Dei vo- Iob 2. a
luntatem, quid nobis appetendum vel fugiendum
D præcipiatur, & quo quaſi clauatis calcibus, omnis ſu-
perbiæ motus ligno crucis affigat. Deinde opus eſt
ſecundus gradus vt donum pietatis habeamus, per
quod veritas fidei, & ſcripturæ ſane exponatur & fir-
miter teneatur, & ſi non perfecte intelligatur. Ter-
tius gradus eſt donum ſcientiæ, per quod docemur,
quòd Deus ex toto corde diligatur, & ex tota anima,
& ex tota mente, proximum vero, vt noſmetipſos di-
ligamus. Quartus gradus eſt donum fortitudinis, quo
eſuritur, & ſititur iuſtitia, qua a temporalibus rece-
ditur, & ad æternam veritatem, & ad æternam trini-
tatem conuertimur, Quintus gradus eſt donum con-
E ſilij, quo anima ab omnibus ſordibus lauatur, & vſ-
que ad inimici dilectionem, iam ſpe conſortata, & vi-
ribus integratis peruenitur. Sextus gradus eſt donum
intellectus, quo oculus interior purgatur, & homines
mundo moriuntur, & inde Deum contemplantur in
ænigmate tamen. Nam intantum Deum vident, in-
quantum huic ſæculo moriuntur. Et licet in hac vita
peregrinemur, conuerſationem tamen habemus in
cælis. Septimus gradus eſt donum ſapientiæ, quod vl-
timum, & ſeptimum eſt, quo animus pacatus, & tran-
quillus Deo ſapide perfruitur, quia initium ſapientiæ Eccli. 1. b
timor Domini eſt, a quo vſque ad ipſam ſapientiā per
F hos gradus tenditur, & peruenitur. In cuius mēſa bea
ti perpetuo quieſcent, & dulciter reficientur, Quam
qui inuenit, inueniet vitā, & qui tenuerit eam beatus. Prou. 3. c
Et quia beneficia non plene recompēſari poſſunt ſine
gratiarum actione, dicit Seneca, ideo cum toto corde,
qui vocati ſumus ad cenā agni, dicamus Deo gratias. Sen. de be-
Quia ſicut dicit Auguſtinus, & Hieronymus, Quid neficijs li. 3.
melius, & animo geramus, & ore promamus, & cala- c. 1. Aug. in
mo explicemus, quam Deo gratias? Hinc nec dici Pſ. 132. to. 8
breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec
agi fructuoſius aliquid poteſt, quàm Deo gratias.

FINIS HVIVS OPVSCVLI.

S. BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS OPVSCVLVM.

De reſurrectione a peccato ad gratiam.

Materiam de gratia, quæ celeberrima eſt in Theologia ſcientia, non minus docte, quam breuiter hoc Opuſculo S. Bonauentura edisserit. Diuiditur autem opuſculum in tres partes: In quarum prima diuiſiones gratiæ iuxta quattuor eius conſiderationes proponuntur, & ſingula cuiuſque diuiſionis membra explicantur. In ſecunda vero parte, quæ eſt de reſurrectione hominis a culpa tria ſcitu digniſſima continentur, ſcilicet hominem neque a culpa reſurgere, neque aduerſarium vincere, neque tentationibus reſiſtere abſque gratia poſſe. In tertia denique parte, quæ eſt de reſurrectione hominis ad gratiam, tria itidem breuiter tractantur. Primo an poſſit homo ſufficienter ſe diſponere ad gratiam gratum facientem abſque gratia gratis data. Secundo an voluntas poſſit in aliquod bonum ſine gratia. Tertio an ſine gratia poſſit homo mandata Dei adimplere. De hac materia videndus eſt Author multis alijs locis, præſertim vero 2. Sent. diſt. 24. 26. 27. & 29. Breuiloq. 5. p. per tot. Centiloq. 3. p. ſect. 35. & 36. Pharet. lib. 2. c. 16.

[1.Cor.15.a] PAVLVS Apoſtolut videtur firmiter aſſerere, hominem in hoc ſæculo non proprie eſſe abſque gratia, cum inquit: Gratia Dei ſum, id quod ſum. Ideo merito de neceſſitate gratiæ quantum nobis prodeſt, dicendum eſt, & primo de diuiſione gratiæ, ſecundo de reſurrectione a peccato, & tertio de reſurrectione hominit ad gratiam.

Pro diuiſione gratiæ eſt notandum, quòd gratia eſt vna & eadem ſed ſecundum diuerſas conſiderationes, ipſa raultas ſortitur denominationes. Primo ſecundum conſiderationem ad principium a quo. B Secundo ſecundum conſiderationem ad ſubiectum in quo. Tertio ſecundum conſiderationem ad oppoſitum ſuum. Quarto ſecundum conſiderationem ad effectus ad quos ordinatur. Vnde ſecundum conſiderationem ad principium a quo procedit, gratia ipſa diuiditur in gratiam prædeſtinationis, ſeu præparationis, qua Deus homines prædeſtinauit: in gratiam vocationis, quam Deus offert vocando: in gratiam iuſtificationis, quam Deus confert: & in gratiam magnificationis quam Deus complet. Et hæc diuiſio ponitur in Epiſtola ad Romanos, vbi dicitur: [Rom.8.c] Scimus C quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. & ſequitur: Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, hos & magnificauit.

Sed ſecundum conſiderationem vel reſpectum ad ſubiectum in quo eſt, diuiditur in gratiam cogitationis, ſcilicet bonum cogitando: in gratiam voluntatis, in bono volendo: & in gratiam perfectionis, in completione operis. Vnde hæc diuiſio fit ſecundum triplicem potentiam animæ, in qua eſt gratia, ſcilicet ſecundum intellectiuam, affectiuam, & operatiuam.

Secundum vero reſpectum ad ſuum oppoſitum, diuiditur in gratiam protectionis, liberationis, & ſal- D uationis. Et hæc diuiſio ſumitue, ſecundum quòd gratia adiuuat, contra triplex malum, ſcilicet contra malum tentationis ſiue pugnæ, contra malum perſecutionis ſeu miſeriæ, & contra malum culpæ, &

A malum ſequelæ vel pœnæ. Nam a primo protegit, a ſecundo liberat, à tertio extrahit & ſaluat. Et hæc diuiſio ſumitur ab illo dicto Iſaiæ: [Iſa.31.d] Protegat Dominus exercituum, Iudæam, & Hieruſalem, & protegens & liberans, tranſiens & ſaluans.

Sed ſecundum comparationem ad effectnm ad quem ordinatur, diuiditur in gratiam præuenientem ſeu operantem, & in gratiam ſubſequentem ſeu cooperantem. Vnde gratia præuenient ſiue operans dicitur, inquantum ipſam voluntatem facit bonam, & ideo præuenit, quia non eſt a libero arbitrio, ſed infunditur ipſa a Deo. Sed gratia cooperans dicitur, B inquantum adiuuat ipſam voluntatem, & liberum arbitriũ, reſpectu boni operis eliciendi, & proſequendi.

Sed notandum eſt, quòd ſecundum multiplicitatem huius, nominis gratia, poteſt dari alia diuiſio. Nam gratia poteſt capi vno modo largiſſime, & ſic comprehendit & dona naturalia & gratuita, & ſic diuiditur in præuenientem gratiam, & ſubſequentem, ita quòd præueniens vocatur dona naturalia, & ſubſequens dona gratuita. Secundo modo accipitur gratia minus large, & ſic diuiditur in gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem, & ſic diuidendo, eſt diuiſio in gratiam præuenientem & ſubſequẽtem. C Tertio modo capitur gratia ſtricte, & tunc ſub ſe comprehendit, vel diuiditur in gratiam gratum facientem & gloriam: & ſic diuidendo, gratia præueniens dicitur gratia gratum faciens, & gratia ſubſequens dicitur gloria: quia poſt gratiam in homine decedente in gratia, ſequitur gloria æterna.

Secundo dicendum eſt de reſurrectione a culpa vel a peccato, & de hoc tria conſideranda ſunt. Primo, quòd homo non poteſt reſurgere a culpa abſque gratia. Secundo, quòd non poteſt aduerſarium ſuum vincere abſque gratia. Et tertio, quòd non poteſt abſque gratia tentationibus reſiſtere. Primo igitur di- D cendum eſt quòd homo abſque diuino Dei adiutorio ſeu gratia, non poteſt reſurgere a peccato vel culpa, & hoc capiendo gratiam pro habitu ipſius animæ, vt ſcilicet eſt quędam qualitas ſpiritualis in anima exiſtens. Nã nec gratia illa quæ dicitur gratuita Dei voluntas, [Homo abſque auxilio Dei non poteſt reſurgere a peccato]

qua nobis Deus condonat offenſam, ſufficit, nec gratia illa quæ dicitur liberalis paſſio Chriſti, qua mediante fit morbi curatio, & imaginis reformatio: ſed requiritur gratia gratum faciens. Et hoc patet per illud Apoſtoli: *Rom. 3. c* Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et ante: Ex operibus legis non iuſtificatur omnis caro. *Tit. 3. b* Et alibi: Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrum regenerationis Spiritus ſancti, id eſt per gratiam, & cet. Ideo illi Pelagiani merito ſunt cenſendi hæretici, qui dixerunt, quod ad deletionem culpæ ſufficit ſola gratuita Dei miſericordia cum libero arbitrio, & quòd per liberum arbitrium poterat homo ſe iuſtificare, & velle bonum.

Secundo dicendum eſt, quòd homo non poteſt vincere aduerſarium abſque gratia. Pro cuius declaratione eſt notandum, quòd differt dicere, aliquẽ reſiſtere aduerſario, & aliquem vincere aduerſarium: nam plus importat victoria, quàm reſiſtentia. Reſiſtentia enim conſiſtit in hoc, quòd quis non conſentit ſuggeſtioni diabolicæ. Sed victoria, non ſolum conſiſtit in non conſentiendo, ſed etiam in aſſequendo oppoſitum eius, quod diabolus intendebat. Nam diabolus intendit hominem reddere inimicum Deo, & facere dignum ſupplicio æterno. Et tunc vincit homo diabolum, quando ſic reſiſtit tentationi, vt efficiatur magis Dei amicus quàm ante, & ſic faciendo, mereatur vitam æternam: ſed hoc non poteſt facere abſque Dei gratia gratum faciente. igitur concludi poteſt, quòd homo non poteſt vincere aduerſarium, faciendo ſe amicum Dei abſque tali gratia. Et hæc
1. Cor. 15. c concluſio probatur per illud: Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum. Et
Rom. 7. c alibi: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpondet: Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Item ſuper illud Pſal-
Pſal. 26. d mi: Infirmati ſunt, & ceciderunt, dicit Gloſſa: non potentes vitijs reſiſtere per ſe. Sed quis poſſet obijcere: diabolus vincit hominem abſque gratia, ergo ſimiliter homo poteſt vincere hominem, vel diabolũ abſque gratia. Ad hoc facile reſpondetur, quòd hæc ſimilitudo non valet, quia victoria diaboli conſiſtit in ſubiugando hominem per peccatum, quæ non requirit gratiam: ſed victoria hominis reſpectu peccati diaboli, conſiſtit in promerendo illud, quod diabolus amiſit. Item diabolus non vincit hominem niſi volentem, ſed diabolus numquam dicitur volens, ergo, *& cet.* Vnde notandum, quod hæreticus qui vincitur, ſeipſum deijcit, & ideo non eſt ibi victoria, ſed magis deiectio.

Pro tertio dicendum eſt, quòd abſque aliqua gratia non poteſt homo tentationibus reſiſtere, quod pa-
Mat. 6. a tet per illud: Et ne nos inducas in tentationem. Vnde homo propter ſuam infirmitatem non poteſt re-
Thren. 3. c ſiſtere. Iuxta illud: Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Item Gloſſa ſuper il-
Ibidem. lud: Miſericordiæ Domini, *& cet.* dicit: Non poteſt homo diu ſtare contra inſultus diaboli, niſi miſericordia Domini adiuuetur. Nota tamen, quòd per gratiam gratis datam poteſt homo reſiſtere diabolo, & tentationi, ergo poteſt ei non conſentire, ſed non poteſt per talem conſenſum eſſe amicus Dei, abſque gratia gratum faciente: ergo, *& cet.*

Tertio dicendum eſt de reſurrectione ad gratiam, & primo multa ſunt terminanda. Primo quòd homo non poteſt ſe diſponere ſufficiẽter abſque gratia gratis data, ad gratiam gratum facientem. Secundo, qualiter non poteſt voluntas abſque gratia in aliquod bonum. Tertio, quomodo homo poſſit mandata ſine gratia adimplere. Primo ergo dicendum eſt de præparatione hominis ad gratiam gratum facientem, an ſcilicet hoc poſſit facere abſque gratia gratis data. Pro quo aduertendum eſt, quod per gratiam gratis datam, non tantum intelligimus illa, quæ ab Apoſtolo enu-

A merantur, cum dicit: Alij enim datur per ſpiritum, *& cet.* *1. Cor. 12.* Sed per gratiam gratis datam intelligimus omne illud, quod ſuperadditum eſt naturalibus, adiuuans aliquo modo & præparans voluntatem ad habitum vel vſum gratiæ, ſiue tale gratis datum ſit habitus, vel timor ſeruilis ſiue aliqua vocatio, ſiue locutio vel prædicatio, mediante qua, incitatur anima ad ſe præparandum. Et ideo dicendum eſt, quòd nũquam abſque tali gratia gratis data, poteſt ſe diſponere homo ad gratiam gratum facientem, qua vix caret homo tali dono. Vnde prima præparatio, quæ fit ad gratiam gratum facientem, eſt cogitatio vel appre-
B henſio, & illa non poteſt fieri, abſque gratia gratis data. Et ratio huius eſt, non quia gratia gratum faciens præexigat neceſſario diſpoſitionem gratiæ gratis datæ, ſed quia ipſa eſt quid diuinum, & res exiſtens ſupra liberum arbitrium, & etiam ſupra naturale iudicium. Ideo numquam liberum arbitrium, vel voluntas libera aſſurgit ad ipſam vel petendam, vel cognoſcendam, niſi aliquo modo adiuuetur de ſurſum & excitetur, & ideo per additionem gratiæ gratis datæ, quæ tenet medium inter gratiam gratum facientem. Vnde ordo liberi arbitrij & gratiæ diuinæ, ponitur clare ab Auguſtino in libro de Eccleſiaſticis dog- *Aug. lib. de*
C matibus, & ponit quattuor gradus, cum dicit: Ini- *Eccl. dog. c.*
tium ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus. Vt ac- *21. to. 3.*
quieſcamus ſalutari inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt. Vt adipiſcamur, quod acquieſcendo admonitioni cupimus, diuini eſt muneris. Vt non labamur in adepto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cæleſtis pariter adiutorij. Ex quibus verbis poteſt clare cognoſci, quantũ poteſt liberũ arbitrium reſpectu gratiæ. Nam cum ſint in opere ſalutis iſta quattuor, ſcilicet inuitari, acquieſcere, adiuuari, & permanere: primum eſt inſpirationis Dei, ſecũdũ libertatis arbitrij, tertiũ muneris diuini, & quartũ ſolicitudinis noſtræ, et pariter diuini
D adiutorij. Per hoc patet ſatis clare ſolutio quæſtionis.

Sed oritur dubium, vtrum quis poſſit deteſtari culpam, virtute propria naturæ. *An poſſit quis proprijs naturæ viribus culpam deteſtari.* Reſpondemus, quòd deteſtari culpam, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, quia talis deteſtatur in quantum eſt offenſiua maieſtatis, & æquitatis diuinæ, & iſto modo nullus poteſt abſque gratia: quia non poteſt abſque gratia gratis data cognoſcere ipſam offenſam. Alio modo poteſt deteſtari, quia eſt læſiua propriæ naturæ, verbi gratia, quia quis per naturam ſuam cognoſcit, quod per fornicationem perdidit oculum vel aliud membrum, vel incurrit aliquem alium morbum, & iſto modo po-
E teſt quis per liberum intellectum cognoſcere, & deteſtari culpam propriam.

Secundo autem videndum eſt, qualiter poteſt voluntas in aliquod bonum. Pro quo notandum eſt, quòd aliquod opus poteſt dici bonum, tripliciter. Vno modo aliquod opus dicitur bonum ſimpliciter, *Voluntas qualiter poſſit in aliquod bonũ.* & illud dicitur quod eſt ordinatum in finem optimũ, & tale eſt bonum meritorium, & in iſtud non poteſt liberum arbitrium abſque gratia gratum faciente. Secundo modo aliquod opus dicitur bonum, & alio modo de congruo diſponit ad bonum, & tale eſt bonum, quod fit extra charitatem, nihilominus tamen
F facit, cum recta intentione, & in tale non poteſt liberum arbitrium, niſi cum gratia gratis data, per quam illuminatur & dirigitur, vt velit facere, quod Deo eſt placitum, & hoc patet per illud: Sciui quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det. Tertio aliquod opus dicitur bonum, quia in finem eſt ordinabile, & habet aliquam ordinationem intra ſe, ſicut paſcere eſurientem, & cetera. ſiue ex debita circumſtantia, ſiue exigentia temporis, loci, *& cet.* & ad iſtud poteſt liberum arbitrium abſque gratia, quamuis ad hoc quod fiat faciliter, requiratur gratia aliqua diuina ſuperaddita naturalibus. Et ſic patet reſponſio, *Sap. 8. c* quòd liberum arbitrium abſque gratia ſuperaddita per dona naturalia, poteſt in aliquod bonum morale,

licet

A licet per illud conſequenter non diſponatur ad gratiam, nec ad gloriam, & hoc per ſe, licet quodam modo diſponat, quia eſt ordinabile in vltimum finem. Hoc autem ſic ſuadetur. nam ſi liberum arbitrium dimitteretur in puris naturalibus, adhuc ſibi remaneret aliquod iudicium, quo iudicaretur parentes eſſe honorandos, & hoc patet Quod ſi haberet tale naturale iudicium, ſcilicet naturaliter parentes eſſe honorandos, & talem naturalem inſtinctum de parentibus venerandis, poteſt illud velle: & ſic cum habeat organa exteriora, poteſt complere illud opus, ſecundum quod dictat iudicium rationis, abſque munere gratiæ diuinæ ſuperaddito. Sed bene verum eſt, quòd non B poteſt illud facere, nec velle abſque diuinæ gratiæ munere, prout tale cogitatum aut velle eſt ordinatum ad conſequendum beatitudinem. Et ſic ſunt intelligendæ auctoritates Sanctorum, quæ concludunt, quòd abſque munere diuinæ miſericordiæ & gratiæ, non poteſt liberum arbitrium in aliquod bonum.

Sed oritur dubium. Nam ſecũdum dona naturalia, natura ipſa appetit ſuam perfectionẽ, ergo ſignum eſt, quòd tendit ad acquiſitionem gratiæ. Ad hoc dicitur, quòd duplex eſt perfectio, quædam eſt intra limites naturæ, & iſtam appetit natura. Alia eſt, quæ eſt ſupra naturam, & de iſta non oportet quod appetat, C & ſi appetat, non tamen appetitu perfecto, qui requirit gratiam, ſed magis appetitu confuſo & imperfecto, qui non eſt ordinatus debito modo.

A Pro tertio, vtrum homo poſſit mandata Dei implere, notandum eſt, quòd communiter diſtinguitur, quia contingit mandata impleri dupliciter. Vno modo quantum ad genus operis, vel ſecundum alios, quantum ad ſubſtantiam mandatorum. Alio modo quantum ad intentionem præcipientis, & mandantis. Si loquamur primo modo, poteſt homo abſque gratia gratum faciente illa implere, vt patet de mandato adorationis & venerationis Sabbatorum. Sed ſecundo modo non poteſt homo implere mandata, abſque gratia gratum faciente. Et hoc confirmatur per Apoſtolum, dicentem: Qui diligit proximum, legem im- *Rom. 13. c*
B pleuit. Et iterum: Plenitudo legis dilectio. Item *Ibidem.*
alibi: Finis præcepti eſt charitas de corde puro. *1. Tim. 1. a*

Sed oritur quæſtio, cum ita ſit, quòd quis poteſt facere quod in ſe eſt ad impletionem mãdatorum, quare ille non abſoluatur, quamuis ſit in peccato? Ad hoc reſpondetur, quòd facere quod in ſe eſt, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo poſitiue, vel proprie, quia ſcilicet talis facit circumſtantias, & tantum facit quantum poteſt, & iſto modo nullus poteſt facere quod in ſe eſt, abſque gratia gratum faciente. Alio modo poteſt intelligi priuatiue vel improprie facere quod in ſe eſt, hoc eſt, facit quod poteſt, ſed non quãtum poteſt, C nec aliquid ordinatum ad impletionem mãdatorum, & iſto modo per liberum arbitrium quis poteſt facere quantum in ſe eſt, ſed non abſoluitur ab obſeruatione mandatorum. Et ſic patet reſponſio ad quæſtionẽ.

S. BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS OPVSCVLVM.

De Tribus ternarijs peccatorum infamibus.

Opuſculum hoc de tribus ternarijs peccatorum infamibus mutilum & imperfectum eſt: id quod Lector facile intelligere poteſt. Nam cum S. Bonauentura ſermonem inſtituat de tribus peccatorum ternarijs: quorum primus eſt de originali, mortali, & veniali peccato; ſecundus de peccato cordis, oris, & operis: tertius de concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: primum tantum ternarium explicando proſequitur, reliqui vero duo neque in impreſſis neque in M. S. codicibus reperiuntur. Illud autem quidquid ex hoc Opuſculo reſiduu eſt, de omni peccatorum conditione doctrinam valde vtilem continet. Si quis vero materiam hanc copioſius ab Auctore explicatam deſiderat, legat eundem lib. 2. Sententiarum diſt. 35. & 36. Breuiloq. p. 3. per tot. Centiloq. p. 1. per tot. Pharet. lib 2. cap. 5. Vbi multa de peccato Sanctorum Patrum ſententia coniunguntur. Diæt. Salut. tit. 1. & multis alijs locis.

CAPITA HVIVS OPVSCVLI.

Qvod tres ſunt ternarij peccatorum infames, & de primo ternario in genere. Cap. I.
De peccato originali, & de quadruplici eius diſtinctione ab alijs peccatis. Cap. II.
Quid ſit peccatum originale, & de eius effectibus. Cap. III.
De Mortali peccato, & eius effectibus. Cap. IV.
De venialis peccati eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia. Cap. V.
De radice peccatorum, quę eſt amor ſui. Cap. VI.
Quare homo ſolus ex inferioribus creaturis poſſit peccare. Cap. VII.
Quare peccatum non vitatur niſi prius cognoſcatur. Cap. VIII.

Quod tres ſunt ternarij peccatorum infames, & de primo ternario in genere. Cap. I.

A Tres peccatorum generales diuiſiones.

TRes ſunt ternarij peccatorum infames. In primo eſt peccatum originale, mortale, & veniale, ad quæ omnia alia peccata reducuntur. In ſecundo eſt peccatum cordis oris, & operis: et his tribus modis omnia peccata committuntur. In tertio eſt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ: et ab his tribus omnia peccata oriuntur. Quantum autem ad primum nota, quòd illa tria poſſunt diſtingui ſecundum naturam corporalis infirmitatis. Eſt enim quædam infirmitas, quæ cum natura producitur, ſicut pogagra. Eſt quædam per quam tota vita deſtruitur,

A ſicut febris continua. Et eſt quædam per quam natura debilitatur, ſicut febris diſcraſia. Secundum hunc modum, iſta tria peccata diſtinguuntur. Nam peccatum originale eſt illud, quod cum natura traducitur. Et ideo dicitur: Omnes naſcimur filij iræ. Peccatum mortale eſt illud per quod tota vita ſpiritualis deſtruitur, vel conſumitur. De quo dicitur: Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Peccatum veniale eſt illud, per quod natura debilitatur. Et iſta duo ſic differunt. Nam peccatum veniale eſt in anima, ſicut punctura pulicis in corpore, quæ modicum lædit: ſed peccatum mortale eſt in anima, ſicut morſus ſerpentis in corpore, qui veneno hominem interficit. Vel aliter poteſt patere ſub tali exemplo. Peccatum mortale opponitur charitati, ſed veniale opponitur feruori charitatis. Vnde ſicut homo quando proijcit in ollam feruentem modicum aquæ frigidæ, impedit feruorem, ſed non tollit caliditatem: ita peccatum veniale impedit feruorem charitatis, quia ex hoc efficitur homo tepidus: ſed non tollit charitatem, quia compatiuntur ſe ad inuicem in eodem ſubiecto. Sed mortale deſtruit totum, ſicut ſi homo proijceret in ollam feruentem aquam frigidam in maxima copia, & feruorem impediret, & caliditatem extingueret. Sic ergo differunt mortale, & veniale.

Eph. 2. a — *Ezec. 18. d* — Peccatũ veniale & mortale quo modo differant.

De peccato originali, & de quadruplici eius distinctione ab alijs peccatis.
Cap. II.

Circa originale nota, quòd ab alijs in quattuor distinguitur, quia habet vnitatem, communitatem, æqualitatem, & differentem qualitatem. Primo vnitatem habet, quia eſt vnum in omnibus. Nam in vno homine, eſt vnum numero: in omnibus, eſt vnum proportione reſpectu ad vnum principium. Alia autem peccata ſunt varia & diuerſa. D Quod autem peccatum originale ſit vnum, patet ex ipſa natura cum qua traducitur: quia ſicut humana natura eſt vna, ita infectio naturæ eſt vna. Et hoc poteſt patere multis exemplis. Videmus enim quòd arbor vnius naturæ multa folia habet, & tamen omnia folia eandem figuram habent. Et arbor vna multos fructus producit, qui ſimilem ſaporem habent: ſimile eſt in propoſito, quia ab vno homine omnes homines producuntur. Et quia ipſe primus homo peccatum originale commiſit, ideo in omnes poſteros tranſmiſit. Ideo dicitur: Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum. E

Peccatum originale qualiter ab alijs differat.

Rom. 5. b

Secundo habet communitatem, quod de alijs non contingit. Peccatum enim mortale non eſt in omnibus, quia non fuit in Ioanne Baptiſta, Hieremia, & multis alijs, & etiam veniale, quia non fuit in Beata Virgine. Auguſtinus: Cum de peccatis agitur, nolo de Virgine fieri mentionem. Sed originale omnibus eſt commune, qui per carnalem originem deſcenderunt. Et quia Chriſtus non deſcendit ab Adam per originem carnalem vel ſeminalem, ideo peccatũ originale non contraxit. Et ideo dicit Auguſtinus: quod eſſe ſine peccato, ſolius eſt Redemptoris, qui fuit ſine peccato contracto & commiſſo. F Et ſi aliquis alius miraculoſe ex carne humana formaretur, peccatum originale nõ haberet, quia ab Adam ſecundum legem communem, ſcilicet concupiſcentiæ non deſcenderet. Cum autem omnes ab eo ſecundum legem prædictam deſcendant, id eſt ſecundum ſeminalem rationem, omnes contrahunt originale peccatum, cuius ſignum eſt mors, quæ eſt ſtipendium originalis. Vnde Paulus: Stipendium peccati mors. Vnde ſicut omnes morimur, ita omnes originale contrahimus. Sed ſi aliquis non contraheret, redemptione facta per Chriſtum non indigeret: quod eſt hæreticum, & a fide Catholica alienum.

Aug. lib. de nat. et gra. c. 36. to. 7. Idem lib. 2. de pecc. mer. & remiſſ. cont. Pelag. c. 20. & 24. to. 7. lib. 5. cont. Iulian. Pelag. c. 0. poſt med. to. eod

Rom. 6. d

Tertio habet æqualitatem. In alijs peccatis magna diuerſitas eſt, quia homicidium eſt maius peccatum quàm furtum, & adulterium quàm fornicatio, & ſic de alijs. Et in venialibus ſunt etiam gradus penes illa tria, quæ dicit Apoſtolus, id eſt lignum, fenum, ſtipulam: ſed peccatum originale æquale eſt in omnibus, quia eſt a principio naturæ, quæ æqualiter eſt in omnibus. *1. Cor. 3. c*

Quarto habet differentem qualitatem, quia reliqua peccata ideo ſunt peccata, quia voluntaria, & ſi non eſſent voluntaria, non eſſent peccata: ſed peccatum originale non eſt voluntarium voluntate contrahentis, ſed tantum voluntate primi originantis. B Alia etiam peccata non traducuntur in filios a parentibus, ſed originale traducitur. Et ratio huius eſt, quia in quolibet homine duo ſunt natura, & perſona. Ea quæ ſunt perſonæ, non traducuntur a parentibus in filios. Non enim pater traducit in filios virtutes, & ſcientiam, quas proprio ſtudio acquiſiuit, nec peccata, quæ proprio actu commiſit: ſed ea, quæ pertinent ad naturam ſpeciei a parentibus in filios traducuntur, niſi aliquod eueniat impedimentum. Vnde oculatus, generat oculatum. Et ſic cum originale peccatum ſit naturæ, a parentibus in filios traducitur. Sed peccatum mortale cum ſit peccatum perſonæ, in filios nõ C traducitur. Huius exemplum, ſcilicet peccati originalis in rebus ſenſibilibus apparet. Si aliquis vellet haurire de fonte aquam, quæ eſſet turbida, & corrupta, hauriendo aquam, hauriret corruptionem. Simile eſt in propoſito, quia cum tota natura ſit corrupta per peccatum originale, quicumque recipit naturam, ſimul recipit, & peccatum. Item alio modo: Omnes homines qui naſcuntur ex Adam, poſſunt conſiderari, vt vnus homo, inquantum conueniunt in natura, quam a primo parente accipiunt, & ſic multi homines ab Adam deriuati, ſunt tamquam multa membra vnius corporis. Actus autem vnius membri D corporalis, non eſt voluntarius voluntate ipſius manus, ſed voluntate ipſius animæ, quæ primo mouet membra. Vnde homicidium quod manus committit, non imputatur manui ad peccatum ſecundum ſe, vt diuiſa a corpore: ſed imputatur ei, inquantum eſt hominis aliquid, per quod mouetur, quia a principio hominis eſt motio. Sed inordinatio quæ eſt in homine iſto, non eſt voluntaria voluntate, ſcilicet ipſius hominis, ſed voluntate primi parentis. Vnde inordinatio Adæ, in qua omnes originaliter fuimus, redundat in omnes. Sic calefactio hepatis redũdat in faciem. Videmus enim, quod illi qui habẽt hepar calefactum, E habent vultum croceum, propter colligationem membrorum ad vnum principium.

Quid ſit peccatum originale, & de eius effectibus.
Cap. III.

Nunc autem videndum eſt, quid ſit originale peccatum. Circa quod ſciendum, quod ſicut quilibet artifex opus ſuum ordinat & diſponit, vt poſſit conſequi debitum finem, ita Deus hominem ordinauit, vt poſſit peruenire ad vltimum finem. Cum igitur finis humanæ naturæ, omnis naturæ facultatem F excedat: non poterat homo ad prædictum finem peruenire. Et ideo Deus addidit humanæ naturæ donum iuſtitiæ naturalis: quæ quidem iuſtitia in hoc conſiſtebat, quòd quamdiu ſuit anima Deo ſubiecta, ipſi animæ ſubijciebantur omnes vires corporis, & ipſum corpus, ita quod nullus motus poterat eſſe in corpore, ſine imperio rationis. Vnde in elementis, ex quibus corpus componitur, non fuiſſet aliqua pugna, nec in humoribus aliqua diſcraſia, ſi anima Deo perfecte ſubiecta fuiſſet. In viribus etiam corporis & animæ non fuiſſet motus contra imperium rationis: quia nec concupiſcentia tetendiſſet effrenate in delectabile præter regulas rationis, potentias animæ & vires corporis regulantes, quantum ad obiecta & actus earum. Et ideo

Iuſtitia originalis in quo cõſiſteret.

Rom. 7. d

ideo ſtatim amoto primo ordine, etiam ſecundus ordo eſt rationabiliter mutatus: quia quamdiu anima fuit inobediens Deo, & corpus fuit inobediens animæ. De qua inobedientia dicitur: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, *et cetera*. Illud ergo quod hunc ordinem priuat, dicitur peccatum originale, id eſt priuatio originalis iuſtitiæ. Quod tali patet exemplo: Corpus in ſtatu innocentiæ erat ſicut equus infrenatus, qui ducitur ſecundum voluntatem ſeſſoris, ſed poſtquam frenum deponitur, inordinate mouetur. Ita etiam Deus in primo ſtatu infrenabat corpus, quod moueri non poterat, niſi ſecundum regimen rationis: ſed poſtquam homo peccauit, Deus frenum depoſuit, & ſubtraxit, B & ſic effrenate effertur contra imperium rationis.

Gal. 5. e

Hoc eſt, quod dicitur: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Ex iſto peccato multi defectus ſunt in homine, ſicut ex graui infirmitate corporali relinquuntur reliquiæ infirmitatis præteritæ, ſcilicet debilitas in operando, alteratio guſtus in appetendo, viſus in reſpiciendo, greſſus in ambulando. Sic ex originali peccato quædam reliquiæ relinquuntur, quæ vulnera appellantur. Quod ſic patet: quamdiu fuit anima Deo ſubiecta, nihil inordinatum contingebat in carne, nec in viribus animæ. Nam deſiderium ordinate ferebatur in ſuum delectabile, & animus in aggreſſibile, & C intellectus in intelligibile, & voluntas in appetibile.

Peccati originalis effectus.

Ex quo autem anima receſſit a Dei imperio, ſtatim inordinatio, & contradictio in omnibus acceſſit. Et ſic deſiderium vulneratum concupiſcentia, animum diſcraſia, intellectum ignorantia, voluntatem malitia habuit. Sunt ergo iſta quattuor vulnera ex primo peccato inflicta.

De concupiſcentia.

Quorum primum, ſcilicet concupiſcentia, eſt quaſi vulnus inſanabile, vnde miro modo inimicatur animæ: ideo aſſimilatur cuidam animali, quod vocatur enhydrus, quod mirabiliter inimicatur crocodilo. Cum enim ſit animal venenoſum inuoluit D ſe in herba, quam crocodilus deglutiens, ex veneno moritur, & enhydros de ventre eius exit illæſus: ſic concupiſcentia inuoluit ſe delectationibus, & homo deglutiens mundi delectabilia, deglutit concupiſcentiam, qua anima venenatur, & priuatur vita gratiæ. Hæc eſt ergo plaga inſanabilis, quæ quanto magis deguſtatur, tanto magis deguſtans famelicus redditur, vel efficitur.

Iulius Solin. Polyhiſ. ca. 34. poſt med.

Ariſt. 7. Ethic. c. 2.

Et ideo dicitur in prouerbio, & habetur ſeptimo Ethicorum: Quid oportet bibere eum, quem aqua ſuffocat? Quaſi diceret: Sicut aqua ſuffocat non ſatiat, ita concupiſcentiæ deditum, nihil eſt quod ſatiet. Hæc eſt plaga, quæ omne bonum eradicat ſpirituale, ideo E dixit Daniel ſeni, qui in concupiſcentiam Suſannæ exarſerat: Concupiſcentia ſubuertit cor tuum. A corde ſiquidem procedunt ſenſus, & motus, & corporales actus. Vnde deſtructo corde, omnia illa deſtruuntur. Et ſic concupiſcentia cum cor ſubuertit, omnia alia bona conſumit.

Dan. 13. f

De ignorantia.

Pſal. 37. b

Tob. 5. b

Secunda plaga eſt ignorantia, quæ vulnerat intellectum. Pſalmus: Lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Sed omiſſo viſu, amittitur omne gaudium, ſecundum illud: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? Et hoc ideo, quia dulce lumen & delectabile eſt oculis, videre ſolem. Et ratio huius eſt, quia vt dicit ſapiens, inter omnes ſenſus viſus eſt diligibilior. Sed ſi hoc eſt de viſu corporali, multo magis de viſu ſpirituali. Hæc ergo plaga ex primo peccato eſt, quia omnes inuoluimur tenebris, vt dicitur in Iob.

Ariſt. 1. Metaph. tex. 1

Iob 37. d

De infirmitate.

Tertia plaga eſt paſſionis, vel impotentiæ diſcraſia, quæ poteſt dici infirmitas in anima ad ſimilitudinem infirmitatis corporalis. Dicitur autem corpus infirmum, quando debilitatur vel in executione propriæ operationis, vel impeditur propter aliquam inordinationem partium corporis, ita humores, & membra non ſubduntur virtuti regitiuæ corporis. Sicut oculus dicitur infirmus, quando non poteſt clare videre: ſic

A infirmitas animę dicitur, quando ipſa impeditur in propria operatione, eo quòd partes eius nõ ſubduntur regimini rationis. Vnde Philoſophus in primo Ethicorũ cõparat incontinẽtem paralytico, cuius partes mouentur in contrarium eius, quod ipſe diſpoſuit. Ideo clamat Apoſtolus: Non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum illud facio. Inter omnes autem paſſiones, quæ debilitant animam, nulla ita debilitat, vt amor carnalis. Vnde anima propter amorem languet. Languor autem eſt infirmitas animæ, vt dicit Tullius. Et ratio huius eſt, quia tunc anima infirmatur & languet, quando a propria & naturali forma diſcedit: hoc autem facit amor, qui tranſformat amantem B in amatum, ita quòd amans iam non agit ſecundum ſuam formam, ſed ſecundum formam amati.

Ariſt. 7. Ethic. c. 8. cõparat incontinentẽ epileptico.

Rom. 7. d

Cant. 2. b.

Ideo dicebat ſponſa in Canticis: Nũciate dilecto meo, quia amore langueo. Quando autem paſſio amoris multum intenditur, amittit rationis vſum, quia multi propter abundantiam amoris verſi ſunt in inſaniam.

Amor quid

Amor autem nihil aliud eſt, quam complacẽtia alicuius rei conuenientis, acceptæ per ſenſus. Ex hoc amore procedit concupiſcentia, quæ tendit in rem amatã, nec poteſt quietari, donec perueniat, & cum peruenit, delectatur: quia delectatio nihil aliud eſt, quàm quietatio in re adepta. Hic plura dicta ſunt, quæ poſ- C ſunt conuenire primo vulneri.

De malitia

Quarta plaga eſt malitia, quæ vulnerat voluntatem. Sed videtur, quòd voluntas nullum peccatum committit ex propria malitia, quia ſicut dicit Dionyſius in libro de diuinis nominibus, Nullus ad malũ reſpiciens operatur. Ad quod dicẽdum, quòd malum non poteſt eſſe ſecundum ſe intentum, ſicut vſurarius extorquendo vſuram, non intendit offenſam diuinam, ſed intendit multiplicare pecuniam. Vnde bene vellet ſi poſſet abſque offenſa Dei habere pecuniam, ſed duobus propoſitis, offenſam Dei negligit, & acquirit pecuniam. Et ſic eſt de omnibus alijs.

Dion. lib. de diu. nom. c. 4.

D

De Mortali peccato, & eius effectu. Cap. IV.

Argumẽta in contrariũ.

Dicto de originali peccato, dicendum eſt de mortali. Et quæritur. Vtrum aliquid poſſit eſſe mortale peccatum. Et videtur quòd non, quia mortale dicitur, quod mortem infert: ſed non poteſt inferri animæ mors, cum ſit immortalis: ergo nullum peccatum eſt mortale.

Item mors propria operatione hominem priuat, vnde homo mortuus nihil poteſt operari: ſed peccatores in peccato exiſtentes, multa ſtrenue operantur, E & perſpicue intelligunt: & ſic videtur, quòd nullum ſit peccatum mortale.

Et dicendum, quòd multa ſunt peccata mortalia, & vere aliquis actus humanus habet rationem peccati mortalis. Eſt enim peccatum mortale, quod corrumpit vitam, tollit efficaciam, dimittit viam, & obligat ad gehennam.

Peccati mortalis effectus.

Vita autem ſpiritualis conſiſtit in calore, ſicut vita corporalis. Vnde defectus caloris eſt defectus vitæ. Sicut videmus in morientibus, quòd paulatim calor deficit in extremitatibus corporis, quæ prius infrigidantur, & calor ad principium vitæ, id eſt F ad cor recolligitur, qui cum ex toto deficit ibidem, vita totaliter perit. Huius exemplum videmus in lucerna, in qua quamdiu eſt calor, vel humor, vel liquor, tamdiu eſt ibi ſplendor luminis, & deficiente calore, deficit lumen: ſic vita ſpiritualis non eſt aliud niſi quidam calor, id eſt amor diuinus, qui quidem duplicem faciem habet, ſecundum duplicem aſpectum, vnam quæ reſpicit Deum, aliam quæ reſpicit proximum: quia charitas nihil aliud eſt, quam dilectio qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum.

Charitas quid.

Illud ergo quod iſtum amorem corrumpit eſt peccatum mortale, ſicut blaſphemia, periuriũ, hæreſis, & huiuſmodi, quæ charitatem corrumpunt, quam habemus ad Deum: falſum teſtimonium, fur-

tum, & huiuſmodi, quæ contrariantur charitati, quam habemus ad proximum, & omnia quæ præcepta decalogi prohibentur, peccata mortalia iudicantur. A

Secundo tollit virtutis efficaciam. Ex quo enim homo in mortale ſe præcipitauit, iam non poteſt per ſe reſurgere, niſi gratia Saluatoris mediante. Ideo dicitur in Pſalmo, quòd homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens, id eſt, per ſe in peccatum vadens, ſed non per ſe reſurgens. Sicut per ſe poteſt ſe proijcere in profundum lacum, vel lutum, ſed non poteſt per ſe exire. Et ideo per ſe homo ad mortem vadit, ſed non per ſe redit niſi miraculoſe: quia non eſt regreſſus de priuatione ad habitum ſecundum naturam. *Pſ. 77. d* B

Tertio dimittit viam. Omnis enim via ducit ad aliquem finem, ſicut omnes viæ contra ciuitatem, ducũt ad ciuitatem. Vltimus autem finis omnium eſt vnus, ſcilicet Deus. Nam ſicut ipſe eſt vnum principium, & vniuerſale, ita eſt vnus finis & vltimus omnium. Quando autem alius conſtituitur, diligitur, & eligitur, receditur ab hoc fine vltimo. Et cum finis ſit maxime diligibilis, ille finis conſtitutus, diligitur plus quàm Deus, qui eſt vltimus finis. Hoc autem non poteſt ſine mortali accidere, ſicut patet in guloſis, qui vẽtrem pro Deo colunt. De quibus Paulus: Quorum Deus venter eſt. Et hoc ſic patet. Si proponatur guloſo Deus ex vna parte, & cibus delectabilis ex alia parte, ipſe, ſpreto Deo incommutabili bono, per amorem cibo inhæret, tamquam vltimo fini. Et ſi luxurioſo ex vna parte proponatur adulterium prout eſt delectabile, & ex alia parte Deus prohibens, contẽnit Dei prohibitionem, & ſe adulterinæ delectationi immergit, & deuiat a fine. Et hæc eſt differentia peccati mortalis a veniali: quia mortale totaliter elongat a via, & retrorſum graditur, & ideo quanto magis a via deuiat, tanto magis a fine recedit, & elongatur, iuxta illud Pſalmi: Longe a peccatoribus ſalus: Veniale autẽ a via non abducit, nec ab vltimo fine ſeparat. *Finis vltimus Deus.* *Philip. 3. d* C *Pſ. 118. u* D

Quarto obligat ad gehennam, quod non contingit de veniali vel originali. Sed videtur inconueniens, quòd pro modica delectatione quis adiudicetur æternæ damnationi. Eſt dicendum quòd pœna commenſuratur, ſecundum conditionem illius in quem peccatur. Vnde magis peccat, qui percutit militem, quàm qui ruſticum: & magis qui regẽ offendit, quàm qui militem: et ſic de alijs ſecundum gradum nobilitatis. Qui ergo offendit Deum, qui eſt infinitum bonum, merito pœnam incurrit infinitam, propter contemptum maieſtatis diuinę: & infinitati culpæ reſpondet infinitas pœnæ in damnatione. Vnde pœna damnatorum eſt infinita, et eſt finita. Finita eſt in acerbitate: et hoc reſpondet delectationi, quæ fuit in actu peccati. Infinita eſt in duratione: et hoc propter contemptum Dei qui eſt infinitus. E *Pœna dãnatorum quo modo finita & infinita.*

Ad illud quod obijcitur, quòd animæ non poteſt inferri mors, dicendum eſt, quòd duplex eſt mors, ſcilicet naturæ et culpæ. Quo ad mortem naturæ, anima dicitur immortalis: ſed quo ad mortem culpæ moritur. Quia ſicut dicit Auguſtinus in libro de mẽdacio, Sicut corpus viuit ex anima, ita anima viuit ex Deo; ſed anima ſeparata a corpore moritur corpus, ergo cũ Deus ſeparatur ab anima, moritur anima. Sed non ſeparatur niſi per peccatum mortale: ergo, *et cet.* *Ad oppoſita.* *Eſt apud Aug. tract. 19. in Ioan. an. med. & in auctore libri de eccl. vera vita. ca. 30. apud Aug. to 10. Et de ver. Apoſt. ſer. 20. in med. to. 10.* F

Ad aliud quod mors priuat ab operatione, dicendum quòd quidquid peccator operatur, mortuum dicitur, nectamen debet ceſſare a bonis operibus. Sicut infirmus, ſi vtatur malis cibis leuiter moritur, ſi autem bonis, paulatim ad ſanitatem reducitur.

De Venialis peccati eſſentia, efficacia, ſufficientia, & indulgentia. Cap. V.

POſt mortale et originale, dicendum eſt de veniali. Circa quod quattuor quærenda ſunt, ſcilicet de ipſius eſſentia, efficacia, ſufficientia, et indulgentia.

A Quantum ad primum, peccatum veniale dicitur tripliciter, ſcilicet ab euentu, a cauſa, et ſua natura. Ab euentu, quia omne mortale dicitur veniale per pœnitentiam, vt dicit Ambroſius. A cauſa, quando in natura ſua habet, vt veniam mereatur, ſicut peccatum, quod ſit ex infirmitate vel ignorantia, habet in ſe cauſam veniæ. Nam qui ex infirmitate frangit ieiunium, non incurrit peccatum. Et ſi ex ignorantia aliquis faciat, quod non credat peccatum, veniam meretur. A ſua natura & a ſuo genere, vt verbum otioſum, ridere, & huiuſmodi. *Quot modis dicatur peccatum veniale.*

B Quo ad ſufficientiam licet peccata venialia non ſint determinata aliquo modo, poſſunt tamen reduci ad certum numerum, ſcilicet ad ternarium, ſcilicet lignũ, fenum, & ſtipulam. Et ratio huius eſt, quia veniale dicitur quod de facili purgatur, & conſumitur, & ideo per hæc tria deſignatur, quia ab igne de facili comburuntur. Per lignum quidem, peccata venialia grauiora deſignantur, per ſtipulam leuiora, per fenum mediocria deſignantur. Et huius ratio eſt, quia omnia ternario conſiſtunt. Vnde quælibet creatura habet ſuum ternarium, ſcilicet eſſentiam, virtutem, & operationem. Et quælibet operatio conſiſtit in ternario, ſcilicet in principio, medio, & in fine. Et anima in ſua natura habet ternarium, ſcilicet memoriam, intellectum, & voluntatem. Item peccata mortalia per tria diſtinguuntur, ſicut dicit Gloſſa ſuper Epiſtolam primam ad Corinthios: ſcilicet per ferrum, æs, & plumbum. *Venialium peccatorũ tres differentiæ.* *Ternario omnia conſiſtunt.* C *Glo. in ep. 1. ad Cor. c. 3.*

Quo ad efficientiam, nota, quòd homo poteſt eſſe ſine peccato mortali, ſed non ſine veniali. Et ratio huius, quia homo dum vnum veniale vitat, aliud incurrit. Vnde dicunt Doctores, quòd homo poteſt vitare quodlibet veniale in particulari, ſed non in vniuerſali. Et eſt exemplum de naui, in qua ſunt multa foramina, quorũ quodlibet in particulari nauta opilare poteſt, ſed non omnia ſimul. Et ideo ſine veniali vix homo eſſe poteſt, dicente Ioanne: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. *Sine veniali peccato quo modo homo eſſe non poteſt.* D *1. Ioan. 1. d*

Quo ad indulgentiam, nota, quod ſicut veniale multipliciter incurritur, ita multipliciter purgatur. Modi autem purgationis his verſibus continentur: *Veniale peccatum multipliciter expiatur*

Confiteor, tundo, conſpergo, conteror oro.
Signor, edo, dono, per hæc venialia pono.

Id eſt depono & tollo. Remittuntur ergo per generalem confeſſionem, per pectoris tunſionem, per aquæ benedictæ aſperſionem, per cordis contritionẽ, per Dominicam orationem, per confirmationem, ac Epiſcopalem benedictionem, Euchariſtiæ ſumptionẽ, offenſæ condonationem, extremam vnctionem, leuem pœnitentiam, compaſſionem fraternam, vt patet in hoc verſiculo: E

Vnctio, pœna leuis, compaſſio quæ ſit egenis.

Vide in Centiloquio de peccato veniali latius. *Centil. p. 1. ſect. 6.*

De radice peccatorum, quæ eſt amor ſui. Cap. VI.

F NVnc dicendum eſt de radice peccatorum, quæ radix dicitur amor ſui. Sed videtur, quòd non. Illud enim quod eſt cauſa omnis boni, non poteſt eſſe cauſa omnis mali. Sed Apoſtolus cum dicit: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero, *et cet.* probat charitatem eſſe cauſam omnis boni: ergo omnia bona ſunt ab amore & charitate. *An amor ſui ſit radix omniũ peccatorum.* *1. Cor. 13. b*

Item ab eodẽ canali non poteſt exire dulcis & amara aqua, nec ab eadem arbore fructus bonus & malus. Et ita videtur, quòd nec ab amore, bonum meriti, & malum peccati.

Et dicendum quòd ab amore procedit omne meritum & demeritum, & omne bonum & malum: quia ab amore caſto & diuino procedit omne bonum, ſed ab

ab amore carnali procedit omne malum. Non poteſt autem procedere ab eodem canali numero, ſimul & ſemel bonum & malum, *et cet.* Sicut enim ab eodem foramine non fluit dulcis & amara aqua, ſic nec ab eodem amore bonum & malum.

Dicendum eſt ergo, quòd amor ſui eſt cauſa omnis mali, & peccati. Et ratione conuerſionis, & ratione appropriationis, & ratione reflexionis. Ratione conuerſionis, quia homini propoſitum eſt duplex bonũ, ſcilicet incommutabile, & æternum, & commutabile, & tranſitorium. Sed peccatum nihil aliud eſt, niſi ſpreto incommutabili bono, inhærere alicui commutabili, & temporali bono. Hoc autem non procedit, niſi ex aliquo inordinato appetitu, alicuius boni tẽporalis. Sed quòd aliquis appetat inordinate aliquod bonũ tẽporale procedit ex hoc, quòd inordinate, amat ſeipſum: quia amare aliquẽ non eſt, niſi velle ei bonũ. Et eſt in tãtũ quòd inordinatus amor ſui, eſt cauſa omnis peccati. Quod patet in multis exemplis, tũ ex parte paſſionis animæ, tũ ex parte peccatorum. Ex parte paſſionis animæ, quia amor eſt cauſa deſiderij & delectationis: homo enim propter hoc deſiderat aliquam rem, quia eam amat, & ſi non amaret non deſideraret. Item delectatio ex amore cauſatur, quia vt dicit Auguſtinus amor inhiãs habere, quod amat, eſt cupiditas, eoq. fruens eſt lætitia. Item ab amore procedit triſtitia, quia homo triſtatur de re amiſſa, quia illam amat. Item ab eo procedit gaudium, & odium. Ideo enim aliquid odio habetur, quia eſt impedimentum eius, quod amatur. Ex parte etiam peccatorum, quia ex amore ſui procedit ſuperbia. Nam ſuperbia eſt amor propriæ excellentiæ. Item inuidia, quæ eſt dolor de bono alterius, inquantum eſt diminutiuum proprij. Item accidia, quæ eſt triſtitia de bono ſpirituali, inquantum per ipſum impeditur bonum temporale, vel corporale. Item ira, ideo enim quis accenditur ad vindictam, quia honor proprius nimis amatur. Item gula, & luxuria, quæ propter corporalem delectationem appetuntur. Et ſic omnes malæ paſſiones, & vitia capitalia, ex amore inordinato tamquam a radice procedunt.

Amor ſui eſt cauſa omnis mali, & peccati tripliciter.

S.Tho. 1. 2. q. 77. art. 4. in corp.

Aug. li. 14. de Ciu. Dei. c. 7. & 10. 8.

Secundo ratione appropriationis. Bonũ enim commune melius eſt particulari. qui ergo appropriat ſibi quod commune eſt, peccatum incurrit. Sicut vſurarius, qui vendit tempus, quod omnibus commune eſt, & omnibus rebus communius. Cum igitur amor eſt communius omnibus creaturis, & terrenis, & ſpiritualibus, & cæleſtibus, eſt ſuper omnia diffuſiuus, & ideo peccatum graue eſt, quòd vni ſoli approprietur.

Tertio ratione reflexionis. Eſt enim duplex amor, ſcilicet concupiſcentiæ, & amicitiæ. Ex amore amicitiæ procedit bonum, quia talis amor diligit amicum, eo quia amicus. Sed amor concupiſcentiæ ſuper ſeipſum reflectitur, ſicut homo diligit vinum non propter vinum, ſed propter ſeipſum, quia ſibi ſapit. Et iſte amor eſt, qui eſt cauſa omnis peccati.

Quare homo ſolus ex inferioribus creaturis poſſit peccare. Cap. VII.

POteſt autem quæri quare homo poteſt peccare, & nulla alia creatura ſub cælo. Ratio huius eſt, quia vbi non eſt voluntarium ibi nec eſt peccatum: & ideo nec in brutis, nec in alijs creaturis poteſt eſſe peccatũ, Sed quia in homine eſt liberum arbitrium, ideo peccatum committitur ab eodem. Quod poteſt oſtendi quadruplici ratione, ſcilicet ratione domicilij, ratione conſortij, ratione iudicij, & ratione oppoſiti. Primo ratione domicilij, ſiue ratione loci, quia vt dicit ſapiẽs locus eſt conſeruatiuus locati, vnde res extra locum ſuum diu conſeruari non poteſt. Et ſicut eſt in corporalibus, ita eſt in ſpiritualibus. Si enim piſcis extrahatur de mari, & ponatur in terra, poſt modicum moritur, quia eſt extra locum ſuum. Et ſi homo ponatur in mari moritur, quia mare non eſt locus eius proprius. Et roſa quamdiu eſt in ſpina recens conſeruatur, quãdo autem a ſpina decerpitur, & in manu tenetur, corrumpitur, & marceſcit, quia manus non eſt locus eius. Et hæc eſt cauſa quare leuia tendunt ſurſum, & grauia deorſum, quia ſcilicet vadunt ad locum proprium, vbi conſeruantur. Et tanta eſt virtus loci, quòd quanto magis res appropinquat ad locum proprium, tanto fortius mouetur in ipſum. Vnde motus naturalis eſt in principio debilis, & fortis in fine. Et ſecundum hunc modum, quia anima eſt extra locum ſuum, non poteſt eſſe quin in peccatum labatur. Ideo dicitur in Canonica Ioannis: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Locus animarum Deus eſt, ſecundum illud Auguſtini: Circuiui in mente mea, *et cet.* Et ideo animæ Sanctorum, quæ ſunt in Deo, ſicut in loco proprio, peccare non poſſunt, de quibus Sapiens: Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, id eſt peccatum, in quo anima tormentatur, ſicut oſtendit Auguſtinus, dicens: Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, vt pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Et ideo valde mirabile eſt, quòd homo animam ſuam ponat in loco immundo in hoc terrenitatis cœno. Ibi enim ponis animam tuam, vbi ponis amorem tuum. Amor enim applicat amantem cum amato, & ideo anima terrenis applicata, maculatur, & inficitur, vt dicitur in Oſea: Facti ſunt abominales, ſicut ea, quæ dilexerunt.

Ariſt. 4. Phyſicor. tex. 4.

1. Ioan. 1. d

Sap. 3. a

Aug. lib. 1. conf. c. 12. to. 1.

Oſea 9. c

Secundo ratione conſortij. Nam propter malum conſortium inducitur ad peccandum, quia qui tangit picem inquinabitur, *et cet.* Pſalmiſta: Et cum ſancto ſanctus eris. Et quia anima conſortium habet ad carnẽ, ideo frequenter peccatum incurrit. Huius exemplum videmus in mari. Nam aqua maris in profundo vbi a terra elongatur habet dulcedinem, ſed ſuperius vbi ei admiſcetur vapor terreſtris a ſole combuſtus, contrahit amaritudinem. Sic anima propter conſortium ad terram, contrahit peccatum, quod eſt amariſſimum, vt habetur in Ieremia: Vide quam malum, & amarum eſt te dereliquiſſe Dominum Deum tuum, *et cet.* Sicut enim ex coniunctione ad Deum, cauſatur ſumma delectatio, & dulcedo, ita ex ſeparatione ſumma amaritudo. Tanto autem quis a diuino conſortio auertitur, quanto inferius delectatur, vt Gregorius dicit.

Eccli. 13. a

Pſ. 17. c

Ierem. 2. d

Tertio ratione iudicij. Anima enim in operando quodam vtitur ſyllogiſmo. Nam ratio ſuperior proponit omne malum vitandum. Inferior ſubiungit: Fornicatio eſt malum. Senſualitas adiungit: Accedere ad hanc eſt delectabile. Si ergo voluntas ſit fortis, & aſpiciat ad hoc quod fornicatio ſit malum, eliget non peccare. Si autem reſpiciat inferius ad hoc, quod eſt delectabile, eliget fornicari, & ſic incurret peccatum, quia de agendis male iudicat. Vnde ita facit caro animæ, ſicut quædam herba poſita in igne, quæ trabes domus facit apparere ſerpẽtes. Caro enim continuo fumans, ita obumbrat aſpectum intellectus, vt illud quod eſt amarum, faciat videri dulce, & bonum malum, *et cet.*

Quarto ratione oppoſiti, quia quælibet res habet diuerſas conditiones, & ſecundum vnam eſt appetenda, & ſecundum aliam eſt fugienda, ſicut patet in pulchritudine. Pulchritudo enim poteſt appeti inquantũ eſt quædam reſultatio diuini decoris, & ſecundum hoc bonum eſt reſpicere pulchrum. Et ſecundum hũc modum loquitur Pſalmiſta: Delectaſti me Domine in factura tua. Sed quia aſpectus pulchri incitat ad concupiſcentiam, ideo aſpicere pulchrum eſt malum. Vnde dicit Salomon: Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Sic ergo res quæ ſenſui obijcitur propter diuerſas conditiones ducit hominem in errorem, dum vnã conſiderat, & aliam negligit. Sicut patet de medico, qui iudicat aliquid eſſe expediens vni ægro, conſiderata

Pſ. 91. a

Prou. vlt. d

rata vna eius infirmitate, quod tamen non eſt ſibi expediens ſimpliciter propter aliam ægritudinem quam non conſiderat, quæ ex curatione alterius augmentatur. Exemplum horum videmus in piſcibus, qui videntes eſcam, & non aduertentes hamum ſub ea latentem, volentes capere eſcam, capiuntur ab hamo. Similiter aues videntes virgulas, et non aduertentes viſcum, dum in virgulis reſident, capiuntur a viſco. Hoc etiam patet in his, qui propinant venenum: homo enim conſiderans poculum, et non attendens venenũ, bibens poculum a veneno occiditur. Sic peccator conſiderans rem delectabilem apparentem, et non attendens amaritudinem latentem, incidit in peccatum. Et huius ſignum eſt, quia vt dicit ſapiens, Praui replentur plenitudine, quia dum ſentiunt amaritudinem pœnitent, quia conſcientiæ eorum remurmurant de peccato. Sic ergo patet, quòd peccatum poteſt eſſe in hominibus, et non in alijs ſenſibilibus.

Quare peccatum non vitatur niſi prius cognoſcatur. Cap. VIII.

Peccatum quot modis cognoſcitur

QVæritur quare peccatum non vitatur, niſi prius cognoſcatur. Ad quod dicendum, quòd peccatum cognoſcitur tripliciter. Primo ex opere, quia ſicut dicit Auguſtinus contra Fauſtum: Peccatum eſt dictum vel factum, vel concupitum contra legem Dei. In dicto peccatum eſt, quia cum locutio inuenta ſit ad exprimendum conceptum cordis, vel conceptionem, quandocumque quis loquitur quod in corde non habet, diſcordat a lege æterna, quæ eſt regula humanorũ actuum. Ideo præcipitur in Leuitico: Non mentiraberis. In quo prohibetur mendacium. Item conſiſtit in facto, cuius ratio eſt, quia cum manus ſit miniſtra rationis, vt dicit ſapiens, conceptiones enim rationis per manus explicantur: quandocumque manuale opus diſcordat a lege diuina, quæ dicit, Non occides, Non furaberis, peccatum incurritur. Item conſiſtit in deſiderio, et concupiſcentia. Concupiſcentia enim præter rationis regulam eſt peccatum, quia quilibet debet eſſe contentus ſuis terminis, et ideo hoc prohibetur lege diuina, quæ dicit: Non concupiſces rem proximi tui.

Aug. li. 22. cont. Fauſt. Man. c. 27. to. 6.

Leuit. 19. c

Ariſt. lib. 4. de part. animal. c. 10.

Secundo cognoſcitur ex fine. Et ideo dicit Auguſtinus in libro de libero arbitrio: quòd peccatum nihil aliud eſt quàm neglectis regulis æternis, temporalia ſectari. Et in libro octuaginta trium quæſtionum dicit, quòd omnis humana peruerſitas eſt vti fruendis, et frui vtendis. Et ratio huius eſt, quia cum omnis res ordinetur ad finem debitum, quando a fine deuiat incurrit peccatum, ſicut patet in operibus naturæ. Homo enim generans, intendit generare ſibi ſimile, ſecundũ omnium membrorum proportionem. Quando vero conceptum generatur cum duobus capitibus, vel duobus digitis, dicitur eſſe peccatum naturæ, quia deuiat a debito fine. Et ſecundum hunc modum, cum homo ſit ordinatus tamquam ad debitum finem ad diligendum æterna, ideo natura dedit homini oculos ſurſum, vt reſpiciat quod diligere debeat. Quia dicitur in Ethicis: Nullus diligit aliquid, niſi præ delectatione viſus, ſicut patet in amore carnali, quia homo videns rem pulchram et delectabilem, incipit eam ex eius viſione diligere, et diligendo deſiderare, et deſiderando apprehendere, et cum adeptus fuerit, tunc in bono conuenienti incipit delectari. Sic debet homo ſurſum oculos dirigere, et cæleſtia contemplari: quia ex hoc generabitur amor, et ex amore deſiderium, et ex deſiderio acquirendi ſtudium. Sed quia peccatores, vt dicitur in Pſalmo, Statuerunt oculos ſuos declinare in terram: ideo terram diligunt, et ſic deuiant a recto fine, ex quo incurrunt peccatum.

Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 16. to. 1. Idem li. 83 q. q. 30. to. 4.

Pſal. 16. c

Tertio cognoſcitur ex ratione, quia vt dicit Dionyſius: malũ hominis eſt cõtra rationem eſſe. Et quia ratio eſt regula proxima humanorum actuum, ideo ſi

Diony. c. 4. de diu. nomin.

A volumus videre vtrum aliquis humanus actus ſit rectus vel vitioſus, inſpiciamus regulam rationis. Sicut patet in artificialibus, quia tunc lignum cernitur rectum vel obliquum, ſi apponatur regulæ rectæ. Rectum enim eſt iudex ſui et obliqui. Et hoc patet in actu comeſtionis. Cum enim in homine ſit regula rationis, et concupiſcentia carnis, ſi homo ſumat cibum exiſtimans ſibi neceſſarium, ſecundum quòd ratio dictat, non incurrit peccatum, etiam ſi quantitatem excedat. Si autem propter concupiſcentiam ſumat, vel propter delectationem ſolum pertinet ad gulæ peccatum. Et ſic patet, quòd ratio eſt recta menſura, & B regula actuum humanorum, quantum ad bonitatem moralem: & ſi ab hac diſcordatur, incurritur peccatum.

Quarto cognoſcitur ex priuatione, quia ſecundum Auguſtinum, in libro de natura boni: Peccatum eſt priuatio ſpeciei, et modi, et ordinis. Secundum quæ tria dicitur: Omnia conſtituiſti in numero, pondere, et menſura. Ita quòd pondus referatur ad ordinem, menſura ad modum, et numerus ad ſpeciem: quia vnaquæque res dicitur menſurata, pulchra, et ordinata natura. Quælibet enim res menſuratur his tribus dumtaxat exceptis, ſcilicet gratia Chriſti, charitate C Dei, luce cæli. Gratia Chriſti menſuram non habet. Nam Deus omnibus ſanctis gratiam menſuratam dedit, filio autem dedit ſpiritum non ad menſuram, vt dicitur in Ioanne. Et ratio huius eſt, quia ipſe fuit fontale principium, a quo eſt omnis gratiarum influxus. Propter quod ipſe dicit: Qui credit in me, de ventre eius fluent aquæ viuæ. Item charitas non habet menſuram reſpectu Dei: quia cum charitas eius non ſit, niſi reſpectu boni, et vbi eſt maius bonum ibi ſit maior amor, ſicut homo magis diligit aurum quàm argentum, quia vbi maius bonum inuenitur, illud magis diligitur, et Deus eſt infinitum bonum, in tantum D quòd quanto plus diligitur Deus, tanto diligibilior inuenitur: ideo dicit Bernardus: Modus diligendi Deum, eſt ſine modo diligere. Item lux cæli non habet menſuram reſpectu ſenſibilium, quia cum ſenſibilia habeant virtutem determinatam, et menſuratam, vt patet in arboribus, nam arbor vnius ſpeciei non extendit ſe ad producendum fructus alterius ſpeciei, vel arboris, ſicut ficulnea non facit vuas. Lux autem ad omnia ſe extendit. Vnde dicit Dionyſius, loquens de radio ſolari, quòd ad ſenſibilium generationem confert, et ad vitam mouet, nutrit, perficit, et auget. Aliæ vero res, habent determinatam menſuram in augmen E to et diminutione. Vnde ſapiens dicit: Quod omnium natura conſtantium, terminus eſt et ratio magnitudinis et augmenti, ſicut patet in natura humana. Nam eſt terminus aliquis in augmento, vt in gigantibus, et in diminutione vt in pigmeis, et ſic eſt de ſingulis rebus: quia ſecundum rerum diuerſitatem, eſt diuerſitas menſurarum. Anima etiam rationalis habet hanc menſuram, quia poteſt capere omnes ſcientias et virtutes, et poteſt eſſe habitaculum creatoris. Illud autem quod hanc menſuram minuit et deſtruit eſt peccatum: quod animam ita aſtringit, quòd Deus in ea habitare non poſſit. Exemplum huius patet in mate F rialibus. Peccatum enim facit in anima quod frigus in aqua. Aqua enim antequam congeletur, eſt receptiua corporum, quæ immittuntur: poſtquam autem per frigus congelatur, ita conſtringitur, quod nihil in ea recipitur, niſi reſoluatur per calorem. Sic anima per peccatum tantum conſtringitur, quòd nulla virtus in ea recipitur, et Deus inde recedit, niſi calore gratiæ reſoluatur. Et ſic patet, quòd peccatum corrumpit animæ menſuram.

Aug. lib. de nat. bon. c. 4. to. 6.

Sap. 11. d

Ioan. 3. d

Ioan. 7. b

Bern. li. de Dilig. Deo. ſtatim a princ.

Ariſt. lib. 2. Phy. tex. 36

Item quælibet res eſt ſuo modo pulchra, licet aliquando videatur deformis: quia ſecundum diuerſitatem rerum, eſt diuerſitas pulchritudinis, quia quod eſt pulchrum in homine, non eſt pulchrum in equo. Et ſecundum hunc modum dicit Dionyſius, quòd illud

quod

A quod eſt laudabile in vno, eſt vituperabile in alio: ſicut eſſe furibundum eſt laudabile in cane, & vituperabile in homine. Et eſſe manſuetum, eſt laudabile in homine, & vituperabile in cane. Et ſic eſt de pulchritudine, quia videmus, quòd rubedo eſt pulchritudo in roſa, & albedo in lilio, & nigredo eſt pulchritudo in equo, & turpitudo in homine, licet apud Aethiopes quanto quis nigrior, tanto pulchrior reputetur. Vnde dicitur, quòd apud eos imago Chriſti colore nigro depingitur, & diaboli albo. Sic anima habet ſuam pulchritudinem, ſcilicet claritatem: quia anima eſt ſplendor diuinæ lucis. De quo Pſalmus: Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. *Pſal. 4. b* Nihil autem tollit illam pulchritudinem, niſi peccatum: quia peccatum eſt quoddam obſtaculum, quod interponitur inter animam, & Deum, ſiue lucem diuinam. Vnde ſicut videmus, quòd quando arbor, vel turris opponitur radijs ſolis, ex oppoſito facit vmbrã: ita peccatum quod interponitur inter lucẽ diuinam & animam, facit vmbrã in anima, & ſic anima peccatoris remanet vmbroſa, & tenebroſa, & amittit nitorem, & pulchritudinem ſuam. Et hoc deplorat Hieremias: Quo modo obſcuratum eſt aurum. *Thren. 2. a* Sic ergo peccatũ eſt corruptio ſpeciei.

B Item quælibet creatura eſt ordinata. Ordinatur autem ad duo, ſcilicet ad operationem, & operatio ad delectationem. Operatio autem hominis eſt duplex, ſcilicet intelligere veritatem, & diligere bonitatem. C Illud autem quod corrumpit intellectũ, non eſt niſi peccatum. Vnde primus homo licet fuerit mente præditus, tamen per peccatum fuit obtenebratus, & per conſequens totum genus humanum fuit tenebris inuolutum. Et ideo quantumcumque ſtudeant homines, non poſſunt peruenire ad cognoſcendum plene veritatem, A licet quilibet apponat aliquid, ad iſtam quoque cognitionem det operam ſtudio veritatis, ſicut patet de Philoſophis, & Doctoribus ſacræ Scripturæ. Et ſic ex omnibus congregatis licet cognitio veritatis aliquod magnum augmentum recipiat, tamen adhuc pro maiori parte remanet veritas incognita: quia quamdiu ſumus in præſenti vita, non poſſumus cogitare primam veritatem. Et hoc eſt in nobis valde miſerabile, quia illud quod valde lucet, non poſſumus reſpicere, ſcilicet Deum & ſubſtantias ſeparatas. Vnde exemplum ponitur a ſapiente, quòd ſicut oculus noctuæ non poteſt reſpicere lucem Solis, ſic nos nõ poſſumus reſpicere lucẽ Creatoris. *Ariſt. 2. Metaph. tex. a* Et huius exemplũ videmus in naturalibus. Illud enim quod maculat oculũ, impedit oculi viſionẽ. B Vnde oculus maculoſus non poteſt clare videre: ſic cũ peccatũ maculat animã impedit intellectualẽ eius viſionem, ideo diminutę ſunt veritates a filijs hominum. *Pſal. 11. a*

Item operatio ordinatur ad delectationem: quælibet enim propria hominis operatio habet annexam delectationẽ. Et virtus etiã facit delectabiliter operari, quia in modum naturæ inclinat, vt dicit Tullius. Ideo dicitur ſecundo Ethicorum. Signum autem generati habitus, oportet accipere in operatione delectationẽ. *Ariſt. 2. Ethic. c. 3.* Illud autem quod impedit delectationem eſt peccatũ, quia licet luxurioſus faciat aliquando caſta opera, non tamen facit vt caſtus, quia caſtus talia delectabiliter C operatur, & luxurioſus cũ triſtitia, & ſic de ſimilibus, & ſic peccatum priuat delectationem ad quam operatio ordinatur. Et ſic patet, quòd peccatum priuat modum, ſpeciem, & ordinem. Huius exemplum habetur in infirmitate corporali, quę priuat a corpore modum, quia totum attenuatur: ſpeciẽ, quia totaliter deformatur: & humorum ordinem ex quibus componitur, *&c.*

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
OPVSCVLVM.
Quod DIÆTA ſalutis inſcribitur.

Diæta nomen ſignificationes varias ſortitur. Nam habitationem in hortis amœnitatis & voluptatis cauſa extructam ſignificat, & cenaculum in ædibus. Vnde quidam diætas affirmant dictas, eo quod in iis per diem ederetur, idq. Varronis auctoritate fulciunt. Diæta quoque vocatur victus ratio, & illa pars medicinæ quæ victu medetur, diætetica nuncupatur. Poſtremo diæta, vnius diei iter ſignificat, vt legitur in cap. Nonnulli de reſcr. & in c. Quamuis. 9. 5. de offic. ord. lib. 6. Ex hac ſignificatione S. Bonauentura huic Opuſculo nomen dedit Diæta ſalutis, diætamq. pro via vſurpat, vt ex ipſo proœmio patet. Diuiditur autem hoc Opuſculum in nouem diætas & decem titulos cum appendice quadam. Ratio autem quare plures ſint tituli, quam diætæ, hæc eſt: quia nouem vijs ab Auctore conſtitutis ad vltimum terminum peruenitur, extra quem non eſt vlterius progrediendum. Ideoq. tituli nouem ſunt pro diætarum ratione, de peccatis, de pœnitentia, & cet. Titulus vero decimus de gloria paradiſi, & de pœnis inferni tractat: quia poſt iudicium generale, electi ad cæleſtem paradiſi patriam æternis afficiendi præmijs conuolabunt: reprobi vero in inferni barathrum æternis affligendi cruciatibus detrudentur. Has omnes vias Sanctiſſimus Dauid complexus eſt breui illo verſu Pſal. 36. Declina a malo, & fac bonum. Nam prima diæta initium ſeu terminus a quo ad pœnitentiam peruenitur, peccatum eſt, ab eoq. ſtatim declinare oportet, nihilq. in eo immorari. Beatus enim vir ille eſt, vt idem Propheta Pſal. 1. teſtatur, qui in via peccatorum non ſtetit. Itaque ſtatim hac via declinata, per alias diætas ſiue vias, quæ ad bonum faciendum ſpectant progrediendum eſt, quouſque ad æternam patriam perueniamus. Appendix vero applicationem materiarum diætæ ſalutis continet. quibus in Dominicis, & feſtiuitatibus Sanctorum per annum occurrentibus, quodam ſibi propoſito themate, concionatores vtantur. Eſt ſane Opuſculum hoc, miro artificio compoſitum, ſacræ Scripturæ locis totum refertum, pulchris etiam ſimilitudinibus ornatum: quibus res de qua agitur confirmari, & veluti imago ad viuum expreſſa ob oculos poni poſſit. Ideoque omnibus legentibus non mediocrem vtilitatem præſtat, ijs vero maximam, qui in prædicationis verbi Dei munere verſantur.

PROOEMIVM.

A Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram neque ad ſiniſtram, ait Iſaias. *Iſa. 30. e* Magnam miſericordiam facit, qui erranti viam oſtẽdit maxime de nocte in terra hoſtium, & tempore guerrarum. Errantes ſunt peccatores, iuxta illud quod dicitur: Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei. *Rom. 3. a* Et Ioannes dicit: Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. *1. Ioan. 1. e* Cum igitur omnes ſimus peccatores, ergo omnes ſumus errantes, ſicut

Iſa. 53. b cut dicitur: Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Nox eſt peccatum inſtar niuis frigidum, id eſt infrigidans dilectionem: obſcurum, id eſt obſcurans rationem: ineptum faciens *Ioan. 9. a* ad bonam operationem. Venit, inquit, nox quando nemo poterit operari. Terra hoſtium, eſt mundus, in quo principatur diabolus, vt teſtatur Dominus, di- *Ioan. 12. e* cens: Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Tempus guerræ, eſt tempus præſentis vitæ: quia nunc caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus *Gal. 5. e* carnem, vt dicit Apoſtolus: Quia igitur omnes peccatores & errantes ſumus, per conſequens extra viam veritatis ſumus, et in nocte, & in terra hoſtili, & in tempore guerre mortales ſumus et exiſtimus. B Ideo prædicator verbi diuini, maximam miſericordiam facit errantibus, in tantis periculis conſtitutis, quando viam ſalutis eis oſtendit. Vnde magnum meritum apud *Iac. 5. d* Deum & coronam acquirit. Ideo dicitur: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte, & operit multitudinem pecca- *Officiũ prædicatoris.* torum. Officium enim prædicantis verbum Dei, eſt proprie errantes dirigere, et ad viam ſalutis reuocare. In cuius perſona verbum Dei promiſſum peccantibus errantibus, eſt authentice proclamatum, cum dicitur: *Hæc eſt via ambulate in ea.* C

Peccatores tripliciter errare poſſunt. Quoniam autem peccatores tripliciter poſſunt errare, ſcilicet malam viam eligendo, & in via errando, & a via diuertendo: ideo prædicator in verbis iſtis propoſitis, docet nos ſpecialiter tria de via iſta ſalutis, ſcilicet, ſalubriter eligere, viriliter incedere, & viæ ſalutis inſiſtere. Primo igitur docet nos viam ſalutis ſubtiliter eligere, cum dicit: *Hæc eſt via*, ſcilicet & nulla alia ad ſalutem eligenda. Secundo docet nos per viam ſalutis viriliter incedere, cum dicit: *Ambulate in ea*. quaſi diceret, ſtudete remanere in illa. Tertio docet nos, viæ ſalutis inſiſtere, cum infertur: *Nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram*, quaſi diceret nolite diuer- D tere ab ea. Primo ergo docet nos prædicator viam ſalutis eligere, cum dicit: *Hæc eſt via*. id eſt non erroris, ſed veritatis: non periclitationis, ſed ſalutis: non ad infernum, ſed ad cælum. Et nota, quòd hæc via ſalutis habet ſpecialiter nouem diætas. Prima eſt a peccato ad pœnitentiam, tamquam ad medicinam & remedium peccatorum. Secunda eſt a pœnitentia ad præcepta. Tertia eſt a præceptis ad conſilia. Quarta eſt a conſilijs ad virtutes, tamquam ad inſtrumenta quæ docent operari recte. Quinta eſt a virtutibus ad dona Spiritus ſancti, quæ docent operari, faciliter & expedite. Sexta eſt a donis ad beatitudines, quæ do- E cent operari perfecte. Septima eſt a beatitudinibus ad fructus ſpiritus, qui docent operari delectabiliter, & delicioſe. Octaua eſt a fructibus ad iudicium. Nona eſt a iudicio ad cælum. Et ſecundum hoc in præſenti opere, quod dicitur via vel diæta ſalutis, ſunt decem tituli.

In primo agitur de vitijs, a quibus eſt mouendum, & recedendum.

In ſecundo agitur de pœnitentia.

In tertio de præceptis moralibus, a Deo hominibus datis. F

In quarto de conſilijs Euangelicis.

In quinto de virtutibus Theologicis & Cardinalibus.

In ſexto de ſeptem donis Spiritus ſancti.

In ſeptimo de beatitudinibus Euangelicis.

In octauo de duodecim fructibus ſpiritus.

In nono de iudicio generali.

In decimo de inferno, & pœnis, nec non & de gloria paradiſi.

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS PRIMVS

De peccatis.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De peccato in communi. *Cap. I.*
De peccato in ſpeciali. *Cap. II.*
De ſuperbia. *Cap. III.*
De inuidia. *Cap. IV.*
De ira. *Cap. V.*
De Auaritia. *Cap. VI.*
De Acidia. *Cap. VII.*
De Gula. *Cap. VIII.*
De Luxuria. *Cap. IX.*

¶ *De peccato in communi.* *Cap. I.*

PRIMO igitur nota de peccato, vel vitio in communi. Et eſt ſciẽdum, quòd peccatum, eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, vt dicit Auguſtinus. Et eſt ſciendum, quòd eſt vitandum ſpecialiter & præcipue propter tria. Primo, quia eſt deformitas, quam Deus deteſtatur: iniquitas, quàm dæmon amplexatur: & infirmitas, qua mundus diſſipatur. *Diffinitio peccati.* *Aug. lib. 22 cõt. Fauſt. Manich. c. 27. to. 6.* Primo, peccatum eſt deteſtandum, quia eſt deformitas, quam Deus ſumme deteſtatur. Vnde nota, quòd nihil poſſet cogitari, quin Deus fecerit propter odium peccati, ipſe enim propter peccatum ſemel fere diſſipauit omnia opera ſua, ſcilicet totum mundum per diluuium, vt patet in Geneſi. *Gen. 7.* Alij autem reges & potentes in præiudicium inimicorum depopulant terras eorum: Deus autem diſſipauit terram propriam, quia peccatum intrauerat terram ſuam. Item non ſolum habet peccatum odio, ſed & quidquid peccatum tangit. Alij autem homines propter vinum corruptum, non proijciunt in mari vaſa aurea, vel argentea, ſed ſeruant vaſa, & vinum effundunt: Deus autem non ſolum peccatum, ſed etiam vaſa peccati, id eſt creaturas rationales, ſcilicet animas ad ſuam imaginem factas, & ſuo pretioſo ſanguine redemptas, in odium peccati proijcit in oceano infernali: quia vt dicitur, Odio eſt Deo impius, & impietas eius. *Sap. 14. b* Deus inſuper in tantum peccatum odit, quòd propter peccata mundi innocentem vnigenitum interfecit. Vnde dicitur: Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. *Iſa. 53. c* Et ipſemet Dei filius vt peccatum interficeret, vel occideret, tradidit in mortem animam ſuam, vt dicitur ſimiliter ibidem. *Ibid. d* Nullus autem inuenitur, qui tam odiat inimicum, quòd in eius odium vellet interficere vnigenitum proprium, vel etiam ſemetipſum. Item Deus perſecutus eſt peccatum ab initio, intantum, quòd proiecit ipſum de cælo, & videns quòd remanſerat in mundo, ipſe in propria perſona deſcendit in mundum, vt de ipſo fugaret peccatum: & tandem in iudicio proijciet, & includet ipſum in inferno, quia dicitur: Proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. *Mich. 7. d*

Secundo peccatum eſt iniquitas, quam dæmon amplexatur. Et nota quòd triplex eſt ſignum, quòd peccatum placet diabolo. Primum ſignum eſt, quia in nullo alio delectatur, quia ipſe non vult aliud balneum, non quærit aurum, non amat argentum, quia in perſona eius dicitur: Da mihi animas, cetera tolle tibi. *Gen. 14. d* Sicut enim auis rapax amat cor prædæ: ſic ipſe cor hominis, vt patet de illo qui interrogauit diabolum quid

plus

plus amabat, & diabolus reſpondit, quòd tria præcipue, ſcilicet lunam primam, rotam ſolis, & ferrum molle. Hoc eſt cor, quòd componitur ex tribus litteris, quæ habent illas tres figuras. Secundum ſignum quòd diabolus amat peccatum, eſt: quia in procurando peccatum numquam fatigatur. Etenim ſex millia annorũ ſunt, & amplius, quòd nihil aliud fecit, quàm procurare peccata. Vnde quando Dominus interrogauit eum, Vnde venis? reſpondit: Circuiui terram, & perambulaui eam, *et cet.* (*Iob.1.b*) Non licet enim ſibi capere cibum nec ſomnum, tantum eſt occupatus in negotio peccatorum, iuxta illud: Qui me comedunt, non dormiunt. (*Iob 30.c*) Tertium ſignum, quòd diabolus amat peccatũ, eſt: quia numquam potuit nec poterit peccato ſaturari. Iam enim non poſſunt numerari illa infinita millia hominum peccatorum, quos abſorbuit, & deuorauit, & tamen eſt adhuc famelicus, & ſicut leo circuit quærens quem deuoret vt habetur in prima Petri: (*1.Pet.5.c*) Adhuc etiam eſt inſatiabilis peccato non ſolum famelicus, ſed etiam ſitibundus. Vnde dicitur: Abſorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius. (*Iob 40.c*) Peccatores cum impetu currentes in os eius, id eſt in infernum, vocantur hic fluuius quem abſorbet diabolus, & non miratur: iuſti vero quieti & pacifici dicuntur Iordanis, qui interpretatur humilis deſcẽſus, & tales ſummè diabolus deſiderat abſorbere. Exemplum in vitis patrum de capitulo dæmonum, & ſingulis dæmonibus, de peccatis & malis quæ procurauerant reddentibus rationem, & de illo qui ſpecialiter fuit laudatus & honoratus a principe eorum, & in cathedra collocatus, quia fecerat fornicari vnum monachum, quem in quadraginta annis vix traxerat ad peccatum.

Tertio, peccatum eſt infirmitas qua mundus diſſipatur. Et nota, quòd peccatum eſt febris tertiana propter triplicem concupiſcentiam, ſcilicet diuitiarum, deliciarum, & honorum, de qua dicitur: Omne quòd eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ (*1.Ioan.2.c*). Quartana etiam eſt propter quadruplicẽ gradũ peccati, ſcilicet cordis, oris, & operis, & conſuetudinis, contra quæ dicitur: Reuertere reuertere Sunamitis, id eſt anima miſera, (*Cant.6.d*) quater dicit reuertere, propter illa quattuor prædicta. Eſt etiam febris quotidiana propter peccatum ſuperbiæ, quòd eſt in omni peccato: & continue, vel continua eſt, quia eſt valde periculoſa. Nam ſicut febris continua aliquãdo aufert vitam temporalem, vel corporalem, et confert mortem corporalem: ſic peccati infirmitas aufert vitam, non ſolum temporalem, ſed & aliquando ſpiritualem, quia confert mortem infernalem, vel æternalem. Podagra pedum vel gutta eſt, propter peccatum acediæ. Paralyſis manuum eſt, propter peccatum inuidiæ, vel iræ. Hydropiſis eſt propter peccatum auaritiæ. Dolor viſcerum vel tortiones propter peccatum iracundiæ. Squinantia propter peccatum gulæ. Lepra propter peccatum luxuriæ. Et propter hæc omnia dicitur de peccatore: A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas. (*Iſa.1.a*)

De peccato in ſpeciali. Cap. II.

SEcundo, nota de vitijs in ſpeciali. Et eſt ſciendum, quòd ſeptem ſunt vitia principalia & capitalia. Quinque dicuntur ſpiritualia, ſcilicet ſuperbia, inuidia, auaritia, ira, & accidia: duo vero dicuntur carnalia, ſcilicet luxuria, & gula. Vnde verſus:

Dat ſeptem vitia dictio ſaligia.

In qua ſcilicet ſunt tot litteræ, quot ſunt vitia capitalia, licet non ſit in vitijs, & litteris idem ordo. De quolibet vitio nota præcipue tria, ſcilicet typum quem præfert, fetum quem profert, & damnum quod infert.

Similitudinis peccati in comuni. PRIMO enim notandæ ſunt adaptationes peccati in communi. Et nota, quòd peccatum eſt ſicut putredo in pomo. Sicut enim putredo aufert pomo de-

A corem, valorem, colorem, odorem, & ſaporem: ſic peccatum aufert animæ decorem vitæ, et odorem famæ, valorem gratiæ, et ſaporem gloriæ. Vnde dicitur: Quaſi putredo conſumendus ſum. (*Iob 13.a*)

Secundo peccatum eſt ſicut vulnus in corpore humano, nam recenter vulneratus, permittit ſe tangi, et vulnus premi et inueſtigari, ſed poſt tertium diem, non ſine magno dolore tangitur in vulnere: ſic peccatum in ſua recentia cito curatur, et poſt tertium diem eſt grauiſſimus dolor vulnerum. Vnde dicitur: Die tertia quando grauiſſimus dolor vulnerũ erat, acceptis gladijs duo filij Iacob Simeon et Leui fratres Dinæ, (*Gen.34.g*) ingreſſi ſunt vrbem confidenter, et Emor, et Sichem

B pariter necauerunt: quia ſcilicet quaſi intolerabilis eſt correctio, vel ſanatio peccati poſt tres dies. Tres dies iſti ſunt peccati perpetratio, peccandi conſuetudo, et peccati obſtinatio. Nam poſt iſtum tertium diem, peccator non permittit ſe tangi per correctionem, iuxta illud: Peccator cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. (*Prou.18.a*) Dicunt enim illud: Loquimini nobis placentia, videte nobis errores: (*Iſa.30.b*) excæcauit enim eos malitia eorum. Vnde etiam odio habuerunt corripientem in porta, vt habetur in Amos. (*Amos 5.c*)

Tertio peccatum eſt, ſicut falſitas in panno. Nam ſicut mercator de falſo panno non oſtendit emptori

C medium, neque finem, ſed tantum caput: ſic diabolus qui eſt mercator peccati, oſtendit fatuo emptori ſolum caput panni, id eſt delectationem culpæ, non medium id eſt remorſum conſcientiæ, vel finem, id eſt pœnam gehennæ. De hac mercantia dicitur: Sicut emens, ſic ille qui vendit: (*Iſa.34.a*) quia ſcilicet tam peccator quàm diabolus in mercatura peccati eſt deceptus.

Quarto peccatum eſt ſicut taberna diaboli, in qua vendit vinum voluptatis in mundo pro pretio animæ: & ſicut tabernarius ponit tres taxillos in taberna, quibus occupantur ribaldi: ſic diabolus in taberna peccati ponit pro ribaldis, id eſt pro amatoribus voluptatis,

D tres taxillos, id eſt tres concupiſcentias mundanas, de quibus habetur in Ioanne: Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum et ſuperbia vitæ. (*1.Ioan.2.c*)

Quinto, peccatum eſt ſicut ludus aleatoris, qui vulgo dicitur ludus corrigiæ. Nam ſicut ille falſus aleator, id eſt corrigiator permittit illos homines in principio aliquid lucrari, et finaliter aufert et recuperat totum, quod amiſerat, et cum hoc lucratur ab eis quidquid habent, etiam quandoque veſtes: ſic diabolus tamquam falſus aleator permittit peccatorem in aliquo temporali proſperari, ſed finaliter aufert animam, et corpus, gratiam et gloriam temporalem, et ſubſtan-

E tiam. Contra quod Sara gloriabatur, dicens: Numquam cum ludentibus miſcui me, id eſt cum dæmonibus ſiue aleatoribus. (*Tob.3.c*)

Sexto, peccatum eſt ſicut rete, et ſicut virga inuiſcata, nam ſicut piſcis in retibus ſe agitando, ſe plus inuoluit, et auis plus ambulans per virgam inuiſcatam fortius ſe capit: ſic peccator magis elongatur a Deo, et ſtrictius illaqueatur a diabolo, quia de tali dicitur: Tenebitur planta illius laqueo. (*Iob 18.b*)

Septimo, peccatum eſt ſicut vinculum, quo ducitur porcus ad macellum, et bos ad victimam, et quo li-

F gatur falco ad perticam, et ſimia ad truncum. Sicut enim carnifex ducens porcum, non ſtringit nimis pedem eius ne clamet: ſic diabolus non ſtringit nimis peccatorem per temporalem aduerſitatem, ne clamet per confeſſionem vel orationem, vt ſic ducat eum liberius ad macellum infernale. Vnde dicitur: Ignorat, quòd ad vincula ſtultus trahitur. (*Prou.7.d*) Item, ſicut bos ligatus, non ſentit ſe eſſe ligatum, quando ducitur ad macellum, niſi quando vult fugere. Item, ſicut ſimia non ſentit ſe eſſe ligatam, niſi cum vult pilotam a ſe remouere, nec falco, niſi cum vult de pertica volare: ſic peccator non ſentit vinculum peccati, dum perpetrat et in peccato perſeuerat, ſed tunc vincula ſentit, cum anima infelix a corpore recedit.

De

De ſuperbia. Cap. III.

Ex Aug. de Gen. ad lit. c. 14. to. 3. & li. 14. de Ciuit. Dei, c. 13. to. 5.

SVperbia eſt libido dominãdi, vel appetitus propriæ excellentiæ. De qua nota tria: Typum quem præfert, fetum quem profert, & damnum quod infert. Superbia igitur, quæ eſt primum & principale, ac capitale vitium, habet multiplicem typum in natura & in Scriptura, cui congrue comparatur.

Nouem cõparationes Superbiæ.

Comparatur primo vento propter tria. quia ventus extinguit lucem, & exſiccat rorem, & exufflat puluerem: ſic ſuperbia extinguit lucem ſapientiæ, exſiccat rorem gratiæ, exſiccat, vel exufflat puluerem vanitatis mundanæ, & ideo cum homo ſit puluis ex ſua conditione, iuxta illud: Puluis es, & in puluerem reuerteris: *(Gen. 3. d)* magis timendus eſt ventus ſuperbiæ in alto quàm in baſſo, id eſt in ſtatu prælationis, quàm ſubiectionis: quia ventus ſi in alto puluerem inueniret, citius exufflaret, quia *perflant altiſſima venti*, vt dicit Poeta.

Secundo, comparatur ſuperbia fumo. quia ſicut fumus magis aſcendendo deficit: ſic ſuperbus plus exaltatus, plus euaneſcit, iuxta illud: *(Pſal. 36. d)* Mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.

Tertio, comparatur paleæ propter leuitatem, & inconſtantiam, & defectum valoris. quia ſicut torrens trahit paleas & ita leuia ad oceanum: ſic torrens tentationis trahit ſecum vanos, non humiles, ad oceanum inferni.

Quarto, comparatur ſtillæ aquoſæ. quæ inflat, & ſtatim adnihilatur, et veſicæ, quæ mox deficit dum tamen acu pungatur: ſic ſuperbus mox inflando deficit, et punctus modica febre, vel tribulatione adnihilatur.

Quinto, comparatur araneæ. quia ſicut aranea ſe euiſcerat texendo telam, vt muſcas capiat: ſic ſuperbus perdit animam, vt capiat laudem humanam. Vnde dicitur: Telas araneæ texuerunt. *(Iſa. 59. a)*

Sexto, comparatur feretro. quia ſicut feretrum tunc ſolum ornatur, cum mortuus in eo ponitur: ſic viri, et mulieres præcipue tunc ornant feretrum corporis ſui per exteriorum veſtium paraturam, cum anima intus eſt mortua per ſuperbiam.

Septimo, comparatur ſuperbus luctatori incauto. Nam ſi in lucta vnus de luctatoribus poſſit leuare pedem alterius, deijcit ipſum: ſic ſi dæmon poſſit leuare pedem id eſt hominis affectionem per ſuperbiã, deijcit eum in damnationem æternam. Vnde dicitur: Deiecisti eos, dum alleuarentur. *(Pſal. 72. c)*

Octauo, comparatur gallinæ. quia ſicut gallina ſtatim cantat, cum poſuerit ouum: ſic ſuperbus ſtatim vult videri, cum fecerit aliquod opus bonum.

Nono, comparatur lupo. Dicitur enim quòd lupus vno menſe viuit de vento: ſic ſuperbus vno menſe, id eſt menſura vitæ ſuæ, viuit, vel paſcitur vento gloriæ mundanæ, iuxta illud: *(Oſeæ 12. a)* Ephraim paſcit ventum, id eſt gloriam mundanam, ſequitur æſtum tota die, id eſt ſuperbus eſt ſemper famelicus laudis humanæ.

Superbia dãna quinque homini infert.

DAMNA vero, quę ſuperbia facit in homine, ſunt ſpecialiter quinque. Primum enim hominem areſacit, vt melius accendatur, id eſt illũ ſine humore gratiæ et ſine compaſſione efficit. Vnde dicitur: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, et ſequitur: vt non derelinquaris vt lignum aridum in eremo, id eſt in inferno, *(Eccli. 6. a)* vbi concremabuntur arbores infructuoſæ, id eſt peccatores. Secundo, hominem conſumit, id eſt omne bonum hominis adnihilat et perdit, iuxta illud: Conſumat brachia ipſius, id eſt hominis ſuperbi, primogenita mors, id eſt ſuperbia, quæ eſt primogenita filia peccati, vel diaboli. *(Iob 18. c)* Tertio, homines infatuat et decipit, cuius ſignum eſt, quia ſuperbus precioſa vilipendit, id eſt gratiam et gloriam, et vilia care emit, id eſt gloriam tranſitoriam, iuxta illud: Arrogantia, et ſuperbia cordis tui decepit te. *(Hier. 49. c)* Quarto hominem præcipitat, et ideo hominem ad alta leuat, vt maior et grauior ſit

A ruina, de qua dicitur: Qui ſe exaltat, humiliabitur. *(Luc. 14. b)* Quinto, hominem penitus facit infelicem. Superbus enim ab eo eſt infelix, quia de bono ſemine malam meſſem colligit: quæ enim ſunt bona alijs, in malum conuertit. De ſanitate enim infirmatur, de vita moritur, de medicamine vulneratur, a victo vincitur, a mortuo ſuperatur, atque occiditur. Hæc omnia eueniunt ſuperbo, quia de dono ſuo gloriatur, et ſic de bono efficitur malus, et de virtute efficitur vitioſus, iuxta illud: Contritio et infelicitas in vijs eorum, id eſt ſuperborum. *(Pſal. 13. c)*

Superbiæ filiæ ſeptem.

FILIÆ vero ſuperbiæ ſunt ſeptem, ſcilicet præ-B ſumptio, ambitio, inobediẽtia, irreuerentia, erubeſcentia boni, et irriſio bonorum, vel ſimplicium, vana gloria et hypocriſis. Hæc autem peccata, quæ a ſuperbia naſcuntur, figurantur per ſeptem annos, quibus filij Iſrael ſeruierunt Chuſanraſathaim Regi Meſopotamiæ, *(Iudic. 3. a)* Chuſanraſathaim interpretatur tenebroſa iniquitas, per quam figuratur diabolus, qui ex iniquitate tenebroſus eſt, qui bene dicitur rex Meſopotamiæ. quæ dicitur eleuata per ſuperbiam: quia ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, vt dicitur in Iob. *(Iob 41. d)*

De inuidia. Cap. IV.

C

Ex Auguſt. Enar. in Pſ. 104. to. 8.

INuidia eſt triſtitia alienæ felicitatis, et in aduerſitate lætitia. De inuidia nota ſpecialiter tria, ſcilicet typum quem gerit, actum quem facit, et fetum quem parit.

Nouem ſimilitudines Inuidię aptatæ.

INVIDIA enim habet multas ſimilitudines odioſas, eſt enim ſicut vermis in ligno, rubigo in ferro, tinea in veſtimento. Nam ſicut iſta rodunt proprium ſubiectum, et conſumunt illud pluſquam alia: ſic inuidia rodit ſolidum, et plus inuidus nocet ſibi, quàm alijs.

Secundo eſt ſicut draco, quia ſicut draco inſidiatur D elephantis partui, vt ipſum pungat, et mordeat, vel comedat: ſic inuidus bono alieno inſidiatur iudicio prauæ ſuſpicionis, et poſtea mordet vel pungit aculeo murmurationis, et inficit veneno detractionis. Vnde de inuido dicitur: Frater fui draconum, et ſocius ſtruthionum. *(Iob 30. d)*

Tertio ſimilis eſt leproſo, Iudæ proditori, et diabolo. Leproſus enim vellet quòd nullus eſſet ſanus, et diabolus quòd nullus eſſet bonus. Vnde dicitur: Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. *(Sap. 2. d)* Iudas cõtriſtatus fuit de effuſione vnguenti ſuper Chriſtum, vt habetur in Matthæo: *(Mat. 26. a)* Sic inuidus inſtar lepro-E ſi, et diaboli, dolet de bono proximi, etiam ad modum Iudæ proditoris triſtatur de bona fama fratris, et odore virtutis. Vnde magnam iniuriam faceret Dominus inuido, ſi eum poneret in paradiſo, moreretur enim præ dolore, vbi videret alios gaudere.

Quarto ſimilis eſt inuidus oculo menſtruatæ. Nam ſicut illa inficit ſpeculum cum reſpicit eum: ſic inuidus inficit proximum, cum reſpicit eius bonum, quoniam omni ſtudio laborat ponere aliquam maculam in proximo. Vnde dicitur: Bona in mala conuertit inſidiator, et in electis ponit maculam. *(Eccli. 11. d)*

Quinto, ſimilis eſt inuidus noctuæ et igni Græco. F Noctua enim de nocte videt, et de die excæcatur, et ignis Græcus in aqua fortius inardeſcit, ſiue ſuccenditur: ſic inuidia in aquis gratiarum fortius exardeſcit, vnde deberet extingui, et ad modum noctuæ a luce excæcatur, vnde deberet illuminari, ſicut Heli, qui non poterat videre lucernam, donec extingueretur, vt dicitur in libro Regum. *(1. Reg. 3. a)*

Sexto, inuidus ſimilis eſt aquæ, et naui, et candelæ ſerpentinæ. Nam in aqua virga recta apparet tortuoſa: & in naui exiſtentibus cum ipſi fortiter deſcendũt, videtur, quòd montes currant velociter: et ad lucem candelæ ſerpentinę, omnes paleæ videntur eſſe ſerpentes. Fit autem candela ſerpentina de cera temperata in aqua, in qua ſerpens coctus eſt, et poſt cum candela

illa

illa facta de tali cera ardet, videtur hominibus, quòd omnes paleæ & omnes aliæ cãdelæ quæ ibi ardent ſint ſerpẽtes: ſic inuidus ad modũ aquę, recta facit tortuoſa: & inſtar exiſtentiũ in naui, quia cũ ipſi inuidi ad infernũ deſcẽdũt, videtur eis, quod mõtes, id eſt viri ſancti & ſtabiles ad dãnationẽ currãt: & ad lucẽ candelæ ſerpentinæ, ſcilicet inuidię, innocentes & bonos exiſtimãt ſerpẽtinos. Omnia enim in malũ cõuertunt, vt dicitur
Eccli. 11. d in Eccleſiaſtico: Bonum in malum cõuertit inſidiator.

Septimo comparatur inuidus Caim, de quo dicitur:
Gen. 4. b Quicumque inuenerit me, occidet me: ſic inuidum interficit omnis homo. quia aut videt bonũ in homine, & tunc dolet: aut malum & ſic gaudet, & ſic in omni homine peccat, vel moritur per peccatum.

Octauo, inuidus cõparatur acriſiæ Sodomorũ, id eſt cæcitati, qua percuſſit Dominus Sodomitas, vt dicitur
Gen. 19. in Geneſi. Acriſia autẽ eſt paſſio, quę aufert iudiciũ. Et dicitur ab a quod eſt ſine, & criſis, qđ eſt iudiciũ, quia inuidus nõ iudicat illa, quæ oportet videre & iudicare.

Nono, inuidus ſimilis eſt nihilo, pro eo, quod diſſimilis eſt tam creatori, quàm omni creaturæ, ſiue bono creato: creator enim cõmunicat bona ſua liberaliter, & creatura ſimiliter. Nam videmus in ſole, quòd lumẽ ſuum communicat omnibus creaturis, & ignis calorẽ ſuum, & ſic de alijs: ſed inuidus non ſolum non cõmunicat bona ſua, ſed etiam, quantum in ſe eſt, adnihilat aliena, quia ſibi valde diſplicent. & etiam cum ſolus inuidus ſit nihil, ita vellet, quòd nihil niſi inuidia eſſet.

Inuidię dãna quinque. DAMNA inuidiæ ſunt ſpecialiter quinque. Primum eſt, quia claudit viam ſalutis, & aditũ paradiſi. eſt enim blaſphemia in Spiritum ſanctum, quæ non remittitur
Mat. 12. d in hoc ſæculo, neque in futuro, vt dicitur in Matthæo.
Peccata in Spiritũ ſanctum. Sunt autem ſex peccata in Spiritum ſanctum, quorum inuidia eſt vnum, ſcilicet inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, præſumptio de impunitate, obſtinatio mentis, deſperatio, & finalis impœnitentia. Dicuntur enim peccata in Spiritum ſanctum, ſcilicet quia impugnant gratiã Spiritus ſancti. Secundum eſt, quòd implet hominem omni malo. Vnde vt plenũ dolium vino, quod vulgo dicitur, eſt plenum vſque ad oculum: ſic inuidus. cuius ſignum eſt, quia malitia inui-
Eccli. 14. a di per oculum exit. Nam dicitur in Eccleſiaſtico: Ne-
Mat. 20. b quam eſt oculus inuidi. & in Matthæo: An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Tertium eſt, quòd ſpoliat hominem omni bono, & cauſa eſt, quia odit & impugnat omne bonum. Alia nãque vitia opponuntur vni virtuti, vt ſuperbia humilitati, luxuria caſtitati, auaritia largitati, & ſic de alijs: inuidia vero, vt dictum eſt, opponitur omni bono, vnde non tantum dicitur mala ſed peſſima. Hæc eſt enim fera peſſima, quæ deuorauit Io-
Gen. 37. d ſeph, ſicut dicitur in Geneſi. Quartum eſt, quia facit ho-
Gen. 4. b minem penitus immiſericordem, ſicut patet in Caim, qui ex inuidia non pepercit Abel fratri ſuo innocenti.
Gen. 37. d Sicut patuit etiam in filijs Iacob qui inuidia ſtimulãte, non pepercerunt Ioſeph innocenti. Sicut patuit etiã in Iudæis, qui non pepercerunt Chriſto innocentiſſimo, immo innocentiæ Domino: cuius cauſa fuit inuidia, vt
Mat. 27. c patet in Matthæo: Quia Pilatus ſciebat, quod per inuidiã tradidiſſent eum. Quintum eſt, quia facit hominẽ penitus infelicẽ. inuidus enim de bonis aliorum affligitur, & de melioratione deterioratur, de profectu deficit, de pinguedine marceſcit, de ſanitate infirmatur, de vita moritur, & ipſe amittere ſe putat, quod alij lu-
Rom. 8. e crantur. Et ſicut diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, ita inuido omnia cooperantur in malum.
Ouid. 2. Metamorph. li. 2. fab. 12. Vnde quidam pulcherrime deſcribens inuidum, ait.

Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.
Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno.
Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores,
Nec fruitur ſomno, vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, intabeſcitq. videndo
Succeſſus hominum, carpitq. & carpitur vna,
Supplicium q. ſuum eſt.

S. Bon. to. 6.

DVÆ ſunt filiæ inuidię, ſcilicet triſtitia in proſperis proximi, & exultatio in aduerſis: quæ cõtrariantur ſpecialiter charitati, cuius officium eſt, gaudere cum gaudẽtibus, & flere cum flentibus, vt dicitur ad Romanos. Rom. 12. c Filię inuidiæ duę.
Iſtæ duæ filiæ figurãtur per Oola, & Ooliba, quod interpretatur tabernaculum meum, quia in perſona diaboli dicitur, quòd aſſumpſit ſeptem ſpiritus nequiores Mat. 12. d
ſe, & ingreſſi habitant ibi, ſcilicet in inuido. De iſtis filiabus dicitur alibi: Duæ mulieres filiæ vnius matris Ezec. 23. a
fuerunt, ſcilicet inuidiæ, quę ipſas ex diabolo concepit. Vnde illæ duæ filię poſſunt valde proprie dici diabolicæ, imitantur enim diabolum patrem ſuum, qui de bono dolet, & de malo gaudet. Ideo dicitur: Inuidia dia- Sap. 2. d
boli, mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, quia ſunt ex parte illius.

De ira. *Cap. V.*

IRa, eſt libido vel appetitus vindictæ. De ira nota ſpecialiter tria, ſcilicet odioſam eius effigiẽ, eius ruinoſam perniciem, & eius vitioſam propaginem.

IRA plures habet adaptationes & figuras, inter quas primo comparatur igni. nam ſicut ignis domũ ligneã, & omnẽ materiã aridã accendit: ſic ira accendit præcipue aridos, id eſt homines iracũdos, qui carẽt humore gratiæ. Vnde homo iracundus eſt ſicut homo habens domũ ligneam, qui mane eſt diues, & in veſpere nihil habet: quia ignis iræ cõbuſſit ſibi domũ, id eſt cõſcientiã, & per cõſequẽs abſtulit ſibi quidquid habebat. Octo ſimilitudines, quibus ira ſignificatur.

Secundo, iracundus eſt ſimilis ollæ bullienti, ſicut enim olla bulliendo emittit aquã, & omnia alia: ſic iracundus ebulliẽdo per iram, emittit ſtultitiam & verba inordinata, iuxta illud: Os fatuorum ebullit ſtultitiam. Prou. 15. a

Tertio, iracundus ſimilis eſt apro. nam ſicut aper ex furore impingit, & currit cõtra gladium: ſic iracundus currit ad peccatum, ſcilicet contentionem, iniuriam, & homicidium. De talibus dicitur: Pedes eorum ad Prou. 1. b
malum currunt. Et Gregorius in Paſtorali: Mentem Greg. Paſt. cu. p. 3. c. 10. adm. 10. ſtatim a prin.
impellit furor, quo non trahit deſiderium, & agit incommoda velut neſciens, quæ poſtea dolet ſciens.

Quarto, iracundus ſimilis eſt inſano, vel arreptitio, qui præcipitat ſe in ignem vel aquam: ſic iracundus in quãcumque malitiã. Vnde dicitur de illo arreptitio, quod Luc. 9. e
vbicumque apprehendit eũ, allidit eũ: ſic ira iracundũ allidit, per impatientiã moleſtando: & ſpumat per clamores cõtendendo vel contẽnendo: & ſtridet dentibus malitiã machinando: & areſcit, odium & rancorẽ concipiendo. Hæc enim ſunt ſigna iræ & opera iracundiæ.

Quinto, iracundus ſimilis eſt calculo emittenti ignẽ. Nam ſicut calculus percuſſus malleo, emittit ſcintillam: ſic iracundus tactus verbo, oſtendit impatientiam ſuam. Et ſicut calculus non emittit ignem, niſi tangatur aliquo duro: ſic multi reputantur patientes, qui tamen exardeſcunt in iram, tacti aliquo verbo contumelioſo. Dicitur enim quòd lapis calore ſolutus, in æs conuertitur. Lapis, animus durus & lapideus, qui quando ſoluitur calore iracundiæ, ſtatim ad modum æris reddit ſonum indignationis & contumeliæ. Iob 28. a

Sexto, iracundus ſimilis eſt rhamno Rhamnus enim eſt quidã frutex ſpinoſiſſimus, habẽs ita duras ſpinas, quòd ad impetum venti emittit ſcintillas, vt dicit Io- Ioſeph. Antiq. Iud. li. 5. c. 9. a lõge a princ.
ſephus: ſic iratus propter ventum indignationis emittit ſcintillas ſpinoſiſſimę contentionis. Vnde dicitur: Egrediatur ignis de ranno, & deuoret cedros libani, id eſt ſuperbos & potentes huius ſæculi, qui ſpecia- Iud. 9. b
liter conſueuerunt eſſe iracundi.

Septimo, iracundus ſimilis eſt vaſi vacuo, poſito iuxta ignẽ. Videmus enim quòd ſi vas vacuum & terreñ ponatur ad ignẽ frangitur, ſi autem ſit plenum aquæ, in nullo lęditur: ſic homo qui eſt de ſua cõditione terreus, ſi ponatur ad ignẽ aduerſitatis, vel tribulationis, ſtatim frangitur per impatientiã, ſi ſit gratia vacuus, ſi autẽ ſit gratia plenus non læditur. Et ideo dicitur: Vaſa figuli Eccli. 27. a
probat fornax, & homines iuſtos tẽtatio tribulationis.
DAMNA iræ ſunt ſpecialiter quinque. Primo enim Damna irę quinque.

Pſ.6.e excęcat rationis oculũ,nã dicitur: Turbatus eſt a furo-
re oculus meus, id eſt rationis:& per cõſequens,nõ po-
teſt videre iratus quid iuſtũ, vel iniuſtũ. Vnde dicitur:
Iac. 1. c Ira enim viri, iuſtitiã Dei non operatur. Et Seneca di-
cit,quòd duo impediunt conſiliũ,ſcilicet feſtinantia,&
ira. Secũdo,ira facit hominẽ pronum ad quodcumque
peccatũ. Vulgo nãque dicitur de homine valde irato,
Prou.29.d vel accẽſo,quod omnia faceret. Et ideo dicitur: Qui ad
indignãdũ facilis eſt,erit ad peccandũ procliuior. Ter-
tio, reddit hominẽ ſtultum & quaſi rabidum. Vnde eo
tempore,quo homo eſt iratus,perit ratio & humanitas
in homine,& ſic per conſequens mutatur homo, & ef-
ficitur beſtia. Nam homo eſt animal manſuetum na-
tura,vt dicit Philoſophus. De ſtultitia hominis iracun-
Iob 5.a di dicitur: Virum ſtultum interficit iracundia. Quarto,
aufert homini ſeipſum,ſicut vulgo dicitur,quòd homo
turbatus vel iratus non eſt in ſeipſo. Satis autem dam-
nificatur, qui perdit ſeipſum. De tali damno dicitur:
Prou.19.c Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnũ,ſcilicet ſuiipſius.
Sic econtrario patientia ſeruat hominẽ ſibi ipſi. Nam
Luc.21.d dicitur: In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
Quinto, aufert homini omnem miſericordiam & com
paſſionem. Ideo dicitur: Ira non habet miſericordiã,
Prou.27.a nec erumpens furor. Vnde homo iratus fugiendus eſt,
ſicut canis rabidus, & leo concitatus.

Filiæ iræ ſex. FILIÆ iræ ſunt ſex,ſcilicet, odium,lis,guerra, in-
cendium,homicidium,& rapina. Iſta ſex figurantur in
Ezech.9.a Ezechiele cum dicit: Ecce ſex viri veniebant de via
portæ ſuperioris, id eſt de ſuperbia, quæ eſt porta ad
iram: quæ reſpicit ad aquilonem, id eſt aduerſitatem,
qui generat iram, vel turbationem, & vnuſquiſque
vas interitus in manu eius: quia iſti filij, & filiæ iracun-
diæ ſunt quaſi ſex vaſa interitus, vel mortis æternæ.

De Auaritia. *Cap. VI.*

AVaritia eſt immoderatus amor pecuniæ acquiren-
dæ vel retinendæ. De qua nota ſpecialiter tria,ſci-
licet, typum ridiculoſum,et damnum periculoſum, &
partum pernicioſum.

Nouem ſimilitudinibus auaritia oſtenditur. AVARITIA multas habet comparationes. Primo
enim cõparatur auaritia mari,morti,& inferno. Nam
ſicut mare numquam redundat, vt dicitur in Eccleſia-
ſte: ſic auarus numquam redundat dando eleemoſy-
nam,vel faciendo reſtitutionẽ: licet ad modum maris
Eccles.1.b omnes fluuios mundi bibat, id eſt abſorbeat omnes di
uitias per cupiditatẽ. Vnde ratione huius inſatiabilita-
tis comparatur mari. & eodem modo morti,vel infer-
no,quia numquam ſatiatur illa occidendo,& ille deglu
Abac.2.a tiendo. Vnde de auaro dicitur: Dilatauit quaſi infernus
animam ſuam & ipſe quaſi mors & nõ adimplebitur.

Secũdo auarus ſimilis eſt talpæ,in quatuor. Auarus
enim ad modũ talpæ eſt niger per nequitiã, cæcus per
ignorãtiã,quot habet poſſeſſiones, tot habet tumulos,
in quibus ſepelit ſeipſum per cõtinuã ſolicitudinẽ.quid
quid fodit, ponit ſupra ſe, quia de omnibus facit Deũ.

Tertio, comparatur ſterquilinio. quia ſicut ſterqui-
liniũ congregatum corrumpitur & fœtet,diſperſum ve
ro facit agros fructificare: ſic diuitiæ auari quãdiu ſunt
cõgregatæ,animã corrũpunt,ſed diſperſæ pauperibus,
ipſos nutriunt & diuitũ peccata redimunt, iuxta illud:
Luc.16.c Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. De hoc
Ezech.7.e ſterquilinio dicitur: Aurũ eorum in ſterquilinium erit.

Quarto,auarus ſimilis eſt rotæ molẽdini, quantum-
cumque enim & quotienſcumque vertatur,ſemper ta-
mẽ in eodẽ loco inuenitur: ſic auarus,qui nudus in mũ
dum venit,quantumcumque laboret,nudus tamen de
Iob 1.d mundo recedit ſolum. Vnde dicitur: Nudus egreſſus
ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.

Quinto, auarus ſimilis eſt porco. porcus enim nihil
valet dum viuit,ſed quando moritur valere incipit: ſic
auarus non valet aliquid in vita, quia viuens non vult
reſtituere,nec eleemoſynã dare,ſed moriens quandoq.
incipit liberalis eſſe,de hoc quod nõ poteſt ſecum por-
tare: quia diaboli habẽt animam, vermes corpus, ami-
A ci diuitias. quia diuitiæ deſerunt eũ, non ipſe diuitias.
ſicut canis ſequens duos homines,in capite viarũ oſten
dit,quis ſit dominus eius, quia tũc ſequitur dominum
ſuum propriũ,& dimittit extraneum: ſic diuitiæ in ca-
pite mortis ſequuntur mundũ, & dimittunt auarum.
Nã dicit Apoſtolus: Nihil enim intulimus in hunc mun *1.Tim.6.b*
dum,nec dubium quia nec auferre quid poſſumus.

Sexto, ſimilis eſt auarus piridi perforatæ ſuperius,
quæ recipit pecuniã,quã nũquã poteſt reddere,niſi frã
gatur: ſic auarus,& pręcipue vſurarius,pecunias & di-
uitias haurit & cõgregat,ſed numquã,niſi morte frãga
tur,eas reſtituere curat. Ideo dicitur de auaro: Commi- *Iſa.30.e*
B nuetur,ſicut cõteritur lagena figuli,cõtritione ualida.

Septimo, auarus ſimilis eſt trunco arboris. Nã ſicut
Dominus,qui habet truncum in horto, poteſt inſerere
ramũ cuiuſcumque generis voluerit: ſic diabolus quan
do poteſt in corde hominis inſerere auaritiam, vel cu-
piditatem, omnia vitia inſerit: quia iam habet omniũ
malorum radicem & principium. Iuxta illud Apoſto-
li: Radix omnium malorum eſt cupiditas. *1.Tim.6.b*

Octauo, auarus ſimilis eſt gallinæ. nam gallina na-
turaliter ſurda eſt in Auguſto vel æſtate: ſic auarus in
æſtate,id eſt in ſtatu meriti,vel in tẽpore gratię,quãdo
debet colligere bonorũ operũ meſſẽ,ad modũ gallinæ
C ſurdus eſt,quia nõ vult audire prædicatores. Vnde aua-
rus dicitur in perſona Domini: Vocaui,& renuiſtis, *&c.* *Prou.1.e*

Nono,auarus ſimilis eſt apoſtemati,quod eſt proxi-
mũ cordi,& rei quæ ponitur immediate ſuper pupillã
oculi. Apoſtema enim tunc eſt periculoſum,quãdo eſt
iuxta cor: ſic diuitiæ tũc ſunt mortiferæ,quãdo diligun
tur nimio amore. Vnde dicitur in Pſalmo: Diuitiæ ſi af *Pſ.61.e*
fluant, nolite cor apponere. Per eandem etiam ratio-
nem comparatur rei, quæ ponitur immediate ſuper
pupillam oculi. Numquam enim res bene poteſt vi-
deri, quæ nimis eſt propinqua oculo. ideo auarus ma-
le videt diuitias,quia nimis prope apponit mentis ocu-
D lum, & nimis diligit eas, ideo dicit idem Pſalmiſta:
Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. *Pſal.16.e*

DAMNA auaritiæ ſunt præcipue nouẽ. Primo enim
facit hominẽ nudum. Vnde dicitur in Apocalypſi: Di- *Apoc.3.d*
cis, quia diues ſum & locupleratus, & nullius egeo: &
neſcis quia tu es miſer & miſerabilis,& pauper, & cæ-
cus, & nudus. Nota hic quinque infortunia auari.
Eſt enim miſer, quia diuitias cum labore acquirit: mi-
ſerabilis, quia cum timore cuſtodit: pauper,quia cum
dolore perdit: cæcus,quia nihil aliud reſpicit: & nudus,
quia nullum aliud bonum facit. Secundo auaritia fa-
cit hominem ſeruum: nam diuitiæ non ſunt auarorum,
E ſed auari ſunt diuitiarum. Ideo ſignanter dicit Prophe
ta in Pſalmo: Viri diuitiarum, non virorum diuitiæ. *Pſ.75.a*
Tertio auaritia facit hominem ſtultum. nã ſtultus non
præcauet periculo quamuis ſit propinquum: ſic auarus
non fugit periculum inferni, cum ſit etiam morti pro-
pinquus. Ideo dicitur auaro in Luca: Stulte hac nocte *Luc.12.c*
animam tuam repetent a te,ſcilicet dæmones. Hæc au-
tẽ quæ paraſti,id eſt congregaſti cuius erunt: quia the-
ſaurizat impius,& ignorat cui congregabit ea. Quarto *Pſal.38.b*
auaritia facit hominẽ abominabilem. Vnde dicitur in
Oſea: Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. *Oſea 9.e*
Nõ enim mirũ eſt,ſi Deus abominatur auarũ,cum ip-
F ſe tantũ Deum contẽnat: quia plus diligit nummũ, vel
obolũ quàm Deum. Cuius ſignum eſt,quia pro obolo
aliquando non veretur mentiri,nec vult dare obolum
pauperi pro amore Dei. Quinto facit inſatiabilẽ. Vnde
auarus cõparatur hydropico, qui bibit & numquã ſa-
tiatur. Vnde dicit Eccleſiaſtes: Auarus non implebitur *Eccles.5.b*
pecunia. Sexto facit hominem inſatiabilem, vel ſolita-
rium, ſicut aues rapaces volant non congregatim, ſed
ſolitariæ: ſic auarus ſemper eſt ſolitarius,quia numquã
vult ſocium in pecunia. Vnde de auaro dicitur in Ec-
cleſiaſte, Vnus eſt, & ſecundum non habet. Et ideo *Eccles.4.b*
ſua eſt hæc maledictio, quæ ibidem ſcribitur: Væ ſoli
quia ſi ceciderit, *&c.* Septimo facit hominem obliuio
ſum propriæ ſalutis, & in ſignum huius Manaſſes &
Ephraim

Gen. 41. g Ephraim fuerunt fratres, vt habetur in Geneſi. Manaſ-
ſes interpretatur obliuio: Ephraim fructificans, vel creſ-
ſcẽs, & figurat auarũ qui eſt creſcens Ephraim, id eſt in
diuitijs, & eſt Manaſſes, quia ſcilicet obliuiſcitur pro-
priæ ſalutis. Octauo facit hominem anguſtioſum, nam
Eccl. 10. c dicitur in Eccleſiaſte: Labor ſtultorum affligens eos.
Luc. 8. b Ideo diuitiæ dicuntur ſpinæ in Luca, quia cruciant poſ-
ſidentes, ſicut videmus, quòd ſpina in pede non ſinit
hominem quiete dormire. Nono facit hominem tem-
peſtuoſum. nunquam enim cupidus, vel auarus poteſt
habere, nec in conſcientia, nec in domo propria pacẽ:
Prou. 15. d Vnde dicitur in Prouerbijs: Conturbat domum ſuam,
qui ſectatur auaritiam. Eſt enim talis ſicut canis; qui
dum rodit os iraſcitur omni appropinquanti ſibi, ſiue
ſit extraneus ſiue notus: quia vulgo dicitur, quòd ca-
nis non vult ſocium in coquina.

Filiæ Auaritiæ ſũt duodecim. Filiæ autẽ auaritiæ ſunt duodecim, ſcilicet vſura,
rapina, latrocinium, talliæ iniuſtæ, fraus negotiatorum,
deceptio aduocatorum, acceptio munerũ, ſimonia pro
promotione cõſanguineorum, peccata Anachoritarũ,
id eſt illorum, qui promouẽtur fauore & potẽtia prin-
cipum, fraus mercatorum, auaritia ſcientiæ, & iniqui-
tas luſorum. Iſta enim peccata quæ generat auaritia fi-
Gen. 17. gurantur per duodecim duces, quos Iſmael generauit.
Iſmael enim erat idolatra, & figurat auarum. De quo
Eph. 5. b dicitur ad Epheſios: Auaritia eſt idolorum ſeruitus.
Filij eius rectè dicuntur duces, quia fere totus mundus
regitur & ducitur iſtis duodecim peccatis, quæ ex aua-
Iſa. 56. d ritia naſcuntur. Nam dicit Iſaias: Omnes in viam ſuam
declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam a ſummo vſ-
Hier. 6. c que ad nouiſſimum. Et in Hieremia dicitur: quòd à
minori vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent.

De Acedia. Cap. VII.

Acedia eſt paruus amor boni, cum tędio & inordi-
nata animi triſtitia, & impatientia rei diuinæ. De
acedia nota ſpecialiter tria, ſcilicet typũ turpiſſimum,
damnum grauiſſimum, & partum viliſſimum.

Sex Acediæ comparationes. Acedia habet multas figuras, et ſimilitudines dete-
ſtandas. Primo comparatur acedia ſalicibus quæ ſunt
arbores infructuoſę, & ſolum faciunt vmbram: ſic ace-
dioſi & otioſi nullum faciunt fructum, ſed ſolum vm-
bram diabolo, et refrigerium. Vnde dicitur de diabolo
Iob 40. c in Iob: Circumdant eum, ſcilicet diabolũ, ſalices infru-
ctuoſæ. Secundo comparatur acedia febri hecticæ, vel
pthiſicæ, vel laſſæ, vel paralyſi. Febris hectica vel pthi-
ſica, fit ex conſumptione humoris naturalis: ſic acedia
fit, quia deficit humor diuinæ dilectionis, et deuotio-
nis. Similiter febri laſſæ comparatur. nam febris huiuſ-
modi, vix aut nunquam curatur: ſic piger vel otioſus,
cum ſit ſemimortuus, vix corrigitur. Eſt enim languor
Eccli. 10. b de quo dicitur in Eccleſiaſtico: Languor prolixior gra-
uat medicũ. Comparatur etiam paralyſi, quæ facit mẽ-
bra arida et impotentia: ſic acedia facit pedes impoten-
tes ad ambulandũ, manus ad operandũ, et mẽbra om-
nia ad laborem pœnitentię ſuſtinendum. Vnde de tali-
Pſal. 113. c bus dicitur in Pſalmo: Manus habẽt, et non palpabũt,
pedes habent, et non ambulabunt. Tertio comparatur
Iud. 1. b Adonibezech, de quo dicitur: quòd amputauit manus
et pedes ſeptuaginta regibus. Adonibezech enim in-
terpretatur dominator egeſtatis, et ſignificat acediam,
quæ facit ſubditos ſuos egentes et inopes. nam dicitur
Prou. 10. a in Prouerbijs: Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, id
eſt pigra. Iſte Adonibezech amputat manus et pedes
regibus: quia ad litterã, reges et prælati volunt viuere
nunc otioſi. Vel reges dicuntur viri religioſi, iuxta illud
Eccli. 48. a Eccleſiaſtici: Qui vngis reges ad pœnitẽtiam. Religioſi
quidẽ deberent ſe, et alios regere per vitã et doctrinã,
ſed aliqui habẽt manus et pedes amputatos per acediã.
Quarto comparatur otioſus cani famelico, huiuſmodi
enim piger, et onoſus ad modũ canis eſurit, et omnes
ſenſus vniuerſalẽ famem patiuntur, iuxta illud Pſalmi:
Pſ. 58. c Famẽ patiẽtur vt canes. os enim eius eſurit cibaria de-

A licata, lingua verba vana, manus vilia, cor honores, au-
ris rumores, et oculi vanitates. Ideo dicitur in Prouer-
bijs: Deſideria occidunt pigrũ. Quinto cõparatur otio- Prou. 21. d
ſus vel piger ferro, terræ, et aquæ, et veſti, ſcholari ne-
gligenti, homini ſtanti et non ambulanti: iſtis enim ſex
eadẽ ratione adaptatur. Ferrũ quidẽ quod non tracta-
tur, cito rubiginatur. Terra quæ non colitur, malas her-
bas generat. Aqua quæ nõ mouetur, cito corrumpitur.
Veſtis quæ non portatur, de facili a tinea corroditur.
Scholaris negligẽs qui nõ addiſcit, de neceſsitate nihil
ſcit. Homo ſtans qui non vadit, facilius cadit, quàm ille
qui ſemper incedit. Sic acedioſus, quia nõ exercet ſe in
B aliquo bono opere, ideo ſuccumbit vitijs, et vincitur
tentatione. Vnde dicit Hieronymus ad Ruſticum mo- Hier. ep. 4. ad Ruſt. Monach. circa med.
nachum: Semper aliquid boni facito vt te diabolus nõ
inueniat otioſum. Facilius enim diabolus occupat il-
los, quos in bono opere non inuenit occupatos. Nam
immundus ſpiritus cum inuenit domum vacantem, ſci-
licet per acediam, aſſumit alios ſeptem ſpiritus ne-
quiores ſe, id eſt vniuerſa vitia, et ingreſſi habitant
ibi, vt dicitur in Matthæo. Sexto comparatur otioſus Mat. 12. g
et piger Letargico, qui moritur dormiendo, ſicut Siſa-
ra, de quo dicitur: quòd ſoporem morti ſociãs, defecit, Iud. 4. d
et mortuus eſt. Et ſicut vulgo dicitur, ꝙ nimis fortiter
C et profunde dormit, qui culcitrã ſibi furari permittit:
ſic piger nimis oppreſſus eſt ſomno acedię, qui permit-
tit ſibi furari culcitram, id eſt quietẽ bonæ conſcientię.

Damna acediæ ſunt ſpecialiter ſeptẽ: Primum eſt Dãna, quæ infert Acedia ſeptem.
paupertas, quæ facit hominẽ egentẽ tam corporaliter,
quàm ſpiritualiter. Ideo dicitur in Prouerbijs: Egeſta-
tem operata eſt manus remiſſa. Et in Matthæo dicitur Prou. 10. a
de ſeruo pigro: Tollite ab eo talentum. Quia vere talen- Mat. 25. c
tum gratiæ meretur amittere, qui illud negligit multi-
plicare. Secundum eſt vilitas, facit enim acedia homi-
nẽ vilem. Vnde dicitur in Eccleſiaſtico: In lapide lu- Eccli. 22. a
teo lapidabitur piger. Lapis lutens poteſt dici peccatũ
D immundũ, ad quod acedia facit hominẽ pronum. Ter-
tium eſt timor, vel puſillanimitas: facit enim hominẽ
pauidum et puſillanimem ad modũ leporis. Vnde dici-
tur in Prouerbijs: Timor deijcit pigrum, ſcilicet de ca- Prou. 18. b
cumine virtutis. Quartũ eſt ſpiritualis corruptio. Cor-
rũpitur enim ad inſtar aquæ nõ motæ. Ideo dicit Hie-
remias: Moab nõ eſt trãsfuſus de vaſe in vas. Moab in- Hier. 48. b
terpretatur acedioſus, qui de vaſe in vas nõ eſt transfu-
ſus, quia in bonis operibus nõ eſt occupatus. Quintum
eſt vitiorum accumulatio. replet enim acedia hominẽ
vniuerſis vitijs. Nã dicitur in Prouerbijs: Per agrũ ho- Prou. 24. d
minis pigri tranſiui, & ecce totũ repleuerãt vrticæ. Vr-
E tica rectè figurat acediam. nã vrtica habet molle foliũ,
ſed in folio habet aculeũ pungitiuum: ſic acedia ad mo-
dum vrticæ, habet in mollitie remiſſionis aculeum pũ-
gitiuæ tentationis. Sicut aſinus libenter paſcitur huiuſ-
modi pungitiuis, id eſt cardonibus: ſic piger libẽter pa-
ſcitur huiuſmodi pũgitiuis, id eſt delectationibus per-
uerſis, quaſi aculeatis. Sextum eſt exprobrabilis accu-
ſatio: facit enim acedia hominẽ exprobratione dignũ.
Vnde dicitur in Prouerbijs: Vſquequo piger dormies? Ibidem.
Et ideo ad cõfuſionẽ ſuæ negligentiæ, immittitur otio-
ſus in ſchola formicæ ad diſcendum. Iuxta illud quod
ſcribitur in Prouerbijs: Vade ad formicam ô piger. Et Prou. 6. a
F ſatis eſt homini magna confuſio, quòd oporteat eum
addiſcere a tam paruo & deſpecto magiſtro.

Et nota, quòd pigritia vel negligẽtia eſt præcipue re- Pigritia in decem caſibus eſt reprehenſibilis.
prehẽſibilis in decẽ caſibus. Primo quando eſt magnũ
iter, & tẽpus breue. ſic nos habemus magnũ iter, ſcilicet
vſque ad cęlũ. Iuxta quod dictũ eſt Elię: Grandis enim
reſtat tibi via, & tẽpus eſt valde breue, ſcilicet vita no- 3. Reg. 19. b
ſtra, quę eſt quaſi trãſitus vmbræ, vt dicitur in libro Sa-
pientiæ. Secundo eſt reprehẽſibilis negligentia, quãdo Sap. 2. b
quis expectatur a magiſtris, & pigritat venire: ſic nos
periculoſe pigritamus, qui expectamur ab angelis, & sã-
ctis. Tertio quãdo quis vocatur ad magna: ſic nos pigri-
tari eſt periculoſum, quia vocamur ad magna, ſcilicet
ad regnum cælorum. Quarto quando multa impedi-

menta ſunt in via: ſic nos nullo modo debemus pigri eſſe, quia viam noſtram impediunt tentationes diuerſæ. Quinto quando res impignorata non redimitur in termino: ſic nobis periculoſum eſt ſi negligamus animam redimere, quæ eſt impignorata diabolo per peccati delectationem. Sexto quando præſcriptio eſt prope terminum ſuum: ſic nobis eſt valde periculoſum, cum diabolus præſcripſerit hominem ſeu animam per peccata multo tempore, ſi non inquiratur eius præſcriptio, ſcilicet lacryma, confeſſione, & oratione, & hoc ante terminum præſcriptionis ſcilicet ante diem mortis, quia dicitur in Eccleſiaſtico: Ante mortem confitere. *Eccli. 17. d* Et iterum: Viuus & ſanus confiteberis. *Ibidem.* B Septimo quando quis cecidit in turpem locum. Turpis enim locus in quem cecidimus eſt peccatum, quod eſt quid turpiſſimum, & ideo non debemus eſſe pigri ad ſurgendum. Octauo quando magnum donum offertur. Hoc donum eſt diuina gratia, & ſi illud negligimus accipere, hæc negligentia eſt valde periculoſa. Nono, quando quis eſt in magno periculo, niſi ei ſuccurratur, eſt valde periculoſum ei: ſic negligentia valde periculoſa eſt homini pigro, niſi cito animę ſuccurrat, quæ eſt in periculo infernalis præcipitij. Decimo quando tempus eſt plantandi arbores, & non plantantur: putandi vineas, & non putantur: ſeminandi agros & non ſeminantur: C metendi meſſes, & non metuntur: domandi animalia, & non domantur: curandi vulnera, & non curantur: lauandi veſtes, & non lauantur: ſaliendi carnes, & non ſaliuntur. In omnibus iſtis valde periculoſa pigri negligentia, & merito ſunt reprehenſibiles, qui in iſtis ſpecialiter ſunt negligentes. Eſt enim modo tempus ad omnia prædicta ſpecialiter facienda: nunc enim eſt tempus plantandi per charitatis radicationē, putandi per peccatorū confeſſionem, ſerendi per eleemoſynarum largitionem, metendi per bonorum operū accumulationem, domandi animalia per carnis mortificationē, curādi vulnera per pœnitentię medicationē, D lauandi veſtes per lacrymarū effuſionē, ſaliendi carnes per continētiæ ſatisfactionē. Hæc enim decē prędicta ſūt, quę oportet fieri cito, vt dicitur in Apocalypſi. *Apoc. 1. a*

Filiæ acediæ quindecim. FILIÆ acediæ ſunt quindecim. Tepiditas, mollicies, ſomnolentia, otioſitas, dilatio, tarditas, negligentia, imperſeuerantia, remiſſio, diſſolutio, ignauia, indeuotio, triſtitia, tædium vitæ, deſperatio. Hæc quindecim peccata quæ naſcuntur ex acedia, figurantur per quindecim cubitos, quibus aſcēdit aqua diluuij ſuper montes vniuerſos. *Gen. 7. d* Sicut enim aqua diluuij ſubmerſit mūdum, ſic acedia ſuffocat otioſum. Et ſicut tunc quindecim cubitis ſuper omnes montes effluxit aqua: E ſic ex acedia quindecim generantur peccata. *Remedium contra acediam.* Ideo nota quòd contra prædicta peccata, ſummum remedium eſt diuerſitas occupationum.

De Gula. Cap. VIII.

GVla eſt immoderatus appetitus edendi, & potandi. De gula nota ſpecialiter tria, ſcilicet typum reprobandū, damnū lamētandum, & partū deteſtandū.

Gulæ comparationes octo. GVLA multis rebus deteſtabilibus comparatur. Primo eſt ſquinantiæ ſimilis, nam ſquinantia eſt morbus gutturis, & cito ſuffocat hominem: ſic gula, quæ ad literam eſt gutturis vitium, F faciliter ſtrangulat hominē per peccatum. *Eccli. 37. d* Vnde dicitur in Eccleſiaſtico: Propter crapulam multi obierunt: morte quadruplici, ſcilicet morte naturæ, culpæ, infamiæ, & gehennæ. Secundo comparatur morbo regio, nam ille morbus requirit magnas expenſas, & inde dicitur regius, quia ſoli reges & homines potētes, poſſunt ſpecialiter ſufficere ad expenſas tā grandes: ſic gulę vitium eſt tā magnarū expenſarum, quòd vix poteſt ei aliquid ſufficere. Nā dicitur in Eccleſiaſte: *Eccles. 6. b* Omnis labor hominis eſt in ore ſuo id eſt, quidquid ex labore acquirit, ore ſuo gulose conſumit. Tertio comparatur boliſmo nam boliſmus eſt caninus appetitus, qui interficit hominē guloſum, quia non poteſt ſatiari: ſic gula male dicta, ad modum appe- A titus canini interficit guloſum, qui nunquam poteſt ſatiari. Vnde dicitur in Prouerbijs: Venter impiorū inſatiabilis. *Prou. 13. d* Quarto comparatur guloſus ſacco pertuſo vel perforato in fundo, qui quantūcumque ex vna parte accipit, tantum ex altera parte perdit: talis ſaccus eſt guloſus homo, qui ex vna parte habet coquinam ad implendū ventrem, & ex altera latrinā ad euacuationē. Et ſatis eſt miſer homo, qui ſemper eſt deditus tā vili officio. Vnde dicitur: Qui mercedes congregauit, & miſit eas in ſacco pertuſo. *Aggæi. 1. b* Quinto guloſus comparatur porco, nam porcus eſt animal deditum gulæ. diabolus autem nutrit & impinguat porcos & Bachones ſuos, ſcilicet guloſos, B & poſtea ad fumum inferni ponit eos, vt in æternum deuoret & paſcatur. Vnde dicitur in Matthæo: Si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos, id eſt in guloſos. *Matt. 8. d* Sexto cōparatur gula freno. nā ſicut ſeſſor ducit equum quocūque voluerit, poſtquā ipſum infrenauit: ſic gula ducit guloſum ad omne peccatū, ex quo homo vitio gulæ infrenari ſe permittit. Ideo de guloſo dicitur in Pſalmo: In chamo & freno maxillas eorū cōſtringe. *Pſal. 31. c* Septimo guloſus cōparatur Eſau, qui pro cibo lēticulæ *Gen. 25. d* vendidit primogenita ſua: ſic guloſi pro gula vendunt præmia æterna. Nā dicitur in Threnis: Dederunt quæque pretioſa pro cibo. *Thren. 1. d* Octauo comparatur piſci et aui, C nam ſicut piſcis per guttur capitur cum hamo, et auis per collū cum laqueo tenetur: ſic guloſus per guttur, et collum capitur gulæ vitio. Et præcipue inter aues, guloſus ſimilis eſt auibus pinguibus propter tria ſpecialiter. Primo quippe quia auis pinguis non poteſt multū alte volare: ſic guloſus, nec cæleſtia deſiderare. Itē auis pinguis, ſicut ſunt coturnices, in vindemijs quādo ſunt bene pingues, de facili capiuntur ab accipitre: ſic homines dediti gulæ, facile vincūtur a tētatione. Item ſicut auis pinguis, ſcilicet accipiter, quādo eſt bene ſatur, non vult venire ad manū Domini, quantūcumque ſibi oſtēdantur carnes: ſic guloſi fugiunt manus Dei, quantūcumque D oſtēdat eis carnes rubeas, ſcilicet benedictæ paſſionis Chriſti. Nā in Deuteronomio dicitur de guloſo: Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deū factorem ſuū. *Deut. 32. b* Comparatur guloſus cani, qui ducit cęcū in lutum. Nam canis ducens cęcum, propter id quod videt in luto, ducit cæcum in lutum: ſic gula ducit guloſum in lutum, ſcilicet in immunditiam peccati. Et ideo ſuadet ſapiens: Poſt concupiſcentias tuas non eas. *Eccli. 18. d*

Damna gulæ ſex. DAMNA gulæ ſunt ſpecialiter ſex. Primum eſt mentis brutalitas quantum ad rationis defectū. Nam dicit Petrus: Hi, ſcilicet guloſi, ſunt velut irrationabilia pecora. *2. Pet. 2. e* et etiam quātum ad defectū compaſſionis, nulla E enim compaſſione mouetur guloſus ad pauperē, et afflictū, ac ſi eſſet animal brutū. Vnde dicitur in Amos: Bibentes vinum in phiala, nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph, id eſt pauperis. *Amos 6. b* Exemplū de diuite epulone, qui nō eſt compaſſus Lazaro, cui tamen compatiebantur canes, eius vlcera lingendo. *Luc. 16. e* Secundum eſt corporis infirmitas. Nam dicitur in Eccleſiaſtico: In multis eſcis non deerit infirmitas, et etiā mors triplex, *Eccli. 37. d* ſcilicet naturę, culpę, et gehennę. Tertium eſt oris loquacitas, ſicut patet de Herode, qui in conuiuio temere promiſit, et iurauit ſaltatrici puellę, ſe daturū quidquid peteret, et ad petitionē eius precepit amputari caput Ioannis Baptiſtę, vt dicitur in Marco. F *Mar. 6. c. d* Quartum eſt inopia rerū, exemplum de filio prodigo, qui diſſipauit omnia bona ſua, quouſque fuit ita pauper, quòd cupiebat de ſiliquis porcorū ſatiari, quę idē ſunt quòd furfur ſecundū aliquos, et ſecūdū alios cortices fabarū. Quintū eſt carnis luxuria, nam ex vicinitate membrorū, ſcilicet ventris, et genitaliū, intelligitur confœderatio vitiorum. Ideo dicit Ieremias: Saturaui eos, et mœchati ſunt. *Ierem. 5. b* Sextum eſt cordis ſtultitia. Vnde dicitur in Prouerbijs: Quicumque his delectatur, non erit ſapiens. *Prou. 20. a* et Oſeas dicit, quòd vinum et ebrietas auferunt cor. *Oſee 4. c*

FILIÆ gulæ ſunt duæ, ſcilicet caſtrimargia, & ebrietas. Caſtrimargia eſt exceſſus in cibo: Et dicitur a caſtro & mergo, ideo quòd omnia mergit in

Caſtro ventris. Ebrietas eſt exceſſus in potu: & dici-
tur ebrietas, quaſi extra briã. Nam bria dicebatur an-
tiquitus calix vel poculum, qui erat menſura potus, nã
vinum dabatur ad menſuram. Et iſtæ duæ filiæ ſunt
Prou.30.b illæ filiæ, de quibus dicitur in Prouerbijs: Sangui-
ſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer. Sangui-
ſuga dicitur venter, quia ad modum ſanguiſugæ citius
Bern. in A- obruitur quàm ſatiatur, vt dicit Bernardus. Huiuſ-
pol. ad Gu- modi ergo ſanguiſugæ ſcilicet ventris duæ ſunt filiæ,
ſelm. abb. ſcilicet gaſtrimargia & ebrietas, dicentes, Affer.
poſt med. Nam gaſtrimargia dicit, affer cibum: ebrietas dicit,
affer potum. Vna vult aliquantulum comedere poſt
potum: & alia aliquantulum bibere poſt cibum. Et
ſic in infinitum.

De Luxuria. Cap. IX.

LVxuria eſt immoderatus appetitus ſecundum ta-
ctum. De luxuria nota ſpecialiter tria, ſcilicet quòd
habet typum odioſum, damnum remorſiuum, & par-
tum pernicioſum.

Luxuriæ cõ- LVXVRIA habet multas figuras deteſtabiles, &
parationes ſimilitudines odioſas. Primo enim comparatur gehen-
nouem. næ: nam in gehenna ſunt ſpecialiter tria, ſcilicet ignis
ardens, vermis rodens, & ſulphur fœtens: ſic in pec-
cato luxuriæ eſt ignis concupiſcentiæ, vermis, ſcilicet
remorſus conſcientiæ, & ſulphor, ſcilicet fumus infa-
miæ. Et ideo qui eſt in peccato luxuriæ, iam quodam-
modo eſt in ſupplicio gehennæ. Vnde dicitur in Mat-
Mat.5.e thæo: Expedit tibi, ſcilicet ò luxurioſe, vt pereat vnum
membrum, ſcilicet illud viliſſimum, & innominandũ,
quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Se-
cũdo comparatur luxurioſus fatuo mercatori, qui rem
pretioſam dat pro vili pretio: ſic luxurioſus dat pro vi-
li pretio, ſcilicet pro peccato. Vnde dicitur in Prouer-
Prou.6.c bijs: Pretium ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem
pretioſam animam viri rapit: & facit magnam iniuriã
iſte fatuus mercator Chriſto, qui cariſſime emerat
animam eius. Debuiſſet enim dixiſſe diabolo, qui emit
animas ad tam vile pretium: Non poſſum tibi vendere
animam meam, quia alius, ſcilicet Chriſtus ſuos maio-
ri pretio emit eam. Iuxta illud quod dicit Apoſtolus:
1.Cor.6.d Empti enim eſtis pretio magno. Iſte enim fatuus mer-
cator, ſcilicet luxurioſus, qui ita magnum forum fecit
de mercibus ſuis, non eſt mirum ſi cito amiſit capitale
ſuum. Et ideo inter omnes peccatores, luxurioſus ve-
niet ad iudicium pauperrimus. Nã ipſa vendidit & de-
ſtruxit quidquid habebat, ſcilicet Deum & ſanctos,
animam, famam, gloriam, ſubſtantiam, & gratiam.
Tertio comparatur luxurioſus coruo, qui cadaueribus
Gen.8.a adhæſit, vt dicitur in Geneſi: ſic facit luxurioſus quia
dimiſſa arca continentiæ, & caſtitatis, adhæret cadaue-
ribus, id eſt delectationibus immundis. Quarto luxu-
rioſus comparatur fatuo bellatori, ſcilicet inermi, qui
vix cauet hoſtem ſuum, quãdo ipſum melius videt ar-
matum. Arma nãque diaboli ſunt mulieres, illæ enim
ſunt baliſtę diaboli de longe infigentes. Tunc enim fa-
tuus eſt luxurioſus, qui non curat hoſtem ſuum fuge-
re, ſed attendit pulchritudinem baliſtæ. Similiter mu-
lier compta & pulchra cum ſuis ornamẽtis, eſt gladius
diaboli bene ſcindens, & bene limatus. Luxurioſus eſt
tantum infatuatus, & attentus circa pulchritudinem
iſtius gladij, quòd non curat fugere ictum inimici ſui.
Similiter mulieres ſunt caſtra in quibus diabolus po-
nit vexilla, id eſt diuerſa paramenta. Luxurioſus nimis
appropinquat ad caſtrum vbi videt arma diaboli: quia
non cauet, percutitur & iaculatur, tãtum tactus eſt pul-
chritudine vexillorum. Vnde bene figuratur luxurio-
Iud.9.g ſus per Abimelech, de quo dicitur: Quod veniẽs ad op
pidum Abimelech, appropinquauit ad turrim, & ecce
vna mulier fragmen molæ deſuper caput eius iaciens,
confregit caput eius, cerebrumq. effudit. Abimelech
iſte nimis appropinquãs ad turrim, eſt homo luxurio-
ſus, incaute appropinquãs ad mulierem. Fragmen mo-
læ quod mulier iecit, & Abimelech interfecit, eſt tẽta-

A tio quæ a muliere procedit, & miſerũ luxurioſum in-
terficit. Quinto comparatur luxuria ſagenæ. nam ſage-
na omne genus piſcium capit, nec facit aliquã differen-
tiam, ſed quidquid inuenit apprehendit: ſic peccatum
luxuriæ fere totum mundum inuoluit. Nam dicitur de *Abach.1.d*
diabolo, qui piſcatur, cum hac ſagena: Totum in hamo
ſubleuauit, totũ traxit in ſagena ſua. Sexto comparatur
luxuria igni Græco. Ignis enim Græcus horribiliter ar-
det, & aquas comburit, et vix poteſt extingui: ſic ignis
luxuriæ, etiam in frigidis et mortificatis ardet, et fere
omnia deuorat. Nã dicitur de luxuria: Ignis eſt vſque *Iob 31.b*
ad conſumptionem deuorans. Et in Ioel: Ignis, ſcilicet *Ioel 1.d*
B luxuriæ, comedit ſpecioſa deſerti, id eſt pulchros viros
et mulieres huius mundi. Et nota, quòd ignis iſte Græ-
cus cõſueuit extingui cum duobus, ſcilicet cũ arena, et
cũ aceto: quia luxuria habet iſta duo magna remedia,
arenam, id eſt conſiderationem infructuoſitatis huius
mundi, et acetum, id eſt acrimoniam, et auſteritatẽ pę-
nitentiæ. Septimo cõparatur luxurioſus equo. nam
equus nihil valet ſine calcaribus et freno: ſic homo niſi
habeat frenum continentiæ cum calcaribus pęnitẽtiæ,
efficitur inutilis ad modum equi non frenati, propter
luxuriæ laſciuiam. Ideo dicitur in Pſalmo: Nolite fieri *Pſ.31.c*
ſicut equus et mulus, *et c.* Octauo comparatur luxurio-
C ſus naui, quę a nauta ſine vllo gubernatore ducitur, ſed
ſolum aquę fluxum ſequi permittitur. Iuxta illud quod
vulgo dicitur: Qui vadit ad votum ſuum, vadit ad do-
lorem ſuum. Nauis enim numquam per ſe ad portum
ducitur, niſi recte a nauta ducatur, vel regatur. Caro
noſtra eſt nauis, et ſpiritus eſt nauta: ſed numquam ca-
ro veniet ad portum ſalutis, niſi a ſpiritu ducatur gu-
bernaculo virtutis: immo ſequeretur fluxum aquæ, id
eſt impetum luxuriæ, et tandem præcipitaret hominẽ
in mare Oceanum damnationis æternæ. In figura hu-
ius dicitur in Matthæo, quòd nauicula operiebatur flu- *Mat.8.c*
ctibus: quia vere caro noſtra mergeretur fluctibus ten-
D tationis, niſi adeſſet auxilium diuinæ virtutis. Nono cõ
paratur luxuria ſtercori, et luto propter vilitatem, nam
ſicut porcus fouetur in luto, et equus iacet in proprio
fimo: ſic luxurioſi perſeuerantes interdum moriuntur
in proprio peccato. Et ideo dicitur in Ioele: Compu- *Ioel 1.d*
truerunt iumenta in ſtercore ſuo. Super quo dicit bea-
tus Gregorius: Iumenta in ſtercore ſuo putreſcere eſt *Greg. hom.*
luxurioſum in fœtore luxuriæ vitam finire. *10. in Euã*
DAMNA luxuriæ ſunt ſex. Primo enim hominẽ du- *gel. poſt me-*
cit ad maximã paupertatem, aufert ſiquidem gloriam *diũ. et in*
et gratiam, et propriam ſubſtantiã. Vnde dicitur, quòd *Pſ. 4. pen.*
filius Prodigus, per quem luxurioſus figuratur, diſſipa- *expon. ver.*
E uit ſubſtantiam ſuã in meretricibus, viuendo luxurioſe. *Pſ. Benigne*
Secũdo deijcit in peſſimã ſeruitutem, facit enim quòd *fac Domi-*
turpior et vilior pars quæ eſt in homine, dominatur ei. *ne, &c.*
Hæc ſeruitus figuratur per ſeruitutẽ Aegypti, quæ erat *Luc.15.c*
ſeruitus luti et lateris, vt dicitur in Exodo: per quam be *Exod. 1.a*
ne intelligitur luxuria, quæ eſt ſeruitus lutoſæ delecta-
tionis. Tertio proijcit hominẽ in maximam vilitatem:
quia hominem, qui ſimilis eſt Deo & Angelis, facit eſſe
parem brutis. Vnde dicitur in Pſalmo: Homo cũ in ho- *Pſal.48.c*
nore eſſet, non intellexit, ſcilicet quòd ad imaginẽ Dei
creatus ſit: comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſi-
milis factus eſt illis. Quarto luxuria priuat hominẽ om
F ni ratione, ſicut animalia bruta turpiter infatuat. ſicut
patet in Salomone, qui tantæ fuit ſapientiæ, & tamẽ de *3.Reg.11.a*
ipſo dicitur, quòd deprauatũ eſt cor eius propter mu-
lieres. Quinto hominẽ acriter mortificat. occidit enim
triplici morte, ſcilicet morte culpæ, morte infamiæ,
morte gehennæ. Et ideo dicitur in Eccleſiaſte: In- *Eccles.7.d*
ueni amariorem morte mulierem. Mors enim na-
turæ ſimplex eſt, et tranſitoria: ſed mors luxuriæ
multiplex eſt & ſempiterna. Sexto hominem forti-
ter illaqueat. vnde dicitur etiam in Eccleſiaſte de *Ibidem.*
muliere: Laqueus venatorum eſt, id eſt dæmonum, qui
venantur animas peccatorum: ſagena cor eius, vincu-
la ſunt manus illius. Et nota hic de muliere triplex
genus capturæ, ſcilicet, laqueum quo capiuntur vo-

latilia, ſagenam qua capiuntur natatilia, & vincula quibus capiuntur animalia ſilueſtria & terreſtria. Luxuria vero capit volatilia, id eſt ſuperbos: natatilia, id eſt delicioſos: & animalia terreſtria, id eſt auaros, & ſic ſere nihil ſibi euaditur.

Filiæ luxuriæ quinque

FILIÆ luxoriæ ſunt quinque ſcilicet fornicatio, quæ eſt cum muliere ſoluta: adulterium, quòd fit cum coniugata: ſtuprum, quod eſt cum virgine, vel religioſa: & inceſtus, qui eſt cum affine, vel conſanguinea: & peccata contra naturam. De iſtis quinque filiabus habetur in figura in quarto Regum: vbi dicitur quòd quarta pars cabi ſtercoris colombarum, quinque argenteis vendebatur. Stercus columbæ quæ eſt auis luxurioſa, figurat immunditiam luxuriæ. Quinque argentei quibus ſtercus emitur, vel venditur, ſunt iſta quinque peccata, quibus delectatio luxuriæ procreatur. Et bene quarta pars ſtercoris emitur quinque argenteis, quia cum quattuor ſint in peccato luxuriæ, ſcilicet cogitatio, delectatio, conſenſus, & operatio, vnum ſolum de iſtis, ſcilicet delectationem, id eſt, quartam partem peccati præcipue emit, & procurat luxurioſus. Ab his omnibus vitijs ſupradictis nos clementer abſoluat, & potenter eripiat, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Amen.

4. Reg. 6. e

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS SECVNDVS

De Pœnitentia, & eius partibus.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De Pœnitentia in communi.	*Cap.*	*I.*
De contritione.	*Cap.*	*II.*
De confeſſione.	*Cap.*	*III.*
De ſatisfactione.	*Cap.*	*IV.*
De oratione.	*Cap.*	*V.*
De ieiunio.	*Cap.*	*VI.*
De Eleemoſyna.	*Cap.*	*VII.*

De Pœnitentia in genere. *Cap. I.*

POST tractatum de vitijs, ſequitur tractatus, de pœnitentia, quæ eſt prima diæta ſalutis, ſcilicet a peccatis ad pœnitentiam peruenire. Et nota primo de pœnitentia ſpecialiter tria, ſcilicet laudes multiſarias, partes neceſſarias, & partes meritorias. Vel per alia verba: laudes eius figurales, eius partes integrales, et virtuales. Laudes eius monſtrat multiplex eius figura, & comparatio. Partes eius integrales ſunt, contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Partes eius virtuales ſunt ieiunium, eleemoſyna, & oratio.

Pœnitentiæ laudes, & triplex eius comparatio

HABET igitur pœnitentia laudes multiplices, ſecundum diuerſas ipſius figuras, & comparationes. Comparatur autem primo ſpecialiter tribus. Eſt enim pœnitentia ſicut aqua calida contra canes, ſicut clamor contra fures, ſicut arma contra hoſtes. Eſt itaque pœnitentia ſicut aqua calida contra canes, & maxime quantum ad cōtritionem. Sicut enim cum aqua calida eijcitur canis de coquina: ſic cū aqua lacrymarum feruentium, eijcitur diabolus & peccatum de anima. In cuius figura dicitur in Geneſi: Anna inuenit aquas calidas primo in deſerto. Anna qui interpretatur donatus, vel ſanctificatus, ſignat pœnitentem: aquæ calidæ, id eſt lacrymæ, monſtrant pœnitentis contritionem: ſolitudo vero in qua aquæ calidæ inueniūtur, deſignat

Gen. 36. e

A vitam ſolitariam pœnitentis ſeu mundificationem, vel meditationem. De qua Ambroſius: Lacrymæ lauant delictum, quod voce pudor eſt confiteri. Iſte eſt Anna, qui inuenit aquam calidam, cum paſceret aſinos patris ſui ſacerdotis. Comparatur autē pœnitens arbori, cuius radix eſt contritio, frondes confeſſio, & flores ſancta deuotio, fructus bona opera, humor gratiæ diffuſio. Vel dicuntur pœnitentes radicati in Chriſto per humilitatem, extenſi per charitatem, operti cortice per auſteritatem, dantes vmbram alijs per bona exempla, & cōſilia. Vnde dicitur in Apocalypſi: Nolite nocere terræ, & mari neque arboribus. Hæ arbores

Amb. li. 10. com. in Luca cap. 22. verſ. ſi. 10. 3 & ſerm. in fer. 2. hebdom. Sāctæ. qui eſt 48. de temp. to. 5.

Apoc. 7. A

B ſunt oliua, vitis, & ficus. Oliua, actiui miſericordes: ficus, contemplatiui clauſtrales: vitis ſancti Prædicatores. Et in libro Iudicum dicitur quòd ficus noluit regnare ſuper ligna ſiluarum, id eſt ſuper homines infructuoſos. Eſt etiam pœnitentia ſicut clamor contra fures quantum ad confeſſionem. Nam ſicut ad clamorem fugiunt fures: ſic pœnitantis clamoſa confeſſio, vel oratio, fugat dæmones. Vnde in figura huius dicitur in libro primo Machabæorum, quod timore Iudæ, qui interpretatur confeſſio, repulſi ſunt inimici eius. Eſt inſuper pœnitentia ſicut arma contra hoſtes, maxime quantum ad ſatisfactionem: nam ſatisfactio

Iudic. 9. b

1. Mach. 4. e

C pœnitentis ſicut ieiunium, & eleemoſyna ſunt quædam pœnitentis arma. Nam dicit Apoſtolus: Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed, ſupple, carnem macerantia. De eleemoſyna dicitur in Eccleſiaſtico: Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam pugnabit aduerſus inimicum tuum. Item pœnitentia eſt turbatiua inſtar maris, accenſiua inſtar ignis, & concluſiua inſtar ſepis. Eſt itaque pœnitentia ſicut quædam maris turbatio. Nam ſicut mare non emittit immunditias niſi ſit turbatum: ſic anima mea non emittit peccatum, niſi in ſe habeat pœnitentiæ, & contritionis conturbationem & motum. Vnde de pœnitentia dicitur in

2. Cor. 10. a

Eccli. 29. e

D Threnis: Magna eſt velut mare contritio tua. Eſt etiam pœnitentia ſicut quædam ignis accenſio. Nam ſicut ignis producit fumum de viridibus lignis, ſic virtus pœnitentiæ de peccatoribus educit fumum contritionis: & ſicut ligna viridia reddunt aliquem humorem per virtutem ignis, ſic peccatorum oculi, eructant virtute pœnitentiæ humorem lacrymoſæ compunctionis. Nam dicitur in Pſalmo: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Et ſicut ligna viridia, quæ ſunt bene accenſa, fortius ardent, vel caleſiunt: ſic peccatores pœnitentes qui ſunt igne pœnitentiæ vehementer accenſi, fortius diligunt, ſicut patet in Luca, vbi dicit Saluator: Cui multum dimittitur, multum diligit. Sed ſunt multi qui non inueniunt ignem, ſed aquam craſſam, vt dicitur in ſecundo Machabæorum. Tales ſunt qui cogitant vitam ſuam præteritam, non ad contritionem ſed ad delectationem. Eſt item pœnitentia ſicut quædam ſepis concluſio. Nam agricola cum eiſdem ſpinis quas extrahit de vinea, claudit vineam contra porcos, & beſtias: ſic pœnitens cogitando peccata ſua, debet claudere & munire cor ſuum, contra tentationes beſtiales & immundas. Hæc eſt ſepes, de qua dicit ſapiens: Vbi non eſt ſepes, diripietur poſſeſſio. Quia vere vbi non eſt ſepes pœnitentiæ, quæ animam claudit contra recidiuum, facile dirumpitur poſſeſſio virtutum.

Thren. 2. d

Pſal. 118. r

Luc. 7. g

E (B)

2. Mac. 1. e

Eccli. 36. d

F

Item pœnitentia eſt diſcrete imponenda, deuote aſſumenda & perfecte adimplenda. Eſt enim pœnitentia diſcrete imponenda. Nam ſicut virus ſerpentis vitam conſeruat, ſed homini mortem propinat: & ſicut ignis aurum probat, & virgulta incinerat: et ſicut talpa moritur in luce, et ſub terra viuit: et ſicut ignis, quem cetera animalia timent, ſalamandram nutrit: et ſicut homo ſub aqua moritur, vbi piſcis delectatur. Sic eadem pœnitentia non omnibus eſt imponenda, vel iniungenda, nec contra omnia peccata, ſed diuerſis diuerſa. Nam ſacerdos debet diſcernere inter pœnitentiam et pœnitentiam, et culpam, et culpam: ſicut

Pœnitentia imponenda diſcrete, aſſumēda deuote, & implenda perfecte.

Documēta pro confeſſoribus, & pœnitētibus

cut ex lege Domini debebat ſacerdos, ex mandato Domini diſcernere inter lepram & lepram, vt dicitur in *Leuit. 13. & 14.* Leuitico. Eſt etiam pœnitentia deuote aſſumenda. Sicut enim miles non recuſat onus, vel pondus armorū: ſic pœnitens non debet recuſare onus pœnitentiarum. Et ſicut auis non recuſat onus pennarum, nec peregrinus onus baculi, nec equus onus quadrigæ: ſic pœnitens non debet recuſare onus pœnitentiæ. Vnde ille bonus pœnitens Dauid comparat ſe iumento, cum di- *Pſal. 72. d* cit in Pſalmo: Vt iumentum factus ſum apud te. Eſt inſuper pœnitentia perfecte adimplenda, vt non ſolum pœnitens peccatum vitet, ſed peccati recidiuum, & importunitates omnes, quaſi quaſdam radices & ger- B mina peccatorum. Sicut enim herba falcata reuiuiſcit, ſed eradicata non: ita peccata de facili pullulant, ſi non *Aug. lib. de Eccles. dog. c. 54. to. 3.* fuerint, radicitus euulſa. Ideo dicit Auguſtinus: Pœnitentia eſt cauſas peccatorum excidere, & eis aditum non indulgere. Item bonus & perfectus pœnitens fugit diabolum, ſequitur Chriſtum, ſpernit mundum, & appetit cælum. Pœnitens itaque perfectus fugit diabolum, & currit ad latibulum pœnitentiæ. Sicut enim auicula ponit ſe inter ſpinas, vt poſſit accipitrem euadere: et eadem ratione, ſicut lilium inter ſpinas creſcit *Cant. 2. a* valde bene, vt dicitur in Canticis: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias ſpinæ. Spinæ ſiqui- C dem quibus lilium clauditur, prohibent ne lilium tangatur. Per hunc modum ſpinæ pœnitentiæ cuſtodiunt animam inſtar auiculæ a prædali accipitre: inſtar lilij ab omni tactu delectationis immundæ. Bonus pœnitens ſequitur Chriſtum, & imitatur. Nam certe pœnitentia fuit via, qua Chriſtus ambulauit. Vnde poſt baptiſmum ſtatim intrauit deſertum, vt dicitur in Lu- *Luc. 4. a* ca. Pœnitentia etiam fuit prima doctrina, quam Chri- *Mat. 4. c* ſtus prædicauit, vt habetur in Matthæo. Pœnitens igitur ſi eſt bonus diſcipulus, libenter intrat cum Chriſto pœnitentiæ deſertum, contra ſimulatos pœnitentes, qui ad modum vſurarij volunt eſſe diſcipuli Chriſti. Sicut D enim vſurarius vult eſſe illius ſocius, cui mutuat pecuniam in lucro, & non in damno: ſic multi vellent ſequi Chriſtum in proſperis & non in aduerſis: vellent cum Chriſto regnare in cælo, ſicut filij Zebedæi, & non cum ipſo certare in ſtadio. Vnde dictum eſt eis *Mat. 20. c* illud: Neſcitis quid petatis. Pœnitens nihilominus ſpernit mundi proſpera, contra aliquos, qui ſunt quaſi ſimia, quando inuenit nuces nouas, & recentes, propter exterioris corticis amaritudinem, iudicat nucem eſſe amaram & ſpernit nucleum interiorem: ſic a multis repudiatur pœnitentia, quia videtur carni amara. *Hebr. 12. c* Ideo dicitur: Omnis diſciplina in præſenti non eſt gau- E dij, ſed mœroris. Pœnitens inſuper appetit cælum, & ſicut puer rumpit veſtem veterem vt citius habeat nouam: ſic bonus pœnitens lacerat ſecum carnes, vt citius animæ ſuę acquirat ſtolam felicitatis æternæ. Vn- *Pſal. 29. e* de dicitur: Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.

De contritione. Cap. II.

NOta partes pœnitentiæ integrales, & nota quod pœnitentia habet tres partes ipſam virtualiter integrantes, ſcilicet contritionem cordis, confeſſionem F oris, & ſatisfactionem operis.

Cōditiones ſeptē veræ contritionis. NOTA de pœnitentia, primo quantum ad contritionem, quæ eſt pars prima pœnitentiæ. Nota, quòd contritio de peccatis ſpecialiter debet eſſe ſeptiformis. Nam debet eſſe moroſa & intenta non perfunctoria, ſolitaria non publica, integra non diminuta, ordinata non confuſa, propria non aliena, gemebunda non delicioſa, & iuſta non ſimulata. Et hæc ſeptem ſunt in *Iſa. 38. c* verſu: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et iſte verſiculus debet eſſe perpetuæ memoriæ illorum ſeptem, quæ vera contritio debet habere.

Primo enim vt dictum eſt debet eſſe intenta, non A perfunctoria. ideo dicit: *Recogitabo*. contra illos, qui veniunt ad confeſſionem incogitati de peccatis, quia nullam, vel modicam videntur habere ſolicitudinem, cum tamen hęc ſint maiora debita & maiora negotia, quæ homo habet, vel habere poſſit in hac vita. Iſta enim debita ſunt decem millium talentorum, vt dici- *Mat. 18. c* tur in Matthæo. Iſta enim ſunt negotia, pro quibus filius Dei mortuus eſt, & pro quibus congregabit Angelos de cælo, & ſanctos etiam homines de mundo, & omnes dæmones de inferno, vt dicitur in Matthæo. *Mat. 25. e* Bene autem eſt fatuus, qui de his maximis debitis & negotijs, numquam eſt ſolicitus, vt dicit ille bonus pœ- B nitens Dauid: Cogitabo pro peccato meo, nō dicit pro *Pſal. 37. d* nummo vt auarus, nec de cibo, vt guloſus, nec de luto vt immundus, nec de vento vt ſuperbus, nec de mendacio, vt verboſus: ſed de peccatis meis ero dolens, & ſolicitus. quia vulgo dicitur:

Quo dolor eſt dentis, verſatur lingua dolentis.

Secundo, contritio debet eſſe ſolitaria, non publica. ideo dicit, *Tibi*. quia debet eſſe ſolum in conſpectu Dei, iuxta illud: Meditatio cordis mei in conſpe- *Pſal. 18.* ctu tuo ſemper. Infirmus non conſueuit ſtare in platea, ſed in camera clauſa. & conſilia ardui negotij, non tractantur in publico, ſed in loco ſecreto. ideo dicitur: C Tu autem cum oraueris pro peccatis tuis intra cubicu- *Mat. 6. a* lum, ſcilicet cordis tui.

Tertio debet eſſe integra, non dimidia. Ideo dicitur: *Omnes*. modicum enim de liquore corrupto inficeret vas, ſi remaneret in illo. Ideo dicitur: Effunde *Thren. 2. f* ſicut aquam cor tuum. Bene autem dicit ſicut aquam, quia alius liquor vix poteſt bene effundi, quin ibi remaneat aliquid de colore, vel de odore, vel de ſapore. Videmus enim, quòd poſt effuſionem lactis remanet in vaſe color, poſt effuſionem vini, odor: poſt effuſionem mellis ſapor. Debet igitur pœnitens effundere non ſicut lac, ne ſcilicet remaneat color priſtinæ con- D uerſationis: nec ſicut vinum, ne remaneat odor prauæ imaginationis: nec ſicut mel, ne remaneat ſapor immundæ delectationis, ſed ſicut aquam perfectæ & integræ contritionis.

Quarto debet eſſe contritio ordinata, non confuſa. Ideo dicit, *Annos*. Annus namque diſtinguitur per quatuor tempora ſcilicet hiemem, ver, æſtatem, & autumnum. Debet igitur pœnitens annos, vel circulū vitæ ſuæ diſtinguere per tempora, vt ſua melius poſſit inuenire peccata, & præcipue debet inueſtigare peccator, ſi in vita ſua inueniat hiemem, & frigiditatem temporis, id eſt torporis, & acediæ: ver autem, id eſt hu- E miditatem corporalis laſciuiæ: et æſtatem, id eſt caliditatem indignationis et iracundiæ: et autumnum, id eſt ſiccitatem cupiditatis et auaritiæ. Hæc ſunt tempora, quibus diſtinguuntur anni peccatorum. De quibus dicitur: Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. *Pſ. 89. b* Aranea ſi quidem meditatur, et totum ſtudium ſuum ponit, vt ordinet telam vilem, et fragilem ad capiendum muſcas, talis eſt vita hominis fragilis et vilis, et ſolum muſcas capit, id eſt delectationes immundas. Vnde dicitur: Ipſi telas araneæ texuerunt. *Iſa. 59. a*

Quinto, debet eſſe contritio propria, non aliena, id eſt de peccatis proprijs, non alienis, propter hoc dicit, F *Meos*. Vix enim homo proſperatur, qui dimiſſis negotijs proprijs, ſolicitus eſt de alienis. Vnde dicit Saluator: Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me: ſed ſu- *Luc. 23. d* per vos ipſas flete. Et ſic vult Chriſtus, quòd numquā fleamus, vel plangāmus, mortem ſuam benedictam, quouſque luxerimus culpam propriam, nihilominus non habet gratum, quòd nos iudicemus culpam alienam, ſed ſicut vulgo dicitur: Quilibet plangit talam ſuam, id eſt damnum proprium. Iuxta illud Apoſtoli: Vnuſquiſque onus ſuum portabit. *Gal. 6. b*

Sexto, debet eſſe contritio gemebunda. Ideo dicit, *In amaritudine*, non in riſu. Riſus ſignum eſt mortis, quando infirmus ridet feruore infirmitatis, et maxime quando ægrotus affligitur et anxiatur, et viuaciter ſentit ægri-

tit ægritudinem ſicut criſim & terminum ſubſequentem. Vnde dicitur:
Iſa.38.d Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Contritio namque amara pro incurſu diuinæ offenſæ: amarior, pro damno ſupernæ patriæ: amariſſima, pro reatu pœnæ æternæ: Facit infirmum quieſcere, & cruciatum terminare, & ægrotam facit animam certicare.

Septimo, & vltimo, contritio debet eſſe intima, non ficta, vel ſimulata. Ideo dicit, *Anima mea*. Emplaſtrum enim debet poni ſuper locum doloris infirmi, ſicut collyrium ponitur ſuper oculum, nó in calcaneo. & ideo quia peccatum eſt morbus animæ, ipſa præcipue debet contritionem peccati ſentire. Vnde dicitur:
Ioel 2.c Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra: contra illos, quorum pœnitentia eſt in vultu, non in ſpiritu: in veſte, non in corde: cum Hypocrates noſter medicus Chriſtus animarum noſtrarum, doceat pœnitentem faciem lauare, veſtes componere, caput vngere,
Mat. 6. b & cor pungere, vt dicitur in Matthæo.

De confeſſione. *Cap. III.*

SEcundo, nota de pœnitentia quantum ad confeſſionem, quæ eſt ſecunda pars, eam virtualiter integrans.

Septē conditiones cōfeſſionis. Et eſt ſciendum, quòd ſeptem ſunt in confeſſione attendenda. Primo enim debet eſſe feſtina, non tarda, contra aliquos, qui quanto plus poſſunt, differunt confiteri, niſi in infirmitate grauiſſima. & tales ſunt ſimiles latronibus, quorum confeſſio aculeo, & quæſtionibus extorquetur: quia talium confeſſionem torquet Deus per aculeum febris acutæ, vel grauis infirmita-
Pſal.94. a tis, cum tamen dicat Propheta: Præoccupemus faciem eius in confeſſione, ſicut ille, qui diffidit de iure ſuo, debet ante iudicium de pace, & compoſitione tractare, & diem ſuum præuenire.

Secundo, confeſſio debet eſſe humilis & verecunda,
Rom.6. d iuxta illud Apoſtoli: Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Latrones enim demiſſo capite, & rubore perfuſi, ſcelera confitentur, contra aliquos, quorum ſunt horrenda facinora, qui nec timent Deum nec homines verentur. Latrones timent patibulum, cum ſit tamen breue ſupplicium, & tranſitorium: & tales non timent Infernum, & interminabilem cruciatum. Latrones verecundantur, & tamen parum, aut nihil prodeſt eorum verecundia: iſti autem non erubeſcunt, cum tamen pars pœnitentiæ ſit ipſa
Ier.6. d erubeſcentia. De talibus dicitur: Confuſi ſunt, quia abominationem Deo fecerunt, qui poſt confeſſionem non ſunt confuſi. & erubeſcere neſcierunt, quia tales habent vtique erubeſcentiæ cauſam & meritum, & tamen non habent vtique erubeſcentiæ ſignum.

Tertio, confeſſio debet eſſe aperta, non palliata: & dicitur aperta confeſſio in qua peccator ſe accuſat, exprimendo omnes peccati differentias, & præcipue ag-
Prou. 18. c grauantes circumſtantias. quia dicitur: Iuſtus prior eſt accuſator ſui. Sic confitebatur Dauid, qui dicebat:
Pſ.31. b Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino. non dicit pro me, ſe laudando, vel adulando ſicut faciebat Phariſæus: ſed aduerſum me, ſe accu-
Luc.18.b.c ſando, ſicut faciebat Publicanus, ſicut dicitur in Luca.

Quarto, debet eſſe confeſſio vera, non ficta. & dicitur vera confeſſio, quæ eſt cum propoſito emendandi, non ſolum oris, ſed etiam cordis. De qua dicit Da-
Pſ.110. a uid: Confitebor tibi Domine in toto corde meo: contra aliquos, quorum confeſſio eſt lupi, de quo narrat fabula, quòd ſemel confitebatur iniquitates ſuas, & interim erat multum ſolicitus, quia videbat oues recedentes, vnde dixit confeſſori ſuo, quòd cito eum abſolueret, vt ſcilicet poſſet ſequi oues. ſic confitentur aliqui in Quadrageſima, proponentes ad peccatum redire poſt Paſcha.

Quinto, debet eſſe confeſſio integra, non dimidia, parum enim valeret, ſi infirmus, medico febrem ape-

A ueiaret, & peſtem febris celaret, & ſi nauta aliqua nauis foramina obſtrueret, & aliqua non. Debet igitur pœnitens, Deo integram offerre confeſſionem. Deus enim eſt rex nobilis, & in menſa regia poni debent panes integri, non fragmenta. Deus enim non conſueuit dimidiare veniam. Ideo totum hominem ſanum facit in ſabbato, vt dicitur in Ioanne. Et ſicut magni mer- Ioan. 7. d
catores, in groſſo non obolatam, nec denariatam vendunt, ſicut pauperes mercatores: præ ceteris, quia mercatura Dei, ſcilicet gratia & venia eſt res indiuiſibilis, cum ipſe ſit ſummus mercator. Iſta duo erunt indiuiſibilia, inſtar margaritæ, vel alterius lapidis pretioſi, qui totus emitur, vel totus dimittitur. Ipſe autem eſt
B negotiator margaritarum, qui quærit bonas margaritas, vt dicitur in Matthæo. Mat. 13. f

Sexto, confeſſio debet eſſe flebilis, & lacrymoſa, ſicut Petri, & Magdalenæ. quia miſericordia & lacrymæ ad inuicem ſunt valde amicæ, et ideo vbi eſt lacryma, ibi eſt ſtatim amica ſua miſericordia. Hæc eſt enim aqua, quam Chriſtus valde ſitit, & nullus fons tantum eum delectat, quantum puteus lacrymarum. In cuius figura, quieuit iuxta puteum Samariæ, et petijt aquam Samaritanę, ſcilicet lacrymarum, a muliere Samaritana, id eſt a peccatrice anima, vt habetur in Ioanne. Ioan.4. a

Septimo, et vltimo confeſſio debet eſſe obediens,
C et prompta, vt ſcilicet pœnitens ſtudeat ſuſcipere, et obſeruare ſacerdotis mandata. Infirmus, qui nihil vult facere pro medico, vix aut numquam curatur a morbo. Vnde obedire debet pœnitens non contendere, ſicut Dauid, qui dicebat: Vt iumentum factus Pſ.72. d
ſum apud te. ad iumentum namque non pertinet ſibi onera taxare, vel imponere, ſed taxata et impoſita portare.

Nota quòd triplex eſt confeſſio. Prima eſt confeſſio Confeſſio triplex.
peccati. De qua dicitur: Dixi, confitebor aduerſum Pſ.31. b
me iniuſtitiam meam Domino. In hoc autem verbo tanguntur ſex, quę debet vera confeſſio habere. Pri-
D mum eſt præmeditatio, quod notatur cum dicitur: *Dixi*. Secundum eſt compunctio cordis, et oris, vt ore ſimul et corde fiat, quod notatur per, *Confitebor*. Tertium eſt, quod ſit accuſans non excuſans, quod notatur per, *Aduerſum me*. Quartum, quòd de malis, non de bonis, quod notatur per, *Iniuſtitiam*. Quintum, quòd ſit propria, id eſt de peccatis proprijs, non alienis, quod notatur per, *Meam*. Sextum quod ſit ad honorem Dei, et honeſtatem ſui, quod notatur per, *Domine*, et talis confeſſio eſt vtilis. Vnde ſequitur: *Et tu remiſiſti impietatem peccati mei*. Secunda eſt confeſſio laudis, de qua in Eccleſiaſtico dicitur: Confitebor Eccli. 51. a
E tibi Domine rex et collaudabo. et de his duobus dicit Pſalmiſta: Confitebimur tibi Deus, confitebimur ti- Pſ.74. a
bi. Tertia eſt confeſſio fidei. De qua dicit Apoſtolus: Corde creditur ad iuſtitiam, *& cet*. Et nota, quòd con- Rom. 10. a
feſſio in qua ſunt ſeptem conditiones prędictæ, comparatur vielæ, in qua ſunt ſeptem chordę. Vnde viela confeſſionis, quæ habet iſtam ſeptuplicem chordam, reddit in auribus Dei ſuauiſſimam et dulciſſimam melodiam, nec eſt aliquod organum muſicum, quod ita libenter Deus audiat, ſicut veram confeſſionem peccatorum: et ideo manus quæ ſic tangit vielam confeſſio-
F nis coram Deo, ſtatim reportat ſalarium, id eſt veniā de omnibus peccatis. Vnde dicitur: Narra ſi quod ha- Iſa.43. d
bes, vt iuſtificeris. Et Dauid conſulit omnibus nimis, id eſt peccatoribus pœnitentibus qui volunt in curia regis æterni introire, vt tangant eo modo vielam confeſſionis, vt ſupra dictum eſt. Dicit enim Pſalmiſta: Pſal. 99. a
Introite portas eius in confeſſione.

De Satisfactione. *Cap. IV.*

TErtio nota de pœnitentia, quantum ad ſatisfactionem. Et ſunt præcipue ſeptem notanda, ad hoc neceſſaria, vt ſit perfecta pœnitentia, et peccati medicina.

Primo

Satiſfactionis cõditiones ſepté.

Primo enim ad ſatiſfactionem requiritur abſtinentia a peccato. Sicut enim prima lex quam medicus ponit infirmo, eſt abſtinentia a cibo: ita primum, quod eſt neceſſarium pœnitenti, eſt diæta, ſcilicet abſtinentia a peccato. Hanc legem imponebat Hypocrates noſter Chriſtus ægrotis ſuis, quos habebat in cura, ſicut patet in adultera, cui Chriſtus dixit: Vade & amplius noli peccare. *Ioan. 8. b*

Secundo, requiritur ad ſatiſfactionem pœnitentiæ reſtitutio rei alienæ. & hæc eſt ſicut quædam minutio vel fleubotomia: minuit enim ſanguinis ſubſtãtiam, ſed aufert febris materiam, & conſeruat vitam. Sic qui aliena reſtituit, pecuniam minuit: ſed aufert cupiditatis & mortis æternæ materiam, et conſeruat gratiam, et animæ vitam. Et ſicut ſunt quædam infirmitates, quæ non poſſunt ſine fleubotomia curari: ſic quædam ſunt peccata, a quibus non poteſt quis ſine reſtitutione curari, aut iuſtificari, ſicut furtum, vſura, ſimonia, rapina, et huiuſmodi: quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, vt dicit Auguſtinus. Hanc fleubotomiam faciebat ſibi Zachæus, qui dicebat: Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum: ſed vtinam vſurarij modo redderent ſimplum. *Aug. ep. 54 ad Maced. poſt med. to. 2. Luc. 19. b*

Tertio requiritur ad ſatiſfactionem cinis humilitatis. cinis enim et aqua calida faciunt bonum lixiuium: C ſic cinis veræ humilitatis, et aqua calida lacrymarum faciunt pœnitentiam purgatiuam. Et ſicut aqua quantumcumque calida, niſi tranſeat per cinerem, non bene purgat ſordes veſtium: ſic lacrymæ quamuis calidæ, niſi tranſeant per cinerem humilitatis, non lauant ſordes vitiorum. Ideo dicebat Iob: Ago pœnitentiam in fauilla, et cinere. in fauilla deuotionis, et cinere humilitatis. *Iob 42. a*

Quarto requiritur ad ſatiſfactionẽ pœnitentis, cilicium mortificationis. Hoc eſt propriũ et ſpeciale malagma, et emplaſtrum carnalis repreſſiuum luxuriæ, et carnalis laſciuiæ. et ſicut emplaſtrum temperat et D reprimit dolorem lateris: ſic cilicium mortificationis reprimit libidinem. Hoc emplaſtrum ponebat directe ſupra locum doloris Iudith. De qua dicitur quòd habens ſupra lumbos ſuos cilicium, ieiunabat. cilicium contra luxuriam, et ieiunium contra gulam. *Iudith. 8. a*

Quinto requiritur ad ſatiſfactionem pœnitentis ieiunium afflictiuum: quia ad literam, panis et aqua eſt cibus, et vita infirmi, et præcipue prohibetur vinum infirmis. Vnde ille bonus medicus Paulus dicit: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Sed nota, quòd omnia conceduntur infirmis, de quorum ſalute E dubitatur, et deſperatur: ſed alijs, de quibus habetur ſpes, quòd curentur, ſubtrahuntur nociua, quantumcumque delectabilia, vt dicitur in Ioel: Cõuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, et fletu, et planctu. Et ſequitur ibi: Quis ſcit ſi conuertatur, et ignoſcat Deus? quaſi diceret, ex quo Deus, qui eſt ſummus medicus, ieiunare nos præcipit, nequaquam de noſtra ſalute diffidit. *Eph. 5. b Ioel 2. c*

Sexto requiritur ad ſatiſfactionem pœnitentis eleemoſyna, et hoc eſt quaſi ſalarium medici. Fidelius enim laborat medicus quando ſperat bene ſe remunerari. Et nota quòd ſalarium eſt taxandum medico, F ſecundum quòd plus, vel minus laborauit circa infirmum, et quanto a maiori et periculoſiori morbo liberauit ægrotum. Bene eſt igitur remunerandus medicus noſter Chriſtus, qui tantum circa nos laborauit, immo propter infirmitatem noſtram animam ſuam morti tradidit, vt dicitur in Iſaia. Et etiam qui a tam graui, et multiplici infirmitate nos liberauit. Ipſe enim, qui ſanat omnes infirmitates noſtras, et redimit de interitu vitam noſtram, vt dicitur in Pſalmo. Si enim bene remuneretur iſte medicus, nequaquam de morte timeat ægrotus. Debet enim remunerari, non in ſe, quia bonorum noſtrorum non eget, ſed in heredibus ſuis, ſcilicet pauperibus. Reputat enim ſibimet factum, quod fit pauperibus amore ipſius. *Iſa. 53. d Pſ. 102. a*

A Vnde ipſa veritas dicit: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. De iſto ſalario eleemoſynæ dicitur in Tobia: Eleemoſyna ab omni peccato, et a morte liberat, et non patietur animam ire in tenebras. *Matt. 25. d Tob. 4. b*

Septimo et vltimo requiritur ad ſatiſfactionem pœnitentis oratio deuota. Sicut enim mater pro filio ægroto facit candelam, et emittit votum, cum nullum conſilium, vel auxilium ſupereſt medicorum: ſic quando videmus ſpiritum noſtrum periclitari graui morbo peccati, debemus Deo facere candelam bonæ operationis, iuxta illud: Lucernæ ardentes in manibus veſtris. et emittere votum deuotæ orationis. Et hoc B genus dæmoniorum, ſcilicet peccatum non eijcietur, niſi in oratione, et ieiunio, vt dicitur in Matthæo. Oratio namque peſtes mentis curat, et ieiunium peſtes corporis. *Luc. 12. e Mat. 17. c. d*

De oratione. Cap. V.

Tertio nota partes pœnitentiæ virtuales, quæ ſunt tres, ſcilicet oratio, ieiunium, et eleemoſyna. Primo ſpecialiter de oratione eſt dicendum, quid eſt. Oratio eſt petitio decentium, in Deo, vel a Deo. Vel oratio eſt mentis eleuatio in Deum, Damaſceno auctore. *Dam. lib. 3. Orthod. fid. c. 24.*

De oratione nota ſpecialiter quinque, ſcilicet typus decens, virtus ingens, modus competens, locus congruens, et tempus conueniens. Habet igitur oratio typum decentem, et figuram elegantem. Comparatur autem ſpecialiter tribus. Eſt enim oratio ſicut incenſum diuinæ miſerationi offerendum, ſicut ſcutum diuinæ indignationi opponendum, ſicut tributum diuinæ dominationi perſoluendum. Eſt ergo oratio primo ſimilis thuri vel incenſo, quod diuinæ miſerationi debemus offerre. Sicut enim thus vel incenſum ſuper carbones poſitum, ſpirat ſuauem et redolentem odorem, vel fumum: ſic oratio incenſa ſuper carbone deuotionis, multum fragrat in conſpectu diuinæ maieſtatis. Et ideo dicitur: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Secundo, eſt oratio ſimilis ſcuto, quod diuinæ indignationi debemus opponere. Nam ſicut ſcutum prohibet ictum lanceæ, vel ſagittæ: ſic oratio ſeruat hominem a lancea, vel a ſagitta ſententiæ et iræ Dei. Vnde dicitur de Aaron, quòd proferens ſcutum orationis reſtitit iræ. Tertio, oratio eſt ſimilis tributo, quod diuinæ dominationi debemus perſoluere. Sicut enim emphiteuta, vel feudatarius ſoluit tributum regi, pro emphiteuſi, vel feudo, quod tenet ab ipſo: ſic tributum laudis et orationis ſoluendum eſt Deo pro emphiteuſi corporis et animæ quam accepimus in feudo, iuxta illud: Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, et quæ ſunt Dei Deo. *Orationis comparationes. Pſ. 140. a Sap. 18. d Matt. 22. b*

Item oratio habet triplicem figuram aliam valde pulchram. Eſt enim vir orans ſicut homo regi portans encœnium, ſicut a rege petens iudicium, ſicut a rege petens ſuccurſum. Eſt itaque homo qui orat, ſicut ille, qui præſentat regi magnum encœnium et nobile, vt homo magnus, vel nobilis domicellus: ſic oratio eſt encœnium adeo nobile et magnum, quòd ſolum debet præſentari Deo per hominem magnum, ſcilicet iuſtum. Hoc eſt enim officium Chriſti hominis et mediatoris noſtri, qui orationes noſtras, et opera noſtra præſentat Deo patri. Quod figurat diaconus in Eccleſia, vel in Miſſa, cum offert thuribulum ſacerdoti. Hoc eſt officium Angeli, qui noſtras orationes ſimiliter offert in conſpectu Dei, ſicut dixit Angelus ad Tobiam: Quando orabas cum lacrymis. et ſequitur ibidem: Ego orationem tuam offerebam Domino. Et ſicut regi non offert, qui ſibi miniſtrat ferculum coopertum cum muſcis: ſic qui orat, non debet regi regum offerre ferculum cum muſcis, id eſt cogitationibus vanis et immundis. Eſt etiam homo qui orat, ſicut ille, qui a rege petit iudicium. ſicut enim ille qui in iudicio loquitur, debet habere teſtes de his quæ proponit, *Ritus. Tob. 12. c*

alioquin non crederetur ſibi, vel audiretur, immo a A iudice puniretur: ſic oratio vocalis debet habere teſtimonium cordis. ſed tamen cauendum eſt, ne cor orantis ſit falſus vel corruptus teſtis, corruptione ſcilicet iniquitatis, quia dicitur: Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, &c. *Pſ. 65. d* Sed ſi conſcientia bona, & teſtimonium fidele ferat, orans iudicium pro ſe reportat.

2. Cor. 1. c Nam dicit Apoſtolus: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Eſt inſuper orans, ſicut ille, qui a rege in obſidione quærit, vel petit ſuccurſum. Nam ſicut ille qui tenet caſtrum regis, ſi obſideretur ab inimicis reputaretur infidelis, niſi caſtrum regi denunciaret obſeſſum, vel peteret ſuccurſum, vel niſi expectaret a rege auxilium, vel ſi poſt auxilium redderet hoſtibus caſtrum: ſic cum hoſtes viſibiles & inuiſibiles obſident animam tentationibus, ſtatim debemus regi regum nuncium orationis mittere, & obſidionem denunciare, ſicut Propheta, qui dicebat: *Pſal. 21. d* Conſilium malignantium obſedit me. Deus enim non differt auxilium mittere: quia fidelis, & ſtatim faciet ſuccurſum, cum ad tentationem fuerit peruentum, vt dicit Apoſtolus ad Corinthios. *1. Cor. 10. c*

Item qui orat, debet clamare ſicut clamat paruulus, qui vult vbera; ſicut clamat catulus, cum ſentit verbera; & ſicut clamat populus, cum videt pericula. Eſt C itaque homo qui orat, ſicut paruulus volens vbera. Nam ſicut paruulus clamat pro deſiderio lactis: ſic viri ſpirituales debent emittere vlulatum orationis deuotæ pro vberibus conſolationis diuinæ, iuxta illud quod dicitur: *Cant. 1. a* Meliora ſunt vbera tua vino. Eſt etiam homo qui orat, ſicut catulus ſentiens verbera. Nam ſicut catulus ſentiens verbera, clamat plus, cum plus percutitur: ſic plus debet clamare orando, qui a Domino tribulationis verbere caſtigatur. Nam dicitur: *Pſal. 119. a* Ad Dominum cum tribularer, &c. Eſt inſuper homo qui orat, ſicut populus videns pericula. ſicut enim cõſueuit populus clamare præcipue propter tria, ſcilicet D contra aquam, ignem, & hoſtes: ſic homo debet emittere clamorem contra triplex genus tentationis, ſcilicet contra carnalem concupiſcentiam, quæ per ignem figuratur: contra concupiſcentiam terrenam ſeu mundanam, quæ per aquã effluentem intelligitur: contra diabolicam guerram, quæ proprie hoſtis appellatur. *Pſal. 114. a* Hæc pericula timebat Dauid, qui dicebat: Pericula inferni inuenerunt me.

Item in oratione debemus os cordis aperire, ſicut reumaticus aeri, ſicut pullicus matri, & ſicut infantulus nutrici. Eſt itaque orans, ſicut homo reumaticus, qui nares habet ſtrictas, neceſſaria eſt enim ad reſpi- E randum apertio oris: ſic qui habet imperfectũ odoratum, ſcilicet deſiderij cæleſtis debet aperire os, & mittere vocem orationis. *Pſ. 118. r* Nam dicit propheta: Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Eſt etiam os aperiendum orationi, ſicut infans aperit os nutrici. Sicut enim nutrix paſcere infantẽ non poſſet, ſi puer os non aperiret: ſic ſi volumus nutrimentũ vitæ ſuſcipere, orando aperiamus os noſtrum ad nutrimentum vitæ æternæ, ſcilicet gratiæ diuinæ, vt dicitur in libro Sapientiæ. *Sap. 16. c* Eſt inſuper homo, qui orat, ſicut pulliculus, qui quando ſentit venire matrem, aperit roſtrum verſus cælum: ſic cum frequenter viſitet nos Deus per inſpirationem F ſuam, quaſi ſemper debemus habere os apertum per orationem deuotam, ſicut dicit Apoſtolus: *1. Theſ. 5. c* Sine intermiſſione orate. *Eccli. 39. a* Et de viro iuſto dicitur: Aperiet os ſuũ in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur.

Item oratio eſt, ſicut armatura militem ornãs, ſicut lucerna viam demonſtrans, & ſicut columba oliuam portans. Eſt itaque oratio ſicut armatura. Nam ſicut miles non exit ſine armis ad bellũ, ita ſine armis orationis nullo modo debemus intrare tentationis conflictum. *Exo. 17. d* In cuius figura dicitur, quòd Moyſe eleuante manus ad orationem, vincebat Iſrael, & cum remittebat manus ſuperabat Amalech, id eſt diabolus. Eſt autem oratio, ſicut lucerna viam demonſtrans. Nam A ſicut lucerna eſt neceſſaria in tenebris: ſic oratio in rebus dubijs. In cuius figura mulier illa Euangelica, id eſt anima deuota, accendit lucernam, & inuenit dragmam, vt dicitur in Luca. *Luc. 15. b* Lucerna eſt orationis inſtantia, dragma vero eſt gratia diuina, quæ quaſi perdita fuerit, reperitur cum oratione deuota. Et ſicut lucerna dirigit greſſus, ſic oratio dirigit omne bonum opus. Vnde dicit Hieronymus ad Paulam: In principio cuiuſlibet operis boni, præmitte ſignum crucis in fronte cum oratione Dominica. *Eſt ſimile apud Hieronymum epiſt. 22. ad Euſtochiũ poſt med.* Eſt inſuper oratio, ſicut columba, quæ reuerſa eſt ad arcã, cum oliua, vt habetur in Geneſi. Nam ſicut illa denunciauit pacem, & iam B ceſſaſſe diluuium: ſic oratio denunciat pœnitentiam, reconciliationem, & veniam peccatorum. *Gen. 8. b* Et ſicut columba illa portauit ramum oliuæ: ſic oratio ramum diuinæ gratiæ. Et ſicut columba habet duplicem alam: ſic oratio habet duplices alas, ſcilicet ieiunium & eleemoſynam. Vnde dicitur: *Pſal. 54. a* Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo per orationem, & requieſcam per deuotionem.

De ieiunio. *Cap. VI.*

Ieiunij cõparationes.

De ieiunio nota ſpecialiter tria, quibus ieiunium C comparatur, quid in ieiunio reprobatur, & quale ieiunium commendatur.

Primo enim comparatur ieiunium pluribus & ſpecialiter tribus. Eſt enim ſicut parcitas ignis, vel lignorum ſub olla, ſicut agilitas in auicula, & ſicut concauitas in viela. Eſt itaque ieiunium ſicut parcitas ignis, vel lignorum ſub olla. ſicut enim ſubtrahendo ligna, vel ignem de ſub olla, ceſſat eius bullitio: ſic corpori ſubtrahendo cibaria, ceſſat tentatio carnis. Vnde verſus:

Luxuriat caro. non bene paſta caro.

Vnde nota, quòd ancilla prouida tripliciter impe- D dit ebullitionem ollæ, ſcilicet ligna ſubtrahendo, aquã infundendo, & quæ ſunt in olla mouendo: ſic anima pœnitens, inſtar ancillæ, contra ebullitionem carnalis concupiſcentiæ, debet ligna ſubtrahere parce comedendo. Vnde verſus:

Subtrahe ligna foco, ſi vis extinguere flammam.

Debet aquam infundere, ad litteram aquam, bibendo vinum bene limphatum. Debet ollam mouere, ſe vtiliter occupando. Vnde dicit Apoſtolus: *2. Cor. 11. e* In laboribus, in ieiunijs, in vigilijs, ſcilicet occupemus nos. Nam caro noſtra ad flatum diaboli, ſicut carbo ignis accenditur, & ſicut ollæ ſuccenſæ, atque feruentes. E Vnde dicitur: *Iob 41. b* Halitus eius prunas ardere facit. Eſt etiam ieiunium, ſicut agilitas in auicula. Nam ſicut auis macilenta eſt agilis ad fugiendum accipitrem, ad volatum ſublimem: ſic mens hominis ieiunantis & abſtinentis, eſt habilis ad fugiendum accipitrem, id eſt hoſtis tentationem, ad ſublimem volatum contemplationis. De tali dicitur: *Pſal. 17. a* Volauit ſuper pennas ventorum. Volauit fugiendo tentationem, & volauit ſe eleuando ad contemplationem. E contrario vero eſt de graui, & pingui, ſicut de coturnice tempore vindemiarum, quæ non poteſt accipitrem fugere, nec alte volare: ſic homines carni dediti, nec bene poſſunt tenta- F tionem diaboli vitare, nec bene cæleſtia contemplari. Vnde in figura iſtorum Elias ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, *3. Reg. 19. b* vt ſcilicet perſecutionem Iezabel euaderet, & ad montẽ Dei Oreb celeriter perueniret, vt legitur in libris Regum. Elias in figura ſignat animam hominis abſtinentis: perſecutio Iezabel, deſignat tentationẽ carnis: & mons Dei Oreb ſignificat ſublimitatem contemplationis. Eſt etiam ieiunium, ſicut concauitas in viela. Nam ſicut viela, niſi eſſet concaua, & chordæ ſuperextenſæ, non eſſet ſonoroſa: ſic homo niſi vacuus per abſtinentiam, & extenſus per rigidam pœnitentiam, non reddit ſonoroſam diuinæ laudis melodiam. Vnde in figura huius dixit *Exo. 38. a* Dominus Moyſi, quòd faceret altare concauum, non

ſolidum,

ſolidum, ſed inane. Concauum altare eſt cor pœnitentis, vbi debet immolari ſacrificium contritionis, & ſacrificium laudis: quod quidem non debet eſſe ſolidum id eſt delicijs plenum, ſed inane, & concauum, id eſt pœnitentia & ieiunio attenuatum.

Eſt etiam ieiunium remedium ad expiandum morbum, bonum conſilium ad effugiẽdum lupum, & certum ingenium ad impugnandum caſtrum. Eſt itaque ieiunium remedium valde ſanum ad curandum morbum. Nam ſicut lex prima medicorum infirmantibus corporaliter eſt diæta: ſic primum auxilium vexati febribus tentationis, eſt ieiunium & abſtinentia. Vnde ieiunium ponitur primo inter opera pœnitentiæ, quæ ſuadet ſummus ille Hypocrates Deus in ſuis aphoriſmis, dicens: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, &c. *Ioel 2. c* Eſt etiam ieiunium valde bonum conſilium ad fugandum lupum, ſicut enim vulgo dicitur, Fames eijcit lupum de nemore: ſic abſtinentia & ieiunium fugant diabolũ ab homine. Vnde dicitur: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi in ieiunio & oratione. *Marc. 9. d* Nam oratio fugat peſtes cordis, & ieiunium peſtes corporis, vt dicit Auguſtinus. In figura etiam huius Iudith ieiunans occidit Holoſernem. vt dicitur in Iudith: *Iud. 13. a* Iudith quæ confitens interpretatur, ſignat pœnitentem, qui peccata ſua confitetur. Holofernes, quem Iudith ieiunans occidit, ſignat diabolum, qui confeſſione, & abſtinentia ſuperatur. Eſt inſuper ieiunium valde certum ingenium, ad expugnandum caſtrum: ſicut enim non eſt adeo forte caſtrum, quod non poſſit expugnari, ſi poſſent ei victualia ſubtrahi, ſic non eſt adeo rebellis ſpiritui, quin ſubtrahendo cibaria non valeat a ſpiritu ſubiugari. Caro ſiquidem noſtra, caſtrum diaboli eſt, quæ ſemper rebellat ſe cõtra ſpiritum. *Luc. 11. c* De hoc caſtro dicitur: Cum fortis armatus, ſcilicet cuſtodit atrium ſuum. Atrium diaboli, eſt caſtrum corporis immundi. tunc in pace ſunt omnia, quæ poſſidet, habens, ſcilicet turres ſuperbiæ, foſſatum auaritiæ, rupes inuidiæ, habens pro muro defenſionem culpæ propriæ, habens etiam portas conuerſationis indiſciplinatæ, habẽs pacem peruerſam intrinſecus delectationis immundæ. ſed tamen quantumcumque muniatur, per ieiunium, vt dictum eſt, ſubtrahendo cibaria expugnatur.

Quattuor in ieiunio reprobantur. ITEM nota quòd quattuor in ieiunio reprobãtur, ſcilicet cum ieiunans vacat culpæ, cum ieiunans inhiat famæ, cum ieiunans parcit burſæ, & cum ieiunans ſeruit gulæ. Eſt igitur reprobandum in ieiunio, cum ieiunans vacat peccato. *Iſid. de ſummo bo. li. 2. c. 44. ſent. 8* Qui enim ieiunat a cibo & non abſtinet a peccato, ſimilis eſt diabolo, cui eſca nõ eſt, & malitia ſemper ineſt, vt dicit Iſidorus. De hoc ieiunio dicitur: *Iſa. 58. b* Hoc eſt ieiunium, quod elegi. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Sed in eodem capitulo dicitur: Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Eſt etiam in ieiunio reprobandũ, quando ieiunans quærit ex hoc laudem humanam, & gloriæ tranſitoriæ famam. Nam qui ieiunat propter humanam laudem, de hoc, quod ſubtrahit vni hoſti, paſcit duplicem hoſtem. quod enim vnico aduerſario ſcilicet carni ſubtrahitur per ieiunium, de hoc paſcit alios duos, ſcilicet diabolum & mundum. Tale erat ieiunium Phariſæorum, de quibus dicitur: *Mat. 6. b* Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareãt hominibus ieiunãtes, &c. Eſt tertio reprobandum valde in ieiunio, quando ieiunans, ideo ieiunat, vt parcat burſæ. talis enim nihil aliud videtur facere niſi quod ſubtrahit ſibi, & ponit in ore diaboli, id eſt in burſa, quæ eſt os diaboli. Vnde auarus videtur multum diligere diabolum, quando ſubtrahit ori proprio, vnde paſcat & impinguet ipſũ. Tale ieiunium reputat ſapiens infeliciſſimum, dicens: *Eccles. 6. a* Vir cui dederit Deus diuitias, ſubſtantiam & honorẽ, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat, nec tribuit ei Deus poteſtatem, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud, hoc vanitas, & magna A miſeria eſt. Eſt inſuper reprobandum in ieiunio, quãdo ieiunans, ideo ieiunat vt Deo ſuo, ſcilicet gulæ ſeruiat & ventri, quod fit præcipue tribus modis. Quidam enim ſunt, qui ideo ieiunant, vt poſtea melius comedant. tales nihil aliud faciunt, niſi quòd ſolemnitatem Dei ſui, ſcilicet ventris, præueniunt vigilia ieiunij deteſtabilis. Sunt etiam alij, qui tempore ieiunij quærunt magis delicata cibaria, & tunc volunt comedere ſplendidius & lautius, & tantum vna vice comedunt, quantum in duabus, quando non ieiunant & tales talem gratiam ſolum faciunt Deo, ſcilicet, quòd duos obolos dent ſibi pro vno denario, & eandem gra- B tiam facerent Iudæo vel Saraceno. Sunt nihilominus aliqui, qui tribus diebus plus manducant pro vno miſerrimo ieiunio, quod ieiunant. Nam die præcedenti dicunt, cras ieiunabimus. Die ſequenti dicunt, heri ieiunauimus. Die ipſius ieiunij dicunt, hodie ieiunamus. Et ita defraudant Deum, quia pro tribus obolis non ſoluunt, niſi vnum denarium. De talibus conqueritur Dominus: Circumuenit me in negotiatione ſua Ephraim. *Oſe. 11. d* De tali ieiunio poteſt intelligi illud: Nolite ieiunare, ſicut ad hanc diem. *Iſa. 58. a*

Ieiuniũ triplex commẽdatur in ſcriptura. Item triplex ieiunium in ſacro eloquio commendatur, ſcilicet, bonum, melius, & optimum. Bonum eſt, C quando quis ieiunat pro ſatisfactione peccati. Melius quando quis ieiunat ad honorem Dei. Optimum, quando quis ieiunat cum exercitio boni operis. Bonum igitur dicitur, quando quis iam poſt mortẽ peccati, per contritionem & confeſſionem reſurrexit, & in charitate exiſtit, & ieiunat pro peccatis, quæ fecit. ſi autem charitatem non habet bonum amittit, quod habet, quia dicitur: Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt, *1. Cor. 13. a* & offert quaſi cadauer mortuum Deo, qui ieiunat in peccato mortali, cum debeamus Deo offerre corpora noſtra hoſtias viuentes. vt dicit Apoſtolus ad D Romanos. *Rom. 12. a* Melius vero ieiunium vocatur quod ad Dei honorem & ſanctorum ſuorum gratis & cum deuotione celebratur. De quo intelligitur illud: Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, *Mat. 6. b* ſcilicet oleo vnctuoſæ compaſſionis: & faciem tuam laua, aqua lacrymoſæ contritionis, vt dicit gloſſa. Deo ieiunat, qui pro eius amore ſe macerat, & qui, quod ſibi ſubtrahit, pauperibus elargitur. Optimum ieiunium dicitur, quando homo exterior ieiunat, & homo interior orat, vt dicit Iſidorus: *Iſid. de ſummo bo. li. 2. c. 44. ſent. 0* & quando quis ieiunat, ex vna parte ieiunãdo macerat corpus, & ex altera parte bona agere non ceſſat, contra aliquos, qui nihil poſſunt facere, E cum ieiunant: immo tunc ludunt ad ſcacos, vt ieiunium non ſentiant, & ſic otiando, otium vitant, contra hoc, quod dicit Boetius, quòd pro otio vitando, otia ſectari ridiculoſum eſt. Ieiunium bonum ſignificatur per ieiunium Moyſi, vt habetur in Exodo. *Exo. 24. d* Ieiunium melius ſignificatur per ieiunium Eliæ ſicut dicitur in libris Regum. *3. Reg. 19. b* Ieiunium optimum ſignificatur per ieiunium Chriſti vt habetur in Matthæo. *Mat. 4. a*

De Eleemoſyna. Cap. VII.

DE eleemoſyna quattuor ſunt ſpecialiter notanda, F ſcilicet typus elegans, motus ſtimulans, modus regulans, & fructus abundans.

Eleemoſynæ ſimilia. HABET ergo eleemoſyna typum vel ſimilitudinem elegantem, & ſpecialiter triplicem. eſt enim eleemoſyna, ſicut lumen radioſum, ſicut lumen copioſum, & ſicut ſemen fructuoſum. Eſt itaque eleemoſyna, ſicut lumen radioſum. Nam ſicut lumen ſerenat aerem: ſic eleemoſyna ſerenat mẽtem. Et ſicut lumen fugat omnem tenebram: ſic eleemoſyna fugat omnem culpam. Et ſicut lumen debet portari non poſt, ſed ante hominem: ſic homo prudens facit eleemoſynam in vita ſua, non poſt mortem. Qui autem eleemoſynam non facit in vita ſua, ſed poſt mortem ſuam: ſimilis eſt homini, qui poſt tergum vult portare lumen, id eſt lucernam.

Eccli. 14.b cernam. Dicit enim ſapiens: Ante mortem benefac A
amico tuo, id eſt animæ tuæ, vel Chriſto in ſuis mem-
bris. Eſt etiam eleemoſyna ſicut flumen. Nam ſicut
flumen manat ex influentia fontis: ſic eleemoſyna ex
influentia pietatis. Et ſicut fons, vnde manat fluuius,
per occultos meatus, procedit a mari: ſic pietas homi-
nis, vnde manat eleemoſyna, per occultam inſpiratio-
nem venit ex gratia Dei, & ſic eleemoſyna venit a Deo
Eccles. 1.b & datur Deo. Nam dicit Sapiens: Ad locum vnde
exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Et ſicut
flumen quandoque exit extra ripas, nec eſt contentum
proprijs alueis: ita interdum eleemoſyna danda eſt bo-
nis indifferenter & malis, maxime tempore neceſſita- B
tis. Sicut pater cæleſtis, qui ſolem ſuum oriri facit ſu-
per bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos,
Matt. 5. g vt dicitur in Matthæo. Eſt inſuper eleemoſyna ſicut
ſemen. Et nota quòd ſex ſunt, quibus eleemoſyna be-
ne ſemini comparatur. Primo, quia ſicut ſemen de-
bet abſcondi, ita eleemoſyna debet occulte dari. Nam
Eccli. 29. b dicitur: Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis. Se-
cundo, quia ſicut ſemen videtur perdi, cum tamen po-
tius renouetur: ſic eleemoſyna videtur amitti, cum da-
tur, quæ tamen tunc optime ſeruatur, & theſaurizatur
Ibidem. in theſauro Paradiſi. Vnde dicitur ſic: Perde pecuniam
propter fratrem. Tertio, ſemen cum fenore ſurgit: ſic C
qui dat eleemoſynam a Deo centuplum accipiet. Vnde
Prou. 19. c ſuper illud: Feneratur Domino, qui miſeretur proxi-
mo, dicit gloſſa, centuplum accepturus. Quarto ſemen,
quod eſt pretioſum, ſicut triticũ in vno anno ſeritur,
et in alio metitur, vile vero, ſicut ordeum & milium,
in eodem anno metitur, et ſeminatur: ſic eleemoſyna
pretioſa eſt, quæ hic in anno gratiæ ſeritur, ſed fructus
eius in alio anno, ſcilicet gloriæ, expectatur. Vilis vero
reſpectu huius videtur eleemoſyna illa, quæ in præſen-
Matt. 6. a ti remuneratur, quia dicit Saluator: Amen dico vobis
receperunt mercedem ſuam. Pretioſa vero non ſolum
in præſenti, & temporaliter, ſed etiam remuneratur D
1. Tim. 4. c æternaliter, quia dicit Apoſtolus: Quòd pietas ad om-
nia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt,
& futuræ. Quinto ſicut ſemen gelu preſſum, & retar-
datum, profert vberiorem fructum: ſic eleemoſyna,
quam quis facit, dum ſuſtinet tribulationem, vberiorẽ
eſt habitura repromiſſionem, ſeu fructum, vel remu-
Pſal. 125. nerationem. Vnde dicitur: Euntes ibant, & flebant,
mittentes ſemina ſua. Venientes, autem, *& cet.* Sex-
to, ſemen ſuſtinet moleſtias multas, ſicut gelu, grandi-
nes & pluuias: ſic homo, qui libens eleemoſynam dat,
cum cor habeat compaſſione plenum, talis ſuſtinet
omnes neceſſitates pauperum, & miſerias afflictorum. E
2. Cor. 11. g In cuius perſona dicit Apoſtolus: Quis infirmatur, &
ego nõ infirmor? Item eleemoſynarius eſt, ſicut arbor,
quæ fructum facit, ſicut nutrix, quæ puerum nutrit, &
ſicut mercator, qui merces vendit. Eſt itaque bonus
eleemoſynarius vt arbor. ſicut enim arbor melius cre-
ſcit, & fructificat, cum ab ea reſecantur ſuperflua: ſic
diuites melius proficiunt in gratia reſecantes diuitias
ſuas, ſcilicet dando eleemoſynam, quæ eſt de ſuper-
Luc. 11. e fluis danda, vel facienda, ſicut dicitur: Quod ſuper-
eſt, date eleemoſynam. Et ſicut agricola tolerat in vi-
nea aliquas infructuoſas arbores, quæ ſuſtinent vi-
tes: ſic ſummus agricola Deus in vinea ſua, ſcilicet F
in Eccleſia tolerat multos diuites, qui cum eorum elee
Mar. 12. a moſyna ſuſtentant pauperes. Vnde dicitur: Vineam
paſtinauit homo. In vinea ſiquidem non ſolum ſunt
vites, quæ fructificant, immo & paxilli aridi: ſic in Ec-
cleſia Dei ſunt peccatores & iniuſti, qui vites fructifi-
cantes, id eſt iuſtos, ſuis eleemoſynis ſuſtentant. Ho-
mo etiam eleemoſynarius eſt ſicut nutrix, quæ lactat
puerum. Nam ſicut nutrices conſueuerunt impingua-
ri, vt abundent in lacte, & bene nutriant pueros: ſic
Dominus impinguat diuites bonis temporalibus, vt
abundent in lacte compaſſionis, & nutriant filios,
Pſ. 22. a id eſt pauperes ſuos. Vnde dicitur: Impinguaſti
in oleo caput meum. Tunc enim Dominus oleo ca-

A put impinguat, quando mentem ad pauperes, oleo
compaſſionis humectat. Eſt inſuper homo eleemo-
ſynarius ſicut mercator induſtrius. Nam ſicut mer-
catores pecuniam ſuam non tradunt eis, qui reddere
non poſſunt, vel eis, qui ad nundinas, venturi non
ſunt: ſic homo prudens non dat eleemoſynam hiſtrio-
nibus, qui nihil habent, ſcilicet de gratia Dei, & qui
venturi non ſunt ad nundinas Paradiſi. Ideo dicitur:
Benefac humili, & ne dederis impio. Hoc vero in Eccli. 12.a
duobus caſibus intelligitur, vnus quando datur hi-
ſtrionibus, non intuitu pietatis, ſed ratione hiſtrio-
natus: Alius eſt ſi credas, quòd propter eleemoſy-
B nam tuam, impius negligat iuſtitiam. Et ſicut pe-
dagium non petitur ab illis, qui tranſeunt vacui, ſed
ab illis, qui ſunt onerati: ſic Dominus pedagium
eleemoſynæ non petit a pauperibus, qui ſunt vacui
rebus tranſitorijs: ſed a diuitibus, qui ſunt onerati di-
uitijs, & pleni temporalibus bonis. Vnde dicit Apo-
ſtolus: Diuitibus huius ſæculi præcipe, facile tribue- 1. Tim. 6. d
re, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum in
futurum. Et ſicut Dominus terrenus mercatoribus,
qui furantur pedagium, aufert quandoque totum capi-
tale: ſic illis diuitibus, qui pedagio eleemoſynæ defrau-
dant pauperem, aufert Dominus non ſolum gratiam,
C immo interdum temporalem ſubſtantiam. De tali di-
citur: Tollite ab eo talentum & date illi, qui decem Matt. 25. b
talenta habet. Auaro ſiquidem tollenda eſt tem-
poralis ſubſtantia, & danda illi, qui miſerando, pau-
peribus, implet mandata Domini.

Secvndo eleemoſyna habet motum ſtimulan- Eleemoſynæ triplicẽ motum ſtimulantem habet.
tem & ſpecialiter triplicem. Vnde nota, quòd ille,
a quo petitur eleemoſyna, debet præcipue conſidera-
re tria, ſcilicet. Quis petit, pro quo petit, & ad quid
petit. Primo igitur, quando pauper petit eleemoſy-
nam, debet diues conſiderare quis eam petit: quia Do-
minus, pro cuius amore petit eam mendicus. Debet
D enim adeo diligere pauperes, quòd quidquid fit eis,
propter amorem ſuum, reputat ſibi factum. Nam
dicitur: Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feci- Matt. 25. d
ſtis. Petit ergo eleemoſynam per pauperem ſuum il-
le, a quo diues petit quandoque regnum. Et ideo
cum pauperi negat diues modicum fruſtum panis,
timere debet, quod Deus non audiat eum, cum petit
ab eo regnum æternæ felicitatis, quia dicitur: Qui Prou. 21. e
obturat aures ſuas ad clamorem pauperis clamabit ip-
ſe, & non audietur. Debet ſecundo conſiderare di-
ues, quid petit Deus, quando eleemoſynam petit in
ſuis pauperibus. Petit enim Deus non noſtrũ ſed ſuũ.
E Ideo valde ingratus eſt Deo, qui pauperi negat modi- Paral. 29. d
cam eleemoſynam, cum de bonis Dei habeat abun-
danter ad menſam ſuam. Hoc conſiderauit Dauid qui
dicit: Tua ſunt Domine, omnia, & quæ de tua manu
accepimus, dedimus tibi. Tertio, debet conſiderare
diues homo, ad quid petit Deus. Deus enim petit non
ad dandum, ſed ad mutuandum, nec tantum ad
triplas, immo ad centuplas vſuras. Vnde dicit Au-
guſtinus: Homo quid feneras homini, fenerate Deo,
& centuplum accipies, et vitam æternam poſſidebis.
Et ideo nimis ingratus eſt, qui ad tales vſuras non
vult commodare Deo: ad quales mutuaret Iudæo, vel
F Saraceno.

Tertio, eleemoſyna habet modum regulan- Eleemoſyna habet triplicẽ modũ regulãtem.
tem, & ſpecialiter triplicem. Vnde nota, quòd in
dando eleemoſynam, debet eſſe modus iuſtus, mo-
dus gratus, & modus pius. Iuſtus ſine iniuria, gratus
ſine triſtitia, & pius ſine ſuperbia. Primo igitur,
qui dat eleemoſynam, debet habere modum iuſtum,
vt ſcilicet det ſuum, & non alienum. Sicut enim
aqua munda lauat, & immunda coinquinat: ſic elee-
moſyna munda, quæ ſcilicet eſt ſine peccato vſuræ,
vel rapinæ, dantem mundat, pauperem lauat, et
Deum placat. Vnde dicitur: Honora Dominum de Prou. 3. b
tua ſubſtantia. non de aliena: quia eleemoſyna de
alieno, vt de rapina, vſura, vel de furto, dantem
inficit;

inficit: proximum lædit, & Deum offendit. Vnde in
Leuit. 2. c figura huius dicitur. Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermento erit. ſcilicet vſuræ, furti, vel rapinæ, vel cuiuſcumque acquiſitionis iniuſtæ. Secundo, qui dat eleemoſynam, debet habere modum gratum, vt ſcilicet oſtendat pauperi lætum vultum, dulce verbum, & promptam manum. Nam de læto vultu,
2. Cor. 9. b dicit Apoſtolus: Hilarem enim datorem diligit Deus. De dulci verbo, dicitur: Reſponde illi, ſcilicet pauperi pacifice in manſuetudine. De prompta manu dicitur:
Eccli. 4. a Ne dicas amico tuo vade & reuertere, cras dabo tibi,
Prou. 3. c cum ſtatim poſſis dare. Tertio, qui dat eleemoſynam debet habere modum pium, & ſine omni ſuperbia, vel præſumptione, vt ſcilicet dando eleemoſynam, laudem non quærat, pauperem ne deſpiciat, ſeipſum ſine eleemoſyna non dimittat. Qui enim dat eleemoſynam, lau
Matt. 6. a dem vitet humanam. Nam dicitur: Te autem faciente eleemoſynam, neſciat, *&c.* Debet etiam, qui dat eleemoſynã, non propter hoc pauperem deſpicere, quia di
Iſa. 58. b citur: Et carnem tuam ne deſpexeris. Nec debet ſeipſum ſine eleemoſyna dimittere, qui vult alijs miſeri
Eccli. 30. d cors eſſe. Dicitur enim: Miſerere animæ tuæ, placens
Aug. in Enchir. c. 76. to. 3. Deo. Et Auguſtinus in Enchiridion: Qui vult eleemoſynã ordinate dare, a ſeipſo debet incipere. Sicut enim non deberet dici miſericors, qui extraneis faceret miſericordiam, & matri propriæ crudelis & immiſericors eſſet. ſic multominus dicẽda eſt miſericordia. vel eleemoſyna, quam quis faceret alijs, anima ſua neglecta, & in peccato dimiſſa. Vnde dicitur: Qui ſibi nequam
Eccli. 14. a eſt, cui bonus? Et Auguſtinus: Quid eſt miſerius miſero, non miſerante ſibijpſi?

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS TERTIVS.

De Præceptis diuinis.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De præceptis in communi. Cap. I.
De præceptis primæ tabulæ. Cap. II.
De præceptis ſecundæ tabulæ, Et de honore parentum. Cap. III.
De non lædendo proximo, vel occidendo. Cap. IV.
De prohibitione concubitus illiciti. Cap. V.
De prohibitione furti. Cap. VI.
De non dicendo falſo teſtimonio, & de peccatis linguæ. Cap. VII.
De prohibitione concupiſcentiæ. Cap. VIII.
De præceptorum editione, ac promulgatione. Cap. IX.
Quòd tranſgreſſores præceptorum inſtar Pharaonis decem mulctantur. Cap. X.

De præceptis in communi. Cap. I.

Tria de præceptis diuinis conſideranda.

POSTQVAM dictum eſt de pœnitentia, dicendum eſt de præceptis: quia hæc eſt ſecunda diæta ſalutis, ſcilicet a pœnitentia venire ad præcepta. Et ideo nota de præceptis diuinis ſpecialiter tria, ſcilicet qualiter ſunt deſcripta indelebiliter, diſtincta rationabiliter, edita vniuerſaliter.

CIRCA præceptorum deſcriptionem eſt notandũ, quòd ad obſeruandum præcepta diuina, debet nos monere præceptorum ſcriptura tripliciter, ſi attendamus, quis ſcripſit, vbi ſcripſit, & quo modo ſcripſit. Primo enim ſi quæris, quis ſcripſit? dicitur quòd digitus Dei, ſcilicet Spiritus ſanctus. Scriptura, enim magis eſt authentica & plus obſeruanda, quando per manum publici tabellionis eſt confecta. Ille tabellio eſt Spiritus

A ſanctus, ſcilicet qui ex nihilo fecit cęlum & terram, & omnia elementa, & corpus Chriſti formauit in virginali vtero, & de puluere formauit corpora noſtra. Hic idem ſcripſit decem præcepta. Ille enim eſt notarius publicus, qui fecit inſtrumentum de matrimonio quod coniunxit Dei filium in virgine Eccleſia, & in noſtra carne. Et ipſe ſcripſit teſtamentum, quod condidit Chriſtus in Cruce, in quo legauit ſpiritum Deo patri, matrem Ioanni, & Paradiſum latroni. Iſte tabellio ſcribet in die iudicij æquitatem diuinæ ſententiæ. Iſte ſcribet electos in libro vitæ. Et breuiter iſte ſcribet omnes chartas & ſcripturas & inſtrumenta diuina. Bene igi

B tur obſeruanda eſt præceptorum ſcriptura. Vnde dicitur: Deus dedit Moyſi tabulas ſcriptas, vtraſque di- *Deut. 9. b*
gito Dei viui.

Secundo, ſi quæras vbi ſcripſit? dico, quòd in tribus locis ſcilicet in lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, & in pergameno humani cordis. De ſcriptura marmoris, nota quòd duo fuerunt paria tabularũ: primæ poſt ſcripturam fuerunt fractæ, inſtar illarum fuerunt aliæ renouatæ. Primæ ſignificant innocentiam, ſecundæ pœnitentiam. Et ideo ſi contingat tabulas innocentiæ frangi, debent ſaltem præcepta in tabulis pœnitentiæ transſcribi. Eſt enim mire cautum quòd ſi in

C ſtrumenta vetuſtate, vel aliquo caſu conſumpta ſunt, per manum notarij exemplanda, eâdem auctoritatem cum originalibus habitura ſint: quia pœnitẽtia reducit in gradum priſtinũ, & omnes defectus reuocat ad perfectũ, vt dicit Auguſtinus in Hypognoſticon. Vnde di- *Auguſt. Hypogn. li. 5. paulo poſt med. to. 7.*
cit Dominus Moyſi: Præcide duas tabulas lapideas inſtar priorũ, & ſcribam ſuper eas, quę habuerũt tabulę, quas fregiſti. De ſcriptura præceptorum in corde, no- *Exod. 34. a*
ta, quòd in hac ſcriptura ſcriptor, vt diximus, eſt digitus Dei ſcribentis: calamus, lingua prædicantis, iuxta illud: Lingua mea calamus ſcribæ. & Spiritus ſanctus *Pſal. 44. a*
ſcribens: pergamenum eſt munditia cordis, nam in

D pergameno lutoſo vel immundo, littera non bene formatur, nec apparet ſcriptura, immo oportet, quòd ſit album & mundum Vnde dicebat Propheta: Cor mun *Pſal. 50. c*
dum crea in me Deus. Incauſtum huius ſcripturæ eſt gratia Spiritus ſancti. Rubrica ornans totam ſcripturam, eſt ſanguis Chriſti. Continentia ſcripturæ eſt dilectio Dei, & proximi: quia finis præcepti eſt charitas. vt dicit Apoſtolus ſcribens ad Timotheum. Hæc ſcri- *1. Tim. 1. a*
ptura. quia tam chara fuit, ideo intima, & ſecreta eſt. Ideo ſicut iocalia chara & pretioſa reponuntur cũ magno ſtudio, in loco ſecreto & ſcrinio pretioſo, ideo, &c. & de hac ſcriptura chara & intima dicitur: Dabo legẽ *Ier. 31. f*

E meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. De ſcriptura præceptorum in corde, nota, quòd in triplici parte corporis noſtri, quodam modo ſcripta ſunt præcepta Dei, quaſi pro ſempiterno, & continuo memoriali. Scripta enim ſunt in manibus, vbi ſunt decem digiti: in pedibus, vbi ſunt decem articuli: & in quinque ſenſibus, vbi ſunt organa: ſicut duo oculi ad videndum, duæ aures ad audiendum, duæ nares ad odorandum, duæ fauces ad guſtandum, duæ manus ad tangendum. Per quod patet, quòd præcepta diuina debent in nobis dirigere greſſus affectionis: ideo ſunt decem articuli pedum, quaſi memoriale decẽ præcepto

F rum. Debent etiã regere ſenſus affectionis, actus operationis: propter quòd ſunt decem digiti manuum ad deſignandum. decem præcepta, ſeu præceptorum mandata. Debent nihilominus moderari ſenſus noſtræ conuerſationis, propter hoc in ſẽſibus ſunt decẽ organa ad deſignãdum decem pręcepta. Hic eſt liber ſcriptus intus & foris, vt dicitur in Ezechiele. quia præcepta, vt *Ezech. 2. d*
dictum eſt, debent eſſe ſcripta intus, ſcilicet in corde per dilectionem, & foris per operationem, ſcilicet in corpore.

Tertio, ſi quæras quo modo ſcripſit? dico, indelebiliter. Et nota quòd tria ſunt, quæ conſueuerunt delere ſcripturam, aqua, ignis, ſcilicet & vetuſtas: ſic ſpiritualiter aqua tranſitoriæ delectationis, ignis afflictionę per-

ſecutionis, vetuſtas defectiuæ conuerſationis In aqua ſignificatur tentatio carnis inficientis, in igne tentatio hoſtis decipientis, in vetuſtate tentatio mundi deficiẽtis. In quibuſdam enim delet præcepta aqua, vel liquor carnalis delectationis, in quibuſdam ignis, vel feruor hoſtilis perſecutionis, in quibuſdam vetuſtas mũdialis conuerſationis. Et ideo cõtra iſta tria, Deus voluit pręcepta ſua indelebiliter in lapide ſcribere, vt numquam delerentur, nec carnali beſtialitate, nec mundiali proſperitate, nec hoſtili aduerſitate. Vnde dicitur: Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

Mat. 24. c Item nota, quot tres ſcripturæ ſunt ſpecialiter indelebiles & immobiles, ſcilicet leges Imperatorum, donatio inter viuos, & vltimum teſtamentum Præcepta autem Dei, ſunt leges Imperatoris ſummi, editæ in conſiſtorio Trinitatis: quæ leguntur a doctoribus per Catholicam prędicationem, repetuntur a ſcholaribus per *Baruc. 3.* bonam operationem Vnde dicitur: Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum. Sunt enim præcepta diuina ęterna, ſicut donatio inter viuos, & irreuocabiliter donatur vita æterna illis, qui inter viuos, id eſt in ſtatu gratię obſeruant mandata diuina. Ideo dicitur: *Matt. 19.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Bene autem dicitur donatio inter viuos, & non inter mortuos: quia in ſtatu culpæ, non poteſt quis diuina præcepta obſeruare. Sunt nihilominus pręcepta diuina, ſicut vltimum teſtamentum. Nam primum teſtamentum fuit Iudæorum, qui pręcepta obſeruabant ex timore: & illud fuit renocatum. Secundum teſtamentum fuit Chriſti, ſcilicet tempore gratię, in quo obſeruantur pręcepta ex charitate: & illud fuit in morte Chriſti confirmatum. Vnde Chriſtus dixit in ſuo vltimo teſtamento: *Ioan. 15. b* Hoc eſt pręceptum meum, vt habetur in Ioanne.

De preceptis prima tabula. *Cap. II.*

Circa præceptorum ſecundam diſtinctionem, notandum eſt primo in generali de omnibus. Et nota *Ioſeph Antiq. li. 3. c. 4.* ſecundum Ioſephum, qui fuit doctor hiſtoricus, quòd præcepta diuina fuerunt per æquas partes, in duas tabulas diſtincta, quia quinque fuerunt in vna tabula, & *Orig. ho. 8. in Exo. c. 20* quinque in alia. Sed ſecundum Origenem, & beatum *Aug. q. in Exo. li. 2. q. 71. to. 4.* Auguſtinũ & alios doctores myſticos & morales, prima tabula dicitur continere tantum illa præcepta, quæ ordinant hominem ad Deum, vel ad vitã contemplatiuã, quæ ſunt tria, ſcilicet: Nõ habebis Deos alienos, &c. Secunda autem tabula continet tantum illa præcepta, quæ ordinant hominem ad proximum, quæ ſunt ſeptẽ, ſcilicet: Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. Et hæc breuiter fuerunt, ſicut Ioſephus narrat ad litterã. Et nota hic quòd Deus habitat in cælo, & proximus in mundo. Peccator igitur, qui non obſeruat præcepta primæ tabulæ quæ ordinant ad Deum, non meretur habitare in cælo, vbi Deus eſt: & qui non obſeruat præcepta ſecundæ tabulę, quæ ordinant ad proximum, nõ eſt dignus habitare in terra vel in mũndo, vbi eſt proximus. & ſic per conſequens relinquitur, quòd habitet in inferno, vbi eſt diabolus, iuxta illud: *Matt. 22. b* Ligans manibus & pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores. Prima tabula dicitur tantum continere illa præcepta, quæ ordinant hominem ad Deum, vel ad vitam contemplatiuam. Secunda, quæ ordinat hominem ad proximum, vel ad vitam actiuam.

Primæ tabulæ præcepta tria. Secundo notandum eſt in ſpeciali, quòd in prima tabula ſunt tria præcepta, hominẽ ad Deum ordinantia in vitam contemplatiuam. Primum eſt, non habebis Deos alienos. Secundum eſt: Non aſſumes nomen Dei in vanum. & tertium eſt: Memento, vt diem ſabbati ſanctifices.

PRÆCEPTVM I. Primum igitur præceptum primæ tabulæ eſt: NON habebis Deos alienos ſed vnum ſolum, ſcilicet Deum *Deut. 6. a* viuum, & verum, iuxta illud: Audi Iſrael Dominus Deus veſter, Deus vnus eſt. In hoc igitur pręcepto prohibetur omnis idololatria, & contra hoc faciunt, non ſolum infideles & pagani & hæretici, verumetiam omnis homo, qui amorem præcipuum, quem debet ponere in Deo, ponit in quocumque bono creato, ſicut ambitioſus, qui ſumme diligit nummum: & guloſus qui ſumme diligit ventrem ſuum. Et ideo nota, quòd *Idololatria triplex.* triplex eſt idololatria, ſcilicet paganorum, auarorum, & guloſorum. Idololatria paganorum eſt mala, quia colunt aurum & argentum, iuxta illud: Simulacra gen*Pſal. 113. b*tium argentum & aurum. Idololatria auarorum eſt peior, quia quaſi Deum adorant nummum. Nam auaritia eſt idolorum ſeruitus ſecundum Apoſtolum. *Eph. 5. b* Idololatria guloſorum eſt peſſima, quia guloſi colunt Deũ viliſſimum, ſcilicet ventrem ſuum, qui eſt latrina & immunditia, de quibus dicit Apoſtolus: *Phil. 3. d* Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum. Pagani comparant Deum auro pretioſo: auari nummo rubiginoſo: guloſi ventri ignominioſo.

PRÆCEPTVM II. Secundum præceptum eſt: NON aſſumes nomen Dei in vanum. In quo prohibetur periurium, & blaſphemia, & omne peccatum, vel inordinatio linguæ, maxime contra Deum. Et nota tria hic ſpecialiter de periurio, vel blaſphemia. Primo, quia periurus, vel blaſphemus peſſimus deſtruit animam ſuam. Prouocat enim contra ſe tres perſonas, quarum fauor valde eſt neceſſarius in iudicio, ad ſententiam obtinendam, ſcilicet iudicem, teſtes & aduocatos. Qui enim falſe iurat per Deum, habet contra ſe iudicem, ſcilicet Deum, qui eſt iuſtus, vt dicitur in Pſalmo. *Pſal. 7. e* Qui iurat falſe per ſanctos, habet contra ſe aduocatos, ſcilicet ſanctos qui ſunt aduocati noſtri, & ſpecialiter qui iurat per Virginẽ matrem Dei. Nam de illa cantat Eccleſia: Eia ergo aduocata noſtra, &c. Summum aduocatum prouocat cõtra ſe, qui falſe iurat per Chriſtum, vel per corpus ſuum, vel altare ſacrum, quia ipſe eſt præcipuus aduocatus noſter, iuxta illud: *1. Ioan. 2. a* Aduocatum habemus apud patrem Ieſum. &cet. Qui vero falſe iurat, per ſancta Dei Euangelia, fidem vel conſcientiam ſuam, habet contra teſtes. Nam ſancta Dei Euangelia ſunt teſtimonia veritatis: & fides, & conſcientia noſtra ſun teſtes noſtri, iuxta illud: *2. Cor. 1. e* Gloria noſtra hæc eſt, &c. Quo modo ergo blaſphemus, vel periurus faciet qui veritatem, iudicem, aduocatum & teſtes contra ſe habet? Per quàm viam incedet in extremo, & iuſto iudicio Dei vbi vix iuſtus ſaluabitur, qui quando credit pro ſe ſententiam habere, habet contra ſe? De talibus conquaeritur Dominus, dicens: *Iſa. 52. b* Iugiter tota die nomen meum blaſphematur. Non miretis ergo ſi periurus & blaſphemus damnentur, qui nomen Dei glorioſum aſſumunt in vanum, Virginem glorioſam, fidem ſuam, & conſcientiam ſuam, ſancta Euangelia, & Chriſtum, & omnes ſanctos, & omne bonum aſſumũt in vanum, & omnia, vt videtur, habent pro nihilo. Non erit inquam mirum, ſi a Deo, & Virgine, & ſanctis omnibus in iudicio illo tremendo procul repellentur.

PRÆCEPTVM III. Tertium præceptum eſt: MEMENTO vt diem ſabbati ſanctifices. Et nota, quòd tranſgreſſores huius pręcepti videntur ſpecialiter memoriam amiſiſſe. Vnde iſtis ſolum dicitur: Memento, & cetera. Primo igitur, tales videntur memoriam amiſiſſe, quia non reminiſcuntur eorum, quæ vident in natura, nec eorum, quæ legunt, vel audiunt in ſcriptura. Videmus enim in natura quòd omnia quietem appetũt poſt laborem. Herbæ namque & plantæ, ſegetes & arbores fructificant, & ſuo modo laborant, ſcilicet in vere, autumno, & æſtate, & quieſcunt in hieme, & quodammodo ſomniant. Legimus autem in ſcriptura, quòd Deus fecit *Gen. 1.* cælum, terram, & omnia, quæ in eis ſunt in ſex diebus: tamen in die ſeptima requieuit. Apoſtoli & martyres & alij ſancti laborauerunt in hoc mundo, & tamen nunc requieſcunt in cęlo. Solus vero diabolus numquã quieſcit, nec illi qui ſunt in inferno. Tranſgreſſores ergo huius præcepti, ſunt illi, qui laborant per totam illam ſeptimanam, nec quieſcunt, nec ceſſant in diebus Dominicis, nec in alijs feſtis. Non enim ſunt, vt patet, ſimiles

ſimiles Deo qui requieuit ſeptima die, nec creaturis, **A** quæ requieſcunt, in hieme, nec ſanctis, qui requieſcunt in cælo: ſed ſunt ſimiles diabolo, & damnatis, quia nemquam requieſcunt ſed ſemper laborant, & laborabunt in inferno. *Pſal. 48. b* Nam de damnato dicitur: Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Secundo tales videntur memoriam amiſiſſe. quia intentio fuit Dei, vt in die feſto vacaremus diuino cultui tales autem faciunt totum contrarium. Nam diebus feſtiuis vadunt ad mercata & nundinas & ſimilia, & dimittunt ſermones & miſſas & fugiunt a Deo, & vacant mundo, & quod peius eſt, peccato. Tales enim ſunt ſimiles cancro, qui ſemper vadit, & ſerpit ex tranſuerſo retrogra- **B** diendo. Tertio tales videntur perdidiſſe memoriam, quia Dominus mandat ſanctificari ſabbatum, & illi polluunt ſabbathum, & quòd peius eſt, quaſi ſanctificant ſeptimanem: vacant enim in ſeptimana operibus licitis, & in ſabbato, vel die feſto ebrietatibus, & immundiriis, ſordibus & peccatis. per totam ſeptimanam dant corpus victui miſero, & in die feſto dant animam diabolo. De his conqueritur Dominus, dicens: *Ezec. 22. b* Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbata mea polluiſtis.

De preceptis ſecunda tabula, & primo de honore parentum. **C** *Cap. III.*

Secundæ tabulæ præcepta vij.

DE præceptis ſecundæ tabulæ, eſt notandum, quòd ſeptem ſunt in vniuerſo. Primum eſt, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Secundum, Non occides. Tertium, Non mœchaberis, Quartum, Non furtum facies. Quintum, Non falſum teſtimonium dicee. Sextum, Non concupiſces rem proximi tui. Septimum, Non deſiderabis vxorem proximi tui. Et de iſtis ſeptem, primum eſt affirmatiuum, & alia ſunt negatiua. Præcepta autem affirmatiua ligant ſemper, ſed non ad ſemper, ſed pro loco, & tempore: negatiua vero ligant ſemper & pro ſemper. **D**

PRÆCEPTUM I.

Primum ergo præceptum ſecundæ tabulæ eſt: HONORA patrem tuum, & matrem tuam, & eſt affirmatiuum. Et nota, quòd triplex eſt ratio, quare honorandi ſunt parentes, ſcilicet quia nos genuerunt, nutrierũt, & inſtruxerunt.

Triplex ratio, ob quã ſunt honorandi parentes.

Quia per ipſos ſumus geniti, debemus eis corporale obſequium: quia per ipſos ſumus nutriti, debemus temporale nutrimentum, vel ſubſidium: & quia per ipſos ſumue inſtructi debemus eis imitationis exemplum. Prima ergo ratio honorandi parentes, eſt: *Eccli. 7. b* quia ipſi nos genuerunt. Vnde dicitur: Honora patrẽ tuum & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris, meditando, quia niſi per illos non fuiſſes. Et propter hoc, vt di- **E** ctum eſt, debemus eis corporale obſequium ſcilicet. Corde debemus eos diligere, contra illos qui eos contemnunt, & deſiderant mortem eorum, maxime quando ſeneſcunt. Lingua debemus eis reuerenter loqui & benedicere, contra illos, qui non benedicunt, ſed maledicunt. Auribus debemus eis obedire, contra illos, qui eorum præcepta paruipendunt. Manibus debemus eis ſeruire, contra illos, qui eos percutiunt.

Secunda ratio honorandi parentes eſt, quia ipſi nos nutrierunt, & propter hoc debemus eis temporale nutrimentum, vel ſubſidium.

Tertia ratio honorandi parentes eſt, quia ipſi nos **F** inſtruxerunt. Vnde debemus eis imitationis exemplũ, *Prou. 1. a* ſcilicet in bonum. quia dicitur: Audi fili mi diſciplinã patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Vnde vide ſalarium. Filius bonus eſt benedictio patris & matris, quia in eo benedicuntur pater, & mater ſicut vulgo dicitur de bono filio, Benedicatur pater tuus, & mater *Luc. 11. d* tua. Sicut illa bona mulier dixit Saluatori noſtro: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quę ſuxiſti. Et econuerſo pro ſalario mali filij, patris, & matris, dicitur de malo filio: Maledicatur pater, qui te genuit, & mater quæ te lactauit. Exemplum de Linecio, de quo narrat Boetius in libro de diſciplina ſcholarium.

Triplex pœna eorũ, qui parentes nõ honorant.

Item nota, quòd triplex eſt pœna eorum, qui nõ ho-

A norant parentes ſuos. Prima eſt filiorum ſuorum inobedientia, nam eandem ſalſam dabunt eis filij ſui, quam ipſi dederunt parentibus, iuxta illud: Eadem quippe *Luc. 6. f* menſura qua menſi fueritis remetietur vobis.

Secunda pœna eſt infamia. Nam ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones, maligni petentibus infames ſunt, & ex eorum malignitate poteſt teſtamentum & donatio reuocari, & poſſunt omni facultate & hereditate priuari paterna, & vltra hoc tales frequẽter mala morte moriuntur in hac vita, & interdum horribiliter puniuntur vel perimuntur. Tertia pœna eſt bre- *Exo. 20. b* uis vita ſicut præmium honoratum eſt vita lõga, vt di- **B** citur: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. Nec eſt mirum ſi tales reputentur indigni vita æterna, qui etiam reputantur indigni, vel iudicantur in hac vita miſera tranſitoria: & illis vita ſubtrahatur, cum aliis peccatoribus conceditur ad pœnitentiam faciendam.

De non lædendo proximo, vel occidendo. *Cap. IV.*

PRÆCEPTUM II.

SEcundum præceptum, ſecundæ tabulæ eſt: NON OCCIDES. ſcilicet iniuſte. Nam iſtis tribus modis vel actu mortem inferendo, vel lingua mortem procu- **C** rando, vel corde proximum odiẽdo, homicidium perpetratur. De vltimo enim de quo minus videtur, dicitur: Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. *1. Ioan. 3. c*

Item nota ſpecialiter, quòd tria ſunt homicidarum genera. Sunt enim quidam qui interficiunt ſeipſos pro peccatis, & ſecũdum Auguſtinũ illi inter omnes ſceleratiſſimi homicidæ ſunt. *Aug. lib. 1. de ciu. Dei. c. 17. & 9.* De his dicitur: Qui facit peccatum & iniquitatem, hoſtis eſt animæ ſuæ. *Tob. 12. c* Sunt alij qui ſpiritualiter interficiunt proximum per ſcandalum & malum exemplum, quòd figuratur in morte primogenitorum Aegypti, vt habetur in Exodo. *Exod. 12. c* Tunc enim moriuntur primogenita in Aegypto, quando ma- **D** iores præſtant minoribus materiam peccati vel ruinę, ſuo malo exemplo. Sunt etiam alij, qui procurant abortum, ſcilicet quando bonũ propoſitum in ſe extingunt, quòd eis miſericorditer inſpiratur ex quo per gratiam impregnantur, ſicut in perſona ipſorum dicitur: *Iſa. 26. c* A facie tua Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Mali vero concipiunt, ſed non parturiunt, quia ſuffocant conceptum. De his dicitur: *Iſa. 37. a* Venerunt filij, vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.

Pœna triplex homicidarum.

Item nota, quòd triplex eſt homicidarum pœna, ſcilicet exilium, patibulum, & irregularitatis impedimentum. Homicidæ enim exulantur, quando autem poſ- **E** ſunt capi, ſuſpenduntur: ſic qui occidunt ſe vel alios per peccatum, exules ſunt a gratia, & patria. Homicidæ autem ſuſpenduntur, quando poſſunt tangi, in patibulo iudicis: ſic ſpiritualiter homicida ſuſpenditur in patibulo inferni, quando moritur. Homicidæ etiam non poſſunt ad ſacros ordines promoueri: ſic animæ homicidarum non promouebuntur ad ordines angelorum, ſed erunt in inferno. Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, vt habetur in Iob. *Iob 10. d*

De prohibitione concubitus illiciti. *Cap. V.*

PRÆCEPTUM III.

TErtium præceptũ ſecundæ tabulæ eſt: NON MOE- **F** CHABERIS. vbi prohibetur omnis cõcubitus illicitus, & actus carnis inordinatus, tam contra ordinem naturæ, quàm contra ordinem ſcripturæ & gratiæ.

Luxuria ob triplicẽ cauſam prohibetur.

Et notandum quòd triplex eſt ratio, quare prohibetur mœchia vel luxuria. Primo igitur mœchia eſt huiuſmodi mundi quaſi vilis infirmitas, quia fere totus mundus tabeſcit & ægrotat vel moritur iſto peccato, & eſt morbus ita contagioſus, quòd ſolo aſpectu inficit hominem. Vnde Saluator noſter, prohibuit aſpectum illicitum, dicens: *Matt. 5. d* Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Mulier namque adultera, ſicut baſiliſcus, ſolo aſpectu interficit hominem: propter quod nos non debemus nimis propinquare, vel familiares eſſe eis: ſicut nec in-

Eccli.42.c ſiemis qui laborant morbo cõragioſo, quia dicitur: De
veſtimentis procedit tinea, & a muliere iniquitas viri.
Secundo, quia mœchia eſt maior mercatura diabo-
li. In alijs enim peccatis lucratur diabolus vnum pec-
catorem, pro vno peccato: ſed in mœchia, vt vulgo
dicitur, lucratur pro vno peccato duos, immo tres, &
interdum plures, ſcilicet adulterum, & adulteram, &
vetulam, quæ procurat peccatum. Quia etiam diabo-
lus in hoc magis multiplicat vſuras ſuas, ideo huic mer-
caturæ vel negotio plus intendit, immo non curat dor-
mire, vel comedere, tantum eſt intentus huic peſſimæ
Iob 30. c mercaturæ. Dicitur enim: Qui me comedunt, ſcilicet
tentando, non dormiunt, ſcilicet a tentatione ceſſando.
Tertio, quia etiam mœchia eſt communior via infer
ni, hoc eſt, ſtrata publica magis lata, quia plures ambu-
lant per eam. Alia peccata vendicant ſibi ſpecialia ho-
minum genera, ſed luxuria nulli parcit, & fere ad om-
ne genus hominum ſe extendit. Exemplum de diabo-
lo, qui ſecundum fabulam habuit vxorem, & ex illa
habuit ſeptem filias, & maritauit eas. Superbiam de-
dit mulieribus, quæ totum ſtudium ſuum ponunt in
vanitate, & ſpeculo, pectine, & crinibus, & monili-
bus, & ornatu capitum, *& cet.* Vſuram dedit Burgen-
ſibus: rapinam militibus & magnatibus ſimoniam
clericis & prælatis: hypocriſim religioſis, & luxu-
Matth.7. b riam vniuerſis. De hac via dicitur: Lata eſt porta &
ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt,
qui intrant per eam.

De prohibitione furti. Cap. VI.

PRÆCEPTUM IV. QVartum præceptum ſecundæ tabulæ eſt: Non
furtum facies. In quo prohibetur furtum, rapi-
na, & ſimonia, & omnis illicita contractio rei alienæ.
Furtũ eſt cõtra triplicẽ legem. Et nota quòd furtum cum ſuis comitibus eſt contra
triplicem legem. Eſt enim primo contra legem naturę,
ſecundum quam omnia debent eſſe communia. Fures
Tob. 4. c autem & ſui comites non ſolum retinent ſua propria
immo vſurpant aliena, contra illud præceptum natu-
ræ, quod ſcriptum eſt: Quod ab alio oderis tibi fieri,
vide ne tu alteri aliquando facias. Eſt contra legem
Exo. 20. c ſcripturæ, vt dicitur: Non furtum facies. Eſt etiam
contra legem gratiæ. Nam charitas quæ eſt ſecundum
præceptum legis gratiæ, non quærit ſua, ſed aliena.
Luc. 6. e Charitas præcipit dare, dicens: Date & dabitur vobis,
communicando. Hæc autem potius nititur auferre.
Charitas autem cõmunicata, facit nos ſimiles Deo, qui
non ſolum, & ſua & æterna, ſed etiam ſeipſum pro no-
Eph. 5. a bis dedit, vt habetur ad Epheſios. Fures raptores, &
vſurarij auferendo alijs, ſunt ſimiles morti & diabolo.
Nam mors nititur furari & auferre corpus. diabolus
Iſa. 28. d autem animam. De talibus dicitur: Percuſſimus fœ-
dus cum morte & cum inferno. id eſt diabolo fecimus
pactum, qui furatur animam. Et præcipue vſurarij fu-
res, vel raptores, qui auferunt ſua pauperibus, ſunt ſi-
miles morti: qui auferunt pauperibus victum ſuum
neceſſarium & per conſequens vitam ſuam. Nam di-
Eccli. 34. d citur: Panis egentium vita pauperis eſt, qui defraudat
illum homo ſanguinis eſt.

De non dicendo falſo teſtimonio, & de peccatis linguæ. Cap. VII.

PRÆCEPTUM V. QVintum præceptum ſecundæ tabulæ eſt: Non
falſum teſtimonium dices. In quo prohibetur
omne peccatum & omnis inordinatio linguæ, & ſpe-
cialiter contra proximum.
Linguæ peccata 22. Sunt autem, ſecundum doctores, viginti duo pecca-
ta, vel deordinationes linguæ, & omnes prohibẽtur, ſci
licet blaſphemia, murmur, defenſio peccati, periuriũ,
mendacium, detractio, accuſatio, multiloquium, verbũ
otioſum, ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, indiſcre-
tio, conuicium, contentio, bonorum deriſio, prauum
conſilium, ſeminare diſcordias, maledictio, adulatio,
A peccatum bilinguium, rumor, iactantia, & ſecreti re-
uelatio ſpecialiter.
Et nota, quòd falſus teſtis tribus perſonis eſt obno- Falſus teſtis
xius, vt dicit Iſidorus de ſummo bono: eſt enim obno- Iſid. de ſũ.
xius Deo, quem contemnit, & iudici quem decipit, & bono. li. 3. c.
proximo, quem lædit. Mendax eſt ſicut denarius fal- 59. ſent. a.
ſus, vel potius ſicut falſus monetarius, qui fabricat fal-
ſam monetam: & talis de iure punitur morte æter-
na, iuxta illud: Perdes omnes, qui loquuntur menda- Pſ. 5. b
cium. Detractor ſimilis eſt cani, qui lambit in homi-
ne, nõ carnem ſuam ſed vlcera & ſaniem. Murmurans
autem, ſimilis eſt rotæ deteriori carri, quæ plus eſt
B quam aliæ garruloſa, quia ſcilicet non eſt vncta oleo: ſic
iſti deficit vnctio Spiritus ſancti. Iactans ſimilis eſt cu-
culo, quæ neſcit nunciare, niſi de ſeipſo. Adulatores
ſimiles ſunt canibus, qui, cum obuiant ſibi inuicẽ, oſcu-
lantur ſe in loco immundo. Bilinguis, vel reportator
verborum, ſimilis eſt ſerpenti, qui habet linguam bi-
furcatam, ſic tales loquuntur ad duas partes. Qui ſtul-
te promittit, ſimilis eſt arbori, quæ habet lata folia, ſi-
cut vitis, quæ cito folia deſtuit, vt dicitur in Pſalmo:
Qui loquitur ſcurriliter, ſimilis eſt porco, qui vbicum-
que ponit pedem, non veretur ponere os. Qui pecca-
tum defendit vel excuſat, ſimilis eſt Adæ, qui retor-
C ſit culpam ſuam in Deum, dicens: Mulier quam dedi- Gen. 3. b
ſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi, *& c.*
Qui maledicit, ſimilis eſt hiſtrioni viliori, immo viliſ-
ſimus eſt inter omnes, qui vulgo dicitur ioculator, ſic
de maledicente, qui multis eſt odioſus. Qui multum
loquitur, eſt ſicut fatuus mercator, qui ſine numero
pondere & menſura vendit merces ſuas, & ideo non
eſt mirum ſi interdum defraudetur. Qui indiſcrete
comminatur, ſimilis eſt cani, qui plus latrat & minus
facit. nobilis enim canis ſicut leporarius, vix latrat. Qui
conuitiatur, eſt ſicut canis macelli, qui ſemper os por-
tat ſanguinolentum. Qui contendit vel contentionem
D incipit eſt ſicut ille, quia diabolo mutuum recipit, qui
in contentione recontendit, diabolo vſuras ſoluit. Qui
praue conſulit, eſt ſicut ſerpens, qui inficit quidquid
lingua eius tangit. Qui rumores multos narrat, ſimi-
lis eſt lupo, qui, vt dicunt, vno menſe viuit de vento.
Qui loquitur verba otioſa, eſt ſicut vlmus & aliæ ar-
bores, quæ nullum fructum ferunt, ſed folia tantum.
Qui bonos deridet, eſt ſicut cæcus, qui ſpuit & neſcit
vbi, ſed ſpuit aliquando ſuper vultum alicuius, quando
credit ſpuere ſuper terram vel lutum. Qui ſeminat
diſcordias eſt ſicut ſerpens ignominioſus, quia talis vo-
mit ignem & incendit rancorem. Qui ſecreta reuelat,
E eſt ſicut ſaccus ſine fundo, & ſicut vas ſine opertorio.
De blaſphemo & periuro dictum eſt ſupra. Et pro- Sup. c. 2. huius titulo.
pter hoc per talia quæ a lingua procedunt. vocatur vni-
uerſitas iniquitatum in Zacharia. Zach. 5.

De prohibitione concupiſcentiæ. Cap. VIII.

SExtum præceptũ ſecundæ tabulæ eſt: Non concu- PRÆCEPTUM VI. ET VII.
piſces rẽ proximi tui. Septimum præceptũ eſt. Non
deſiderabis vxorem eius. In primo prohibetur con-
cupiſcentia oculorũ. In ſecundo concupiſcentia carnis.
Et nota quòd triplex eſt ratio, quare ſpecialis iſta cõ Triplex ratio ob quã
cupiſcentia carnis duplex prohibetur, tũ quia eſt quæ- duplex con
F dam animæ labes, quæ cito maculat, & vix poteſt tergi: cupiſcentia
tum quia eſt quidã animæ ignis qui ſubito inflammat, carnis pro-
& vix poteſt extingui: tum quia eſt quædam animæ ſi- hibetur.
tis, quæ ſemper cruciat, & vix poteſt ſatiari. Primo igi-
tur hæc duplex cõcupiſcentia eſt animæ labes, quæ vix
poteſt tergi. Vna iſtarum, id eſt concupiſcentia car-
nis eſt ſicut aqua propter labilitatem tranſitoriæ dele-
ctationis. Altera ſcilicet concupiſcentia oculorum, eſt
ſicut terra, propter ariditatem, terrenæ affectionis. Si-
cut ergo ex aqua & terra fit lutum materiale, ita ex hac
duplici cõcupiſcentia fit lutũ ſpirituale, quo anima ſor-
didatur, & per conſequens fœtet, & diſplicet in con-
ſpectu Dei ad modum viliſſimi luti. Vnde dicitur in
Pſalmo: Vt lutum platearum delebo eos. Pſal. 17. g

Secundo

Secundo iſta duplex concupiſcentia eſt animę ignis, quæ vix poteſt extingui. De quo dicitur in Iob: Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans. *Iob 31. b* Inflammat enim animam, & inflammando incinerat, & tunc tertia ſoror earum, ſcilicet ſuperbia vitæ, quæ eſt ſicut ventus, inſufflat in animam ſic redactam in cineres, & diſpergit eam in ventum, & per conſequens adnihilatur. Et ideo dicitur in Pſalmo: Quod impius eſt ſicut puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. *Pſ. 1. b*

Tertio iſta duplex concupiſcentia eſt animæ ſitis quæ vix poteſt ſatiari, cuius duæ ſunt ſanguiſugæ filiæ dicentes, Affer, affer, ſicut dicitur in Prouerbijs. *Prou. 30. b* Concupiſcentia oculorum dicit affer diuitias: concupiſcentia carnis dicit, affer delicias. Vna non ceſſat congregare, alia non ceſſat effundere. Vnde dicit Aggæus: *Aggæi. 1. b* Qui mercedes congregauit, miſit eas in ſaccum pertuſum. Homo mundanus diuitiarum & deliciarum ſitibundus ſaccus dicitur pertuſus. & ideo non eſt mirum, ſi numquam poteſt ſatiari: quia numquam poteſt impleri ad modum ſacci pertuſi.

De præceptorum editione, ac promulgatione. Cap. IX.

DE præceptorum editione, vel promulgatione notandum quòd ſunt vtiliter edita, & ſub triplici pœna, & primo ſub pœna corporis, & animæ. Lex enim Imperatoris editur ſub pœna corporis tantum, ſed lex Creatoris ſub pœna animæ & corporis, vt dicitur in Matthæo: *Matt. 10. e* Nolite timere eos, qui occidũt corpus, animam autẽ non poſſunt occidere. Secundo præcepta diuina edicuntur, vel mandantur ſub pœna bonorum mobilium & immobiliũ. Bona mobilia dicuntur bona gratiæ, quia poſſunt perdi & recuperari: bona immobilia dicuntur bona gloriæ, quia ſemel habita numquã poſſunt amitti. Tranſgreſſores ergo præceptorum diuinorum, bonis gratiæ & gloriæ priuantur. Ideo obſeruantibus datur gratia in præſenti, & gloria in futuro, iuxta illud Pſalmi: *Pſal. 83. e* Gratiam & gloriam dabit nobis Dominus. Tertio præcepta diuina edicuntur ſub pęna patibuli infernalis. tranſgreſſor ergo diuini præcepti iam eſt in via, qua ducitur a diabolo ad patibulum inferni. Et nota, quòd tria ſunt quæ fiunt latroni quando ducitur ad patibulum. Oculis velatur, manibus ligatur, & veſte nudatur: ſic peccatori qui ducitur ad infernum, velantur oculi rationis, ligantur manus bonæ operationis, denudatur veſte honeſtæ conuerſationis. Sic ergo præcepta diuina edicuntur ſub multiplici pœna. Ideo dicitur in Pſalmo: *Pſ. 118. a* Tu mandaſti, mandata tua cuſtodiri nimis.

Quòd tranſgreſſores præceptorum inſtar Pharaonis decem mulctantur. Cap. X.

Tranſgreſſores decalogi decem.

NOta, quòd ſicut decalogus eſt decem præceptorũ Dei, ſic ſunt decem tranſgreſſores decalogi, qui figurantur per decem plagas Aegypti, quæ fuerunt ſanguis, rana, ciniſes, & muſcæ, animalium peſtis, & veſica, grando & locuſta, tenebræ & mors primogenitorum. Et per iſtas decem plagas Aegypti figurantur, vt dictum eſt, tranſgreſſores decalogi. Nam ſicut plagæ illæ vaſtauerunt Aegyptum: ſic plagæ peccatorum corrumpunt mundum iſtum. Prima ergo plaga Aegypti fuit ſanguis, omnes enim aquæ Aegypti verſæ fuerunt in ſanguinem, & hoc ſignat ſanguinem, & corruptionem luxuriæ. Secunda plaga fuit rana, tota enim Aegyptus bulliuit ranis, & ſignificat loquacitatem & peccata linguæ. Tertia plaga fuit ciniſes, cuius aculeus amarus quaſi inuiſibiliter pungit, & ſignificat aculeum inuidiæ. Quarta plaga fuit muſca grauiſſima, & hæc ſignificat indignationem & peccatum iræ. Quinta plaga fuit peſtis animalium, & hæc ſignificat languorem, vel peccatum acediæ. Sexta plaga fuit veſica turgens & ampuloſa, & hæc ſignificat inflationem, & peccatum ſuperbiæ. Septima fuit grando, & hæc ſignificat perſecutionem, & peccatum iniuriæ, quia ex ſuperfluitate naſcitur iniuria vel malitia. Octaua fuit locuſta, quæ deuorauit quidquid reſiduum fuit in grandine, & ſignificat voracitatem, & peccatum gulæ. Nona plaga fuit palpabilis tenebra, & hæc ſignificat cæcitatem ignorantiæ. Decima & vltima fuit mors primogenitorum, & hæc ſignificat ſcandalum, vel notam infamiæ, quando ſcilicet maiores præbent occaſionem peccandi, vel materiam ruinæ. Hæ fuerunt plagæ Aegyptiorum ad litteram, & iſtæ ſunt myſticæ plagæ peccatorum tranſgreſſionis decem præceptorum. Vnde ſicut Aegyptij poſt plagas iſtas fuerunt ſubmerſi in mari rubro: ſic homines mundani poſt plagas iſtorum peccatorum, ſi non fuerunt per pœnitentiam loti, vel ſanati, ſubmergentur in inferno cum Pharaone, & ſuis curribus, id eſt cum diabolo & Angelis ſuis. Qui autem fuerit tranſgreſſor diuini præcepti, non erit immunis a plagis peccatorum, & a gutture tormentorum, quia dicitur in Eccleſiaſte: *Eccles. 8. a* Qui cuſtodit præcepta, non experietur quidquam mali.

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS QVARTVS.

De conſilijs Euangelicis.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De Religione.	*Cap. I.*
De obedientia.	*Cap. II.*
De paupertate.	*Cap. III.*
De caſtitate.	*Cap. IV.*

De Religione. Cap. I.

POST tractatum de præceptis, dicendum eſt de conſilijs Euangelicis. Hæc eſt enim tertia diæta ſalutis, ſcilicet de præceptis ad conſilia Euangelica, ſicut a minus perfectis ad magis perfecta peruenire. Et quoniam iſtam diætam ambulant viri perfecti ſicut religioſi, ideo dicendum eſt hic de religione in communi.

Tria de religione notanda.

Vnde in nomine Domini de religione, vel congregatione nota ſpecialiter tria, ſcilicet typum cui comparatur, ortum, vnde deriuatur, votum quo ligatur. Habet ergo religio typum multiplicem, qui ipſam reddit commendabilem. Vnde nota quòd tria commendantur in religione vel religioſis, ſcilicet pondus maturitatis, amor communitatis, & fuga proprietatis. Religioſus ergo debet habere pondus maturitatis, ſicut verus trapezita vel campſor, cognoſcit meliores denarios ad pondus: ſic abſque dubio, in pondere maturitatis cognoſcitur religioſus. Nam in Pſalmo dicitur: *Pſal. 34. e* In populo graui laudabo te. Religioſus debet amare communitatem, et hoc multiplici exemplo. Videmus enim quòd plures homines, quando ſunt congregati incedunt ſecurius, reſiſtunt fortius, ſolatiantur iucundius. Vnde dicitur in Eccleſiaſte: *Eccles. 4. c* Melius eſt duos eſſe ſimul quàm vnum. Videmus inſuper econtrario, quòd auis ſola ſingularis, vel eſt rapax, vt accipiter, vel amiſit ſocium, vt turtur: ſic religioſus ſingularis, vel eſt rapax detrahendo, vel iudicando patrem, vel proximum, vel amiſit ſocium, id eſt Chriſtum. quia

Ibid.b dicitur etiam in Eccleſiaſtico: Væ ſoli. Ideo in obla-
tione Domini in templo, fuit par turturum, non ſola
Luc.2.d torur vt dicitur in Luca. Videmuſ enim quòd ſola
candela per ventum extinguitur, ſed non ita de facili
quando cum alijs ardet: ſic plures congregati vinculo
charitatis, iuncti melius lucent per exemplum, vehe-
mentius ardent per deſiderium diuinum. Vnde di-
Pſ.49.a citur in Pſalmo: Congregate illi ſanctos eius. Vide-
mus enim præterea, quòd non ſolus denarius, ſed plu-
res faciunt theſaurum, non vnus miles, ſed plures fa-
ciunt exercitum, non vnus ſcholaris, ſed plures faciunt
ſtudium, non vnus bos, ſed plures trahunt iugum, non
vnum membrum, ſed plura faciunt corpus vnum, non
vna apis, ſed plures componunt fauum, non vnum
granum, ſed plura faciunt aceruum, non vna ſpe-
cies, ſed plures faciunt electuarium: ſic cum plures
ſunt vniti per amoris vinculum, eſt in eis abſque dubio
maior abundantia meritorum. Vnde in figura hu-
ius non vnus ſolus diſcipulus, ſed plures diſcipuli rece-
Act.2.a perunt Spiritum ſanctum, vt dicitur in Actis. Religio-
ſus debet inſuper fugere & cauere proprietatem. Si-
cut enim veſpertilio bibit oleum in Eccleſia, vbi lau-
dant alij Deum: ſic religioſus proprietarius, inſtar ve-
ſpertilionis, bibit, & furatur bona monaſterij, vbi alij
vacant laudibus, & Dei ſeruitio, ſicut Iudas, qui ſolus
inter Apoſtolos pecuniam furatus eſt, vt dicitur in
Ioan.12.a Ioanne.

Item nota quòd tria ſunt reprobata ſpecialiter in
quolibet religioſo, ſcilicet indeuotio, diſſolutio, & va-
gatio. Nam religioſus indeuotus, eſt ſicut Cirpus, vel
iuncus, aut mergus, qui interius eſt aridus, quòd tamen
ſtat in aqua vel loco aquoſo. Item ſicut piſcis qui ſem-
per bibit aquam, & cum aperitur venter inuenitur va-
cuus, talis iuxta panem moritur fame, iuxta fontem
moritur ſiti, iuxta ignem moritur frigore. Et de tali-
Pſ.33.c bus dicitur in Pſalmo: Diuites eguerunt, & eſurierunt.
Eſt etiam reprobãda in religione diſſolutio vitæ, & in-
honeſtas in conuerſatione. Nam ſæcularis inhoneſte
viuens, ſolum infamat ſeipſum: religioſus vero inho-
neſtus, & diſſolutus, infamat totum monaſterium, &
ordinem ſuum. Nam ſicut quando vinum proclama-
tur in villa, per vinum quòd portatur in cypho iudicat
homines de toto vino quòd eſt in dolio: ſic mundus
per conuerſationem quam videt in vno religioſo, iudi-
cat omnes alios qui ſunt in monaſterio, vel in ordine
ſuo, & hoc tam in bono, quam in malo. Vnde dicit
1.Cor.4.b Apoſtolus: Spectaculum facti ſumus mundo. Eſt inſu-
per in religioſo valde reprobanda vagatio. Sicut enim
piſcis non diu viuit extra aquam: ſic religioſus vaga-
bundus cito moritur per culpam. Vnde dicit Hiero-
nymus: Otium mihi carcer eſt, & ſolitudo paradiſus.

Tria pręſtã-da religioſo Item nota quòd religioſus debet ſe caſtigare non in-
terficere, prælato obedire non contradicere, & ſemper
in bono proficere, non retrocedere. Religioſus ita-
que debet corpus proprium non occidere, ſed diſcipli-
nare, & diſciplinã cum ratione regulare, & interdum
diſciplinam remittere. Sicut aquila retrahit alas, vt me-
lius extendat, & baliſtarius remittit, vel diſtendit ar-
cum, vt fortius poſtmodum trahat: ſic interdum re-
mittienda & temperanda eſt diſciplina, vt poſtea con-
Rom.12.a ualeſcat. Nam dicit Apoſtolus: Rationabile ſit ob-
ſequium veſtrum. Religioſus etiam ſuo prælato debet
obedire humiliter, & non reſiſtere. Sicut enim mẽbra
iudicantur paralytica, quæ nõ mouentur ad imperium
capitis: ſic peruerſus eſt religioſus ſubditus, qui nõ ſeo-
tur motum, & imperium patris ſpiritualis. De talibus
Exo.15.d dicitur in Exodo: Fiant immobiles quaſi lapis. Et ſi-
Ariſt.2.de cut omne humidum, ſicut dicit Philoſophus, male ter-
gener.tex. minatur termino proprio, & bene alieno: ſic religio-
com.9. ſus bene regitur, ſi obſeruet prælati præceptum, male
Ber.ſer.3. vero ſi ſequatur propriæ voluntatis votum. Nam di-
de reſurr. cit Bernardus: Tolle propriam voluntatem, & infernus
Dom. ante non erit tibi. Religioſus inſuper debet ſemper profice-
med. re & non retrocedere, & ideo a latioribus incipere de-

A bet, vt proficiendo ad altiora valeat peruenire. Nam
dicit Gregorius: In via Dei non proficere, deficere eſt.
Sicut enim ædificium in fundamento fit latius, & poſt
modum conſtruendo fit ſtrictius: ſic religioſus talem
perfectionem debet incipere, quòd ad illam valeat ad-
dere & in ea perſeuerare, ne dicatur illud Euangelicũ
verbum cõtra ipſum: Hic homo cœpit ædificare, & nõ
potuit conſummare, vt dicitur in Luca. Debet autem *Luc.14.f*
ſuper omnia in religione perſeuerare, quia dicit Salua-
tor: Nemo mittens manum ad aratrũ, & aſpiciens re-
tro aptus eſt regno Dei. Sicut enim ſtultus eſt qui tem- *Idem 9.g*
pore tempeſtatis exit de naui, & proijcit ſe in mari: ita
B ſumma ſtultitia eſt, tempore tentationis nauem reli-
gionis dimittere, & ad ſubmergendum ſe in mare ſæ-
culi præcipitare. De talibus autem dicitur in Actis:
Niſi in naui manſeritis, peribitis. *Act.27.f*

Item nota, quòd religioſus debet in diſciplina nu-
triri, & informari tripliciter, ſcilicet ſicut paruulus in
domo, ſicut plantula in horto, & ſicut virgula in virgul-
to. Debet itaque religioſus ad modum pueri in diſci-
plina diligenter enutriri & educari. Vnde nota, quòd
debet habere duas obſtetrices in proceſſu, duas nutri-
ces in progreſſu, & duas conſiliatrices in profectione,
vel ſtatu. Debet igitur habere duas obſtetrices, ſcilicet
C obedientiã, quæ liget ſibi manus & pedes, & inuoluat
eum in panniculo paupertatis, & humilitatem, quæ in-
clinet eum in pręſepio & in cunabulo clauſtri, cũ freno
temperantiæ & capiſtro cilicij. Iſtæ ſunt duæ obſtetri-
ces Hebræorum, id eſt Religioſorum, quæ conſerua-
bant mares, id eſt perfectus religioſus & perfecte vi-
uere volentes, vt habetur in Exodo. Debet etiã habere *Exo.1.c*
duas nutrices in progreſſu, ſcilicet veritatem, quæ do-
ceat eum loqui, iuxta illud Petri: Siquis loquitur, quaſi *1.Pet.4.c*
ſermones Dei, & honeſtatem, quæ doceat eum ambu-
lare, iuxta illud quod dicit Apoſtolus ad Theſſalonicen
ſes: Præcipimus vobis, vt honeſte ambuletis ad eos qui *1.Theſ.4.c*
D foris ſunt. Debet nihilominus habere duas conſiliatri-
ces in perfectione & ſtatu, ſcilicet charitatem ad Deũ,
& ad proximum. Nam dicit Apoſtolus: Charitas fra- *Hebr.13.a*
ternitatis maneat in vobis, & auſteritatem ad ſeipſum:
iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: Caſtigo corpus meum, *1.Cor.9.d*
& in ſeruitutem redigo. Religioſus inſtar plantulæ, de- Religioſus
bet nutriri in diſciplina, vel in religione. Vnde notãdũ inſtar plan-
eſt, quòd hortulanus fodit ſæpe circa plãtulas quæ ſunt tæ nouellæ
in horto ſuo, quæ ſpiritualiter debent fieri nouo reli- nutriendus.
gioſo. Plantulę vero de vno loco eradicantur, & in alio
tranſplantantur, clauduntur, rigãtur, purgãtur, fodiun-
tur, & coluntur: ſic nouitius debet inſtar plantulæ, de
E mundo radicitus euelli, & in religione tranſplantari,
& in ſancto propoſito radicari, circumſpectione clau-
di, deuotione rigari, confeſſione purgari, exercitio &
occupatione fodi, & excoli, & tales ſunt ſicut nouellæ
plantationes in iuuentute ſua vt dicitur in Pſalmo. Re- *Pſal.143.b*
ligioſus inſuper, ſicut virgula in virgulto debet educa-
ri in diſciplina. Vnde nota, quòd agricola quando ha-
bet virgulam vel ſurculum generoſæ vel fructuoſæ ar-
boris, prouidet ei in multis, ſcilicet quòd habeat radi-
cem, ſtipitem, frondes, & folia, flores & fructus: ſic
virgula ſpiritualiter, ſcilicet neophytus, vel nouitius in
virgulto religionis, debet habere iſta ſex, ſcilicet radicẽ
F profundæ humilitatis, ſtipitem rectæ intentionis, fron-
des ſinceræ dilectionis, folia honeſtæ locutionis, flores
pulchræ conuerſationis, & tandem ſuper omnia fru-
ctus bonæ operationis: quia per fructus eorum cogno-
ſcit eos Deus, ſicut dicit Saluator in Matthæo. De tali- *Mat.7.g*
bus virgulis generoſis, & fructuoſis dicitur in Pſalmo: *Pſal.127.c*
Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ,
id eſt religionis ſanctæ.

HABET etiam religio ortum primordialem val- Religionis
de laudabilẽ. Vnde nota, quòd omnis religio & omnis ortus.
ſpiritualis congregatio, vel fraternitas, habuit primo
ortum a Samuele, qui congregauit cuneum Propheta-
rũ, vt dicitur in primo Regum. Et ita dicit ibidem ma- *1.Reg.10.b*
giſter hiſtoriarũ. Secũdo habuit ortum, ab Heliſęo, cũ
quo

4. Reg. 4. f quo habitauerũt filij prophetarum, vt dicitur in quar-
to Regum. Tertio habuit ortum a Ioanne Baptiſta,
Ioan. 1. e qui cõgregauit diſcipulos, vt dicitur in Ioanne: Quar-
to habuit ortum a Chriſto, qui congregauit diſcipulos
Mat. 4. c. d & Apoſtolos, vt dicitur in Matthæo. Quinto habuit
ortũ ab Apoſtolis, quibus adhæſerunt multi diſcipuli,
ſimul habitantes poſt miſſionem Spiritus ſancti, ſicut
Act. 4. a dicitur in Actis. Quia nemo quidquam eorum, quæ
poſſidebant aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed omnia illis
erant communia. Sexto habuit ortum a Marco Euã-
geliſta, qui apud Alexandriam diſcipulos vitæ mirabi-
lis habuit, vt habetur in Eccleſiaſtica hiſtoria. Inde
proceſſerunt monachi, quorum fuerunt tria genera,
ſcilicet cœnobitarum qui in communi viuebant: alto-
rum qui dicebãtur Remoboth qui bini & trini habita-
bant: & Anachoretarum, qui ſoli in deſerto viuebant,
Hieronym. quorum auctor fuit Paulus, illuſtrator Antonius, prin-
epiſt. 22. ad ceps Ioannes Baptiſta, vt dicit Hieronymus.
Euſtoch. HABAT inſuper religio nodum regulantem valde
poſt med. notabilem, qui ipſam facit valde laudabilem. Eſt enim
to. 1. in ipſa triplex nodus valde laudabilis, ſcilicet nomen
Nodus ſiue religionis obedientiæ ſubiugantis, paupertatis alleuiã-
votum quo tis, & caſtitatis decorantis. Obedientia aufert religio-
religio li- ſo propriam voluntatem & per conſequens infernum,
gatur. iuxta illud Bernardi: Tolle propriam voluntatem, & C
Bern. ſer. 3 infernus non erit tibi. Paupertas aufert ipſi terrenam
de reſurr. cupiditatem, & per conſequens omne malum, iuxta
Dom. ante illud verbum Apoſtoli: Radix omnium malorum, eſt
med. cupiditas. Caſtitas aufert homini carnalem fœditatẽ,
2. Tim. 6. b & per cõſequens facit eum Angelum, iuxta illud Mat-
Matt. 22. c thæi: Neque nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut
angeli Dei in cælo. De hoc triplici nodo per ordinem
eſt dicendum. Et primo de obedientia.

De obedientia. *Cap. II.*

De obediẽ- DE obedientia nota ſpecialiter tria, ſcilicet præco-
tia tria præ- nia quibus commendatur, auxilia quibus adiuua- D
cipue notã- tur, & officia quibus occupatur.
da. HABAT ergo obedientia multa præconia quæ ip-
Obediẽtiæ ſam laudant. Vnde nota, quòd obedientia eſt Schola
præconia. Saluatoris, nobile genus martyrij, palma triumphalis,
& ſcala paradiſi. Primo ergo obedientia eſt Schola
Saluatoris. Vnde nota, quòd Saluator exẽplo ſuo do-
cuit obedientiam tripliciter, ſcilicet ad mundum ve-
niens, in mundo manens, & de mundo tranſiens. Ad
mundum veniens obedientiam docuit, vt dicitur in
Ioan. 6. d Ioanne: Deſcendi de cælo, non vt facerem volunta-
tem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, patris.
Obedientiam docuit in mundo manens, vt dicit Pau- E
Phil. 2. a lus: Factus eſt obediens vſque ad mortem. Obedien-
tiam docuit de mundo tranſiens. Nam in paſſione di-
Matt. 26. d xit patri: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Eſt etiam
obedientia quoddam nobile genus martyrij & palma
triumphalis, quia decollat hominẽ & amputat ei pro-
priæ voluntatis caput. De hoc martyrio dicitur in pri-
1. Reg. 15. e mo Regum: Melior eſt obedientia, quam victimæ. Eſt
autem obediẽtia ſcala paradiſi, cuius ſeptem ſunt gra-
Ber. ſer. de dus quos aſſignat Bernardus. Primus gradus obediẽ-
virt. obed. tiæ, eſt obedire libenter ſine recalcitratione. Exemplũ
& eius gra de Paulo, qui dicit in Actis: Domine quid me vis fa-
dus. cere? Secundus gradus eſt obedire ſimpliciter ſine ſi- F
Act. 9. a mulatione, exemplum de Dauid, qui dixit in Pſalmo:
Pſal. 72. Vt iumentum factus ſum apud te. Tertius gradus eſt
obedire hilariter ſine murmuratione, exemplum de
Simone Cyrenæo, qui portauit in angaria, id eſt in
Matt. 27. d dolore crucem Chriſti, vt habetur in Matthæo. Quar-
tus gradus eſt obedire velociter, ſine procraſtinatione,
exemplum de Petro & Andrea, qui ad vnam Domini
vocem relictis retibus omnibus, ſecuti ſunt eum, ſicut
Matt. 4. c etiam dicitur in eodem Matthæo. Quintus gradus eſt
obedire viriliter, ſine æſtimatione, exemplum de Pe-
Luc. 22. d tro, qui dixit: Domine paratus ſum tecum in carce-
rem, & in mortem ire. Sextus gradus eſt obedire hu-
militer, ſine elatione, exemplum de diſcipulis quibus

A dixit Saluator: Dum feceritis omnia quæ præcepta
ſunt vobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus in eodem
Luca. Septimus gradus eſt obedire perſeueranter, ſine Luc. 17. c
diſcontinuatione, exemplum de Chriſto, de quo dicit
Apoſtolus: Factus eſt obediens vſque ad mortem. Phil. 2. a
Iſti ſeptem gradus erant ſpiritualiter in ſcala Iacob, de
qua habetur in Geneſi: quæ ſignificat obedientiam, Gen. 28. c
tum quia Angeli deſcendebant & aſcendebant, per il-
lam, per quod intelligitur, quòd obedientia eſt vita
angelica: tum quia ſcala iſta tangebat cælos, in quo
innuitur, quòd vera obedientia eſt cæleſtis vita. Item
nota, quòd obedientia eſt nauis ad cælum tranſiens,
B clauis cælum aperiens, & auis ad cælum aſcendens.
Eſt itaque obedientia ſicut nauis, nam ſicut qui eſt in
naui ſemper procedit, & tamen ipſe quieſcit: ſic qui
eſt in naui obedientiæ, ſemper proficit in mundo, dor-
miendo, vigilando, comedendo, abſtinendo, ambu-
lando, quieſcendo: quia inſtar nauiæ nõ mouetur mo-
tu proprio, ſed alieno. De hac naui habetur in Pro-
uerbijs: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, id eſt merca- Prou. vlt. b
toris. Per eandem rationem obediens comparatur
equitanti: Nam ſicut equitans quieſcendo procedit,
quia non mouetur motu proprio, ſed equi: ſic bonus
obediens quando pauſat, meretur, quia non innititur
C motui voluntatis ſuæ, ſed maioris ſui. Vnde dicitur in
Canticis: Equitatui meo aſſimilaui te amica mea. Eſt Cant. 1. c
etiam obedientia ſicut clauis paradiſi. ſicut enim ino-
bedientia clauſit paradiſum, vt habetur in Geneſi:
ſic obedientia paradiſum aperuit. Et in figura huius Gen. 3. c
Chriſtus dedit Simoni, qui interpretatur obediens,
claues regni cælorum, vt dicitur in Matthæo. Et ſicut Matt. 16. c
Dominus maledixit primo homini inobedienti, di-
cẽs: Maledicta terra in opere tuo: ſic benedixit obe- Gen. 3. c
dienti Simoni Dominus, dicẽs: Beatus eſt Simon Bar-
iona. Eſt etiam obedientia ſicut auis ad cælum aſcen-
dens. Nam ſicut auis, cum duabus alis volat ad ſubli-
D mia: ſic obediẽs cum duabus alis, ſcilicet cum ala pau-
pertatis, & cum ala caſtitatis ſcandit ad cæleſtia. Hoc
eſt quod dicitur in Apocalypſi: Datæ ſunt mulieri duæ Apoc. 12. d
alæ, vt volaret in deſertum locum. Mulier iſta poteſt
dici obedientia. Duæ alæ poſſunt dici duo illa vota,
ſimul coniuncta, ſcilicet caſtitatis, & paupertatis vo-
luntariæ. Item nota quòd obedientia eſt ſumma in
merito, vicina Deo, & proxima cælo. Eſt itaque obe-
dientia in merito ſuprema, & in figura huius Chriſtus
Apoſtolis præpoſuit, Simonẽ obedientem. Vult enim
Creator quòd omnia obediant obedienti: nec mirum
ſi vult quod obedienti obediant ceteræ creaturæ: quia
E etiam ipſe Deus voluit obedienti obedire. Exemplum
de Ioſue, de quo dicitur: Non fuit ante & poſtea tam Ioſ. 10. c
longa dies, obediente Domino voci hominis. Eſt etiã
obedientia Deo vicina, in cuius figura Dominus recu-
buit in domo Simonis, vt dicitur in Luca. Et omnes Luc. 7. f
qui erant in Bethania diligebat. vt dicitur in Ioanne:
Bethania quippe domus obedientiæ dicitur. Eſt etiam Ioan. 11. a
obedientia ſcala cæli, & Deo proxima, & in figura
huius, Dominus aſcendit in cælum de Bethania, ſicut
habetur in Luca. Luc. 24. g
HABAT etiam obedientia auxilia, quæ ipſam iu-
uant. Vnde notandum eſt quòd ſex ſunt quæ iuuant Auxilia o-
F obedientiam, ſcilicet humilitas flectens, conſuetudo bedientiam
frequens, dilectio feruens, affectus terrena contem- iuuantia.
nens, gratia interius vngens, & prælatus modeſte præ-
cipiens. Obedientia igitur iuuat, & facit hominẽ obe-
dientem. Humilitas reddit hominem flexibilem, ſi-
cut enim gracilitas & ſubtilitas virgæ facit virgam fa-
ciliter inclinare: ſic gracilitas humilitatis facit homi-
nes faciliter obedire. Ideo dicit Apoſtolus de Chriſto:
Humiliauit ſemetipſum, factus obediẽs vſque ad mor- Phil. 2. a
tem. Iuuat etiam obedientiam conſuetudo, nam ſicut
equus aſſueſcit circumuolutionibus, vt ſciat ſe ad om-
nem partem flectere: ſic aſſuefactio obedientiæ facit
homines ad nutum obedire. De tali equo bene du-
ctibili dicitur in Prouerbijs: Equus paratur ad diem Prou. 21. d
belli:

belli: Dominus autem ſalutem tribuit. Iuuat tertio obedientiam dilectio Dei. Nam ſicut ignis facit ceram mollem & tractabilem: ſic amor Dei ignitus facit hominem obedire. Vnde dicitur in Luca: Ignem veni mittere in terram, id eſt animam deuotam. Iuuat nihilominus obedientiam contemptus mundi, & ſeparatio voluntatis ab omni re corporali. Sicut enim pellis eſt tractabilis a ligno ſeparata, quæ tamen eſt rigida, quamdiu eſt ligno affixa: ſic anima cum inſtar pellis a terrenis ſeiungitur, ad obediendum facile inclinatur. In cuius perſona dicit Pſalmiſta: Paratus ſum, & non ſum turbatus. Iuuat etiam obedientiam vnctio gratiæ interius. Sicut enim corium vnctum fit molle & tractabile, quod tamen ante vnctionem erat durum & rebelle: ſic homo facilis eſt ad obedientiam, quando anima intus eſt vncta per gratiam. Hæc eſt vnctio de qua dicit Ioannes: Vnctionem quam accepiſtis maneat in vobis. Tandem iuuat obedientiam modeſtia præcipientis. Exemplum de Deo, qui vnum ſolum lignum prohibuit, & omnia alia conceſſit, dicens: De omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.

Luc. 12. f
Pſ. 118. b
1. Ioan. 2. d
Gen. 2. d

Officia quæ occupant obedientiã.

HABET etiam obedientia officia, quæ ipſam occupant, ſcilicet tria genera præceptorum. Vnde nota, quòd debet quilibet obedire præceptis iudicis per naturam, quæ ſcripta ſunt a Tobia dicente: Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias. & in Matthæo: Omnia quæcumque vultis ne faciant vobis homines, ea nolite facere eis. Vel debemus obedire præceptis iniunctis per ſcripturã, quæ ſcripta ſunt in Exodo. Vbi ponuntur decem præcepta: Non habebis deos alienos, &c. Debemus etiam obedire præceptis inſpiratis per gratiam, vt de dilectione Dei & proximi, quæ ſcripta ſunt in Matthæo. Horum expoſitionem quære ſupra in materia de præceptis, & in materia de charitate.

Tob. 4. c
Mat. 7. b
Exo. 20. a
Mat. 22. d

De paupertate. Cap. III.

De paupertate nota tria.

DE paupertate nota ſpecialiter tria, ſcilicet quòd paupertas eſt cæleſte pretium, cum quo pauperes mercantur: cæleſte prandium, ad quod pauperes inuitantur: & cæleſte ſolium, in quo pauperes locantur.

Simile eſt apud Aug. de Verb. Domi. ſec. Luc. ſerm. 28. circa med. & c. 10.

PRIMO igitur paupertas eſt cæleſte pretium a quo pauperibus emitur cælum, ſicut dicit Auguſtinus: Regnum, inquit, cælorum paupertate emitur. Et nota quòd regnum cælorum iure emptionis conuenit pauperibus, quia ipſi proprie ſoluunt pretium, quod taxauit Chriſtus, dicens: Omnis qui reliquerit domum, aut agros, &c.

Mat. 19. d

Paupertas cæleſte prãdium.

Secundo paupertas eſt cæleſte prandium, quo pauperes reficiuntur. Sicut enim videmus, quòd quando clamatur ad eleemoſynam, vel paradiſum, ſoli pauperes veniunt & accelerant: ſic ad prandiũ cæli ad quod Chriſtus inuitat ſoli pauperes intrãt, quòd figuratur in Luca. vbi dicitur, quòd homo quidam fecit cenam magnam, &c. Et nota quòd tria genera hominũ ad illã cenam venire noluerunt, ſed excuſationes friuolas allegauerunt, ſcilicet auari diuitijs incraſſati, immundi impinguati, ſuperbi dilatati honoribus, iuxta illud Deuteronomij: Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum. Auari figurantur per illum qui quinque iuga boum emerat. Immundi, per illum qui vxorem duxerat. Superbi, per illum qui villam compárauerat. Et ideo omnes iſti a cena illa proprie ſunt excluſi, & ſoli pauperes intromiſſi. Nam dicitur ibidem: Voca pauperes & debiles, & introduc, &c.

Luc. 14. d
Deut. 32. c
Luc. 14. d

Paupertas cæleſte ſolium.

Tertio paupertas eſt cæleſte ſolium, in quo pauperes ſedent, ſicut dicitur in Matthæo: Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, &c. & ſequitur: Sedebitis & vos ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Sed nota, quòd ſicut qui eſſet ſupra cælum, totam terram reputaret quaſi centrum: ſic pauperes totam terram reputant rem minimam, & vilem, quia in cælo, vt dictum eſt, habent ſedem & manſionẽ ſuam. Nam dicit Apoſtolus in perſona eorum: Noſtra conuerſatio in cælis eſt.

Mat. 19. d
Phil. 3. d

Paupertatis tria bona.

Item nota quòd pauper habet tria bona, ſcilicet vitam ſecuriſſimam, mentem quietiſſimam, & veſtem nobiliſſimam. Primo igitur pauperes ſunt in vita ſecuriſſima ſecuri, quia per paupertatem non mouentur lites, non timentur fures, non formidãtur rerum tempeſtates: ſed diuites huius mundi ſuſtinẽt omnes illas tribulationes. Vnde in figura huius, Cain qui interpretatur poſſeſſio, habebat caput tremulum, & ſignificat diuitum curam, & ſolicitudinem auarorum. Secundo pauperes mente ſunt quieti, & a ſpinis diuitiarum minime lacerati, & ab earum pondere liberi, & ab earum inquinatione mundi. Nam diuitiæ faciũt iſta tria mala, bona ſiquidem temporalia poſſeſſa onerant, amata inquinant, & amiſſa cruciant, vt dicit [a] Bernardus. Vnde in figura ſpiritualis quietis, quam habẽt pauperes & anxietates, quæ communicant diuitias, Iſrael a Deo, accepit ſabbatum, id eſt quietem, & Aegypti anxietates, & curas vt dicit [b] Gregorius. Propter hoc dicitur ad Hebræos: Relinquitur ſabbatiſmus populo Dei. Tertio ſunt pauperes veſte decori, id eſt honeſtate cõſpicui. Ideo Sapiens iungit iſta duo: Paupertas, inquit, & honeſtas a Deo ſunt: quia in ſemitis pauperum relucet ſpiritualiter Chriſti ſignum, de quo dicitur in Luca: Et in ſignum cui contradicetur. Et nota, quòd triplex fuit ſignum Chriſti cui contradicitur a diuerſis amatoribus mundi. Primum fuit paupertas, cui contradicitur ab auaris: ſecundum fuit caſtitas, cui contradicitur ab immundis: & tertium fuit humilitas, cui contradicitur a ſuperbis.

a Bernard. ſer. de conuerſ. ad cleric. c. 12. & ſer. de quinque negotiation. & quinque region. ante med.
b Greg. lib. 28. Mor. c. 25. ante med.
Heb. 4. b
Eccli. 11. b
Luc. 2. e

Tria alia paupertatis bona.

Item nota, quòd paupertas alia tria bona habet. eſt enim paupertas ſumme Chriſto copulata, bonis ſumme cumulata, & cælis ſumme coæquata. Primo ergo paupertas eſt ſumme Chriſto copulata, habet enim Deus pauperes quaſi familiares & domeſticos, & diuites quaſi ignotos & extraneos. Vnde in figura huius Chriſtus in ortu ſuo prius vocauit pauperes, quàm diuites, piſcatores, quàm mercatores, paſtores, quàm reges, pauperes de prope, & diuites Magos ab oriente. Secundo paupertas eſt ſumme coæquata cælo: & cauſa eſt, quia eſt ſumme elongata a mũdo. Pauper enim ſumme cælum appropinquat: quia omnia mundana conculcat. Sicut videmus, quòd ille qui vult alte attingere, ſcabellum conſueuit ſub pedibus locare: ſic pauper manu tangit cælum, quia de omnibus terrenis contemnendo & conculcando, facit ſibi quaſi ſub pedibus ſcabellum, iuxta illud Deuteronomij: Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. Tertio paupertas eſt ſumme cumulata omni bono: optime enim ſcit theſaurizare. Propterea enim dimittit terram talpis, id eſt auaris, fimum porcis, id eſt immundis, puluerem ſerpentibus, id eſt ſuperbis, iuxta illud Iſaiæ: Serpenti puluis panis eius. Ipſa enim dedignatur fimum ſtabuli habere loco theſauri. Fimus ſtabuli ſunt diuitiæ huius mundi: quia mundus eſt ſtabulum, id eſt locus iumentorum, & hominum beſtialium. Ipſa enim bona immobilia retinet, id eſt cæleſtia, & diſpergit bona mobilia, id eſt omnia terrena, quòd figuratur in Geneſi. Vbi dicitur, quòd Abraham dedit Iſaac omnia, quæ poſſidebat, & filijs concubinarum largitus eſt munera.

Deut. 11. e
Iſa. 65. d
Gen. 25. a

De caſtitate. Cap. IIII.

De caſtitate tria notanda præcipue.

DE caſtitate nota ſpecialiter tria. Caſtitas enim eſt florens, ſicut lilium inter ſpinas, habet lilium incorruptibile, habet pretium impretiabile, habet ſolium inſuperabile, habet pretium inter gemmas, & tenet ſolium ſuper ſtellas.

PRIMO ergo caſtitas eſt florens ſicut lilium, nam dicitur in Canticis: Sicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea

Cant. 2. a

mea inter filias. Et nota, quòd in lilio ſunt ſex folia niuei coloris, & ſex grana aurei coloris. ſex folia niuea, ſignificant carnis pudicitiam: & ſex grana aurea, ſignificant mentis munditiam. Primo ergo in lilio ſunt ſex folia, in quibus figurantur ſex ad pudicitiam neceſſaria. *Sex ad pudicitiã neceſſaria.* Primum folium eſt cibi & potus ſobrietas, vnde dicit Hieronymus: Virgo fugiat vinum, vt venenum. Nam vinum & adoleſcentia, eſt duplex incendium voluptatis. *Hier. ep. 22 ad Euſtoc. longe ante med. to. 1.* Vnde in Prouerbijs dicitur: Luxurioſa res eſt vinum. *Prou. 20. a* & in Geneſi dicitur, quòd Loth propter vinum perpetrauit inceſtum. *Gen. 19. g* Secundum folium, eſt habitus aſperitas. Vnde dicit Bernardus: Memento, quòd aſperior cardo pannum facit leniorem, ſicut aſper habitus facit carnem caſtiorem. Et per contrarium filij Iſrael fornicati ſunt cum mulieribus Moab, quia ornatæ erant veſtibus delicatis, vt dicitur in Numeris. *Num. 25. a* Tertium folium, eſt laboris ſtrenuitas, & per contrarium ignauia & otium ſunt ſummum luxuriæ nutrimentum. quia vt dicitur in Ezechiele: *Ezec. 16. f* Hæc fuit Sodomæ iniquitas ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas, abundantia panis, & otium. *2. Reg. 11. a* Dauid in domo otians, commiſit adulterium, vt habetur in ſecundo Regum. Quartum folium, eſt cuſtodia ſenſuum & maxime quo ad viſum & auditum: quia curioſitas videndi & audiendi, via eſt ad peccatum. Cuius exemplum patet in Dina filia Iacob, quæ ad videndum mulieres regionis illius egreſſa, a Sichem filio Emor fuit corrupta, vt dicitur in Geneſi. *Gen. 34. a* Quintum folium eſt modeſtia verborum, & maxime immundorum: quia maxime excitatur luxuria, per verba diſſoluta, & inhoneſta. *1. Cor. 15. d* Nam dicit Apoſtolus: Nolite ſeduci inanibus verbis. Corrumpunt enim bonos mores, colloquia praua. Sit, inquit Hieronymus, ſermo virginis pudens, modeſtus, & tardus vel rarus, nec tam eloquẽtia pretioſus, quàm pudore. *Hier. ep. 8. ad Demet. poſt mediũ to. 9.* Idem ſit vitæ nouæ grauitas, honeſtas admirabilis, & ſtupẽda verecũdia, mira patientia, virginalis inceſſus & veræ pudicitiæ habitus, ſermo ſemper modeſtus, & ſuo in tempore proferendus. *Idẽ ep. 14. ad Mauritij filiã poſt med. to. 10.* Hæc ille. Sextum folium, eſt fuga occaſionũ, & oportunitatum, & maxime mulierum. Dicitur enim in Geneſi: Ne ſtes in omni locu circa regionem. *Gen 19. d* Videmus enim quòd animalia ſiluestria pulchriorem pellem habeut, quàm domeſtica. Legimus enim in ſecundo Regum, quòd Thamar ab Amon fratre ſuo fuit corrupta: quia in thalamo fuit ſola cum ſolo. *2. Reg. 13.* Vnde Bernardus dicit: Virgines quæ vere virgines ſunt. ſemper debent eſſe pauidæ, & numquam ſecuræ, vt & non timenda ſecuræ etiam pertimeſcant. *Bern. ho. 3. ſuper Miſſus eſt circa med.*

Animus caſtus triplicẽ debet habere dilectionis modum Sunt etiam in lilio ſex grana aurea, in quibus figuratur triplex modus diligendi Deum, & triplex cauſa dilectionis. Primo ergo eſt triplex modus dilectionis, quem debet habere animus caſtus. eſt enim diligendus Deus prudenter, ne decepti, ab amore eius diſcedamus: dulciter, ne elati, ab amore eius abſcindamur: fortiter ne oppreſſi, ab amore Dei euellamur, vt dicit Bernardus. *Ber. ſuper Cãt. ſer. 20 ante med.* Sunt autem tres cauſæ præcipuæ, in quibus debemus Deum diligere. Eſt enim diligendus toto corde, quia Creator: tota anima, quia Redemptor: tota mente, quia remunerator; vt dicitur in Matthæo. *Mat. 22. d*

Secundo caſtitas habet ingens pretium ſuper omnes gemmas, quia dicitur: Non eſt digna ponderatio continentis animæ. *Eccli. 26. c* Et nota, quòd caſtitas eſt theſaurus cum valore charitatis, ideo ſumme amandus, & ideo dicitur: Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito & cetera. *Matt. 13. f* eſt theſaurus in vaſe fragiliſſimo, & ideo ſumme conſeruandus. *2. Cor. 4. b* Nam dicit Apoſtolus: Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Vnde maioris virtutis eſt, in carne corruptibili ſeruare caſtitatem. Eſt theſaurus cum maligniſſimo hoſte, & ideo ſumme timendus, ſicut videmus, quòd valde eſt laudabile, caſtrum debile defendere contra hoſtem fortiſſimum.

A Tertio caſtitas habet excellens folium ſuper omnes ſtellas, quòd figuratur per thronum de ebore grandem, vt dicitur in libris Regum. *3. Reg. 12.* Et nota quòd ebur eſt frigidum & ſolidum & candidum. Frigidum contra concupiſcentiam: ſolidum per firmam perſeuerantiam: candidum per meram innocentiam. Item nota, quòd quando ebur in vno panno lineo mundo inuoluatur, ſeruat pannũ ne incendatur: in quo ſignatur, quòd interior caſtitas mentis, ſeruat corpus exterius, ab incendio libidinis.

Item nota, quòd caſtitas habet fructum vberrimũ, curſum celerrimum, & fertum pulcherrimum. Primo ergo caſtitas habet vberrimum fructum. B & nota quòd triplex eſt fructus Euangelicus, ſcilicet triceſimus, quem habet caſtitas coniugalis: ſexageſimus, quẽ habet caſtitas vidualis: centeſimus, quem habet caſtitas virginalis, vt dicitur in Matthæo. *Mat. 13. a* Secundo caſtitas habet celerrimum motum: caſtitas enim conſequitur Deum tripliciter, ſcilicet currendo, natando, & volando. Currit enim caſtus per bonam operationem: natat per internam deuotionem: volat per ſupernam contemplationem. & ſic ſequitur agnum quocumque ierit, vt dicitur in Apocalypſi. *Apoc. 14. a* Tertio caſtitas habet pulcherrimum fertum. Non enim ſolum habet aureolam præmij accidentalis, ſed etiam aureolam præmij eſſentialis. C

Aureola triplex. Et nota quòd triplex eſt aureola, ſcilicet virginum, martyrum & doctorum. Virginum florea: martyrum gemmea: doctorum aurea. Aureola igitur virginum eſt florea, de qua dicitur: Veni de libano ſponſa mea, veni coronaberis, ſcilicet aureola caſtitatis. *Cant. 4. c* quia in Scriptura caſtitas flos dicitur, merito caſtis corona de floribus datur. Et nota, quòd caſtitas inſtar floris ſolo tactu marceſcit: quia tactus impudicæ delectationis, caſtitatem omnino corrumpit. Sicut enim flos ſole præſente decorem ſuum oſtendit, nam flos, vt videmus, de nocte clauditur, & oriente ſole rurſum expanditur: D ſic homo vere caſtus de caſtitate tantum coram Deo non coram hominibus, gloriatur, dicente Apoſtolo: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *2. Cor. 1. c* Aureola vero martyrum eſt gemmea, nam dicitur: Poſuiſti ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo. *Pſal. 20. a* Aureola doctorum eſt aurea, de qua dicitur: Corona aurea ſuper caput eius. *Eccli. 45. b* Item nota, quòd caſtitas indiget ſtudioſa clauſura: caſtitatem decet pretioſa cinctura: & in ea lucet ſpecioſa pictura. Primo ergo Caſtitas debet habere clauſuram ſtudioſam, nam dicitur: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa. *Cant. 4. d* Et nota, quòd in horto bene clauſo, non poteſt E quis intrare, niſi de alto: ſic in homine caſto, qui habet clauſuram continentiæ, nullum deſiderium debet intrare, niſi cæleſte tantum. Si tamen hortus concluſus beſtijs eſſet plenus, clauſura parum proficeret immo plus noceret, quàm prodeſſet: ita quando beſtiales motus libidinis ſtrepunt in mente, parum aut nihil valet clauſura caſtitatis in carne. Et ideo ſponſæ dicitur: Non ſolum hortus concluſus, ſed fons ſignatus. *Ibidem.* Hortus concluſus, propter caſtitatem carnis, fons ſignatus propter puritatem mentis.

Secundo caſtitas debet habere cincturam pretioſam, F quia dicitur: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. *Luc. 12. e* Et nota, quòd Daniel vidit virum accinctum renibus, auro obrizo, quod eſt aurum pretioſum valde, vt dicitur in Daniele. *Dan. 10. a* & Ioannes vidit filium hominis, præcinctum ad mamillas zona aurea, vt dicitur in Apocalypſi. *Apoc. 1. c* quod ſcilicet ad duplicem caſtitatem refertur. Nam zona aurea, vel cinctura renum, ſignificat corpus caſtum: zona vero aurea inter mamillas, ſignificat cor mundum: quia, vt dicit Philoſophus libro de animalibus, cor hominis eſt inter mamilllas, aliquantulum declinans ad partem ſiniſtram. *Ariſt. de hiſtor. anim. li. 1. c. 17.*

Tertio caſtitas debet habere picturam ſpecioſam.

Sicut

Sicut enim candor materialis vel albedo, eſt caput & fundamentum aliorum colorum, vt dicit Philoſophus: ſic caſtitas eſt quaſi caput & fundamentũ aliarum virtutum, & bonorum operum. *Greg. ho. 13 in Euang. ante med.* Vnde dicit Gregorius: Quod non eſt opus bonum ſine caſtitate.

DIÆTÆ SALVTIS.

TITVLVS QVINTVS.

De virtutibus Theologicis, et Cardinalibus.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De virtute in communi.	*Cap. I.*
De Charitate.	*Cap. II.*
De Fide.	*Cap. III.*
De Spe.	*Cap. IV.*
De Prudentia.	*Cap. V.*
De Temperantia.	*Cap. VI.*
De Fortitudine.	*Cap. VII.*
De Iuſtitia.	*Cap. VIII.*

De virtute in communi. Cap. I.

POST tractatum de præceptis, & cõſilijs dicendum eſt de virtutibus, donis, beatitudinibus, & fructibus. Iſta quattuor ſunt quædam ſpecialia incentiua ad operandum diuina præcepta, & conſilia Euangelica. Differunt autem iſta quattuor per hunc modum, quia virtutes faciunt operari recte: dona faciunt operari fideliter, & faciliter expedire: beatitudines faciũt operari perfecte: fructus faciunt operari delectabiliter, ſeu delicioſe.

Virtutes ſeptem. Et nota, quòd virtutes ſunt ſeptem, ſcilicet quattuor Cardinales, & tres Theologicæ. Theologicæ ſunt fides, ſpes, & charitas. Cardinales ſunt, prudentia, fortitudo, temperantia, & iuſtitia. Differunt autem, quia Theologicæ habẽt Deum, vel bonum increatum pro fine, vel pro obiecto. Virtutes Cardinales habent bonum creatum pro obiectu. Præterea virtutes Theologicæ reſpiciunt magis vitam contemplatiuam, & ordinant hominem ad Deum. Cardinales vero pertinẽt ad vitam actiuam & ordinant hominem ad proximũ, & ideo illæ dicũtur Theologicæ, id eſt diuinæ, a theos, quòd eſt Deus, & logos quod eſt ſermo, quia principaliter ſunt ad Deum: ſed Cardinales dicuntur a cardine, in quo vertitur oſtium, quia principaliter reſpiciunt vitam actiuam, quæ rota eſt mobilis ſuper Cardinales virtutes. *Luc. 10. g* Vnde tres virtutes Theologicæ pertinent ad Mariam, quæ intendit circa vnum, id eſt circa bonum increatum, quod non auſertur ab éa, nec mutatur. quattuor vero Cardinales pertinent ad Marthã, quæ intendit circa multa, & turbatur erga plurima, ſcilicet bona creata. Sunt vero loca ſcripturæ, vbi reperiuntur virtutes, dona, beatitudines, & fructus. *1. Cor. 13. d* Virtutes Theologicæ ponuntur, iuxta illud: Nunc autem manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. *Sap. 8. b* Quattuor vero virtutes Cardinales ponuntur ſecundum illud: Sobrietatem, prudentiam, iuſtitiam, & fortitudinem: quibus nihil vtilius eſt in hac vita hominibus: Dona vero Spiritus ſancti ſunt ſeptem, ſcilicet donum ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, pietatis, ſcientiæ, & donum timoris. Iſta autem dona ponuntur iuxta illud: Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, *Iſa. 11. a* & intellectus, ſpiritus fortitudinis, & conſilij, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Beatitudines autem ſunt octo, ſcilicet paupertas, mititas, vel manſuetudo, luctus, eſuries, miſericordia, munditia cordis, pax, & iuſtitia. Iſtæ ponuntur in Matthæo. *Matt. 5.* Fructus Spiritus ſancti ſunt duodecim, ſcilicet charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, & caſtitas. Iſti ponuntur ad Galatas. *Gal. 5. d*

VIRTVS ſic diffinitur in libro de ſpiritu & anima: *Aug. de ſpiritu & ani. cap. 4. apud Aug. to. 3.* Virtus eſt habitus mentis bene inſtitutæ. De virtute in communi nota ſpecialiter tria, ſcilicet, eius pretioſam comparationem, virtuoſam operationẽ, & gratioſam procreationem. Comparatur ergo virtus tribus ſpecialiter, ſcilicet ligno fructuoſo, lapidi pretioſo, & cæleſti paradiſo. Primo comparatur ligno fructuoſo: homo enim abſque virtute, eſt ſicut arbor ſilueſtris, vel vinea, quæ profert labruſcas, id eſt delectationes carnales, vel glandes, quæ ſunt cibaria porcorum, id eſt hominum immundorum. Sed ſi ramus virtutis, tali arbori fuerit inſertus, totam arborem trahit ad naturam ſuam, & facit eam ferre fructus optimos, qui lætificant Deum & Angelos Dei, iuxta illud: *Luc. 15. b* Gaudium eſt Angelis Dei, ſuper vno peccatore, *& cæt.* Hæc eſt illa arbor pulcherrima, cuius fructus nimius, & eſca vniuerſorum in ea, vt habetur in Daniele. *Dan. 4. b*

Secundo comparatur lapidi pretioſo. Virtus enim quæ eſt in viro iuſto, facit eum præualere multis peccatoribus. nam dicitur: *Eccli. 16. a* Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij. De hoc lapide pretioſo dicitur: *Eccli. 6. e* Quaſi lapidis virtus probatio erit in eis, ſcilicet operibus bonis. tamen hodie multum vilipenditur, in tantum, quòd ſi eſſet venalis, a paucis emeretur. Sicut gallus, qui inuenit in ſterquilinio margaritam, & granum putridum, inſpecta margarita, elegit granum putridum: ſic homo mundanus ſpreta virtute, appetit bonum temporale tranſitorium. Et ratio eſt, quare vilipenditur virtus, quia neſcit homo pretium eius, vt dicitur in Iob. *Iob 28. b* Et propter hoc dicit Saluator: *Matt. 7. e* Nemittatis margaritas ante porcos, id eſt homines immundos & mundanos, quia plus volunt furfur carnalis, & immundæ delectationis, quàm margaritas gratiæ, vel virtutis.

Tertio cõparatur paradiſo tam cæleſti, quàm terreſtri. Terreſtri, cõparatur in tribus, ſcilicet in ſitus eminentia, in fructus opulentia, & in fontis affluentia. Eſt enim primo paradiſus locus altiſſimus, ita, quòd aquæ diluuij, vſque ad illum locũ non peruenerunt: ſic viri religioſi, vel virtuoſi, vitam habent eminentem, inſtar paradiſi, ita quòd numqnam ſubmerguntur diluuio peccati. Vnde dicit Sapiens in perſona viri iuſti: *Eccli. 51. b* Exaltaſti ſuper terram habitationem meam. Eſt ſecundo paradiſus locus fructibus opulentus: producit enim omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, vt dicitur in Geneſi. *Gen. 2. b* Sic vir iuſtus vel virtuoſus, omne lignum pulchrum viſu producit, per honeſtam conuerſationem: ad veſcendum ſuaue, per bonam operationem & internam deuotionem. Vnde dicitur in perſona viri virtuoſi: *Eccli. 24. c* Flores mei fructus honoris & honeſtatis. Eſt nihilominus paradiſus terreſtris locus aquis irriguus. nam dicitur, quòd fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. *Gen. 2. b* Qui inde diuiditur in quattuor capita. Paradiſi fluuius virtus eſt vel gratia, quia de fonte diuinitatis oritur. Quattuor capita ſunt, quattuor principales virtutes, vel cardinales, quæ a gratia deriuantur, ſcilicet iuſtitia, temperantia, prudentia, et fortitudo. Iuſtitia habet locum in rebus certis, non enim poteſt eſſe iuſtitia, vel iuſta ſententia, niſi in rebus certis: prudentia habet locum in dubijs: temperantia habet locum in proſperis: & fortitudo in aduerſis. Comparatur autem virtus paradiſo cæleſti in quattuor. eſt enim paradiſus cæleſtis,

habita-

habitatio Dei, locus gaudij, locus lucis, & locus ordi- A nati amoris. Talis eſt anima viri iuſti & virtuoſi. nam ibi eſt habitatio diuinæ gratiæ, ibi eſt gaudium bonæ conſcientiæ, ibi eſt lux veritatis, ibi eſt amor charitatis. *Eccli. 40. c* De tali paradiſo dicitur: Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus. Econuerſo anima peccatoris non dicitur paradiſus, ſed potius infernus: habet enim quattuor mala oppoſita bonis ſupra dictis. Ipſa enim eſt habitatio, non Dei, ſed dæmonum: ipſa namque loco gaudij habet remorſum conſcientiæ: loco lucis habet tenebras ignorantiæ: loco amoris ordinati, habet ignem *Iſa. 38. d* concupiſcentiæ. Vnde de tali inferno dicitur: Quia non infernus confitebitur tibi, id eſt anima peccatoris, B quæ eſt quaſi locus infernalis.

Item virtus vel gratia comparatur alijs tribus, ſcilicet ſigno vel characteri, pretio vel pignori, oleo vel vnctioni. Virtus enim eſt ſignum, vel character prædeſtinationis. Sicut enim paſtor ſignat oues ſigno, quo diſtinguit oues proprias ab extraneis: ſic Deus, qui eſt paſtor animarum noſtrarum, vt habetur in Ioanne, *Ioan. 10. d* ponit in ouibus ſuis ſignum gratiæ & virtutis, quo di- *Ephes. 4.* ſtinguit oues ab hœdis. De hoc ſigno dicitur: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemptionis, ſcilicet gratię virtutis, & veritatis.

Signa quibus Deus electos ſuos ſignat. Et debemus conſiderare quatuor ſigna, quibus ele- C ctos ſuos ſignat Deus. Eſt enim virtus pignus vel pretium ſaluationis. Sicut enim qui habet pretium, rem poteſt emere, & ſicut qui habet arram vel pignus ſufficiens, certus eſt de ſolutione: ſic qui habet virtutem, vel gratiam gratuitam, ſecurus eſt de æterna ſaluatione. *Ephes. 1. c* De hoc pignore habetur: Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, ſcilicet gratiæ, qui eſt pignus hereditatis noſtræ. Eſt nihilominus virtus gratuita vnctio regalis promotionis. Sicut enim Reges, qui promouentur ad regna terrena vnguntur: ſic Deus electos ſuos vngit vnctione gratiæ, ad obtinenda regna cæleſtia, & *1. Ioan. 2. c* terrena. De hac vnctione dicitur: Vnctionem habetis D a ſancto, & noſtis omnia. Nota, quòd electi, qui habẽt vnctiones virtutis, vel gratiæ, reges debent dici triplici ratione, tum quia Deus regnat in eis per gratiam: tũ quia futuri ſunt reges per gloriam: tum quia eis in hoc *Rom. 8. e* mundo ſeruiunt omnia per obediẽtiam. Omnia namque eis cooperantur in bonum, ſcilicet tam bona, quàm aduerſa, vel peruerſa, vt dicit Apoſtolus.

Item virtus vel gratia tribus alijs comparatur, ſcilicet armaturæ forti, præbendæ nobili, & optimæ poſſeſſioni. Virtus enim eſt armatura tam fortis, quòd omnia vincit, & numquam vincitur vel ſuperatur. Homo autem ſine virtute, eſt ſicut homo inermis in me- E dio hoſtium ſuorum, id eſt inter proſpera & aduerſa, & ab vtriſque lęditur, & ſuperatur. nam ipſum decipiunt proſpera & aduerſa, propter quod monet Apo- *Rom. 13. d* ſtolus, dicens: Induamur arma lucis, id eſt arma virtutis, vt dicit Gloſſa. Virtus eſt præbenda nobilis, quod patet ex duobus, ſcilicet ex parte dantium & ex parte recipientium, ſeu ex parte dantis, & ex parte recipientis. Sicut enim Papa & alij prælati conſueuerunt ſibi retinere collationem pinguem, vel præbẽdam nobilem vel nobilium: ita Deus collationem huius nobilis prębendæ, ſcilicet virtutis vel gratiæ retinuit ad manum *Pſ. 83. c* ſuam, iuxta illud: Gratiam & gloriam dabit Domi- F nus. nullus enim alius habet has præbendas conferre. Ex parte recipientis patet nobilitas huius nobilis præbendæ, quia præbendæ virtutis vel gratiæ, numquam conferuntur niſi amicis & charis. Alia namque bona naturalia & temporalia, quaſi viles præbendæ, vel cõmunes, dantur indifferenter inimicis & amicis. Vnde *Aug. li. 1. de ciu. Dei. c. 8 to. 5.* dicit Auguſtinus de ciuitate Dei: Interdum abundant plus in talibus inimici quàm amici, id eſt peccatores, quàm iuſti. Et nihilominus virtus vel gratia quaſi poſſeſſio optima. Sicut enim bene ſedet poſſeſſio, quæ eſt prope ciuitatem, melius, quæ eſt iuxta muros ciuitatis, ſed optime, quæ eſt intra muros, propter ſecuritatem clauſuræ, vel habitationis: ſic per optime ſedet virtus, A quæ eſt in ſecreto cordis. Vnde narrat Seneca de quodam Philoſopho, quòd vxore capta & liberis, cum ſolus ex incendio euaſiſſet, interrogatus a Tyranno, quid amiſiſſet? Nihil, inquit, perdidi: nam bona mea mecum ſunt. Bona namque interiora, ſicut ſunt virtutes vel gratia, non poſſunt auferri, vt vulgo dicitur, nec vento, nec gelu. & ideo dicitur in Pſalmo: Om- *Pſ. 44. c* nis gloria eius filiæ regis ab intus. Filiæ regis eſt anima fidelis, cuius tota gloria eſt de interiori poſſeſſione virtutis.

De Charitate. *Cap. II.*

B Charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, vel in Deo, vt habetur in libro tertio ſententiarum. De charitate nota *Mag. lib. 3. ſent. d. 27. §. Charitas* ſpecialiter tria, ſcilicet eius typum figuralem, eius actum virtualem, eius fructum finalem.

Charitas multis ſimilitudinibus oſtenditur. Circa primum ſciendum, quòd multiplex eſt typus vel figura, cui charitas comparatur. Primo enim comparatur auro probato, ferro ignito, & vino condito. Nam ſicut aurum in valore excedit omnia metalla: ſic charitas excedit omnes virtutes, & omnia bona opera. Maior autem horum eſt charitas. De hoc autẽ *1. Cor. 13. d* C auro pretioſo dicitur: Suadeo tibi emere aurum igni- *Apoc. 3. d* tum & probatum, vt locuples fias. Charitas autem eſt ſicut ferrum ignitum, quod eſt molle & ductile, frigidum vero durum & rebelle: ſic anima, ſine charitate eſt dura & rebellis per malitiam, ignita vero charitate, eſt ductilis per obedientiam, & mollis per miſericordiam. Vnde charitas de corde lapideo, facit cor carneũ, id eſt dulce, & pium, vt dicitur in Exechiele. Cha- *Exec. 36. f* ritas nihilominus eſt ſicut vinum conditum, quod dicitur nectar. nam vinum nectaricum vel conditum eſt dulce, acutum, & forte. In his tribus, quæ habet vinum conditum innuitur triplex modus diligendi Deum. Di- D ligendus eſt enim fortiter, prudẽter, & perſeueranter, vt dicit Bernardus. In hoc autem excedit charitas vi- *Bern. ſup. Cant. ſerm. 20. ante medium.* num, quantumcumque dulce vel conditum: quia charitas eſt adeo dulcis, quòd omne amarum dulceſcit cum vino charitatis. hoc eſt vinum, de quo dicitur: Dabo tibi poculum ex vino condito. Deus enim potat *Cant. 8. a* animam condito vino charitatis, & inebriat eam nectare ſui dulcis amoris. Item charitas comparatur alijs tribus, ſcilicet aui prędam rapienti, naui in mari nauiganti, & morti carnem perimenti. Charitas enim eſt ſicut auis generoſa, quæ viuit de præda ſicut accipiter, & falco, & aquila. Iſtæ namque aues nobiles, vix vel E numquam tangunt terram, niſi quando rapiunt prædam: ſic homines charitatem habentes, bona iſta tranſitoria non tangunt, vel terrena per affectum, niſi quærendo ſolummodo ſimplicem victum. In quorum perſona dicit Apoſtolus: Habentes alimenta, & quibus te- *1. Tim. 6. b* gamur, his cõtenti ſimus. Sicut etiã aquilam nulla auis effugit, ſic charitatem nullum bonum opus euadit. Hęc eſt aquila grandis magnarum alarum, de qua dicitur in Ezechiele. Alæ eius ſunt duæ, ſcilicet dilectio Dei & *Exec. 17. a* proximi. Charitas etiam eſt ſicut nauis maris. Nam ſicut illa nõ vadit, niſi quo ducit eam flatus venti: ſic qui habet charitatem nauigando per mare huius mundi, F ſolum ducitur flatu Spiritus ſancti, ſicut illa cæleſtia animalia, de quibus dicitur, quòd vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur. Hæc eſt nauis de qua dici- *Ezech. 1. c* tur: Facta eſt quaſi nauis inſtitoris id eſt mercatoris, *Prou. 31. b* vt dicit Papias. Charitas nihilominus eſt ſicut mors, vt dicitur: Fortis eſt vt mors dilectio. Nam ſicut mors *Cant. 8. b* perimit carnem, ſic charitas carnalitatem. Et ſicut mors aufert ſenſum mortuo, ſic charitas facit hominẽ inſenſibilem mundo. Et ſicut mors facit vt puluis, id eſt corpus reuertatur in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Dominum ſuum, qui fecit illum, vt dicitur in Eccleſiaſte: ſic charitas facit conſiderare propriæ carnis *Eccles. 12. b* fragilitatem, & facit deſiderare ſempiternam ſpiritus felicitatem.

Item

Item nota, quòd charitas tribus alijs comparatue. A Eſt enim charitas ſicut funis bene tortus, ſicut canis bene doctus, & ſicut later bene coctus. Charitas comparatur funi bene torto. Nam ſicut funis bene tortus, eſt valde fortis: ſic charitas eſt indiſſolubilis. quia dicit *Rom. 8. g* Apoſtolus: Quis nos ſeparabit a charitate Dei? quaſi dicat, nihil. Et hæc charitas fortior eſt omni fune, non eſt enim aliquis alius funis, quem non valeat rumpere ignis, vel gladius: charitas autem numquam poteſt rumpi, nec igne tribulationis, nec gladio mortis. Iſte funis charitatis indiſſolubilis componitur ex tribus funiculis, ſcilicet de corde puro, & cõſcientia bona, & fi-*1. Tim. 1. a* de non ficta, vt dicitur ad Timotheum. Hic eſt enim ille funiculus triplex, qui difficile rumpitur, vt dicitur B *Eccle. 4. d* in Eccleſiaſte. Charitas etiam comparatue cani bene docto ad venationem. Sicut enim canis ſequens prædam, non ſentit ſpinam: ſic qui charitatem habet, & ſentit odorem paradiſi, quaſi non ſentit ſpinam, id eſt tribulationem huius mundi. In perſona *Prou. 23. d* talis poteſt dici illud Prouerbiorum: Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Comparatur nihilominus lateri bene cocto. Sicut enim later bene coctus, facit ſolidum fundamentum, & ſi male ſit coctus, facit ruinoſum: ſic homo bene coctus per charitatis incendium habet optimum & vir-*Ephe. 3. e* tuoſum fundamentum. de quo dicit Apoſtolus: In C charitate radicati & fundati. Sed later male coctus, id eſt homo tepidus, & charitatis modicæ, cito diſſoluitur, & conuertitur in lutum carnalis concupiſcentiæ: tales lateres male cocti ſunt lateres Aegypti, qui ſola *Exod. 5. b* palea dicuntur eſſe cocti, vt legitur in Exodo.

Item charitas alijs tribus comparatur, ſcilicet arbori vel ligno, oneri vel iugo, glutino vel cæmento. Charitas enim eſt ſicut arbor vel lignum fructuoſum, in quo pendent fructus pietatis, flores honeſtatis, folia veritatis. Et ſicut de arbore reſecantur ramuſculi, vt arbor melius creſcat & proficiat: ſic reſecandi ſunt amores inordinati, vt amor Dei fortius inualeſcat. Vnde D bonus agricola vel hortulanus, purgat palmitem ferentem fructum, vt fructum plus afferat, vt habetur in *Ioan. 15. a* Ioanne. Charitas etiam eſt ſicut onus leue, & iugum ſuaue. Eſt enim onus leue & alleuians, ſicut in auibus ala, & ſicut in equis quadriga. Nam ſicut auis cum onere alarum volat velocius, & equus cum onere quadrigæ portat duplum facilius: ſic onus pœnitentiæ, & tribulationis facilius eſt, & per duplum portatur, cum alleuiatur in onere charitatis. Ipſa enim eſt iugum ſuaue: & cauſa huius ſuauitatis eſt, quia Chriſtus in Cruce ſubijt illud iugũ, & adhuc ſub eo vult eſſe nobiſcũ. Vnde ipſe portat quaſi totum pondus, vel maiorem E partem ponderis, & ideo non eſt mirum ſi iugum cha-*Matt. 11. d* ritatis eſt ſuaue. Propter quod dicitur: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Charitas nihilominus eſt ſicut glutinum, vel cæmentum. Nam ſicut glutino iunguntur aſſeres, vel cæmento lapides, ſic charitate vniuntur fideles. Hoc glutino vel bitumine *Gen. 6. e* linita fuit ſpecialiter arca Noe, vt habetur in Geneſi: Vnde ſi arca Eccleſiæ non vniretur virtute huius glutinis, eſſet in periculo ſubmergendi. Hoc enim virtuoſo cæmento vniuntur lapides in ſpirituali ædificio, & cum iſto cæmento fit murus Eccleſiæ fortiſſimus, ſine F quo eſſet Eccleſia quaſi aceruus lapidum, ruinæ pro-*Ier. 26. f* pinquus ſicut dicitur: Hieruſalem in aceruum lapidum erit.

Item charitas eleganter & proprie tribus alijs comparatur, ſcilicet fonti naturali, veſti nuptiali, igni virtuali. Charitas quidem eſt ſicut fons naturalis. Sicut enim aqua fontis naturalis in hieme eſt calida: ſic charitas feruet in tribulatione. Et ſicut aqua fontis eſt frigida, vel frigeſcit interius, cum calor inualeſcit exterius: ſic etiam interius tepeſcit amor Dei, cum inualeſcit exterius amor mundi. De hac aqua fontis mun-*Ioan. 4. b* dani dicitur: Omnis qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum: quia vt vulgo dicitur, talis aqua inflat & non ſatiat. Sed de aqua fontis diuini, dicitur ibidem: Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Charitas enim eſt ſicut veſtis nuptialis, de qua habetur, quod ille, qui ea caruit, fuit eiectus de *Matt. 22. b* nuptijs: ſic qui non habet charitatis tunicam, non venit ad cenam æternam. Et nota, quod charitas dicitur veſtis nuptialis, quia tegit turpitudinem peccatorum, quia protegit a frigore tentationum, quia ornat mu-*Pſal. 44. b* nere donorum, iuxta illud: Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, &cet. Quia in malitia ſatiati ſunt, vidit hominem, id eſt totum cœtum malorum, non veſtitum veſte nuptiali, id eſt fidem non habentem, ſiue charitatem.

Charitatis veſtis. Et nota, quòd veſtis charitatis a quattuor præcipue commendatur, a quibus conſueuit commendari veſtis nuptialis, ſcilicet ab artificio, a materia, a calore, a fragrantia. Commendatur ergo veſtis charitatis ab artificio, quia magno ſtudio componitur a Deo, iuxta *Pſal. 9. b* illud: Annunciate inter gentes ſtudia eius. Hæc enim ſunt ſtudia diuina, vt componat in nobis charitatis indumenta. Commendatur etiam hæc veſtis a materia. Nam aliæ veſtes ſunt vel de velleribus animalium, vt veſtis lanea: vel de corticibus herbarum, vt veſtis linea: vel de viſceribus vermium, vt veſtis ſerica. Veſtis autem charitatis fit ex gratia Spiritus ſancti, & de *Rom. 13. d* viſceribus Chriſti. Vnde ſignanter dicit Apoſtolus: Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Commendatur autem hæc veſtis a colore. Eſt autem duplex color huius veſtis, ſcilicet byſſinus, & purpureus. Et ſicut rubeus color, optime ſedet ſuper byſſinum, vel candidum: ſic charitas optime ſtat ſuper hominem caſtum. *Prou. 31. e* Vnde dicitur: Byſſus & purpura indumentum eius. Commendatur autem hæc veſtis a fragrantia, iuxta il-*Cant. 4. e* lud: Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris, & ideo qui portat hanc veſtem meretur benedictio-*Gen. 27. d* nem, ſicut Iacob. Vnde dicitur: Statim, vt Iſaac ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam, benedicens ait: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Cha-*1. Cor. 13. b* ritas numquam excidit, vt dicit Apoſtolus:

Item veſtis charitatis habet duas petias, quattuor ſagittas, & ſexdecim fimbrias vel crepas. Eſt enim partita ſicut tunica nobilis domicelli, duæ petiæ eius ſunt dilectio Dei & proximi. In parte dextera eſt petia dilectionis Dei: in parte ſiniſtra, eſt petia dilectionis proximi. Vna eſt de byſſo, alia de purpura. In indu-*Luc. 10. e* mento eius quattuor ſagittæ ponuntur, iuxta illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Sexdecim fimbriæ vel crepæ ponuntur ſicut ſupra dictum eſt, Charitas patiens eſt, &c.

Charitas igni comparatur. Charitas comparatur igni in decem. Nam primo Ignis eſt virtuoſior omnibus elementis: ſic inter omnes virtutes efficacior eſt virtus charitatis. Vnde dici-*Luc. 12. f* tur: Ignem veni mittere in terram. In hoc autem charitas excellit ignem, quia aqua extinguit ignem naturalem: ſed aquæ multæ non poterunt extinguere cha-*Cant. 8. e* ritatem, vt dicitur in Canticis. Secundo ignis ardet & lucet: ſic charitas in homine ardet per affectum, & lucet per exemplum, ſicut Ioannes Baptiſta. de quo di-*Ioan. 5. f* citur: Ille enim erat lucerna ardens & lucens. Tertio ignis frigidum ferrum accendit, & etiam carbonem extinctum: ſic incendium charitatis expellit ab homine gelu auaritiæ, & etiam mortem culpæ, & facit viuere ſicut carbonem extinctum, vt dicitur: *1. Ioan. 3. e* Tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Quarto ignis incinerat: ſic virtus & incendium charitatis redigit hominem in cinerem hu-*Gen. 18. d* militatis. Vnde dicebat Abraam: Loquar ad Deum meum, cum ſim puluis, & cinis. Quinto ignis ſemper tendit ſurſum: ſic charitas facit aſcendere ſurſum; vel

ad cælum per deſiderium. Vnde dicebat Apoſtolus: A
Philip. 1. d Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sexto ignis ſem-
per in motu: ſic charitas ſemper eſt in aliquo bono actu.
Greg. ho. 30 Nam ſicut dicit Gregorius: Amor Dei numquam eſt
in Euang. otioſus. Operatur enim magna ſi eſt, ſi autem opera-
ante med. ri renuerit, amor non eſt. Septimo ignis aufert rubi-
ginam a ferro: ſic charitas tollit rubiginem peccati.
Deut. 4. d Vnde dicitur: Deus autem ignis eſt, vſque ad con-
ſumptionem deuorans, ſcilicet peccati rubiginem, per
ſuam ignitam dilectionem. Octauo ignis ſcintillas
emittit: ſic charitas mentem deuotam ſcintillas cæle-
ſtium deſideriorum emittere facit, ſicut legitur in Da-
Dan. 10. b niele: Vir deſideriorum es. Nono ignis facit ollam B
feruere, & ollæ feruenti non incidunt muſcæ: ſic mens,
quæ per charitatem feruet, muſcas tentationis non ti-
met. Diabolus autem propter infeſtationem tenta-
tionum, inter alia nomina ſua vocatur Beelzebub, qui
interpretatur deus, vel pater muſcarum, vt habetur
Luc. 11. b in Luca. Decimo ignis ſeruat lampades a mure. mus
namque cum lampadem extinctam conſpicit, mox bi-
bit oleum, ſed ipſum non audet ſugere, quamdiu
conſpicit lampadem ardere: ſic charitas ardens in ani-
mo, oleum gratiæ cuſtodit a ſpiritu maligno. Hoc
oleum volunt prudentes virgines in ſuis lampadibus
habere, vt cum ſponſo valeant ad nuptias intrare, C
Mat. 25. a ſicut dicitur in Matthæo.

De fide. Cap. III.

Mag. 3. ſēt. diſt. 23. §. Fides eſt virtus. FIdes eſt virtus, qua ea quæ ad fundamentum reli-
gionis pertinent, firmiter creduntur, vt habetur in
tertio ſententiarum. De fide nota ſpecialiter tria, ſci-
licet eius typum ſpecioſum, eius actum virtuoſum, &
eius fructum generoſum.

Primo dico, quòd fides habet typum ſpecioſum,
vel figuram multiplicem, cui eleganter, vel ſtrenue,
vel congrue comparatur. Et primo comparatur tri-
Fides multis comparatur. bus, ſcilicet arcæ teſtamenti, ſtellæ firmamenti, & pe- D
træ fundamenti. Fides quidem eſt ſicut arca teſtamen-
ti. Nam dicitur: Propitiatorium non excedit arcam,
Exo. 25. ſed arca propitiatorium: ſic per fidem, & numquam
ſine fide habetur propitiatio peccatorum. Fides etiam
eſt ſicut ſtella firmamenti, & præcipue dicitur ſtella
maris, quia nauigantibus oſtendit portum gratiæ ſiue
ſalutis. Dicitur etiam ſtella matutinalis, quia præue-
nit ſolem iuſtitiæ. Dicitur nihilominus ſtella orien-
talis, quia ducit Reges ſpirituales, & facit eos Chri-
Mat. 2. a ſtum adorare, ſicut illa, de qua ſcribit Matthæus. Fi-
des etiam eſt ſicut petra fundamenti. Nam ſicut ædi-
ficium eſt ſolidum, quod eſt ſupra petram fundatum, E
vel locatum: ſic ſtructura virtutum, & omne ſpiritua-
le ædificium optime locatur ſupra fidei fundamen-
Mat. 16. b tum. Vnde dicit Dominus Petro: Super hanc petram
ædificabo Eccleſiam meam.

Item fides alijs tribus bene & congrue comparatur.
Figuratur enim per mundum ſpeculum, per dextrum
oculum, & per ſponſæ annulum. Fides namque com-
paratur ſpeculo mundo. Quia ſicut turris magna in
modico ſpeculo cernitur: ſic maieſtas, & magnitudo
diuina in ſpeculo fidei repræſentatur. Bene ipſa eſt ſpe-
Sap. 7. d culum ſine macula, vt dicitur in libro Sapientiæ. Fi-
des etiam comparatur oculo dextro. Siniſter oculus F
eſt ratio, quæ ſolum de naturalibus iudicat: dexter
vero fides, quæ omnia tam naturalia, quàm miracula
determinat, & intellectum in obſequium Chriſti ca-
2. Cor. 10. b ptiuat, vt dicit Apoſtolus. Et ſicut qui amiſit oculum
dextrum, inutilis eſt ad bella, quia ſcutum operit ſi-
niſtrum, & ſic nullum habet oculum, quo videat feri-
re vel cauere aduerſarium: ſic qui non habet fidem,
inutilis eſt ad pugnam ſpiritualem. Vnde Naas dicit
hominibus vel viris Iabes Galaad: In hoc feriam vo-
biſcum fœdus, vt eruam omnium oculos dextros, vt
1. Reg. 11. a habetur in libris Regum. Naas interpretatur ſerpens,
vel coluber, & ſignat ſerpentem antiquum, ideſt dia-
bolum, qui nititur eruere oculum dextrum, id eſt fi-

dem, vt ad bellum ſpirituale hominem reddat inuti-
lem. Ipſe enim eſt coruus infernalis, qui cum cada-
uera inuenit, primum oculum inuadit. Fides inſuper
comparatur annulo. quia ſicut in ſubarratione ſponſæ,
annulus in digito ponitur ad ornationem: ſic fides or-
nat rationem, quæ per digitum intelligitur, quia diſcer-
nit, & ſic a Deo ſpiritualiter deſponſatur. Nam dici- *Oſee. 2. d*
tur ſponſabo te mihi in fide. Annulus iſte argenteus
poteſt dici, eo quòd fides inſtar argenti, luceat per
veram cognitionem, & reſonet per perfectam confeſ-
ſionem. quia dicit Apoſtolus: Corde creditur ad iuſti- *Rom. 10. b*
tiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

B Item fides comparatur alijs tribus, ſcilicet ſigno ve-
xillari, ſcuto militari, & radio ſolari. Fides enim eſt ſi-
cut vexillum regis. Nam ſicut vexillum regis mon-
ſtrat, quòd res eſt præſens in acie, maxime vt terrean-
tur hoſtes: ſic fides eſt ſignum, quòd Rex regum, ſci-
licet Deus præſens eſt in pugna, vel tentatione, vt fu-
giant dæmones. Et ideo dicitur: Cui reſiſtite fortes *1. Pet. 5. c*
in fide. Sicut enim vexillum regis in ſignum Domi-
ni ponitur in arcem vrbis: ſic fides locatur in arce
mentis, ideſt in eminentia rationis. De hoc vexillari
ſigno dicitur: Leuabit Dominus ſignum in nationes, *Iſa. 11. c*
ideſt fidem ſub credentes. Fides etiam eſt ſicut mili-
C tare ſcutum. Nam ſicut ſcutum portatur ad ſiniſtram
partem: ſic fides præcipue armat hominem contra ad-
uerſitatem. Et ſicut ſcutum portatur a parte cordis,
quod eſt in ſiniſtra parte hominis: ſic fides eſt arma-
tura mentis. Et ſicut ſcutum eſt triangulum, ita fides
credit Deum trinum & vnum. De hoc ſcuto dicit
Apoſtolus: In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Fides *Epheſ. 6. c*
nihilominus eſt ſicut Sol, vel ſolis radius. Nam ſicut
Sol videtur ſolum proprijs radijs, non torchijs, vel
candelis: ſic Deus videtur ſolum radio fidei, qui ſo-
lum innititur luci primæ veritatis, non torchijs, ideſt
lumine naturalis rationis. Vnde dicit Ambroſius: In *Amb. lib. 1. de fid. c. 5. cir. ſi. to. 4.*
D his quæ fidei ſunt, piſcatoribus creditur, non dialecti-
cis. De hoc lumine, vel radio fidei poteſt intelligi,
quod dicitur: Dulce lumen, & delectabile eſt oculis
videre ſolem. Tamen nota, quòd Sol non videtur in *Eccles. 11. b*
propria rota, niſi ab aquila: ſic Deus non videtur in
propria eſſentia, niſi ab anima valde deuota, & pennis
contemplationis eleuata. Item cæcus non videt So-
lem, ſed tamen credit videnti: non videt viam, & ta-
men credit cani ducenti: nec videt locum profundum,
& tamen credit baculo tangenti & tentanti. ita ſimpli-
ces, qui per ſe ſacramenta non vident, videntibus, ideſt
prælatis, & paſtoribus ſuis ſe committere debent, ſi-
E cut cæcus committit ſe ductori, & ſicut ouis commit-
tit ſe paſtori. Tamen ſummum periculum eſt, quan-
do ipſi paſtores vel ductores cæci ſunt & ignorantes.
quia dicit veritas: Si cæcus cæco ducatum præſtet, *Mat. 15. b*
ambo in foueam cadunt.

Item fides tribus alijs comparatur, ſcilicet columnæ
ſacramentali, auroræ ſpirituali, & luci primordiali.
Fides namque eſt ſicut columna illa, quæ præcedebat *Exo. 13. d*
populum Iſrael in exitu de Aegypto. Nam illa ex par-
te Iſrael erat lucida, & ex parte Aegyptiorũ tenebroſa:
ſic fides credentibus lucet, & infidelibus eſt obſcura:
quia ipſi ſunt rebelles lumini, vt dicitur in Iob. Fides *Iob 24. c*
F etiam eſt ſicut aurora. Nam ſicut illa eſt exoſa latro-
nibus: ſic fides odioſa eſt dæmonibus, qui ſunt latro-
nes animarum. De ipſis enim dicitur: Si ſubito appa- *Ibidem.*
ruerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Fides au-
tem nihilominus eſt ſicut lux primo creata. Nã ſicut il-
la primũ opus in maiori mundo: ſic fides prima virtus
in minori mundo, hoc eſt in corde humano: & ideo
cum ſit primogenita, ſpecialiter benedici meretur, ſi-
cut antiqui primogenita benedicebãt. Vnde dicitur de
talibus: Qui ex fide ſunt, benedicentur cũ fideli Abrahã. *Gal. 3. b*

Item nota, quòd fides ad hoc, quòd ſit commen-
dabilis debet habere tria, ſcilicet veridicam confeſſio-
nem, magnificam deuotionem, & catholicam proba-
tionem. Primo ergo fides debet habere veridicã con-

feſſionem ſcilicet, vt verum dicat, ne aliud dicat, aliud credat, aliter viuat. Vt ſcilicet fides ſit viua non mortua: vera non ficta. Res enim mortua, proprie non eſt res, niſi æquiuoce: ſicut homo mortuus non eſt homo. Res etiam ficta, non eſt proprie dicenda res, ſicut leo pictus, non eſt leo verus, nec denarius falſus, ſicut ille qui eſt de auricalco, qui debet eſſe de auro, non eſt verus denarius, tales ſunt falſi, & ficti Chriſtiani de quibus dicitur: Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. (*Tit. 1. d*) Tales ſunt ſicut chimæra, quæ eſt res tantum ficta, & tamen nihil eſt in rerum natura. Fides veridica eſt, quæ verum dicit, ſic viuendo ſicut credit, ſic credendo, ſicut dicit. Talis eſt moneta vera ad emendum paradiſum, & vera arbor, & generoſa ad producendum frondes diuinæ dilectionis, folia ſalutiferæ confeſſionis, flores honeſtæ conuerſationis, & fructus bonæ operationis.

Fides tribus magnifica oſtenditur.

Secundò debet habere deuotionem magnificam. & eſt notandum, quòd fides oſtenditur eſſe magnifica in tribus. Primò vt in ſolo Deo confidat, etiam ſi naturalis ratio contradicat. Talem fidem habuit Abraam, qui vetulus de vetula & ſterili, contra omnem rationẽ credidit Deo promittenti, quòd haberet ſemen, in quo benedicerentur omnes gentes, vt dicitur: Credidit Abraam Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. (*Gen. 15. b*) Talem fidem non habuit Thomas, qui noluit credere, quòd Chriſtus reſurrexiſſet a mortuis, niſi oculis videret, & manibus contrectaret. Tales ſunt illi, qui nolunt credere vel mutuare, niſi ſub bono pignore. De tali modica fide, dicit Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. (*Greg. hom. 26. in Euangel. non longe a princ.*) Secundo fides eſt magna, ſi in aduerſitate non deficiat, ſed tunc plus inualeſcat. de qua dicit Saluator: Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, &c. (*Mat. 17. c*) Granum ſinapis quanto plus teritur, tanto fortius viget: talis fuit fides Martyrum, qui per fidem vicerunt regna, ludibria, verbera, inſuper vincula, & carceres. De hac fide dicitur: Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides veſtra. (*1. Ioan. 5. a*) Talem fidem non habuit Petrus, qui videns ventum validum, timuit & ſtatim veritus fuit, cui dixit Saluator: Modicæ fidei, quare dubitaſti? (*Matt. 14. d*) Sic multi infideles ventum validum tribulationis videntes, ſtatim titubant, & merguntur in mari tentationis, vel deſperationis, quod eſt mare mortuum, in quo nihil poteſt viuere. Tertio fides eſt magna, ſi homo propter dilationem, petere non deſiſtat, quouſque obtineat. Talem fidem habuit mulier Chananæa, quæ quantumcumque fuiſſet a Chriſto repulſa, non quieuit a prece, quouſque fuit exaudita. Vnde dicit ei Saluator: Mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petiſti, (*Matt. 15. c*) quia vt vulgo dicitur: Quod differtur, non aufertur.

Item fides debet habere profeſſionem catholicam. Et notandum, quòd catholica profeſſio Chriſtiana, continet duodecim articulos fidei, qui in ſymbolo Apoſtolico continentur, ſcilicet Credo in Deum, &c. Sunt autem duodecim articuli, quia duodecim ſunt Apoſtoli. Quilibet autem duodecim Apoſtolorum, poſuit in ſymbolo ſuum articulum.

Idem habetur apud Auct. Ser. 9. in Hexaem. to. 1. & ſup. 1. ſer. p. 3. ſect. 32. hoc tom. manatum ex S. Aug. ſer. 131. de temp. to. 10. facit etiam pro hoc Leo. epiſt. 96. Pſal. 13.

Petrvs autem dixit: *Credo in Deum patrem, &c.* Iſte articulus pertinet ad patrem. Et eſt ſciendum, quòd aliud eſt credere in Deũ, & aliud credere Deo. Credere Deo, eſt credere, quòd vera ſunt, quæ dicuntur de Deo, & ſic poſſumus credere, & credimus Petro, & Paulo. Sed credere in Deum, vt dicit Auguſtinus eſt credendo amare, credendo in eum per amorem ire, & in eum vel eius membris incorporari. Nota de iſto articulo cum dicimus patrem omnipotentem, quia ipſe eſt Deus Pater, non deeſt ſibi bona voluntas: quia Omnipotens, non deeſt ſibi poteſtas implendi, quod promittit, quia dicitur: Omnia quæcũque voluit fecit.

Andreas dixit: *Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum.* Iſte articulus pertinet ad diuinitatem Filij. Et nota quòd ſpecialiter Chriſtus dicitur Dominus noſter, quia proprie dominatur nobis duplici iure ſcilicet iure creationis, quia nos creauit & fecit: & iure redemptionis, quia nos magno pretio ſcilicet ſanguine ſuo redemit, vt ait Apoſtolus: Empti enim eſtis pretio magno. (*1. Cor. 6. d*)

Iacobvs maior dixit: *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine.* Iſte articulus eſt primus, qui pertinet ad humanitatem. Et nota, quòd Maria mater Dei caruit in conceptione culpa. Et ideo dicitur Chriſtus de Spiritu ſancto conceptus, quia ſine culpa fuit, quòd Spiritusſanctus fecit in natiuitate Filij. Caruit etiam pœna. Et ideo dicitur Chriſtus de Virgine natus, quia nullam pœnam ſentijt, nec damnum ſuſtinuit: quia virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit. Et in hoc Chriſtus dedit exemplum filijs omnibus, vt nullum damnum nutricibus, vel progenitoribus ſuis inferrent.

Ioannes dixit: *Paſſus ſub pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepultus.* Iſte articulus pertinet ad humanitatem. Et nota quattuor in hoc articulo, pro quibus, & in quibus, non ſolum grati eſſe debemus Redemptori noſtro, ſed etiam ſpecialiter, in his quattuor ipſum imitari. Chriſtus enim eſt paſſus, vt nos patiamur ſcilicet habendo patientiam in aduerſitatibus, & tribulationibus noſtris. Chriſtus etiam crucifixus eſt, vt nos per pœnitentiam crucifigamus carnem noſtram, cum vitijs, & concupiſcentijs. Chriſtus etiam mortuus eſt ſcilicet in cruce, vt in cruce pœnitentiæ, vſque ad mortem perſeueremus. Chriſtus nihilominus ſepultus eſt, vt nos terram noſtræ mortalitatis conſideremus, & cum cinere noſtræ mortalitatis, ad modum carnis ſalſæ ſuperbiam condiamus: quia carnes cito putreſcunt & corrumpuntur, niſi ſale condiantur.

Thomas dixit: *Deſcendit ad inferna.* Iſte enim articulus & tertius pertinent ad humanitatem. Deſcendit autem Chriſtus ad inferos ſecundum animam, vt extraheret ſuos de limbo. Nota etiam magnam peruerſitatem noſtram, quia nos vix volumus ſequi Chriſtum ad cælum, quãtumcumque ſciamus, quòd Chriſtus ſecutus eſt hominem vſque ad infernum, ſcilicet ad eum liberandum.

Iacobvs minor dixit: *Tertia die reſurrexit a mortuis.* Iſte eſt quartus articulus, pertinens ad humanitatem. Et nota quòd Chriſtus reſurrexit tertia die, vt nos a peccato reſurgamus, in tertia die ſcilicet pœnitentia: confeſſione, contritione, & ſatisfactione.

Philippvs dixit: *Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.* Iſte articulus eſt quintus, pertinens ad humanitatẽ. Et nota, quòd hæc duo quæ ſunt in iſto articulo ſcilicet aſcenſus Chriſti ad cælos, & aduentus ad iudicium: magnam fiduciam nobis ingerunt, quia ſcimus, quòd cauſam noſtram frater noſter iudicabit.

Bartholomævs dixit: *Credo in Spiritum ſanctum, & ſanctam Eccleſiam.* Ideſt credo, quod Spiritusſanctus eſt in ſe, & in electis ſuis, & quòd non ſolũ eſt ſanctus, ſed etiam Eccleſiam facit ſanctam. Et iſte eſt primus articulus, qui pertinet ad Spiritum ſanctũ. Et ſunt tria in præſenti pertinentia ad Spiritumſanctum & duo in futuro. Primum, quod ad ipſum pertinet in præſenti, eſt ſanctificatio. Nã primus eius articulus, vt diximus, *Credo in Spiritum ſanctum, & ſanctam Eccleſiam.* Credo, quòd Spiritusſanctus, qui in ſe ſanctus eſt, ipſe ſanctificat Eccleſiam, per gratiam & bonitatem ſuam, quia ipſe bonitas eſt.

Matthævs dixit: *Sanctorum communionem.* Iſte articulus pertinet in præſenti ad Spiritumſanctum: quia Spiritus ſanctus pertinet ad ſanctorũ communionem, ideſt vnionem membrorum in corpore Eccleſiæ ad caput ſcilicet ad Chriſtum, & alia membra in corpore naturali, ideſt fidelium ad inuicẽ. Sicut ſpiritus bonus vnit membra in corpore naturali: ſic Spiritusſanctus vnit membra ſpiritualia ſcilicet fideles in corpore myſtico, quòd eſt Eccleſia. Vnde ſenſus huius articuli eſt: Credo ſanctorum communionem, ideſt

credo,

credo, quòd ſancti, ideſt fideles, tamquam vnius corporis Eccleſiæ membra, communicant, ideſt, vniuntur ſibi, & capiti ſuo, & hoc per Spiritum ſanctum. Et nota, quod triplex eſt communio, quàm fideles debent habere adinuicem ſcilicet communionem vnius corporis: quia faciunt vnum corpus. Et communionem ſocietatis: ex qua ſocietate venit, quòd quilibet, qui eſt de corpore Eccleſiæ, partem habet in omnibus bonis, quæ fiunt in Eccleſia. Tertia communio eſt mutuæ ſupportationis: quia vnus debet ſupportare onus alterius, ſcilicet mala, per patientiam: & bona communicare per eleemoſynarum largitionem. Vnde dicitur:
Gala. 6. a Alter alterius onera portare.

SIMON dixit: *Remiſſionem peccatorum*, ſcilicet credo. Iſte eſt tertius articulus, pertinens ad Spiritum ſanctum. Per Spiritum ſanctum enim qui eſt benignitas ipſa, in baptiſmo, & in pœnitentia remittuntur peccata. Et nota, quòd peccata remittuntur, lauantur, & tolluntur. Remittuntur, quantum ad culpam: lauantur, quantum ad maculā: tolluntur, quantum ad pœnā.

IVDAS THADDEVS dixit: *Carnis reſurrectionem*. Iſte eſt quartus articulus, pertinens ad Spiritum ſanctum in futuro, quantum ad remunerationem corporis. Et nota, quòd in ſeruitio regis, qui poteſt reddere, vel reſtituere equum, ſi contingat eum mori in bello, poteſt miles ſecure exponere eum, pro ipſo rege, & duce ſuo: ſic nos equum noſtrum, id eſt corpus proprium, ſecure poſſumus exponere pro Chriſto: quia ipſe poteſt equum reddere, id eſt corpus reſtituere, id eſt reſuſcitare.

MATTHIAS dixit: *Vitam æternam. Amen.* Iſte enim eſt quintus, & vltimus articulus, pertinens ad Spiritum ſanctum in futuro, quantum ad remunerationem animæ, vel etiam vtriuſque. Et nota quòd quia ſi ſolicitus eſt homo, ad prouidendum huic miſeræ vitæ tranſitoriæ: multo magis debet eſſe ſolicitus ad prouidendum illi vitæ, quæ numquam poterit finem habere. Vnde ſciendum eſt, quod tribus modis prouidetur huic temporali vitæ ſcilicet mendicando, laborando, & mutuum accipiendo. Ibi enim non eſt locus mendicandi, ſicut patet de diuite epulone, qui voluit mendicare guttam aquæ, & non potuit obtine-
Luc. 16. e re, vt habetur in Luca. Ibi etiam non eſt locus laborandi. Ideo dicitur: Venit nox, quando nemo po-
Ioan. 9. a teſt operari. Ibi nihilominus non eſt locus mutuum accipiendi, vel emendi, vt patet de fatuis virginibus, quæ voluerunt mutuo habere, vel emere oleum, &
Matt. 25. a non potuerunt habere. Et ita, qui non vult hic prouidere per bona opera, egeſtatem æternam patietur in illa vita æterna. Ideo dicit Saluator: Primum quærite
Matt. 6. d regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, &c.

De ſpe. Cap. 4.

Mag. lib. 3. ſent. d. 26. in prin. SPes eſt futuræ beatitudinis certa expectatio, ex Dei gratia, & ex meritis proueniens, vt habetur in libro tertio ſententiarum. De ſpe nota præcipue tria ſcilicet typum comparationis, fetum generationis, & fructum operationis.

Spei comparationes. PRIMO ergo ſpes comparatur tribus, eſt enim ſicut columna domum firmans, ſicut galea caput armans, & ſicut anchora nauem ſeruans. Spes itaque eſt ſicut columna, quæ domum ſuſtentat. Nam columna debet eſſe ſolida, & de forti ligno, non fragilis, & vacua, vt arundo: ſic ſpes, quæ eſt in Deo, quia eſt ſolida, eſt quaſi de forti ligno, & facit ædificium ſolidum: ſed ſpes, quæ eſt in mundo, eſt fragilis & vacua, & quaſi de arundine, & ideo facit ædificium ruinoſum. Nam dicitur: Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet. Sic ſuperuacua & fragilis ſpes, & fiducia annorum, & amico-
Prou. 11. d rum: quia dicitur: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem ſuam, ideſt carnalem homi-
Hiere. 17. a nem, brachium ſuum, id eſt fiduciam vel auxilium,

A quod eſt in ſolo Deo collocandum. Spes etiam eſt ſicut galea. Nam ſicut galea eſt munimētum capitis: ſic ſpes eſt armatura intentionis. Vnde dicit Apoſtolus: Indui-
te galeam ſpem ſalutis. Spes nihilominus eſt ſicut an- *1. Theſ. 5. a*
chora. Nam ſicut anchora ſeruat nauem contra procellas fluctuum: ſic ſpes mentem contra tentationis im-
pulſum. Et ideo dicitur: Confugiamus ad tenendam *Hebr 6. d*
propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram animæ habemus tutam & firmam.

ITEM ſpes tribus alijs comparatur. Eſt enim ſicut arbor fructuoſa, ſicut gemma pretioſa, & ſicut mola virtuoſa. Spes ergo eſt ſicut arbor fructuoſa. Nā ſicut
B arbor profert vberes fructus, quæ habet irriguū aquarum viuentium: ſic ſpes profert fructus bonorum operum, quæ ſita eſt, & plantata iuxta irriguum aquarum.
Vnde dicitur: Ego autem ſicut oliua fructifera in do- *Pſal. 51. a*
mo Dei, ſperaui in miſericordia Dei mei. Spes enim eſt ſicut margarita, vel gemma. Nam ſicut gemma eſt grata: ſic ſpes eſt Deo placita. Sicut gemma habet valorē magnum: ſic ſpes facit hominem pretioſum. Et ſicut gemma eſt pellucida: ſic ſpes eſt quodammodo diaphana, quia per eam videntur, & ſperantur loca cæle-
ſtia. De ipſa dicitur: Gemma gratiſſima expectatio *Prou. 17. b*
præſtolantis. Spes nihilominus eſt ſicut mola. Et nota,
C quòd duæ ſunt molæ ſpirituales ſcilicet timor ſupplicij, & ſpes præmij. Timor eſt mola ſuperior, quæ premit animam, ne euaneſcat per elationem. Spes eſt mola inferior, quæ animam ſuſtinet, ne deficiat per deſperationem. Iſtas duas molas debet pœnitens coniungere,
ſicut Dauid, qui dicebat: Ab altitudine diei ſcilicet a *Pſal. 55. a*
die iudicij timebo, ecce mola ſuperior. Ego vero in te
ſperabo, ecce mola inferior. Vnde vna ſine altera non *Deu. 24. b*
valet. Et ideo in figura huius dicitur: Non accipies loco pignoris, inferiorem & ſuperiorem molam, id eſt ſpem & timorem non ſubtrahas peccatori. & inter iſtas duas molas, fit optima molitura tritici, id eſt per-
D fecta contritio peccati.

De prudentia. Cap. 5.

PRudentia eſt appetendarum rerū, fugiendarumq. ſcientia, vt dicit Tullius in libro de officijs. De prudentia nota ſpecialiter tria ſcilicet typum decentiſſimum, actum vtiliſſimum, & partum nobiliſſimum.

HABET autem prudentia typum multiplicem, & *Prudentia tribus comparatur.*
elegantem. Comparatur autem ſpecialiter tribus ſcilicet aſſeſſori iudicis, quattuor etiam minimis, & aſtutiæ ſerpentis. Prudentia quidem, eſt ſicut aſſeſſor iudicis, vel regis. Nam ſicut aſſeſſor iudicando dirigit iudi-
E cem, vel regem: ſic prudentia rationem. Sicut aſſeſſore abſente, interdum peruertitur iudicium regis: ſic cum abeſt prudentia, peruertitur iudicium rationis.
Vnde dicitur in Prouerbijs: Dux indigens prudentia, *Prou. 28. c*
multos opprimet per calumniam. Prudentia etiā com-
paratur quattuor minimis terræ. De quibus dicitur: *Prou. 30. d*
Quattuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus ſcilicet formica, lepuſculus, ſtellio, vel lacertus, & locuſta. Nam & prudens dicitur formica, ra-
tione prudentiæ. Et nota, quòd formica habet decem *Formicæ prudentia.*
laudabilia, & a viris prudentibus imitanda. Formica eſt animal paruum, vel modicum, in quo laudatur hu-
I militas. Grano paſcitur, in quo docetur honeſtas. Socios adiuuat, in quo laudatur charitas. Solicita eſt, in quo laudatur prudentia. Numquam eſt otioſa, in quo commendatur occupatio. Grana detruncat, ne germinent, vel putreſcant, in quo monſtratur carnis afflictio. Tempore imbris grana abſcondit, in quo docetur fuga tentationis. Tempore ſereno granum ſoli exponit, in quo laudatur virtus orationis. Pondus portat maius quàm ipſa ſit, in quo monſtratur zelus com-
paſſionis. De ipſa dicitur prouerbium: O piger, vade *Prou. 6. a*
ad formicam, & diſce ſapientiam, quæ cum non habet ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate, & congregat in meſſe cibū ſibi, ſcilicet in meſſe gratiæ, cibum gloriæ ſempiternæ. Item prudentia com-

paratur lepuſculo ratione confidentiæ quam homo prudens habet ſolum in Deo. Sicut lepuſculus locat in petra cubile ſuum, vt dicitur in Prouerbijs: ita homo in Chriſto. *Prou.30.d* Petra autem erat Chriſtus, vt dicit Apoſtolus. *1.Cor.10.a* Prudentia etiam comparatur ſtellioni. Nam ſtellio, vel lacertus, quia alas non habet, vnguibus, vel manibus vtitur, qui diligentia operationis laudatur. Nam in viro prudente, diligentia in operatione, ſupplet defectum naturæ. Prudens nihilominus comparatur locuſtæ. Nam ſicut locuſta habet volatum recidiuum, volat enim ad alta, & ſtatim cadit in ima: ſic prudens volat ad alta per deſiderium patriæ cæleſtis, & cadit ad ima per conſiderationem propriæ fragilitatis, iuxta illud: *Pſal.110.c* Aſcendit vſque ad cælos, & deſcendit vſque ad abyſſos. Prudentia tertio comparatur aſtutiæ ſerpentis. Et nota, quòd quinque aſtutijs vtitur ſerpens, quas vir prudens imitatur. Prima aſtutia ſerpentis, eſt cuſtodia capitis. nam caput ſumme cuſtodit, pro quo ſeruando, totũ corpus exponit: ſic ſancti Chriſtum, qui eſt caput noſtrum, ſumme cuſtodiunt, & pro ipſo omnia alia exponunt, ſicut Apoſtolus, qui dicebat: *Phil.3.b* Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Secunda aſtutia ſerpentis, eſt depoſitio pellis, ponit enim ſe in arcto foramine, vbi renouatur, depoſita veteri pelle: ſic ſancti in arcto pœnitentiæ, ſeipſos incarcerant, vt veterẽ conuerſationem deponant, ſicut monet Apoſtolus: *Ephes.4.c* Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Tertia aſtutia ſerpentis, eſt deluſio incantatoris. Deludit enim incantatorem, obturando vnam aurem cum terra, & aliam cum cauda, vt dicitur: *Pſal.57.a* Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas: ſic viri ſancti & prudentes, deludunt incantatorem, id eſt tentationem diaboli, quia vnam aurem obturant cauda, id eſt memoria mortis, iuxta illud: *Eccles.7.d* Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis: & aliam obturant terra, id eſt conſideratione propriæ fragilitatis, quia dicitur: *Gen.3.d* Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quarta aſtutia ſerpentis, eſt inſidiatio pedis, inſidiatur enim calcaneo, non capiti: ſic viri ſancti ſuperant deſideria carnis, attendentes, quis finis delectationis, ſcilicet mors immortalis, vel infernalis, iuxta illud: *Rom.6.d* Finis illorum mors. Quinta aſtutia ſerpentis, eſt fuga mulieris. Nam ſicut propter inimicitias eius fugit, & latitat ſub ſpinis: ſic etiam viri ſancti propter inimicitias fornicationis, fugiunt conſortium mulierum, & latitant ſub ſpinis pœnitentiæ, ſecundum conſilium Apoſtoli: *1.Cor.10.b* Fugite fornicationem. Ad imitandas iſtas ſerpentis aſtutias dixit Saluator: *Matt.10.b* Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, quas habent cum mulierem fugiunt & latitant. Et ne ſerpentis aſtutia fiat virulenta, temperat eam ſimplicitas columbina, vnde addit: Et ſimplices ſicut columbæ.

De Temperantia. Cap. VI.

TEmperantia eſt nihil appetere vnde ſit pœnitendũ, in nullo modum vel legem excedere, ſub iugo rationis cupiditatem domare, vt ait Macrobius. *Macr.lib.1. in ſomn. Scip.c.8.* De temperantia nota ſpecialiter tria, ſcilicet eius typum nobilem, eius partum fertilem, & eius actum vtilem.

Similitudines temperantiæ. Habet autem temperantia typum multiplicem, vel figuram. Comparatur autem temperantia ſpecialiter tribus, ſcilicet freno quo equus regitur, byſſo quo caro tegitur, & muro quo caſtrum cingitur. Eſt itaque temperantia, ſicut frenum equum regens. Nam ſicut a ſeſſore, mediante freno ducitur equus: ſic caro a ſpiritu, freno temperantiæ gubernatur. Maxime enim frenandus eſt equus iuxta aquam, iuxta ignem, iuxta præcipitium. Frenum temperantiæ neceſſarium eſt carni, contra aquam tranſitoriæ delectationis, contra ignẽ concupiſcentiæ carnalis, & contra præcipitium æternæ damnationis. De hoc freno dicit Apoſtolus: *Tit.2.d* Sobrie A & iuſte & pie viuamus in hoc ſeculo. Nam quilibet debet viuere ſobrie quantum ad ſeipſum, iuſte quantum ad proximum, pie quantum ad Deum. Eſt etiam temperantia ſicut byſſus carnem tegens. Nam byſſus, vt dicit Papias, eſt genus lini candidiſſimi, quod creſcit in Aegypto, & inde fit tela, quæ vulgo dicitur ſerica. De hac tela byſſina fit camiſia nobilis & delicata, per quàm figuratur caſtitas & temperantia. Et ſicut iſta camiſia nobilis eſt immediate carni contigua, & coniuncta: ſic caſtitas, & temperantia, eſt carni præcipue neceſſaria, & ei inſeparabiliter coniungenda. Et ideo dicitur de muliere forti: Byſſus & purpura indumentum eius. *Prou.31.d* In byſſo figuratur caſtitas, quæ eſt præcipuũ B ornamentum mentis: in purpura figuratur temperantia, quæ eſt ſicut auriphrygium, veſti appoſitum ad decorem. Eſt nihilominus temperantia ſicut murus caſtrum cingens. Nam ſicut caſtrum muratur præcipue ab ea parte, quæ magis eſt infirma: ſic temperantia munit caſtrum hominis ex parte magis infirma, ſcilicet ex parte corporis. Dicit enim Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. *Matt.26.d* Item temperantia, eſt quidam honor Deo aſſimilans, quidam valor mentem magnificans, & quidam dolor hoſtem mortificans. Eſt enim temperãtia honor quidam Deo aſſimilans. Deus enim eſt Spiritus, vt dicitur in Ioanne. *Ioan.4.d* Temperantia C vero, eſt quaſi nutrix ſpiritualis, quæ ablactat filios Dei, & facit de carnalibus ſpirituales, & ſic aſſimilat Deo iuxta illud: Incorruptio facit proximum Deo. *Sap.6.e* Eſt enim temperãtia valor quidam, mentem magnificans. Nam ſicut valor magnificat aurum: ſic temperantia magnificat & impretiabilem facit hominem temperatum & caſtum, quia dicitur: Non eſt digna ponderatio animæ continentis. *Eccl.6.b* Eſt igitur temperantia dolor quidam, hoſtem mortificans. Diabolus enim libenter quieſcit & dormit in locis humẽtibus, id eſt voluptuoſis hominibus, vt dicitur in Iob. *Iob 4.d* Temperantia vero ponit ipſum in arido pœnitentiæ, vbi non inuenit requiẽ: D & ſic interficit, vel fugat hoſtẽ, quia dicitur: Cum immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. *Mat.12.f* Loca arida ſunt homines ſobrij: in quibus requiem non inuenit. Quia in talibus non ſternit lectũ voluptuoſum peccati.

De Fortitudine. Cap. VII.

FOrtitudo eſt firmitas animi contra moleſta ſæculi, vt dicit Gloſſa ſuper Matthæum. De fortitudine nota ſpecialiter tria, ſcilicet typum valde pulchrum, partum valde dignum, & fructum valde bonum.

Fortitudo tribus præcipue ſimilis eſt. Primo igitur virtus fortitudinis, habet typum multiplicem, E & ſimilitudinem elegantem. Comparatur autem ſpecialiter tribus, ſcilicet fornaci, quæ probat aurum: radici, quæ portat lignum: & loricæ, quæ vetat ictum. Eſt itaque fortitudo ſicut fornax, aurũ probans. Nam ſicut fornax reddit aurum lucidum: ſic fortitudinis virtus, facit hominem honeſtum & decorũ. Nam de talibus dicitur. Fortitudo, & decor indumentum eius. *Prou.31.d* Et ſicut fornax, quædam metalla reddit ſolida, & quædam liquida: ſic virtus fortitudinis, corda facit nunc ſolida contra tentationem, nunc liquida per compaſſionem, nunc rorida per deuotionem. Nam di- F citur: Anima mea liquefacta eſt, dilectus meus locutus eſt. *Cant.5.b* Et ſicut in fornace magnus flatus follium, & magnum ignis incendium: ſic ignis fortitudinis, ſolum eſt in illis, in quibus eſt flatus diuinæ inſpirationis, & vehemens incendium charitatis. Et in figura huius aduentus Spiritus ſancti ſuper Apoſtolos, vbi fuit eis datus ad robur ſpiritualis virtutis, fuit tamquam aduenientis ſpiritus vehementis, vt dicitur in Actibus Apoſtolorum. *Act.2.a* Eſt etiam fortitudo ſicut radix lignum, vel arborem portans. Nam ſicut radix portat pondus arboris, & frondes, flores, fructus & folia: ſic virtus fortitudinis, ſuſtinet omnia bona opera, & merita noſtra. Vnde dicitur: Confortare, & eſto robuſtus. *Ioſ.1.b* Eſt nihilominus fortitudo ſicut thorax, vel lo-

rica

rica ictum vetans. Nam ſicut thorax, vel lorica, ſeruat corpus ab ictu gladij: ſic virtus fortitudinis cuſtodit animam a tentatione diaboli, & cuiuſcumque aduerſarij. Totus enim mundus non concernit vnum hominem, in quo eſt fortitudo Dei, ſicut patet, quòd puellæ virgines, puta, Catherina, Cecilia, Agnes, Lucia, Agatha, Barbara, beata Clara, & ceteræ virgines, reges, & tyrannos, & omnia tormentorum genera ſuperabant. Nec mirum, quia fortitudo illa non hominis, 1. Mach. 3 ſed Dei erat. Vnde dicitur: De cælo fortitudo eſt.

e Item fortitudo tribus alijs comparatur, ſcilicet virgæ, quæ non incuruatur: ferro, quod non ſuperatur: & petræ, quæ non perforatur. Eſt itaque fortitudo ſimilis virgæ inflexibili, & talis virga vel baculus eſt valde neceſſarius ambulantibus, & certantibus, & laborantibus: ſic fortitudo, eſt quaſi baculus & virga inflexibilis, quæ valde eſt neceſſaria quia locus, in quo ſumus, eſt locus certaminis, locus itineris, & locus laboris. Et hæc tria hominum genera indigent ſpecia- Pſal. 22. b liter baculo vel virga. Ideo dicitur: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Eſt etiam fortitudo ſimilis ferro indomabili. Nam ſicut ferrum non domatur, ſed comminuit, & domat omnia metalla, vt di- Dan. 2. f citur in Daniele: ſic viri fortes mori poſſunt, vinci vero non poſſunt: immo ipſi omnia aduerſa, & proſpera vincunt, & quod plus eſt, regnum cælorum violenter rapiunt. Nam violenti rapiunt illud, vt dicitur in Matt. 11 b Matthæo. Eſt nihilominus fortitudo ſimilis petræ infrangibili, qualis eſt Adamas. Nam ſicut qui Adamantem percutit, ipſe magis percutitur: ſic qui virum fortem moleſtat, magis læditur, quàm lædit. Et ſicut Adamas non frangitur violentia: ita vir fortis nulla frangitur impatientia. Et ſicut Adamas ſcinditur ſanguine hirci: ſic vir fortis memoria paſſionis Chriſti. Propter Ezech. 3. iſta de viro forti dicitur: Vt Adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuam.

De Iuſtitia. Cap. VIII.

Aug. de lib. arb. lib. 1. c. 5. & 10. 1. Anſ. dial. de veritate c. 12. IVſtitia eſt virtus, ſua vnicuique tribuens, vt dicit Auguſtinus de libero arbitrio. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata, vt ait Anſelmus. De iuſtitia nota ſpecialiter tria, ſcilicet typi figuralis elegantiã, partus filialis abondantiam, & actus virtualis efficaciã.

Comparationes iuſtitiæ. PRIMO ergo iuſtitia typum habet multiplicem, & figuram valde elegantem. Comparatur enim tribus ſpecialiter, ſicut recta ſemita, ſicut recta regula, & ſicut recta linea. Eſt autem iuſtitia ſicut recta ſemita. Nam ſicut illa eſt rectiſſima viarum: ſic per viam iuſtitiæ citius peruenitur ad brauium ſempiternum: immo Pſ. 106. d omnis alia via eſt deuium. Nam dicitur in Pſalmo: Errare fecit eos in inuio, & non in via. Vnde dicitur ibi de iuſtis: Deduxit eos in viam, vt irent in ciuitatem ha- Pſal. 11. b bitationis. De iniuſtis vero dicitur alibi: In circuitu impij ambulant. Eſt etiam iuſtitia ſicut recta regula. Nam ſicut recta regula eſt rectiſſima menſurarum, ſic iuſtitia eſt optima menſurarum, & certiſſima menſura ad bonum operandum. Hæc eſt enim regula diuina, Pſ. 145. b quæ dirigit opera noſtra. Vnde dicitur: Dominus di- Prou. 15. b ligit iuſtos. Et ſapiens ait: Qui ſequitur iuſtitiam, diligitur a Domino. Eſt nihilominus iuſtitia ſicut recta linea. Sicut enim recta linea eſt pulcherrima linearũ, vt dicit Philoſophus: ſic iuſtitiæ rectitudo facit hominem, in intentione & conuerſatione pulcherrimum & decorum. Nam ſicut ſtatura humani corporis, eſt pulchrior inter omnes, quia eſt recta ad cælum: ſic ſtatura cordis eſt pulcherrima, cum per iuſtitiam eſt recta Cant. 7. c ad Deum. Vnde ſponſæ dicitur: Statura tua aſſimila- Eccles. 7. d ta eſt palmæ. De hac rectitudine dicitur: Solummodo hoc inueni, quòd Deus fecit hominem rectum.

Item iuſtitia multum proprie tribus alijs comparatur. Nota, quòd triplex eſt iuſtitia: generalis, quæ dirigit hominem in omni bono, a qua dicitur homo factus bonus: iudicialis, quæ corrigit, vel coercet ab om-

A ni malo, & iſta corrigit delicta propria vel aliena: cardinalis, vel moralis, quæ reddit vnicuique proprium bonum. Eſt itaque iuſtitia, ſicut gemma in ſerto aureo, ſicut ſtella in polo artico, & ſicut dea in noſtro microcoſmo. Eſt igitur iuſtitia ſicut gemma in ſerto aureo. Nam ſicut gemma ſerti aurei eſt ornamentum, quia totum ſertum ornat, & facit pretioſum: ſic etiam ſertum aureum dicitur gratia, eo quòd in illa, & per illam coronantur opera noſtra bona. Nam etiam opera bona, quæ fierent extra gratiam, numquam coronã mererentur. In hac corona aurea, vel ſerto aureo, inſertæ ſunt quattuor gemmæ valde pretioſæ, vel quat- B tuor virtutes principales, ſcilicet prudentia, temperantia, fortitudo, & iuſtitia. Gemma prudentiæ ponitur in anteriori parte coronæ, quia ad prudentiam pertinet, non ſolum præſentia diſponere immo & futura præuidere. Gemma temperantiæ locatur a dextris, quia temperantia facit hominem iuſtum, & ſobrium in dextera proſperitatis. Gemma fortitudinis inſeritur a ſiniſtris, quia fortitudo facit hominem robuſtum in ſiniſtra aduerſitatis. Gemma vero iuſtitiæ incaſtratur in poſteriori parte, ſicut epiſcopus in fine proceſſionis, ſicut rex in fine aciei, ſicut nauta vel gubernator in cauda nauis, ſicut ſententia iuſta profer- C tur in fine cauſæ, ſicut etiam poſt laborem certaminis, datur victori corona triumphalis. Vnde ab iſta, tamquam a principali gemma denominatur corona. Dicit enim Apoſtolus: Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. 2. Tim. 4. b Aurifex in cuius aurificina fabricatur hæc pretioſa corona, eſt ſapientia increata. De qua dicitur: Sobrie- Sap. 8. b tatem & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, id eſt fortitudinem, quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus. Iſtæ quattuor virtutes, vt dictum eſt, tamquam quattuor gemmæ pretioſæ, in aureo ſerto gratiæ ſunt incaſtratæ.

Eſt etiam iuſtitia ſicut ſtella Artici poli. Nam circa D ipſam voluitur cęlum, & ſicut ipſa non mutat locũ: ſic volubilitas vitæ noſtræ, mira volubilitate vertitur, iuſtitia vero nullo accidente mutatur. Si quidem vita noſtra tota eſt volubilis ſicut rota: tunc enim hominem eleuat honore, quem paulo poſt humiliando occultat, iuxta illud: Aſcendunt vſque ad cælos, & cet. Pſal. 106. c Interdum e conuerſo hominem humilitate deprimit, quem poſtea ad honores attollit, quia dicitur: Suſcitans a terra inopem, & de ſtercore, & cet. Pſal. 112. b Quandoque hominem a læua mutat in dexteram, ſcilicet ab aduerſis in proſpera: interdum a dextris in læuam, id eſt a proſperis in aduerſa, iuxta illud quod Abraam dixit E ad Loth: Si ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: Gen. 13. b ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Sed vir iuſtus in omnibus his, ſemper manet immobilis. Nam ipſum humilitas non deprimit, ipſum honor non ambit, ipſum aduerſitas non frangit. Vnde dicitur: Qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Pſal. 14. a

Eſt nihilominus iuſtitia ſicut dea noſtri microcoſmi, id eſt minoris, & inferioris mundi. Sicut enim Deus in ſuo megacoſmo vel maiori mundo, diſponit omnia in numero, pondere & menſura, vt dicitur in libro Sapientiæ: Sap. 11. c ſic iuſtitia in ſuo microcoſmo præ- F ſidens, tamquam Deus, facit, vt in omnibus meritis, & operibus noſtris, ſit numerus bonæ operationis, pondus ſanctæ affectionis, & menſura intentionis. Vnde iſti deæ nobiliſſimæ ſacrificium iuſtitiæ debemus offerre, ſicut dicitur in Pſalmo: Pſal. 4. b Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ,

DIÆTÆ SALVTIS.

TITVLVS SEXTVS.

De ſeptem donis Spiritus ſancti.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De dono timoris. Cap. I.
De dono conſilij. Cap. II.
De dono intellectus. Cap. III.
De dono ſapientiæ. Cap. IV.

De dono timoris. Cap. I.

POST tractatum de virtutibus ſequitur de donis Spiritus ſancti. Et hæc eſt quinta diæta ſalutis, ſcilicet a virtutibus ad dona Spiritus ſancti peruenire: quia, ſicut diximus, virtutes docent recte operari, ſed dona expedite. Cum autem ſint ſeptē dona Spiritus ſancti, quæ ſcilicet enumerantur, ſcilicet
Iſa. 11.a ſpiritus ſapientiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſcientiæ & pietatis & timoris Domini. A ſapientia autem non peruenitur ad timorem Domini, ſed potius a timore ad ſapientiam, tamquam ab inferiori gradu ad
Pſal. 110.b ſuperiorem, iuxta illud quod dicitur: Initium ſapientiæ timor Domini. Ideo de timore Domini, nota ſpecialiter tria, ſcilicet quàm multipliciter figuratur, quàm virtualiter operatur, & quàm rationabiliter mercatur.

Timoris Domini ſimilitudines

Primo ergo, timor Domini habet multiplices figuras elegantes, & comparationes conuenientes. Comparatur autem ſpecialiter tribus. Eſt enim timor Domini, ſicut oſtiarius cuſtodiens ingreſſum, ſicut iuſtitiarius puniens maleficium, ſicut terrarius vel ſpeculator euigilans exercitum. Primo ergo timor Domini eſt ſicut bonus oſtiarius, qui diligenter cuſtodit oſtiū cordis, ne intret inimicus, id eſt diabolus. Et ſicut oſtiarius tendit baculum, vel gladium ad timorem intrantium: ſic timor Dei, ne permittamus diabolum ad cor intrare, portat clauem pœnæ æternæ, gladium ex vtraque parte acutum, ſcilicet ęquitatem diuinæ ſententiæ, quæ condemnabit improbos in anima & cor-
Matt. 10.c pore. Vnde dicitur: Timete eum, qui poteſt corpus, & animam perdere in gehennam. Secundo timor Domini eſt ſicut bonus iuſtitiarius, qui perimit maleficos & ſuſpendit. Nam ſicut illi, qui tenent iuſtitiam, ponunt in montibus & locis patentibus, patibulum, vel furcas ad expauentaculum latronum: ita timor Domini ponitur in corde hominis, propter expauentaculum peccatorum. Et ſicut iſte iuſtitiarius crucifigit latronem: ſic timor Domini nititur crucifigere carnem, tamquam peſſimum animæ latronem. Vnde dicitur:
Pſal. 118.p Confige timore tuo carnes meas. Tertio timor Domini eſt ſicut bonus terrarius, vel ſpeculator, qui euigilat exercitum. Nam ſicut ſpeculator, tempore belli maxime, non ſinit dormire milites: ſic timor Domini, cum ſit modo tempus belli & guerræ mortalis contra carnem, mundum, & diabolum, non permittit dormire ſpiritum, per delectationem vel conſenſum. Vn-
Prou. 28. b de dicitur: Beatus eſt homo, qui ſemper eſt pauidus. Non ſolum autem tempore belli debet homo eſſe pauidus, immo etiam tempore pacis debet eſſe timoroſus. ſicut videmus, quod magni reges, & ſapientes,

A quamuis actu non ſit guerra, muniunt tamen & cuſtodiunt caſtra ſua. De incautis dicit Apoſtolus: Cum *1. Theſ. 5.a*
dixerint: Pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. Et Eccleſiaſtes: Qui timet Deum nihil ne- *Eccles. 7. c*
gligit, quia nec bonum, nec malum: quia per timorem Domini malum euitat, tamquam nociuum, & bonum formidat, & neſcit ſi eſt gratum. Vnde dicit Iob: Ve- *Iob 9. e*
rebar omnia opera, ſciens quia non parces delinquenti, maxime autem tempore guerræ. Iſte vigil vel ſpeculator mandat cuſtodiri portas ſenſuum, quia ibi eſt quaſi totum periculum. Sicut ad litteram illi, qui ſunt in munitione ſumme cuſtodiunt portas, cum vident
B caſtrum ab hoſtibus obſeſſum: ſic ſpirituales viri, qui habent timorem Dei, cuſtodiunt portas, ſcilicet quinque ſenſuum, ne intrent inimici, timentes, quod dicitur: Aſcendit mors per feneſtras noſtras. *Ier. 9. f*

Item timor Domini alijs tribus comparatur, eſt enim ſicut medicina infirmorum, ſicut diſciplina puerorum, & ſicut officina religioſorum. Primo igitur, timor Domini eſt ſicut infirmorum medicina. Nam ſicut medicina bene tēperata repellit omnes morbos nociuos, & omnes nociuos humores: ſic timor Dei omne peccatum, & omnes peccati occaſiones expellit, ſanguinem luxuriæ, fleumæ, acediæ, & melancoliam iræ,
C & coleram ſuperbiæ. Vnde dicitur: Timor Domini *Eccli. 1.c*
expellit peccatum. Secundo timor Domini eſt ſicut puerorum diſciplina. Nam ſicut virga diſciplinæ caſtigatur puer, inſtruitur, & informatur: ſic per timorem Domini omnis motus ſenſualis, & puerilis, ſub iſto pædagogo ad rationem reducitur, & puerilis extirpatur, iuxta illud, quod dicit Sapiens: Stultitia colliga- *Prou. 22. c*
ta eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam.

Et nota quòd ſecundum Bedam quattuor mala ſunt propter peccatum nobis iniuncta, & nobis colligata, quæ ſunt omnis mali & peccati materia, ſcilicet impotentia, ignorantia, concupiſcentia, & malitia. Vnde qui-
D dam peccant ex impotentia, & iſti parum peccant, & maximam habent excuſationem, niſi illa impotentia per culpam eorum ſit introducta. Alij peccant ex ignorantia, & iſti plus peccant, & minorem habent excuſationem, quia ex ignorantia non excuſantur a toto, ſed a tanto: maxime ſi ſit ignorantia affectata, quæ non excuſat, ſed peccatum aggrauat, & augmentat. Vnde de hoc dicit Ambroſius: Si ignoras, grauiſſime peccas. Alij ſunt, qui peccant ex concupiſcentia, & iſti plus peccant, & quaſi nullam habent excuſationem, maxime ſi ſit deliberata. Alij ſunt, qui peccant ex malitia, & certa ſcientia, & iſti maxime peccant, & nullam
E habent excuſationem, immo tales dicuntur peccare in Spiritum ſanctum: quia Spiritui ſancto bonitas, quę eſt malitiæ contraria, appropriatur.

Sciendum eſt autem, vel notādum diligenter, quòd ſex ſunt peccata in Spiritum ſanctum, ſcilicet impugnatio veritatis agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ, præſumptio de impunitate, obſtinatio, deſperatio, & finalis impœnitentia. Et iſtæ ſunt ſex blaſphemiæ in Spiritum ſanctum, quæ non remittuntur in hoc ſæculo, nec in futuro, vt dicitur in Matthæo. *Peccata in Spiritū ſanctum.* *Mat. 12.d.e*

Tertio timor Domini, eſt ſicut officina religioſorū, maxime eſt ſicut quoddam capitulum, quòd eſt factū
F præcipue ad culparum correctionem. Nam ſicut in capitulo increpatur, & recognoſcitur, & punitur culpa: ita in hoc capitulo timoris Dei, corriguntur peccata, quia vt dicitur in Prouerbijs: Timor Domini odit *Prou. 8. b*
malum. Et ſicut religio nulla eſſet, ſi correctio capituli deficeret: ſic ſi timor in capitulo cordis non eſſet, totum veritatis ædificium deperiret. quia dicitur in Eccleſiaſtico: Si non in timore Domini tenueris inſtan- *Eccli. 27.a*
ter, cito ſubuertetur domus tua. Et nota, quòd in Dei capitulo, culpabilis quattuor facit. Primo genu flectit, ſecundo culpam recognoſcit, tertio ſpoliat ſe & veſtem deponit, quarto diſciplinam accipit: ſic timor Domini, facit primo hominem pœnitentem humiliter genuflectere, quia dicitur in Iſaia: Mihi curua- *Iſa. 45. d*
bitur

bitur omne genu. Secundo facit humiliter culpam pro-
Pſal. 50. a priam recognoſcere, ſicut Dauid qui dicebat: Quoniā
iniquitatem meam ego cognoſco. Tertio facit homi-
nem veterem, ſicut veſtem turpem ſpoliare, ſicut Apo-
Col. 3. b ſtolus dicit: Expoliantes vos veterem hominem cum
actibus ſuis, veterem conuerſationem cū vitijs, & con-
cupiſcentijs. Quarto facit hominem diſciplinam acci-
pere, id eſt carnem laſciuam macerare & caſtigare, ſi-
1. Cor. 9. d cut Apoſtolus faciebat, qui dicebat: Caſtigo corpus
meum, & in ſeruitutem redigo.

Item timor Domini, eſt ſpecioſus ſicut hortus, vir-
tuoſus ſicut ventus, & pretioſus ſicut theſaurus. Primo
timor Domini eſt valde ſpecioſus, inſtar horti paradi-
ſi. Habet enim amœnitatem ſicut paradiſus, dulcedi-
Pſal. 30. c nem, & delectationem. Vnde in Pſalmo: Quàm ma-
gna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcon-
diſti timentibus te. Habet fertilitatem & vbertatem ſi-
Pſal. 33. c cut paradiſus, ſicut dicit idem Pſalmiſta: Non eſt ino-
pia timentibus eum. Habet nihilominus ſecuritatem
Eccli. 34. b ſicut paradiſus. Vnde dicitur in Eccleſiaſtico: Qui ti-
met Deum, nihil trepidabit. Et Philoſophus: Qui
timet Deum, omnia timent eum, qui vero non timet
Deum, timet omnia. Vnde Cain perpetrato homici-
dio fratris, ſtatim habuit caput tremulum, & ait: Om-
Gen. 4. b nis qui viderit me, occidet me, vt dicitur in Geneſi. Igi-
tur timor Domini propter amœnitatem, vbertatem, &
ſecuritatē eſt ſicut hortus concluſus vt dicitur in Can-
Cant. 4. d ticis. Eſt etiam ſicut paradiſus, vt dicitur in Eccleſiaſti-
Eccli. 40. d co: Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis.

Secundo timor Domini eſt ſicut ventus virtuoſus, & ſpecialiter ſicut ventus aquilonaris. Nam ſicut ventus aquilonaris pluuias diſſipat, nubes fugat, aerem ſerenat, reptilia exterminat, & aquam congelat: ita timor Domini diſſipat pluuias carnalium delectationum, fugat nubes carnalium imaginationum, ſerenat mentem per amorem puritatis, exterminat reptilia, id eſt mortificat vitia carnis, congelat aquas, id eſt reſtringit fluxum mundanæ proſperitatis: ita vt poſſit homo timens Deum ambulare ſuper aquam, ſicut
Matt. 14. d Petrus de quo legitur in Matthæo. Iſte eſt ventus de
Dan. 3. d quo dicitur in Daniele: Angelus Domini fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem: quia fornax omnium deſideriorum carnalium temperatur, & refrigeratur per Dei timorem.

Tertio timor Domini eſt pretioſus ſicut theſaurus. Nam ſicut theſaurus qui eſt res pretioſa, facit hominē ſemper ſolicitū de cuſtodia: ſic timor Dei de ſe, & virtutibus ſemper eſt ſolicitus, & de Dei gratia cum habetur: de perdita vt recuperetur: & de recuperata vt a re-
Bern. ſuper Cant. ſer. 54. poſt medium. cidiuo conſeruetur. Vnde dicit Bernardus ſuper Cantica: Cum adeſt gratia, time ne indigne opereris ex ea. Amplius time ſubtracta gratia, quòd relinquat te cuſtodia tua. Si redierit gratia, multo amplius timendum, ne forte contingat pati recidiuum. Recidiuare enim
Ioan. 5. b quàm cadere peius eſt, quia dicitur in Ioanne: Ecce iam ſanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Iſte igitur theſaurus eſt pretioſus, & ideo ſumme cuſtodiendus. Vnde dicitur in
Iſa. 33. a Iſaia: Timor Domini ipſe theſaurus eius.

Septem effectus timoris Domini. Secundo timor Domini virtualiter operatur. Vnde nota, quòd timor Domini habet ſeptem nobiles effectus. Primo namque timor Domini curat hominem a culpa perpetrata: eſt enim ſufficiens medicina contra peccata. Et nota, quòd ſicut medicus ſapiens volens purgare ægrotum, primo dat ſirupum præparatiuum, poſtea potionem, vel antidotum purgatiuum: ſic timor Domini inſtar ſirupi, præparat peccatorem gene-
Eccli. 2. d rando attritionem, iuxta illud Eccleſiaſtici: Qui timent Deum, præparabunt corda ſua. Secundo inſtar antidoti, purgat omnes peccati fæces, generando perfectam
Eccli. 1. c contritionem, quia dicitur in Eccleſiaſtico: Timor Domini expellit peccatum. Et eſt differentia inter contritionem, & attritionem: quia attritio eſt dolor de pec-

A cato, non tamen perfectus, quia adhuc eſt in propoſito peccandi de futuro.

Secundo timor Dei cuſtodit hominem a culpa futura. Sicut enim ſapiens medicus infirmo quem habet in cura, nō ſolum dat antidotum ad expellendum morbum, ſed etiam miniſtrat curato aliquod electuarium contra recidiuum: ſic timor Dei inſtar electuarij conſeruatiui, cuſtodit hominem ab omni peccato recidi-
tuo. Vnde dicitur in Exodo: Vt probaret vos venit Do- *Exo. 20. d*
minus, & vt timor illius eſſet in vobis, & non peccaretis.

Tertio timor Domini abijcit temporalia, vel terre-
B na, quæ ſunt ſæpe peccandi materia. Sicut enim videmus, quòd nautę videntes naufragium imminere, merces quæ ſunt in naui proijciunt in mari, vt euadant periculum naufragij: ſic timor Domini bona temporalia facit abijcere, vt poſſit ab æterno naufragio liberare. Et propterea dicebat Iob: Semper quaſi tumen- *Iob 31. c*
tes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

Quarto timor Domini contemnit, & ſuſtinet temporalia mala, vt euadat æterna. Nam ſicut infirmus ſuſtinet cauteriū, & aduſtionem, vt poſſit euadere mortem: ita timor Domini facit ſuſtinere cauterium tem-
C poralis vitæ, vt poſſit homo euadere mortem, vel ſup-
plicium mortis æternæ. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: *Eccli. 33. a*
Timenti Dominum, non occurrent mala, *&c.*

Quinto timor Domini gratiam & bona opera introducit. Sicut enim ſeta introducit filum: ſic timor Do-
mini gratiam & omne bonum, iuxta illud: Initium *Eccli. 1. b*
ſapientiæ timor Domini.

Sexto timor Domini ſuper omnia facit fugere, & euadere ſupplicium gehennæ. Vadit enim ad infernum, in dimidio dierum, vt non vadat in fine dierum,
ſicut Ezechias, qui dicebat: Ego dixi, in dimidio die- *Iſa. 38. a*
rum meorum vadam ad portas inferi. Facit etiam alas
D ad melius fugiendum, vt dicit Poeta: Pedibus timor addit alas. Sicut videmus, quòd lepus fugiens leporarium, præ timore videtur volare, & alas habere. Timor etiam facit hominem montes & colles tranſire, vt poſſit diabolum fugere, & inferni præcipitium
cauere, quia dicitur in Iſaia: Tunc ſaliet ſicut cer- *Iſa. 35. b*
uus claudus.

Septimo timor Domini meretur ſtipendium vitæ æternæ, hominem namque humiliat, & ſic ſecundum
regulam Saluatoris, ad gloriam exaltat: quia qui ſe *Luc. 14. c*
humiliat exaltabitur. Et ideo dicitur in Prouerbijs: *Prou. 29. d*
Humilem ſpiritum ſuſcipiet gloria.

E TIMOR Domini multipliciter variatur. Vnde *Sex ſpecies timoris.*
nota, quòd ſunt ſex ſpecies timoris, ſcilicet, timor naturalis, mundanus, humanus, ſeruilis, initialis, & filialis. Primus igitur eſt naturalis, ſcilicet quando homo naturaliter timet mortem, & omne quod eſt ſibi nociuum. Iſte timor naturæ non eſt meritorius, nec demeritorius, quia non ſubeſt libero arbitrio. Hoc timo-
re Chriſtus timuit mori, ſicut dicitur in Marco: Cœ- *Mar. 14. d*
pit Ieſus pauere, & tædere.

Secundus timor dicitur mundanus, ſcilicet quando aliquis nimis timet de rebus tranſitorijs, vel de rebus mundanis, vel temporalibus perdendis. Iſto timore
F timuerunt Iudæi, qui occiderunt Chriſtum, ne per-
derent locum ſuum, vt dicitur in Ioanne: Si dimitti- *Ioan. 11. f*
mus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem noſtram.

Tertius timor dicitur humanus, ſcilicet cum aliquis plus debito timet de corpore ſuo. Iſte timor prohibe-
tur in Matthæo: Nolite timere eos qui occidunt cor- *Matt. 10. c*
pus, animam autem non poſſunt occidere. Iſte timor aliquando eſt veniale peccatum, vt quando eſt citra Deum, aliquando mortale peccatum, vt quando eſt ſupra Deum, qualis fuit in Petro, quando negauit Chriſtum, ne perderet corpus ſuum.

Quartus timor eſt ſeruilis, cum aliquis timet peccare, &

-te, & abſtinet ſe a peccato timore gehennæ, habet tamen voluntatem peccandi, ſi peccatum poſſet impune fieri, & inquantum in ſe eſt, vellet non eſſe iuſtitiam, vt poſſet perpetrare culpam. Iſte timor eſt quaſi veſtis de ſacco, cum qua nullus ingreditur regnum cælorum, *Eſther. 4. a* ſicut figuratur in Eſther, vt dicitur: Indutum ſacco nō intrare aulam Aſſueri. De hoc timore dicit Apoſto- *Rom. 8. c* lus: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, & cet.

Quintus timor initialis dicitur, de quo in Pſalmo: *Pſ. 110. c* Initium ſapientiæ timor Domini. Iſte timor duo facit, timet enim puniri, & timet a Deo ſeparari: ſed principaliter timet ſeparari. Iſte licet timeat malum incurrere, plus timet bonum perdere, & ita quodam modo incipit bonum amare. Et ideo dicitur initialis proprie, quia ſicut ſeta introducit filum, & filo introducto exit ſeta: ſic iſte timor initialis charitatem introducit, & charitate introducta timorem foras mittit.

Sextus timor dicitur filialis. Nam ſicut filius ſuper omnia timet offenſam patris, etiā ſi pater nō intēderet eū percutere: ſic qui habet timorē Domini filialem inſtar boni filij, timet & cauet offenſam patris cæleſtis, etiam ſi ea offenſa illa, illud mali deberet ſibi accidere. *Pſ. 18. b* De hoc etiā timore dicitur in Pſalmo: Timor Domini ſanctus permanet in ſæculū ſæculi. Iſte timor a ſanctis *Dan. 13. c* doctoribus vocatur caſtus timor qualis famulorū Suſannæ qui ſecundū Danielē verecundantur ſpecialiter, & timēt in turpi facto. Sine hoc timore verecundię nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum, vt dicit Tullius. *Bern. ſup. Cant. ſer. 86. ſtatim a princ.* De hoc timore verecundo, dicit Bernardus mirabilia ſuper Cantica: Timor, inquit, verecundus & caſtus, eſt omnium ætatum ornatus, ſed in iuuenili ætate amplius enitescit. Quid enim amabilius verecundo adoleſcente? quàm pulchra hæc & ſplendida gemma morum in vultu adoleſcētis? quàm vera & minime dubia bonæ nuncia ſpei, bonæ indolis index, ſoror continentiæ eſt? Nullum æque manifeſtum ſignum columbinæ ſimplicitatis: teſtis innocentiæ, lampas pudicæ mentis, ſpecialis gloria conſcientiæ, famę cuſtos, vitę decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, inſigne totius honeſtatis. Merito igitur iſte timor caſtus dicitur, quia qui timorem iſtum habet inſtar virginis Mariæ, ante partum ſuorum operum, & poſt partum, ſemper manet incorruptus. Et ſicut mater Dei eſt virgo, & decor virginum: ſic timor iſte caſtus decor eſt, & virgo virtutum animæ.

Item poſt donum timoris dicendum eſſet de dono pietatis: ſed quia pietas idem eſt, vel quaſi idem cum miſericordia, ideo infra cum dicemus de beatitudinibus in materia de miſericordia, capit. 4. Titulo 7. de pietate dicemus. Item poſt donum pietatis eſſet dicendum de dono ſcientiæ, ſed quia ſcientia ad prudentiam poteſt reduci, ideo illa quæ in materia de virtutibus ſupra dicta ſunt de prudentia, cap. 5. Titulo 5. applicari poſſunt ad ea, quæ de dono ſcientiæ ſunt dicenda. Et poſt donum ſcientiæ, eſſet dicendum de fortitudine: ſed quia fortitudo non tantum eſt donum, ſed virtus, ideo de fortitudine ſufficiant quæ dicta ſunt in capitulo de virtute, & ſpecialiter in materia de fortitudine, cap. 7. Tit. 5.

De dono conſilij. *Cap. 11.*

POſt donum fortitudinis, eſſet dicendum de dono conſilij: ſed pauca de dono conſilij ſunt dicenda, & hoc quia ad donum conſilij pertinent fere omnia quæ ſuperius in capitulo de virtutibus, & de virtute pru- *Prudentia & cōſilium quo differant.* dentiæ ſunt dicta, cap. 7. Tit. 5. Nam prudentia & conſilium in hoc differunt, quòd conſilium dicit vtrum aliquid ſit agendum. Prudentia vero, oſtendit quo fine, & quibus circumſtantijs adhibitis, vt quo tempore, & qualiter aliquid ſit agendum. Sicut alterius eſt ſcientiæ cognoſcere an expediat aliquem ſaluari: alterius ve-

A ro ſcire qualiter aliquid ſit ſaluandum. Quia primum pertinet ad Theologiam, ſecundum ad medicinam. Item donum conſilij excellentius eſt, quàm virtus prudentiæ: quia conſilium contra omne præcipitium virtutem prudentiæ rectificat, ne poſt factum pœniteat: & hic proprie eſt actus, & opus conſilij, ſcilicet prohibere præcipitium, & cauere. Sicut enim videmus, quòd frenum eſt contra præcipitium equi: ſic donum conſilij contra communem pręcipitationem operis boni. Et ideo dicitur in Eccleſiaſtico: Sine conſilio nihil facias, poſt cuius factum non pœnitebis. *Eccli. 32. d* His ſuppoſitis, inter illa pauca quæ de dono conſilij ſunt di-

B cenda, ſunt hæc conſilia notanda.

Nunc de conſilio ſpecialiter, nota tria, ſcilicet quæ ſunt in conſilio neceſſaria, quę ſunt in conſilio laudabilia, & quæ ſit conſiliorum differentia. Primo ergo dicendum eſt, quæ ſunt in conſilio neceſſaria. Et nota, quòd in conſilio quattuor ſunt neceſſario obſeruanda, *Quattuor in conſilio neceſſaria.* ſcilicet expediens, facile, certum, & ſecurum. Contraria iſtorum vitanda, ſcilicet damnoſum, difficile, incertum, & periculoſum. Vnde ille qui dat conſilium ceteris paribus, debet præponere expediens damnoſo, facile difficili, certum incerto, ſecurum periculoſo. Propter omnia illa, dicitur in Prouerbijs: Erit ſalus, vbi *Prou. 11. b*

C multa conſilia.

Secundo videndum eſt, quæ ſunt in conſilio laudabilia. Et nota, quòd in conſilio quattuor ſunt laudabi- *Quattuor laudabilia in conſilio.* lia, ſcilicet gratia conſilium requirendi, gratia conſilium eligendi, gratia conſilium exhibendi, & gratia conſilium acquirendi. Primo igitur, eſt valde laudabile, ſcilicet conſilium in omnibus libenter requirere. Ideo dicitur in Tobia: Conſilium ſemper a ſapientibus *Tob. 4. d* require. Secundo in conſilio, eſt laudabile, conſiliarium bonum eligere. Vnde nota, quòd ſecundum doctrinam ſacræ Scripturæ, Deus conſiliarius eſt eligendus præ omnibus. Nam in conſilio & pro conſilio

D requirendo, primo eligendus eſt Deus, non diabolus: Vnde dicitur in eodem Tobia: Omnia conſilia tua in *Ibidem.* ipſo, ſcilicet in Deo maneant. Secundo eligendus eſt iuſtus, non impius. Vnde dicitur in Eccleſiaſtico: Cor *Eccli. 37. b* boni conſilij ſtatue tecum. quia dicitur in Prouerbijs: *Prou. 12. a* Conſilia impiorum fraudulenta, quia vix ſcit alijs conſilium dare, qui ſibi neſcit accipere. Et ideo dicitur in Geneſi: In conſilio eorum, ſcilicet impiorum, non ve- *Gen. 49. a* niat anima mea. Tertio eligendus eſt ſapiens conſiliarius non fatuus, ideo dictum eſt in Tobia: Conſilium *Tob. 4. d* ſemper a ſapiēte require, nō a fatuo. quia dicitur in Eccleſiaſtico: Cum fatuis non habeas conſiliū: non enim *Eccli. 8. d*

E poſſunt diligere, niſi quæ eis placent. Quarto eligendus eſt ſenex & expertus vt dicitur in Eccleſiaſtico: *Ibid. 25. a* Quam ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſis intellectus, & conſilium. Non eſt pro conſilio eligendus iuuenis laſciuus. Ideo Roboam pro magna parte amiſit regnum ſuum: quia relicto conſilio ſeniorum, adhæſit conſilio iuuenum, vt dicitur in tertio Regum. *3. Reg. 12. c*

Tertio videndum eſt, quæ ſit conſiliorum differentia. Et nota, quòd ſicut ſponſus iocalia conſueuit portare ſponſæ, cum qua de nouo contraxit: ita Chriſtus qui tamquam ſponſus de thalamo procedens, nouæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ, cum qua naturam noſtram cum

F ſua vniendo in vnitate perſonæ matrimonium ſacramentale contraxit, noua iocalia, id eſt tria Euangelica conſilia apportauit. Primum conſilium eſt caſtitas, contra concupiſcentiam carnis. De hoc conſilio habetur in Matthæo: Non omnes capiunt verbum iſtud, *Mat. 19. b* ſed quibus datum eſt. Tales ſunt enim eunuchi, qui ſe caſtrant propter regnum cælorum. Secundum conſilium, eſt voluntariæ paupertatis, contra concupiſcentiam oculorum. De quo conſilio habetur in Matthæo: *Ibid. c* Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et Seneca dicit, quòd quietiſſime viuerent homines, ſi hæc duo pronomina tollerentur de mundo, ſcilicet meum, & tuum. Tertium conſilium

lium eſt obedientiæ & humilitatia, contra ſuperbiam vitæ, de qno dicitur in Matthæo: *Matt. 16. d* Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & iollat crucem ſuam, & ſequatur me. Semetipſum abnegare, eſt propriam voluntatem relinquere. Optimum conſilium. Vnde dicit Bernardos: *Bern. ſer. 3. de reſurr. Dom. ante med.* Tolle propriam voluntatem, & infernus non erit. Exemplum de fratre orante, & diabolo inſultante. Et quia ſuperius in tractatu de conſilijs, *Sup. tit. 4. dicta ſal. per totum.* plene dictum eſt de his tribus conſilijs: ideo quæ dicta ſunt de dono conſilij modo ſufficiant.

De dono intellectus. *Cap. III.*

Intellectus & ſapiētia quo modo a prudētia, & conſilio, atque inter ſe differāt.

POſt donum conſilij dicenda ſunt paoca de dono intellectus, & dono ſapientiæ: quia hic poſſunt dici fere omnia, quæ dicta ſunt ſupra tractatu de virtute prudentiæ. Vnde notandum, quòd virtus prudentiæ, & donum conſilij, differunt a dono intellectus, & ſapientiæ, quia conſilium & prudentia pertinent ad vitam actiuam, & ſunt de actiuis: intellectus & ſapientia pertinent ad vitam contemplatiuam, & ſunt de contemplatiuis. Differunt autem intellectus, & ſapientia, quia intellectus eſt cognitio ſpeculatiua, & quaſi cognitio per viſum: ſapientia vero eſt cognitio experimentalis, & practica, & quaſi cognitio per guſtum. Et ideo ſuperior eſt ſapientia, quia intellectus tantum dicit cognitiooem, vel viſionem: ſapientia ſupra cognitionem dicit delectanonem. Et nota, quòd intellectus foris ſtat: ſapientia per affectum intrat, & ipſa delicias ſuggerit. Vnde dicitor in Pſalmo: *Pſ. 33. b* Guſtate & videte quooiam ſuauis eſt Dominus. Guſtare ad ſapientiam pertinet, ſed videre ad intellectum: quia quod intellectus acute inuenit, ſapientia mature diſponit, & ad ſpiritualem delectatiooem conuertit, vt dicit Gregorius. *Greg. hom. 19. in Ezec. an. med.* Summa huius differentiæ eſt, quòd donum intellectus eſt proprie penetratiuum: ſed donum ſapientiæ eſt proprie ſaporatiuum.

His propoſitis, de dono intellectus notanda ſunt pauca, & ſpecialiter tria. Debemus enim per donum intellectus ſubtiliter penetrare, & intelligere, quæ ſunt ſupra nos, vt Deum: quæ ſunt iuxta nos, vt proximum: & quæ ſunt infra nos, vt corpus noſtrum. Primo igitur debemus intelligere ſuperiora, iuxta illud quod dicit Apoſtolus: *Rom. 1. c* Inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius, & Diuinitas. Et nota, quòd duplex eſt liber, in qoo intellectus poteſt legere, & intelligere, & addiſcere Deum, ſcilicet liber Scripturæ. *Duplex liber legendus.* Et hunc librum dedit Saluator diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem, vt ſcilicet in figuris legalibus, & Canticis Prophetalibus intelligerent myſteria gratiæ, quæ operatus eſt Chriſtus, id eſt vt per ea quæ facta ſunt, & dicta in veteri Teſtamento, intelligant ea quæ completa ſunt in nouo. Vnde dicitur in Luca: *Luc. 24. g* Tuoc aperuit eis ſenſum, vt intelligerent Scripturas. Alius eſt liber creaturæ, in quo intellectus fidelis debet Deom quærere: quia poteſt eum inuenire, ſicut in magnitudine creaturarum, omnipotentiam Dei: in pulchritudine & ordine, ſapiētiam: in vtilitate & fructu, bonitatem Dei ſummam. quia dicitur in libro Sapientiæ: *Sap. 13. b* A magnitudine ſpeciei creaturæ, cognoſcibiliter poteſt eorum Creator videri. Hunc intellectum non habuerunt Philoſophi, quia intellectus eorum neſciunt aſcendere a magnitudine creaturæ ad magnitudinem Dei. Et ideo fuerunt ſimiles pueris, qoi cum legunt litteras pulchras & deauratas, attente reſpiciunt, ſed quid litteræ ſignificant, non intendunt. Item notandum diligenter, quòd creatura duplex eſt, ſcilicet naturalis, & artificialis. & ſic omnis creatura ſignificat ſuom Creatorem dupliciter. *Duplex creatura dupliciter ſignificat ſuū creatorem.* In creatura eſt ſignum naturale, & poſitiuum. Signum naturale dicitur io creaturis quas condidit per ſe diuina ſapientia: ſignum poſitiuum dicitur in fabricis & operibus ſacramentalibus, quæ conſtituit Eccleſia, vt ſunt formæ Eccleſiarum, & veſtes & ornatus miniſtro-

A rum quæ omnia ſunt inſtituta, vt intelligamus Deum. quia in altitudine Eccleſiarum, ſublimitatem: in magnitudine, immenſitatem vel infinitatem: in quadratura, ſoliditatem: in longitudine, æternitatem: & ſimiliter de alijs. In miniſtris ſimiliter & ornamentis eorum intelligo Deum, vt in veſte candida, munditiam, & puritatem: io veſte rubea, Dei clementiam, & charitatem: in veſte aurea Dei ſapientiam & claritatem, & ſic de alijs. Iſte intellectus proprie vocatur donum Dei, vt dicit Apoſtolus: Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum. *2. Tim. 2. a*

Secundo debemus intelligere, quæ ſont iuxta nos, B ſcilicet proximum, iuxta illud quod dicitur in Eccleſiaſtico: Intellige quæ ſunt proximi tui ex te ipſo. *Eccli. 31. a* Nam in frigore meo, debeo intelligere pauperis nuditatem: in fame & ſiti, pauperis ſitim & eſuriem: & in dolore meo, pauperis infirmitatem, & ſic de alijs. Et ſicut homines bene intelligeotes, conſueuerunt ad honores & dignitates promoueri: ita qui intelligunt neceſſitatem proximi, promouentor & qnaſi epiſcopantur ad beatitudinem paradiſi. Vnde dicitur in Pſalmo: *Pſal. 40. a* Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem. Tertio debemus intelligere, quæ ſunt infra nos, ſicut animam noſtram, & corpus noſtrum. Sicut enim ocu- C lus noſter dirigit manum in opere & motu exteriori: ſic intellectus regolat affectum, in omni opere & motu interiori. Vnde intellectus, dicitur interior lectus: quia animam informat, animam tranquillat & quietat, ſicut corpus in lecto pauſat. Dicitur etiam interior locus: quia ſicut locus continet & conſeruat locatom: ſic iotellectus ſtabilitat & cōſeruat liberum arbitrium, & omnem interiorem motum. Ideo dicitur in Pſalmo: *Pſal. 110. c* Intellectus bonus omnibus facientibus eum: quia ſi homo non faciat, quod intellectus & conſcientia dicunt, nec Deus, nec Angelus, nec homo, quia iſta tria habent intellectum, dici meretur, ſed ponus iumento compa- D ratur. Vnde dicitur in Pſalmo: *Pſal. 48. c* Homo cum in honore eſſet, oon iotellexit Creatorem ſuum: ſed iumentis comparatus, & ſimilis factos eſt illis.

De dono ſapientiæ. *Cap. IV.*

POſt donum intellectus, paoca debemus dicere de dono ſapientiæ, quia multum connenit cum virtute prudentiæ, & alijs virtutibus ſeu donis, quæ informant cognitiuam. tamen quia ſapientia non tantum informat cognitiuam, ſed etiam affectiuam: ideo dicenda ſunt de ſapientia pauca, ſcilicet tantum tria. E Vnde notandum, quòd ſapientia eſt donum ſplendidiſſimum inſtar lucis, doaum ſapidiſſimum inſtar mellis, & donum profundiſſimom inſtar maris.

PRIMO ergo donum ſapientiæ, eſt donum ſplendidiſſimum, non ſolum ſicut ſol, ſed eſt pluſquam ſol. Sol enim iſte non oſtendit nobis niſi quæ ſunt ſupra terram, & infra cælum: ſapientia autem Dei facit nos cognoſcere omnia, ſcilicet infernum vt timeamus, mundum vt contemnamus, cælum vt appetamus, Deū vt laudemus. & iſtud eſt vltimum libri Sapientiæ, & ab iſto donatur, ſcilicet cognitio diuinorum, vt dicit Auguſtinus, & propterea dicitur in libro Sapientiæ: *Sap. 7. d* F Hæc ſcilicet ſapientia, eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata, & inuenitur prior: qnia per lucem, viſibilia videntur tantum, per ſapientiam vero etiam inuiſibilia cognoſcuntur.

Secundo ſapientia eſt donum ſapidiſſimum inſtar mellis, non ſolum ſicut mel, ſed etiam pluſquam mel. Vnde dicit ſapientia in Eccleſiaſtico: *Eccli. 24. c* Spiritus meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſuper mel & fauum. Mel namque vnum habet ſaporem, & illo guſtato deſipiunt alia etiam meliora ſicut vinum: quod poſt mellis guſtum, non apparet ſapidum. Sed ſapientia diuina omnem habet ſaporem, quia ſibi ſapiunt omnia vt debent, ſcilicet tam mala quàm bona temporalia, vt vilia & inſipida: bona ſpiritualia, vt chara: bona æterna, vt

na, vt fructuoſa & ſumme nobilia. Vnde dicitur in A
Eccli. 6. a Eccleſiaſtico: Sapientia ſecundũ nomen ſuum eſt ſcilicet ſapida ſcientia, & non multis eſt manifeſta. Ideo
Bern. in ſerm. dicit Bernardus: Inueniſti plene ſapientiam, ſi priora vitæ peccata defleas: ſi huius ſæculi deſideria parui pendis: ſi æternam beatitudinem toto deſiderio concupiſcas. Inueniſti ſapientiam, ſi tibi ſingula horum ſapiant prout ſunt.

Tertio ſapientia eſt donum profundiſſimum inſtar maris, non ſolum ſicut mare, ſed etiam pluſquam mare: quia mare habet fundum, ſapientia diuina nullum
Iob. 11. b habet fundum, vt dicitur in Iob: Longior eſt terra menſura eius, & latior mari. Et propterea dicit Apo- B
Rom. 11. d ſtolus: O altitudo, id eſt profunditas, diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius: quia nimis longe ſunt ſapientiæ diuinæ iudicia, quibus diſpoſuit omnia inueſtigabilia, quàm guttæ maris valeant numerari. Exemplum de patre & filio volentibus haurire totum mare cum cocleari paruo, vt narrat Hieronymus: Ideo dicitur donum, quia numquam per ſtudium acquiritur, niſi per inſpirationem diuinam habeatur. Et ideo dicit Iacobus: Si quis veſtrum indiget
Iac. 1. a ſapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter,
Sap. 9. a & non improperat, & dabitur ei. Et in Sapientia: Da C mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciam, quid acceptum ſit coram te omni tempore. Amen.

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS SEPTIMVS.

De Beatitudinibus Euangelicis.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De Humilitate.	*Cap. I.*
De manſuetudine, vel mititate.	*Cap. II.*
De fletu.	*Cap. III.*
De miſericordia.	*Cap. IV.*
De munditia cordis.	*Cap. V.*
De pace.	*Cap. VI.*
De patientia,	*Cap. VII.*

De Humilitate. *Cap. I.*

POST tractatum de donis Spiritus ſancti, dicendum eſt de beatitudinibus: hæc eſt ſexta diæta ſalutis, ſcilicet a dono Spiritus ſancti, ad beatitudinẽ peruenire. De humilitate enim quattuor ſunt præcipuæ notanda, ſcilicet typum figuratiuum, motum incitatiuum, ſignum demonſtratiuum, & gradum diſtributiuum.

Similitudines, quibus humilitas figuratur. Habet ergo humilitas, in ſacra Scriptura typum, & multiplicem figuram. Nota igitur, quòd humilitas eſt breuis ſcala deuotionis, breuis ſchola perfectionis, & breuis via ſaluationis. Breuis, inquam, ſcala, ſi vis aſcendere: breuis ſchola, ſi vis addiſcere: & breuis via, ſi vis incedere. Eſt igitur humilitas breuis ſcala. Et nota tria in ſcala humilitatis, ſcilicet ſcalæ extremũ, imũ, & ſupremum: ſcalæ latera, dextrum, & ſiniſtrum: ſcalæ ſpatia, ſcilicet triplicem gradum. Habet enim ſcala humilitatis duo extrema, imum, & ſupremum. Imum vel pes huius ſcalæ, eſt timor ſupplicij: ſupremum vero, eſt amor præmij. Vnde Pſalmiſta ait: Si
Pſal. 138. b aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infer- A num, &c. Item habet ſcala duo latera ſcilicet dextrum & ſiniſtrum. Dextrum eſt temperantia in proſperis: ſiniſtrum patientia in aduerſis. Vnde Apoſtolus: Per *2. Cor. 6. b* arma iuſtitiæ, a dextris & a ſiniſtris. Item hæc ſcala habet tria ſpatia, vel tres gradus, inter quos primus eſt contẽptus mundi, ſecundus eſt humilis abiectio ſui, tertius eſt humilis amor Dei. Hæc eſt ſcala Iacob, de qua dicitur in Geneſi. Item eſt humilitas breuis ſchola, eſt *Gen. 28. b* enim compendium totius iuſtitiæ. Vnde ipſa dicitur omnis iuſtitia in Matthæo: Sic enim decet nos imple- *Matt. 3. d* re omnem iuſtitiam. gloſſa, id eſt humilitatem. Ideo Saluator & magiſter optimus, in ſua ſchola prolixita- B tem totius legis reduxit ad quandam ſummam, id eſt ad methodum humilitatis, dicens: Diſcite, a me, *Idem 11. b* quia mitis ſum & humilis corde. Humilitas autem ſic deſcribitur: Humilitas eſt, ex intuitu propriæ conditionis, vel conditione voluntaria, mentis inclinatio. Eſt inſuper humilitas ſicut breuis via: quia cum humilitas petat centrum, per conſequens vitat circulum, & ſpecialem circuitum, & facit diametrum, & diametraliter pertranſit ſpatium, & ita rectiſſime venit ad terminum. Ideo dicit Iſaias: Hæc eſt via, ambu- *Iſa. 30. e* late in ea.

Item humilitas ſe attenuat, vt ametur a ſponſo: ſe C adnihilat, vt creetur de nouo: & ſe euacuat, vt impleatur a Deo. Humilitas itaque ſe attenuat, & ſic facit ſeipſam gracilem, ad domicellæ modum. Vnde humilitas eſt gracilitas ſponſæ, quæ ſponſum incitat ad eius amorem. Et cauſa huius eſt: quia gracilitas ſignificat, vel atteſtatur incorruptionem, ſicut econtrario tumor ſignificat corruptam eſſe mulierem, & prægnantem. Vnde nota, quod quidam tument & inflantur de genere, & nobilitate, & tales impregnantur a proprio patre, ſicut filiæ Loth vt habetur in Geneſi. *Gen. 19. e* Quidam inflantur de ſubditorum multitudine, & poteſtate, & tales impregnantur a toto populo, ſicut Da- D uid, qui fecit murmurare populum vt dicitur in ſecundo Regum. Quidam etiam tument & inflantur de in- *2. Reg. 24. b* corruptione corporis, & per conſequens, quod deteſtabile, impregnantur a virginitate, ſicut fatuæ virgines de quibus, dicitur in Matthæo. Item humilitas ſe ad- *Matt. 25. a* nihilat, vt de nouo creetur. Ipſa enim eſt illud nihilũ, ſuper quod Deus fundauit terrã, vt dicit Iob: Qui appẽ- *Iob 26. b* dit terrã ſuper nihilum, id eſt animã, ſuper humilitatis fundamẽtum. Humilitas inſuper ſe euacuat, vt impleatur, id eſt vacuam & inanem ſe reputat. Vnde figuratur per altare tabernaculi: de quo dicitur in Exodo, *Exo. 38. a* quod erat ita concauum, vt poſſet recipere ignem, li- E gna, & victimas. Sic humilitas eſt vacua, vt capiat iſta tria, ſcilicet ignem dilectionis, ligna compaſſionis, & victimam deuotionis.

Item nota, quod humilitas eſt, quidquid in valore eſt pretioſius, quidquid in odore eſt delicioſius, & quidquid in decore eſt gratioſius. Primo igitur dico, quòd humilitas in valore eſt ſumme pretioſa, & propter hoc comparatur auro & balſamo, quæ ſunt duo valde pretioſa: balſamum, ſuper omnes liquores, aurum, ſuper omnia metalla. Et ſicut iſta duo ſunt valde rara, & ideo pretioſa: ſic rariſſima eſt humilitas vera, ideo ſumme chara. Et ſicut aurum eſt valde pon- F deroſum, & naturaliter petit centrum, & balſamum ſemper petit fundum: ſic vera humilit s inſtar auri & balſami, ſemper appetit inferiorem locum. Et propterea de valore humilitatis dicitur in libro Sapientiæ: *Sap. 7. b* Omne aurum in comparatione illius, arena eſt exigua. Eſt etiam humilitas in odore multum delicioſa, & propter hoc comparatur in ſcriptura tribus, quæ ſunt valde odorifera, ſcilicet thuri, quod eſt granum modicũ, eſt tamen fragrantiſſimum. Ideo dicitur in Eccleſiaſtico: Quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Compa- *Eccli. 50. a* ratur etiam nardo, quæ eſt arbor parua, & valde odorifera. Vnde dicitur in Canticis: Natdus mea *Cant. 1. e* dedit odorem ſuum. Comparatur etiam cynnamomo, quod eſt cineꝛei coloris, & cum frangitur,

ſpirat

ſpirat quendam viſibilem & fragrantiſſimum odorẽ,
id eſt, vaporem ad modum cineris: ſic verus humilis,
quia cinerem ſe reputat, emittit ſpiramina fragrantiſ-
Eccli.24.b ſima virtutis. Et ideo dicitur in Eccleſiaſtico; Sicut
cynnamomum, & balſamum aromatizans, odorem
dedi. Eſt inſuper humilitas in decore mentis valde ſpe-
cioſa, & propter hoc comparatur virori & colori viri-
di, qui ſuper omnes colores eſt proportionabilis ocu-
lis, & delectabilis ad videndum. Vnde dicitur in Ec-
Eccli.40.d cleſiaſtico: Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus, &
ſuper omnes virides ſationes, vel ſegetes ſatior viri-
diorq. eſt virtus humilitatis.

Item nota, quòd humilitas ſe humiliat vt aſcendat, B
ſe incinerat vt redoleat, ſe mortificat vt reſurgat. Hu-
militas itaque ſe humiliat & ſemper inclinat. Sicut
enim ramus in quo pendet fructus, & ſicut ſpica plena
grano, reſpicit & declinat verſus terram: ſic anima hu
milis, quæ inſtar rami, quæ eſt onuſta fructibus bono-
rum operum, & ad modum ſpicæ granatæ eſt plena
granis virtutum, reſpicit terram, id eſt propriam fra-
gilitatem, & carnis vel corporis conditionem terre-
nam. E contrario ramus erectus, monſtrat quòd in
eo eſt nullus fructus, & ſpica erecta, quòd eſt gracilis
& vacua: ita homo per ſuperbiam erectus, eſt ad mo-
dum rami ſterilis & infructuoſi. Et ideo dicit Salua- C
Matt.7.c tor in Matthæo: A fructibus eorum, cognoſcetis eos.
Humilitas etiam ſe incinerat & puluerizat, & ſic ſua-
uius fragrat, ſicut herbæ & ſpecies aromaticæ, plus re-
dolent, quanto ſunt minutius tritæ & puluerizatæ. Vn-
Cantic.3.b de dicitur in Canticis: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per
deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ,
& thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Et notan-
dum, quòd omnis homo debet ſe puluerem & cinerẽ
reputare ex parte carnis, de qua certus eſt, quòd effi-
Gen.3.d cietur puluis, vt dicitur in Geneſi: Puluis eſt, & in pul-
uerem reuerteris. Ex parte animæ, debet ſe quilibet
puluerem & cinerem reputare, præcipue propter tria. D
Primo propter vtilitatem. Sicut enim cinis eſt vilis,
quantumcumque fuerit de pretioſa materia: ſic anima
valde vilis eſt ex culpa, quamuis ſit valde nobilis ex na
Pſal.14.b tura. Ideo dicit Pſalmiſta: Ad nihilum deductus eſt
in conſpectu eius malignus. Secundo propter reſiſten-
di difficultatem. Quia ſicut cinis ſtatim diſpergitur,
& non poteſt reſiſtere modico flatui: ſic homo nõ po-
teſt reſiſtere modicæ tentationi, immo frequenter ca-
dit ad ſibilum modici verbi. Vnde dicitur in Pſalmo:
Pſal.1.b Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, & cetera.
Tertio propter reſurgendi impoſſibilitatem. Nam ſi-
cut cinis non poteſt redire ad ſtatum ſuæ materiæ: ſic E
homo peccator non poteſt redire ad ſtatum gratiæ, niſi
Eccls.7.b ſola Dei virtute. quia dicit Eccleſiaſtes: Nemo poteſt
Pſ.126.a corrigere, quem Deus deſpexit. & in Pſalmo: Niſi Do
minus ædificauerit domum, &c. Humilitas inſuper ſe
mortificat, vt reſurgat: quia humilis quaſi ſemper con-
ſiderat mortem propriam, vt reſurgat ad vitam.

Memoria mortis ſex bona facit in homine.

Et nota, quòd memoria mortis facit in homine præ-
cipue ſex bona. Primo facit peccata vel vitia fugere.
Nam ſicut latrones timent & fugiunt faciem iudicis:
ſic vitia memoria mortis. Et ſicut iumentum cum cau-
da ſe defendit a muſcis: ſic homo a tentatione vitiorum
ex conſideratione mortis. Nam de peccatore dicitur F
Thren.1.c in Threnis: Sordes eius in pedibus, id eſt in affectioni-
bus. Et ſubdit cauſam: Quia non recordatus eſt finis
ſui. Secundo facit mundum contemnere. Vnde dicit
Hieron. de reg. monachor. tit. de termino vitæ Indict. 10. 9. prope fi. Hieronymus: Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper
cogitat moriturum. Nam concupiſcentia oculorum
contemnitur, quando quis cogitat ſe in terram reuer-
ſurum: concupiſcentia carnis deprimitur, quando quis
cogitat, quòd corpus in delicijs nutritum, erit cibus
vermium: ſuperbia vitæ contemnitur, quando quis
cogitat, quòd ille qui vult eſſe ſuper alios, ponetur
ſub terra, quæ eſt infimum elementorum. Tertio
facit ſeipſum deſpicere, & propter reſolutionem ad
terram, in ſuiipſius cognitionem venire. Qui modus

A cognoſcendi, ſecundum Philoſophum, eſt certiſſimus
inter omnes. Propterea dicitur in Pſalmo: Sciant gen- *Pſal.9.d*
tes, quoniam homines ſunt, id eſt de humo. Quarto
facit vitam præſentem recte regere. Sicut enim gu-
bernator nauis ſe ponit in cauda, vt rectius gubernet
nauem: ſic qui in mari huius mundi vult recte & ſecu-
re nauigare, nouiſſima ſua debet cogitare vel recorda-
ri. Nam dicitur in Eccleſiaſtico: Memorare nouiſ- *Eccli.7.d*
ſima, & in æternum non peccabis. Quinto facit re-
cte temperare præſentem lætitiam. Sicut enim fa-
tua eſt eſca ſine ſale: ſic præſens lætitia eſt inepta ſi-
ne mortis conſideratione, inſtar ſalis. Dulcedo lætitiæ
B temporalis, miſcetur cum amaritudine mortis. Vnde
dicitur in Eccleſiaſtico: O mors, quàm amara eſt me- *Eccli.41.c*
moria tua homini iniuſto. Sexto facit recte diuidere
præſentem, & futuram vitam. Qui enim ponit ſe
in articulo mortis, & eam diligenter conſiderat, quaſi
in medio præſentis & futuræ vitæ ſe collocat, & ideo
recte videt quid ſpernere & quid eligere debeat.
Ideo dicitur in Eccleſiaſtico: In die bonorum, ne im- *Eccli.11.c*
memor ſis malorum.

Item humilitas, eſt gratioſa inſtar floris ſpecioſi, lu-
minoſa inſtar ſideris radioſi, & virtuoſa inſtar lapidis
pretioſi. Eſt itaque humilitas gratioſa, inſtar floris
C ſpecioſi. Comparatur autem inter flores præcipue
violæ, quæ eſt flos modicus, & valde pretioſus. Et
nota. viola eſt formata inſtar auiculæ paruæ, habet
enim quoddam roſtrum paruum, & quaſdam paruu-
las alas, & quandam caudam paruulam: ita humilitas,
habet ad modum violæ iſta tria diminutiua per pro-
priam reputationem, habet namque roſtrum ad lau-
dandum Deum: habet etiam alulas vel pennas, ad con-
templandum cælum. Habet caudam, ad cogitandum
finem proprium. Hæc eſt viola pretioſa, de qua di-
citur in Canticis: Ego flos campi, &c. Eſt etiam hu- *Cant.2.a*
militas luminoſa, inſtar ſideris radioſi. Nam ſicut ſi-
D dus vel ſtella eſt modica in apparentia, cum tamen
ſidus in veritate, vt tradunt Mathematici, ſit maior
tota terra: ſic humilis cum ſit paruus in veritate, eſt
apud Deum maximus, ex ſua tamen & hominum re-
putatione vult eſſe quaſi nullus. Ideo dicitur in Eccle-
ſiaſtico: Quanto maior es, humilia teipſum in omni- *Eccli.3.c*
bus. Ipſa enim eſt inſtar lunæ. nam ſicut luna eſt lu-
minare quod minuitur ex conſummatione, vt dicitur
in Eccleſiaſtico: ſic humilis ſe minorare nititur, cum *Eccli.43.a*
a Deo per gratiam conſummatur. Sicut Virgo Maria,
vt habetur in Luca, quia reputauit ſe ancillam humi- *Luc.1.d*
lem, cum ſalutaretur venerabiliter per Archangelum
E Gabrielem, & a filio Dei eligeretur in matrem. Eſt
etiam humilitas inſtar lapidis pretioſi virtuoſa. Nam
lapides pretioſi ſunt, vt plurimum, quantitate modi-
ci & virtute magni.

Et nota, quòd humilitas comparatur ſpecialiter, &
proprie quinque lapidibus pretioſis. Primo Amethy-
ſto qui reprimit ebrietatem: ſic humilitas ſuperbiam,
quæ ſe inebriat per ambitionem. Vnde ſuperbia eſt
ebria & non a vino, vt dicit Ioel: Expergiſcimini ebrij, *Ioel 1.a*
& non a vino, ſed a vento, ſcilicet ſuperbiæ. Secundo
Iaſpidi qui fugat phantaſmata, ſic humilitas honores
tranſitorios, qui ſunt quaſi phantaſiæ vel ſomnia. Quia
F dicitur de ſuperbo in Eccleſiaſtico: Cor tuum phan- *Eccli.34.a*
taſias patitur. Tertio humilitas eſt ſicut Sapphirus.
Nam ſicut Sapphirus reprimit humores, ſeu tumores
corporales: ita humilitas ſuperbas & ampulloſas in-
flationes. Ipſa enim non inflatur, non eſt ambitioſa,
ſicut de charitate dicit Apoſtolus. Quarto humilitas *1.Cor.13.b*
eſt ſicut Onychinus. Nam ſicut Onychinus dicitur
hominem reddere inuictum: ſic humilitas reddit in-
uictum hominem, & facit de hoſtibus triumphare.
In cuius figura dicitur, quod Dauid qui dicitur hu-
milis cum lapidibus fundæ Goliam interfecit, vt di-
citur in libris Regum. Quinto humilitas eſt ſicut *1.Reg.17.f*
Adamas. Nam ſicut Adamas eſt lapis, qui reddit ho-
minem gratioſum: ſic humilitas hominem Deo & ho-
minibus

minibus facit eſſe placentem & gratum. Vnde dicitur de humilitate in Deuteronomio: *Deut. 33. d* Sit placens de fratribus ſuis. Et ſicut coram Deo & hominibus eſt *Eccles. 10. a* ſuperbia odioſa, vt dicitur in Eccleſiaſtico: ita humilitas eſt Deo & hominibus gratioſa.

Item humilitas cum Deo quaſi de pari contendit, cum diuina liberalitate, eius gratiam ſemper recipiendo. Superbiam circumuenit, & meliorem partem eligendo. Diabolum deſpicit, eius laqueos euadendo. Humilitas igitur quaſi de pari cõtendit cum diuina liberalitate: quia quanto diuina liberalitas animæ plura tribuit, tanto ipſa ad recipiendum fit capacior. & hoc triplici arte, ſcilicet ſe dilatando per gratiarum actionem, incuruando per deuotam orationem, & euacuando per modicam ſui reputationem. Primo enim humilitas cum recipit Dei beneficia, gratias agẽdo ſe dilatat, & ſic recipiendo parat ſemper locum, vt Deus amplius infundat. Vnde ipſa eſt vas admirabile opus excelſi, vt dicitur in Eccleſiaſtico. *Eccli. 43. a* Et bene humilitas vas admirabile dicitur, quia dum impletur, de impletione capacior efficitur. Secundo humilitas per orationem ſe incuruat, & ſic ad magis hauriẽdum ſe præparat. Nam ſicut hydria curuatur, vt hauriat aquam: ſic humilitas ſe incuruat vt hauriat, & hic orando, gratiam diuinam. & quanto Deus amplius donat, tanto ipſa amplius poſtulat, immo numquam petere ceſſat. & ideo in ea impletur quod dicitur in libro Eccleſiaſtici: *Eccli. 18. a* Cum conſummauerit homo, tunc incipiet. Tertio humilitas per propriam reputationem ſe euacuat, & quodam modo ſe exinanit, & per conſequens ad recipiendum capacior fit. Et hoc triplici arte exiſtit, quia dum gratiam Dei in plenitudine recipit, ſeipſam tamen vacuam recognoſcit. Ideo in perſona Dei dicitur de humili in Eccleſiaſtico: *Eccli. 24. c* Qui bibunt me, adhuc ſitient.

Humilitas in decẽ meliorem partẽ eligit reſpectu ſuperbiæ. Item humilitas etiam ſuperbiam circumuenit, meliorem partem eligendo. Et nota ſpecialiter decem, in quibus humilitas reſpectu ſuperbiæ eligit meliorem partem. Superbia enim eligit quod eſt extra, humilitas quod eſt intra. De primo dicitur in Matthæo: *Matt. 23. a* Omnia vero opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus. De humilibus vero dicit Apoſtolus: *2. Cor. 1. c* Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium cõſcientiæ noſtræ. Superbia eligit ſarpillas, humilitas tortillas. Superbia eligit corticẽ, humilitas nucleum. Superbia eligit paleam, humilitas granum. Superbia demum eligit flores, humilitas vero fructum, iuxta illud: *Cant. 2. c* Fructus eius dulcis gutturi meo. Superbia eligit montes, humilitas valles. Et nota, quòd in montibus ſunt quattuor mala, ſcilicet ariditas indeuotionis, durities incompaſſionis, ſterilitas operationis, & præcipitium damnationis. Humilitas vero eligit valles, in quibus ſunt quattuor bona, illis malis oppoſita. Nam ſicut valles contra ariditatem ſunt irriguæ, contra duritiam ſunt molles, contra ſterilitatẽ ſunt fructiferæ, contra præcipitium ſunt ſecuræ: ſic humiles ad modum vallis, ſunt irrigui per deuotionẽ, & molles per compaſſionẽ, fructiferi per bonam operationem, ſecuri per diuinam protectionem: quia in inferno non oportet timere præcipitium. Superbia eligit pulchrum, humilitas bonum. Superbia eligit imaginem, humilitas veritatem. Superbia eligit contenſionem, id eſt locum ſuperiorem, pro quo contendunt ambitioſi, humilitas pacem, ſcilicet locum inferiorẽ, pro quo nullus contendit. Ideo dicit Saluator: *Luc. 14. b* Recumbe in nouiſſimo loco. Et ſic in pace factus eſt locus eius, vt dicitur in Pſalmo. *Pſal. 75. a* Superbia eligit eſſe in ore hominum, & ideo non eſt mirum ſi ſentit aliquando morſus detractionis: humilitas vero eligit eſſe in iudicio Dei per quem ſolum vult iudicari, ſicut dicit Apoſtolus: *1. Cor. 4. a* Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Humilitas inſuper deſpicit, & paruipendit diabolum, eius ſcilicet laqueos euadendo. Nam ſicut piſciculi euadunt ſagenam: ſic humiles rete, id eſt tentationes diabolicas. In cuius figura rex Chaldæorum tranſtulit in Babyloniã,

A & captiuauit nobiles & potentes, & dimiſit pauperes, id eſt agricolas & vinitores, vt dicitur in libris Regum. *4. Reg. 24.*

Cauſæ quinque quæ hominẽ ad ſe humiliandũ incitant. HVMILITAS inſuper habet motum incitatiuum, id eſt cauſas multas, quæ hominem mouere debent ad ſe humiliandum. Vnde nota quòd ſunt quinque cauſæ præcipuè, ex quarum conſideratione debet homo ſeipſum humiliare. Si conſideret, quæ ſunt infra, quæ ſunt intra, quæ ſunt iuxta quæ ſunt contra, & quæ ſunt ſupra. Prima igitur cauſa humilitatis eſt conſideratio creaturæ corporalis, quæ in homine eſt. Debet igitur creaturas corporales diligenter conſiderare, & ex illis humilitatem haurire. Si enim conſideret terram, B videt proprium ſepulchrum: ſi attendat ignem ſuper terram, videt ſupplicium peccatorum: ſi conſideret quadrupedia, videt ea fortiora: ſi volatilia, videt ea leuiora & agiliora: ſi terræ naſcentia, videt meliora ſicut fructus, & pulchriora ſicut flores. Vltimo ſi conſideret proprium ſubiectum, videt quòd in principio eſt ſemen immundum, in medio ſaccus ſtercorum, & in fine cibus vermium, vt dicit Bernardus. *Bern. li. Meditation. c. 3. ante medium.* Et iterum vide vnde veneris, & erubeſce vbi es, & ingemiſce quo vadis, & contremiſce. Et ita cum homo diligenter conſiderat proprias vilitates, tunc humilitas reſumit vires. Sicut enim muſcus in locis fœtentiC bus recuperat odorem: ſic humilitas fragrantior efficitur, cum quis conſiderat propriam vilitatem. Et ideo dicebat Abraham: *Gen. 18. d* Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis?

Secunda cauſa humilitatis eſt conſideratio ſtatus interioris. Omnis autem homo, aut ſcit ſe eſſe peccatorem, aut iuſtum. Si ſciat ſe eſſe peccatorem, multum debet humiliari: quia quantum ad hoc deterior eſt cane vel buſone. quia peccator eſt debitor temporalis & æternæ mortis: illa vero ſolum temporalis. Et in illis ſolum eſt miſeria pœnæ, in peccatoribus vero pœnæ & culpæ, & in hoc ſunt ſimiles diabolo. Si autem D fuerit peccator aliquando, neſcit vtrum iuſtificatus eſt a peccato, quia dicitur in Eccleſiaſte: *Eccles. 9. a* Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futuro ſeruantur incerta. Si autem ſciat aliquis ſe eſſe in gratia, tamen ſe humiliare debet propter quattuor, quæ interdum etiam viris iuſtis & perfectis nocent: ſcilicet negligentia proficiendi, difficultas ſtandi vel præſeruandi, facilitas cadendi, etiam ad ſibilum voluntarii verbi, difficultas vel impoſſibilitas reſurgendi. Homo enim poteſt per ſe ire ad culpam, ſed per ſe non poteſt redire ad gratiam, quia dicitur in Pſalmo: *Pſal. 77. d* Spiritus vadens, & non rediens.

E Tertia cauſa humilitatis eſt, conſiderare ſæpe de proximis noſtris. Videmus enim multos de fratribus & proximis noſtris, in ſcientia & virtutibus profeciſſe, & nos in peccato vel ignorantia remanſiſſe, vnde debemus erubeſcere. Videmus etiam multos fratres & proximos cæcos, mendicos, & diuerſis miſerijs afflictos: & ideo debemus compati, timere, & Deo grati & humiles eſſe, & laudare eum, qui nobis potuit, & poteſt ſimilia ex ſua æquitate infligere, & nos ex ſua pietate cuſtodire, & propter hanc cauſam humilitatis dicitur in Iob: *Iob 5. d* Viſitans ſpeciem tuam non peccabis. Viſitans ſpeciem tuam, ſcilicet in proximum qui eſt ſpeF cies tua, vel ſpecies vna tecum.

Quarta cauſa humilitatis eſt conſideratio hoſtis aduerſantis, cui ſine Dei adiutorio non poſſumus reſiſtere: immo ſi comparati fuerimus ei, ipſe quaſi gigas, & nos quaſi locuſtæ vt dicitur in Numeris. *Num. 13. d* Cuius etiã ſanta eſt crudelitas, quòd nos omni hora tranſglutiret, niſi etiam diuina protectio nos cuſtodiret. quia dicitur in Threnis: *Thren. 3. e* Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: cui debemus totam virtutem aſcribere.

Quinta cauſa humilitatis eſt cõſideratio diuinæ magnitudinis, cui tenemur humiliter ſubeſſe, propter beneficium creationis, iuxta illud Pſalmi: *Pſal. 99. a* Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Et propter beneficium redemptionis, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Eccli. 29. g* Gratiam fideiuſſoris ne obliui-

obliuiſcaris. Humiliare etiam debemus nos Deo, cuius potentiam euadere non poſſumus, cuius ſapientiã latere non poſſumus, cuius iuſtitiam corrumpere non poſſumus. Vnde notandum iuxta hoc quòd tribus de cauſis debet ſe quis inclinare & dimittere. Primo quando videt capiti ſuo gladiũ imminere: ſic nos debemus humiliari, & timere, quòd videmus ſuper caput noſtrum gladium diuinæ ſententiæ vibrare. Vnde dicitur ab Apoſtolo Petro: Humiliamini ſub potenti

1. Pet. 5. b

manu Dei. Secundo inclinat ſe aliquis, quando oportet ipſum tranſire per oſtium baſſum: ſic nos debemus humiliari, qui ad vitam tranſituri ſumus, per oſtium baſſum & humile, quod eſt Chriſtus, qui a dicitur in

B

Ioanne: Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit ſaluabitur. Tertio conſueuit quis inclinare ſe, quando videt ſuperiorem ſe, in inferiori loco ſedere. Non enim eſt decens militem ſedere in ſcamno, ſi rex ſederet in pauimento: ſic nos humiliari eſt neceſſarium, cum videamus regem gloriæ propter nos in tantum humiliatum. Vnde dicitur in Matthæo: Sufficit ſeruo, ſi ſit ſicut Dominus eius.

Ioan. 10. b

Matt. 10. c

ITAM habet humilitas multiplex ſignum demonſtratiuum. Et nota, quòd quinque ſunt ſigna, inter alia, humilitatis demonſtratiua. Primum eſt humilem amare, exemplo creaturarum, quæ diligunt ſibi ſi-

Quinque præcipua ſigna humilitatis.

C

miles. quia dicitur in Eccleſiaſtico: Omne animal diligit ſibi ſimile. Secundum eſt honores & laudes fugere, ſicut mel venenatum, & ſicut ſagittas limatas & venenatas: exemplo Chriſti, qui fugit cum turbæ vellent eum facere regem, vt dicitur in Ioanne. Tertium ſignum eſt opprobria & contumelias æquanimiter tolerare: exemplo Dauid, qui cum Semei malediceret ei dixit Abiſa regem vindicare volenti: Dimitte eum, vt maledicat mihi, vt in libris Regum reperitur. Et exemplo Apoſtolorum de quibus dicitur in Actibus: quòd ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Eccli. 13. d

Ioan. 6. a

2. Reg. 16. b

Act. 5.

D

Ideo dicitur de humilitate in Threnis: Saturabitur opprobrijs. Quartum ſignum eſt, vilia officia non recuſare, exemplo Abigail quam cum Dauid vellet ducere in vxorem, reſpondit: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei, vt habetur in libris Regum. Quintum ſignum eſt libenter obedire: exemplo Chriſti, qui humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, vt ait Apoſtolus.

Thren. 3. d

1. Reg. 25. g

Phil. 2. a

HABET etiam humilitas multiplicem gradum diſtributiuum. Vnde nota, quòd tres ſunt gradus humilitatis, ſicut dicitur in gloſſa ſuper Matthæum. Pri-

Humilitatis gradus tres.

Gl. Mat. 3.

E

mus eſt ſubeſſe maiori, nec præferre ſe æquali, & hæc eſt ſufficiens & neceſſaria. Secundus gradus eſt ſubeſſe pari, nec ſe præferre minori, nec velle præferri, & eſt humilitas copioſa. Tertius gradus eſt ſubeſſe minori. Et nemini præferri, & hæc eſt humilitas excellens & perfecta. Et ideo humilitas cum his gradibus ſuis, eleganter figuratur per altare tabernaculi, quod habebat tres cubitos in altitudine, vt dicitur in Exodo.

Exo. 27. a

Item ſecundum alios, gradus humilitatis ſunt quattuor. Primus eſt ſpernere mundum. Secundus ſpernere nullum. Tertius eſt ſpernere ſeipſum. Quartus eſt contemnere ſe ſemper, vel non curare ſui contem-

F

ptum. Ideo humilitas per iſtum quadruplicem gradum figuratur ſatis aperte per rationale, in quo erant quattuor verſus, vel ordines gemmarum, vt habetur in Exodo.

Exo. 28. b c

De manſuetudine, vel mititate. Cap. II.

DE manſuetudine vel mititate, quæ eſt ſecunda beatitudo, ſpecialiter ſunt tria notanda. Habet enim manſuetudo, vel mititas pacem & ſocietatem cum proximo, gratiam & familiaritatem cum Deo, & regnũ, & hereditatem in cælo.

HABET namque homo mitis & manſuetus cum

A

proximo pacem & ſocietatem, & cum his qui oderunt pacem, ſcit eſſe pacificus. Sicut enim contra lapidem machinæ opponitur aliquid molle, per quod frangitur impetus violentiæ ſuæ: ſic & vir mitis frangit iram, & impetum indignationis, opponendo mollitiem reſponſionis, vt in Prouerbijs patet: Reſponſio mollis frangit iram.

Prou. 15. a

Habet etiam homo mitis cum Deo familiaritatem. Et nota quòd ſignum triplex eſt, quòd homo mitis Deo ſit familiaris. Primum eſt quòd Deus mites libenter exaudit, ſicut videmus quòd a rege obtinent quod volunt, qui ei familiares exiſtunt. Vnde dicitur

Signum triplex hominis mitis cũ Deo familiaritatẽ habentis.

B

in libro Iudith: Humilium & manſuetorum tibi ſemper placuit deprecatio. Secundum ſignum eſt, quòd Deus in anima miti libenter pauſat & dormit. Manſuetudo enim eſt ſicut culcitra mollis in lecto floridæ continentiæ, de quo dicitur in Canticis: Lectulus noſter floridus. Tertium ſignum eſt, quòd Deus ad videndum, & loquendum, ſe oſtendit mitem vel exhibet. Sicut videmus quòd illi, qui ſunt familiares prælatis, quando volunt, ad eos intrant, & loquuntur, pro voluntate, cum eis: ſic homo mitis loquitur cum Deo, vt in Exodo legitur de Moyſe, qui loquebatur cũ Deo facie ad faciem, ſicut ſolet loqui amicus ad amicum

Iudith. 9. d

Cant. 1. d

Exo. 33. b

C

ſuum. Cauſa inter alias erat, quia homo mitiſſimus erat, vt dicitur in Numeris.

Num. 12. a

HABET inſuper homo mitis hereditatem in cælo, vt dicitur in Matthæo. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram, ſcilicet viuentium. Et nota quòd triplex eſt ratio, quare mites poſſident cælum. Prima eſt, quia ipſi poſſidentur a Deo, & ideo lege viciſſitudinis poſſidebunt Deum in cælo. Quia dicit Auguſtinus: Nullius erit Dei poſſeſſio, niſi eius quem ipſe prius poſſederit. Secunda ratio eſt, quia mites poſſident corda ſua, & dominantur ſibijpſis, quod non faciunt iracundi, immo ira dominatur eis. Ideo dicit

Matt. 5. a

Aug. lib. de ſalutaribus documen. c. 10. to. 4.

D

Sapiens: Melior eſt qui dominatur animo, expugnatore vrbium. Tertia ratio eſt, quia mites poſſident hic bona ſua. Mites autem ſciunt hic bona ſpiritualia optime poſſidere, quia nulla aduerſitas poteſt eis ipſa auferre, quod iracundi facere neſciunt: immo bona ſpiritualia, ſi quæ habent, per impatientiam perdunt, vt dicitur in Prouerbijs: Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum ſcilicet non ſolum boni exterioris quod perdit in via, ſed etiam boni interioris quod ipſe effundit. Mites etiam bona temporalia poſſidere ſciunt, quia ſibi non permittunt dominari: quod neſciunt facere auari & cupidi, quia diuitiarum ſuarum neſciunt eſſe

Prou. 16. d

Prou. 19. c

E

domini, ſed potius ſerui. Quia dicitur in Pſalmo: Viri diuitiarum, non diuitiæ virorum. Quia igitur mites, vt dictum eſt, ſe, & ſua poſſidere ſciunt, merito terram viuentium poſſidebunt.

Pſal. 75. a

Et nota, quòd mititatem vel manſuetudinem hominis natura miniſtrat, corporis figura demonſtrat, & canonis ſcriptura commendat. Mititas igitur a natura miniſtratur, & cum homine a natura copulatur, vel concreatur. Nam dicit Philoſophus quòd homo eſt animal natura manſuetum. Sicut leoni a natura ineſt crudelitas: ſic homini manſuetudo vel mititas. Manſuetus enim dicitur quaſi manu aſſuetus: & ideo ho-

F

mo qui relicta manſuetudine regitur crudeliter, non eſt homo, ſed beſtia ſilueſtris. Mititas etiam figura humana demonſtratur. Figura enim hominis exterior quandam dulcedinem & affabilitatem demonſtrat, & mititatem interiorem. In omni ſiquidem animalis ſpecie, figura corporis exterioris ſignum eſt naturæ interioris. Sicut enim videmus, quòd vngues magis fortes & acuti, & magna & ampla labia, ſignificant rabiẽ & crudelitatem leonis & canis: ſic naturaliter homo habens faciem venuſtam, & carnem mollem, & cutem leuem, & vngues breues, & modicitatem oris, & gratiam in oculis, manſuetudinem ſignificat, & multa alia teſtimonia mititatis, quæ poſſent dari. Et econuerſo videmus, quòd homo iratus habet tortam, &

hirſutam faciem, & exuit humanam naturam & induit furiam. & quodammodo exterior effigies monſtrat, quòd homo iratus iam non eſt homo, ſed incipit
Pſal.48. c eſſe beſtia, iuxta illud Pſalmi: Comparatus eſt iumentis &c. Māſuetudo inſuper vel mitiitas in ſcriptura valde commendatur. Dicitur enim de mediatore noſtro
Ier.11. d in Ieremia: Ego ſicut agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Et iterum dicitur in Pſalmo: Propter ve-
Pſal.44. a ritatem & manſuetudinem & iuſtitiam, &c. Vnde nota tria, quæ rectè hominem deducunt, quæ ſunt manſuetudo cordis, veritas oris, & iuſtitia operis.

De fletu. *Cap. III.*

Fletus triplex. DE fletu, quæ eſt tertia beatitudo, nota ſpecialiter tria, ſcilicet quòd eſt fletus compunctionis, fletus compaſſionis, & fletus deuotionis.

PRIMVS fletus, ſcilicet compunctionis, eſt ſicut
Apoc.3. d collyrium medicatiuum. Vnde in Apocalypſi legitur: Collyrio inūge oculos tuos. Sicut enim collyrium purgando oculos, turbat viſum, & in turbando purificat: ſic fletus compunctionis animam turbat per pœnitentiam, ſed medicat per gratiam. De hoc fletu dicitur in
Pſ.118. r Pſalmo: Exitus aquarum deduxerunt, &c.

Secundus fletus eſt compaſſionis. Et eſt ſicut vnguētum lenificatiuum. Nam ſicut vnguentū vngēdo ſanat mēbra paralytica: ſic humor copaſſionis ſanat cupidos a paralyſi, ideſt ab auaritia. Et nota, quòd ad vngēdum & ſanandū mēbra infirma, præcipue tria ſunt neceſſaria, ſcilicet ignis, vnguentum, & confricatio manuū: ſic ad opus miſericordiæ requiritur ignis dilectionis, vnguentum compaſſionis, & manus ſubuentionis. De
Iob 30. d hoc fletu dicitur in Iob: Flebam quōdam ſuper eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.

Tertius fletus, ſcilicet deuotionis eſt ſicut balneum delectatiuum. Vnde anima in qua ſunt lacrymæ deuotionis, natat in deuotione, & lacrymis, ſicut piſcis in
Prou.14. b flumine. Nam dicitur in Prouerbijs: Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio illius non miſcebitur extraneus.

Sex incitā ad fletum. Item nota quòd ſex ſunt fletus incitamenta, & ſex fletus impedimenta, & ſex fletus emolumenta.

Fletus igitur incitamenta ſunt ſex. Primum eſt re-
Pſal.118. r cognitio propriæ culpæ. Nam dicitur in Pſalmo: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Secundum eſt incolatus præſentis vitæ, vt dicitur ſimiliter in Pſalmo:
Pſal.119. b Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Tertium eſt timor gehennæ. Nam dicitur in libro Thre-
Thren.1. a norum: Plorans plorauit in nocte, ideſt in peccato. Quartum eſt recordatio paſſionis Dominicę vt legitur
Pſal.41. a in Pſalmo: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte. Quintum eſt compaſſio humanæ miſeriæ,
Rom.12. c vt dicit Apoſtolus: Flere cum flentibus. Sextum eſt
Pſ.136. a deſiderium cæleſtis patriæ, vt dicitur in Pſalmo: Super flumina babylonis, ideſt calcando delectationem tranſitoriam: ſedimus per quietam meditationem: & fleuimus propter cæleſtis patriæ delectationem. Vnde ſequitur: Dum recordaremur tui Sion. Sicut interdum peregrinus lacrymari cogitur, cum ſuæ patrię recordatur.

Fletus impedimenta ſex. Sex ſunt etiam fletus impedimenta. Primum eſt ſuperbiæ elatio. Sicut videmus, quòd montes & alta loca conſueuerunt eſſe arida: ſic mons elationis & ſu-
Ioſ.15. d perbiæ eſt aridus. Vnde dicitur in Ioſue: Terram arentem dediſti mihi, iunge & irriguam: ſic e conuerſo humiles abundant lacrymis, ſicut videmus quòd valles abundant aquis. Nam humilitas eſt vallis lacrymarum. Secundum impedimentum eſt terrenorum affectio: ſicut vidimus, quòd terra inſpiſſat aquā, & turbat & redigit in ea. Vnde dicitur in figura
Gen.4. a huius in libro Geneſis, quòd Caim interfecit Abel. Caim interpretatur poſſeſſio, Abel luctus. Caim igitur Abel interfecit, quando poſſeſſio, & affectio terre-

A norum, lacrymarum irriguum interficit, & interrumpit. Ideo dicitur in figura huius in Geneſi, quòd om- Gen.26. e
nes puteos quos fecerunt ſerui Iſaac, obſtruxerint Philiſtim, implentes terrenorum affectione puteos deuotionis. Tertium impedimentum eſt cordis incompaſſio, ſicut videmus, quòd de rupe non ſcaturit aqua, niſi miraculoſe. Vnde dicitur in libro Geneſis, quòd Gen.29. a
puteus grandi lapide claudebatur. Per os putei irriguum deuotionis intelligitur, & tunc grandi lapide clauditur, quando fletus propter cordis duritiam impeditur. Quartum impedimentum eſt nimia occupatio, ſicut videmus quòd in æſtate quando eſt tempus occupatum valde, fontes & putei exſiccantur. Con-
B tra hoc dicitur in Iſaia: Recedite a me, amare flebo. Iſa.22. a
Quintum impedimentum eſt ignorantiæ excuſatio. Sicut videmus, quòd phreneticus & fatuus nō poteſt flere, ſed ridere, quia non cognoſcit morbum ſuum. Hoc impedimentum tangit Dominus, dicens: Si co- Luc.19. f
gnouiſſes & tu, fleres, &c. Sextum impedimentum eſt peccati multitudo. Sicut enim videmus quòd nimium frigus congelat aquas: ita magnum gelu peccati impedit lacrymas. Ideo dicitur in Matthæo: Quo- Mat.24. a
niam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum, & per conſequens, ceſſauit irriguum lacrymarum. Quia vt dicit Gregorius in moralibus: Vis amo-
C ris per lacrymas emanat, & ideo vbi amor non eſt, lacryma ceſſat.

Sex ſunt etiam fletus emolumenta vel vtilitates. Fletus emolumēta ſex
Vnde nota quòd lacryma ſpiritum contritum lauat, ipſum deuotum leuat, ſpiritum malignum necat, terram cordis irrigat, ſitim ſedat, orando efficaciter impetrat. Primò ergo lacryma ſpiritum contritum lauat. Vnde figuratur per mare æneum, in tertio Regum. In 3. Reg.7. f
quo ingreſſuri tabernaculum lauabant manus & pedes, ideſt opera & affectiones. Secundo leuat animam deuotam, ſcilicet per contemplationem. Quod figu-
D ratur per diluuium vt habetur in Geneſi: Multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſublime a terra, ideſt conſcientiam ad ſublimia contemplationis. Gen.7. b
Tertio ſpiritum malignum lacrymæ necant, quod figuratur per mare rubrum, vt legitur in Exodo. Vbi Exo.14. g
ſubmerſus eſt Pharao & exercitus eius, ideſt diabolus & omnis malignus ſpiritus. Nam dicitur in Pſalmo: Pſ.73. c
Contribulaſti capita draconum in aquis, ideſt tentationes dæmonum inſletibus lacrymoſis. Quarto lacryma terram cordis irrigat & fecundat, quod figuratur per fontem Paradiſi, vt habetur in Geneſi: Fons Gen.2. a
aſcendebat de terra, ſcilicet irriguum lacrymarum, irrigans vniuerſam ſuperficiem terrę ad producēdum
E fructus bonorum operum. Nam dicitur in Pſalmo: Pſ.125. b
Qui ſeminant in lacrymis in exultatione metent. Quinto lacryma ſitim & ardorem concupiſcentiæ ſedat. Sicut contra ſitim curritur ad fontem, & contra ignem curritur ad aquam: ſic contra concupiſcentiæ ignem & incendium, currendum eſt ad fontem lacrymarum. Vnde dicit Gregorius in Moralibus, quod flammam ſuggeſtionis extinguit citius aqua lacrymarum. Sexto lacryma efficaciter orando impetrat. Et nota, quòd de hoc ſunt nouem exempla præcipua in Scriptura. Pri- 1. Reg.1. b
mum Annæ: de qua dicitur in primo Regum, quod
F cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, quæ a Deo exaudita eſt. Secundum, Ezechiæ, cui dictum eſt ab Iſaia: Vidi lacrymam tuam, & Iſa.38. a
ecce ſanaui te. Tertium eſt Tobiæ. Quartum eſt Sa- Tob.3. a
ræ, de his duobus dicitur in Tobia: quod orauit Tobias cum lacrymis, & Sara ſimiliter, & exauditæ ſunt preces amborum. Quintum eſt Iudith, quæ dixit: Iud.8. b
Indulgentiam ipſius fuſis lacrymis poſtulemus, quod & fecit, & Deus eam exaudiuit. Sextum Dauid, de quo dicitur in Pſalmo: Poſuiſti lacrymas meas Pſal.55. b
in conſpectu tuo. Septimum eſt Mariæ Magdalenæ, quæ pedes Saluatoris lauit lacrymis, & miſericordiam impetrauit, vt dicitur in Luca. Luc.7.
Octauum eſt Petri, de quo dicitur in Matthæo: Mat.26. g

quòd poſt trinam negationem fleuit amare. & obtinoit remiſſionem. Nonum eſt Chriſti, de quo dicit *Hebr. 4. a* Apoſtolus, quod cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia, ſcilicet Chriſtus. Propter hanc efficaciam lacrymarum dicit Auguſtinus, quod lacrymæ violentæ ſunt in precibus. *Gl. Tob. 4. a* Et Gloſſa dicit, quod oratio Deum lenit, & lacryma cogit.

De eſurie, & ſiti, iuſtitiæ, quæ eſt quarta beatitudo, nihil ad præſens aliud eſt dicendum, quàm quod *Sup. tit. 5. c. 8.* in tractatu de virtute iuſtitiæ, ſuperius dictum eſt.

De miſericordia. Cap. IV.

DE miſericordia, quæ eſt quinta beatitudo, ſunt ſpecialiter tria notanda, ſcilicet comparationes, quibus figuratur, meditationes cum quibus adiuuatur, operationes cum quibus occupatur.

Cóparationes quibus miſericordia figuratur. PRIMO, enim notandæ ſunt eius figurales comparationes. Vnde nota, quòd miſericordia eſt interna Chriſti paſſio, prima Chriſti lectio, & optima Chriſti vnctio. Primo ergo miſericordia eſt interna Chriſti paſſio, id eſt compaſſio, quæ melior eſt, & maior fuit, quàm aliqua paſſio. *Crux Chriſti duplex.* Vnde nota, quòd duplex fuit crux Chriſti, ſcilicet exterior quæ fuit lignea: & interior quæ fuit aurea. Exterior fuit paſſionis & pœnitentiæ: interior fuit compaſſionis & miſericordiæ. Ideo Chriſtus dicitur pro nobis animam poſuiſſe, prius *Ioan. 10. c* quàm carnem. Vnde dicitur in Ioanne: Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Et ſicut dolor paſſionis Chriſti non habuit parem, ita dolor compaſſionis non habuit *Thren. 1. d* ſimilem, vt patet in Threnis: O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, &c. Secundo miſericordia eſt ſumma Chriſti lectio, vt dicit Ambroſius: In ſignũ huius, Chriſtus in hac lectione præ ceteris examinabit ſcholares ſuos in die diſtricti iudicij, dicens: *Mat. 25.* Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Dyſcoli, qui neſciunt huius lectionis, ſcilicet miſericordiæ verſiculum, in æternum ſentient ſine pietate flagellum: *Iac. 2. c* quia dicit Iacobus: Iudicium ſine miſericordia, fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Tertio miſericordia eſt optima Chriſti vnctio. Nam cum ſit triplex vnguentum, ſcilicet contritionis, & deuotionis, & compaſſionis: vnguentum compaſſionis optimum eſt, vt dicit *Ber. ſer. 12 in Cãt. poſt med.* Bernardus: Bonum eſt, inquit, vnguentum, quod de recordatione peccatorum naſcitur: melius quod ex deuotione conficitur: porro vtrumque vincit compaſſio charitatis, vel pietatis. Et nota, quòd iſto vnguento deberent tria perungi, ſcilicet caput, id eſt intentio, pedes, id eſt affectio, manus, id eſt operatio: quia in his tribus, ſcilicet intentione, affectione, & operatione, debet præcipue relucere. De vnctione capitis di- *Mat. 6. b* citur in Matthæo: Vnge caput tuum. De vnctione pe- *Luc. 7.* dum dicitur in Luca: quod Maria vnxit pedes Ieſu. *Cant. 5. b* De vnctione manuum dicitur in Canticis: Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.

Item nota, quòd miſericordia decenter conuerſatur, prudenter negotiatur, & abundanter remuneratur. Primo miſericordia, facit hominem decenter conuerſari. Nam vir pius & miſericors benedicitur a Deo, placet proximo, & natat in oleo. Benedicitur a Deo per gratiæ effuſionem: placet proximo, per iuſtam conuerſationem: natat in oleo per internam deuotionem. *Deut. 33. d* Hæc ſimul figurantur in Deuteronomio: Benedictus filius Aſer, quãtum ad primum. Sit placens fratribus, quantum ad ſecundum. Intingat in oleo pedem ſuum, quantum ad tertium. Ferrum & æs ſit calceamentum eius. Secundo miſericordia prudenter operatur. Nam de malis aliorum melioratur, de ſordibus lauatur, de paupertate ditatur, de infirmitate ſanatur, de onere alleuiatur. Ipſa enim omnibus compatitur, omnium onera portare nititur, & quanto plus onera aſſumit,

A tanto plus lucratur, & velocius currit. Ideo dicit Apo- *Gal. 6. a* ſtolus: Alter alterius onera portate. &c. Et nota quod miſericors homo inſtar prudentis mercatoris conuidetat tria. Nam mutuat libenter regi, qui poteſt ſibi capitale reddere & damnum reſarcire, & vſuras & lucrum ſoluere. Talis rex liberalis eſt Deus, qui mercatoribus ſuis conſueuit capitale cuſtodire, conſeruando gratiam: damna reſarcire, remittendo culpam: vſuras ſoluere, ſcilicet largiendo gloriam, & æternam *Mat. 25. a* vitam. De iſta mercatura dicit Matthæus: Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, id eſt oleum miſericordiæ & compaſſionis, in va- B ſis ſuis, id eſt in interioribus vaſis cordis. Quia ſicut ignis ſine oleo non ardet in lampade: ſic ignis charitatis ſine oleo miſericordiæ, non ardet in corde. Hanc negotiationem docuit ſummus mercator, ſcilicet Chri- *Matt. 19. c* ſtus: Vade & vende omnia, quæ poſſides, & da pauperibus. Homo etiam miſericors ad modum boni & induſtrij mercatoris, inuocat vel renouat veteres merces in nouas, & viles in pretioſas, & quodam modo circumuenit Deum in ſua negotiatione: quia pro calice aquæ frigidæ, recipit torrentem voluptatis æternæ. Vnde dicit Auguſtinus: Præbe tectum & accipe cæ- *Oſea. 12. d* lum. Et ideo dicitur in Oſea: Circundedit me in ne- C gotiatione ſua Ephraim. Tertio miſericordia abundanter remuneratur. Vnde nota quòd duæ vicinæ valde copioſæ, & plenæ, veniunt ad iudicium propter quòd recipiunt ſalarium valde copioſum, ſcilicet charitas & miſericordia. Charitas enim aliena bona facit ſua, iuxta *Pſal. 118. d* illud Pſalmi: Particeps ego ſum omnium timentium te, &c. Miſericordia facit aliena mala ſua, iuxta illud: *2. Cor. 1. a* Sicut ſocij eſtis paſſionum, ita & conſolationum. Hæc eſt enim lex fidelium mercatorum, ſcilicet ſicut ſunt ſocij in damno, ita ſunt ſocij in lucro.

Item nota, quòd miſericordia eſt virtus, quæ cunctas ſuperat, modus qui reum liberat, & clauis quæ D cælum reſerat. Primo igitur, miſericordia eſt virtus *Miſericordia ceteras virtutes ſuperat, & præcipue tres excellẽtes.* ceteras virtutes ſuperans & ſpecialiter excedit tres virtutes inter alias excellentes, ſcilicet pœnitentiam, quia pœnitentia immolat corpus, miſericordia vero animam. Ideo dicit Apoſtolus: Corporalis exercitatio, *1. Tim. 4. c* id eſt pœnitentia ad modum vtilis eſt, ſcilicet reſpectiue. Pietas autem ad omnia valet, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Miſericordia autem ſuperat charitatem, in eo quòd charitas eſt fluuius diuinæ pietatis, & currit cum alueis ſuis, & non exit extra ripas, quia ſolum bonum diligit & ſua communicat: pietas vero & miſericordia extra ripas inundat, & E ſua bonis & malis communicat, & ideo non ſolum bona proximorum, ſed etiam mala libentiſſime portat, *2. Cor. 11. g* iuxta Apoſtolum: Quis infirmatur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror? Miſericordia nihilominus ſuperat iuſtitiam: & in ſignum huius de curia iuſtitiæ, ſi eſt a peccatore ſuſpecta, licet ad conſiſtorium miſericordiæ appellare. Nam dicit Ia- *Iac. 2. c* cobus: Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Et de hac excellentia miſericordiæ reſpectu aliarum virtutum, di- *Pſal. 144. b* citur in Pſalmo: Miſerationes, eius ſuper omnia opera eius. Secundo miſericordia eſt modus abſolutionis optimus liberans reum & Deum obligans. Reum ita- F que liberat a delicto vel debito decem milium talentorum. Et nota quòd homo miſericors, de remiſſione peccatorum ſuorum, habet ſpiritualiter tria paria litterarum, id eſt tria teſtimonia Euangelica, quæ homini pronunciant peccata remiſſa. Primum eſt in *Mat. 5. a* Matthæo: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericor- *Mat. 6. b* diam conſequẽtur. Secundum eſt in eodem Matthæo: Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, & pater veſter cæleſtis peccata veſtra dimittet. Tertium eſt in *Luc. 6. e* Luca: Dimittite & dimittemini. Et non ſolum miſericordia a delicto liberat, verumetiam ad ſanandum *Prou. 19. c* hominem Deum obligat. Nam dicitur in Prouerbijs: Feneratur Domino, qui miſeretur proximo. Tertio miſericordia eſt clauis cælum reſerans. Vnde in figu-

ta huius dicitur, quòd Chriſtus aſcendit in cælum de A
monte Oliueti, quo figuratur eminentia miſericordię.
Act. 1. a Chriſtus qui dicitur vnctio, eſt homo miſericors vn-
ctus vnctione pietatis, talis aſcendit in cælum, quia
homini pio reſeratur aula cæleſtis gloriæ. Et nota quod
duo oſtia facit pietas in cælo, cum homo miſericors in-
tus compatitur, & proximo extra ſubuenit, quod opti-
3. Reg. 6. b me figuratur in tertio Regum. Vbi dicitur quod Salo-
mon fecit in ingreſſu oraculi duo oſtiola de oliuis, quæ
quidem ſunt duplex miſericordia, ſcilicet corporalis,
& ſpiritualis: corporalis ſubueniendo, ſpiritualis com-
patiendo.

Meditationes, quibus ad miſericordiã mouemur.

Secundo notandæ ſunt meditationes, in quibus ad- B
iuuatur miſericordia, & homo miſericors ad miſeran-
dum mouetur. Vnde nota, quòd tria ſunt quæ mo-
uent hominem ad miſericordiam. Primum eſt natu-
ralis conformitas. Omnes enim vnum habemus prin-
cipium, & ex vno patre ſumus geniti, & omnes ſumus
filij Dei: & ideo debemus inuicem compati, ſicut ſi
Mat. 23. a eſſemus fratres germani. Vnde dicitur in Matthæo:
Iſa. 58. c Omnes enim vos fratres eſtis. Et ideo dicitur in Iſaia:
Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne
deſpexeris. Secundum motiuum miſericordiæ, eſt
propria indigentia vel neceſſitas: quia homo qui bene
conſiderat propriam miſeriam, facilius, & libentius C
Eccli. 31. b releuat alienam. Nam dicitur in Eccleſiaſtico: ex te
ipſo intellige, quæ ſunt proximi tui. Tertium motiuum
pietatis eſt Chriſti & membrorum ſuorum, ſcilicet
pauperum, amor, & vnitas. Adeo namque Chriſtus
afficitur ad amorem pauperum, quòd quidquid fit
Matt. 25. d eis, reputat ſibi factum: quia dicitur in Matthęo: Quod
vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Operationes, quibus miſericordia occupatur.

Tertio notandæ ſunt operationes, quibus miſericor-
dia occupatur. Et notandum, quòd ſeptem ſunt ope-
ra miſericordiæ corporalia, & ſeptem ſpiritualia. Cor-
poralia ſunt iſta, nempe, eſurientem paſcere, ſitientem
potare, nudum veſtire, hoſpitem colligere, infirmum D
viſitare, & vinctum liberare, & mortuum ſepelire.
Septem ſpiritualia ſunt, peccata dimittere, peccantem
corrigere, pro peccante orare, ignorantem inſtruere,
hæſitantem conſulere vel confirmare, lugentibus con-
ſolationem præbere, & ad omnes afflictos, cordis com
paſſionem habere. Sex de iſtis numerantur in Mat-
Matt. 26. c thæo. Septima in Tobia. Et in figura horum dicitur in
Apoc. 1. c Apocalypſi, quòd ſimilis filio hominis erat in medio
ſeptem candelabrorum aureorum, & habebat in dex-
tera ſua ſeptem ſtellas. Filius hominis, dicitur homo
pij cordis, quia ſecundum philoſophum pietas eſt pro-
prium hominis, ſicut crudelitas leonis. Candelabra au- E
rea ſignant ſeptem opera miſericordiæ corporalia, quæ
ſunt vt aurum pretioſa. Septem ſtellæ quæ ſunt in dex-
tera ſunt ſeptem opera miſericordię ſpiritualia, in cor-
dis hemiſpertio lucentia tamquam ſidera radioſa.

De munditia cordis. *Cap. V.*

Tria faciũt munditiam cordis.

DE munditia cordis, quæ eſt ſexta beatitudo, eſt no-
tandum, quòd tria ſunt quæ cordis munditiam
faciunt, ſcilicet lectio ſcripturarum, largitio eleemoſy-
narum, & effuſio lacrymarum. Primo lectio ſcriptu-
Ioan. 15. a rarum efficit cor mundum, quia dicitur in Ioanne: F
Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locu-
tus ſum vobis. Quod figuratur eleganter per lauato-
Exo. 38. a rium tabernaculi vt legitur in Exodo. Et nota, quòd
duo erant in lauatorio, ſcilicet ſpeculum & aqua mun-
da: & hæc duo ſunt myſtice in ſacra pagina: eſt enim
ſpeculum, quia peccati maculas oſtendit: & eſt aqua,
quia maculas tergit. Secundo facit cor mundum ef-
Pſal. 6. b fuſio lacrymarum, quia dicitur: Lauabo per ſingu-
las noctes lectum meum, ſcilicet conſcientiæ. Et nota,
quòd lacryma, ad hoc quòd cor fit bene mundum, de-
bet habere tria, ſcilicet quòd debet eſſe calida per de-
uotionem, amara per cõtritionem, & cinerea per mor
tis recordationem. Sicut enim aqua tranſiens per cine-
A res facit lixiuium, quod optime ſordium eſt mundati-
uum: ſic talis lacryma eſt cordis mundatiua. Tertio,
fit cor mũdum per eleemoſynarum largitionem, quia
dicitur: Date eleemoſynam, & ecce omnia mũda ſunt Luc. 11. f
vobis. Videmus enim quod ad ſanandum vel purgan-
dum vulnus, non ſolum adhibentur cauteria, immo
apponuntur emplaſtra. Cauterium eſt correctio iuſti-
tiæ, & emplaſtrum, eſt elargitio eleemoſynæ.

Tria diſponunt ad mũditiã cordis.

Item nota, quòd ſunt alia tria quæ ad cordis mun-
ditiam diſponunt, id eſt ſcopa confeſſionis, lima cor-
rectionis, & fornax affectionis. Primo igitur facit
munditiam cordis ſcopa confeſſionis, id eſt frequenter
B confiteri, quia dicitur: Lauare ſepties in Iordane. La- 4. Reg. 5. c
uatur autem ſepties, qui ſeptem vitia mortalia vel ca-
pitalia, humiliter confitetur, quia tunc cor mundatur
& ſanctificatur. Nam dicitur: Facta eſt Iudæa ſancti- Pſal. 113. a
ficatio eius, Iudæa interpretatur confeſſio, ipſa enim
eſt cordis ſanctificatio. Et nota quòd in ſacro eloquio
valde ſæpe adiũgitur decor & pulchritudo. Et in figu-
ra huius, quòd ſcopa cõfeſſionum, ſumme diſponit ad
munditiam cordis dicitur: Confeſſionem & decorem Pſal. 103. a
induiſti. Et iterum: Confeſſio & pulchritudo in con- Pſ. 95. b
ſpectu eius, & ſic de alijs. Secundo multum diſponit
ad munditiam cordis lima correctionis. Nam ſicut li-
C ma mundat ferrum a rubigine: ſic correctio cor a la-
be. Vnde ait Gregorius: Ille ſolus amicus erit, qui in
aduentum diſtricti iudicis, maculas ſuæ mentis tergit.
Sed nota quòd quidam ſunt adeo miſeri, quòd vnde
deberent mundari ſordidantur. De talibus dicitur:
Deſtruxiſti eum ab emundatione. Tertio, munditiam Pſal. 88.
cordis facit fornax tribulationis. Nam ſicut fornax
reddit aurum purum: ſic tribulatio facit cordis mun-
ditiam, iuxta illud: Probaſti cor meum tecum. Sed Ier. 12.
ſunt quidam, qui ab igne tribulationis non mundan-
tur, ſed vruntur: tales non ſunt aurum ſed ſcoria; non
granum, ſed palea: non oleum, ſed amurca. Vnde mul-
D tum poſſunt formidare de illo verbo euangelij: Paleas Luc. 3. a
autem comburet igni inextinguibili. Sicut enim vide-
mus, quia confricatio panni aſperi, facit, & conſeruat
munditiam ſcyphi: ſic tribulatio & carnis maceratio fa
cit munditiam animi. Exemplum de Ioanne Baptiſta,
qui habebat veſtimentum de pilis camelorum, vt ha-
betur in Matthæo. Sciebat enim, quòd aſpera faciebãt Mat. 3. a
cor mundum.

Item nota, quòd cor efficitur mundum ab omni pec
cato, ſpecialiter & præcipue triplici baptiſmo, ſcilicet
fluminis, flaminis, & ſanguinis. Baptiſmo fluminis mũ
dantur infantes, baptiſmo flaminis mundantur pœni-
E tentes, baptiſmo ſanguinis mundantur martyres, quan
do ſcilicet ſacramentum volunt, & non poſſunt habe-
re. Et iſte triplex modus mundandi, figuratur per illa
tria quibus fiebat munditia in veteri lege. Fiebat enim
per tria, ſcilicet per aquam expiationis, vt dicitur in
Exodo: per effuſionẽ ſanguinis, vt dicitur ad Hebræos. Exo. 29. a
per vnguentum vnctionis, vt dicitur in Exodo. Ablu- Hebr. 9. d
tio vero, quæ fiebat per aquas, ſignificat mundationẽ, Exo. 30. g
quæ fit per ſolam gratiam. Expiatio, quæ fiebat per
ſanguinem, ſignificat martyrium vel carnis mortifica-
tionem. Sanctificatio, quæ fiebat per vnguenti vnctio-
nem, figurat martyrum perfectionem. Et nota, quòd
F in illo tertio modo, ſanctificabatur ſolus Aaron & filij
eius, in quo intelligitur, quòd clerici, & religioſi debẽt
eſſe mundificati excellenter vnctione Spirituſſancti.

Item nota, quòd quinque erant ex quibus conficie-
batur vnguentum vnctionis, vt dicitur in Exodo, ſcili- Ibidem. d
cet myrrha electa, cynnamomo, caſſia, calamo, &
oleo oliuarum. Prima ergo ſpecies illius vnguenti
erat myrrha pura & electa, ſicut illa quæ ſponte ma-
nat ab arbore, & eſt pretioſior, quam illa quæ ex arbo-
ris inciſione. Iſta ſignificat pœnitentiam, quæ fit in
iuuentute, quæ gratioſior eſt Deo, quam illa, quæ
fit in ſenectute. Nam caro, myrrha prius condien-
da eſt, vt ſit puriſſima, antequam vermibus ſit con-
ſumpta. Contra fatuitatem multorum, qui myrrha pœ-
nitentiæ

nitentiæ nolunt ſe vngere, donec toti putruerunt vermibus peccatorum vel vitiorum. Secunda ſpecies illius vnguēti erat cynnamomum, quæ eſt cinerei colo- *Gl. Exo. 30* ris, & cum frangitur, emittit quandam nebulam ſpiramenti redolētis etiam viſibilis vt dicit Gloſſa. Quod figurat humilitatem, quæ debet eſſe in clericis, & religioſis: de quibus manere debet viſibiliter ſpiramentū odoris, id eſt redolentia humilitatis, per exemplum ædificationis. Tertia ſpecies illius vnguenti erat caſſia, quæ creſcit in aquis, & figurat fidem Eccleſiæ, quæ ex aquis ſacræ Scripturæ proficit. In quo intelligitur, quòd fides innititur ſcripturæ, non rationi humanæ, *Amb. li. 1. de fide c. 5 cir. ſi. to. 4.* quia vt dicit Ambroſius: In his quæ fidei ſunt, piſcatoribus creditur non dialecticis. Quarta ſpecies illius vnguenti erat calamus. Eſt autem calamus, vt dicit *Gl. ibid. c. d* Gloſſa, arbor aromatica, creſcens in libano, cuius cortex facit quendam ſonum, & ſignificat in clericis & religioſis officium Eccleſiaſticum: quod inſtar calami, debet eſſe aromaticum per deuotionem & ſonorum per diuinæ laudis expreſſionem. Quinta ſpecies illius vnguenti erat oleum oliuarum, & ſignificat dulcedinem compaſſionis, quę debet abūdare in clericis, & religioſis. Quia ſicut oculus eſt lacrymabilior, & tenerior, & paſſibilior ceteris membris: ſic prælati & clerici, & religioſi, qui ſunt oculi Eccleſiæ, debent eſſe præ ceteris teneri compaſſione, lacrymabiles pietate. De hoc habemus exemplum in Chriſto, qui valde pronus erat ad lacrymandum, & quem miſericordia traxit de cælis in mundum. Vnde dicitur: Propterea vnxit te *Pſal. 44. b* Deus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.

De Pace. Cap. VI.

DE pace quæ eſt ſeptima beatitudo, notanda ſunt tria ſcilicet quæ ſunt pacis præconia, quæ ſunt pacis ſubſidia, & quæ ſunt pacis contraria.

Pacis præconia. Primo notanda ſunt pacis præconia. Vnde nota, quòd tria ſunt præconia pacis. Nam pax eſt cæli linguagium, Chriſti encænium, & Dei veſtigium. Eſt igitur pax cæli linguagium, cuius ſignum eſt triplex, quia Chriſtus illud idioma loquebatur, qui venit de cælo. Dixit enim Apoſtolis: Pax vobis. poſt reſurrectionem: quando erat immortalis, vt habetur in Ioan- *Ioan. 20.* ne. Tale linguagium etiam locuti ſunt Angeli qui ſunt *Luc. 2. b* cæli ciues. Dixerunt enim in ortu Chriſti: Gloria in *Matt. 10. & Luc. 9. a* excelſis Deo, & in terra pax. Tale etiam idioma loquebantur diſcipuli, quia dictum erat eis a Chriſto: In quamcumque domum intraueritis, dicite: Pax huic domui. Secundo pax eſt encænium Chriſti, & pretioſius inter omnia alia iocalia. Cuius cauſa eſt, quia iſtud pretioſum iocale legauit Chriſtus Apoſtolis in morte. Amici namque amicis dant & legant magis pretioſa in fine.

Et nota, quòd Chriſtus dedit pacem diſcipulis ſuis, & amicis, triplici iure, ſcilicet iure donationis inter viuos, iure vltimi teſtamenti, iure codicillorum. Iure donationis, & teſtamenti dedit pacem, quando dixit: *Ioan. 14. d* Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: iure codicillorum, quando poſt reſurrectionem, quaſi firmādo teſtamentum, dixit: Pax vobis. Tertio pax eſt ve- *Ioan. 20. f* ſtigium Dei, & certiſſima ſemita. De qua dicitur: Om- *Prou. 3. c* nes ſemitæ illius pacificæ. Et nota, quòd huiuſmodi viæ diuinæ ſunt tres diætæ, vel ſemitæ, ſcilicet pax interna, quæ dicitur pax pectoris: pax externa, quæ dicitur pax temporis: & pax ſuperna, quæ dicitur pax æ- *Col. 3. c* ternitatis. De diæta pacis internæ dicitur: Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris. De diæta pacis æternæ *Rom. 12. d* dicitur: Si fieri poteſt quantum ex vobis eſt cum omnibus pacem habentes. De diæta pacis ſupernæ dici- *Iſa. 32.* tur: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.

Vnde nota tria pacis ſubſidia, & ad pacem ducentia, vel inducentia, ſcilicet conformitas, humilitas, &

A tranquillitas. Conformitas cum Deo, humilitas cum proximo, & tranquillitas in ſeipſo. Primo ergo iuuat ad pacem habendam, conformitas voluntatis noſtræ ad voluntatem diuinam. Sicut enim ſemper eſt in guerra, qui nititur regi reſiſtere, cui nō poteſt aliquatenus præualere: ſic continua pace gaudet, qui voluntatem ſuam voluntati diuinæ conformare ſtudet, cui nihil valet reſiſtere. Ideo dicitur: Quis reſtitit ei, & *Iob 9. b* pacem habuit? quaſi diceret, nullus. Secundo iuuat ad pacem habendam, cum quis habet veram humilitatem. Nam vulgo dicitur, duo groſſi in vno ſacco non poſſunt bene capi. & per contrarium humilitas facit B mentes modicas, & graciles, & per conſequens ad inuicem capaces. Vnde dicit Apoſtolus: Soliciti ſerua- *Eph. 4. a* re vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Tertio iuuat bonum pacis tranquillitas mentis. Sicut in lecto ſpinoſo nullus poteſt bene pauſare: ſic cor inquietum non poteſt veram pacem habere. Et econuerſo ſicut homo bene pauſat in molli culcitra: ſic Deus quieſcit in mente tranquilla. Vnde dicitur: In pace in idipſum dor- *Pſal. 4. b* miam, & requieſcam. Et rurſus: In pace factus eſt *Pſal. 75. a* locus eius. Et iterum: Manſueti hereditabunt terram. *Pſal. 30. b* Et ibidem in multis locis patet.

Tertio notanda ſunt pacis contraria. Vnde nota, C quòd triplex eſt pax mala, quæ eſt veræ paci contraria ſcilicet pax inquinata, pax ſimulata, & pax inordinata. Primo ergo, eſt veræ paci contraria pax inquinata, & dicitur pax inquinata, quando corda ſunt ad malum concordia, talem pacem habuit Pilatus cum Herode. Qui cum eſſent ante inimici facti ſunt in morte Chriſti amici, vt dicitur in Luca. De tali pace dicitur: Ze- *Luc. 23. b* laui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Secun- *Pſal. 72. a* do eſt veræ paci aduerſa pax ſimulata, qualis fuit ſimulatoris Iudæ, qui oſculatus eſt Chriſtum in ſignum pacis, & tradidit ipſum Iudæis, vt dicitur in Matthæo. *Mat. 26. e* De tali pace dicitur: Qui loquuntur pacem cum pro- *Pſal. 27. b* D ximo ſuo, mala autem in cordibus eorum. Tertio & vltimo, eſt pax inordinata, quando maior obedit minori, vt prælatus inferiori, vel ratio ſenſualitati: talis pax eſt deterior, quàm guerra. Talem pacem habuit Adam cum Eua vxore ſua, qui obediuit vxori ſuæ, quæ erat ſibi potius ad obediendum, & ad regendum commiſſa. Noluit enim contriſtare delicias ſuas, vt dicit magiſter hiſtoriarum. De tali pace dicit Saluator: Nō *Matt. 10. d* veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Item nota, quòd quadruplex bellum in ſcriptura diſtinguitur, quod paci aduerſatur, & per pacem ſedatur. Bellum enim eſt inter carnem & ſpiritum, quod pacificat pœ- E nitentia. Bellum eſt inter hominem & Deum, quod pacificat iuſtitia. Bellum etiam fuit inter hominem & Angelum, quòd pacificauit filij incarnatio benedicta. Et bellum eſt inter hominē & proximum ſuum, quod pacificat patientia. Et quia pax eſt ita fructuoſa & neceſſaria, ideo ad eam obtinendā, docet nos orare Propheta, dicens: Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem. *Pſal. 121. b*

De patientia. Cap. VII.

DE patientia, quæ eſt octaua & vltima beatitudo notanda ſunt ſpecialiter quattuor, ſcilicet patien- F tiæ teſtimonia, patientiæ beneficia, patientiæ exercitia, & patientiæ adiutoria.

CIRCA patientiæ igitur teſtimonia, & laudes eius, primo ſunt tria notanda, ſcilicet quia eſt prudentiſſima, ſtrenuiſſima, & nobiliſſima. Prudentiſſima ad regendum: ſtrenuiſſima, ad bellandum: & nobiliſſima, ad regnandum. Primo igitur patientia eſt ad regendum prudentiſſima. Et nota, quòd in tribus pa- *Patientia prudētis in tribus cernitur.* tet hominis patientia prudentis, ſcilicet acquirendo, conſeruādo, & multiplicādo. Prudēs enim facit ſoluere omnia debita ſua de his, quę nihil videtur valere, ſcilicet de malis pœnæ, quæ ſuſtinet, vt Deus remittat ſibi debitū culpæ, & ſoluēdo nihil expēdit de ſuo, immo

de his, quæ accepit ab initio, ſicut de opprobrijs & con-
tumelijs, ſoluit quæcumque & quidquid debet Deo,
& cum alienis ſe retinendo, ſcit acquirere gratiam in
Iob 37. d præſenti & gloriã in futuro. Et ideo dicitur: Ab Aqui-
lone aurum venit, quod patiens acquirit in tribulatio-
ne. Item patientis prudentia patet in conſeruando:
quia cum perdit bona temporalia, retinet & claudit
bona ſpiritualia. Econtrario facit qui patientiam non
habet: qui cum amittit bona exteriora, effundit æter-
na, & bona interiora, & ſic auget capitale diaboli, re-
ſpondendo ad verba, & ad contumelias inimici, & aſ-
ſociat hoſtem ſuum, ne forte vadat ſolus in infernum.
Male igitur, qui impatiens eſt, cuſtodit diuitias ſuas,
qui cum aliquid perdit, etiam reſiduum effundit. Ideo
Prou. 19. c dicitur: Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. Pru-
dentia etiam patientis patet in multiplicãdo: quia ſpu-
ta & opprobria ſcit mutare in aurum & argentum, &
lapides pretioſos. Ipſe enim ad modũ vrſi verberibus
impinguatur, & inſtar ſalamandiæ, igne tribulationis
fouetur. Et ſicut aſinus pungitiuis paſcitur, ſicut ſtru-
thio comedit ferrũ & omnia dura, ſicut piſcis marinus
creſcit in aqua ſalſa & amara, id eſt tribulationibus &
paſſionibus & tantam ſcit in negotio habere induſtriã,
vt per hoſtes ſuos faciat ſibi fabricare coronam, dicen-
Pſal. 128. a te Pſalmo: Supra dorſum meum fabricauerunt pec-
catores. Magna eſt igitur prudentia patientis, quòd
tam prudenter ſcit acquirere, conſeruare, & multipli-
care bona ſua.

Secundo patientia eſt ad bellandum ſtrenuiſſima,
Patiẽtis ſtre- quia ait Sapiens: Melior eſt patiens viro forti. Et no-
nuitas in tri- ta, quòd ſtrenuitas patientis patet in tribus, ſcilicet ſi
bus apparet attendas pugnantis animum, pugnandi modum, & pu-
gnandi ſcutum. Primo ergo patiẽs habet animum val-
de ſtrenuum, quia plus vult pugnare, quàm pauſare.
Glorioſius & generoſius eſt militi, ſtare in bello, quàm
in balneo: eſſe in campo cum rege, quàm in lecto cum
muliere: certare in pugna, quàm delectari in menſa:
& portare arma regis, quàm fimbrias mulieris. Vn-
Gal. 6. d de dicit Apoſtolus: Ego enim ſtigmata Domini Ieſu
in corpore meo porto. Secundo patiens habet in pu-
gnando modum valde ſtrenuum. Ipſe enim ſine fu-
ga euadit, ſine ictu teli recedit, ſine repercuſſione vin-
cit, & adeo eſt in pugnando ſtrenuus, quòd contra ho-
ſtem non leuat feſtucam de terra, vt ait Pſalmiſta:
Pſal 75. a Confregit potentias, arcum ſcutum, gladium, & bellũ.
Tertio patiens in pugna habet nobiliſſimum ſcutum.
Patientis Et nota, quòd ſcutum patientiæ debet eſſe triãgulum.
ſcutũ quale In inferiori enim angulo debet eſſe timor ſupplicij: in
eſſe debeat. dextro amor proximi: in ſiniſtro paſſio Chriſti, iux-
Thren. 3. g ta illud: Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. Et iux-
1. Pet. 4 a ta illud: Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadem co-
gitatione armamini. Et hoc ſcutum ſuſtinet omnia te-
la, & ſpecialiter tria, ſcilicet damnum rerum, mole-
ſtias corporum, & contumelias verborum. Cum hoc
ſcuto homo ſe conformat voluntati Domini, corre-
ctiones eius ſuſtinendo: vincit diabolum, eius tenta-
tiones euadendo: ſanctificat ſemetipſum, carnis affli-
ctiones, & paſſiones corporis tolerando. De ſtrenui-
Hebr. 12. a tate patientis dicit Apoſtolus: Per patientiam curra-
mus ad propoſitum nobis terminum.

Tertio patientia eſt ad regnãdum nobiliſſima quia
Mat. 5. a dicitur: Beati, qui perſecutionem patiuntur propter
iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et
Homo paci- nota, quòd homo pacificus poteſt dici rex præcipue
ficus pro- propter tria, ſcilicet quia regali dominio omnibus do-
pter tria di- minatur, quia ad regale prandium inuitatur, & quia
ci poteſt. ſibi regale ferculum miniſtratur. Primo enim homo
patiens rex dicitur, quia habet regale dominium in
omnibus. Nam patienti ſeruiunt omnia, quæ alijs ſunt
nociua, vt ſterilitas agrorum quæ implet ſibi cellariũ:
hoſtes fabricant ſibi coronam: febres parant, & medi-
cinam: mors aperit ſibi carcerem ad euadendum mi-
ſeriam: ignis, qui domos incendit alijs, ſibi confert

A pabulum, vel conſtituit in cælis palatium. & ſic veri-
ficatur illud Apoſtoli: Scimus quoniam diligentibus Rom. 8. e
Deum omnia cooperantur in bonum.

Secundo patiẽs inuitatur a Deo ad regale prandiũ:
& non ſolum inuitatur, ſed etiam trahitur: nec ſolum
trahitur, immo veſtis eius vt veniat, laceratur. Vnde
nota, quòd triplex, eſt ſignum, quòd inuitans ex cor-
de inuitet amicum, ſcilicet trahendo, vocando, & rum-
pendo. Magnum ſignum eſt, quando efficaciter eum
inuitat, ſiue vocat per prædicatoris verbum, alios per
tactum inſpirationis, ſed patientes, quos ſumme dili-
git, per rupturam tribulationis. Vnde dicit: Compel- Luc. 14. e
le eos intrare, ſcilicet patientes vocando, trahendo, &
B rumpendo.

Tertio patienti miniſtratur regale prandium, vel
ferculum. Talia namque fercula guſtauit Chriſtus, qui
eſt rex regum, ſcilicet tribulationes, perſecutiones, per-
iuria, paupertates, dolores, & paſſionem, & mortem.
Vnde dicit filijs Zebedæi: Poteſtis bibere calicem quẽ Matt. 20. c
ego bibiturus ſum? &c. Et ſicut magna incurialitas re-
putatur, cum quis reſpuit ſcyphum, quem rex mittit
ad bibendum poſt ipſum: ſic magna ingratitudo eſt,
calicem tribulationis reſpuere, quem amore noſtri,
Chriſtus voluit primo guſtare, immo ſicut vinum,
quod de ſe eſt forte & durum, tranſeundo per gario-
C philos, & ſpecies aromaticas, efficitur nectar dulciſſi-
mum: ſic tribulationes mundi dulceſcunt, ſi per me-
moriam paſſionis Chriſti tranſeant. Vnde dicit ſpon-
ſa: Dabo tibi poculum ex vino condito. Vinum con- Cant. 8. a
ditum ad litteram dicitur nectar, & ſignificat vinum
mundanæ tribulationis, conditum dulciter, dulci me-
moria paſſionis Chriſti, quod nobis concedat ipſe Dei
filius, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen.

DIÆTÆ SALVTIS.

D
TITVLVS OCTAVVS.

De duodecim fructibus Spiritus.

TITVLI HVIVS CAPITA.

De gaudio ſpirituali.	*Cap. I.*
De longanimitate.	*Cap. II.*
De benignitate.	*Cap. III.*
De manſuetudine.	*Cap. IV.*
De fide.	*Cap. V.*
De modeſtia.	*Cap. VI.*
De continentia.	*Cap. VII.*
De caſtitate.	*Cap. VIII.*

E

De gaudio ſpirituali. Cap. I.

POST tractatum de beatitudinibus:
Sequitur tractatus de fructibus ſpi-
F ritus, & iſta eſt octaua diæta ſalutis,
ſcilicet a beatitudinibus ad fructus
ſpiritus peruenire. Quia beatitudi-
nes faciunt operari, vel ambulare
ſimpliciter & perfecte: fructus au-
tem ſuauiter, & delicioſe. Sunt iſti fructus ſpiritus
duodecim. Quos enumerat Apoſtolus: Fructus autem Gal. 5. d
ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, longa-
nimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, mo-
deſtia, continentia, & caſtitas. Primo igitur inter
iſtos fructus, dicendum eſſet de charitate: ſed quia in
tractatu de virtutibus, de ipſa dictum eſt: ideo hic ni- Sup. tit. 1.
hil ad præſens eſt dicendum. c. 8.

Se-

Secundo loco poſt fructum charitatis, dicendum eſt A
de fructu gaudij ſpiritualis. De quo dicenda ſunt
pauca, & ſpecialiter tria. Primo qualiter ſpirituale
gaudium eſt a mundi gaudio ſeparatum. Secundo qua-
liter eſt a cæli gaudio deriuatum. Tertiò qualiter eſt a
cæleſti gaudio pigmentatum.

Quattuor differentiæ inter ſpirituale gaudiū, & mundanum.

PRIMO igitur, gaudium ſpirituale eſt a mundi gau-
dio ſeparatum, & diſtinctum. Vnde ſciendum eſt;
quòd quattuor ſunt differentiæ inter ſpirituale gau-
dium & mundanum. Prima differentia eſt puritas &
impuritas. Gaudium enim ſpirituale eſt puriſſimum,
& ideo fortius eſt ad inebriandum, ad diligendum
Deum: ſicut videmus, quòd vinum purum citius ine- B
briat, quàm limphatum. Iſtud vinum ſpiritualis gau-
dij fit de botro Cypri, ideſt de ſanguine Chriſti, ex-
Cant. 1. d
preſſo in crucia torculari, ſicut dicitur: Botrus Cypri
dilectus meus mihi. Gaudium vero mundanum, ſicut
vinum cum aqua mixtum ad inebriandum debiliſſi-
mum, & inſipidum. De quo dicitur: Vinum tuum
Iſa. 1. d.
mixtum eſt aqua. Quia, vt dicit Boetius, Dulcedo
Boet. lib. 2. de conſ. philoſ. proſ. 4. poſt. med.
felicitatis humanæ, multis amaritudinibus eſt reſper-
ſa. Et notandum, quòd gaudium humanum cum duo-
bus eſt ammiatum, ſcilicet cum remorſu conſcientiæ,
& ſolicitudine cruciante. Remorſus conſcientiæ eſt
ſicut infirmitas, quæ dicitur regius morbus, quæ rodit C
carnem, & eſt magnarum expenſarum. Vnde dicitur
regius, quia oportet, quòd ex gallinis, & alijs delicatis
carnibus, morbus ille paſcatur, quæ ſuper locum mor-
bi ponuntur, ne caro totaliter conſumatur. quantum-
cumque tamen caro paſcatur, tamen plus conſumitur,
a morbo, quàm ſuſtentetur, a fomento. Ita in gaudio
mundi, plus cruciat remorſus conſcientiæ quàm dele-
ctet dulcedo iucunditatis tranſitoriæ & mundanæ. Se-
cundum gaudium mundanum eſt mixtum cum ſolici-
Bern. ſer. de conuerſ. ad cleric. c. 22.
tudine cruciante. Solicitudo enim auget cruciatum,
quia, vt dicit Bernardus, Diuitiæ mundanæ cum labo-
re acquiruntur, cum timore poſſidentur, & cum dolo- D
re amittuntur. Vnde verſus:

Diues diuitias non congregat abſque labore.
Non tenet abſque metu, non deſinit abſque dolore.

Secunda differentia ſpiritualis gaudij eſt continui-
tas & diſcontinuitas. Spirituale gaudium eſt continuū
Prou. 15. b
& ſecurum. Vnde dicitur: Secura mens quaſi iuge con-
uiuium. Gaudium vero mundanum eſt breue & tran-
Iob. 20. a
ſitorium, quia vt dicitur: Gaudium hypocritæ inſtar
puncti. Hypocrita dicitur iſte mundus: quia hypocri-
ta licet interius ſit corruptus, exterius tamen apparet
bonus: & mundus, in veritate malus, & fœtidus inte-
rius, exterius tamen eſt floridus & venuſtus. Et ideo E
gaudium eius eſt ſolum quaſi punctus, inſtar puncti,
non habens longitudinem perſeuerantiæ, nec latitudi-
nem amicitiæ, nec profunditatem bonæ conſcientiæ:
ſicut punctus, qui caret longitudine, quam habet li-
nea: & latitudine, quam habet ſuperficies: & profun-
ditate, quam habet corpus. Tertia differentia ſpiritua-
lis gaudij & mundani, eſt dignitas & indignitas. Gau-
dium enim ſpirituale eſt de rebus valde dignis, quia
Phil. 4. a
de Deo præcipue, & de rebus diuinis. Vnde dicit Apo-
ſtolus: Gaudete in Domino ſemper, &c. Gaudium ve-
ro mundi eſt de rebus indignis, & præcipue, ſicut de
Sene. lib. 6. de beneſic. c. 2.
voluptate carnis, de qua dicit Seneca: Voluptas eſt F
membrorum vilium, & turpium miniſtratio, veniens
ex caitu fœtido. Et Auguſtinus dicit, quòd ſæculi læti-
Aug. ſer. 3. de verb. Dom. ſec. Luc. poſt med. to. 10.
tia eſt impunita nequitia, videlicet luxuriari, in ſpecta-
culum vagari, ebrioſitate impinguari, turpitudine fœ-
tere, & mali nihil pati. De quo gaudio turpiſſimo dici-
tur: Stultorū exultatio ignominia. Quarta differentia
ſpiritualis gaudij & mundani, eſt ſalubritas & noxie-
Prou. 3. d
tas. Gaudium enim ſpirituale eſt ſalubre & ſtudioſum
tripliciter, quia facit carnem deſpicere. Fugato enim
ſpiritu deſipit omnis caro, vt ait Auguſtinus. Secundo
Athan. de vita Anton.
facit diabolum vincere quia, vt dicebat S. Antonius:
Vnica ratio vincendi diabolum eſt lætitia ſpiritualis.

A Tertio facit mundum contemnere, quia nemo poteſt Luc. 16. c
duobus dominis ſeruire, vt habetur in Luca. Ideo qui
gaudet de Deo, triſtatur de mundo.

SECVNDO ſpirituale gaudium eſt a cæleſti gaudio
deriuatum, ideſt a donis cæleſtibus. Vnde notandum
eſt, quòd quinque ſunt bona cæleſtia, a quibus eſt ſpi-
rituale gaudium deriuatum ſcilicet ſpiritualis puritas,
ſpiritualis tranquillitas, ſpiritualis ſanitas, ſpiritualis li- Bona cæleſtia, a quibus deriuatur gaudiū ſpirituale, quinq; ſunt.
bertas, & ſpiritualis conformitas. Primum a quo cau-
ſatur ſpirituale gaudium eſt ſpiritualis puritas. Ani-
mus enim generoſus libentius quieſcit in lecto con-
ſcientiæ, quando eſt mundus, quàm quando eſt im-
B mundus. Nam naturaliter homo appetit munditiam,
& abhorret immunditiam. Propterea dicit ſponſa:
Lectulus noſter floridus. Secundum a quo cauſatur
ſpirituale gaudium, eſt ſpiritualis ſanitas. Sicut vide- Cant. 1. d
mus, quòd naturaliter non eſt gaudium, ſi corpus eſt
infirmum. Vnde dicitur: Dulcedo animæ eſt ſanitas
oſſium, id eſt virium animæ. Et alibi: Non eſt cenſus, Prou. 16. c
ſuper cenſum ſalutis corporis: non eſt oblectamen- Eccl. 30. c
tum, ſuper cordis gaudium. Tertium a quo deriuatur
ſpirituale gaudium, eſt ſpiritualis libertas. Peccator
enim eſt ſicut homo captus & ligatus, ad bene operan-
dum ineptus. Vnde dicitur: Iniquitates ſuæ capiunt Prou. 5. d
C impium. Sed adueniente ſpiritu ſancto, libertas cauſa-
tur in anima, iuxta illud Apoſtoli: Vbi ſpiritus Domini, 2. Cor. 3. d
ibi libertas Quartum a quo ſpirituale gaudium cauſa-
tur, eſt ſpiritualis tranquillitas. Itaque in hoc munda-
no gaudio ſunt diuerſarum cogitationum tumultus &
diuerſarum affectionum cruciatus, & conſcientiæ re-
morſus. Quidam vero cruciantur cupiditate in acqui-
rendo. Quidam timore in cuſtodiendo. Quidam do-
lore in amittendo. Iſto gaudio humano, quidam cru-
ciantur ira, quidam inuidia: ſed animus ſpirituali
gaudio plenus quietus eſt, & iucundus, & quaſi qui-
dam lectus molliſſimus. Videmus enim quòd in lecto
D molli, & quieto libentius homo quieſcit, quàm in lecto
ſpinoſo. Iſte eſt lectus floridus, in quo quieſcit ſpon- Cant. 1. d
ſus, & ſponſa, vt dicitur in Canticis. De iſta quiete gau-
dij ſpiritualis dicit Gregorius: Sancti nihil huius mun- Greg. lib. 4.
di appetunt, nullis cordis tumultibus comprimuntur. Mor. c. 28.
Et Auguſtinus dicit, quòd qui biberit de flumine pa- circ. med.
radiſi, cuius vna gutta eſt maior Oceano, reſtat quòd
in eo ſitis huius mundi extincta ſit. Quintū a quo cau-
ſatur ſpirituale gaudium. Eſt ſpiritualis conformitas,
ſcilicet cum voluntate Dei. quia cum voluntas huma-
na, voluntati diuinæ conformatur, nihil ei repugnat, &
ſic voluntas Dei in omnibus impletur, iuxta illud: Om- Pſ. 113. a
E nia quæcumque voluit fecit. Hæc autem maior dile-
ctio, & maius gaudium eſt, quod poſſit eſſe, omnia ad
nutum habere, & nihil ei repugnare. Etiam ignis ge-
hennæ facilis eſſet, ſi voluntas illum acceptaret. Qui
igitur ſunt voluntati diuinæ conformes ſunt quaſi Dij,
ſuæ voluntatis compotentes. Exemplum, de quodam
ſancto patre, qui ſciebat ſtere, quandocūque volebat,

TERTIO, & vltimo ſpirituale gaudium eſt a cæleſti Spirituale gaudium a cæleſti gaudio quomodo pigmentatum ſit.
gaudio pigmentatum: conficitur enim inſtar nectaris,
ſpeciebus cæleſtibus, & gariophilis. Vnde notandum
eſt deuote & diligenter, quòd triplex eſt genus necta-
ris, ſcilicet nectar Dominicæ paſſionis, nectar virtuoſæ
F operationis, & nectar æternæ fruitionis, vel felicita-
tis. Primum eſt nectar Dominicæ paſſionis, quod eſt
dulciſſimum, & animæ deuotæ inebriatiuum. Et no-
tandum, quòd in hoc nectare benedicto, quatuor ap-
ponuntur ſcilicet vinum illud myrrhatum, quo Chri-
ſtus fuit potatus. Pro gariophilis ſunt claui poſiti. qui-
bus Chriſtus fuit confoſſus: pro cynnamomo eſt lignū
crucis, in quo fuit ſuſpenſus. Pro zucaro eſt ibi dul-
ciſſima, charitas & miſericordia, quia pro nobis tra-
ctatus fuit, paſſus & mortuus. De iſto nectare dicit
ſponſa: Dabo tibi poculum ex vino condito. Secundū Cant. 8. a
nectar, eſt virtuoſæ operationis: Habet pro vino chari-
tatem Dei, & proximi: & pro gariophilis, clauos pun-
gitiuos,

De fide. *Cap. V.*

Sup. tit. 5. c. 3.

NOnus fructus eſt fides, de qua dictum eſt in tractatu de virtutibus, in capite de fide. Et ideo nihil aliud eſt hic dicendum, niſi quod fides eſt, ſicut fundamentum ad ſuſtinẽdum, ſicut armatura ad euadendum, ſicut argumentum ad concludendum, & ſicut inſtrumentum ad aſcendendum.

Quattuor ſimilitudines fidei congruentes.

Primo igitur fides eſt ſicut fundamentum ad ſuſtinendum. Sicut enim videmus, quod natura, quando vult producere plantam primo ponit radicem, ſimiliter quando domificator facit domum, primo ponit fundamentum: ſimiliter in moralibus ſi aliquis vellet ædificare bona opera, debet ſupponere fidem: quæ eſt vt petra duriſſima, & totius ſpiritualis ædificij fundamentum. *Matt. 16. c* Et ideo dixit Dominus Petro: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et nota, quod dixit ſuper hanc: *1. Cor. 3. c* quia fundamentum aliud nemo poteſt ponere, niſi illud quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus vt dicitur ad Corinthios. Et ideo ſi quis ædificat, ſuper illud fundamentum, ædificet, quia ait Apoſtolus: *Hebr. 11. b* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

Secundo fides eſt armamentum ad euadendum: eſt enim ſicut ſcutum militare. Scutum autem militare habet ſuperficiem & tres angulos, & portatur a parte ſiniſtra, contra aduerſarium, & a parte cordis ad protegendum ipſum, & ratione ſigni habet repræſentare Deum: ſic vera fides catholica eſt ad repellendum aduerſarium, cum tribus cateruis: ad protegendum animum, cum tribus potentijs: ad confitendum Deum in tribus perſonis. *Ephe. 6. c* Vnde ait Apoſtolus: In omnibus ſumentes ſcutum fidei, &c.

Tertiò fides eſt ſicut argumentum ad concludendum, non ſicut argumentum dialecticum, quod procedit ex probabilibus, aut ſicut argumentum tentatiuum, quod procedit ex his quæ videntur probabilia & non ſunt: ſed eſt argumentum apodicticum, id eſt faciens ſcire. Numquam enim aliquis ſapiens per ſuam ſcientiam potuit peruenire ad tantam ſciẽtiam de Deo & creaturis, ad quantam venit ſimplex piſcator Petrus, *Matt. 16. c* cum dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Vnde per iſtud argumentum, probatur vnitas diuinæ eſſentiæ, trinitas perſonarum, vnitas primæ cauſæ, & multiplicitas creaturarum, pietas miſericordiæ, multiplicitas gratiarum, & multa alia, Chriſtus & eius diſcipuli per illud argumentum demonſtrabant. Nam per iſtud argumentum probatur demonſtratiue illuminatio cæcorum, illuminatio claudorum, auditus ſurdorum, locutio mutorum, erectio ſiue extenſio aridorum, & ſuſcitatio mortuorum. *Ioan. 15. d* Et ideo dicebat Chriſtus: Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et ideo volens Apoſtolus diffinire fidem, ait: *Hebr. 11. a* Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium.

Quartò, fides eſt ſicut inſtrumentum ad ſcandendum. Videmus, enim quòd naturaliter omnis res habet locum proprium ad quem naturaliter tendit per ſuam naturam, ſicut grauia habent locum deorſum, ad quem per naturam grauitatis naturaliter deſcendunt. Leuia autem habent locum ſurſum, ad quem per naturam leuitatis naturaliter aſcendunt. Homo cum ſit omnium creaturarum corporalium nobilior, habet locum ſuper omnia corpora, ad quem locum ante peccatum poterat per gratiam aſcendere, quamuis non poſſet per naturam totaliter. Sed propter peccatum gratia fuit ſibi ablata, & natura totaliter ſauciata: & ideo ad hoc, quòd poſſit ad locum proprium remeare, indiget inſtrumento quodam. Quod inſtrumẽtum nullus per ſuam ſapientiam, vel vitam potuit fabricare præter Chriſtum: *Pſal. 33. c* qui fabricatus eſt auroram & ſolem. Ideo omnes qui ſaluati ſunt per miniſterium ipſius Chriſti, ſcilicet per fidem ſaluati ſunt. Quæ quidem eſt velut vna ſcala, per quam ad cælum aſcenditur, continens duodecim gradus, ideſt, duodecim articulos per Apoſtolos declaratos, iuxta numerum, duodecim cælorum, incipiendo ex aere qui cælum dicitur vſque ad cælum empyreum, in quo duodenarius numerus terminatur. Latera autem iſtius ſcalæ ſunt diuinitas, & humanitas. Iſta autem ſcala fuit per Chriſtum Deum & hominem fabricata, ſed nobis fuit per duodecim Apoſtolos reuelata. Iſta eſt ſcala, quam vidit Iacob Patriarcha, cuius cacumen pertingebat ad cælum, cui etiam Dominus erat innixus, per quam aſcendebant Angeli, & deſcendebant. *Gen. 28. c* De iſta ſcala dicit Auguſtinus in ſermone aſcenſionis: *Aug. Ser. 2. in Aſcenſ. Dom. ſtatima prin. to. 10.* Aſcendamus interim corde, ideſt fide, vt cum dies promiſſus aduenerit, ſequamur, & corpore.

De modeſtia. *Cap. VI.*

Sup. tit. 3. c. 6.

DEcimus fructus eſt modeſtia. De iſto fructu in tractatu de temperantia dictum eſt, & ideo ad præſens nihil eſt dicendum.

De continentia. *Cap. VII.*

Sup. tit. 4. c. 4.

VNdecimus fructus eſt continentia. De iſto fructu in tractatu de conſilijs, in capitulo de caſtitate, ſimiliter dictum eſt.

De caſtitate. *Cap. VIII.*

Sup. tit. 4. c. 4.

DVodecimus fructus eſt caſtitas. De iſto fructu ſimiliter in tractatu de conſilijs dictum eſt in capitulo de caſtitate. Et ideo non eſt amplius dicendum.

DIÆTÆ SALVTIS

TITVLVS NONVS.

De generali iudicio.

De his quæ ante ipſum, & in ipſo iudicio agentur. Cap. Vnicum.

POST tractatum de fructibus ſpiritusſancti, de generali & vltimo iudicio eſt dicendum. Iſta eſt octaua diæta, ſcilicet a fructibus bonorum operum, venire ad iudicium extremum. De generali iudicio quattuor ſpecialiter ſunt notanda ſcilicet ſigna quæ præmittentur, ſcripta quæ aperientur, verba quæ dicentur, & facta quæ ſequentur. Signa quæ præmittentur, erunt ſicut quædam peremptoria citatio. Scripta ſcilicet libri quæ aperientur, erunt ſicut quædam acta, & proceſſus recitatio, & teſtium publicatio. Verba quæ dicentur erunt ſicut quædam ſententiæ promulgatio. Facta quæ ſequentur erunt ſicut quædam latæ, & promulgatæ ſententiæ executio.

Signa iudicij vniuerſale præcedentia. *Mar. 13. a*

PRIMO igitur præcedent illud iudicium, vt dicitur in Marco, ſigna ſicut quædã citatio peremptoria, quæ ſigna dicit Hieronymus ſe reperiſſe in hiſtorijs Hebræorum. Prima die eriget ſe mare quindecim cubitis ſuper altitudinem montium, ſtans in loco ſuo quaſi murus. Secunda die deſcendet, ita quòd vix poterit videri. Tertia die, piſces & marinæ beluæ apparentes ſuper mare, dabunt mugitus vſque ad cælum. Quarta die, ardebit mare & aqua. Quinta die, herbæ & arbores dabunt florem ſanguineum. Sexta die, ruent ædificia. Septima die, petræ adinuicem collidentur, & in octo partes ſcindendentur, & vnaquæque pars collidet aliam, & non ſciet homo ſonum illum, ſed tantum Deus. Octauo die, fiet generalis terræ motus, qui tantus erit, vt dicitur, quòd nullus homo,

vel

vel animal aliquod ſtare poterit, & in terram omnia proſternentur. Nona die, æquabitur tota terra & omnes montes, & colles in puluerem redigentur. Decima die, exibunt homines de cauernis terræ & ibi velut amentes, nec poterunt ſibi mutuo loqui. Vndecima die reſurgent omnia oſſa mortuorum, & ſtabunt ſuper ſepulchra. Omnia enim ſepulchra aperientur, vt mortui exire valeant. Duodecima die, cadent ſtellæ de cælo. In hac enim duodecima die dicitur, quod animalia cuncta venient ad campos mugientia, non guſtantia, nec bibentia. Tertiadecima die, morientur homines viuentes, vt cum mortuis reſurgant. Quartadecima die, ardebit cælum & terra, & ſuperficies terræ & aeris. Quintadecima die fiet cælum nouum, & terra noua, & reſurgent mortui ſecundum virtutes, merita & demerita. Iſta enim ſigna erunt, ſicut dictum eſt, quædam peremptoria citatio, & terribilis cum executione ſententiæ ſine omni excuſatione ad iudicium vocatio & præconizatio. Vnde dicit

1.Theſ.4.d Apoſtolus: Ipſe Dominus in iuſſu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo. De iſta terribili citatione dicit Hieronymus: Siue bibam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper videtur ſonare illa terribilis tuba in auribus meis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Quid faciam cum reſurgam ad iudicium?

In iudicio tria ſcripta aperientur. SECVNDO in illo iudicio tremendo aperiuntur ſcripta, ſicut quædam acta. Et nota, quod ibi aperiuntur tria ſcripta ſolemnia, & authentica, & ſine omni calumnia, ſcilicet liber paſſionis Dominicæ, liber conſcientiæ, liber vitæ. Primo aperientur quaſi quædam acta, ſcilicet liber paſsionis Dominicæ, in quo ſunt, ſcilicet crux, claui, lancea, corona ſpinea, & in carne Chriſti cicatrices, & Chriſti vulnera, vt dicit Chryſoſtomus & non erit tunc neceſſitas accuſationis, cum viderit quilibet crucem, & ipſum Chriſtum habentem in corpore ſua teſtimonia paſſionis. Vnde dicitur:

Matt.24.c Tunc apparebit ſilius hominis in cælo. Secundo aperientur libri conſcientiæ. Et nota, quod liber conſcientiarum continebit tria capitula, ſcilicet cogita-

Sap.5.c tiones, quia vt dicitur: In cogitationibus impij interrogatio erit. Continebit etiam verba & locutiones

Matt.12.c otioſas. Vnde dicitur: De omni verbo otioſo quod locutus fuerit homo, reddet rationem in die iudicij. Continebit etiam liber ille facta & operationes, iuxta illud: Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicio,

Eccl.12.d pro omni errato, ſiue bonum, ſiue malum ſit. Bonum, ſcilicet omiſſum, & malum commiſſum. Tertio aperietur liber vitæ, id eſt Chriſtus cuius virtute manifeſtabuntur ſecreta conſcientiarum vnius ad alterum,

1.Cor.4.a ſicut dicit Apoſtolus: Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat dies Domini, &c. De iſtis libris di-

Apoc.20.c citur: Iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta ſunt in libro ſecundum opera ipſorum.

Sententia iudicis in die vltima. TERTIO, in illo tremendo iudicio verba iudicia promulgabuntur, ſicut ſententia diffinitiua. Vnde nota in iſta ſententia ſpecialiter tria. Primo, cauſæ magnitudinem ſiue immenſitatem, de qua erit illa ſententia: quia non erit pecuniæ, vel poſſeſſionis terrenæ, ſed damnationis, vel ſaluationis æternæ. Illi vero qui obtinebunt, mutabuntur ad poſſeſſionem he-

Matt.25.d reditatis, quia dicitur: Et ibunt hi in ſupplicium æternum, illi vero in vitam æternam. Secundo, nota in iſto iudicio auditorum multitudinem, vel curiæ ſolemnitatem, in cuius conſpectu reprobi confundantur: totus enim mundus congregabitur, omnes Angeli de cælo, omnes homines de mundo, omnes diaboli de inferno, vt dicitur: Congregabuntur ante eum

Mat.24.d omnes gentes. Et ideo eſt bonum conſilium cum homine, qui de iure ſuo diffidit ante diem ſententiæ periculoſæ coram ſacerdote de compoſitione tractare.

Eccli.18.c Vnde dicit ſapiens: Ante iudicium, para iuſtitiam. Tertio, in illo iudicio tam tremendo, vel ſententia tremenda iudicis, nota ſeueritatem, vel inflexibilitatem.

Malac.3. Vnde dicitur: Et quis poterit cogitare diem aduentus

A eius, aut quis ſtabit ad videndum eum? Tanta namque erit tunc iudicis ſeueritas, & inflexibilitas, quod ſi beata Virgo, & omnes Angeli, & ſancti, & ſanctæ genua flecterent, & cum lacrymis orarent pro aliquo qui eſſet in mortali peccato, iudex non exaudiret eos, quia dicitur: Zelus & furor viri non parcet in die iudicij, nec acquieſcet cuiuſcumque precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. Prou.6.d

QVARTO, & vltimo, in iſto tremendo iudicio facta ſtatim executioni dabuntur. De executione illius ſententiæ nota ſpecialiter tria. Primo multitudinem, & potentiam miniſtrorum, qui parati erunt ad verbum Executio ſententiæ finalis iudicij.

B iudicis exequendű, quia dicitur: In conſummatione ſæculi exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Secundo, in iſta executione nota impotentiam & anguſtiam reproborum, quia nulla erit via ad euadendum. Vnde dicit Auguſtinus: O quàm anguſtæ erunt vndique reproborum viæ. Superius erit tunc Iudex iratus, inferius chaos inferni horrendum: a dextris accuſantia peccata, a ſiniſtris infinita dæmonia ad ſupplicium trahẽtia: intus conſcientia vrens, foris mundus ardens: miſer peccator ſic deprehenſus quo effugiet? latere erit impoſſibile, appa- Matt.13.g

C rere intolerabile, & ideo dicitur, quod deſiderabunt homines mortem, & fugiet mors ab eis. Tertio nota in iſta executione defectum, & carentiam omnium auxiliorum. Tunc enim Chriſtus, qui tantum miſericors eſt, quòd pro peccatoribus tradidit ſemetipſum, ridebit in damnatione eorum, in cuius perſona dicitur: Ego quoque in interitu veſtro ridebo. Sancti etiã, qui ſe pro ſalute omnium morti expoſuerunt, non compatientur tunc miſeriæ reproborum, ſed potius gaudebunt in damnatione eorum, iuxta illud: Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam, &c. Sicut enim nunc eſt tempus clementiæ, ſic erit tunc tempus vltionis, Apoc.9.b Prou.1.g Pſal.57.b

D & vindictæ, dicente Domino: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Et hæc de iudicio vltimo dicta ſufficiant. Pſal.74.a

DIÆTÆ SALVTIS.

TITVLVS DECIMVS.

De pœnis inferni, atque gloria paradiſi.

E

TITVLI HVIVS CAPITA.

De pœnis inferni. Cap. I.
De gloria Paradiſi. Cap. II.
De duodecim fructibus crucis & paſsionis, Chriſti Domini. Cap. III.
De duodecim fructibus gloriæ immortalis. Cap. IV.
De amœnitate, & pulcherrima ſtructura ſupernæ ciuitatis Hieruſalem. Cap. V.
De iucundiſsima ſocietate, & tripudio caleſtis ciuitatis Hieruſalem. Cap. VI.

F

De pœnis inferni. Cap. I.

POST tractatum generalis iudicij, ſequitur videre de pœnis inferni, & gloria paradiſi. Iſta eſt enim vltima diæta, ſcilicet a iudicio ad infernum, vel ad cælum. Nam reprobi faciunt peſſimam diætam de iudicio ad æternum ſupplicium. Iuſti verò faciunt optimam diætam a iudicio ad regnum æternum. De pœnis reproborũ quinque notanda ſunt.

PRIMO igitur, dicendum eſt de pœnis, & ſupplicijs

reproborum

reproborum: de quibus notanda ſunt quinque, ſcilicet primo pœnarum acerbitas, ſecundo pœnarum diuerſitas, tertio pœnarum diuturnitas, quarto pœnarum vniuerſitas, quinto pœnarum inutilitas.

Acerbitas æterni cruciatus. *Epiſt. 206. apud Aug. to. 4.* *Luc. 13. f*

PRIMO igitur pœnæ reproborum erunt acerbiſſimæ, & intolerabiles. Grauiſſima enim pœna, quæ in hoc mundo poteſt tolerari, minor eſt pœna purgatorij, vt dicit Auguſtinus in quodam ſermone: quanto magis pœna inferni? In ſignum huius vehementis doloris dicit Saluator in Euangelio: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Diuerſitas pœnarum inferni. *Iſa. 66. g* *Pſal. 10. b* *Iob. 24. c* *Iſa. 65. b* *Luc. 16. e* *Greg. hom. 39. in Euangel. ante med.* *Idem lib. 6. Mor. c. 16. haud a principio.* *Mar. 18. a* *Iob. 10. d*

SECVNDO, pœnæ inferni erũt diuerſæ, vnde nota, quòd in ſacra ſcriptura inueniuntur nouem pœnæ. B Prima eſt pœna ignis. Secunda pœna eſt vermis. Ignis ardebit carnem, vermis ardebit mentem. De iſtis duobus ſimul dicitur. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Tertia pœna eſt fœtor, vt dicitur: Ignis ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, id eſt pœnæ eorum. Quarta pœna eſt frigus quia dicitur: Tranſibunt ab aquis niuium, ad calorem nimium, qui erit maxima pœna, mutatio ſubita: quia natura mutationes non patitur repentinas, vt dicit Hypocrates. Quinta pœna erit fames maxima, iuxta illud. Serui mei comedent, & vos eſurietis. Ibi namque eſt tanta inopia, quod neque guttam aquæ poterunt habe- C re, vt legitur de diuite epulone ſepulto in inferno. Vnde Gregorius: Guttam aquæ petijt, qui micam panis Lazaro negauit. Maxima pœna erit fames, quæ ibi erit, & magis immortalis eſt carentia viſionis diuinæ. Vnde Gregorius: Immortalis ibi fames interficit, quia faciem ſuam Saluator eis abſcondit. Sexta pœna eſt tortor, vel potius tortores, quia dicitur: Tradidit eum tortoribus donec redderet vniuerſum debitum. Septima pœna eſt horror. Vnde: Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Et iſta erit maxima pœna, quia videmus ſi nunc appareret nobis vnus ſolus D diabolus, magnus horror, & quaſi intolerabilis eſſet: quid ergo erit tunc cum tot horribiles apparebunt? Octaua pœna erit tenebra, in qua incarcerabuntur, & ligabuntur reprobi, quia dicitur: Ligatis pedibus, & manibus eius, proijcite eum in tenebras exteriores. Et Gregorius dicit in moralibus: Ignis infernalis concremationem habet, & non lucem. Nona pœna, & quaſi principalis erit dolor, quia in illis pœnis, non ſolum erit acerbitas, ſed contrarietas. Vnde dicit Gregorius in moralibus libro nono: Horrendum enim erit reprobis, ibi dolor cum formidine, flamma cum obſcuritate, mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine de- E fectu, quia & mors viuit, & finis ſemper incipit, & defectus deficere neſcit. Mors perimit, & non extinguit, & dolor cruciat, & pauorem non fugat. Et ratio eſt quia cum peccator, & diabolus in culpa conſentiant, iuſtum eſt, vt creaturæ in reproborum pœna conueniant.

Matt. 22. b *Greg. lib. 9. Mor. c. 28.* *Idem lib. 9. Mor. c. 39. circ. med.*

Dolor ineſt dãnatis ex quattuor cauſis. *Pſal. 48. d* *Hiere. 8. g* *Iſa. 65. a*

Et notandum, quòd a diuerſis cauſis, ipſis reprobis ineſt dolor. Sunt autem quattuor cauſæ doloris. Prima eſt, quia amiſerunt bona temporalia huius mundi. Vnde in Pſalmo: Cum interierit homo, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius. Secunda cauſa eſt, quia tempus perdiderunt. Vnde: F Tranſit æſtas, & facta eſt meſſis, & non ſaluati ſumus. Damnati namque darent libenter totum mundum pro vno momento temporis, ſi poſſent habere ad pœnitendum. Tertia cauſa eſt, quia viſionem & gloriam Dei perdiderunt. Vnde dicit Chryſoſtomus, quòd omnes gehennæ cruciatus ſunt carentia viſionis Dei. Quarta cauſa eſt, quia inferni vilitatem & miſeriam acquiſierunt. Eſt enim locus infernalis tenebroſus, & penurioſus. Quod erit maxima pœna diuitibus, & hominibus voluptuoſis & magnatibus, quia in vita habuerunt domos ſine fumo, & ibi erit fumus continuus, quia dicitur: Fumus eius in furore meo. De iſtis pœnis dicit Bernardus in ſermone de negotio ſpirituali: O gehennalis regio fugienda, vbi ignis ardens, A frigus rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, mallei percutientes, tenebræ palpabiles, confuſio peccatorum, innodatio vinculorum, horribiles facies dæmonum. Totus tremo ad huiuſmodi regionis memoriam.

Bern. ſer. de quinque regiõ. poſt med. & ſer. in feſto S. Nicol. circ. fin.

Pœnarum inferni diuturnitas. *Matt. 24. d* *Iſa. 33. c* *Greg. lib. 4. Dial. c. 44. ante med.*

TERTIO eſt ibidem pœnarum diuturnitas. Pœnæ enim infernales erunt diuturnæ, immo ſempiternæ, quia dicitur: Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus ſempiternis? Diſcedite a me maledicti in ignem æternum. Dicit Gregorius, quòd ad magnam iuſtitiam iudicis pertinet, vt numquam careant ſupplicio, qui numquam dum viuerent voluerunt, carere B peccato. Et illud eſt ſumme horrendum in iſta pœna, quòd ſit maxima & æterna. Si enim damnati ſingulis diebus flerent, & in fletu emitterent modicam lacrymam, plus de aqua per proceſſum temporis de oculis vnius damnati exiret, quàm ſit aqua totius mundi. Cuius probatio eſt, quia illa aqua eſt infinita: aqua autem totius mundi eſt finita.

Vniuerſitas pœnarũ in inferno. *Matt. 10. c* *Matt. 13. f* *Luc. 13. f*

QVARTO eſt in inferno pœnarum vniuerſitas. Sunt enim quidam dicere volentes, quòd in inferno vniuerſæ partes hominis, tam corporis, quàm animæ, poſt diem iudicij erunt in igne, quia dicitur: Timete eum, qui poſtquam occiderit, poteſt corpus & ani- C mam perdere in gehennam ignis. Nunc autem videmus, quòd homo non poſſet ſine maximo tormento ignem in parte vnius digiti ſuſtinere per vnam horam: quantus ergo erit dolor quando totus homo ardebit in igne? Vnde in ſignum illius maximi doloris dicit Saluator frequenter in Euangelio: Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.

Pœnæ inferni quomodo inutiles, & infructuoſæ. *Sap. 5. a*

QVINTO & vltimo iſtæ pœnæ infernales erunt inutiles, & infructuoſæ. Pœna enim præſentis vitæ breuis eſt, leuis, & fructuoſa: ſed futura eſt longiſſima, & grauiſſima, & infructuoſa, quia ſi damnatus flendo, tantum de lacrymis emitteret, quantum eſt de D aqua in mari, non ſufficeret ad lauandum maculam vnius peccati mortalis. Erunt tamen intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes, vt dicitur. Et tamen infructuoſe, quia in inferno erit ſtimulus pœnitentis, nulla tamen erit correctio voluntatis. Exemplum de ſancto patre, qui orauit pro diabolo, & reſponſione Domini, & obſtinatione diaboli. Et hæc de pœnis inferni dicta ſufficiant.

De gloria Paradiſi. Cap. II.

E POſt tractatum de pœnis inferni ſequitur vltimo videre de gloria paradiſi. Hæc enim, eſt finis vltimæ diætæ, quia finis eſt omnium deſideriorum. De qua ad præſens tria ſunt dicenda, ſcilicet valor inpretiabilis, decor inæſtimabilis, honor infrangibilis.

Iſa. 64. b *1. Cor. 2. b* *1. Cor. 6. d*

PRIMO igitur iſtius gloriæ cæleſtis eſt valor impretiabilis, quia dicitur: Oculus nõ vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Et illud: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Valor autem iſtius gloriæ cæleſtis attenditur in hoc, quòd ita care Deus vendit eam ſuis amicis. Conſtitit enim Petro martyrium crucis. Paulo conſtitit decollationem capi- F tis. Eſt autem veriſſimum, & certum, quòd Deus non decipiet vnum amicorum ſuorum, & quod plus eſt, ipſe Chriſtus emit gloriam illam pro amicis ſub tormẽto & ignominia crucis. Eſt enim certiſſimum, quòd Deus Pater non decipiet vnigenitum filium ſuum, in emendo illud regnũ. Cum ergo, illud regnum tantum conſtiterit filio Dei & alijs eius amicis, certũ eſt, quòd res maxima eſt & impretiabilis valoris Vnde dicitur: Empti enim eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Eccli. 43. e

SECVNDO, gloria illa cæleſtis eſt decoris inæſtimabilis. Vnde dicitur: Pulchritudinem coloris eius admirabitur ſenſus. Ex duobus poteſt colligi decor illius regni. Primo ex decore rerum naturalium inferiorum,

riorum, quas Deus vult ita decorare ſicut videmus,
quod lilium in hieme apparet vile, & poſtea deco-
Mat. 6.d ratur in vere & æſtate. Vnde dicitur: Conſiderate li-
lia agri, &c. Secundo apparet decor illius gloriæ ex
rebus artificialibus, ſicut videmus, quòd ligna la-
pides & metalla per ſe videntur vilia, & quaſi terrea,
ſed efficiuntur per artificem pulchra & ſplendida;
quando ſunt polita & deaurata. Quantum igitur fa-
ciet ſummus artifex, cuius ſapientia eſt infinita in de-
corandis amicis ſuis beatis in illa cæleſti gloria? Ideo
Mat. 6.d dicitur. Si fenum agri quod hodie eſt, & cras in cli-
banum mittitur, ſic Deus veſter: quanto magis vos
modicæ fidei?

Tertio, gloria cæleſtis eſt honoris inſupera-
bilis. Quod probatur ex quattuor. Primo, quia om-
nes ſancti erunt reges, ſuæ voluntatis omnipotentes:
Anſel. lib. vt dicit Anſelmus. Ideo dicitur: Venite benedicti Pa-
de ſimil. c. tris mei, percipite regnum quod vobis paratum
68. eſt, &c. Secundo, quia omnes erunt filij chariſſimi &
Mat. 25.k heredes Dei, & coheredes Chriſti, vt dicit Paulus.
Rom. 8.c Tertio, quia erunt omnes, quaſi Domini. Chriſtus
etiam in propria perſona honorabit eos, quia dici-
tur: Præcinget ſe ſcilicet Chriſtus, & tranſiens mini-
Luc. 12.e ſtrabit illis, & faciet illos diſcumbere. Sicut filius re-
gis conſueuit in propria perſona ſeruire, quando vult
multum ſuos nobiles honorare. Quarto quia omnes
Pſal. 81.b erunt dij, ſicut dicitur in Pſalmo: Ego dixi dij eſtis & fi-
lij excelſi omnes. Et hoc quia diuinitas erit in ſanctis
& multitudine vel magnitudine dilectionis quæ tranſ-
formæt amantem in amatum, vt dicit philoſophus.
Aug. in 1. Et Auguſtinus dicit: Vnuſquiſque talis eſt, quale eſt
cā. Ioā. ho. dilectum. Si autem terram diligis terra es, ſi autem
2. in ſi. to. 9. Deum diligis, quid dicam Deus eris, non audeo di-
cere ex me, ſed per ſcripturam quæ dicit: Ego dixi
Pſal. 81.b dij eſtis, & filij excelſi omnes.

Item in illa cæleſti curia conſidero alia tria, ſci-
licet locum ſumme glorioſum, ſertum ſumme ſpecio-
ſum, & fructum ſumme ſpecioſum. Primo igitur in
illo cæleſti regno erit locus ſumme glorioſus, quia qui-
libet ſanctus erit in loco, in quo eſt ipſe Dei filius, quia
Ioan. 12.d dicitur: Vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit.
Secundo in illo cæleſti regno eſt ſertum ſpecioſum,
vel corona, quia dicitur in Pſalmo. De quolibet ſan-
Pſal. 20.a cto: Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretio-
ſo. Iſte lapis eſt margarita illa, quam qui inuenit, ven-
Mat. 13.f dit omnia, & emit eam, vt dicit Matthæus.

Corona Sāctorum duplex. Et nota, quòd duplex eſt corona ſanctorum, ſcilicet
aurea & aureola. Aurea dicitur præmium ſubſtantiale,
quod conſiſtit in tribus, ſcilicet in viſione Dei clariſſi-
ma, in fruitione ſuauiſſima, & in intentione ſecuriſſi-
ma, de qua dicitur: Corona aurea ſuper mitram eius,
Eccl. 45. quæ eſt ornatus Pontificum. Quia omnes ſancti non
ſolum erunt reges omnipotentes ſuæ voluntatis, ſed
etiam erunt ſacerdotes, & Pontifices, offerentes Deo
Apoc. 5. ſemper ſacrificium laudis. Et ideo dicitur: Feciſti nos
Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Alia corona dicitur
aureola, ideſt coronula parua, & iſta aureola ſecundum
doctores dicitur, quædam gloria accidentalis, quæ de-
betur ſanctis, ratione operis excellentis. Datur enim
tribus generibus operum. Datur enim virginibus, &
hæc eſt florea. Datur martyribus & hæc eſt gemmea.
Doctoribus & hæc eſt ſtellata. Aureola florea datur
virginibus, quia honore virginitatis floruerunt. Vnde
dicitur in pſalmo de virgine virginum Chriſto, & agno
Pſal. 8.b quem virgines ſequuntur: Gloria & honore coronaſti
eum. Aureola gemmea datur martyribus, quia inſtar
lapidis fortiſſimi & pretioſi fuerunt. Vnde dicitur:
Pſal. 20.a Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Au-
reola ſtellata doctoribus, quia cæleſtia docuerunt.
Dan. 12.b Vnde dicitur: Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplen-
dor firmamenti. Et qui ad iuſtitiam erudierunt mul-
tos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et de mulie-
Apoc. 12.a re glorioſa dicitur: Quod erat amicta ſole, & luna ſub
pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duo-

A decim. Mulier amicta ſole eſt anima doctoris iuſti-
tiæ, & ſapientiæ diuinæ, quæ per pedes ſignantur,
habent plenam puritatem, quæ per lunam intelligitur,
quæ eſt valde humida. Corona ſtellarum ſignificat
aureolam doctorum. Vnde & erant ſtellæ duodecim
in corona, quia duodenarius numerus abundans eſt, in
quo intelligitur, quòd doctrina ſacræ ſcripturæ eſt
abundātiſſima omnis iuſtitiæ, ſicut fuit doctrina Chri-
ſti, qui fuit doctor doctorum, de cuius doctrina dici-
tur: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcriba- *Matt. 5.c*
rum, & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælo-
rum. Peccatores autem, & reprobi, qui munditia
B caſtitatis abundant, vt virgines: nec fortes, nec perſe-
uerantes fuerunt in amore Chriſti, ſicut martyres: nec
veritatem portauerunt in ore, vt doctores, aureolam
non habent. Et quia gratiam Dei hic non habuerunt,
idcirco auream gloriam ſubſtantialis præmij non
habebunt. Et ſi omni corona aurea & aureola care-
bunt, quid aliud erit, niſi quod pro loco coronæ æter-
næ felicitatis, coronabuntur corona æternæ calamita-
tis, iuxta illud quod dicitur: Coronans coronabit te *Iſa. 22.e*
tribulatione. Tertio in illa cæleſti gloria benedicta,
erunt fructus optimi & vberrimi. Vnde nota, quòd
in ſacra ſcriptura inueniuntur tres fructus differen-
C tiæ, ſcilicet fructus crucis triumphalis, fructus gratiæ
ſpiritualis & fructus gloriæ immortalis, & quilibet eſt
in quadruplici numero.

De duodecim fructibus crucis & paſſionis Chriſti Domini. Cap. III.

PRimo igitur ſunt duodecim fructus crucis, & paſ-
ſionis Chriſti. Primus fructus, eſt dæmonum
expugnatio, quia abſtulit eis totum mundi principa-
tum. Iuxta illud, quod dicitur: Nunc principes mun- *Ioan. 12.e*
di huius eijcientur foras. Secundus fructus, eſt carce-
D ris inferni confractio. Vnde Pſalmiſta: Attollite por- *Pſal. 23.b*
tas principes veſtras, & eleuamini &c. Tertius fructus,
eſt mortuorum, & peccatorum ſuſcitatio, nam dicitur:
Sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chriſto om- *1. Cor. 15.c*
nes viuificabuntur. Quartus fructus, eſt captiuorum
redemptio, dicente Paulo: Empti enim eſtis pretio *1. Cor. 6.d*
magno, glorificate. &c. Quintus fructus eſt, inquinato-
rum mundatio: Dilexit enim nos, & lauit nos in ſan- *Apoc. 1.b*
guine ſuo. Sextus fructus, eſt cæcorum illuminatio.
Vnde dicitur: Tunc aperientur oculi cæcorum. Septi- *Iſa. 35.b*
mus fructus, eſt tepidorū & frigidorū calefactio. Vn-
de dicitur: Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. *Pſal. 18.b*
E Octauus fructus, eſt deformium, & turpium deco-
ratio. Vnde in Pſalmo dicitur: Aſperges me Domine *Pſal. 50.b*
hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem
dealbabor. Nonus fructus eſt ſitibundorum, vel ſi-
tientium potatio, & recreatio: Sanguis meus vere eſt *Io. 6.b*
potus. Decimus fructus, eſt Patris placatio, vnde dici-
tur: Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius cla- *Hebr. 12.e*
mantem quàm Abel clamauit vindictam. Iuxta quod
dicitur: Ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad *Gen. 4.b*
me de terra ſcilicet iuſtitiam & vindictam peccati,
ſed ſanguis Chriſti clamauit melius, ſcilicet miſeri-
cordiam, quia peccatores Deo patri reconciliauit.
F Vndecimus fructus, eſt ianuæ paradiſi apertio. Vnde
dicitur: Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta
cæli, quæ ſcilicet facta eſt aperta in apertione lateris
Chriſti. Eodem namque tempore aperta eſt porta pa-
radiſi, Domino ſcilicet moriente, quæ clauſa fuerat
Adam præuaricante in hora nona. Duodecimus fru-
ctus, eſt hereditatis cæli acquiſitio & confirmatio,
quia vt dicitur: Hic eſt ſanguis noui teſtamenti. In *Mat. 26.c*
veteri teſtamento ſanguine conferebantur terrena:
in ſanguine autem noui teſtamenti, ideſt paſſionis,
confertur hereditas æterna. De iſto fructu multipli-
ci dicitur in pſalmo: Et erit, ſcilicet crux Chriſti, *Pſal. 1.a*
tamquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus
aquarum, id eſt gratiarum abundantiam, quæ ſine
menſura

Pſal.1.a nienſura fuerunt in Chriſto, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, id eſt in tempore mortis ſuæ ſacratiſſimæ & benedictæ. Secundo ſunt duodecim fructus
Gal.5.d granę ſpiritualis, de quibus dicitur: Fructus autem ſpiritus ſunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Et de iſtis duodecim fructibus dictum eſt ſuperius in tractatu de fructibus Spiritusſancti Titulo octauo, ideo nihil ad præſens addemus.

De duodecim fructibus gloriæ immortalis.
Cap. IIII.

TERTIO ſunt duodecim fructus gloriæ immortalis: Primus fructus, eſt ſanitas abſque infirmita-
Pſ. 102. a te: Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Secundus fructus, eſt iuuentus ſine ſenectute. Vnde in Pſalmo dici-
Ibidem. tur: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, id eſt Chriſti, quia in ætate Chriſti triginta triũ annorũ ſemper ma-
Epheſ. 4.b nebunt ſancti, vt dicit Apoſtolus: Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Tertius fructus, eſt ſatietas ſine faſti-
Pſal.16.c dio. vnde ait Pſalmiſta: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quartus eſt, libertas ſine ſeruitute. Vnde dici-
Rom.8.d tur: Creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quintus fructus, eſt
Phil.3.d pulcbritudo abſque deformitate. Vnde Apoſtolus: Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Sextus erit impaſſibilitas vel
Iſa. 25 b immortalitas. Vnde dicitur: Præcipitabit Dominus mortem in ſempiternum. Septimus erit abundantia ſi-
Deut.8.b ne indigentia iuxta illud: Rerum omnium abundantia perfrueris. Octauus, eſt pax ſine perturbatione. Nonus erit ſecuritas abſque timore. De his duobus dicitur:
Iſa. 32.d Sedebit populus meus in pulcbritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Decimus erit
1.Cor.13.d cognitio abſque ignorantia. Vnde Apoſtolus: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Vndecimus eſt gloria ſine ignominia, teſte
Coll.3.a Paulo qui ait: Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Duodecimus, eſt gaudium ſine triſtitia. Sed de iſto gaudio nota quod ſunt ſex cauſæ præcipuæ, quare ſancti gaudebunt, ſcilicet loci amœnitas, quam poſſidebunt: iucunda ſocietas, in qua regnabunt: corporis glorificatio, quam habebunt: mundus, quem contempſerunt: infernus, quem euaſerunt. Iſti enim fructus figurantur, per duodecim fructus ligni vitæ, quod erat in medio pa-
Apoc.22.a radiſi, vt legitur in Apocalypſi. Fructus ſumme bonos det nobis Chriſtus, qui creauit in cælo.

De amœnitate & pulcherrima ſtructura ſupernæ ciuitatis Hieruſalem. Cap. V.

ITEM in illa cæleſti gloria conſideranda ſunt alia tria, multis ſuſpirijs affectanda, ſcilicet amœniſſima ciuitas, amantiſſima ſocietas & ampliſſima felicitas. Primo ergo cæleſtis gloria habet amœniſſimam ciui-
Pſal.86.a tatem. Vnde in pſalmo: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Vnde nota, quòd ciuitas iſta eſt glorioſiſſima ſpecialiter in tribus. Habent enim figuram valde ſpecioſam, menſuram, ſpatioſam, & ſtructuram valde pretioſam.

PRIMO igitur iſta ciuitas beata eſt in figura valde ſpecioſa, eſt enim in quadrum diſpoſita, & formata,
Apoc.21.e vt dicitur in Apocalypſi. Ciuitas in quadrum poſita, & quadrata, figurat ſoliditatem & ſecuritatem, illius regni cæleſtis. Sicut videmus, quòd figura quadrata eſt ſolidior quàm alia figura, vnde lapides conſueuerunt quadrari, & poſtea in ædificio collocari: ita etiã ſummus artifex Deus lapides ſuos, ideſt viros ſuos & electos, conſueuit quadrare quadratura virtutum, ſcilicet, prudentia, temperantia, fortitudine, &

A iuſtitia, & ſic locare in ædificio regni cæleſtis.

SECVNDO ciuitas iſta eſt in menſura valde ſpatioſa. Vnde dicit Bernardus, quòd ad literam quilibet ſanctus in cælo empyreo habebit locum ſuum, ſibi aſſignatum proprium & ſpecialem, magis ſpatioſum, quàm ſit ab oriente vſque ad occidentem. De menſura iſtius ciuitatis dicitur, in Apocalypſi, quod habet ſtadia Apoc.21.e
duodecim millia. Stadium eſt menſura quinquaginta Stadium
paſſuum. Quinquagenarius vero numerus in ſacra ſcri- quid.
ptura, remiſſionem peccatorum ſignificat. Quinquageſimo anno qui dicitur iubileus, ſecundum legem fiebat remiſſio debitorum, & reuertebatur quilibet ad
B poſſeſſiones ſuas & ad terram patrum ſuorum, vt dici-
tur in Leuitico. Beata ciuitas iſta bene menſuratur per Leu. 25. b
ſtadia, quæ continet, vt dictum eſt, paſſus quinquaginta, quia inſtar iubilei quinquageſimi anni, omnibus iſtius ciuitatis ciuibus primitus peccata dimittuntur, & ſic remiſſis peccatis, ad poſſeſſionem ſuam, & hereditatem æternam, ad quam erant, vel ſunt prædeſtinati, faciliter reuertuntur. Et ideo quilibet homo deber eſſe ſolicitus de peccatis ſuis, per pœnitentiam delendis: quia alias non poſſet eſſe ciuis regni cæleſtis, quia ibidem dicitur, ſcilicet, quod non intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem &
C immunditiam. Sed valde notandum eſt, quòd ſtadia
ſunt duodecim millia. Per numerum duodenarium Num. 12.
qui eſt numerus abundans, deſignatur abundantia quid figu-
meritorum & bonorum operum, ſine qua non eſt ali- retur.
quis conciuis ciuium ſupernorum, quia dicit Salua-
tor: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcriba- Mat.5.c
rum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Iuſtitia Phariſæorum erat in opere exteriori non interiori virtute, quæ ex timore erat non amore, & ideo erst nimis ſtricta. Sicut videmus quòd timor habet cor hominis valde conſtringere, & amor dilatare.
Vnde in Pſalmo dicitur de virtute charitatis: Latum Pſ 118.m
D mandatum tuum nimis. Per millenarium autem nu- Millenari⁹
merum qui eſt vltimus limes, & terminus numerorũ, numerus
figuratur eleganter illud cæleſte præmium, quod eſt quid ſignet.
finis, & quies omnium deſideriorum, vt dicit Auguſti- Pſal.16.c
nus. Et in pſalmo: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Aug. li.22.
TERTIO, illa ciuitas beatiſſima eſt ſtructura de ciu. Dei
pretioſiſſima, quia dicitur in Apocalypſi, quod funda- c. 30. ante
mẽta muri ciuitatis ſunt omni lapide pretioſo ornata. med. to. 5.
Vbi notãdũ eſt, quòd duodecim lapides pretioſi nomi Apoc.21.d
nantur, & ponũtur in ædificio huius ciuitatis, ſcilicet iaſpis, ſapphyrus, chalcedonius, ſmaragdus, ſardonix, ſardius, chryſolitus, beryllus, topazius, chryſopraſus,
E hyacinthus, & amethyſtus. Iſti duodecim lapides pretioſi & fundamentales iſtius ciuitatis cæleſtis, ſignificare poſſunt duodecim articulos fidei, quod eſt fundamentum omnis boni, & præmij futuri vt dicit Apoſto-
lus: Fides eſt ſperandarum rerum ſubſtantia, ideſt fun- Heb.11.a
damentum æternorum bonorum. Vel iſti duodecim lapides fundamentales ſignant virtutum perfectiones, quibus anima per gratiam hic perficitur, quibus etiam cæleſte præmium fabricatur. Et ſicut ſunt quattuor ternarij pretioſorum lapidum, ſic reſpondent eis quattuor trinitates perfectionum.

Prima trinitas lapidũ eſt iaſpis ſapphyrus & chalce-
F donius, quæ ſignificant fidem quæ debet habere pre-
tioſam & nobilem trinitatem. Fides namque debet eſ- Fides.
ſe viuens non mortua, & hoc ſignificat iaſpis, qui eſt viridis coloris. Color enim viridis in herba, vel planta vel arbore, ſignum eſt vitæ: & econuerſo ſignum eſt, quòd vita plantæ deficit quando viror eius marceſcit: ſic quãdo in homine eſt viror honeſtatis, & bonæ operationis, tunc eſt maximum ſignum cordis viuentis, alias enim fides mortua eſt & informis, nec eſt fundamentum ædificij cæleſtis. Et ſicut iaſpis fugat phantaſmata: ſic fides viuens & virens per bona opera, vitat omnia diaboli machinamenta. Fides etiam debet eſſe cæleſtis nõ terrea, ideſt de cæleſtibus bonis, nõ de operibus terrenis anxia: cæleſtis, ideſt diuinæ non humanæ

Greg. hom. 26. in Euã. non longe a prin. rationi innixa, quia dicit Gregorius: Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Et hoc ſignat ſapphyrus qui habet cæleſtem colorẽ, ſicut cælum ſerenum. Et ſicut nobilis ſapphyrus fugat venenoſa & mortificat araneam: ſic vera fides venenoſis ſuggeſtionibus. reſiſtit, & culpam in corde occidit, *Act. 5.b* ac de corde expellit. Vnde dicitur: Fides purificans corda eorum. Tertio fides debet eſſe fortis non infirma, contra perſecutiones, & pericula vniuerſa, & diabolica nocumenta, quia dicitur de diabolo: Cui reſi- *1. Pet. 5.b* ſtite fortes in fide. Et hoc ſignat chalcedonius, qui in colore eſt pallidus, & omnis ſculpturæ repulſiuus omni namque ſculpturæ reſiſtit & nullã recipit: ſic qui ha- B bet veram fidem, vtique per pœnitentiam eſt pallidus & mortificatus: ſed nullam ſculpturam extraneam peccati recipit, ſed ſecũ conſeruat ſolam imaginem Dei, ad quam eſt creatus. Vnde nota, quod diabolus in quibus non inuenit fidem catholicam, vel fortem, in illis ſculpit & format figuram leonis, ideſt peccatum ſuperbiæ. In quibuſdam figurã draconis, ideſt peccatũ inuidiæ. In quibuſdam figuram canis, ideſt peccatũ iræ. In quibuſdam figuram talpæ, id eſt peccatum auaritiæ. In quibuſdam figuram aſini, id eſt peccatum acediæ. In quibuſdam figuram lupi, id eſt peccatum gulæ. In quibuſdam figuram vrſi, id eſt peccatum luxoriæ. C *Rom. 12.a* Contra quod monet Apoſtolus, dicẽs: Nolite conformari huic ſęculo, ideſt peccatis quæ ſunt in hoc ſæculo.

SECVNDA trinitas lapidum eſt ſmaragdus, ſardonyx, & ſardius. Et iſti tres lapides pretioſi ſignant ſpem, quæ habet ſimiliter nobilem claritatem. Eſt *Spes triplex.* enim Spes veniæ, ſpes gratiæ, & ſpes gloriæ. Spes veniæ figuratur per ſmaragdum qui colorem habet viridem & gratioſum, & curat diuerſas infirmitates & ſpecialiter morbum caducum. Color viridis & gratioſus in ſmaragdo ſignat virtutem gratiæ, quæ incipit per ſpem veniæ reuiuiſcere in viro pœnitenti & contrito. Et ſicut color ſmaragdi eſt valde gratioſus, ſic D conuerſio peccatoris per pœnitentiam reuiuiſcentis, *Luc. 15.b* eſt gratioſa Deo & Angelis. Vnde dicitur: Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Et ſicut ſmaragdus fugat febres & curat morbum caducum: ſic ſpes veniæ fugat tentationes, & ſa- *Pſal. 33. d* nat omne peccatum, quia vt dicitur in pſalmo: Non *Prou. 24.b* delinquent omnes qui ſperant in eo. Et in Prouerbijs dicitur: Septies in die cadit iuſtus & reſurget. Septies in die cadit per ruinam ſeptiformis culpæ, ſcilicet ſuperbiæ, iræ, auaritiæ, accediæ, gulæ, inuidiæ, & luxuriæ, & tamen reſurget, in virtute, & in efficacia ſeptiformis gratiæ. Spes autem gratiæ, eſt qua quis non E confidit de viribus proprijs, nec de diuitijs, ſed ſolum *Ier. 17.a* de gratia Dei, vt dicitur: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem, brachium, id eſt, carnalem hominem, fortitudinem. Et ſequitur: Beatus qui confidit in Domino, & eſt Dominus fiducia eius. Talis qui non ſolũ ſperat in omnibus bonis & in malis niſi de ſola gratia Dei, recte figuratur per ſardonycem. Nam ſardonyx eſt tricolor, in imo niger, in medio candidus, in ſupremo rubicundus. Quia ſpes gratiæ facit tria bona in ſperante. Facit enim ima, id eſt, terrena nigreſcere & contemnere, & ima inferni timere. Facit in medio, id eſt, in corde candidum, id F *Pſal. 50.c* eſt, caſtum eſſe, iuxta illud Pſalmi: Cor mundum crea in me Deus. Facit etiam in ſupremo, id eſt, in Deo rubeſcere per charitatem, & vino dilectionis Dei, & *Can. 1.a* proximi odoriferum eſſe dicitur: Super vinum, id eſt, pluſquam vinum, diligunt, te. Et ſicut ſardonyx facit hominem humilem & pudicum & charitatiuũ: ſic ſpes diuinæ gratiæ facit hominem deſcendere, & de proprijs meritis non ſuperbire, & in ſolo Deo ſperare, quia ſpecialiter de præſumentibus de ſe dicitur in *Pſal. 51.a* pſalmo: Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua. Spes gloriæ, eſt certa & ſecura expectatio futuri & æterni boni, ex

*A gratia & meritis proueniens, vt dicit magiſter ſententiarum. *Mag. lib. 3. Sent. d. 26. in prin.* Iſta gloria figuratur per ſardium, qui eſt rubei coloris, eo quod ſpes regni cæleſtis fuit martyribus, cauſa effuſionis proprij ſanguinis. De quibus dicitur: Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & *Apoc. 7.d* lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni, id eſt Chriſti, paſsionis ſanguine rubicundi, iuxta illud quod dicitur: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum? dicitur in *Iſa. 63.a* perſona Dei patris, id eſt, quare corpus tuum per innocẽtiam candidum eſt paſsionis ſanguine cruentatũ? Et ſicut ſardius gaudium accendit, & timorem expellit, hominem audacem reddit: ita ad litteram ſpes glo- B riæ accendit in homine gaudium ſpirituale & cæleſte & expellit timorem mundanum, & humanum & ſeruilem. quia vt dicitur: Perfecta charitas foras mittit ti- *1. Io. 4. d* morem. & tandem hominem reddit audacem, ſcilicet contra hoſtium tribulationem & perſecutionem de Domino præſumentem, vt dicitur: Non derelinquis *Iudith. 6.d* præſumẽtes de te, & de ſua virtute gloriantes humilias.

Tertia trinitas lapidum eſt, chryſolitus, beryllus, & topazius. Iſti tres lapides ſignificant charitatem, quæ *Charitas.* habet ſimiliter ſuam nobiliſsimam trinitatem. Debet enim charitas habere tria, ſcilicet ſpecioſam puritatem, fructuoſam bonitatem, & candidoſam verita- C tem. Debet enim charitas eſſe puritate ſpecioſa, vt non ſit immunda: bonitate fructuoſa, vt non ſit dilectio vana: & veritate radioſa, vt non ſit dilectio ficta. Iſtam trinitatem nobilem charitatis deſcribit Apoſtolus, *1. Tim. 1.a* dicens: Finis præcepti eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Virtus enim charitatis, vt dictũ eſt, eſt ſpecioſiſsimæ trinitatis, ideo dicitur, *De corde puro:* eſt fructuoſiſsimæ bonitatis, ideo dicitur, *De conſcientia bona:* eſt, radioſiſſimæ veritatis, ideo dicitur, *De fide non ficta*. Primo igitur, charitas debet eſſe puritate ſpecioſa, & de corde puro, vt non ſolum ſit dilectio impura, vel immunda, vel coinqui- D nata ſiue luto cupiditatis qualis eſt amor diuitiarum temporalium, ſiue fumo vanitatis, qualis eſt amor pomparum ſæcularium. Talis charitas figuratur in chryſolito qui eſt gemma valde nobilis, ſcintillas emittens & ignis capaciſſima: quia ſi iuxta ignem ponatur citiſſime inflammatur. Certum eſt enim quod ignis eſt puriſſimæ virtutis. Eſt enim virtus ignea charitatis inſtar ignis: quia ſicut ignis aufert omnem rubiginem & impuritatem de auro & argento, & omni metallo, & reddit ipſum purum & lucidum: ſic charitatis incendium tollit de corpore humano omnem fœtorem peccati, & facit ipſum mundum. Sicut enim chryſo- E litus eſt amatiuus, & capax ignis, quia iuxta ignem poſitus ad ſe trahit & rapit ignem: ſic cor purum *Heb. 12.g* cum appropinquat ad Deum qui eſt ignis conſumens ſecundum Apoſtolum; ſentiens ignem diuinum ſtatim ardentiſſimo deſiderio inſtar chryſoliti, rapit & trahit in ſe diuinam dilectionem. Incorruptio, enim facit eſſe proximum Deo, vt dicitur. Appropinquatio ad Deum facit ignem diuinum rapere & trahere ad ſeipſum. Et ideo Saluator noſter, vt nos poſſet igne *Sap. 6.d* ſuæ charitatis incendere, dignatus eſt nobis appropin- *Luc. 12. f* quare. Vnde dicitur: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi, vt ardeat? Secundo, charitas debet eſſe F in bonitate fructuoſa, & cõſcientia bona, vt non ſit dilectio inutilis & vacua. quia dicitur: Non diligamus *1. Ioa. 3. d* verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. Et Grego- *Eſt apud* rius in Moralibus: Amor Dei nunquam eſt otioſus. *Greg. hom.* Operatur enim magna ſi eſt: ſi autem operari renuit, *30. in Euã.* amor non eſt, quia probatio dilectionis exhibitio eſt *ante med.* operis. Iſte amor ſignatur per beryllum, qui eſt lapis viridis & aliquantulum pallidus, & in figura ſex angulorum eſt politus: quia qui habet charitatem, debet ad proximum virere per honeſtam conuerſationem: debet palleſcere ad ſeipſum, per carnis mortificationem: debet etiam ſex angulos habere, ad pauperem & egenum, per compaſſionem, & operum miſericordiæ exhibitionem, quæ ſunt in numero ſeptenario vt di-

vt dicitur. Saluator noſter qui eſt verus iudex, qui de ipſis in iudicio habet quærere rationem, & dicere: Eſuriui & dediſtis mihi manducare. *Mat. 25. c* Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Nudus eram, & cooperuiſtis me. Hoſpes erã & recepiſtis me. Infirmus fui & viſitaſtis me. In carcere fui & veniſtis ad me. Tertiò, charitas debet eſſe veritate radioſa, & fide non ficta, vt non ſit dilectio ſimulata, aut palliata, ſed luminoſa, quia dicitur: *1. Ioan. 2. b* Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet: quia qui charitatẽ habet, per exemplum bonæ conuerſationis, & honeſtatis lucet. Hanc figurat topazius, qui in duobus coloribus, ſcilicet aureo, & æthereo ſplendet, & omniũ gemmarum ſuperat claritatem, & in conſpectu ſui prouocat aſpicientem. Duo colores topazij ſignant dilectionem Dei, & proximi. Aethereus color ſignat dilectionem Dei, & aureus dilectionem proximi: quia vnus eſt color cæleſtis, & alius terrenus, quia in his duobus tota lex pendet. Et ſicut topazius ſuperat omnem claritatem omnium gemmarum: ita charitas eſt maior omnium virtutum, vt dicit Apoſtolus. *1. Cor. 17. d* Et ſicut topazius recipit in ſe qualitatem omnium gemmarum: ſic charitas facit omnium opera virtutum. Quia dicitur: *1. Cor. 13. b* Charitas patiens eſt, & ita exercet opus patientiæ. Benigna eſt, & ita exercet opus benignitatis, & miſericordiæ. Et ſequitur: Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſuſtinet. Vnde Proſper dicit in libro de vita contẽplatiua, quòd charitas eſt mens & anima omnium virtutum: *Proſper. de vita contẽpl. lib. 3. c. 18.* quia ipſa eſt ſicut anima, & virtutes animæ ſunt potentiæ ſiue mentis. Quia ſicut anima facit oculum videre, aurem audire, pedes ambulare, & ſic de alijs: ita charitas facit oculum mentis ad pauperes aperire, aures, diuina præcepta audire, & manibus opera iuſtitiæ exercere: & ita de omnibus alijs bonis quæ charitas tamquã ſibi propria vult omnia adimplere.

Iuſtitia. Quarta trinitas lapidũ pretioſorum eſt chryſopraſſus, hyacinthus, & amethyſtus. Iſta trinitas lapidum ſignat iuſtitiam, & æquitatem generalem, quæ ſplendor eſt omnis virtutis, ea qua omnes viri boni omnia bona nominantur, vt dicit Tullius de officijs. *Cic. de offic. lib. 3.* Iſta ſimiliter habet quandam nobilitatem. Cum enim iuſtitia ſit virtus vnicuique reddens, quod ſuum eſt, vt ait Ambroſius libro de officijs: *Amb. lib. 2. de offic. c. 9. tom. 4.* Iuſtitia eſt virtus vnicuique quod ſuum eſt reddens. Reddit igitur, omnis homo per iuſtitiam ſibiipſi continentiá, proximo amicitiam, & Deo honorificentiam. Primo iuſtitia reddens homini cõtinentiam, ſignificatur per chryſopraſum, qui eſt lapis igneus de nocte, & aureus de die: in quo ſignificatur continentia viri iuſti, qui ſemper eſt ſplendens, ſiue in aduerſitate tentationum, quæ figuratur per noctem, ſiue in proſperitate deliciarum, quæ ſignificatur per diem. Nam iſtis duobus præcipue cõtinentia, vel caſtitas impugnatur, ſcilicet tentationibus hoſtis & fomentatione carnis. Nam plures vincuntur in proſperitate deliciarum, quàm in aduerſitate tentationum, iuxta quòd dicitur in pſalmo: *Pſal. 90. b* Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Latus autem ſiniſtrum ſignat tentationes diaboli, dextrum vero ſignificat delicias mundi. Pauciores igitur ſunt, qui cadunt in aduerſitate tentationum, & plures qui labuntur in temporalibus abundantijs. Bene autem eſt iuſtitia inſtar chryſopraſſi ignea & aurea: quia ad cuſtodiã caſtitatis occurrit iuſtitia duobus modis, ſcilicet recte aſcendendo ad cælum ſicut ignis, conſiderando bona cæleſtia & æterna, ne forte illa per momentaneam luxuriæ delectationem amittat. In perſona talium dicitur in pſalmo: *Pſal. 15. d* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et reſpõdet: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã. Nullum opus videtur maius eſſe iuſtitia, quæ delectationi momentaneæ bona cæleſtia, & æterna præfert. Occurrit etiam vir iuſtus cuſtodia caſtitatis inſtar auri, quòd eſt ponderoſiſſimum, quando rectiſſime, & velociter deſcendit ad centrum, ideſt ad infernum, conſiderando ne forte delectatione momentanea, & modica, incurrat æterna ſupplicia, quia dicit Gregorius: Momentaneum eſt quod delectat, ſed æternum quod cruciat. Ita deſcendebat ad infernum Ezechias, vt dicitur in Iſaia: *Iſa. 38. b* Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Optime namque conſuluit pro dimidio dierum ſuorum, quod vadat homo ad infernum in dimidio vitæ ſuæ, ideſt dum eſt iuuenis & ſanus, & hoc per diligentem conſiderationem, vt poſtea non deſcendat in fine vitæ ſuæ, per æternam damnationem. Secundo iuſtitia reddens proximo amicitiam ſignatur, per hyacinthum, qui eſt lapis pretioſus, habens colorem cæruleum, quaſi cælum. Iſte lapis conformat ſe aeri. Vnde in nubilo eſt nubilus, in ſereno eſt ſerenus. Color cælicus vel cæruleus in hyacintho ſignificat diuinum amorem cæleſtem per deſiderium in viro iuſto. quia amicitia quæ impẽditur proximo, debet radicari in cælo, ideſt in amore diuino. Iuxta quod dicit Apoſtolus: *Ephe. 3. d* In charitate radicati & fundati. Quia vt ait Gregorius: *Greg. ho. 9. in Euang.* Ille charitatem veraciter habet, qui amicum diligit in Deum, & inimicum diligit propter Deum. Bene autem hyacinthus eſt in nubilo nubilus, & in ſereno ſerenus: quia vir iuſtus ſemper vult gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, vt ait Paulus. *Rom. 12. c* Tertiò, iuſtitia reddens honorificentiam Deo, ſignatur per amethyſtum, qui inter omnes gemmas purpureas obtinet principatum: ſic & iuſtitia eſt præclariſſima virtutum, vt ait Philoſophus in ethicis. *Ariſt. lib. 5. Eth. c. 1.* Amethyſtus eſt etiam ex colore purpureo, & violaceo permixtus, & flammas ex ſe emittit: quia vir iuſtus qui vult Deum honorare, debet habere tria, debet eſſe inſtar amethyſti purpureus, ſicut roſa, id eſt iucundus in laude diuina: Quia rectos decet collaudatio, vt dicit Pſalmiſta. *Pſal. 32. a* Debet etiam eſſe violaceus, ſcilicet ſentire modica de ſeipſo & magna de Deo, vt dicit Saluator in Luca: *Luc. 17. c* Cum omnia bene feceritis, dicite, ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Debet etiam vir iuſtus eſſe flammeus, ſicut Elias, qui erat quaſi ignis, cuius verbum ſicut facula ardebat, vt dicitur in Eccleſiaſtico. *Eccl. 48. a* De cuius zelo flammeo dicitur: *3. Reg. 19. c* Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, & hoc eſt proprium opus iuſtitiæ, ſcilicet pro diuino amore zelare.

De iucundiſſima ſocietate & tripudio cæleſtis ciuitatis Hieruſalem. Cap. VI.

SEcundo illa gloria cæleſtis habet amantiſſimam ſocietatem, quia ſancti coram Deo ſemper faciunt choream omni iucunditate plenam. Vnde nota, quòd in illa cæleſti chorea, vel ballata ſunt tria deuotiſſime conſideranda, ſcilicet innumerabilis cœtus, interminabilis circuitus, & inæſtimabilis cantus. Vere beata eſt illa chorea cuius cœtus infinitus, cuius circuitus æternus, cuius cantus felicitas.

Cœtus ſiue exercitus cæleſtis. PRIMO igitur in illa cæleſti chorea eſt cœtus, vel exercitus infinitus, id eſt non nobis, ſed ſoli Deo cognitus. Ibi enim eſt Chriſtus tamquam monarcha præcipuus. Ibi enim eſt regina cum puellis, ideſt virgo virginum, ſcilicet Maria cum virginibus ſanctis. Ibi ſunt Angeli tamquam nobiliſſimi regis domicelli. Ibi ſunt Patriarchæ & Prophetæ, ſicut collaterales & regis conſiliarij quibus tamquam ſenioribus expertis reuelat miniſterium conſiſtorij ſui. Ibi ſunt Apoſtoli tamquam regis ſeneſcali, habentes plenitudinem poteſtatis: quia rex reputat factum, quod ipſi faciunt, ſibi factum. Ibi ſunt martyres ſicut ſtrenuiſſimi regis milites, qui per fidem vicerunt tria regna ſcilicet mundi, carnis, & diaboli. Ibi ſunt ſancti Pontifices, confeſſores, & doctores. Sicut videmus, quòd rex nobilis & illuſtris, qualis eſt rex regum & Dominus dominantium, non ſolum habet milites in aula, ſed clericos in capella celebrantes, prædicantes, & orantes. Ad celebrandum habet ſanctos Pontifices, ad prædicandum & ſcribẽdum ſanctos doctores, ad oran-

dum & pſallendum habet ſanctos anachoretas, & alios confeſſores. Vltimo ſunt ibi alij ſancti & fideles innumerabiles, de quibus omnibus dicitur: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus populis, & linguis, ſtantes ante thronum agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. *Apoc. 7. b*

Quinque priuilegia beatorum. *Prædeſtinatio æterna.*

Vbi per ordinem notantur quinque laudes, & priuilegia beatorum, ſcilicet prædeſtinatio ab æterno, iuſtificatio a peccato, contemplatio deuota, conuerſatio honeſta, & operatio fructuoſa. Prædeſtinatio ſempiterna vel æterna innuitur in numero infinito, quia turbam illam magnam nemo dinumerare poterat. Electorom namque numerus eſt nobis ignotus, & ſoli Deo agnitus: quia ipſe ſolus ſcit numerum. Quia vt dicit Apoſtolus: Nouit Dominus, qui ſunt eius. *2. Tim. 2. c* Secundo, notatur iuſtificatio interna in illis quattuor ſcilicet, *Iuſtificatio interna.* gentibus, tribubus, populis, & linguis, de quibus electi ſunt vocati. In quibus monſtrantur quattuor peccatorum differentiæ, a quibus ſunt per Dei gratiam iuſtificati. Ita quòd per gentes deſignatur peccatum luxuriæ quod in gentibus idolatris regnauit præcipue, vt ait Apoſtolus. Per tribus deſignatur peccatū auaritiæ, quod in tribubus Iacob regnauit valde. *Rom. 1. d* Quod patet, quia pro terrenis ſeruierunt & terrena in promiſſione acceperunt, vt dicitur in Iſaia: *Iſa. 1. e* Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. &, quòd plus, eſt tantū cupidi & auari fuerunt, quòd ne terrena perderent, Chriſtum occiderunt, vt patet in Ioanne. *Ioan 11. f* Per populos deſignatur peccatum ſuperbiæ, quia populus, vt dicit Auguſtinus, *Aug. lib. 9. de ciui. Dei c. 24.* eſt collectio ciuitatis, quæ iuxta ſententiā Chriſti monſtrat ſuperbiam, vt patet de illo, qui noluit venire vocatus ad cenam, qui emerat villam, vt dicitur in Luca. *Luc. 14. d* Et videmus, quòd populus, id eſt habitatores ciuitatis populoſæ melius conſueuerunt reſiſtere, melius acquirere, & magis eſſe ſuperbi, & pompoſi. Per linguas ſignatur peccatum linguæ. *Contemplatio deuota.* Contemplatio deuota monſtratur, in hoc quòd ſtant ante thronū, quia contemplantur ante Deum cogitantes aſſidue qualiter oportet venire ad iudicium ſuū. Iuxta quod dicit Apoſtolus: *2. Cor. 5. b* Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. *Conuerſatio honeſta.* Conuerſatio honeſta notatur, per hoc, quòd amicti ſunt ſtolis albis, id eſt veſtibus candidæ conuerſationis. Iuxta quod dicitur in Canticis: *Cant. 5. c* Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus honeſtate, rubicundus charitate. *Operatio fructuoſa.* Operatio fructuoſa ſignatur per hoc, quòd palmę erant in manibus eorum. Palmæ namque, quæ portantur in manibus electorum ſignant fructus bonorum operum, ſecundū quod dicitur in Canticis: Aſcendam in palmam, & adprehendam fructum eius. *Cant. 5. c*

Circuitus interminabilis choreę cæleſtis.

SECVNDO, in illa cæleſti chorea eſt conſiderandus interminabilis circuitus: quia ſuper erit in beatis ingreſſus, egreſſus, & regreſſus. Ingreſſus ad intuitum diuinitatis: egreſſus ad aſpectum humanitatis noſtri Saluatoris, vt habetur in Ioanne. *Io. 16.* Et ſicut in alijs choreis eſt vnus ducens totam choream, ita Chriſtus eſt & erit ille chorealis ductor, ducens ac præcedens illam ſocietatem beatiſſimam. *Apoc. 7. d* Et ideo dicitur, quòd agnus, qui in medio throni eſt, reget eos, & alij ſequentur agnū quocumque ierit. *Apoc. 14. a* Sed ſciendum eſt, quòd illa beata chorea non vadit ad ſiniſtram partem ſicut chorea mundi, in ſignum, quòd eſt & vadit ad ſiniſtram inferni: ſed iſta ſuper vadit ad dextram partem, in ſignum quòd eſt ad dexteram Dei, quia ad ſiniſtram ponentur reprobi & ad dexteram ponentur electi, vt dicitur in Matthæo. *Matt. 25. c* Propter quod dicitur in Prouerbijs: *Prou. 4. d* Vias quæ a dextris ſunt nouit, id eſt approbat Deus: quæ autem a ſiniſtris ſunt, peruerſæ ſunt.

Cantus admirabilis cæleſtis choreæ.

TERTIO, in illa cæleſti chorea eſt conſiderandus inexſtimabilis cantus & admirabilis. Et ideo nota, quòd ſicut Chriſtus præcedit greſſu, ita præcedet cantu. Et primò cantabit ſuæ virgini matri, dicens: Quid mihi & tibi mulier? *Io. 2. a* quaſi diceret: Mihi eſt diuinitas, & humanitas: & tibi eſt virginitas, & fecūditas. Mihi diuinitas, & humanitas, quia Deus ſum, & homo: & tibi fecunditas, & virginitas, quia mater es & virgo. Mihi diuinitas ex virgine patre, & humanitas ex virgine matre: tibi virginitas ſine labe, & fecunditas ſine ſemine. Ad hæc Maria tamquam dulcis tympaniſtria reſpondebit dulciſſimam cantilenam: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus, &c. *Luc. 1. e*

SECVNDO Chriſtus cantabit angelicis ſpiritibus cantum, qui ſcribitur in Pſalmo: *Pſal. 102. d* Benedicite angeli potentes virtute facientes verbum eius, ad annunciandū vocem ſermonum eius. Vos qui eſtis angeli, id eſt nuncij diſcurrentes, vos qui eſtis potentes, id eſt mirabilia operantes, qui facitis verbum meum, id eſt mei imperij obedientes, & alios obedire facientes. Ad hunc cantū Chriſti reſpondebunt ſancti angeli cantilenam quæ ſcribitur in Apocalypſi: *Apoc. 7. e* Benedictio & claritas, & ſapiētia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum. Amen. Tibi Chriſte ſit benedictio in incarnatione, claritas in natiuitate, ſapientia in prædicatione, gratiarum actio in redemptione, paſſione, & morte: honor in reſurrectione, virtus in aſcenſione, fortitudo in iudicij conſummatione.

TERTIO, Chriſtus cantabit patriarchis, & prophetis cantilenā, quā cantauit Moyſi in viſione rubi: *Exod. 3. d* Deus Abraam, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrorum miſit me ad vos. Hoc nomen eſt mihi in æternum, & hoc memoriale meū in generatione & generationē. Chriſtus enim ad ſanctos Patres & Patriarchas, & Prophetas, ſpecialiter fuit miſſus, quia de ſemine electo, ſcilicet ſanctorum Patriarcharū, & Spiritusſancti operatione ex Maria Virgine natus, & quia ſanctis Prophetis eius aduētus fuit ſingulariter reuelatus. Vel potius cantet naſcendo eis canticum illum gratioſum, *Exo. 19. a* qui ſcriptus eſt: Vos ipſi vidiſtis, quid fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum. *Et ſequitur*: *Exo. 19.* Vos eritis mihi regnum ſacerdotale, & gēs ſancta. Vos enim ſubmerſis Aegyptijs, id eſt mūdi amatoribus in mari rubro, id eſt in peccato, & tandē in inferno: ad terram promiſſionis, id eſt ad hanc terrā viuentiū promiſſam adduxi. Et ſuper alas aquilarū vos portaui, id eſt in pennis contemplationis angelicæ vos eleuaui ad ſpeculādum aduentū meum, & omnia myſteria gratiæ. & hæc cantilena eſt ſpecialiter prophetarum. Et eritis mihi in regnum ſacerdotale, quia a patribus Chriſtus deſcendit in Virgine Maria, quæ fuit de tribu ſacerdotali & regia, *Exod. vbi ſupra.* quia pater Dominæ noſtræ ſcilicet Ioachim fuit de tribu Iuda, & mater eius Anna fuit de tribu Leuitica, vt patet in hiſtoria: & hæc eſt cātilena communis Patriarcharum. Et quia Patriarchæ fuerūt reges, & duces, ſicut patet in Dauid & filijs ſuis, Prophetæ vero fuerunt ſacerdotes, ſicut Samuel, Zacharias, & Ioannes Baptiſta: ad iſtud canticū gratioſum & glorioſum reſpondebunt ſancti Patriarchæ & Prophetæ illud canticum, quod eſt ſcriptū in Apocalypſi, vbi dicitur quòd quattuor animalia, & vigintiquattuor ſeniores cantabant canticum nouum, dicentes: *Apoc. 4. b* Dignus es Domine accipere librum & ſoluere ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos in ſanguine tuo. *Et ſequitur*. Et feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. Tu Domine ſolus dignus es aperire librum Dei patris, ſcriptum per Spiritum ſanctum in pergameno virgineo tuæ carnis. Tu enim aperuiſti ſeptem ſignacula libri, de virgine carnem aſſumendo, & de virgine naſcendo, & in cruce pro nobis moriendo, & ad infernum deſcendendo, & a mortuis reſurgendo, & ad cælum aſcendendo, & ad iudicium veniendo. De iſtis ſeptem articulis tuæ humanitatis manifeſtaſti nobis arcanum tuæ diuinæ miſerationis, ſcilicet myſterium humanæ redemptionis. *Apoc. vbi ſupra.* Et ideo ſequitur cantilena, quoniā occiſus es, & feciſti nos Deo noſtro regnū & ſacerdotes. Regnum, quia feciſti nos obedire præceptis tuis, ſicut regnum obſeruat dictum regis: & ſacerdotes, quia in mundo feciſti nos offerre ſacrificium ſpiritus tribulati, & tunc in cælo ſacrificium perpetuæ laudis pro beneficijs tuis immolamus tibi.

QVAR-

QVARTO Saluator cantabit ſanctis Apoſtolis dulciſsimam cantilenã, quæ ſcripta eſt: *Luc. 22. c* Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis regnum, ſicut Pater meus diſpoſuit mihi regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. *Ioan. 15. b* Vos eſtis non ſerui, ſed amici mei, & ego veſter ſocius. Vos diſcipuli mei eſtis & ego magiſter & pædagogus. Vos fratres mei & ego veſter charitate germanus. Quia fuiſtis participes tribulationis meæ, do vobis triplicem dignitatem gloriæ ſupernæ. Facio enim vos reges omnipotentes cæleſtes, *Luc. 22. c* & hoc eſt quod dicit: Diſpono vobis regnum ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vos per gratiam non per naturam. Facio vos conuiuas cæleſtis menſæ, vbi humanitas eſt cibus & deitas eſt potus, & hoc eſt quod dicit, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Facio vos nihilominus iudices cæleſtis curiæ. *Luc. 22. c* Vnde ſequitur: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes &c. id eſt diuinum iudicium approbantes, ſicut æterni conſiſtorij aſſeſſores, iudicantes duodecim tribus Iſrael, id eſt vniuerſalem multitudinem fidelium: *Ioan. 3. b* quia infideles iam iudicati ſunt, vt dicitur, in Ioanne. Qui ſignantur hodie per numerum duodecim tribuũ Iſrael, qui ſolum coluerunt vnum Deum. Ad hanc cantilenam reſpondebunt ſancti Apoſtoli cantilenam quæ ſcripta eſt, quam pro omnibus cantauit Petrus, *Ioan. 6. g* dicens: Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes; & nos credimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei viui. Credimus in verbo & radio, fidei merito, & cognoſcimus claritatem in cælo, quia tu es Chriſtus, id eſt vnctus oleo diuinæ miſerationis, balſamo odoriferæ conuerſationis, chriſmate digniſſimæ conſecrationis, regiæ, ſcilicet & ſacerdotalis, filius Dei poteſtate, æternitate, & maieſtate Deo patri æqualis.

QVINTO Chriſtus rex noſter cantabit ſanctis *Mat. 5. a* martyribus cantilenam illam, quæ ſcripta, eſt: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, quaſi diceret: ſanctis martyribus: Graue fuit martyrij pondus, quo perſecutionem paſſi eſtis. Dignus fuit martyrij titulus, quia propter iuſtitiam, non propter culpam ſuſtinuiſtis. Et ideo magnus fuit martyrij fructus, quoniam veſtrum eſt regnum cælorum. Ad hanc cantilenã reſpondebunt martyres glorioſi, & dicent cantilenam, quam in perſona ipſorum martyrum dicit Apo*2. Tim. 2. b*ſtolus: Et ſi commortui ſumus, & conuiuemus. Si ſuſtinuimus, & cum eo regnabimus, quaſi diceret: Labor noſter eſt modicæ paſsionis, ſed magnus eſt fructus diuinæ fruitionis, quia non ſunt condignæ paſ*Rom. 8. d*ſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt dicit Apoſtolus.

SEXTO, Chriſtus cantabit ſanctis Pontificibus & doctoribus & alijs confeſſoribus & primo. ſanctis *1. Pet. 2. b* Pontificibus cantilenam quæ ſcripta eſt: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Genus electum, per prædeſtinationem: regale ſacerdotium, per ſubditorum protectionem: gens ſancta, per virtutum perfectionem: populus acquiſitionis, per exemplorum ædificationem, & diligentiam paſtoralem. Poſtea ſanctis doctoribus Chri*Matt. 5. b*ſtus cãtabit illud quod ſcriptum eſt: Vos eſtis ſal terræ. Nam ſicut ſal eſt ſapor omnium ſaporum: ſic expoſitio catholica doctorum, eſt quaſi condimentum ſacrorum eloquiorum. Et ſicut omnia cibaria ſine ſale ſunt inſipida: ſic verba ſacræ ſcripturæ, maxime legalia ſacramenta, ſine catholica expoſitione doctorum, videntur ſimplicibus non eſſe multum fructuoſa. Et ſicut ſal conſeruat carnes a putrefactione vermium, ſic doctrina & expoſitio doctorum conſeruat carnales ho*Col. 4. b*mines a corruptione peccatorum. Vnde propter iſta dicitur: Sermo veſter ſemper ſit ſale conditus.

SEPTIMO, Chriſtus cantabit omnibus ſanctis monachis & anachoretis id eſt, ſolitarijs, & omnibus

A alijs confeſſoribus cantum illum, qui ſcriptus eſt in *Mat. 5. b* Matthæo: Vos eſtis lux mundi. Sol dicitur lux mundi ad literam, & ſancti confeſſores dicuntur lux mundi per figuram ſcilicet, inſtar ſolis, mundum illuminantes ſplendore honeſtatis, inſtar ſolis mundum inflammantes feruore charitatis, inſtar ſolis mundum ſuperantes quantitate virtutis. Nam ſecundum aſtrologos, ſol eſt octies maior quàm terra: ſic ſancti viri mundanos excedunt octies virtute & gratia id eſt octo beatitudinibus, vel virtutibus quas Chriſtus docuit in ſchola ſua tamquam in ſua prima lectione, dicens: *Matt. 5. a* Beati pauperes ſpiritu. Iſtæ namque octo beatitudi B nes ſunt quædam gratiæ præſentes, in quibus viri ſancti ſuperant homines mundanos & carnales. Ad iſtam beatam cantilenam omnes vnanimiter Pontifices & alij doctores Chriſto reſpondebunt cantum illum dulciſsimum, qui ſcriptus eſt in Pſalmo: *Pſal. 65. c* Tranſiuimus per ignem & aquam. Per ignem fortes in aduerſis: per aquam humiles in proſperis. Et eduxiſti nos in refrigerium felicitatis, ſcilicet per miſerias. Vnde Saluator ait: *Matt. 11. d* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis iugo præceptorum meorum, & ego reficiam vos plenitudine cæleſtium gaudiorum.

OCTAVO cantabit Chriſtus virginibus cantile C nam illam: *Sap. 4. a* O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Caſta generatio dicitur pudicitia virginalis, & continentia vidualis, & temperantia coniugalis. Iſtis tribus triplex claritas correſpondet. Nam virgines habent claritatem incorruptionis, & aureolæ: viduæ claritatem deuotionis internæ: coniuges claritatem ſucceſsionis benignæ: & omnes pariter habent claritatem odoriferæ famæ, & opinionis bonæ. Ad hanc cantilenam virgines & continentes reſpondebunt illud canticum dulciſsimum, quod eſt in Canticis: *Can. 1. a* Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Nimis dicitur propter ariditatem D continentiæ, quia dicitur: *Sap. 8. d* Scio quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det. Et ideo dicitur: Quia nemo poterat dicere canticum illud, ſcilicet virginale niſi illa centum quadraginta quattuor millia, *Apoc. 14. a* qui empti ſunt de terra. Numerus centenarius competit virginibus quibus datur fructus centeſimus, vt dicitur in Matthæo. *Mat. 13. a* Quadragenarius cõpetit viduis, quia quadraginta ſignat ſtatutã pœnitẽtiam. Ideo tam Moyſes, quàm Elias, quàm Chriſtus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauerũt. Quaternarius competit coniugatis caſtitatem amantibus quia ſecundum doctrinam quattuor euangeliſtarum obſeruare conã E tur coniugalem thorum. Vnde dicit Apoſtolus: *Heb. 13. a* Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Millenarius vero competit continentibus quia per millenarium qui eſt limes, & terminus omniũ numerorum ſignatur cæleſte gaudium, quod eſt finis omnium deſideriorum. Vnde dicitur in pſalmo: *Pſal. 16. c* Satiabor cum apparuerit gloria tua.

VLTIMO Chriſtus cantabit communiter omnibus ſanctis illam dulciſſimam cantilenam, ſcilicet: *Mat. 25. c* Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Venite benedicti patris mei, per gratiæ adoptionem, per quam eſtis fi F lij & fratres mei. Quia vt ait Apoſtolus: *Rom. 8. c* Si filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. Quod vobis paratum eſt ab origine mundi, per æternã prædeſtinationem, per quam eſtis æterna præſcientia electi. Ad iſtam cantilenam Chriſti reſpondebit altiſſime totus chorus, vel chorea vel ballata ſanctorũ illũ cantũ qui reſcribitur in Paulo: *1. Tim. 1. d* Regi ſæculorũ immortali inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Tibi inquã Domine, qui es omniũ ſæculorũ pro nobis tantũ humiliatus: tu immortalis qui pro nobis in cruce es mortuus: tu inuiſibilis, qui tamẽ nobis viſibilis: tu ſolus ſanctus in maieſtate, nobis tamẽ miſericorditer aſſociatus: tu es omnipotẽs, pro nobis autẽ homo factus es. Tibi, inquam, honor ex creatione: gloria ex

redemptione: In ſæcula ſæculorum, ex æterna ſaluatio- A ne: Amen, ex omnium promiſſorum tuorum certiſſima adimpletione.

Tandem omnes ſancti dicent, alter ad alterum, illum ſacratiſſimum hymnum & triſagium glorioſum, *Iſa. 6. a* quod ſcribitur in Iſaia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus ſabaoth, vel exercituum, pleni ſunt cæli, *Virtus Triſagij.* & terra gloria eius. Cuius eſt tanta virtus, quòd qui dicit illum, a morte ſubitanea, & fulgure, & omnibus *Dam. li. 3. orth. fid. c. 10.* tribulationibus eſt ſecurus, vt ait Damaſcenus. Propter quod ſtatuit ſancta ſynodus Chalcedonenſis, quarta hoc triſagium ſanctæ Trinitatis a fidelibus dici, contra omnes ſtellionatus, id eſt minas diuinas, vt ait Da- B maſcenus ibidé, ſcilicet Agios, o theos, Sanctus Deus: Agios. Iſchyros, Sanctus fortis: Agios, athanatos, eleiſon, ymas, Sanctus, & immortalis, miſerere nobis. In quo triſagio ſancti faciunt ſpecialiter tria, ſcilicet Trinitatem confitentur in vna eſſentia. Vnde di- *Iſa. 6. a* cit Iſaias: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Poteſtatem, & iudicia admirantur, dicentes: Dominus Deus exercituum. Pietatem & beneficia venerantur, addentes: Plena eſt omnis terra tam viuentium, quàm morientium, gloria eius, id eſt miſericordia eius, in qua Deus *Rom. 3. g* præcipue oſtenditur glorioſus, vt exponit Gloſſa. Vnde dicit Apoſtolus: Omnes enim peccauerunt, & egent C gloria Dei, quæ eſt infinita. Ad quã gloriam nos perducat, & participes efficiat ductor illius choreæ Ieſus virginis filius, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto, vni ſolo Deo viuo, & vero eſt honor, & imperium maieſtatis, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

APPENDIX DIÆTÆ SALVTIS, quæ applicationem materiarum ipſius diætæ continet ad vſum concionato- D rum in diebus Dominicis, et feſtiuitatibus per annum.

Dominica I. in Aduentu Domini.

Rom. 13. d ABIICIAMVS *opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* &c. In aduentu magni Regis, & Principis expiantur ſordes, & parantur veſtes: & ideo Apoſtolus in his verbis per hunc modum, propter ſummi regis aduentum, ad fa- E ciendum hæc duo ſpecialiter nos inuitat. Primo ad vitiorum ſordes expurgandas, cum dicit: *Abiiciamus opera tenebrarum.* Secundo, ad virtutum veſtes præparandas, cum addit: *Et induamur arma lucis.* Primo igitur, debemus expurgare ſordes vitiorum, & pro- *Tit. 1. c. 1.* pter tria, quæ ſunt in peccato. Require in materia de peccato in communi. Secundo, debemus veſtes virtutum præparare, & ſpecialiter veſtem charitatis. Et *Tit. 5. c. 2.* ſicut videmus, quòd veſtis nobilior portatur in feſtis præcipuis. De hac veſte quære in materia de charitate.

Dominica II. Aduentus.

Rom. 15. *Deus autem ſpe repleat vos omni gaudio.* Quoniam a viris ſpiritualibus ſunt debiles ſuſtinendi, & triſtes conſolandi: idcirco Apoſtolus in verbis propoſitis duo facit. Primo enim promittit debilibus ſuſtentationem, cum dicit: *Deus autem ſpei.* Secundo, triſtibus conſolationem, cum addit: *Repleat vos omni gaudio.* & in *Pſal. 36. a* Pſalmo: Spera in Domino. ſequitur: Et paſceris in diuitijs eius. Primo, dico, quòd ſpiritualis ſuſtentatio *Tit. 5. c. 4.* eſt virtute ſpei. Quære in materia de ſpe. Secundo ſpiritualis conſolatio eſt in gaudio virtutis. Vnde vir- *Ibid. c. 1.* tus comparatur paradiſo. Quære in materia de virtute in communi.

Dominica III. Aduentus.

Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus prope eſt. *Philip. 4. a* Rege præſente conſueuerunt domicelli, & milites multũ alacriter & honeſte incedere: ideo Apoſtolus præuidens regis æterni præſentiam propinquam ad conuerſationem honeſtam in verbis propoſitis nos hortatur. Et ſecundum hoc in verbis iſtis duo facit. Primo enim hortatur nos ad cõuerſationis honeſtatẽ, cum dicit: *Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* Secundo oſtendit conuerſationis cauſam, cum addit: *Do-* B *minus prope eſt.* Primo igitur, forma conuerſationis conſiſtit ſpecialiter in manſuetudine vel mititate. Require in materia de mititate, & manſuetudine. Secun- *Tit. 7. c. 2.* do virtus ſpiritualis conuerſationis, & orationis caſtitatis, & pietatis, faciunt propinquam Dei præſentiam. Require in materia de caſtitate, oratione, & pietate. *Tit. 3. c. 4. tit. 1. c. 3. & tit. 7. c. 4.*

Dominica IV. Aduentus.

Nolite ante tempus iudicare, quo ad vſque veniat Dominus. *1. Cor. 4. a* Dicit lex Imperatoris, quod aduentente præſide, ceſſat iunior poteſtas. Ideo Apoſtolus conſiderãs C aduentum æterni iudicis, duo facit in his verbis. Primo namque reprimit inuidiam iniquam, dicens: *Nolite ante tempus iudicare.* Secundo prædicit Saluatoris iuſtitiam futuram, cum dicit: *Quoaſque veniat Dominus.* Primo igitur reprimitur inuidia propter tria, *Tit. 4. c. 4.* Require in materia de inuidia. Secundo, prædicatur cauſa, iudicis ſententia. Require in materia de iudi- *Tit. 9.* cio futuro.

Dominica infra octauam Natiuitatis.

Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius & heres per Deum. *Gal. 4. a* D Magnus debet magna donare. Vnde Apoſtolus in his verbis deſcribit Saluatoris magnificentiam. Et ſecundum hoc tria facit. Primo enim deſcribit culpæ ſubiectionem, a qua ſumus liberati, cũ dicit: *Itaque iam non eſt ſeruus.* Secundo, gratiæ cooperationem, per quam ſumus liberati & iuſtificati, addens: *Sed filius.* Tertio, gloriæ poſſeſſionem ad quam ſumus prædeſtinati, ſubdens: *Quòd ſi filius, & heres per Deum.* Primo igitur, ſubijcitur homo per culpam, ſpecialiter propter gulam, luxuriam, & auaritiã. Quære in materia de gula, de luxuria, & de auaritia. Secundo iuſtificatur homo per gratiam pœnitentiæ. E Quære in materia de pœnitentia. Tertio beatificatur homo per gloriã. Quære in materia de gloria paradiſi.

Dominica ſecunda.

Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Rom. 12. a* Omnis cibus quantumcumque pretioſus, inſipidus eſt, niſi ſit ſale conditus. ideo Apoſtolus hortatur nos in verbis propoſitis, vt cibum prudentię condiamus ſale diſcretionis. Et ſecundum hoc duo facit. Primo prohibet ſapientiam temerariam, dicens: *Non plus ſapere quàm oportet ſapere.* Secundo ſuadet tem- F perantiam neceſſariam, addens: *Sed ſapere ad ſobrietatem.* Primo igitur cauenda eſt prudentia vel ſapien- *Tit. 3. c. 3.* tia inordinata. Quære in materia de prudentia. Secundo quærenda eſt ſobrietas modeſta. Quære in ma- *Ibid. c. 6.* teria de temperantia.

Dominica prima poſt octauam Epiphaniæ.

Odientes malum, adhærentes bono. *Ibidem. c* Naturaliter guſtus bene diſpoſitus reſpuit amaritudinem & appetit dulcedinem. Ideo Apoſtolus in his verbis monet nos ad duo, videlicet ad deteſtationem culpæ, dicens: *Odientes malum.* Secundo monet nos ad dilectionem gratiæ, ibi: *Adhærentes bono.* Primo igitur deteſtanda eſt culpa.

Tit. 1. c. 1. pa. Quære in materia de peccato in communi. Secundo, diligenda eſt virtus, vel gratia. Quære in
Tit. 3. c. 1. materia de virtute in communi.

Dominica ſecunda.

Rom. 12. d *Non voſmetipſos defendentes charißimi, ſed date locum iræ.* Non eſt tutum militem ſine armis intrare locum certaminis: ideo Apoſtolus in his verbis ſpecialiter nos inſtruens, duo facit. Primo docet eſſe ſumendum ſcutum patientiæ, dicens: *Non voſmetipſos defendentes.* Secundo docet cauendum ictum iracundiæ, addens: *Sed date locum iræ.* Primo debemus aſſumere patien-
Tit. 5. c. 7. tiam tamquam ſcutum. Quære in materia de fortitu-
& tit. 7. c. 7. dine, & de patientia. Secundo, debemus cauere ira-
Tit. 6. c. 3. cundiam tamquam ictum. Quære in materia de ira.

Dominica tertia.

Rom. 13. c *Qui diligit proximum ſuum, legem impleuit.* Mercatores facientes computum, prius ipſum in pecias & partes diuidunt, & poſtea in ſummam reducunt, ſic & Apoſtolus in his verbis diuinæ legis ſummam reducit in charitatem. Et ſecundum hoc monet nos Apoſtolus ad duo, videlicet ad dilectionem proximorum, dicens: *Qui diligit proximum.* Ad impletionem mandatorum, addens: *Impleuit legem.* Primo igitur, de-
Tit. 5. c. 2. bemus proximum diligere. Quære in materia de cha-
Tit. 3. per tot. ritate. Secundo, debemus præcepta adimplere. Quære in materia de præceptis.

Dominica quarta.

Col. 3. c *Pax igitur Chriſti exultet in cordibus veſtris.* Mundus iſte conſueuit duo multum deſiderare, ſcilicet concordiam pacis, & lætitiam cordis. Ideo Apoſtolus in his verbis optat nobis hæc duo, quæ naturaliter deſiderat omnis homo, ſcilicet proximi concordiam amicabilē, cum dicit: *Pax igitur Chriſti.* Secundo animi lætitiam delectabilem, cum addit: *Exultet in cordibus veſtris;* Primo igitur, affectanda eſt concordia pacis. Quære in
Tit. 7. c. 6. materia de pace. Secundo, lætitia cordis eſt optanda.
Tit. 5. c. 2. & tit. 5. c. 1 Quære in materia de charitate, & in materia de gaudio

Dominica in Septuageſima.

1. Cor. 9. d *Sic currite, vt comprehendatis.* Quoniam non incipientibus, ſed proficientibus regnum cæleſte promittitur: ideo Apoſtolus in verbis iſtis ad duo ſpecialiter nos hortatur. Primo ad fructuoſam operationem, cum dicit: *Sic currite.* Secundo oſtendit fructuoſæ operationis rationem, cum addit: *Vt comprehendatis.* Primo igitur, debemus curſum præceptorum perficere. Quære
Tit. 3. per tot. in materia de præceptis. Secundo, fructum præmio-
Tit. 10. c. 11 & ſeq. rum appetere. Quære in materia de gloria paradiſi.

Dominica in Sexageſima.

2. Cor. 12. b *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Infirmus ſi prudens eſt, libenter ſuſtinet ſudorem propter frequentem ſanitatem. Ideo Apoſtolus in his verbis duo docet, ſcilicet afflictionem carnis quam debemus libenter portare, dicens: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Secundo poſſeſſionem virtutis, quam debemus feruenter amare, cum addit: *Vt inhabitet in me virtus Chriſti.* Primo igitur
Tit. 7. c. 7. afflictio carnis eſt libenter portanda. Quære in materia de fortitudine. Secundo, poſſeſſio virtutum eſt
Ibid. c. 1. amanda. Quære in materia de virtute in communi.

Dominica in Quinquageſima.

1. Cor. 13. b *Charitas patiens eſt.* Decet reginam, habere regium apparatum. Ideo Apoſtolus in his verbis deſcribit ſpe-

A cialiter iſta duo, ſcilicet charitatem ſicut virginum reginam dicens: *Charitas.* Secundo patientiam ſicut reginæ armaturam, addens. *Patiens eſt.* Primo igitur, Tit. 5. c. 2.
charitas eſt virtutum regina. Quære in materia de cha Ibid. c. 7. &
ritate. Secundo, patientia eſt reginæ armatura. Quære tit. 7. c. 7.
in materia de fortitudine. Et in materia de patientia.

Dominica prima in Quadrageſima.

Vt caſtigati & non mortificati. Filius ſi peccauerit ca- 2. Cor. 6. b
ſtigandus eſt, & non mactandus: corrigendus & non occidendus. Et ſecundum hoc Apoſtolus in iſto verbo
B ſpecialiter oſtendit duo. Primo quod peccator debet ſe corrigere cum flagello pœnitentiæ, cum dicit: *Vt caſtigati.* Secundo, quòd non debet ſe occidere cum gladio culpæ, addens: *Non mortificati.* Primo igitur, ca-
ſtigandus eſt peccator flagello pœnitentiæ. Quære in Tit. 2. per
materia de pœnitentia. Secundo, non eſt occidendus tot.
gladio culpæ, quære in materia de peccato in cōmuni. Tit. 1. c. 1.

Dominica ſecunda in Quadrageſima.

Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Tunc regnum 1. Theſ. 4. a
bene regitur, quando populus voluntatem regis obſer-
C uat, & quando rex plebis vtilitatem procurat. Vnde Apoſtolus in his verbis hæc duo facit. Deſcribit enim quid ſumme obſeruandum, quia voluntas diuina, dicens: *Hæc eſt voluntas Dei.* Secundo quid ſumme affectandum, quia ſanctitas propria, addens: *Sanctificatio veſtra.* Primo igitur, debemus diuinam voluntatē
obſeruare implendo præcepta. Quære in materia de Tit. 3. per
præceptis. Secundo, debemus per munditiam pro- tot.
priā caſtitatem ſeruare. Quære in materia de caſtitate. Tit. 4. c. 4.

Dominica tertia in Quadrageſima.

D *Ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit vos.* Epheſ. 5. a
Vnicuique experto in ſua ſcientia credendum. Et ideo, quia Apoſtolus ſumme fuit expertus in præceptis & ſcientia, audire debemus lectionem ſuam, quam nobis proponit in his verbis, de ſchola diuinæ lectionis. Hæc autem lectio cōtinet duo capitalia dilectionis, ſcilicet viam regulantem, & ideo dicitur: *Ambulate in dilectione:* & dilectionis formam exemplarem, & ideo ſubdit: *Sicut & Chriſtus dilexit vos.* Primo igitur ſe-
quenda eſt dilectionis via. Quære in materia de dile- Tit. 7. c. 2.
ctione & charitate. Secundo, attendenda eſt dilectio-
nis forma. Quære in eadem materia. Ibidem.

E

Dominica quarta in Quadrageſima.

Eijce ancillam & filium eius. Vulgo dicitur, quòd bo- Gal. 4. d
num opus facit, qui de ſtulto ſe expedit. Et ideo Apoſtolus in hoc verbo monet nos, ad expellendum peccatum de cordis hoſpitio. Et hoc quantum ad duo, ſcilicet quantum ad affectionem, qua peccatum concupiſcitur, dicens: *Eijce ancillam.* id eſt voluntatem malā. & quantum ad operationem, qua peccatum perpetratur, addens: *Et filium eius.* Primo igitur, per pœnitentiam expellenda eſt affectatio mala, & fit præcipue
F per contritionem, & per confeſſionem, quære in mate- Tit. 2. per
ria de pœnitentia. Secundo expellenda eſt operatio praua, tot.
& fit per ſatisfactionem. Quære in eadem materia. Ibidem.

Dominica in Paſſione Domini.

Per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta. Hebr. 9. c
Religioſi conſueuerunt ſe minuere, quando volunt infirmariam intrare, & recreationem ſuſcipere: ſic Dominus in paſſione ſua fecit ſe minui, & ſic intrauit infirmariam, & recreationem paradiſi recepit. Et ſic Apoſtolus in verbis iſtis duo oſtendit, ſcilicet paſſionis Chriſti minutionem, dicens: *Per proprium ſanguinem.* Secundo reſurrectionis recreationem, addens:

Intro-

Introiuit ſemel in ſancta. ſcilicet in cælum. Primo igi-
tur, paſſio Chriſti eſt iugiter meditanda. Quære in
Tit.2.c.1. materia de contemplatione & de gaudio. Secundo,
Tit.3.c.4. bona cæleſtia ſunt feruenter deſideranda. Quære in
& tit.10.c. materia de ſpe, & gloria paradiſi.
2.

Dominica in ramis Palmarum.

Phil.2. a *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mor-
tem, mortem autem Crucis.* Qui vult librum ſcribere
vel corrigere, ſuper omnia de exemplari veraci debet
curare: & ideo Apoſtolus in his verbis proponit no-
bis pro libro exēplum vitæ Chriſti, ad tranſcribendũ,
& corrigendum librum cordis noſtri. Proponit autē
hic nobis quattuor capitula huius libri, in cordis no-
ſtri codice tranſcribenda. Primum, ſcilicet humilitatis
inclinantis, cum dicit: *Humiliauit ſemetipſum.* Secun-
dum obedientiæ ſubiugantis, cum dicitur: *Factus obe-
diens.* Tertium perſeuerantiæ coronantis, cum ſubdi-
tur: *Vſque ad mortem.* Quartum pœnitentiæ crucifi-
gentis, cum ſubinfertur: *Mortem autem crucis.* Primo,
igitur, debemus nos humiliter inclinare. Quære in
materia de humilitate. Secundo, debemus nos obe-
Tit.7.c.1. dientia ſubiugare. Quære in materia de obedientia.
Tit.4.c.2. Tertio debemus nos perſeuerantia coronare. Quære
Tit.3.c.7. in materia de fortitudine. Quarto, debemus nos pœ-
Tit.2. per nitentia cruciare. Quære in materia de pœnitentia.
tot.

Dominica prima poſt Paſcha.

1.Io.vlt.a *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.*
Multum gloriatur miles in gladio, quando cum illo
triumphauit in omni bello: ideo Ioannes Apoſtolus
oſtendit in his verbis Chriſti militibus ſpecialiter duo,
ſcilicet triumphum vitiorum, dicens: *Hæc eſt victoria
quæ vincit mundum.* Secundo genus armorum ſecu-
riſſimum: *Fides noſtra.* Primo igitur, debemus per-
Tit.3.c.7. ſeuerantia triumphare. Quære in materia de fortitu-
dine. Secundo, debemus nos armis fidei armare.
Ibid. c.8. Quære in materia de fide.

Dominica ſecunda poſt Paſcha.

1.Pet.2. d *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum,
vt ſequamini veſtigia eius.* Sequi debet miles ducem,
proles patrem, ſcholaris doctorem: & ideo Apoſtolus
oſtendit nobis tria in his verbis, quæ ſunt neceſſaria,
& facienda nobis. Primo eſt nobis cum Chriſto mili-
tandum, & ideo dicitur: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis.*
Secundo cum Chriſto conuerſandum, & ideo ſubdi-
tur: *Vobis relinquens exemplum.* Tertio per Chriſtum
ambulandum, & ideo ſubinfertur: *Vt ſequamini veſti-
gia eius.* Primo igitur debemus laborare cum Chri-
Tit.2. per ſto, per pœnitentiam dignam. Quære in materia de
tot. pœnitentia. Secundo, debemus conuerſari in Chriſto
Tit.4.c.4. per vitam honeſtam. Quære in materia de caſtitate, &
& tit.3.c.6 temperantia. Tertio, debemus poſt Chriſtum ambu-
Tit.8. per lare per mandatorum ſemitam rectam. Quære in ma-
tot. teria de præceptis.

Dominica tertia poſt Paſcha.

1.Pet.2. b *Obſecro vos tamquam aduenas, & peregrinos, abſtinere
vos a carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.*
Qui bene dirigit in via, prædicit omnia diuerticula, &
pericula. Et ſecundum hoc, Apoſtolus monet nos in
his verbis ad tria, ſcilicet ad habendam mortis memo-
riam, dicens: *Obſecro vos tamquam aduenas & peregri-
nos.* Secundo, ad domandam carnis laſciuiam, dum
dicit: *Abſtinere vos a carnalibus deſiderijs.* Tertio ad
frangendam hoſtis malitiam ſubdens: *Quæ militant
aduerſus animam.* Primo igitur, habenda eſt mortis
Tit.7. c.1. memoria, & hoc eſt humilitatis. Quære in materia de
humilitate. Secundo, domanda eſt carnis laſciuia,

A quod eſt opus caſtitatis. Quære in materia de caſtita- Tit.4.c.4.
te, & temperantia. Tertio, fugienda eſt hoſtis mali- & tit.3.c.6
tia, & hoc opus fortitudinis. Quære in materia de for- Ibid. & tit.
titudine, & continentia. 3.c.9.

Dominica quarta poſt Paſcha.

*Sit omnis homo velox ad audiendum, & tardus ad lo- Iac.1. e
quendum, & tardus ad iram.* Vulgo dicitur: Qui non
eſt prudens, ſit ſaltem bene credens. Et ideo beatus
Iacobus Apoſtolus monet nos ſpecialiter ad tria. Pri-
mum eſt velocitas contra contemptum obedientiæ,
dicens: *Sit omnis homo velox ad audiendum.* Secundum
B eſt taciturnitas contra peccatum linguæ, ideo addit:
Tardus ad loquendum. Tertium eſt mititas contra pec-
catum iræ, ideo dicit: *Tardus ad iram*, Primo igitur,
debemus acquieſcere. Et hoc eſt opus obedienoę. Quę- Tit.4. c.2.
re in materia da obedientia. Secundo, debemus liben-
ter tacere contra vitium linguæ. Quære in materia Tit.8. per
de præceptis. Tertio debemus eſſe quieti contra pec- tot.
catum iræ. Quære in materia de ira. Tit.1. c.3.

Dominica quinta poſt Paſcha.

*Religio munda, & immaculata apud Deum patrem, hæc Iac.1. d
C eſt. viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, &
immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.* Boni pictoris
induſtria apparet in bona pictura, & ſecundum hoc
Apoſtolus pingit bonam picturam quantum ad tria,
quæ ſunt ad bonam vitam neceſſaria, ſcilicet decor con
uerſationis, & ideo dicitur: *Religio munda, & immacu-
lata apud Deum & patrem hæc eſt.* Secundo, dolor mi-
ſerationis, cum additur: *Viſitare pupillos & viduas in
tribulatione eorum.* Tertio fuga inquinationis, cum
ſubditur: *Et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.*
Primo ergo debemus pie conuerſari, quod eſt opus ho
D neſtatis. Quære in materia de honeſtate, vel caſtitate. Tit.4. c.4.
Secundo debemus pie miſereri, & hoc eſt opus pieta-
tis. Quære in materia de pietate, & miſericordia. Ter- Tit.6. c.4.
tio, debemus inquinationem deteſtari, & hoc eſt opus
virtutis, & hoc quantum ad triplicem cōcupiſcentiam, Tit.8. per
ſcilicet mundi, carnis, & hoſtis. Quære in materia de tot.
præceptis, & oratione. & tit.2.c.8

Dominica infra octauam Aſcenſionis.

*Si quis miniſtrat, tamquam ex virtute quam admini- 1.Pet.4. b
ſtrat Deus.* Omnis bonus operarius vtitur regula ad di-
rigendum opus. Et ſecundum hoc Beatus Petrus Apo-
E ſtolus oſtēdit in his verbis duo nobis neceſſaria, ſcilicet
obſequium exterioris operis, dicens: *Si quis miniſtrat.*
Secundo iudicium interioris virtutis, addens: *Quam
adminiſtrat Deus.* Primo, debemus bonum opus exer-
cere, & ſpecialiter triplex, ſcilicet opus iuſtitiæ in ob-
ſeruando mandata. Quære in materia de præceptis. Tit.8.
Secundo, opus pœnitentiæ in emendando peccata.
Quære in materia de pœnitentia. Tertio, opus miſeri- Tit.2.
cordiæ in ſubleuando proximi incommoda. Quære in Tit.6. c.4.
materia de miſericordia.

F *Dominica prima poſt Penteceſtem.*

*Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum di- 1.Ioan.4.d
ligat & fratrem ſuum.* Duplicem modum conſueuit
facere, qui rem vult bene ligare. Et ſecũdum hoc Ioan-
nes Apoſtolus oſtendit nobis duo de vinculo charita-
tis; iniunctionem, qua iniungitur ſub diſcreto præce-
pto. & ideo dicitur: *Hoc mandatum habemus a Deo.* Cha-
ritatis perfectionem, quæ perficitur duplici modo, &
ideo ſubditur: *Vt qui diligit Deum, diligat & fratrem
ſuum.* Primo igitur, charitatem debemus ſeruare tam-
quam præceptum, quære in materia de præceptis. Se- Tit.8.
cundo, debemus charitatem nodare tamquam vincu-
lum. Quære in materia de charitate. Tit.3. c.2.

Domi-

A

Dominica ſecunda poſt Penteceſtem.

1.Io. 3. c *Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.* Secundum leges ſæculares, nõ ſolum reputatur homicida qui interficit ictu gladij, ſed qui parat potiones veneni. Et ſecundũ hoc Apoſtolus in his verbis oſtendit nobis duo, ſcilicet odium expellendum ad modum veneni, dicens: *Qui odit fratrem ſuum.* Secundo homicidium abhorrendum, inſtar gladij, addens: *Homicida eſt.* Primo igitur, debemus odium fratris vitare, quod eſt inuidiæ cor-
Tit.5.c.4. ruptio. Quære in materia de inuidia. Secundo, debemus homicidium abhorrere, quod eſt præcepti tranſ-
Tit.3.c.4. greſſio. Quære in materia de præceptis.

Dominica tertia poſt Penteceſtem.

1.Pet.vlt.b *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt exaltet vos in die viſitationis, &c.* Saltatores conſueuerunt ſe curuare, vt melius poſſint ad alta ſaltare. Et ſecundum hoc Apoſtolus oſtendit nobis duo, ſcilicet humilitatis inclinationem profundam, dicens: *Humiliamini ſub potenti manu Dei.* Secundo humilitatis eleuationem iucundam, addens: *Vt exaltet vos in die viſitationis.* Pri-
Tit.7.c.1. mo igitur, debemus noſipſos humiliare. Quære in
Tit.1.c.3. materia de humilitate, & ſuperbia per contrarium. Secundo debemus nos per contemplationem ad glo-
Tit.10.c.2 riam leuare. Quære in materia de gloria paradiſi.

Dominica quarta poſt Penteceſtem.

Rom.8.d *Exiſtimo enim quòd non ſunt condigna paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c.* Conſueuit homo accipere pro parte ſua, quod plus ponderat in ſtatera. Et ſecundum hoc Apoſtolus quaſi in ſtatera proponit nobis duo verba in propoſito, ſcilicet præſentem tribulationem ad ſuſcipiendum, dicens: *Exiſtimo, quòd non ſunt condigna paſſiones huius temporis.* Secundo æternam remunerationem ad eligendum, addens: *Ad futuram gloriam.* Primo igitur,
Tit.7.c.7. debemus præſentem tribulationem ſuſtinere pauẽter.
& tit.1.c.7 Quære in materia de patientia, & acedia per contra-
Tit.5.c.4. rium. Secundo æternam remunerationem expectare.
& tit.10.c.2. Quære in materia de ſpe & gloria paradiſi.

Dominica quinta poſt Penteceſtem.

1.Pet.3.c *Si quid patimini propter iuſtitiam, beati, &c.* Vix acquiruntur magnæ diuitię ſine magno labore. Et ſecundum hoc in verbis propoſitis ponũtur ſpecialiter tria, ſcilicet virtus laborem ſuſtinens, cum dicitur: *Si quid patimini.* Iuſtitia laborem decorans, cum additur: *Propter iuſtitiam.* Fructus, laborem remunerans cum ſubditur: *Beati.* Primo enim debemus laborem præſen-
Tit.5.c.7. tem patienter portare. Quære in materia de fortitu-
& tit.1.c.3 dine, ſuperbia, luxuria; & auaritia per contrarium.
4.9. Secundo, debemus præſentem laborem titulo iuſti-
Tit.5.c.6. tiæ decorare. Quære in materia de iuſtitia. Tertio,
Tit.5.c.4. debemus laborem fructu felicitatis coronare. Quæ-
& tit.10.c.2. re in materia de ſpe, & gloria paradiſi.

Dominica ſexta poſt Penteceſtem.

Rom.6.b *Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus quòd ſimul viuemus cum eo, &c.* Conſueuerunt pueri rumpere veſtes antiquas, vt citius habeant nouas. Et ſecundum hoc Apoſtolus in hoc verbo ſpecialiter oſtendit nobis duo, ſcilicet veſtem carnis mortificandã, cum dicitur:
Tit.2. per *Si autem mortui ſumus cum Chriſto,* ſtolam gloriæ deſi-
tot. derandam cum additur: *Quòd ſimul viuemus in eo.*
& tit.6.c.7. Primo igitur, debemus veſtem carnis rumpere per pę-
8.9. nitentiam. Quære in materia de pœnitentia, acedia,
Tit.5.c.4. luxuria, & gula per contrarium. Secundo debemus
& tit.10.c. ſtolam gloriæ æternæ frequenter appetere. Quære in
2. materia de ſpe, & gloria paradiſi.

Dominica ſeptima poſt Penteceſtem.

Habetis fructum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Qui prudens eſt conſiderat fructum laboris, & finem operis. Et ſecundum hoc Apoſtolus in omni hora docet nos cõſiderare duo, ſcilicet fructum iuſtificantem, dicens: *Habetis fructum in ſanctificationem.* & deſiderare finem iuſtificantem, addens: *Finem verò vitam æternam.* Primo, fructus boni operis conſiſtit in opere iuſtitiæ. Quære in materia de præ- Tit.3.per
B ceptis. Secundo finis operis conſiſtit in conſummatio- tot.
ne perſeuerantiæ. quære in materia de perſeuerantia. Tit.9.c.2.
Tertio in expectatione futuræ gloriæ. Quære in Tit.7.c.4.
materia de ſpe & gloria paradiſi. & 10.c.2.

Rom.6.d

Dominica octaua poſt Penteceſtem.

Si ſecundum carnem vixeritis moriemini, &c. Infirmus ſi ſemper bibit ſecundum ſitum febris, de facili incurrit periculum mortis. Et ſecundum hoc, Apoſtolus oſtendit nobis duo, ſcilicet febrem vel ſitum carnis omnino reprimendam, dicens: *Si ſecundum carnem vixeritis.* Et gehennalem pœnam mortis omnino fugien-
C dam, addens: *Moriemini.* Primo igitur debemus deſideria carnis reprimere. Quære in materia de tempe- Tit.5.c.6.
rantia, & gula per contrarium. Secundo, debemus mor- & tit.1.c.8
tis ſupplicia formidare. Quære in materia de timore, Tit.6.c.1.
& ſuperbia per contrarium. & tit.1.c.8

Rom.8.b

Dominica nona poſt Penteceſtem.

Non ſimus concupiſcentes malorum. Qui equitat laſciuum equum debet ipſum refrenare ſpecialiter iuxta periculum. Et ſecundum hoc Apoſtolus oſtendit nobis duo, ſcilicet concupiſcentię vitium caute refrenandum
D cum dicit: *Non ſimus concupiſcentes,* & concupiſcentiæ periculum formidandum, addens: *Malorum.* Primo igitur cõcupiſcentiæ, vitium refrenandũ. Quære in ma- Tit.3.c.9.
teria de præceptis. Secundo debemus concupiſcentiæ periculum formidare, quantum ad gulam, luxuriam, Tit.1.c.6.8
auaritiam. Quære in materia iſtorum. 9.

1.Cor.10.

Dominica decima poſt Penteceſtem.

Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus. 1.Cor.12.a
Multum decorat honorem regium, multiformis varietas & diſtributio miniſteriorum. Et ſecundum hoc
E in his verbis duo ſpecialiter deſcribuntur, ſcilicet obſequij diuini diſtributio ſalutaris cum dicitur: *Diuiſiones miniſteriorum ſunt:* Diſpenſationis Dei dominatio ſingularis, cum additur: *Idem autem Deus.* Primo igitur, debemus nos occupare, quantum ad opera miſe- Tit.7.c.4.
ricordiæ, & iuſtitiæ, & pœnitentiæ. Quære in mate- & tit.5.c.8
ria eorum. Secundo, debemus vnum Deum adorare. & tit.2.per
Quære in materia de præceptis. tot.
Tit.3.c.2.

Dominica vndecima poſt Penteceſtem.

Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me va- 1.Cor.15.b
F *cua non fuit.* Naturaliter arbor prius nititur radices figere, & poſtea fructus proferre. Et ſecundum hoc Apoſtolus in his verbis de quolibet viro iuſto oſtendit nobis duo, ſcilicet veritatis ſtabilitatem, dicens: *Gratia Dei ſum id quod ſum.* Et operis fecunditatem, addens: *Et gratia eius in me vacua non fuit.* Primo igitur, debemus eſſe virtutibus fixi. Quære in materia de fi- Tit.7.c.2.3
de, ſpe, charitate, & veritate in communi. Secundo, 4.
debemus eſſe in bonis fecundi. Quære in materia de Tit.7.c.4.
miſericordia & auaritia, & acedia per contrarium. & tit.1.c.6
& 7.

Dominica duodecima poſt Penteceſten.

Sufficientia noſtra ex Deo eſt. Sicut luna recipit lumen 2.Cor.3.b
ſuum,

ſuum a ſole, ita creatura donum ſuũ a Creatore: & ad hoc quòd luna plene lumen ſuum recipiat, oportet vt ſol directe reſpiciat. Et ſecundum hoc duo ſpecialiter in verbis iſtis oſtenduntur, ſcilicet integralis iuſti perfectio, cum dicitur: *Sufficientia noſtra*. Secundo iuſti ſpiritualis contemplatio, cum additur: *Ex Deo eſt*. Primo igitur, debemus perfectionem virtutis habere.

Tit.1.c.1. Quære in materia de virtute in communi. Secundo, debemus ad Deum per contemplationem reſpicere.

Tit.2.c.1. Quære in materia de oratione & contemplatione.

Dominica decimatertia poſt Pentecoſtem.

Gal. 3. e *Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt.* Sicut enim principis equus indiget freno: ſic pronitas ex concupiſcentia noſtra iuſtitiæ præcepto. Et ſecundum hoc Apoſtolus in his verbis oſtendit nobis duo, ſcilicet æquitatem diuini præcepti cum dicit: *Lex*. & pronitatem peccati cum dicit: *Propter tranſgreſſiones poſita eſt*. Primo igitur,

Tit. 3. æquitas præcepti eſt obſeruanda. Quære in materia de præceptis.

Tit. 2. per tot. & tit.3.c.6 & tit.c.c.8 & 9. Secundo peccati pronitas moderanda. Quære in materia de pœnitentia, temperantia, gula, & luxuria per contrarium.

Dominica decimaquarta poſt Pentecoſtem. C

Gal.5. e *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.* Tempus guerræ eſt valde periculoſum & maxime quando eſt continuum, & infeſtuum. Idcirco milites conſueuerunt incedere armati. Et ſecundum hoc in verbo iſto duo nobis oſtenduntur, ſcilicet carnis hoſtilitas domanda præ omnibus, cum dicitur: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*. & mentis ſinceritas armanda virtutibus cum additur: *Spiritus aduerſus carnem*. Primo igitur, debemus hoſtilitatem carnis domare, & ſpecialiter quantum ad gulam, & luxuriam.

Tit.1.c.c.9 Quære in materia de gula, & luxuria. Secundo, debe- D

Tit. 2. per tot. mus mentis ſinceritatem amare. Quære in materia de pœnitentia.

Dominica decimaquinta poſt Pentecoſtem.

Gal.6. b *Alter alterius onera portate. & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Boues iunguntur vt facilius trahant iugum, & equi combinantur, vt facilius trahant currum. Et ſecundum hoc, Apoſtolus in hoc verbo ponens nos ſub dilectionis iugo, docet ſpecialiter duo portare, ſcilicet proximorum partem laboris, cum dicit: *Alter alterius onera portate*. Secundo conſeruare legem amoris ad- E dens, *& ſic adimplebitis legem Chriſti*. Primo ergo eſt

Tit. 7. c.4. neceſſitas proximorum ſupportanda. Quære in materia de pietate & miſericordia. Secundo, eſt Dei & pro-

Tit. 3. & tit.5.c.2. ximi charitas adimplenda. Quære in materia de præceptis & charitate.

Dominica decimaſexta poſt Pentecoſtem.

Eph.4. a *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Sicut opus glutini eſt fortiter coniungere, & ſicut vinculi eſt ligare: ſic opus charitatis eſt fortiter amare, Et ſecũdum hoc Apoſtolus in verbo propoſito monet F nos ad duo, ſcilicet ad habendum charitatis glutinum in vnitate mentis ibi: *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus*. & ad habendum charitatis vinculum in vnitate pacis, addens: *In vinculo pacis*. Primo igitur, charitas lo-

Tit.5.c.2. & tit.1.c.4 co glutini habet mentium vnitatem. Quære in materia de charitate, & inuidia per contrarium. Secundo cha-

Tit.7. c. 6. & tit.1.c 5 ritas loco vinculi habet neceſſariam pacem. Quære in materia de pace, & ira per contrarium.

Dominica decimaſeptima poſt Pentecoſtem.

Epheſ.3. d *In charitate radicati & fundati.* Sicut radix arborem portat, & ſicut fundamentum ædificium ſuſtinet: A. ſic charitas bonum inchoat, & conſeruat. Et ſecundum hoc in verbis propoſitis de charitate duo proponũtur. Quoniam ipſa eſt radix a qua generatur fructus boni operis, & ideo dicitur: *In charitate radicati*. Ipſa eſt fundamentum in qua ſituatur omnis ſtructura veritatis. & ideo ſubdit: *Fundati*. Primo igitur, charitas eſt radix reſpectu operis boni. Quære in materia de charitate. *Tit.5. c.2.* Secundo, charitas eſt fundamentum reſpectu virtutis. Quære in eadem materia. *Ibidem.*

Dominica decimaoctaua poſt Pentecoſtem.

B *Confirmabit vos vſque in finem ſine crimine.* Vulgo *1.Cor. 1. a* dicitur, quòd finis, non pugna coronatur. Vnde incaute & in vanũ laudatur nauta antequam acceperit portum, & miles antequam acquiſierit triumphum. Et ſecundum hoc, Apoſtolus hortatur nos ſpecialiter ad duo, ſcilicet ad firmitatem perſeuerantiæ, cum dicitur: *Confirmabit vos*: Ad puritatem innocentiæ, addens: *Sine crimine*. Primo igitur, debemus in bono perſeuerare. Quære in materia de perſenerantia. Secundo, *Tit.6.c.4.* debemos peccatum odire. Quære in materia de peccatis in communi. *Tit.1. c.1.*

Dominica decimanona poſt Pentecoſtem.

Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret operando manibus ſuis. *Epheſ.4. d* Mercatores conſuauerunt mercaturam illam eligere, quam cognoſcunt ad lucrum vtiliorem eſſe. Et ſecundum hoc Apoſtolus in verbo propoſito facit ſpecialiter duo. Prohibet acquiſitionẽ furtiuam cum dicit: *Qui furabatur iam non furetur*. Suadet occupationem, addens: *Magis autem laboret. &c.* Primo igitur, debemus furtum & rapinam deteſtari, Quære in materia de præceptis & auaritia. Secundo, *Tit. 3. c.6.* debemus bonis operationibus occupari, & ſpecialiter *& tit.1.c.6* in operibus iuſtitiæ. Quære in materia de præceptis; *Tit.3.et 2. per tot. &* de pœnitentia, & miſericordia. *tit.7.c.4.*

Dominica vigeſima poſt Pentecoſtem.

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Medici ſum- *Eph. 5. e* me prohibent vinum infirmis, quia ſumme accendit materiam febris. Et ſecundum hoc in verbo iſto Apoſtolus duo facit. Primo enim prohibet vinum gulæ, dicens: *Nolite inebriari vino*. Secundo prædicit febrem luxuriæ, addẽs: *In quo eſt luxuria*. Debemus igitur, gulã & luxuriã cauere. Quære in materia de luxuria & gula. *Tit.1.c.8. & 9.*

Dominica vigeſimaprima poſt Pentecoſtem.

State ſuccincti lumbis veſtris in veritate. & induti lorica iuſtitia. *Eph.6. c* Conſueuerunt antiqui & probati milites, docere pugnare, & armare minores. Et ſecundum hoc, Apoſtolus docet nos in his verbis tria, ſcilicet corporis caſtitatem, dicens: *State ſuccincti lumbis veſtris*. oris veritatem, addens: *In veritate*. & æquitatem, ſubdens: *Induti lorica iuſtitia*. Primo igitur, debet eſſe caro munda. Quære in materia, de caſtitate & luxu- *Tit. 4. c.4.* ria per contrarium. Secundo, debet eſſe lingua vera. *& tit.1.c.9* Quære in materia de veritate & mendacio per contra- *Tit. 3. c.7.* rium. Et quære in materia de præceptis. Tertio, debet eſſe operatio iuſta. Quære in materia de iuſtitia. *Tit. 3.c.8.*

Dominica vigeſimaſecunda poſt Pentecoſtem.

Repleti fructu iuſtitiæ per Ieſum Chriſtum in gloriam *Philip. 1. b* *& laudem Dei.* Mercatores ſocij conſueuerunt primo lucro intẽdere, & poſtmodum lucrum diuidere. In omni opere bono, ſunt ſocij Deus & homo, & honor eſt portio Dei, qui gratiã largitur, fructus vero eſt portio hominis, qui bonum opus exequitur. Et ſecundũ hoc Apoſtolus in verbo propoſito monet nos quantum ad duo, ſcilicet ad fructũ boni operis cumulandũ, quæ eſt

portio

portio noſtra dicẽs: *Repleti fructu iuſtitia per Ieſum Chriſtum.* Ad laudem & honorem Deo perſoluendum, quæ
eſt portio ſua, addens: *In gloriam & laudem Dei.* Primo igitur, debemus bonis operibus inſiſtere, & ſpecia-
Tit. 7. c. 4. liter operibus miſericordiæ. Quære in materia de mi-
Tit. 2. per ſericordia: vel operibus pœnitentiæ. Quære in mate-
tot. ria de pœnitentia. Secundo debemus in omnibus
Tit. 1. c. 3. Deum laudare. Quære in materia de bonitate, & ſu-
perbia per contrarium.

Dominica vigeſimaterna poſt Pentecoſtem.

Philip. 3. d *Quorum Deus venter eſt. & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* Conſueuit nutrix in conſpectu pueri contra immunditiam ſpuere, vt puer addiſcat immunditias non tractare. & ſecundum hoc Apoſtolus in verbis iſtis deſcribit nobis tria vitia deteſtanda, ſcilicet immundorũ idolatriã deteſtabilẽ, dicẽs: *Quorum Deus venter eſt.* Superborũ vanam gloriã confuſibilẽ, addẽs: *Et gloria in confuſione ipſorum.* Cupidorũ auaritiã inex-
Tit. 1. c. 8. plicabilem, ſubdens: *Qui terrena ſapiunt.* Primo igitur,
& 9. debemus immũditiam fugere, & ſpecialiter gulam &
Tit. 1. c. 3. luxuriã. Quære in materia eorum. Secundo, debemus
& tit. 7. c. 1 ſuperbiã calcare. Quære in materia de ſuperbia, & hu-
Tit. 1. c. 6. militate. Tertio, debemus auiditatem cupidorum re-
tit. 4. c. 3. legare. Quære in materia de auaritia & paupertate.

Dominica vigeſimaquarta poſt Pentecoſtem.

Col. 1. b *In omni tempore bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei.* Arbor nouella facit naturaliter duo. Nam creſcendo fructificat, & fructificando creſcere non ceſſat. Et ſecundum hoc, Apoſtolus in verbo iſto monet nos ad duo, ſcilicet ad fructum bonorum operũ, dicẽs: *In omni opere bono fructificantes.* & ad augmentum virtutum, addens: *Et creſcentes in ſcientia Dei.* Primo igitur debemus bonis operibus inſiſtere, & ſpecialiter
Tit. 5. tit. tribus, ſcilicet iuſtitiæ. Quære in materia de præceptis.
2. tit. 7. c. 4 de pœnitentia, & miſericordia. Secundo, debemus
in virtutibus proficere. Quære in materia de virtutibus in communi, & de acedia per contrarium.

In viſitatione prælatorum ad ſubditos.

Ier. 23. b *Facit iudicium & iuſtitiam in terra.* Bonus paterfamilias prius ſeruis ſuis prædicit miſericordias, quàm inferat plagas. & hoc eſt quod dicit Dominus per Ieremiã prophetã, & in verbo iſto proponit duo, ſcilicet Chriſti iudiciũ, quod debemus ſumme formidare, dicẽs: *Faciet iudicium.* & ſecundo Chriſti iuſtitiã, quã debemus
Tit. 6. c. 1. obſeruare, addens: *Et iuſtitiam in terra.* Primo igitur,
& tit. 10. proponitur Chriſti iudicium ad formidandum Quære
c. 1. in materia de timore & iudicio. Secundo proponitur
Tit. 5. c. 8. iuſtitia ad obſeruandum. Quære in materia de iuſti-
& tit. 8. tia & præceptis.

De Apoſtolis.

Io. 15. b *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Conſuetum eſt in Eccleſia, quòd in magna ſolemnitate pulſatur maior campana: Ita & in feſto Apoſtolorum recitantur magnalia charitatis, quæ eſt maxima virtutum. & ſecundum hoc in verbis iſtis Saluator in laudem huius Apoſtoli nobis proponit de charitate duo, ſcilicet charitatis gaudium, qui non poteſt altior eſſe, dicens: *Maiorem hac dilectionem nemo habet.* Charitatis ſignum, quod non poteſt certius eſſe, addens: *Vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Primo igitur, debemus exẽplo huius Apo-
Tit. 5. c. 2. ſtoli dilectionis gradus aſcendere. Quære in materia
& tit. 1. c. 7 de charitate & acedia per contrarium. Secundo debe-
Ibidem. mus ſignum dilectionis oſtendere. Quære in materia
de charitate, & acedia per contrarium.

Item de eiſdem Apoſtolis.

Matt. 10. b *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut co-*
A *lumbæ.* Miles debet eſſe præcipue armatus contra illa tela, quibus vtitur inimicus. Et ideo quia mundus habet duo tela præcipua, ſcilicet fraudulentiam, & violentiam, quia per fraudulentiam decipit, per violentiã opprimit. Ideo Saluator in his verbis armat milites ſuos ſpecialiter duobus armis, ſcilicet ſerpentina ſagacitate, contra mundi fraudulentiam, dicens: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.* Columbina ſimplicitate, contra mundi violentiam, addens: *Et ſimplices ſicut columbæ.* Primo igitur, debemus habere exemplo huius Apoſto
li, prudentiam ſerpentinam. Quære in materia de pru- Tit. 5. c. 3.
dentia. Secundo, debemus habere mititatem colum- Tit. 7. c. 2.
B binam. Quære in materia de manſuetudine, & ira & tit. 1. c. 8
per contrarium.

De eiſdem Apoſtolis.

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Con- Matt. 10. b
ſueuit luparius lupo exponere agnum, vt cum agno capiat lupum. Iſto modo nouo venationis vſus eſt Chriſtus, qui principibus mundanis expoſuit Apoſtolos, & per Apoſtolos cepit principes, & reges mundanos. Et ſecundum hoc in verbo iſto ad laudem huius Apoſtoli deſcribit duo, ſcilicet diuinam auctoritatem, dicens: *Ecce ego mitto vos.* ouinã ſimplicitatẽ, addens: *Sicut oues*
C *in medio luporum.* Primo igitur, Apoſtoli fuerunt miſſi
ad prædicandum Dei verbum. Quære in materia de In Prœm.
prædicatione. Secundo, fuerunt miſſi ad ædificandum Tit. 4. c. 1.
per exemplum. Quære in materia de religione. Pro-
pter primum, eſt Apoſtolorum dignitas honoranda. Tit. 7. c. 1.
Quære in materia de humilitate. Propter ſecundum, Tit. 4. c. 2.
eſt eorum humilitas imitanda præcipue quantum ad & 5. & tit.
paupertatem, obedientiam, & charitatem. Quære in 5. c. 2.
materia de paupertate, & charitate, & obedientia.

De eiſdem Apoſtolis.

D *Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Conſueuit magiſter quando vult ſcholares Ioan. 15. b
bene inſtruere, exempla ſenſibilia in lectione proponere, vt ſcholares poſſint facilius retinere. Et ideo Saluator legens ſcholaribus ſuis, id eſt Apoſtolis lectionẽ charitatis, proponit ſeipſum tamquam exemplũ lectionis. Et ſecũdũ hoc charitas, quę fuit lectio Apoſtolorũ deſcribitur hic tripliciter, ſcilicet vt mandatũ intranſgreſſibile, cũ dicitur: *Hoc eſt præceptum meum*, vt vinculum indiſſolubile, cum additur: *Vt diligatis inuicem.* Vt exemplum intelligibile, cum dicitur: *Sicut dilexi vos.* Primo igitur, debemus charitatem ſicut præceptum ſeruare.
E Quære in materia de præceptis. Secũdo, debemus cha Tit. 8.
ritatẽ ſicut vinculũ nodare. Quære in materia de cha- Tit. 5. c. 5.
ritate. Tertio, debemus charitatem Chriſti ſicut exem
plum palpare. Quære in materia de charitate. Ibidem.

De vno Martyre.

Iuſtus vt palma florebit. Conſueuit agricola arbores Pſal. 91. c
generoſas eligere, vt eas poſſit in ſuo virgulto plantare. ſic Dominus noſter Ieſus Chriſtus elegit arbores nobiliſſimas in virgulto paradiſi plantandas: inter quas elegit huius venerandi Martyris victoriam, ſicut palmam
F fructuoſam & ſpecioſam. Et ſecũdum hoc martyr iſte glorioſus in iſto verbo, tripliciter, cõmendatur, ſcilicet vt iuſtus in opere cum dicitur: *Iuſtus.* vt fortis in tribulatione, cũ additur: *Vt palma.* vt pulcher in cõuerſatione, cũ ſubditur: *Florebit.* Primo igitur, debemus exem-
plo huius Martyris habere iuſtitiæ rectitudinẽ Quęre Tit. 5. c. 8.
in materia de iuſtitia. Secundo, patiẽtiæ fortitudinem. Ibid. c. 7.
Quære in materia de fortitudine. Tertio, munditiæ Tit. 4. c. 4.
pulchritudinem. Quære in materia de caſtitate.

Item de eodem Martyre.

Poſuiſti Domine in capite eius coronam de lapide precioſo. Magnus honor eſt quãdo Imperator promouet ali- Pſ. 20. a
quem

quem in militem,& maior cum coronat ſeruum regē. A
Talem honorem iſti Martyri glorioſo exhibuit Dominus: quoniam non ſolum in ſtrenuum militem ipſum promouit,ſed cęleſti diademate coronauit. Et ſecūdū hoc a propheta in laudē ſuæ coronæ duo ſpecialiter proponuntur,ſcilicet maieſtas imperialis, cū dicitur, *Poſuiſti Domine ſuper caput eius*. valor martyrialis,cū dicitur: *De lapide pretioſo*. Primo igitur, exemplo huius martyris, corona meritorum noſtrorū debet eſſe
Tit.4. c.4. in virtutibus ſpecioſe formata. Quære in materia de
Tit.5. c.1. continentia. Secundo, debet eſſe pretioſe fabricata.
& tit.7.c.1 Quære in materia de virtute & humilitate.

De pluribus Martyribus.

Hebr. 11.f *Sancti per fidem vicerunt regna.* Bene debent reputari ſtrenui milites,quando pauciſſimi vincunt plures. Tales fuerunt iſti ſancti Martyres, qui ſuperauerunt mundanos principes & reges. Et ſecundum hoc Apoſtolus in verbis iſtis deſcribit tria martyrum præconia glorioſa,ſcilicet vitæ munditiam, dicens: *Sancti.* Mentis iuſtitiam,addens: *Per fidem.* Mortis victoriam, ſubdens: *Vicerunt regna.* Primo ergo exemplo ſanctorum Martyrum debemus habere caſtitatem pro lori-
Tit.4. c.4. ca. Quære in materia de caſtitate. Secundo, fidem pro
Tit.1. c.3. lancea. Quære in materia de fide. Tertio perſeueran-
Ibid. c.7. tiam, pro corona. Quære in materia de fortitudine. C

De eiſdem Martyribus.

Sap.3. a *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.* Conſueuerunt incolæ ſteriles terras & tyrannorum regna dimittere, & ad fertiles terras & ad regna pacifica ſe transferre: ſic fecerunt ſancti Martyres, qui dimiſerunt terras ſteriles huius ſæculi,& tyrannidem diaboli, & tranſtulerunt ſe ad pacificum regnum Chriſti. Et ſecundū hoc in verbis iſtis duo Martyrum præconia proponuntur, ſcilicet plena perfectio reſpectu ſui.cum dicitur: *Iuſtorum animæ*. plena ſubiectio reſpectu Dei, cum ſubditur: *In manu Dei ſunt*. Primo igitur exemplo Mar- D
Tit.5. c.8. tyrum debemus eſſe virtute iuſtitiæ perfecti. Quære in materia de iuſtitia. Secundo debemus obedientia
Tit.4. c.n. eſſe ſubiecti. Quære in materia de obedientia.

De vno confeſſore Pontifice.

Heb.7. a *Aſſimilatus filio Dei manet ſacerdos in æternum.* Satis res commendatur de candore, quando comparatur niui, & res de calore quando comparatur igni. Sic commendantur merita huius confeſſoris & Pontificis glorioſi, cum comparantur Chriſto. Et ſecundum hoc in verbis iſtis iſte confeſſor commēdatur de duobus,ſcilicet de ſanctitate perfecta cum dicitur: *Aſſimi-* E
Tit.7. c.2. *latus filio Dei*. & de dignitate præcelſa, cum dicitur:
& tit. 5.c.1 *Manet ſacerdos in æternum*. Primo igitur exemplo hu-
& tit.7.c.1 ius confeſſoris eſt Chriſti ſanctitas imitanda. Quære in
& 4.& tit. materia de mititate, vel virtute in communi,& de hu-
5.6.7. militate miſericordia & fortitudine. Secundo eſt non
Tit.5. c.4. terrena, ſed cæleſtis dignitas appetenda. Quære in ma-
& tit.7.c.1 teria de ſpe, & humilitate.

De vno Doctore.

Pſal. 36. d *Os iuſti meditabitur ſapientiam,& lingua eius loquetur iudicium*. Naturaliter os hominis facit duo,ſcilicet guſtando probat cibum, & loquendo format verbum. Et ſecundum hoc glorioſus iſte doctor habuit duo bona, ex quibus extollitur in his verbis,ſcilicet guſtum ſapiētiæ in contemplatione, ideo dicitur: *Os iuſti meditabitur ſapientiam*. Verbum eloquentiæ in prædicatione, & ideo additur: *Et lingua eius loquetur iudicium*. Primo igitur exēplo huius ſancti doctoris debemus imitari ſapientiam,quam ipſe cōſiderauit,& præcipue mortis miſeriam ad humiliandum, & cæli gloriam deſide- F
Tit. 7. c.1. randum. Quære in materia de humilitate quantū ad
& tit.5.c.4 primum, & de ſpe quantum ad ſecundum. Secundo
Tit. 6.c.1. debemus formidare iudicia quę ipſe formidauit. Quęre in materia de timore.

De vno confeſſore non Pontifice.

Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Multum lætatur peregrinus, quando de *Sap.10. b* aliquo vertice montis oſtenditur ei terminus ſuæ dietæ: ſic fecit Dominus huic ſanctiſſimo confeſſori,cum in vertice contemplationis oſtendit ei regnum æternæ felicitatis. Et ſecūdum hoc, ſapiens in verbis iſtis proponit duo præconia huius confeſſoris,ſcilicet ſuę peregrinationis progreſſum certiſſimū,dicens: *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas*. Et ſuæ glorificationis viſum rectiſſimum, addens: *Et oſtendit illi regnum Dei*. Primo igitur exēplo huius ſancti confeſſoris, debemus
B per iter præceptorum incedere. Quære in materia de *Tit. 3. per*
præceptis. Secūdo debemus ad finem præmiorum re- *tot.*
cte aſcendere. Quære in materia de gaudio Paradiſi. *Tit.10. c.n*

De virgine Martyre.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, &c. *Cant.2. a*
Conſueuerunt amatores,laudibus amicas extollere,& cantionibus laudare: ſic amator virginum Chriſtus, in laudibus huius glorioſæ virginis, & martyris ſponſæ ſuæ,cantat per ſapientium cantilenā huius dulciſſimæ melodiæ. Et ſecundum hoc in verbis iſtis commēdat eam quadrupliciter, ſcilicet vt decoratam candore
C floreo,cum dicit: *Sicut lilium*. Vt laureatam cruore roſeo,cum additur: *Inter ſpinas*. ſcilicet Martyrij. Vt liquefactam amore flammeo, cum ſubdit: *Sic amica mea*. Vt exaltatam honore ſtelleo, cum concludit: *Inter filias*. id eſt inter animas beatas. Primo igitur
exemplo huius virginis, debemus incorruptionis florē *Tit.4. c.4.*
diligere. Quære in materia de caſtitate & luxuria per *& tit.8.c.9*
contrarium. Secundo debemus tribulationis ſpinas ſu- *Tit.5. c.7.*
ſtinere. Quære in materia de fortitudine,de pœnnien- *& tit. 2.*
tia,& de acedia per contrarium. Tertio debemus igne *per tot. &*
charitatis ardere. Quære in materia de charitate. Quar- *tit.1.c.7.*
D to debemus conſortium cæleſte deſiderare. Quære in *Tit. 3. c.2.*
materia de ſpe & timore per contrarium. *Tit. 8. c.4.*
& tit.6.c.1

De virgine non Martyre.

Quæramus Domino noſtro regi adoleſcentulam virginē. *3.Reg.1. a*
Sicut de prato colliguntur flores pulchriores: ſic Chriſtus de mundo per Angelos ſuos colligit virgines: Proponitur duo in verbis iſtis,ſcilicet regale connubiū,ad quod fuit aſſumpta,cum dicitur: *Quæramus Domino noſtro regi*. Virginale præconium,ad quod fuit electa,cū dicitur: *Adoleſcentulam virginem*. Primo igitur exemplo huius virginis anima fidelis debet eſſe Chriſto de-
E ſponſata. Quære in materia de fide & charitate. Secū- *Tit. 1. c.2.*
do debet eſſe caſtitatis priuilegio decorata. Quære in *3.*
materia de caſtitate, & de luxuria per contrarium. *Tit.4. c.4.*
& tit.8.c.9

Item de virgine non Martyre.

O quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Con- *Sap.4. a*
ſueuit homo mirari, ſpecialiter propter tria. Miratur enim homo in re multū pulchra, in re multum noua, & in re multum clara. Et ſecundum hoc huius ſanctæ, Chriſti ſponſæ tria miranda præconia proponuntur, ſcilicet decor conuerſationis,cum dicitur: *O quàm pul-*
F *chra eſt*. Candor incorruptionis, cum additur: *Caſta generatio*. Et ſplendor contemplationis cum ſubditur: *Cum claritate*. Primo igitur exemplo huius virginis,
debemus eſſe pulchri. Quære in materia de virtute in *Tit.5. c.1.*
communi,& temperantia. Secundo debemus eſſe de- *& 6.*
cori incorruptione. Quære in materia de caſtitate, & *Tit.5. c.4.*
luxuria per contrarium. Tertio debemus eſſe radioſi *& tit.8.c.9*
per contemplationem. Quære in materia de contem- *Tit.2. c.5.*
platione.

FINIS DIAETAE SALVTIS, ET
Primæ partis Opuſculorum,
S. Bonauenturæ.

SANCTI

BONAVENTVRAE

EX ORDINE MINORVM,

S. R. E. EPISC. CARD. ALBANEN.

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Opuſculorum

PARS SECVNDA.

HAC ſecunda parte tomi ſexti ea ſancti Bonauenturæ opuſcula continentur, quæ de CHRISTO redemptore noſtro, eiuſq. beatiſsima matre Maria virgine, tam ſoluta quàm ligata oratione deuote ipſe compoſuit. Hæc vero ad excitandam fidelium deuotionem plurimum conferunt, nec doctrina & eruditione carent. Eorum autem ſeries mox infra ſequitur.

SERIES
OPVSCVLORVM
Quæ
SECVNDA HAC PARTE
CONTINENTVR.

Meditationes vitæ Chriſti.
Lignum vitæ.
De quinque feſtiuitatibus pueri Ieſu.
Officium de paſsione Domini.
Opus contemplationis.
Laudiſmus de ſancta cruce.
Philomena.
De ſeptem verbis Domini in cruce.
Speculum Beatæ Mariæ Virginis, ſiue Mariale.

Offi-

Officium de compaſsione Beatæ Mariæ Virginis.
Corona Beatæ Mariæ Virginis.
Carmina ſuper canticum, Salue Regina.
Laus Beatæ Virginis Mariæ.
Pſalterium minus Beatæ Mariæ Virginis.
Pſalterium eiuſdem.

S. BONA-

S. BONAVENTVRÆ
EX ORDINE MINORVM.
S. R. E. CARDINALIS EP. ALBANENSIS
EXIMII ECCLESIÆ DOCTORIS
OPVSCVLVM.
Cui titulus eſt, Meditationes vitæ CHRISTI.

HOC opuſculo, cui titulus eſt MEDITATIONES VITÆ CHRISTI, *ſpiritualem filiam S. Bonauentura inſtruit vt ad altioſas omnes, luminoſasq. virtutes progreſſiones faciat. Quod vt melius praſtet Christi Domini vitam tamquam lucidiſſimum, ac nitidiſſimum ſpeculum ei ob oculos ponit, ad quod vitam ſuam moresq. componat, atque in eius ſemper meditatione verſetur. Iugis enim & aſsidua vitæ Chriſti meditatio, quæ continet virtutum omnium perfectionem, contra vana & caduca, mentem roborat: contra tribulationes, & aduerſa fortificat: contra hoſtium inſidias, ac blandimenta fallacia erudit: ita vt his inſtructa præſidijs, & documentis nec vi hoſtium opprimi, nec fraude decipi vmquam poſſit. Intentum vero Auctoris ex proœmio patet, & infra etiam ex c. 9 dum nec omnia quæ Chriſtus fecit, quem quam meditari poſſe, nec ſcripta eſſe affirmat: atque ita Chriſti Domini geſta ſe narraturum pollicetur quemadmodum contigerunt, vel contigiſſe credibile eſt ſecundum imaginarias quaſdam repræſentationes, vt ipſe ait, quas animus diuerſimode percipit. Quod non eſſe a ſacra Scriptura alienum in proœmio itidem egregie demonſtrat. Diuiditur autem opuſculum generatim in partes ſex. Prima eſt de ijs, quæ incarnationem Domini præceſſerunt. Secunda de ipſa incarnatione. Tertia de Chriſti natiuitate. Quarta de toto Chriſti Domini vitæ curſu. Quinta de eius ſanctiſsima paſsione & morte. Sexta de Chriſti reſurrectione, & ad cælos aſcenſione, ac de Spiritus ſancti miſsione. In his vero meditandis Auctor ita ſe gerit vt a capite primo vſque ad decimum octauum meditationes prolixe tractet. Deinde vero rem geſtam prout narrant Euangeliſtæ, proponit, exiſtimans quamlibet Chriſti actionem nobis ſufficere ad plenam meditationem & inſtructionem. Quod ſi nonnumquam aliqua in meditationem adducit, quæ humilia nimis & puerilia videntur: non propterea contemnenda ſunt aut paruipendenda. Quia, vt Auctor ipſe c. 14. & 15. docet, vtilia ſunt valde, & nos ad maiora tranſmittunt. Quod enim ſtultum Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum, potentius. Diſponit vero ſuas meditationes iuxta ſingulas hebdomadæ dies, vt quid in ſingulis meditari de Chriſto vtile ſit, quiſque intelligat. Sanctorum quoque patrum auctoritatibus opuſculum conſperſum eſt præſertim S. Bernardi. cuius rei rationem cap. 36. reddit Auctor his verbis:* Ideo libenter Bernardi verba in hoc opuſculo interſero, & adduco, quia non ſolum ſpiritualia ſunt, & cor penetrantia: ſed & decore plena, & ad Dei ſeruitium excitantia. *Ex quibus conſtat quam dignus ſit iſte tractatus S. Bonauenturæ doctrina pietate & deuotione.*

PROOEMIVM.

INTER alia virtutum & laudū præconia de ſanctiſsima virgine Cæcilia legitur quòd Euangelium Chriſti abſconditum ſemper portabat in pectore. Quod ſic intelligi debere videtur, quòd ipſa de vita Domini Ieſu in Euangelio tradita, quædam ſibi deuotiora prælegerat, in quibus meditabatur die ac nocte, corde puro, & integro, attentione præcipua & feruenti, & cum plena circulatione reincipiens iterum & dulci ac ſuaui guſtu ruminans ea in arcano pectoris ſui collocabat. Simile tibi ſuadeo faciendum. Super omnia namque inter ſpiritualis exercitij ſtudia, B hoc magis neceſſarium, magisq. proficuum credo, & quod ad celſiorem gradum producere poſsit. Nuſquā enim inuenies, vbi ſic doceri poſsis, contra vana blandimenta & caduca, contra tribulationes & aduerſa, cōtra hoſtium tentamenta, & vitia, ſicut in vita Domini Ieſu quæ fuit abſque omni defectu perfectiſsima. Ex frequenti enim & aſſueta meditatione vitæ ipſius adducitur anima in quandam familiaritatem, confidētiam, & amorem ipſius, ita quòd alia vilipendit & contemnit. Inſuper fortificatur & inſtruitur quid facere, quidve fugere debeat.

Vitæ Chriſti meditatio frequēs quantū animæ proſit.

C Dico primo quòd iugis meditatio vitæ Domini Ieſu roborat & ſtabilit mentem contra vana & caduca, vt patet in prædicta beata Cæcilia, quæ ita cor ſuum repleuerat de vita Chriſti, quòd in ipſam vana intrare non poterant: vnde in pompa nuptiarum exiſtens, vbi tot vana geruntur, cantantibus organis, ipſa ſtabili corde ſoli Deo vacabat, dicens: Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, vt non confundar.

A Secundo fortificat contra tribulationes & aduerſa, vt patet in martyribus. Circa quod ſic dicit Bernardus: Inde tolerantia martyrij prouenit, quòd in Chriſti vulneribus tota deuotione verſetur, & iugi meditatione demoretur. In illis ſtat martyr tripudians & triumphans, toto licet lacerato corpore, & rimante latera ferro. Vbi ergo tunc anima martyris? Nempe in vulneribus Ieſu, & vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in ſuis eſſet viſceribus, ſcrutans ea, ferrum profecto ſentiret, dolorem non ferret, ſuccumberet & negaret. Hucuſque Bernardus: Inde eſt quòd non ſolum martyres, ſed & confeſſores in tribulatio- B nibus & infirmitatibus ſuis, tantam patientiam habuerunt, & tota die habent. Si legas de beato Franciſco, & de beata virgine Clara matre ac duciſſa tua, poteris inuenire, quomodo in multis tribulationibus penurijs, & infirmitatibus, non ſolum patientes, ſed etiam hilares exiſtebant. Idem quotidie videre potes inducentibus ſanctam vitam: hoc ideo quia ipſorum animæ nec erant, nec ſunt in eorum corporibus, ſed in Chriſto ex deuota meditatione vitæ ipſius.

Bern. ſer. 61. ſuper Cāt. verſ. fin.

Tertio dico, quòd docet circa gerenda, vt nec hoſtes nec vitia irruere vel fallere poſsint, hoc ideo, quia perfectio virtutum reperitur ibidem. Vbi enim virtutes C excelſæ paupertatis, eximiæ humilitatis, profundæ ſapientiæ, orationis, manſuetudinis, obedientiæ, patientiæ, ceterarumq. virtutum exempla, & doctrinam ſic inuenies, ſicut in vita Domini virtutum? De hoc ſic breuiter ait Bernardus: In caſſum proinde quis laborat in acquiſitione virtutum, ſi aliunde eas ſperandas putet, quam a Domino virtutum: cuius doctrina ſeminariū prudentiæ, cuius miſericordia opus iuſtitiæ, cuius vita ſpecu-

Idē ſer. 22. ſuper Cāt. in fin.

ſpeculum temperantiæ, cuius mors inſigne eſt fortitudinis. Hucuſque Bernardus: Qui ergo eum ſequitur, errare non poteſt neque falli. Ad cuius virtutes imitandas & adipiſcendas, ex frequenti meditatione cor accenditur, & animatur. Deinde illuminatur virtute, ita quòd virtutem induit, & a veris falſa diſcernit: adeo vt plures fuerint illiterati, qui magna & profunda Dei myſteria cognouere. Vnde credis quòd beatus

S. Frãciſcus vitę Chriſti meditator aſſiduus.

Franciſcus ad tantam virtutum copiam & ad tam luculentam intelligẽtiam ſcripturarum, ad tam etiam perſpicacem notitiam fallaciarum hoſtium & vitiorum perueneri, niſi ex familiari conuerſatione & meditatione Domini ſui Ieſu? Propterea ſic ardenter afficie-B batur ad ipſam, vt quaſi ſua pictura fieret. Nam in cunctis virtutibus quam perfectius poterat imitabatur eandem, & tandem complente ac perficiente Ieſu per impreſsionem ſacrorum ſtigmatum, fuit in eum trãſformatus totaliter. Vides ergo ad quàm excelſum gradum meditatio vitæ Chriſti perducit, ſed & tamquam fundamentum efficax ad maiores contemplationis ſublimat gradus: quia ibidem inuenitur vnctio, quæ paulatim purificans & eleuans animam, docet de omnibus, de quibus non eſt ſermo ad præſens.

Nunc autem te in ipſas vitæ Chriſti meditationes, aliqualiter introducere cogitaui: ſed vellem, quòd hoc C a magis experto, magisq. docto acciperes, quia in talibus maxime inſufficiens ſum. Verumtamen iudicans melius fore aliqua, vtcumque dicere, quàm penitus tacere, experiar impotentiam meam, & familiariter tecum loquar, rudi & impolito ſermone: tum vt melius poſſis, quæ dicuntur capere: tum vt non aurẽ ſed mentem ſtudeas inde reficere. Non eſt enim in ornatis ſermonibus, ſed in Domini Ieſu meditationibus inſiſtendum. Ad quod etiam Hieronymi doctrina inducimur, dicentis: Sermo rudis vſque ad cor penetrat, politus autem paſcit aures. Spero autem, quòd ruditati tuæ conferet aliquid mea modicitas: ſed & in hoc magis D ſpero, quòd ſi te in his exercitari ſedula meditatione volueris, ipſum Dominum de quo loquimur, magiſtrum habebis. Non autem credas, quòd omnia quæ per ipſum dixiſſe, vel feciſſe conſtat, meditari poſſimus, vel quòd omnia ſcripta ſint: ego vero ad maiorem impreſſionem, ea ſic, ac ſi ita fuiſſent narrabo, prout contingere vel contigiſſe credi poſſunt, ſecundũ quaſdam imaginarias repræſentationes, quas animus diuerſimode percipit. Nam & circa diuinam ſcripturam meditari, exponere, & intelligere multifarie, prout expedire credimus, poſſumus: dummodo non ſit contra veritatem vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ, & non ſit

Quomodo circa diuinã Scripturam & dicta & facta Saluatoris meditari debemus.

contra fidem, & contra bonos mores. Cum autem me E narrantem inuenies, Ita dixit vel fecit Dominus Ieſus, ſeu alia quæ introducuntur: ſi illud per ſcripturam probari non poſſit, non aliter accipias, quam deuota meditatio exigit. Hoc eſt proinde accipe, ac ſi dicerẽ, mediteris, quòd ita dixit vel fecit Dominus Ieſus, & ſic de ſimilibus. Tu autem ſi ex his fructum ſumere cupis, ita te præſentem exhibeas, his quæ per Dominum Ieſum dicta & facta narrantur, ac ſi tuis auribus audires, & oculis ea videres, toto mentis affectu diligenter delectabiliter & moroſe, omnibus alijs curis & ſolicitudinibus tunc omiſſis. Quare te precor dilecta F filia, vt hunc laborem meum quem ad laudem Domini Ieſu, & tuum profectum, & meam vtilitatem aſſumpſi, lætanter ſuſcipias: & lætantius, deuotius, & ſolicitius te exerceas in eodem. Initium de incarnatione ſumendum eſt, ſed quædam ipſam præceſſiſſe meditari poſſumus, tam in cælis circa Deum & angelos ſuos beatiſſimos, quàm in terris circa Virginem glorioſiſſimam, quæ mihi videntur primitus explicanda. Et ideo de ipſis videamus.

De ſolicita pro nobis intercesſione Angelorum. Cap. I.

CVm per longiſſima tempora vltra ſpatium quinque millium annorum miſerabiliter iaceret genus A humanum, & nullus propter peccatum primi hominis aſcẽdere poſſet ad patriam beatiſſimi angelici ſpiritus, compatientes tantæ ruinæ, & de ſua reſtauratione ſoliciti, licet etiam pluries, primo tamen adueniente plenitudine temporis, deuotius, & inſtantius taliter ſupplicauerũt Domino procidẽtes in facies ſuas ante thronũ eius ſimul omnes congregati, & dixerunt: Domine placuit maieſtati veſtrę, & rationalẽ creaturam, ſcilicet hominẽ creare, propter veſtram bonitatẽ, vt ipſe eſſet hic nobiſcum, & vt nobis ex ipſo noſtrarũ contingeret reſtauratio ruinarũ. Sed ecce pereunt omnes, & nemo ſaluatur, & in tot annorũ curriculis hoc videmus, quòd B de omnibus hoſtes noſtri triũphant, & de ipſis non noſtræ ruinæ, ſed tartareæ ſpeluncæ replentur. Vt quid ergo Domine naſcuntur? Quare traduntur beſtijs animæ *Pſal. 73. b* confitentes tibi? Et ſi ſecundum iuſtitiam veſtram hoc fiat, tamen miſericordiæ tempus eſt. Et ſi primi parentes veſtrum mandatũ incaute trãſgreſſi ſunt, ſubueniat miſericordia veſtra. Mementote, quòd ad ſimilitudinem veſtram creaſti eos. Aperite Domine miſericorditer manum veſtram, & implete miſericorditer. Ocu- *Pſ. 122. a* li omnium ſpectant ad vos, ſicut oculi ſeruorum ad manus dominorum ſuorum, donec miſereamini & ſubueniatis remedio ſalutari humano generi.

C *De contentione inter miſericordiam & iuſtitiam, veritatem & pacem. Cap. II.*

HIs dictis, miſericordia pulſabat viſcera patris vt ſubueniret, ſecum pacem habens: ſed contradicebat veritas, habens ſecum iuſtitiam. Et inter eas magna controuerſia facta eſt, prout narrat beatus Bernardus *Bern. ſer. 1* pulchro & longo ſtylo. Sed ego ſuccincte, vt potero, *de annunciatione.* referam ſummam. Frequenter enim ipſius dicta melliflua intendo adducere, ſed plerumque cum exceptione, propter prolixitatem vitandam. In hoc ergo loco hæc eſt dicti ſui ſumma. Dicebat Domino miſericor-D dia: Numquid in æternum proijcies Domine, aut obli- *Pſ. 76. b* uiſceris miſereri? & hoc ei longo tempore ſuſurrabat. Reſpondit Dominus: Vocentur ſorores veſtræ, quas cõtra vos paratas videtis, & eas pariter audiamus. Quibus vocatis, incœpit miſericordia: Eget miſeratione diuina creatura rationalis, quoniam miſera facta eſt, & miſerabilis valde, venit tempus miſerendi, & iam præterijt. Econtra veritas: Oportet Domine implere ſermonem quem locutus es. Totus moriatur Adam, cum omnibus qui in eo erant, quando præuaricando pomũ guſtauit. Dixit miſericordia: Vt quid ergo Domine me feciſti? Scit enim ipſa veritas, quòd ego perij, ſi numquam miſereberis. Econtrario ipſa veritas: Si prę-E dictam tuam ſententiam præuaricator euaſerit, perijt & veritas tua, & nõ permanet in æternũ. Fuit ergo hęc quæſtio miſſa ad filium. Ipſa autem veritas & miſericordia coram eo eadem dicebant, & addebat veritas: Fateor Domine, quòd bono zelo mouetur miſericordia: ſed non ſecundum iuſtitiam, quæ potius præuaricatori vult parcere quàm ſorori. At miſericordia: Tu neutro parcis, & tanta indignatione ſæuis contra præuaricatorẽ, vt inuoluas pariter & ſororẽ. Sed nihilominus veritas fortiſſime allegat: Domine contra te ipſi quæſtio intorquetur, & eſt cauendũ, ne verbum patris F euacuetur. Dixit pax: Parcite vobis a verbis iſtis, virtutũ non eſt honeſta contentio. Vides controuerſiam magnã, & rationes fortes & efficaces. Nõ videbatur quomodo circa hominẽ poſſent & miſericordia & veritas conſeruari. Scripſit autem Rex ſententiam, quam paci, quæ propinquius ei ſtabat, dedit legendam, ſic continentem: Hæc dicit, Perij ſi Adam nõ moriatur. Et hæc dicit, Perij ſi non miſericordiã conſequatur. Fiat mors bona, & habeant vtræque quod petunt. Obſtupuerunt omnes in verbo ſapientiæ, & conſenſerunt quòd moriatur Adã, miſericordiam cõſequendo. Sed quærunt quo modo mors poteſt fieri bona, cũ horribilis ſit ipſi auditui? Reſpõdit Rex: Mors peccatorum peſſima, ſed *Pſ. 33. d* mors ſanctorum pretioſa, & ianua vitæ. Inueniatur qui *Pſ. 115. a*

ea cha-

ex charitate moriatur, non obnoxius morti: & ſic A mors non poterit tenere innoxium, ſed faciat in ea foramen, per quod tranſeant liberati. Placuit ſermo. Sed vbi talis poterit inueniri? reſponderunt. Redijt ergo veritas ad terram, & miſericordia remanſit in cælo. *Pſal. 35. a* Nam iuxta Prophetiam: Domine in cælo miſericordia tua, & veritas tua vſque ad nubes. Et circuit orbem terrarum. *Iob 25. ſecundū 70. interp.* Et nemo mundus a ſorde, nec infans vnius diei. Sed a miſericordia perluſtratur cælum, & neminem inuenit, qui ſufficientem ad hoc habeat charitatem. Omnes enim ſerui ſumus, & qui *Luc. 17. c* cum bene fecerimus dicere debemus illud Lucæ: Quia inutiles ſerui ſumus. Et cum nullus inueniretur, qui B *Ioan. 15. b* maiorem charitatē haberet, vt animam ſuam pro ſeruis inutilibus poneret, redeunt ad conſtitutam diem, anxie plurimum. Non inuento quod deſiderabant, *Pſal. 13. a* dixit pax: Vos neſcitis quidquam nec cogitatis. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum: ſed qui dedit conſilium ferat auxilium. Intellexit hoc Rex, *Gen. 7. b* & ait: Pœnitet me feciſſe hominem. Pœnitentiam me agere oportet, pro homine quem creaui. Et vocato *Zach. 9. b* Gabriele dixit: Vade dic filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit. Hucuſque Bernardus: Vides ergo, quàm magni C periculi fuit & eſt peccatum, & quàm magna difficultas eſt remedium inuenire. In hoc ergo conſenſerunt prædictæ virtutes præcipue in perſona filij. Nam perſona patris aliqualiter videtur terribilis & potēs: & ſic ſuſpicari quodammodo potuiſſent pax & miſericordia. Perſona vero ſpiritus, benigniſſima eſt: & ſic ſuſpicari poterant veritas & iuſtitia. Vnde perſona filij tamquam media accepta eſt, ad hoc remedium faciendum. hoc autem non proprie, ſed appropriate intelligas. *Pſal. 84. c* Tunc ergo impletum eſt illud Propheticum: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Et hæc de his quæ in cælis contingere potuerant, poſſumus meditari.

De vita Mariæ Virginis, & ſeptem petitionibus eius. Cap. III.

CIRCA Virginem, ex qua Incarnatio facta fuit, meditari poſſumus vitam ipſius. Vnde ſcire debes, quòd dum eſſet trium annorum, fuit a parentibus oblata in templum, & ibi ſtetit vſque ad decimum quartum annum. *Dam. lib. 4. fid. orth. c. 15. Niceph. lib. 2. Eccl. hiſt. c. 7.* Quid autem ibi fecerit, ſcire poſſumus ex reuelationibus ſuis, factis cuidam ſuæ deuotæ. Et creditur, quòd fuit Sancta Eliſabeth, cuius feſtum ſolemniter celebramus. In quibus hæc inter alia continentur. Cum, inquit, pater meus & mater mea me dimiſerunt E in templo, ſtatui in corde meo habere Deum in patrē: & deuote ac frequēter cogitabam, quid poſſem facere Deo gratum, vt dignaretur mihi dare gratiam ſuam, & feci me doceri legem Dei mei. Ex omnibus tamē præceptis diuinæ legis, tria præcepta præcipue ſeruaui in corde meo, videlicet: Diliges Dominum Deum tuū, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Item, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Item, habebis odio inimicum tuum. Iſta inquit ſeruaui in animo meo, & ſtatim omnes virtutes comprehendi, quæ in ipſis continentur, & ita volo te facere. Anima autem aliquam F virtutem habere non poteſt, ſi Deum toto corde non diligat. Ab iſto enim amore deſcendit omnis gratiæ plenitudo, ſine qua nulla virtus in aliquam deſcendit, nec perſeuerat in anima, ſed fluit vt aqua, niſi ſuos inimicos, id eſt vitia & peccata habuerit odio. Qui vult ergo ſuam gratiam habere, & poſſidere, oportet eum cor ſuum ad amorem & odium ordinare. Volo ergo te facere, vt faciebam ego. Surgebam enim ſemper in noctis medio, & pergebam ante altare templi, & tanto deſiderio, & tanta voluntate, & tanta affectione, quanta poteram, & ſciebam, petebam gratiam ab omnipotenti Deo obſeruandi illa tria præcepta, & omnia alia mandata legis. Et ſic ſtando ante altare ſeptem

A petitiones Domino faciebam, quæ ſunt hæ.

Septem petitiones B. Mariæ virginis.

Primo enim petebam gratiam, qua poſſem implere dilectionis præceptum, ſcilicet ipſum diligere ex toto, &c.

Secundo petebā gratiam, qua poſſem diligere proximum ſecundum volūtatem, & beneplacitum ſuum, & vt faceret me amare omnia, quæ ipſe amat & diligit.

Tertio petebam, vt me faceret odire & fugere omnia, quæ odit.

Quarto petebam humilitatem, patientiam, benignitatem, & manſuetudinem, & omnes virtutes, per quas efficerer gratioſa ante conſpectum ſuum.

B Quinto petebam, vt faceret me videre tempus, in quo eſſet nata illa beatiſſima Virgo, quæ debebat filium Dei parere: & vt conſeruaret oculos meos, vt poſſem eam videre: linguam, vt poſſem eam laudare: manus, vt poſſem ei ſeruire: pedes, vt poſſem ire ad ſeruitium ſuum: genua, vt poſſem adorare Dei filium in gremio ſuo.

Sexto petebam gratiam, obediendi mandatis, & ordinationibus Pontificis templi.

Septimo petebam, vt templum, & vniuerſum po- C pulum ſuum ad ſeruitium ſuum conſeruaret.

His auditis dixit ancilla Chriſti: O dulciſſima Domina non eratis vos gratia, & virtutibus plena. Reſpondit beata Virgo: Pro firmo ſcias, quòd ita me reputabam ream, & viliſſimam, & gratia Dei indignam ſicut tu. Propterea petebam ſic gratiam & virtutes. Et iterum: Filia tu credis, quod omnem gratiam quam habui, habuerim ſine labore: ſed non eſt ita. Immo dico tibi, quòd nullam gratiam, donum vel virtutem habui a Deo ſine magno labore, continua oratione, ardenti deſiderio, profunda deuotione, multis lacrymis, & multa afflictione, dicendo, cogitando ſemper placita ſibi, ſicut ſciebam & poteram, excepta ſanctificationis gratia, qua ſanctificata fui in vtero matris.

D Et addidit: Pro firmo ſcias, quòd nulla gratia deſcendit in animā, niſi per orationem & corporis afflictionem. Poſtquam autem dedimus Deo quæ per nos poſſumus, licet ſint pauca, ipſe venit in animam, ſecum ferens iſta altiſſima dona, quòd videtur anima in ſeipſa deficere, & perdit memoriam, & non recordatur ſe feciſſe, vel dixiſſe aliquid Deo gratum, & tunc videtur ſibijpſi vilior, & deſpectior quàm vnquam fuerit. Hucuſque de dictis reuelationibus.

Beatus vero Hieronymus de vita ipſius ſcribit: Hāc ſibi regulam beata Virgo ſtatuerat, vt a mane vſque ad horam tertiam orationibus inſiſteret. A tertia vſque E ad nonam, externo opere ſe occuparet. A nona vero iterum ab oratione non recedebat, quouſque dum illi Angelus appareret, de cuius manu eſcam accipere ſolebat & melius in Dei opere & amore proficiebat. Fiebat, vt in vigilijs inueniretur prior, in ſapientia legis Dei eruditior, in humilitate humilior, in carminibus Dauidicis elegantior, in charitate glorioſior, in puritate purior, in omni virtute perfectior. Erat enim conſtans & immobilis, & cum quotidie melius tranſiſſet, hanc iraſcentem nullus vel vidit vel audiuit. Omnis ſermo eius ita erat gratia plenus, vt cognoſceretur in lingua eius, Deus. Semper in oratione, & in ſcru- F tatione legis Dei permanebat. Et erat ſolicita circa ſocias ſuas, ne aliqua ex eis in vllo ſermone peccaret, ne aliqua in riſu vocem ſuam exaltaret, ne aliqua iniurias aut ſuperbiam contra parem ſuam exerceret. Sine intermiſſione benedicebat Deum, & ne forte in ſalutatione ſua a Dei laudibus tolleretur, ſi quis eam ſalutabat, illa pro ſalutatione ſua, Deo gratias, reſpondebat. Denique primum ex ipſa exijt, vt dum ſalutantur homines ſancti, Deo gratias, dicant. De eſca quam de manu Angeli accipiebat, ipſa reficiebatur: quam vero a Pontificibus templi accipiebat, pauperibus erogabat. Quotidie videbatur ei Angelus loqui, & quaſi chariſſimæ ſorori vel matri obtemperabat ei. Hucuſque Hieronymus.

In quartodecimo autem anno fuit Beata Virgo Maria deſponſata Ioſeph per diuinam reuelationem, & rediit in Nazareth, quod qualiter fuerit factum, inuenies in legenda de natiuitate ſua. Et hæc ſunt quæ ante incarnationem Domini Ieſu poſſumus meditari: ipſa rumines bene & delecteris in eis, toto affectu ea memoriæ commendando, & opere adimplendo, quia deuotiſſima ſunt. Nunc ad incarnationem veniamus.

De incarnatione Chriſti. Cap. IV.

Gal. 4. a *Eph. 2. a*

POſtquam autem venit plenitudo temporis, vel deliberaſſet quo modo ordinauit ſumma Trinitas (B) humano generi prouidere, per incarnationem verbi, propter nimiam charitatem ſuã qua ipſum genus humanum diligebat, commouente eum miſericordia ſua, & nihilominus ad inſtantiam ſupernorum ſpirituum, & Beata Virgo Maria rediiſſet Nazareth: vocauit Deus omnipotens Gabrielem Archangelum, & dixit ei: Vade ad dilectiſſimam filiam noſtram Mariam deſponſatam Ioſeph, ſuper omnes creaturas nobis chariſſimam: & dic ei, quòd filius meus concupiuit ſpeciem ſuam, & ſibi eam elegit in matrem. Et roga eam, vt ipſum lætanter accipiat: quia per eam ſalutem totius generis humani operari decreui, & obliuiſci volo iniuriæ (C) mihi factæ. Attende hic & recordare, quæ tibi in principio ſupra dixi, vt diſcas, omnibus, quæ dicuntur & fiunt, te exhibere præſentem. Hic ergo imagineris, & aſpicias Deum, ut potes, quia incorporeus eſt: ſed aſpice eum tamquam magnum Dominum, ſedentem in ſolio excelſo, uultu benigno, pio, & paterno, quaſi reconciliare volentem, ſiue reconciliatum eſſe, hæc verba dicentem, & Gabrielem facie hilari & iucunda, flexis genibus & inclinatio vultu timoroſo & reuerenti, ambaſiatam Domini ſui attente ſuſcipientem. Surgens igitur Gabriel iucundus & gaudens, volitauit ab altis, & in humana ſpecie in momento fuit coram Vir- (D) gine Maria, in thalamo domunculæ ſuæ manente. Sed nec cito ſic volauit, quin præueniretur a Deo, & ſanctam ibi Trinitatem inuenit, quæ præuenit nuncium ſuum.

Incarnatio verbi, fuit opus totius Trinitatis.

Scire namque debes, quòd excelſum incarnationis opus totius Trinitatis fuit, licet ſola perſona filii fuerit incarnata. Quemadmodum ſi tunicam induenti, duo ex lateribus eius ſtantes adiuuarent eum, & tunicæ manicas tenerent. Nunc ergo & hic bene aſpice, & tamquam ipſi facto præſens exiſteres, intellige omnia quæ dicuntur & fiunt. O qualis fuit & nunc eſt in meditatione tua illa domuncula, vbi tales ſunt, & talia exercentur. Nam licet vbique ſit Sancta Trini- (E) tas, tamen ibi nunc aliquo ſingulari modo eſſe mediteris, ratione ſingularis operationis. Ingreſſus ergo Gabriel paranymphus fidelis ad Virginem Mariam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Ipſa vero turbata, nihil reſpondit. Non fuit turbata turbatione culpabili, nec de viſione Angeli, quia eos ſæpe videre ſolita erat: ſed, iuxta verba Euangelii, turbata fuit in ſermone eius, cogitans de nouitate talis ſalutationis: non enim ſic eam conſueuerat ſalutare. In qua ſalutatione cum videret ſe tribus commendari, non poterat humilis Domina non (F) turbari. Commendabant enim quòd eſſet gratia plena, & quòd Dominus erat ſecum, & quòd erat benedicta ſuper omnes mulieres: at humilis non poteſt ſui commendationem, ſine rubore & turbatione audire. Turbata ergo fuit ex verecundia honeſta, & virtuoſa. Cœpit etiam timere an hoc eſſet verum: non quòd non crederet Angelum vera loqui, ſed ex eo quòd propriũ eſt in humilibus, quòd non examinant ſuas virtutes, ſed defectus potius ruminant, vt ſic ſemper proficere poſſint reputantes magnam virtutem paruam, & paruum defectum magnum valde. Tamquam ergo prudens, & cauta, pauida & pudoroſa nihil reſpondit. Quid enim reſpondiſſet? Diſce & tu exemplo ſuo te- (A) nere ſilentium, & taciturnitatem amare: quia magna & vtilis valde talis virtus eſt. Nam ipſa bis prius audiuit, quàm ſemel reſponderet. Abominabile enim eſt, virginem eſſe loquacem. Angelus enim cauſam ſuæ dubitationis cognoſcens, dixit: Ne timeas Maria, nec verecunderis de laudibus quas dixi tibi, quia ſic eſt. Nec ſolum ipſa gratia plena, ſed eam toti generi humano recuperaſti, & reinueniſti a Deo. Nam Ecce concipies, & paries altiſſimi filium: qui te elegit in ſuam matrem, ſaluabit omnes in eum ſperantes. Tunc ipſa reſpondit, non tamen confitendo, nec negando commendationes præfatas, ſed de alio (B) certificari volens, de modo plus dubitabat, ſcilicet ne perderet virginitatem ſuam. Quæſiuit ergo ab Angelo huius conceptionis modum, dicens: Quo modo fiet iſtud, quia virginitatem meam firmiſſime Domino meo deuoui, ne in perpetuum hominem cognoſcam? Et Angelus: Fiet per operationem Spiritus ſancti, qui te ſingulari modo replebit, & eius virtute concipies, ſalua tibi virginitate tua. & ideo filius tuus vocabitur filius Dei. Nihil enim ei eſt impoſſibile. Nam Eliſabeth cognata tua cum eſſet ſenex, & ſterilis, iam ſunt ſex menſes, quòd filium virtute Dei concepit.

Intuere hic pro Deo, & meditare, qualiter tota Tri- (C) nitas eſt ibi expectans reſponſionem & conſenſum huius ſuæ filiæ ſingularis, amanter & delectabiliter aſpiciens verecundiam eius, & mores & verba. Et etiam qualiter Angelus diligenter & ſapienter inducit eam, & ordinat verba ſua, ſtans inclinatus, & reuerens coram Domina ſua, vultu placido, & ſereno, fideliter exequens ambaſiatam ſuam, & attente obſeruans verba Dominæ, vt poſſit congrue reſpondere, & ſuper hoc opere mirifico perficere Domini voluntatem. Et qualiter etiam Domina ſtat timorate ac humiliter, facie pudoroſa præuenta ab Angelo, & ex improuiſo in verbis iſtis non extollitur, neque ſe reputat. Et cum (D) audit magnalia de ſe, qualia alicui numquam dicta fuerunt, totum diuinæ gratiæ aſcribebat. Diſce ergo eius exemplo eſſe pudoroſa & humilis, quia ſine his virginitas parum valet. Gaudet prudentiſſima Virgo, & auditis verbis Angeli conſenſit. Et, vt in ſuis reuelationibus continetur, profunda deuotione genuflexit, & iunctis manibus dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Tunc filius Dei ſtatim totus & ſine mora intrauit vterum Virginis, & ex ea carnem aſſumpſit, & totus remanſit in ſinu patris. Potes autem pie imaginari, qualiter ipſe filius tamquam obedientiam & laborioſam legationem ſuſcipiens, patri ſe inclinauit, & recom- (E) mendauit, & in eodem inſtanti anima creata & infuſa fuit. perfectus homo ſecundum omnia corporis lineamenta, ſed paruulus valde: ita quòd in vtero poſtea naturaliter creſcebat, vt alii. ſed non fuit dilata infuſio animę, vel membrorum diſtinctio, vt in aliis. Erat enim perfectus Deus, ſicut perfectus homo, & ita ſapiens & potens, vt eſt modo. Gabriel autem tunc cum Domina ſua ſimiliter genuflexit, & parum poſt cum ea ſurgens, ſe iterum inclinans vſque ad terram, & valefaciens ei, diſparuit, & ad patriam rediens hoc narrauit, & fuit ibi nouum gaudium, (F) & nouum feſtum, & exultatio magna nimis. Domina vero tota inflammata, & in amore Dei magis ſolito ſuccenſa, ſentiens ſe concepiſſe, genibus flexis gratias egit de tanto dono, humiliter & deuote ſupplicans eidem, vt eam dignaretur inſtruere, ita quòd in his quæ circa filium ſuum facienda occurrerent, faceret ſine defectu.

Sine pudore & humilitate virginitas parũ valet.

Conſiderare autem debes, quanta eſt hodierna ſolemnitas, & iubilare in corde tuo, & agere dies lætitię. Inaudita eſt enim vſque modo a ſęculis, nec vnquã fuerat. Talis namque hodie eſt ſolẽnitas Dei patris, qui nuptias fecit filio ſuo in deſpõſatione humanę naturæ, quam hodie filius ſibi vniuit inſeparabiliter. Hodie eſt & ſolẽnitas nuptiarũ filii, & dies natalis eius in vtero,

ſed

ſed poſtea erit ex vtero. Hodie eſt ſolemnitas Sancti ſpiritus, propter hoc opus mirificum & ſingulare ipſius incarnationis, quod eidem attribuitur: & hodie incœpit oſtendere benignitatem ſingularem humano generi. Hodie eſt ſolemnitas glorioſa Dominæ noſtræ, quæ a patre in filiam, & filio in matrem, & Spiritu ſancto in ſponſam eſt recognita & aſſumpta. Hodie eſt ſolemnitas totius cæleſtis curiæ: quia inchoatur eorum reparatio. Hodie eſt multo magis ſolemnitas humanæ naturæ: quia eius ſalus incœpit & redemptio, & totius mundi reconciliatio, & ſublimata eſt atque deificata. Hodie nouam obedientiam ſuſcepit filius a
Pſal. 18. a patre, de noſtra peragenda ſalute. Hodie a ſummo cælo egrediens, exultauit vt gigas ad currendum viam, & ſe recluſit in horto vteri virginalis. Hodie etiam factus eſt vnus ex nobis & frater noſter, & cœpit peregrinari nobiſcum. Hodie de cælo lux vera deſcendit, ad tollendas & fugandas noſtras tenebras. Hodie panis viuus, qui dat vitam mundo, decoquitur in virginalis
Ioan. 1. b vteri clibano. Hodie Verbum caro factum eſt, vt habitaret in nobis. Hodie clamores & deſideria Patriarcharum & Prophetarũ exaudita ſunt & impleta. Cla-
Iſa. 16. a mabant deſiderio inenarrabili & dicebant: Emitte
Iſa. 45. b agnum Domine, &c. Et iterum: Rorate cæli deſuper.
Iſa. 64. a Et iterum: Vtinam dirumperes cælos & deſcenderes.
Pſ. 143. b Et iterum: Domine inclina cælos tuos & deſcende.
Pſ. 79. a. b. d Et iterum: Domine oſtende nobis faciem tuam, &c.
Et talia multa, de quibus tota Scriptura eſt plena. Nam hodiernam diem vehementiſſime expectabant. Hodie eſt principium & fundamentum omnium ſolemnitatum, & initium totius noſtri boni. Nam vſque nunc indignatus eſt Dominus contra genus humanum, propter transgreſſionem primorum parentum: ſed amodo videns filium hominem factum, nõ vlterius iraſcetur. Hodie dicitur eſſe temporis plenitudo. Vides admirabile opus & quàm ſolemniſſimum factũ ſit iſtud: totum eſt delectabile, totum iucundum, totum deſiderabile, & cum omni deuotione ſuſcipiendum, in iubilatione, lætitia & exultatione ducendum, & omni veneratione digniſſimum. In his ergo meditare, in his delectare, & iucundaberis, & forte oſtendet tibi Dominus ampliora, &c.

Quo modo Beata Virgo viſitauit Eliſabeth. Et quo modo Magnificat, & Benedictus facta fuerunt.
Cap. V.

Luc. 1. d POſt hæc recogitans Domina verbo Angeli, quæ dixit de conſobrina ſua Eliſabeth, eam viſitare proponit ad congratulandum eidem, ac etiam ſeruiendũ. Iuit ergo vna cum Ioſeph ſponſo ſuo a Nazareth ad domũ ipſius, quæ diſtabat a Hieruſalem per quattuordecim vel quindecim miliaria, vel circa. Non ergo retardatur aſperitate, vel longinquitate viæ, ſed cum feſtinatione iuit, quia nolebat diu in publico videri. Et ſic non erat ex conceptu filij aggrauata, vt alijs mulieribus contingit. Non enim fuit Dominus Ieſus oneroſus matri. Conſpice ergo hic quo modo vadit ſola cum ſponſo ſuo regina cæli, & terræ, & non eques ſed pedes, non ducit frequentiam militum vel baronum, non camerariarum & domicellarum comitiuã. Vadunt autem cum ea paupertas, humilitas & verecundia, omniumq. virtutum honeſtas. Eſt & Dominus ſecum, magnam & honorabilem comitiuam habens, ſed non ſæculi vanam & pompoſam. Cum autem intrauit domum, ſalutauit Eliſabeth, dicens: Salue ſoror mea Eliſabeth. Illa vero exultans & tota exhilarata, & accenſa Spiritu ſancto ſurgit, & amplexatur eam tenerrime, & exclamans præ gaudio, dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domi-
Luc. 1. d ni mei ad me? &c. Cum enim Virgo ſalutauit Eliſabeth, repletus eſt in vtero Ioannes Spiritu ſancto, re-

A pleta eſt etiam & mater: nec prius repletur mater quã filius, ſed filius repletus replet & matrem, non quidem in anima matris aliquid efficiendo, ſed per Spiritum ſanctum aliquid in ea fieri promerẽdo, eo quòd in ipſo Spiritus ſancti gratia affluentior refulgebat, & prior gratiam ſenſit. Et ſicut illa Mariam, ſic ille aduentum Domini ſenſit. Et ideo exultauit, & illa prophetice locuta eſt. Vide quanta virtus ſit in verbis Dominæ, quia ad eorum pronunciationem confertur Spiritus ſanctus. Sic enim abundanter ipſa erat plena, quòd eius meritis ipſe Spiritus ſanctus etiam alios replebat. Reſpondit autem Maria ad Eliſabeth, dicens; Quanta ſit in verbis B. Mariæ virtus.

B Magnificat anima mea Dominum, &c. totum ibidem complens canticum iucunditatis & laudis. Deinde ſe ad ſedendum ponentes, Domina humillima ad inferiorem locum ſe ponit ad pedes Eliſabeth: ſed illa incontinenti e ſurgens, & hoc non patiens erexit eam, & pariter conſederunt. Quærit autem Domina de modo ſuæ conceptionis, & Eliſabeth de modo ſuæ: & hæc ſibi inuicem narrant lætanter, & laudant Deum de vtraque conceptione, & in gratiarum actione conſiſtunt, & agunt dies lætitiæ. Et ſtetit ibidem Domina quaſi menſibus tribus, miniſtrans & ſeruiens ei in omnibus quæ poterat humiliter, reuerenter, & deuote,

C quaſi oblita ſe matrem Dei eſſe, & totius mundi reginam. O qualis domus, qualis camera, qualis lectus, in qua & quo pariter commorantur & requieſcunt, tales matres talibus filijs fecũdatæ, Maria & Eliſabeth, Ieſus & Ioannes. Sunt & ibi magnifici ſenes, ſcilicet Zacharias & Ioſeph. Adueniente ergo tempore ſuo peperit Eliſabeth filium, quem Domina leuauit a terra, & diligenter aptauit, vt expediens erat. Paruulus autem, ipſam quaſi intelligens aſpiciebat, & cum eum matri porrigere vellet, caput ad eam vertebat, & in ea ſolum delectabatur, & ipſa lætanter colludebat eidẽ, amplexabatur, & oſculabatur iucunde. Conſidera ma-

D gnificentiam Ioannis. Nullus vnquam talem baiulam habuit. Multa alia magna priuilegia reperiuntur de ipſo, quibus non inſiſto ad præſens. Die autem octauo circumciſus eſt puer, & vocatus eſt Ioannes. Et tunc apertum eſt os Zachariæ, & Prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c. Et ſic in domo illa hæc duo cantica pulcherrima, ſcilicet Magnificat & Benedictus facta fuerunt. Domina vero ſtans poſt aliquam cortinam, ne videretur ab hominibus qui conuenerant ad circumciſionem Ioannis, auſcultabat attente ad canticum illud, in quo de filio ſuo fiebat mentio, & omnia conferebat in corde ſuo ſapientiſſime. S.Ioãnis Baptiſtæ priuilegium.

E Tandem valefaciens Eliſabeth & Zachariæ, ac benedicens Ioanni, redijt ad domum ſuæ habitationis in Nazareth. In qua reuerſione paupertatem eius adinuicem reuoca. Redit enim ad domum, in qua nec panem, nec vinum, nec alia neceſſaria eſt inuentura. Sed nec poſſeſſiones habebat, nec pecuniam. Steterit his tribus menſibus apud illos forte opulentos: nunc autem redit ad paupertatem ſuam, & vt proprijs manibus laborando victum procuret. Compatere ſibi, & in amorem paupertatis accendere.

F *Quo modo Ioſeph voluit dimittere Mariam, & quo modo Deus permittit ſuos tribulari.*
Cap. VI.

CVm autem ſimul habitarent Domina & ſponſus eius Ioſeph, & creſcente Ieſu in vtero matris perpendens Ioſeph ipſam grauidam eſſe doluit vltra modum. Attende hic bene, quia multa pulchra diſcere poteris. Si dubitas quare Dominus voluit matrem ſuã habere virum, cum ſemper vellet eam virginem eſſe? Reſpondetur propter tria, vt ſcilicet ne grauida infamaretur, vt viri miniſterio & ſocietate frueretur, & vt diabolo partus filij Dei occultaretur. Conſpiciebat ergo Ioſeph coniugem ſuam ſemel & pluries, & dole-

A bat & turbabatur, & eidem vultum oſtendebat turbatum, & oculos auertebat ab ea tamquam a mala, ſuſpicans eam ex adulterio concepiſſe. Vides quo modo Deus permittit ſuos tribulationibus vexari, & tentari ad ipſorum coronam. Cogitabat autem eam occulte

2.Cor. 8. d dimittere. Vere de hoc dici poteſt, quòd eius laus eſt

Matt. 1. c in Euangelio. Dicitur enim ibi, quòd erat vir iuſtus, magnæ namque virtutis erat. Cum enim communiter dicatur, quòd quaſi ſummæ verecundiæ, doloris, & furoris ſit viro adulterium vxoris, tamen ipſe virtuoſe ſe temperabat, & accuſare nolebat, patienter hanc magnam pertranſibat iniuriam, non ſe vindicans, ſed pietate victus, cedere volens, occulte volebat eam dimit- B tere. Sed nec Domina pertranſiuit abſque tribulatione, perpendebat enim & videbat eum turbatum, & de hoc etiam ipſa turbabatur. Humiliter tamen tacebat, & occultabat donum Dei. Potius volebat reputari vilis, quam ipſum ſacramentum Dei propalare, & de ſe aliquid loqui, quod ad iactantiam putaretur pertinere. Rogabat autem Dominum, vt ipſe remedium apponere dignaretur & hanc ſibi & viro ſuo tribulationē auferret. Vides quàm magna tribulatio & anxietas

Ibidem. erat eis, ſed Dominus prouidit vtique. Miſit ergo Angelum ſuum, qui dixit Ioſeph in ſomnis, quòd vxor eius de Spiritu ſancto conceperat, & vt confidenter & C gaudenter ſtaret cum ea. Vnde tribulatione ceſſante, redijt conſolatio magna. Sic & nobis contingeret, ſi in tribulationibus patientiam habere ſciremus: nam Deus poſt tempeſtatem tranquillum facit. Nec dubitare debes: quia non permittit eas ad ſuos venire, niſi pro vtilitate eorum. Quæſiuit Ioſeph de hac conceptione mirifica, quæ ei Domina diligenter narrauit. Remanet ergo, & ſtat Ioſeph gaudens cum ſua coniuge benedicta. Et vltra quàm dici poſſit, eam caſto diligit amore, & curam ipſius fideliter gerit, & Domina cum eo confidenter moratur, & in ſua paupertate lætanter viuunt. Stat ergo Dominus Ieſus recluſus in D vtero, vſque ad menſes nouem more aliorum. Stat benigne ac patienter ſuſtinet, & expectat tempus debitū. Compatere ſibi, quòd ad tantam humilitatis profunditatem deuenit. Multum ergo deberemus hanc affectare virtutem: nec vmquam deberemus ad elationem, vel ad noſtri reputationem tumeſcere, quando tantum ſe inclinauit Dominus maieſtatis. Et de hoc ſecundo beneficio huius tam prolixæ pro nobis recluſionis; numquam ei digne poſſemus ſatisfacere. Sed ſaltem corde hoc cognoſcamus, & gratias eidem toto affectu agamus, quòd nos ex alijs aſſumere dignatus eſt, vt vel hoc modicum rependamos eidem, vt recluſi ſte- E mus ad ſeruitium ſuum. Ipſius quippe beneficium eſt hoc, non noſtrum meritum, & quidem per maximum multumq. acceptabile ac venerabile eſt. Non enim ad pœnam ſed ad tutelam recluſi ſumus, & in arce religionum tutiſſima collocati. Ad quam huius nequiſſimi mundi venenoſæ ſagittæ vel tumultuoſi maris procellæ, niſi noſtra temeritate attingere non poterunt. Conemur ergo toto poſſe, mente recluſa & abſtracta ab omnibus caducis, eidem cordis puritate vacare: quia corporalis recluſio nihil, aut parum ſine mentali prodeſt. Eidem etiam Domino Ieſu in hoc compatere, F quòd eſt in continua afflictione, & fuit a ſuæ conceptionis primordio vſque ad mortem, ex eo, ſcilicet quòd patrem, quem ſumme diligebat, cognoſcebat propter idola relinqui a peccatoribus & inhonorari, & ex compaſſione, quam habebat ad animas ad imaginem ſuam creatas quas cernebat miſerabiliter, & quaſi vniuerſaliter damnari, & erat ſibi maior pœna, quàm fuerit paſſio corporalis. Nam propter hanc tollendam ſuſtinuit illam. Vides quàm pulchra fercula hic tibi propinata ſunt, ſi vis eorum ſentire dulcedinem, ea rumina diligenter, & ſæpe.

SECVNDA FERIA.

De Natiuitate Chriſti, & alijs. *Cap. VII.*

ADVENIENTE autem nouem menſium termino, exijt edictum ab Imperatore, *Luc. 2. a* vt deſcriberetur vniuerſus orbis, ſcilicet quilibet in ciuitate ſua. Cumq. Ioſeph ire vellet in ciuitatem ſuam, ſcilicet Bethleem, & ſciret inſtare tempus partus ſuæ coniugis, duxit eam ſecum. Vadit ergo iterum B Domina hoc longo itinere. Nam Bethleem eſt prope Hieruſalem, per quinque vel ſex milliaria. Ducunt autem ſecum bouem & aſinum, & vadunt ſicut pauperes mercatores beſtiarum. Cum autem fuerunt in Bethleem, quia pauperes erant, nam multi concurrerant pro eadem cauſa, hoſpitium inuenire non potuerunt. Compatere hic Dominæ, & conſpice ipſam delicatam & iuuenem, quindecim enim erat annorum, ex longo itinere fatigatam, & cum verecundia inter gentes conuerſantem, quærentem vt quieſcat, & non inuenit: omnes licentiant eam & ſocium eius, & ſic coguntur diuertere ad quandam viam coopertam, vbi homines tē- C pore pluuiæ diuertebant. Ibidem Ioſeph, qui erat magiſter lignarius, forte aliqualiter ſe clauſit. Nunc autem diligentiſſime inſpice omnia, maxime quia referre intendo quæ ab ipſa Domina reuelata & oſtēſa fuerunt, prout a quodam ſancto noſtri ordinis fide digno habui, cui puto reuelata fuiſſe.

Cumq. veniſſet hora partus, ſcilicet in media nocte Dominicę diei, ſurgens virgo appodiauit ad quandam columnam, quæ ibi erat, Ioſeph vero ſedebat mæſtus, ex eo forte quòd non poterat quæ decebant, parare. Surgens ergo & accipiens de feno præſepis, proiecit ad pedes Dominæ & vertit ſe in aliam partem: tunc filius D Dei æterni exiens de matris vtero, ſine aliqua moleſtia vel læſione, in momento ſicut erat in vtero, ſic fuit extra vterum ſuper fenum ad pedes matris ſuæ. Et mater incontinenti ſe inclinans, recolligens eum & dulciter amplexans, poſuit in gremio ſuo & vbere de cælo pleno, & Spiritu ſancto edocta, cœpit lauare ſiue linire ipſum per totum cum lacte ſuo: quo facto, inuoluit eum in velo capitis ſui, & poſuit eum in præſepio. Et tunc bos & aſinus flexis genibus poſuerunt ora ſuper præſepium, flantes per nares ac ſi ratione vtentes cognoſcerent, quòd puer ſic pauperrime contectus, calefactione, tempore tanti frigoris, indigebat. Ma- E ter vero flexis genibus adorauit, & gratias agens Deo, dixit: Gratias tibi ago Domine ſancte Pater, qui filium tuum mihi dediſti, & adoro te Deus æterne, & te filium Dei viui & meum. Ioſeph autem ſimiliter adorauit eum, & accipiens ſellam aſini, & extrahens de ea cuſſinellum de lana ſine bora, poſuit iuxta præſepe, vt Domina ſuper eo ſederet. Ipſa ergo ſe poſuit ibi ad ſedendum, & ſellam poſuit ſubtus cubitum, & ſic ſtabat Domina mundi, tenens vultum ſuum ſuper præſepe, innixa oculis & toto affectu ſuper dilectiſſimum filium ſuum. Hucuſque de reuelatione.

F His ergo ſic oſtenſis, diſparuit Domina, & remanſit Angelus, & dixit eidem laudes magnas, quas etiam ille mihi dixit, ſed nec diſcendi, nec ſcribendi aptitudinem habui. Vidiſti ortum ſacratiſſimi principis, vidiſti ſimul & partum Reginæ cæleſtis, & in vtroque arctiſſimam paupertatem potuiſti conſpicere, multis neceſſarijs indigere. Hanc virtutem altiſſimam Dominus reinuenit. Hæc eſt illa Euangelica Margarita, pro qua emenda omnia ſunt vendenda. *Matt. 13. f* Hæc eſt totius ſpiritualis ædificij primum fundamentum: nam cum ſarcina temporalium rerum ſpiritus ad Deum non poteſt aſcendere. De qua dicebat beatus Franciſcus: Paupertatem fratres no- *Paupertas.*

uerītis

A ueritis eſſe ſpiritualem viam ſalutis, tamquam humilitatis fomentum, & perfectionis radicem, cuius eſt fructus multiplex, ſed occultus. Magna ergo nobis eſt verecundia, quòd eam non amplectamur toto poſſe, ſed oneramur ſuperfluis, quando mundi Dominus, & Domina mater eius eam ſic ſtrictiſſime, & ſtudioſiſſime ſeruauerunt. De qua ſic dicit Bernardus: Abundabat in terris hæc ſpecies, & neſciebat homo pretium eius. Hanc itaque Dei filius concupiſcens deſcendit, vt eam eligat ſibi, & nobis quoque ſua æſtimatione faciat pretioſam. Adorna thalamum, ſcilicet humilitate & paupertate. In his complacet ſibi pannis, & Maria teſtimonium perhibente: his ſericis delectatur inuolui, & abominationes Ægyptiorum immola Deo tuo. Hucuſque Bernardus. Idem in ſermone natiuitatis qui incipit: Benedictus Deus, & paret. Denique populum ſuum conſolatur. Vis noſſe populum eius? Tibi derelictus eſt pauper, ait homo ſecundum cor Dei. Sed & ipſe in Euangelio: Væ vobis, inquit, diuitibus qui habetis hic conſolationem veſtram. Quid enim conſoletur eos, qui ſuam habent conſolationem? Non conſolatur Chriſti infantia garrulos: non conſolantur Chriſti lacrymæ cachinnantes: non conſolantur panni eius ambulantes in ſtolis: non conſolantur ſtabulum & præſepe amantes primas cathedras in ſynagogis. Vigilantibus paſtoribus annunciatur gaudium lucis, & eis natus dicitur eſſe Saluator. Pauperibus atque laborantibus non vobis diuitibus, qui veſtram habetis conſolationem, & veſtrum dominium. Hucuſque Bernardus. Potuiſtis etiam attendere in vtroque, profundiſſimam humilitatem in hac ipſa natiuitate, non enim ſunt ſtabulum dedignati, non beſtias, non fenum, & cetera vilia. Hanc virtutem in omnibus actibus, tam Dominus, quam Domina perfectiſſime ſeruauerunt, & nobis commendauerunt. Nitamur ergo omni quo poſſumus ſtudio ipſam amplecti: quia ſine ipſa non eſt ſalus, nulla enim operatio noſtra cum ſuperbia Deo placere poteſt. Nam ſecundum beatum Auguſtinum: Superbia fecit Angelos dæmones, humilitas facit homines Angelis ſimiles. Et Bernardus: Qualem putas neceſſe eſt hominem inuenire, qui repudiati locum Angeli ſortiatur? Semel turbauit ſuperbia regnum illud, concuſſit muros, etiam proſtrauit ex parte, & parte non modica. Quid ergo? Numquid non odit ciuitas illa & vehementer huiuſmodi peſtem abominatur? Certi eſtote fratres, eum qui ſuperbis non pepercit Angelis, nec hominibus parciturum. Non eſt contrarius ſibijpſi. Hucuſque Bernardus. Potuiſti etiam attendere in vtroque, maxime in puero Ieſu non paruam cordis afflictionem. De qua ſic dicit Bernardus: Naſciturus itaque Dei filius, cuius in arbitrio erat, quodcumque vellet eligere tempus, eligit quod moleſtius eſt præſertim paruulo & pauperis matris filio: quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præſepe ad reclinandum. Et cum tanta eſſet neceſſitas, nullam audio pellium fieri mentionem. *Et infra*: Chriſtus vtique qui non fallitur, elegit quod carni moleſtius eſt. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligendum: & quiſquis aliud doceat vel ſuadeat, ab eo tamquam a ſeductore cauendum. *Et infra*: Et tamen fratres ipſe eſt promiſſus olim per Iſaiam, Paruulus ſciens reprobare malum, & eligere bonum. Malum ergo voluptas corporis: bonum vero afflictio eſt. Siquidem & hanc elegit, & illam reprobat puer ſapiens, verbum infans. Hucuſque Bernardus. Vade & tu fac ſimiliter, diſcrete tamen, vt non excedas poſſe tuum. Et de his virtutibus alias poterit dici, redeamus ad domum natiuitatis.

Bern. ſer. 1 in vig. nat. Dom. poſt med.

Idem ſer. 1 nat. Dom. cir. fin.

Pſal. 9. d

Luc. 6. c

Aug. lib. de ſing. doc. c. 12. in fine. to. 4.

Bern. ſer. 2 de verb. Iſ. 6. Vidi Dominum. &c. cir. med.

Idem ſer. 3 de nat. Domini uiſ, longe a princ.

Iſa. 7. c

Nato itaque Domino, Angelorum multitudo ibi exiſtens, ſuum Deum adorauerunt, & confeſtim ad paſtores iuerunt, qui erant ibi prope forte per milliare, nunciantes eis ipſam natiuitatem & etiam locum. Exinde aſcenderunt in cælum cum Canticis & iubilis, conciuibus ſuis ea ſimiliter nunciantes. Tota igitur ſuperna curia exhilarata, magnoq. facto feſto & laudibus, & gratiarum actionibus Deo patri exhibitis, venerunt omnes quotquot ibi erant, ſucceſſiue per ordines ſuos videre faciem Domini Dei ſui, & adorantes eum cum omni reuerentia, & etiam matrem eius, laudem eidem & cantica perſonabant. Quis enim eorum auditis nouis, remanſiſſet in cælo, quin viſitaſſet Dominum ſuum ſic humiliter conſtitutum in terra? In nullo eorum hæc ſuperbia cadere potuiſſet. Et ideo dicit Apoſtolus: Et cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei. Hæc meditari de Angelis iucundum puto, qualitercumque ſe habuerit veritas. Veneruntq. paſtores & adorauerunt eum, referentes quæ audierunt ab Angelis. Mater vero prudentiſſima, omnia quæ de ipſo dicebantur conſeruabat in corde ſuo, illi autem gaudentes abierunt. Genu flecte & tu qui tantum diſtuliſti, & adora Dominum Deum tuum, & poſtea matrem eius, & reuerenter ſaluta ſanctum ſenem Ioſeph. Deinde oſculeris pedes pueri Jeſu iacentis in lecto, & roga Dominam vt eum tibi porrigat vel permittat accipere. Accipias eum inter brachia tua, retine & intuearis faciem eius diligenter, ac reuerenter deoſculare, & delectare in eo confidenter. Hoc facere potes, quia ipſe ad peccatores venit pro eorum ſalute, & cum eis humiliter conuerſatus, & tandem ſe ipſis dimiſit in cibum. Vnde benignitas ſua patienter ſe tangi pro tuo velle permittet, nec imputabit præſumptioni ſed amori. Semper tamen cum reuerentia & timore hæc facias, quia ipſe ſanctus ſanctorum eſt. Poſtea redde ipſum matri: & conſpice diligenter, quàm ſtudioſe, & ſapienter gubernabat eum, lactat, ac cetera ei facit obſequia. Ita & tu adiuua eam ſi potes, in his delectare, iucundare, ac ſedulo meditari memento, & quantum potes famuleris Dominæ, & puero Ieſu, & intuearis faciem eius ſæpe, in quam deſiderant Angeli proſpicere. Semper tamen, vt dixi, cum reuerentia & timore, ne patiaris repulſam: reputare enim te debes indignam talium conuerſatione.

Heb. 1. c

1. Pet. 1. c

Meditari debes etiam cum gaudio, quanta ſit hodierna ſolemnitas. Hodie namque natus eſt Chriſtus, & ſic vere eſt dies natalis Regis æterni, & filij Dei viui. Hodie filius datus eſt nobis, & puer natus eſt nobis. Hodie ſol iuſtitiæ qui erat in nubilo clare refulſit. Hodie Spiritus ſanctus Eccleſiæ electorum caput proceſſit de Thalamo ſuo. Hodie deſideratam faciem oſtendit, forma ſpecioſus præ filijs hominum. Hodie factus eſt ille Hymnus Angelicus: Gloria in excelſis Deo. Hodie pax hominibus eſt annunciata, vt in eodem Hymno continetur. Hodie, vt etiam cantat Eccleſia per totum mundum, melliflui facti ſunt cæli, & in terra canunt Angeli. Hodie primitus apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris Dei noſtri. Hodie adoratus eſt Deus in ſimilitudine carnis peccati. Hodie illa duo miracula contigerunt, quæ ſuperant omnem intellectum, & ſola fides apprehendere poteſt, ſcilicet quòd Deus naſcitur, & Virgo parit. Hodie aliorum miraculorum claruit multitudo. Denique omnia quæ dicta ſunt de incarnatione quaſi hic clarius eluceſcunt: ibi inchoata, hic manifeſtata. Vnde nunc illa, & iſtis meditationibus iſta coniunge. Merito ergo eſt dies illa iubilationis, & gaudij, & lætitiæ magnæ nimis. Nam Romæ de quadam taberna dicta emeritoria (quia milites ibi ſpatiando, & emendo neceſſaria, ea quæ ſtipendijs ſuis meruerant, expendebant) fons olei largiſſimi emanauit de terra, & per totum diem largiſſimo riuo fluxit. Et circulus admodum cæleſtis arcus circa ſolem in toto orbe apparuit. Et Romæ ſtatua aurea quā Romulus in ſuo palatio poſuerat, quæ prophetabatur non cadere donec virgo pareret, ſtatim vt

Iſa. 9. b

Pſal. 44. d

Luc. 2. b

Tit. 3. b

Chriſtus

Chriſtus natus eſt, corruit. In quo loco Calixtus Papa Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ nunc dicitur trans Tiberim, conſtituit.

De circumciſione & fletu Domini.
Cap. VIII.

OCTAVO autem die circumciſus eſt puer. Duo autem magna hodie facta ſunt. Vnum, quia manifeſtatum eſt nomen ſalutis, quod ab æterno ſibi impoſitum erat, & ab Angelo vocatum priuſquam in vtero conciperetur, hodie fuit declaratum & nominatum. Et vocauerunt nomen eius Ieſum. Ieſus autem
B
Act. 4. c
dicitur Saluator, quod eſt nomen ſuper omne nomen. Nec eſt enim, vt Apoſtolus Petrus ait, aliud nomen ſub cælo, in quo nos oporteat ſaluos fieri. Secūdū quod hodie factū fuit, quia incœpit Dominus Ieſus ſuum ſacratiſſimum ſanguinem pro nobis effundere. Tempeſtiue enim cœpit pro nobis pati: qui peccatum non fecit, pro nobis pœnam hodie portare incœpit. Compatere tu ei, & plora cum illo, quia hodie fortiter plorauit. Nam in ſolemnitatibus multum gaudere debemus propter noſtram ſalutem: ſed multum compati & dolere propter ſuas anguſtias & dolores. Audiſtis in natiuitate quantam afflictionem habuit & penuriam, & inter alia hoc etiam fuit, quod
C
quando mater poſuit eum in præſepio, ad caput eius poſuit quendam lapidem interpoſito forte feno, vt habui a fratre noſtro qui vidit, & adhuc ille lapis apparet ad memoriam ibidem muratus. Credas quod libentius poſuiſſet puluinar ſi habuiſſet, ſed cum aliud non haberet quod poneret, cum cordis amaritudine poſuit illum lapidem. Audis & hodie quia ſanguinem ſuum fudit. Fuit enim caro ipſius cum cultello lapideo inciſa. Nonne ergo compatiendum eſt ei? ita. Sic certe & matri. Plorauit ergo puer Ieſus hodie, propter dolorem quem ſenſit in carne ſua: nam veram carnem & paſſibilem habuit ſicut ceteri homines.
D
Sed eo plorante, credis ne quod mater potuerit lacrymas continere? Plorauit ergo & ipſa quam plorantem filius ſtans in gremio eius aſpiciens, paruulam manum ſuam ad os, & vultum eius ponebat, quaſi nutu rogans eandem ne ploraret: quam enim tenerrime diligebat, a ploratu ceſſare volebat. Similiter & mater, cuius viſcera totaliter commouebantur in dolore, & lacrymis filij, & nutu & verbis conſolabatur eum. Intelligebat enim tamquam prudentiſſima voluntatē eius, quamuis nondum loqueretur. Et dicebat: Fili ſi vis me a ploratu ceſſare, ceſſa & tu. Non enim poſſum te plorante non plorare. Et tunc ex compaſſione matris, filius a ſingultibus deſiſtebat. Mater vero & ipſius, & ſuos oculos tergebat, & vultum vultui applicabat, lactabat eum, & omnibus quibus poterat modis conſolabatur. Et ſic faciebat quoties plorabat: quod forte ſæpe puerorum more faciebat, ad oſtendendum miſeriam naturæ humanæ, quam vere aſſumpſerat, & ad occultandum ſe, ne a diabolo cognoſceretur. Cantat namque de ipſo Eccleſia: *Vagit infans inter arcta etc.* Hodierno autem tempore ceſſat circumciſio corporalis, & habemus baptiſmum, qui
E
eſt maioris gratiæ, & minoris pœnæ. Sed debemus
F
habere circumciſionem ſpiritualem, & omnia ſuperflua reijcere, hoc eſt quod paupertatem commendat: nam verus pauper eſt vere ſpiritualiter circumciſus.
Ber. Ser. 1. in circum. Dom. post med.
Et hanc ſecundum Bernardum paucis verbis tradit Apoſtolus, dicens: Habentes victum & veſtitum, his contenti ſimus. Spiritualis etiam circumciſio debet
1. Tim. 6. b
eſſe in omnibus ſenſibus corporis noſtri. videndo, audiendo guſtando, tangendo paucitate vtamur, & maxime in loquendo.

Loquacitas vitium peſſimum.

Loquacitas eſt vitium peſſimum, & Deo & hominibus odioſum, & diſplicibile: vnde debemus eſſe circumciſi lingua, id eſt pauca & vtilia loqui. Signum leuitatis eſt multum loqui: vnde ſilentium eſt virtuo-
A
ſa res, & non ſine cauſa in religionibus ordinatum. Et circa hanc materiam ſic dicit Beatus Gregorius: Ille loqui veraciter nouit, qui prius bene tacere didicerit: Quaſi enim quoddā nutrimentum verbi eſt cenſura ſilentij. Idem alibi: Qui ſenſu leues ſunt & in locutione præcipites erunt: quia quod leuis conſcientia concipit leuius protinus lingua promit. De hoc etiam dicit Bernardus. Sermone de Epiphania, qui incipit, In operibus Domini: Iam vero de lingua quis neſciat, quàm multum inquinauerit nos, per vaniloquia, & mendacia, per detractiones & adulationes, per verba malitiæ ſiue iactantiæ? Pro his omnibus neceſſaria eſt
Greg. hom. 11. in Ezech. an. med. Idē. lib. 5. Mor. c. 11. Ber. Ser. 2. in Dom. 1. post octau. Epiph. post med.
B
hydria quinta, ſilentium ſcilicet, cuſtos religionis, in quo eſt fortitudo noſtra. Idem alibi: Otioſitas mater nugarum eſt, & nouerca virtutum. Inter ſæculares nugæ, ſunt in ore ſacerdotum blaſphemiæ. Sed & ſi nugæ incidunt, interdum ferendæ fortaſſe ſunt: ſed referendæ numquam. Conſecraſti enim os Euangelio: illicitum iam talibus aperire illud.
Idem li. 3. de Conſid. ad Euang. c. 13. ſtatim a prin.

De Epiphania ſiue apparitione Domini.
Cap. IX.

C
DIE autem tertiodecimo puer Ieſus manifeſtauit ſe gentibus id eſt Magis, qui gentiles erant. Attende circa diem iſtum, quia vix inuenies aliquod feſtum ſic ab Eccleſia ſolemnizatum, & multiplicatum in antiphonis, reſponſorijs, & ſermonibus, & alijs quæ ad ſolemnitatem pertinent ſicut illud: non quod ſit maius omnibus alijs, ſed quia multa & magna tali die facta ſunt per Dominum Ieſum, & maxime circa ipſam Eccleſiam.

PRIMVM eſt, quia hodie ipſa Eccleſia recepta eſt ab eo in perſona Magorum: quia Eccleſia ex gentibus congregata eſt. Nam die natalis ſui apparuit Iudæis in perſona paſtorum, qui Iudæi non receperunt
D
verbum Dei, niſi pauca ex ipſis: hodie vero apparuit gentibus & hæc eſt Eccleſia electorum. Vnde feſtum hodiernum eſt proprie feſtum Eccleſiæ, & fidelium Chriſtianorum.

SECVNDVM, quia Eccleſia eſt hodie deſponſata ab eo, & eidem vere coniuncta per baptiſmum, quem tali die ſuſcepit, ſcilicet reuoluto vigeſimo nono anno. Et ideo lætanter cantatur: *Hodie cælesti ſponſo iuncta eſt Eccleſia. etc.* Nam in baptiſmo deſponſantur animæ Chriſto, qui a ſuo baptiſmo ſumpſit virtutem, & animarum baptizatarū congregatio vocatur. Eccleſia.

TERTIVM, quia tali die ſcilicet reuoluto anno poſt baptiſmum, fecit primum miraculum ad nuptias,
E
quod etiam ad Eccleſiam & ſpirituales nuptias poteſt adaptari. Videtur etiam poſtea feciſſe tali die miraculum de multiplicatione panum & piſcium: ſed prima tria Eccleſia hodie repræſentat, illud autem non. Vides ergo quàm venerabilis eſt dies illa, quā Dominus elegit ad tot magnifica & mirifica. Conſiderans ergo Eccleſia tot magna beneficia, hodie ſibi a ſuo ſponſo exhibita, grata exiſtere volens, exultat, iucundatur & iubilat, & hunc diem magnifice ſolemnizat.
Ioan. 2. a. b
Ioan. 6. a. b

Dicamus ergo de primo, quia de alijs ſermo erit ſecundum ordinem vitæ ipſius Chriſti. Sed de primo
F
opere ſcilicet, de Magorum aduentu ad Chriſtum, non eſt intentionis meæ narrare moralitates, & expoſitiones, quæ ſic diligenter per ſanctos traditæ ſunt. Qualiter ergo venerunt Magi ab Oriente Hieroſolymam, & quid inter eos & Herodem actum ſit, & de ductu ſtellæ, & quare talem oblationem fecerunt, & de alijs huiuſmodi, legas textum Euangelij, & ſanctorum expoſitiones, & inuenies. Ego enim in hoc & in alijs vitæ Chriſti actibus intendo, vt in principio tibi dixi, aliquas meditationes tangere, ſecundum quaſdam imaginarias repræſentationes, quas anima diuerſimode percipere poteſt, ſecundum quod geſta fuerunt per ipſum, vel ſicut fuiſſe credi poſſunt. De expoſitionibus autem, raro intromittere me cogitaui:
tum

tum quia ad hoc inſufficiens ſum, tum etiam quia nimis eſſet longa materia. In præſenti ergo negotio ſis præſens, & conſpice bene ſingula: quia vt alias tibi dixi, in hoc eſt tota vis harum meditationum.

Venerunt ergo iſti tres reges, cum multitudine magna, & honorabili comitiua, & ſunt ante illud tuguriũ in quo natus eſt Dominus Ieſus. Domina ſentit ſtrepitum & tumultum, & accipit puerum. Intrant illi domunculam, & genuflectunt, & adorant Dominũ puerum Ieſum reuerenter. Honrant eum vt Regem, & adorant vt Dominum. Vide quam magna fuit eorum fides. Quid enim erat credere, quod ille puerulus ſic viliter indutus, cum paupercula matre inuentus, & in loco ſic abiecto, ſine ſocietate, ſine familia, ſine omni ornatu, eſſet Rex, & Deus verus? Et tamen vtrumque crediderunt. Tales duces, & talia primitiua nos oportebat habere. Stant ergo genuflexi coram eo, colloquuntur cum Domina, vel per interpretem, vel per ſeipſos: quia ſapientes erant, & forte linguam Hebraicam ſciebant. Quærunt ab ea de conditionibus iſtius pueri. Domina narrat: & illi omnia credunt. Conſpice bene ipſos, quia reuerenter, & curialiter loquuntur, & audiunt. Conſpice & Dominam, quia cum rubore in verbis, & oculis ad terram demiſſis, ac cum verecundia loquitur, non delectatur loqui nec videri. Dominus tamen dedit ei vigorem in hoc magno opere: quia illi repræſentabant vniuerſam Eccleſiam futuram ex gentibus. Conſpice & puerum Ieſum: nondum loquitur, ſed ſtat cũ maturitate, & grauitate tamquam intelligens, & benigne reſpicit illos, & illi multum delectantur in eo, tam viſu mentali, tamquam intus edocti, & illuminati ab eo, quàm corporali, quia ſpecioſus erat præ filijs hominum. Tandem conſolatione magna recepta, offerunt eidem aurum, thus, & myrrham, aperientes theſauros ſuos, & ponentes aliquem pannum vel tapetum ante pedes Domini Ieſu obtulerunt, ſcilicet quilibet illorum illa tria in maxima quantitate præcipue de auro. Alias enim pro parua oblatione non oportuiſſet aperiri theſauros, quia parua de leui habuiſſent ad manus ſenaſcalli eorũ. Et tunc reuerenter & deuote, oſculati ſunt pedes eius. Quid ſi tunc puer ſapientiſſimus vt eos magis conſolaretur, & in amore ſuo roboraret, porrexiſſet etiam ad deoſculandum manum? Signauit etiam eos, & benedixit. Illi ergo ſe inclinantes & valefacientes, cum magno gaudio receſſerunt, & per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. Quid autem de auro iſto factum putas, quod erat ſic magni valoris? Numquid Domina reſeruauit ſibi, vel depoſitum fecit? vel numquid emit domos, agros, & vineam? Abſit, non curat de talibus paupertatis amatrix. Zelans ergo Domina fortiter pro paupertate, & intelligens filij voluntatem, tam intus docentis, quam foris ſigna oſtendentis, quia vultum forte auertebat ab auro, & vilipenderat: totum infra paucos dies pauperibus erogauit. Graue enim erat ſibi ſarcinam tenere, vel deferre. Vnde ſic iſta totaliter expenderat, quòd quando intrauit in templum, non habuit vnde vnum agnum emeret, quem offerret pro filio, ſed emit turtures vel columbas. Vnde rationabile eſt credere, quòd magna fuit oblatio Magorum, & quòd Domina zelans paupertatem, quia plena charitate, dedit eam pauperibus.

Magorum fides. A.

Pſal. 44. a

Matt. 2. b

B. Virgo Maria aurum a Magis oblatum pauperibus erogauit.

Vides præconium paupertatis, & in duobus hic attende. Primo, quia hodie puer Ieſus eleemoſynam recepit vt pauper, & etiam mater ſua. Secundo, quia nõ ſolum non curabant acquirere, vel congregare, ſed etiam quæ dabantur, retinere nolebant, ſemper in eis creſcebat deſiderium paupertatis. Sed numquid circa humilitatem aliquid attendiſti? Si bene aduertitur, etiam humilitatis cernitur profunditas. Sunt enim qui ſe viles & abiectos reputant in animo ſuo, & in oculis ſuis non extolluntur: ſed non ſic eſſe volunt in oculis aliorum, nec patiuntur vilipendi ab alijs vel derideri, & ſuam vilitatem, vel defectus nolunt alijs innoteſcere, ne vilipendantur. Non ſic fecit hodie puer Ieſus omnium Dominus, qui & alijs ſuis & ſua vilia patere voluit, & non paruis aut paucis, ſed magnis & multis, ſcilicet regibus, & socijs eorum quàm pluribus. Et in tali caſu & tempore, in quo multum erat timendum. Nam cum illi venirent vt inuenirent Regem Iudæorũ, quem etiam Deum eſſe putabant, dubitare poterant, ne talibus de ipſo viſis, reputantes ſe fatuos, & deluſos recederent ſine fide, & deuotione: ſed non dimiſit humilitatis amator, dans nobis exemplum, ne ſub ſpecie alicuius apparentis boni, recedamus ab humilitate: et quód diſcamus etiam in aliorum oculis viles, & abiecti velle apparere.

Paupertas.

Humilitas.

De mora Dominæ apud præſepe,
Cap. X.

EXpeditis igitur Magis, & verſus patriam ſuam regreſſis, & totis eorum oblationibus erogatis, adhuc ſtat Domina mundi cum puero Ieſu, & nutritore ſuo Sancto ſene Ioſeph apud præſepe, in illo locello patienter vſque ad quadrageſimã diem, ac ſi eſſet quædam mulier alia de populo, & puer Ieſus eſſet homo purus, & indigeret legis obſeruatione.

C Sed quia nolebant prærogatiuas ſingulares, legem obſeruabant vt ceteri. Non ſic faciunt multi, qui in cõmuni congregatione degentes, ſibi ſpeciales prærogatiuas exigunt fieri, & ab alijs tamquã honorabiliores, volunt in talibus diſcerni: ſed hoc non patitur humilitas vera. Stabat ergo Domina more aliarum, dictam diem expectans ingreſſura in templum. Stabat vigilans, & attenta ſuper cuſtodia dilecti filij ſui. O Deus cum quanta ſolicitudine & diligentia ipſum gubernabat, ne in minimo eſſet deiectus. Cum quanta etiam reuerentia, & cautela, & quo timore ipſum contrectabat, quem ſciebat eſſe Deum ſuum, & Dominum ſuũ D flexis genibus accipiebat, & imponebat eum in cunis. Cum quanta etiam iucunditate & confidentia, & auctoritate materna ipſum amplexabatur, oſculabatur, ſtringebat dulciter, & delectabatur in eo, quem ſciebat eſſe filium ſuum. Quàm ſæpe curioſe intuebatur eum in vultu, & ſingulis partibus eius ſacratiſſimi corporis: quàm ſerioſe, ac pudenter tenella membra faſcia componebat. Sicut enim fuit humillima, ſic fuit, & prudẽtiſſima: vnde in ſingulis officijs & obſequijs, vigilanti & dormienti ſedule miniſtrabat, non ſolum infantulo, ſed grandæuo. O quam libenter eum lactabat. Vix fieri potuit, quin magnam etiam, alijs feminis inexper E tam, dulcedinem in talis filij lactatione ſentiret. Sed & de ſancto Ioſeph refert Bernardus ſe credere, quod & puerum Ieſum ſuper genua ſua tenens eidẽ frequenter arriſit.

Stante ergo Domina apud præſepe, ſta & tu cum ea iuxta præſepe, & delectare frequenter cum puero Ieſu: quia virtus exit ab ipſo. Quælibet anima fidelis, & maxime religioſa perſona, die natiuitatis Domini, vſque ad purificationem, deberet ſaltem ſemel in die, apud prædictum præſepe Dominam viſitare, adorare puerũ Ieſum, & matrem eius affectuoſe meditari de paupertate, humiliate, & benignitate ipſorum. F

De purificatione Beatæ Virginis.
Cap. II.

ADueniente autem quadrageſima die, prout in lege ſtatutum erat, exijt Domina cum puero Ieſu & Ioſeph, & iuerunt de Bethleem in Hieruſalem, quæ ſunt quinque vel ſex milliaria, vt ſecundum legem ſiſterent eum Domino. Vade & tu cum eis, & iuua portare puerum, & conſpice attente ſingula quæ dicuntur & fiunt, quæ deuotiſſima ſunt. Adducunt ergo Dominum templi, ad templum Domini. Cumque intraſſent templum, emerunt duos turtures, aut duos pullos columbarum, vt offerrent pro eo: ſicut

Leuit. 12.

Luc. 2. d

pro

pro pauperibus fiebat. Et quia erant pauperrimi, credendum magis de pullis columbarum, quia & pro minori pretio inueniuntur. & ideo in lege ponuntur in vltimo loco, & Euangeliſta tacet de agno, qui erat oblatio diuitum. Et ecce Simeon iuſtus in ſpiritu venit in templum, vt ſicut reſponſum acceperat, videret Chriſtum Domini. Cum autem feſtinanter veniens vidiſſet eum, ſtatim cognouit eum Prophetico ſpiritu, & accelerans genuflexit, & adorauit eum inter brachia matris. Puer autem benedixit eum, & aſpiciẽs matrem inclinauit ſe oſtendens ſe velle ad eum ire. Quod mater intelligens, quamuis admirans, porrexit eum Simeoni. Ille autem gaudenter, & reuerenter in vlnis ſuis eum recipiens, ſurrexit benedicens Deum, & *Luc. 2. a* dixit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine.* &c. De paſſione ipſius Prophetauit. Superuenit & ipſa Propheteſſa Anna, & adorans eum ſimiliter de ipſo loquebatur. Maria vero de his admirans, omnia conſeruabat in corde ſuo. Deinde puer Ieſus extendens brachia verſus matrem, ad eam rediji, poſtea vadunt ad altare proceſſionem facientes, quæ hodie repræſentatur per vniuerſum mundum. Præcedunt alacriter illi duo venerabiles ſenes, ſcilicet Ioſeph, & Simeon, tenentes ſe per manus, & cum exultatione magna iubilan- *Pſal 117. a* tes, & pſallentes: *Confitemini Domino quoniam bonus,* *Pſal. 144. c* *quoniam in ſæculum,* &c. *Fidelis Dominus in omnibus* *Pſal. 47. c* *verbis ſuis,* &c. *Quoniam hic eſt Dominus Deus noſter in æternum & in ſæculum ſæculi: ipſe reget nos in ſæcula.* *Ibidem. a* *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.* Sequitur mater portans Regem Ieſum, & Anna ſociat eam, vadens ex latere, cum reuerentia iubilans, & ipſa gaudio indicibili laudans Dominum. Ab illis ergo fit proceſſio, paucis quidem ſed valde magna repræſentantibus: quia de omni genere hominum, ſunt inter eos, de maſculis, & feminis, ſenibus, & iuuenibus, virginibus, & viduis. Cum autem peruenerunt ad altare, mater cum reuerentia genuflexit, & obtulit dilectiſſimum filium ſuum Deo patri ſuo, dicens: Accipite pater excellentiſſime vnigenitum veſtrum, quem ſecundum mandatum veſtræ legis vobis offero, quia primogenitus matris eſt. Sed rogo pater, vt eum mihi reddatis. Et ſurgens dimiſit ipſum ſuper altare.

O Deus qualis eſt oblatio iſta, numquam a ſæculo talis facta fuit, nec fiet. Reſpice bene ſingula. Stat puer Ieſus ſedens ſuper altare, ſicut quilibet alius puerulus, & facie matura reſpexit matrem & alios, & humiliter, & patienter expectat quid deinceps fieri debeat. Adducuntur ſacerdotes, & redimitur Dominus omnium tamquam ſeruus, quinque ſiclis more aliorum. Siclus erat genus monetæ. Quibus a Ioſeph ſacerdoti ſolutis, mater lætanter reaccepit filium. Accepit etiam de manu Ioſeph prædictas aues, vt eas offerat, & genuflectens, & tenens eas in manu ſua, eleuatis oculis & in cælum porrectis eas obtulit, dicens: Accipite clementiſſime pater hanc oblationem, & munuſculum, & primum donum, quod paruulus veſter vobis hodie de ſua paupertate præſentat. Sed & puer Ieſus manus ſuas ad aues porrigens, oculos ad cælum leuauit, & nondum loquens, geſtibus vna cum matre offerebat, & poſuerunt eas ſuper altare. Vidiſti quales ſunt oblatores iſti, mater & filius. Numquid potuit talis hoſtia, quamuis parua, repudiari? Abſit ſed potius per manus Angelorum fuit in ſuprema curia præſentata, & valde acceptata, ita quòd tota curia iubilans exultauit. Poſtea Virgo Sancta diſceſſit de Hieruſalem, & viſitauit Eliſabeth, volens videre Ioannem priuſquam de partibus illis diſcederet. Vade & tu ſemper cum ea quocumque ierit, & adiuua portare. Cum ergo veniſſet ad eam, feſtum magnum fecerunt, & maxime de pueris ſuis. Sed & pueri lætabantur adinuicem, & Ioannes quaſi intelligens, reuerenter ſe habebat erga Ieſum. Accipe & tu reuerenter Ioannem, quia hic puer magnus coram Domino, ſi **A** forte benedixerit tibi. Aliquibus autem diebus ibi mora contracta, diſcedunt volentes ire Nazareth. Si autem in prædictis vis informari de humilitate, & paupertate, conſiderata oblatione, & redemptione, ac legis obſeruatione, de facili potes aduertere.

TERTIA FERIA.

De fuga Domini in Aegyptum. Cap. XII.

B CVM ergo pergerent verſus Nazareth, neſciens adhuc ſuper hoc conſiliũ Domini, & quòd Herodes pararet ſe ad necem pueri Ieſu, Angelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis, dicens ei, vt cũ puero & matre fugeret in Ægyptum: quia Herodes volebat animam pueri perdere. *Matt. 2.* Ioſeph vero euigilans, & excitans matrem dixit ei. Ipſa incontinenti ſurgens, nulla mora contracta voluit iter arripere. concuſſa enim ſunt ad hanc vocem viſcera eius, & circa filij ſui ſalutem nolebat negligens inueniri. Ergo de nocte incontinenti cœperunt ire verſus partes Ægypti. Conſpice & meditare prædicta, & **C** infraſcripta, & quomodo puerum Ieſum dormientem eleuant, & compatere ipſis. & attende hic diligenter, quia multa & bona conſiderare potes in præſenti negotio. Primo conſidera quemadmodum Dominus in ſua perſona ſuſcepit aliquãdo proſpera aliquando aduerſa. Et cum ſimile tibi contigerit, non ſis impatiens: nam iuxta montem inuenies vallem. Ecce enim in natiuitate ſua Chriſtus magnificatus fuit a paſtoribus tãquam Deus: & poſt partum parum, circumciſus fuit tamquam peccator: deinde venientes Magi eum plurimum honorauerunt, & nihilominus ipſe in ſtabulo remanens ſtabat inter beſtias, & plorabat, vt cuiuſdam **D** homunculi filius. Poſtea præſentatus erat in templo, quem multum exaltauerunt Simeon, & Anna, & nunc ab Angelo dicitur, quòd fugiat in Ægyptum. Et de multis alijs poteris in vita ſua perpendere, quæ ad noſtram inſtructionem poſſumus retorquere. Cum ergo conſolationem habueris, tribulationem expecta, & econtra. Vnde in eis nec extolli, nec frangi debemus. Dat enim Dominus conſolationes ad ſpem ſubleuandam, ne deuiemus: & tribulationem ad humilitatem conſeruandam, vt cognoſcentes miſeriam noſtram, ſemper in ſuo ſtemus timore. Ad noſtram ergo inſtructionem hæc feciſſe meditemur, & etiam vt **E** ſe diabolo occultaret.

Secundo conſidera circa Dei beneficia & conſolationes, quòd qui ea percipit, non debet ſe præferre non percipienti: & qui non percipit non deijciatur animo, nec habenti inuideat. Hoc dico, quia Angelorum locutiones fiebant Ioſeph, & non matri, cum tamen longe ea eſſet inferior. Item & qui percipit, licet non percipiat ſuo velle, non debet eſſe ingratus, nec murmurare, cum etiam Ioſeph qui tantus erat apud Deum, non palam, ſed in ſomnis tales allocutiones percepit.

Tertio conſidera, quo modo Dominus permittit, ſuos perſecutionibus & tribulationibus vexari. Tunc **F** enim magna erat tribulatio matri & Ioſeph, cum viderent puerum ad occiſionem quæri. Quid enim granius audire poterant? Et erat eis in hoc tribulatio magna: quia licet ſcirent eum filium Dei eſſe, tamen poterat ſenſualitas eorum turbari, & dicere: Dominus Deus omnipotens, quid opus eſt, quòd iſte tuus filius fugiat? Non potes hic eum defendere? Et etiam in hoc erat tribulatio, quòd in terram longinquam oportebat eos ire, quam ignorabant, & per vias aſperas, cum eſſent inhabiles ad eundum, Domina propter iuuentutem, Ioſeph vero propter ſenectutem: ipſe etiam puer quem portare habebant, vix erat duorum menſium. & peregrinari habebant in terra aliena, & pauperes quaſi nihil habentes. Omnia enim iſta ſunt af-

afflictionis

A flictionit materia. Tu ergo cum tribularis patientiam habe, nec credas tibi ab eo priuilegium dari, quod nec ſibi tribuit, nec matri.

Quarto conſidera benignitatem. Vides enim quo modo, & quàm cito perſecutionem patitur, & fugam de terra natiuitatis ſuæ, & tam benigne cedit furori illius, quem poterat perdere in momento. Profunda eſt hæc humilitas, & patientia magna. Nolebat enim ſibi vicem reddere, nec offendere, ſed fugiendo inſidias eius vitare: ſic & nos facere tenemur obiurgantibus ſcilicet, vel reprehendentibus, vel perſequentibus non reſiſtere, vel de ipſis vindictam expetere, ſed patienter eos portare, & ipſorum furori cedere, &

B quod plus eſt, pro eis orare, vt alibi Dominus in Euangelio docet.

Matt. 5. g

Fugiebat ergo Dominus ante faciem ſerui, immo potius ſerui diaboli. Portabat eum mater tenera & iuuenis valde, & Sanctus Ioſeph multum ſenex in Ægyptum per viam ſilueſtrem, obſcuram, nemoroſam, aſperam & inhabitatam, per viam etiam valde longam. Dicitur, quód ad iter curſoris ſunt duodecim, vel quindecim diætæ: pro eis autem fuit forte iter duorum menſium, & plurium. Iuerunt enim, vt dicitur, per deſertum illud, per quod tranſierunt filij Iſrael, in quo ſteterunt quadraginta, annis.

C Sed quo modo faciebant de victu ſecum portando? Vbi etiam, & quo modo de nocte quieſcebant, & hoſpitabantur? raro enim domos in illo deſerto inueniebant. Compatere ergo eis, quia labor difficilis, & magnus, & longus eſt tam ipſis quàm puero Ieſu. & vade cum eis, & adiuua puerum portare, & ſeruias in omnibus in quibus potes. Non deberet videri nobis labor, pro nobiſipſis pœnitentiam agere, pro quibus tantus labor ab alijs, & a talibus, & toties eſt aſſumptus. De his autem quæ ipſis in deſerto & per viam contigerunt, quia pauca authentica inueniuntur, referre non curo.

Iſa. 19. a

D Cum ergo Ægyptum intrauerunt, omnia idola ipſius prouinciæ corruerunt ſicut per Iſaiam fuit prophetatum. Iuerunt ergo ad quandam ciuitatem, quæ vocatur Heliopolis, & ibidem aliquam domunculam conducentes, habitauerunt ibidem per ſeptem annos, tamquam peregrini & aduenæ, pauperes & egeni.

Meditatio pia & pulchra.

Sed hic occurrit pulchra, pia, & compaſſiua valde meditatio. Aduertas bene quæ ſequuntur. Vnde enim & quo modo viuebant iſti tanto tempore? Numquid mendicabant? Legitur autem de Domina, quód colo & acu quærebat ſibi & filio neceſſaria. ſuebat ergo & filabat mundi Domina, paupertatis amatrix. Mul-

E tum per omnem modum iſti paupertatem dilexerunt, & eidem perfecte vſque ad mortem ſeruauerunt fidê. Sed numquid ibat ipſa per domos petendo pannum, & alia in quibus operaretur? Oportuit enim hoc per viciniam innoteſcere, alias vacaſſet a talibus operibus: quia illæ mulieres non poterant diuinare. Sed & cum Ieſus cœpit eſſe quinquennis, vel ſic, numquid & ipſe portabat ambaſiatas matris, petendo pro ipſa, ea in quibus operari valeret? non enim habebat alium ſcutiferum. Sed & numquid reportabat opera facta, petens ex parte matris, ſolutionem & pretium? Nonne in talibus erubeſcebat puer Ieſus, filius Dei altiſſimi,

F & etiam mater ipſum mittens? Sed quid ſi aliquoties dum opus reddidiſſet, & pretium peteret, mulier aliqua ſuperba, rixoſa, & loquax, iniurioſe reſpondit, opus factum accepit, eum ſine pretio expulit, & ſic vacuus domum redijt? O quot & quantæ fiunt iniuriæ aduenis: quas Dominus vitare non venit, ſed ſuſcipere. Quid etiam ſi aliquando domum rediens, & famem patiens more puerorum, petijt panem, nec vnde daret habuit mater? Nonne in his & ſimilibus totaliter concutiebantur viſcera ſua? Conſolabatur verbis filium ſuum, & opere vt poterat procurabat, & ſibi forte aliquando ſubtrahebat de victu, vt filio reſeruaret. Hæc & his ſimilia de puero Ieſu

A meditari potes, dedi tibi occaſionem. Tu vero ſicut videbitur extendas & proſequaris, ſisq. paruula cum paruulo Ieſu, nec paruipendas talia humilia, & quæ puerilia videntur, meditari de ipſo.

Quantum ſint vtiles cõtemplationes.

Videntur enim dare deuotionem, augere amorem, accendere feruorem, inducere compaſſionem, puritatem & ſimplicitatem conferre, & humilitatis, & paupertatis vigorem nutrire, & conſeruare familiaritatem, & conformitatem facere, ac ſpem eleuare. Nam ad ſublimia aſcendere non valemus, ſed quod ſtultum Dei eſt, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum, potentius.

1. Cor. 1. d

B Videtur etiam talium meditatio ſuperbiam tollere, cupiditatem eneruare, ac curioſitatem confundere. Vides quot bona inde proueniunt? Sis ergo, vt dixi, cum paruulo paruula, & cum grandeſcente grandeſcas, ſemper tamen humilitate conſeruata: & ſequaris eum, quocumque ierit, & intuearis faciem eius ſemper. Sed numquid in ſuperioribus attendiſti, quàm laborioſa fuerit eorum paupertas, & quàm verecunda? Et ſi ex opere manuum victum quærere oportebat, quid de veſtimentis dicemus? quid de vtenſilibus, ſcilicet lectis, & alijs intra domum oportunis? Numquid duplicia habebant? numquid ſuperflua? numquid curioſa? Hæc contra

C paupertatem ſunt, & ideo etiam ſi habere poſſet, nollet ea paupertatis amatrix. Sed & numquid Domina ſuendo vel alias operando, faciebat amore quorumdam opera curioſa? Abſit. Faciant hæc quæ tempus perdere non curant. Non enim poterat ipſa in tanta poſita egeſtate, tempus in vanis expendere, ſed nec alias feciſſet. Eſt enim periculoſiſſimum vitium, & maxime temporibus noſtris. Vis videre quo modo?

Curioſitatis mala.

Attende primo quo modo tempus ad laudem Domini conceſſum, expenditur contra ipſum in vanis. multum enim plus de tempore occupat quàm expediat curioſum opus, & hoc malum eſt valde. Secundo quia

D facienti eſt cauſa vanæ gloriæ. O quoties aſpicit, recogitat & mente reuoluit, etiam quando non operatur, & etiam quando debet diuinis intendere, vt pulchrum opus faciat, & exinde ſe reputat, & vult reputari. Tertio quia ei cui facit eſt cauſa ſuperbiæ. tali enim oleo ignis ſuperbiæ nutritur, & magis accenditur. Sicut enim rudia & groſſa ſunt humilitatis fomenta, ſic iſta ſuperbiæ. Quarto, quia eſt materia retrahendi animam a Deo. nam, iuxta beatum Gregorium tanto quis a ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur.

Greg. hom. 30. in Euangel. ante med.

Quinto quia eſt concupiſcentia oculorum, de tribus vnum, ad quæ omnia pec-

E cata de mundo reducuntur: ad nihilum enim talia curioſa valent niſi vt exinde oculi vane paſcantur. Quoties autem quis in talibus delectabiliter & vane oculos paſcit, tam qui facit quàm qui portat & vtitur, toties offendit. Sexto, quia multorum aliorum eſt laqueus & ruina. nam talia reſpicientes, multis modis offendere poſſunt, vel malum exemplum habendo, vel delectabiliter aſpiciendo, vel ſimile concupiſcendo, vel iudicando, vel murmurando, vel detrahendo. Cogita ergô quoties Deus offendi poteſt, antequam illa curioſitas ſit deleta: de omnibus autem illis ipſe, qui tale opus facit, eſt cauſa.

F Vnde etiam ſi tibi dicerem, quòd talia pro me faceres, vel certiſſime ſcires me talibus vti velle, tu facere non deberes: quia nulla de cauſa peccato conſentiendum eſt, & ab offenſa Dei eſt omnibus modis abſtinendum. Quantu ergo magis offendis, ſi tuo motu ad ſolam complacentiam facis, volens magis placere creaturæ, quàm Creatori? Hæc igitur faciunt, qui ſæculariter viuunt, talia enim ſunt ornamenta mundi, blaſphemia Dei. Sed qui in puritate conſcientiæ viuere intendit, miror quo modo hæc facere audet, & ſe hac fæce fœdare: Vides quot mala ex tali curioſitate proueniunt. Adhuc eſt aliud malum & peius, ſcilicet, quòd curioſitas directe obuiat paupertati. Et vi-

nia

tra omnia prædicta eſt etiam hoc, quòd leuis, & vani, A & inconſtantis animi eſt indicium. Hæc autem omnia de curioſitate dixi, vt tu curioſa deuites. Ab ipſis igitur tam faciendis, quàm videndis, tamquam a venenoſo ſerpente omnino abſtinere curato: non tamen intelligi debet, quin aliquando liceat facere opera pulchra, & potiſſime in his quæ diuino cultui mancipantur, in quibus tamen omnino ordinata affectio, intentio, & delectatio ſummopere cauenda eſt, & ab animo ſolicite longius propellenda. De hac autem curioſitate ſic dicit Bernardus: Spectacula vana, rogo, quid corpori præſtant? quidve animæ conferre videntur? Nam certe nihil in homine, cui curioſitas proſit B inuenies. Friuola prorſus & inanis ac nugatoria conſolatio: & neſcio quid illi durius imprecer, niſi vt ſemper habeat quod requirat, qui iucundæ quietis pacem fugitans, curioſa inquietudine delectatur.

Bern. ſer. de conu. ad clericos, c. 12.

Sed redeamus ad Dominam in Ægyptum, a qua digreſſionem fecimus, propter maledictum curioſitatis vitium, & conſpice ipſam in laboribus ſuis, ſuendo, filando, & texendo, quo modo facit ea fideliter, humiliter, & ſolicite: habens nihilominus diligentiſſimam curam ſuper filio ſuo, & ſuper gubernationem domus, necnon vigilijs, & orationibus, iuxta poſſe eſt ſemper intenta. Tu ergo toto affectu eidem com- C patere, & conſidera, quòd non habuit omnino gratis regnum Domina regni. Sed & illud forte contingebat frequenter, quòd aliquæ bonæ matronæ videntes eius paupertatem, aliqua tranſmittebant eidem, quæ humiliter & cum gratiarum actione recipiebat. Sed & Sanctus Ioſeph ſenex aliquid operabatur in arte lignaminis. Vndique igitur occurrit compaſſionis materia, cum qua tandem cum aliquam moram cum ea contraxeris, pete licentiam recedendi, & benedictione recepta primo a puero Ieſu, deinde a matre, poſtea a Ioſeph genibus flexis, cum lacrymis, & compaſſione magna, vale facias eis: quia tamquam ex- D banniti, & exules a patria ſua ſine aliqua cauſa remanent, ad peregrinandum ibidem per ſeptem annos, in ſudore ſui vultus victuri.

De reditu Domini ex Aegypto.
Cap. XIII.

Matt. 2. d

COmpletis ſeptem annis, quibus Deus peregrinatus eſt in Ægypto, Angelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis, dicens: Tollite puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael. Defuncti enim ſunt, qui quærebant animam pueri. Qui accepit puerum & matrem E eius, & redijt in terram Iſrael. Et cum peruenit ibi, audiens quòd Archelaus, filius Herodis, regnaret ibi, timuit illo ire. Et iterum admonitus ab Angelo, iuit in Galilæam in ciuitatem Nazareth. Fuit autem reditus eius circa feſtum Epiphaniæ, ſcilicet ſecunda die prout in martyrologio legitur.

Vides etiam hic, ſicut fuit tactum in ſuperiori tractatu, quo modo Dominus dat conſolationes, & reuelationes per partes, & non ita plenas, vt appetitus expoſceret. Quod ea duobus in hoc facto perpendere potes, tum quia in ſomnis non palam, vt ibi dixit: tum etiam quia non vna vice ſimul, ſed per duas vices, F et dixit ad quem locum ire deberet. Et dicit Gloſſa, quòd hoc fecit Dominus, quia ea frequenti viſitatione quis certior redditur. Vnde qualeſcumque ſunt, nobis debent videri magnæ: & inde ſimus grati, quia ſemper ex parte ſua facit, quod nobis vtilius eſſe cognoſcit.

Nunc autem circa Domini reditum inſiſtamus. Circa quem diligenter attende, quia pia eſt hæc meditatio valde. Redeas ergo in Ægyptum, gratia viſitandi puerum Ieſum, quem cum extra inter pueros forte inueneris, ipſe te videns occurret tibi: quia benignus & affabilis, & curialis eſt. Tu vero genuflectens, oſculeris pedes eius, & poſt inter brachia ipſum ſuſcipias, & aliquantulum cum eo quieſcas. Tandem forte dicet tibi: Data eſt nobis licentia redeundi in terram noſtram, & cras hinc recedere debemus. Bona hora veniſti, quia redibis nobiſcum. Cui alacriter reſpondeas, te ex hoc multum gaudere, & quòd eum optas ſequi quocumque ierit, & in his collocutionibus delecteris cum eo. Dixi iam tibi, quòd huiuſmodi quæ puerilia videntur meditari, multum valent, & poſtea ad maiora tranſmittunt. Poſtea ducet te ad matrem, & curialiter honorabit. Tu vero genuflectens, fac ei reuerentiam, & Sancto ſeni Ioſeph, & requieſcas cum eis.

Mane ſequenti die videbis aliquas bonas matronas de ciuitate, & etiam homines venientes ad ſectandum eos vſque extra portam ciuitatis, propter placabilem, & ſanctam conuerſationem ipſorum. Prædixerant enim diſceſſum ſuum per viciniam per plures dies. Primum quia non eſt conueniens, quòd ſubito quaſi furtim inde recederent: ſecus tamen fuit, quando venerunt in Ægyptum, quia timuerant mortem pueri. Incipiunt enim recedere, & Ioſeph cum hominibus præcedit, & Domina ſequitur a longe cum matronis. Tu vero accipiens puerum per manum, vade in medio ante matrem. nam ipſum poſt ſe non dimittet. Cum autem ſunt extra portam, Ioſeph non ſe patitur amplius ſociari. Tunc vero aliquis ex illis diues compatiens paupertati eorum, puerum vocat vt aliquos ei denarios tribuat pro expenſis. Verecundatur puer accipere, tamen paupertatis amore manum parat, pecuniam accipit verecunde, & gratias agit: ſic & plures fecerunt. Vocatur etiam a matronis, & ſimiliter faciunt. Nec minus hic mater verecundatur quàm filius, verumtamen humiliter gratias eis egit. Vere hic eis compati potes, cum ille cuius eſt terra & plenitudo eius, pro ſe & matre & nutritio ſuo ſic paupertatem arctam elegerit; & in tanta penuria vixit. Multum in eis relucet paupertas ſanctiſſima, & nobis amabilem & imitabilem oſtendunt. Tandem gratias agentes eis, valefaciunt omnibus, & ſuum arripiunt iter. Sed quo modo redibit puer Ieſus, adhuc tener infantulus? Difficilior enim mihi videtur reditus quàm acceſſus. Nam quando venit in Ægyptum ita paruulus erat, quòd portari poterat: nunc autem ſic magnus eſt quòd portari non præualet, & ſic paruus quòd per ſe ire non poteſt. Sed forte aliquis ex illis bonis viris dedit vel accommodauit aliquem aſellum, ſuper quem ire poſſet. O puer egregie ac delicate, rex cæli & terræ quantum laboraſti pro nobis, & quàm cito cœpiſti. Bene Propheta in veſtra prædixit perſona: Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Penurias magnas, labores arduos, & afflictiones corporis conſtantiſſime aſſumpſiſtis, habuiſtis vos ipſos quaſi odio pro amore noſtro. Certe ſolus hic labor, de quo nunc tractamus, ad plenam redemptionem ſufficere debuiſſet. Accipe ergo puerum Ieſum, & pone ſuper aſellum, ac fideliter ducas eum, & cum deſcendere voluerit, lætanter eum in brachijs ſuſcipias, & aliquantulum teneas, ſaltem quouſque veniat mater eius, quæ aliquantulum tardius ſiue planius ambulat. Tunc puer ibit ad eam, eiiq. matri requies magna receptio ſibi. Vadunt ergo & tranſeunt per deſertum per quod venerunt, & in ipſo itinere ſæpe poteris eis compati, habentes parum quietis. Et reſpice eos fatigatos, & ex labore deuictos, tam de die quàm de nocte. Cum autem fuerunt prope finem deſerti, inuenerunt Ioannem Baptiſtam, qui iam ibi pœnitentiam agere cœperat, cum tamen nullum haberet peccatum. Dicitur, quòd locus Iordanis in quo Ioannes Baptizauit, eſt ille vnde tranſierunt filij Iſrael, quando venerunt de Ægypto per dictum deſertum, & quod

Diſceſſus B. Mariæ Virginis ex Ægypto.

Pſal. 87.

quòd prope illum locum in ipſo deſerto Ioannes pœnitentiam fecit. Vnde poſſibile eſt, quòd puer Ieſus inde tranſiens, in reditu ſuo inuenit eum ibidem. Mediteris ergo, quo modo ſuſcepit eos alacriter & ibi aliquantulum ſubſiſtentes, comederunt cum eo illa cruda cibaria, tandem immenſa recreatione ſpirituos habita, vale fecerunt ei. Tu autem & in aduentu & in receſſu genu flecte Ioanni, deoſculans pedes eius, benedictionem petens, & ei te recommendans. excellens enim & valdè mirabilis a cunabulis eſt puer iſte. Ipſe enim fuit primus eremita, & principium & via religioſe viuere volentium. Fuit virgo puriſſimus, fuit prædicator permaximus, fuit plus quàm propheta, fuit etiam martyr glorioſus. Poſtea tranſeuntes Iordanem, appulerunt ad domum Eliſabeth, vbi magnum & iucundum feſtum factum fuit inter eos. Et ibidem audiens Ioſeph, quòd Archelaus filius Herodis regnabat in Iudæa, timuit, & admonitus in ſomnis ab Angelo, iuerunt in Galilæam in ciuitatem Nazareth.

Ioannis Baptiſtæ laus.

Ecce reduximus puerum Ieſum de Ægypto, & eo reuerſo concurrunt ſorores Dominæ; & alij conſanguinei & amici ad viſitandos eos. Ipſi autem in Nazareth quieſcunt, & pauperem vitam ducunt. Exinde autem vſque ad duodecimum ætatis annum pueri Ieſu, aliquid non legitur de ipſo. Dicitur tamen & veriſimile eſt, quod adhuc ibi eſt fons, de quo puer Ieſus deferebat aquam matri. Faciebat enim huiuſmodi ſeruitia matri humilis Dominus: non enim habebat alium ſeruientem. Potes etiam hic meditari, quòd cum matre propria, ſcilicet ſorore Dominæ veniebat Ioannes Euangeliſta, qui tunc erat annorum quinque. Nam legitur de ipſo, quòd obijt anno a paſſione Domini ſexageſimoſeptimo, ætatis vero ſuæ anno nonageſimooctauo: & ſic tempore paſſionis Domini habebat triginta & vnum annos, cum Dominus haberet triginta tres, vel parum plus. Cum ergo in hoc reditu Dominus eſſet ſeptem annorum, Ioannes erat quinque. Intuere itaque ipſos ſtantes ſimul & conuerſantes, ſicut Dominus dabit tibi. Hic enim fuit poſtea ille diſcipulus, quem familiarius diligebat Ieſus.

Quid fecerit puer Ieſus, vſque ad duodecimum ann.

Quomodo puer Ieſus remanſit in Hieruſalem Cap. X I I I I.

Luc. 2.

CVm autem eſſet annorum duodecim, aſcendit cum parentibus in Hieruſalem, ſecundum conſuetudinem & præceptum diei feſti, & durabat per dies octo. Laborabat ergo etiam nunc puer Ieſus itineribus longis, & vadit, vt honoret patrem ſuum cæleſtem in feſtis ſuis. Eſt enim amor ſummus inter patrem & filium. Sed maior erat ei afflictio, & dolor cordis acerbior, de inhonoratione patris in peccatorum multiplicium commiſſione, quàm de honore parentis, & exterioris pompæ feſti lætitia. Stabat ergo Dominus legis obſeruans legem, & inter alios conuerſans humiliter quaſi quilibet alius pauperculus. Conſummatis autem diebus feſtis recedentibus parentibus, ipſe in Hieruſalem remanſit. Attende hic bene, & omnibus quæ dicuntur & fiunt, te præſentem exhibeas valde enim deuota materia & proficua eſt hæc. Dixi autem iam tibi ſupra in principio, quòd Nazareth vbi Dominus habitabat, a Hieruſalem diſtat quattuordecim, vel quindecim miliaribus, vel circa. Cum ergo mater & Ioſeph per diuerſas vias incedentes, venerunt in ſero ad locum, vbi diæta explebatur, & vbi hoſpitari deberent. Videns Domina Ioſeph ſine puero, quem cum ipſo rediſſe credebat, quærit ab eo: Vbi eſt puer? Et iſte: Ego neſcio, non redijt mecum, tecum enim eum rediſſe credebam. Tunc illa dolore vehementi concuſſa, cum lacrymis dixit: Non redijt mecum. Video quòd

Supra hoc opuſc. c. 6.

A non bene filium meum cuſtodiui, & velociter cœpit ire per domos, & quàm decenter potuit, illo ſero circuibat, quærens de ipſo, & dicens: Vidiſtis vos filium meum? & vos vidiſtis ne filium meum? & vix præ dolore & ardore deſiderij ſe ſuſtinebat. Ioſeph vero ſequebatur eandem cum fletu. Quo non inuento, qualem quietem habere poterant tu ipſe cogita, & maxime mater, quæ ipſum arctius diligebat. Et licet a notis confortaretur, non tamen poterat conſolari. Quid enim erat perdere Ieſum? Conſpice bene ipſam & vehementer compatere, quia in anguſtia eſt anima ſua: numquam ex quo nata fuit vſ- **B** que tunc, fuit in tãta. Non ergo turbemur, quando tribulationes habemus, cum etiam matri non pepercit Dominus. Ad ſuos enim eas permittit venire, & ſigna ſunt ſuæ dilectionis, nobis autem expedit eas habere. Tandem Domina in camera ſe recludens, ad orationem & planctum ſe conuertit, dicens: O Deus & pater æterne clementiſſime ac benigniſſime, vobis placuit mihi dare filium veſtrum: ſed ecce perdidi eum, & neſcio vbi ſit, reddite eum mihi. O Pater tollite mihi amaritudinem iſtam, & oſtendite mihi filium meum. Reſpicite pater afflictionem cordis mei, & non ad negligentiam meam: incaute enim me ha- **C** bui, ſed ignorans feci. Sed propter bonitatem veſtram reddite ipſum mihi, quia ſine ipſo viuere non poſſum. O fili dilectiſſime vbi es? quid eſt de te? apud quem nunc hoſpitaris? Numquid ad patrem tuum rediſti in cælum? Scio enim quòd Deus es, & Dei filius: ſed quomodo mihi non dixiſſes? ſed & numquid inſidioſe ab aliquo es quæſitus? Scio enim quòd verus homo es ex me natus, & alias te ab Herode quæſitum, in Aegyptum portaui. Pater tuus te ab omni malo cuſtodiat fili mi. Indica mihi fili mi vbi ſis, & veniam ad te, vel tu redi ad me; parce mihi hac vice, quia numquam amplius continget mihi, vt **D** te cuſtodiam negligenter. Numquid aliquam offenſam feci tibi fili mi? propter quam ergo cauſam receſſiſti a me? Scio quòd dolorem cordis mei cognoſcis. O fili mi ne tardes venire ad me. Numquam ex quo natus es vſque modo ſine te fui, comedi, vel dormiui, niſi nunc ſolum. Modo autem ſum ſine te, & neſcio qualiter hoc factum ſit: tu ſcis quia tu es ſpes mea, vita mea, & omne bonum meum, & ſine te eſſe non poſſum. Indica ergo mihi vbi tu es, & quomodo te valeam inuenire. Talibus & ſimilibus dictis, ſe mater per noctem anguſtiabat ſuper dilecto filio ſuo. Mane vero ſequenti die tempeſtiue domum exeuntes, quærebant **E** eum etiam per circumſtantia loca, nam per plures vias patebat reditus. Sicut qui de Senis vellet redire Piſas, poſſet ire per Podium Bonichi, & per Colle, & per alia loca. Die ergo ſequenti ibant per alias vias, quærentes eum inter cognatos & notos: quo etiam tunc non inuento, mater quaſi ſine ſpe anxiabatur, & non poterat conſolari. Tertia vero die redeuntes in Hieruſalem, inuenerunt eum in templo ſedentem in medio doctorum. Tunc ipſa videns eum exhilarata, quaſi reuiuiſcẽs genuflexit, & cum lacrymis Deo gratias egit. Puer autem Ieſus videns matrem, venit ad eam, quem ipſa inter brachia ſuſcipiens, & ſtringens, & oſculans dulci- **F** ter, ponit vultũ ad vultum, & tenens eum in gremio ſuo aliquantulum cum eo ſic requieuit: neque enim tunc aliquid præ teneritudine dicere potuiſſet. Poſtea reſpiciens eum, dicit: Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Et ille, quare me quærebatis? in his enim quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe, quod verbum illi non intellexerunt. Dicit ergo ei mater: Fili, volo quod redeamus ad modum noſtrum, non vis redire nobiſcum? Et ille, ego faciam quod placuerit vobis, & redijt cum illis Nazareth.

Quam magnus fuerit dolor Mariæ, & Ioſeph, pro puero Ieſu amiſſo.

Vidiſti ergo afflictionem matris in prædicto negotio. Sed quid fecit prædictus puer in iſto triduo? Conſpice etiam eum attente, quomodo ſe reducit

ad aliquod hoſpitale pauperum, & cum verecundia petit ſe hoſpitari, & ibidem comedit, & hoſpitabatur cum pauperibus Ieſus pauper. Conſpice eum ſedentem inter doctores vultu placido, ſapienti, & reuerenti, & audiebat, & interrogabat eos quaſi ignorans, quod ex humilitate faciebat, & etiam ne illi verecundarentur ſuper mirabilibus reſponſis eius.

Tria notatu digna. Conſiderare autem potes in prædictis tria valde notabilia. Primũ, quia qui Deo vult adhærere, non debet inter conſanguineos cõuerſari, ſed ab eis diſcedere. Nã & puer Ieſus a ſe dimiſit dilectiſſimam matrem, cum operibus patris ſui intendere voluit: & etiam poſtea quæſitus, inter cognatos & notos inuentus non fuit. Secundum, quòd qui ſpiritualiter viuit non miretur, ſi B aliquando mente arida remanens, videtur ſibi ſe eſſe derelictum a Deo: cum etiam matri Dei hoc contigerit. Non ergo mente tabeſcat, ſed diligenter eum quærat in ſacris meditationibus & bonis operibus perſiſtendo, & reinueniet eum. Tertium, quòd non debet quis eſſe proprij ſenſus, vel propriæ voluntatis. Nam cũ Dominus Ieſus dixiſſet, quòd oportebat eum operibus patris intendere, mutauit conſilium, & matris voluntatem ſecutus eſt, & receſſit cum ea & nutritio ſuo, & erat ſubditus illis. In quo etiam admirari potes humilitatem ipſius, de qua plenius infra proximè C dicemus.

Quid Dominus fecit a duodecimo anno vſque ad triceſimum. Cap. XV.

Luc. 2. f REuerſus ergo Dominus Ieſus a tẽplo, & Hieruſalẽ, cũ parentibus ſuis in ciuitatem Nazareth, erat ſubditus illis, & habitauit ibidem cum eis, ab inde vſque ad principium triceſimi anni. Nec in ſcripturis reperitur, quòd in toto iſto tempore aliquid fecerit: quod mirabile videtur valde. Quid ergo mirabimur, & imaginabimur ipſum feciſſe? Stetit ne Do- D minus Ieſus otioſus tanto tempore, vt nihil faceret dignum recitatione, & ſcriptura? Si enim feciſſet, cur non fuiſſet ſcriptum ſicut reliqua facta ſua? Omnino ſtupor videtur. Sed attende hic bene, quia patenter videre poteris, quod nihil faciendo fecit magnifica. Nihil enim de factis eius a myſterio vacat. Sed ſicut virtuoſe operabatur, ſic virtuoſe tacebat, quieſcebat, & ſe ſubtrahebat. Magiſter ergo ſummus aliquando docturus virtutes & viam vitæ, cœpit a ſua iuuentute opera facere virtuoſa, ſed modo mirabili, & incognito, ac retroactis temporibus inaudito: ſe videlicet reddendo in conſpectu hominum inutilem, & abiectum, & inſipientem, vt E deuote & ſine omni temeraria aſſertione cogitari poteſt. Nulla tamen in hac meditatione tibi affirmo, quæ per auctoritatem ſacræ ſcripturæ, vel doctorum ſacrorum non probantur, vt etiam in principio tibi dixi. Subtrahebat ergo ſe a conſortio, & conuerſatione hominum. Ibat ad Synagogam, id eſt Eccleſiam. Stabat multum ibi in oratione in loco viliori ſe ponens. Redibat domum: ſtabat cum matre, & aliquando ſuum nutritium adiuuabat. Pertranſibat eundo, & redeundo inter homines, ac ſi F non viderit homines. Mirabantur cuncti, cernentes iuuenem tam ſpecioſum nihil facere, quod apparebat laude dignum. Expectabant enim quòd magnifica faceret, & opera probi viri. Cum enim puer erat, proficiebat ætate & ſapientia coram Deo, & ibidem. hominibus: ſed creſcens & perueniens a duodecimo anno vſque ad trigeſimum & vltra, nulla opera faciebat prætendentia ſpeciem aliquam probitatis, & virilitatis, ſtupebant vehementer, & deridebant eum, dicentes: Iſte eſt quidam inutilis, ipſe eſt idiota, & homo de nihilo, & ſtultus & inſipiens. Nec etiam literas didicit, & inter gentes in prouerbium venit, quòd erat grandis & captiuus. Et hunc viuendi

A morem ſic tenaciter tenebat & continuabat, quòd apud omnes communiter erat vilis, & abiectus reputabatur. Quod bene ante per Prophetam dictum fuit in perſona eius: Ego ſum vermis & non homo, *& cetera*. Pſal. 21. b

Vides ergo quid faciebat nihil faciendo: reddebat ſe vilem & abiectum, vt dixi, omnibus. Sed an hoc tibi parum videtur? Ipſe quidem non indigebat, ſed ego. Certe in operibus noſtris nullum maius reputo, nec difficilius cognoſco. Ad altiſſimum gradum mihi perueniſſe videtur, qui ad hoc peruenit, vt ex corde, & animo vero non ficto, ita ſe vincit ac dominatur animo ſuo, ac ſuperbo ſupercilio carnis ſuæ, B quòd nolit aliquid reputari, ſed ſperni, vt abiectus & vilis. Maius eſt hoc, quàm vincere vrbes, iuxta ſententiam Salomonis, dicentis: Melior eſt patiens viro forti: qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. Vſque ergo quòd peruenias ad hunc gradum, nihil tibi videaris feciſſe. Nam cùm in veritate omnes ſimus inutiles, etiam cum omnia bene fecerimus, iuxta verbum Domini: quouſque in hoc abiectionis gradu non ſumus, adhuc in veritate non ſumus, ſed in vanitate conſiſtimus, & ambulamus. Quod etiam Apoſtolus manifeſte oſtendit, dicens: Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cum ni- C hil ſit, ipſe ſe ſeducit. Si ergo quæras quare Dominus Ieſus hoc faciebat? Reſpondeo tibi, non quia indigeret, ſed vt nos inſtrueret. Vnde ſi non diſcimus, inexcuſabiles ſumus. Abominabile prorſus eſt, ſi ſe erigit vermiculus, & vermium eſca futurus, vbi ſic ſe humilians abiecit Dominus maieſtatis.

In operibus humanis quid maius, & difficilius.

Prou. 16. d

Luc. 17. c

Gala. 6. b

Si autem abſurdum alicui videatur, quòd ſic inutiliter ſtaret, & quòd Euangeliſtæ multa omiſerunt, & ſimilia dicat: reſponderi poteſt, quòd non erat inutile tantæ virtutis exemplum præbere & fa- D cere, immò erat vtiliſſimum, & omnium virtutum tectum ac ſtabile fundamentum. Sed & ex verbis ipſius in Euangelio Ioannis ſic habemus: Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre, ſpiritum veritatis, qui a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis, ſcilicet prædicatores. Et Petrus in electione Sancti Matthiæ Apoſtoli dicit: Oportet ex his viris, *& cetera*. quo intrauit inter nos Dominus Ieſus, incipiens a baptiſmate Ioannis, *& cetera*. Tunc autem erat incipiens quaſi annorum triginta, ſed nec ipſe Ioannes eius præcurſor fuiſſet, ſi Dominus Ieſus prius eo prædicare cœpiſ- E ſet. Item ſi prius incœpiſſet, quomodo non fuiſſet notus in tot annis a vicinis, qui dicebant: Nonne hic eſt fabri filius? cum poſtea in paruo tempore filius Dauid vocaretur etiam a ſocijs? Si ergo citius incœpiſſet, vel aliqua notabilia feciſſet, ſcripta eſſent, vel ſaltem aliqua ex eis, nec ſic ex toto omnes Euangeliſtæ tacuiſſent. Hoc autem quod dico, videtur ipſe Bernardus ſentire, vt habebis in proximo tractatu, in vltima auctoritate. Quocumque ſe habeat veritas, ego ſic meditari pium valde puto. Fabricabat ergo Dominus Ieſus ſic faciendo gladium F humilitatis, vt per Prophetam fuerat dictum ei: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. Nullo quippe decentius gladio, quàm humilitatis, decebat ſuperbum aduerſarium iugulare. Nam gladio ſuæ magnitudinis non legimus quòd fuerit vſus, ſed potius contrarium pro illo tempore, quo maxime indiguiſſet, ſcilicet tempore paſſionis. Idem Propheta conqueſtus eſt ad Deum patrem pro filio, dicens: Auertiſti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Habes ergo quomodo Dominus Ieſus cœpit prius facere quàm docere, dicturus enim erat: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Hoc ergo primo facere voluit,

Ioan. 15. d

Act. 4. d

Luc. 3. e

Matt. 13. g

Pſal. 44. b

Pſal. 88. f

Act. 1. a

Mat. 11. d

voluit, & non ficte, ſed ex corde faciebat, ſicut vere & ex corde humilis erat & mitis. Non poterat in eum cadere ſimulatio, ſed potius intantum fundauit & profundauit ſe in humilitate, & vilitate, & abiectione, & ſic etiam ſe in conſpectu omnium annihilauit: quòd etiam poſtquam prædicare incœpit, & loqui altiſſima & diuina, & etiam vere miracula & magnifica opera, non reputabant eum, ſed vilipendebans, & deridebant, dicentes: Quis eſt hic? Nonne hic eſt fabri filius? & alia ſimilia deriſoria & deſpectiua. Verificatum ergo eſt ſecundum hunc intellectum, verbum Apoſtoli, dicentis: Exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens, & non ſolum cuiuſq. ſerui per incarnationem, ſed inutilis ſerui per humilem & abiectam conuerſationem.

Mat. 13.g *Philip. 2. a*

Humilitas in Chriſti actibus maxime elucet.

Vis ergo videre, quòd potentiſſime hunc gladium ſibi accinxerit, conſidera ſingulos actus, ſemper in eis relucet humilitas. Vidiſti in ſuperioribus, reducas bene in memoriam. Habemus in ſequentibus etiam in multis, quòd augmentatam vſque ad mortem fidem ei ſeruauit, & etiam poſt mortem, necnon etiam poſt aſcenſionem. Nonne in fine lauit pedes diſcipulorum? Nonne humiliatus eſt, vltra quàm dici poſſet, crucis patibulum ſuſtinendo? Nonne poſt reſurrectionem glorificatus, vocauit diſcipulos ſuos fratres? Vade, dicit Magdalenæ, & dic fratribus meis: Aſcendo ad Patrem meum *& cætera*. Nonne etiam poſt aſcenſionem locutus eſt Paulo humiliter, quaſi ad compatrem ſuum: Saule Saule quid me perſequeris? Nec ibi nominauit ſe Deum, ſed ipſum. Nonne & in ſede maieſtatis ſuæ conſiſtens, dicturus eſt in die iudicij: Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis?

Ioan. 20.d *Act. 9.a* *Matt. 25.d*

Humilitas cur tãtopere a Chriſto amata.

Non ſine cauſa virtutem hanc tantum amauit. Sciebat enim ſicut omnis peccati ſuperbia, ſic fundamentum omnis boni & ſalutis humilitas. Sine hoc fundamento fruſtra fit ædificium. Vnde nec de virginitate, nec de paupertate, nec de aliqua virtute, vel opere, ſine humilitate confidas. Hic ergo ipſam fabricauit, id eſt, oſtendit qualiter poſſit acquiri, ſcilicet per vilificationem, & per abiectionem ſuipſius in ſuo, & aliorum conſpectu, & per continuum exercitium humilium operum. Vade ergo & tu fac ſimiliter, ſi humilitatem vis adipiſci. Oportet enim quòd præcedat humiliatio, id eſt ſui vilificatio, & exercitium vilium operum, & humilium. De quo ſic ait Bernardus: Humilitas ad quam vtique ducit humiliatio, totius eſt ſpiritualis fabricæ fundamentum. Siquidem humiliatio via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, ſicut lectio ad ſcientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Nam ſi non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Idem: Oportet humiliter ſentire de ſe nitentem ad altiora: ne dum ſupra ſe extollitur, cadat a ſe, niſi in ſe firmiter per veram humilitatem fuerit ſolidatus. Et quia niſi humilitatis merito maxima minime obtinentur, propterea qui ſubuehendus eſt, correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari videris, habeto ſignum illud in bonum, omnino argumentum eſt gratiæ appropinquantis. Nam ſicut ante ruinam exaltatur cor, ita & ante exaltationem humiliatur. Sane vtrumque legis, Deum, ſcilicet & ſuperbis reſiſtere, & humilibus dare gratiam. *Et poſt pauca.* At parum eſt cum per ſeipſum nos humiliat Deus, ſi tunc libenter accipimus, niſi quando & per alium hoc facit, ſapiamus ſimiliter. Quamobrem accipe huius rei mirabile documentum de Sancto Dauid. Aliquando maledictum eſt ei etiam a ſeruo: at ille nec cumulatam iniuriam ſenſit, quia præſenſit gratiam. Quid mihi, ait, & vobis filij Saruiæ? O vere hominem ſecundum cor Dei, qui ſe vlciſcenti potius, quàm exprobranti ſuccenſendum, vel iraſcen-

Bern. epiſt. 87. ad Ogerium canonicum reg. verſ. fin. *Idem Ser. 34. ſuper Cant. ſtatim a prin.* *Prou. 16.c* *Iac. 4. b* *2. Reg. 16.b*

A dum putauit. Vnde & ſecura conſcientia loquebatur: Si reddidi retribuentibus, *& cætera*. Et de hac virtute hæc ad præſens ſufficiant. *Pſal. 7.b*

Et redeamus ad intuendos actus & vitam Domini Ieſu ſpeculi noſtri, ſicut eſt principale noſtrum propoſitum. Igitur te omnibus præſentem exhibeas, vt ſæpius tibi dixi. Et conſidera illam ſuper omnes alias benedictam familiam paruam, ſed valde excelſam paupertatem, & humilem vitam ducentem. Felix Ioſeph ſenex quærebat, quod poterat de arte lignaminis. Domina vero acu, & colu pretio laborabat. Faciebat & alia domus obſequia, quæ mul-
B ta ſunt, vt melius noſti, parabat victum ſponſo, & filio, & alia expedientia faciebat, non enim habebat ſeruientem. Compatere ergo ſibi, quam ſic ſuis manibus laborare oportet: compatere etiam Domino Ieſu, quia ipſe eam adiuuabat, fideliter laborabat in his quæ poterat. Venit enim, vt ipſe ait, miniſtrare, & non miniſtrari. Nonne ergo in ponenda menſula, cubilibus aptandis, & alijs ſecretioribus domus eam adiuuabat? Intuere ergo eum bene humilia obſequia per domum facientem, & nihilominus etiam Dominam intuere. Conſpice etiam, qualiter ipſi tres ſimul comedunt ad vnam menſulam per
C ſingulos dies, non lautas & exquiſitas, ſed pauperes & ſobrias cenas ſumentes: & qualiter poſtea colloquuntur, non inania & otioſa verba, ſed plena ſapientia & Spiritu ſancto: nec minus mente reficiuntur, quàm corpore. Sed qualiter poſt aliqualem recreationem, ad orationem ſe conuertunt in cubilibus ſuis: non enim erat eis domus ampla ſed parua. Meditare etiam circa cubicula, ſcilicet vnum pro quolibet eorum, & intuere Dominum Ieſum ſuper humum in ſero, poſt orationem ſe componere per ſingulas noctes tam longiſſimi temporis ſic humiliter, ſic viliter: vt quicumque alius pauperculus de
D populo. Sic etiam perſeueranter quolibet ſero in hoc ſtatu deberes eum aſpicere. O Deus abſcondite, quare ſic affligebatis corpus iſtud innocentiſſimum? vnius quippe noctis peregrinatio ſufficere debebat, ad totius mundi redemptionem. Amor ad hoc compellebat immenſus, vehementer zelabatis pro oue perdita, veſtris humeris ad cæleſtia paſcua reportanda. Vos Rex Regum & Deus æterne, qui omnium penuriam ſubleuatis, omnia ſubminiſtratis omnibus abundanter, prout exigit cuiuſque conditio. Vobis tantam paupertatem, vilitatem, & aſperitatem, vigilando, dormiendo, ab-
E ſtinendo, comedendo, & alijs veſtris omnibus actibus per tam longa temporis ſpatia reſeruaſtis? Vbi ergo ſunt quærentes otia corporis, quærentes curioſa ornamenta & varia? Non didicimus in ſchola huius magiſtri qui talia volumus. Sed & numquid ſapientiores eo ſumus? Ipſe nos docuit verbo & exemplo humilitatem, paupertatem, afflictionem corporis, & laborem. Sequamur ergo ſummum magiſtrum, qui nec fallere vult, nec falli poteſt. Et habentes, iuxta doctrinam Apoſtoli, victum & veſtitum, his contenti ſimus, ad congruentem neceſſitatem, non ſuperabundantiam. Alijs
F etiam virtutum exercitijs, & ſpirituali ſtudio, continue, indeſinenter, & vigilantiſſime inſiſtentes, *& cætera*.

Mat. 20.d *Luc. 15.a* *Timot. 6.b*

De baptiſmo Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cap. XVI.

COmpletis ergo viginti nouem annis ætatis ſuæ quibus, vt dictum eſt, ſic pœnoſe vixerat & abiecte, dicit Dominus Ieſus matri: Tempus eſt vt vadam, & glorificem, & manifeſtem patrem meum, & oſtendam me mundo, & operer animarum ſalutem, pro qua me pater huc miſit. Conforteris ergo mater

bona, quia cito redibo ad te, & genufle͏̃ctens humilitatis magiſter petijt benedictionem. Ipſa vero ſimiliter genufle͏̃ctens, & cum lacrymis eum amplexans, tenerrime dixit: Fili mi benedicte, vade cum benedictione patris tui & mea, eſto memor mei citoq. redire memento. Sic ergo reuerenter ſe licentians ab ea & nutricio ſuo Ioſeph, iter arripuit a Nazareth verſus Hieruſalem ad Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans: qui locus diſtat a Hieruſalem decem & octo milliaribus. Vadit autem ſolus Dominus mundi, nondum enim habebat diſcipulos. Intuere ergo eum pro Deo diligenter, quo modo vadit ſolus, pedibus nudis per tam longa itinera, & vehementer eidem compatere.

B O Domine, quo tranſitis? Nonne vos eſtis ſuper omnes reges terræ? O Domine, vbi ergo ſunt barones, & comites, duces, & milites, equi, & cameli, elephantes, & currus, harneſij, & famuli, & frequentia comitiuæ. Vbi ſunt qui vos circumdent, & defendant ab irruentibus turbis, vt moris eſt aliorum regum, & virorum magnorum? Vbi ſunt tubarum clangor, inſtrumentorum ſonitus, & vexilla regalia? Vbi ſunt qui præcedunt ad hoſpitia, & neceſſaria præparanda? Vbi ſunt honores, & pompæ, quibus nos vermiculi vtimur? Nonne Domine pleni ſunt cæli & terra gloria veſtra, quo modo ergo ſic itis inglorius? Nonne

Dan. 7. c C vos eſtis cui mille millia miniſtrabant in regno veſtro, & decies centena millia aſſiſtebant? Cur ergo ſic ſolus inceditis, calcando terram pedibus nudis? Sed non eſtis in regno veſtro modo, quam puto cauſam. Nam

Ioan. 18 f regnum veſtrum non eſt in hoc mundo. Exinaniſtis

Phil. 2. a voſipſum, ſumendo formam ſerui, non regis. Factus

Pſal. 38. c eſtis ſicut vnus ex nobis, peregrinus & aduena ſicut omnes patres noſtri, factus eſtis ſeruus, vt nos Reges ſiamus. Veniſtis enim, vt nos ad regnum veſtrum adduceretis, viam ponendo ante oculos noſtros, per quam illuc aſcendere valeamus. Sed quare illam negligimus? Quare vos non ſequimur? quare non

D humiliamus noſipſos? quare honores & pompas, caduca & vana ſic auide poſcimus & tenemus? Certe quia regnum noſtrum eſt de hoc mundo, nec conſideramus nos eſſe peregrinos, & propterea omnia iſta mala incurrimus. O vani filij hominum, cur vana pro veris, caduca pro firmis & certis, temporalia pro æternis acceptamus, & ſic ſtudioſe amplectimur? Certe bone Domine, ſi mente fixa ſuſpiceremus, nos eſſe peregrinos & aduenas, faciliter vos ſequeremur, & ex his viſibilibus tantum neceſſaria ſumentes, non retarda-

Can. 1. a remus poſt vos currere in odorem vnguentorum veſtrorum. Eſſemus enim ſine ſarcina, & iſta tranſito-

E ria, quaſi iam tranſacta reputaremus, & leuiter ſperneremus. Vadit ergo Dominus Ieſus ſic humiliter, continuatis diætis quouſque perueniat ad Iordanem. Cum ergo venit ad Iordanem, inuenit Ioannem baptizantem peccatores, & turbam magnam, quæ illuc concurrerat ad prædicationem ipſius. Habebant enim eum quaſi Chriſtum. Dicit ergo ei Dominus Ieſus: Rogo te, vt me cum iſtis baptizes. Ioannes vero intuens, & eum ſpiritu cognoſcens, timuit & reuerenter dixit; Domine ego a te debeo baptizari. Cui

Matt. 3. d Dominus Ieſus: Sine modo. Sic enim decet nos im-

F plere omnem iuſtitiam. Non dicas hoc modo, neç me diuulges, quia nondum venit tempus meum: ſed me baptiza. Nunc enim eſt tempus humilitatis, & ideo implere volo omnem humilitatem.

Attende ergo tu etiam hic de humilitate, nam locus eſt de ipſa tractandi. & debes ſcire, quòd ſicut in hoc loco dicit gloſſa: Humilitas habet tres gradus.

Tres humilitatis gradus. Primus eſt ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe æquali. Secundus eſt ſubdere ſe æquali, & non præferre ſe minori. Tertius & ſummus eſt, ſubdere ſe minori: & hunc gradum hic tenuit Chriſtus, & ideo omnem humilitatem impleuit. Vides quo modo augmentata eſt eius humilitas a præcedenti tractatu. Sub-

A iecit enim hic ſe ſeruo ſuo, ſe vilificat & ſeruum ſuum iuſtificat, & magnificat. Sed in alio conſidera quo modo creuit humilitas. Nam vſque modo conuerſatus eſt humiliter quaſi inutilis & abiectus, hic etiam peccator voluit apparere. Peccatoribus enim prædicabat Ioannes pœnitentiam, & baptizabat, & Dominus Ieſus inter eos, & coram eis voluit baptizari. Hic autem quantum ad hoc, ſic dicit Bernardus: *Bern. Ser. 1. in Epiph.*

Inter populares turbas ad baptiſmum Ioannis aduenit. Venit tamquam vnus de populo, qui ſolus erat *poſt med.*

ſine peccato. Quis eum crederet filium Dei? quis putaret Dominum maieſtatis? Valde quidem humilias te Domine, nimis abſconderis: ſed Ioannem

B latere non poteris. Hucuſque Bernardus. Licet idem dici poſſet de circumciſione, quia ibi voluit apparere peccator: tamen hic plus, quia hic coram turba publice, ibi occulte. Sed nonne hic timendum fuerat, cum ipſe admodum vellet intendere ad prædicandum, ne ſperneretur tamquam peccator? Sed non propterea dimiſit humilitatis magiſter, quin profundiſſime ſe humiliaret. Ipſe ergo voluit apparere quod non erat, in abiectionem & deſpectum ſui, ſemper nos inſtruendo: vt contra nos volumus apparere quod non ſumus, in laudem & gloriam noſtram. Si quid enim in nobis videtur eſſe probitatis,

C oſtendimus: defectus vero celamus, cum ſimus peccatores & mali. Qualis humilitas noſtra? Audi ſuper hoc non me ſed Bernardum qui ait: Eſt humilitas *Bern. Ser.*

quam charitas format, & inflammat: & eſt humilitas *44. ſuper*

quam nobis veritas parit, & non habet calorem. Atque *Can. parũ*

hæc quidem in cognitione, illa in affectu conſiſtit. *ante med.*

Etenim ſi tu temetipſum intus ad lumen veritatis, & ſine diſſimulatione inſpicias, & ſine palpatione diiudices, non dubito quin humilieris, & tu in oculis tuis factus vilior tibi, ex hac vera cognitione tui: quamuis necdum fortaſſe illud eſſe patiaris in oculis aliorũ.

D Eris ergo humilis, ſed de opere interim veritatis, & minime adhuc de amoris infuſione. Nam ſi veritatis ipſius, quæ te tibi veraciter atque ſalubriter demonſtrauit, ſicut ſplendore illuminatus, ita affectus amore fuiſſes: voluiſſes procuIdubio, quod in te eſt, eandem de te omnes tenere ſententiam, quam ipſe apud te veritatem habere cognoſcis. Sane quod in te dixerim, quoniam plerumque non expedit innoteſcere omnibus, omnia quæ nos ſcimus de nobis, atque ipſa veritatis charitate & charitatis veritate vetamur palam fieri, quod noceat agnoſcenti. Alioquin ſi priuato amore tui tentus, detines pariter intra te iudiciũ veritatis incluſum, cui dubium eſt minus te verita-

E tem diligere, cui proprium præfers vel commodum vel honorem? *Et infra*: Tunc ſi iam apud temetipſum humiliatus fueris neceſſaria illa humilitate, quam ſcrutans corda & renes veritas ſenſibus ingerit animæ vigilantis, adhibe voluntatem, & fac de neceſſitate virtutem, quoniam nulla eſt virtus ſine conuenientia voluntatis. Tunc autem fiet illud, ſi nolis aliter apparere foris, quàm te inuenis intus. Alioquin time, ne de teipſo legas: Quoniam doloſe egit in con- *Pſal. 35. a*

ſpectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. *Prou. 20. b*

F Pondus, inquit, & pondus abominatio eſt apud Deum. Quid enim? Tute depretiaris in ſecreto apud teipſum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretij mentiens, maiori te pondere vendis nobis, quàm ab ipſa accepiſti? Time Deum, & noli hanc rem peſſimam facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluntas. Hoc enim eſt reſiſtere veritati, hoc pugnare contra Deum. Magis autem acquieſce Deo, & ſit voluntas ſubdita veritati, nec tantum ſubdita, ſed & deuota. Nonne Deo, inquit, ſubiecta erit *Pſal. 61. a*

anima mea? At parum eſt eſſe ſubiectum Deo, niſi ſis & omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Abbati tamquam præcellenti, ſiue prioribus ab eo conſtitutis. Ego plus dico, ſubdere paribus, ſubdere & minoribus.

ribus. Sic enim decet nos, inquit, implere omnem iuſtitiam. Vade & tu ad minorem, ſi vis in iuſtitia eſſe perfectus, defer inferiori, minori te inclinato. Hucuſque Bernardus. *Idem Ser. 47. ſuper Can. poſt med.* Idem ſi dicit: Quis iuſtus niſi humilis? Denique cum ſe manibus Baptiſtæ ſerui, Dominus inclinaret, & ille expaueſceret maieſtatem. Sine, inquit, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam; *Matt. 3. d* conſummationem perfectæ iuſtitiæ in humilitatis perfectione conſtituens. Iuſtus ergo humilis. Hucuſque Bernardus. Hæc autem iuſtitia in hoc apparet in humili, quia redditur vnicuique ius ſuum: non ſumit alienum, ſed honorem dat Deo, & ſibi retinet vilitatem. Hoc vero melius cognoſces, ſi conſideraueris iniuſtitiam elati, qui bona Domini ſibi attribuit. *Idem Ser. 84. Sup. Cant. non lõge a pri.* De quo idem Bernardus ſic dicit: Sicut de magnis bonis mala oriri ſolent, cum facti eximij de bonis Domini vtimur donis tamquam non datis, nec damus gloriam Deo: ita profecto qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non reddita, minimi reputantur apud Deum. Ego autem parco vobis. Vſus ſum modeſtioribus vocibus, maximo minimoq. ſed quæ ſentio non expreſſi. Diſcrimen inuolui, ipſe nudabo: optimum peſſimumq. dixiſſe debueram. Nam vere & abſque dubio eo quiſque peſſimus, quo optimus eſt, ſi hoc ipſum quo optimus eſt, aſcribat ſibi. Nempe peſſimum hoc. Quod ſi dicat quis: Abſit, agnoſco, gratia Dei ſum id quod ſum, *1. Cor. 15. b* ſtudeat autem optare gloriam, pro gratia quam accepit: nonne fur eſt & latro? Audiat qui huiuſmodi eſt: Ex ore tuo te iudico ſerue nequam. *Luc. 19. d* Quid nequius ſeruo vſurpante ſibi gloriam Domini ſui? Hucuſque Bernardus. Vides quomodo perfectio iuſtitiæ in humilitate conſiſtit, & non ſurripit honorem Deo, nec ſibi attribuit quæ non debet. Certe nec lædit proximum. Non enim diiudicat eum, nec alicui ſe præfert humilis, ſe minorem omnibus reputat, & locum nouiſſimum eligit ſibi. De quo idem Bernardus ſic dicit: *Idem Ser. 37. ſuper Cant. cir. fin.* Quid ſcis o homo ſi vnus ille, quem forte omnium viliſſimum, atque miſerrimum reputas, cuius vitam ſceleratiſſimam, ac ſingulariter fœdiſſimam horres, & propterea illum putas ſpernendum, non modo præ te, qui forte iam ſobrie, & iuſte, & pie viuere te confidis, ſed etiam præ ceteris omnibus ſceleratis tamquam omnium ſceleratiſſimum: quid ſcis, inquam, ſi melior, & te & illis mutatione dexteræ excelſi in ſe quidem futurus ſit, in Deo vero iam ſit? & propterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipſum ſaltem inter nouiſſimos eligere locum nos voluit. Sed recumbe, *Luc. 14. b* inquit, in nouiſſimo loco, vt ſolus videlicet omnium nouiſſimus ſedeas, teq. nemini, non dico præferas, ſed nec comparare præſumas. Hucuſque Bernardus. Hæc humilitatis virtus multiplicibus auctoritatibus commendatur ab eodem Bernardo. Dicit enim: [a] Magna mater & ſublimis virtus humilitas, quæ promeretur quod non docetur: digna adipiſci quod non valet addiſci: digna a verbo, & de verbo concipere quod ſuis ipſa verbis explicare non poteſt. Cur hoc? Non quia ſit meritum: ſed quia ſic eſt placitum coram patre verbi ſponſi animæ Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. [b] Idem: Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima ſui cognitione ſibiipſi vileſcit. [c] Idem alibi: Sola virtus humilitatis læſæ eſt reparatio charitatis. [d] Idem alibi: Sola profecto non ſolet gloriari, non nouit præſumere, contendere non conſueuit humilitas. Non contendit iudicio, non prætendit iuſtitiam, qui vere humilis eſt. Porro humilitas Deo nos reconciliat, Deo placet in nobis. [e] Idem: Semper ſolet eſſe diuinæ gratiæ familiaris virtus humilitatis. Nimirum conſeruandæ humilitatis gratia diuina ſolet pietas ordinare, vt quanto quis plus proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe. Nam vſque ad extremum exercitij ſpiritualis gradũ ſi quis profecerit, aliquid ei de primi gra-

[a] Idem Ser. 45. ſuper. Cant. cir. fin.
[b] Idẽ tract. de 12. grad. humil. non lõge a prin.
[c] Idem Ser. 2. in Nat. Dom. circa fin.
[d] Idem epi. 42. ad Hẽr. Senonen. poſt med.
[e] Idem ſer. 4. ſuper Miſſus eſt poſt med.

A dus imperfectione relinquetur, vt vix primum ſibi videatur adeptus. [f] Idem: Pulchra permixtio virginitatis & humilitatis. Nec mediocriter placet illa anima in qua humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna eſt, in qua humilitatem exaltat fecunditas, & partus conſecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem. Si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem virginis. Laudabilis virtus virginitas: ſed magis humilitas neceſſaria. Illa conſulitur: iſta præcipitur. Ad illam inuitaris: ad iſtam cogeris. De illa dicitur: Qui poteſt capere, *Mat. 19. d*
B capiat. De iſta dicitur: Niſi quis efficiatur ſicut paruulus iſte, *Mat. 18. a* non intrabit in regnum cælorum. Illa ergo remuneratur: iſta exigitur. Potes denique ſine virginitate ſaluari: ſine humilitate non potes. Poteſt, inquam, placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amiſſam. Sine humilitate, audeo dicere, nec virginitas Mariæ placuiſſet. Super quem, inquit, requieſcet ſpiritus meus, *Iſa. 66. a* niſi ſuper humilem & quietum? &c. Si ergo Maria humilis non fuiſſet, ſuper eam ſpiritusſanctus nõ requieuiſſet. Si ſuper eam non requieuiſſet, nec impregnaſſet. Quo modo enim de ipſo ſine ipſo conciperet? Patet itaque, quia vt
C de Spiritu ſancto conciperet, vt ipſa perhibet, Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, *Luc. 1. f* potius quàm virginitatem. Vnde conſtat, quia vt placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit. Quid dicis Virgo ſuperba? Maria ſe Virginem oblita, gloriatur de humilitate, & tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate? Reſpexit, ait illa, humilitatem ancillæ. *Luc. 1. f* Quæ illa? Virgo vtique ſancta, virgo ſobria, virgo deuota. Numquid tu caſtior illa? numquid deuotior? numquid tua forte pudicitia gratior caſtitate Mariæ? vt, ſcilicet ſine humilitate placere ſufficias ex tua, quæ illa non potuit ex ſua? Denique
D quanto honorabilior es ex ſingulari munere caſtimoniæ, tanto tibi tu maiorem iniuriam facis, quanto vitæ decorem fœdas permixtione ſuperbiæ. Idem: *Idem epiſt. 42. ad Hẽr. Senon. Archiep. longe an. med.* Charitas, caſtitas, & humilitas nullius decoris ſunt, ſed nonnullius decoris, nec mediocris decoris, quæ diuinos quoque delectari poſſit aſpectus. Quid caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter ſe Angelus & pudicus homo, ſed felicitate, non virtute. Sed & ſi illius caſtitas felicior, huius tamen fortior eſſe cognoſcitur. Sola eſt caſtitas, quæ in hoc mor-
E talitatis & loco & tempore, ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. Sola inter ſolemnia nuptiarum morem illius beatæ regionis vendicat ſibi: in qua neque nubent neque nubentur, præbens quodammodo iam cæleſtis illius conuerſationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus, in quo & crebro periclitamur, tenet caſtitas in ſanctificationem, inſtar odoriferi balſami, quo condita cadauera, incorrupta ſeruantur. Senſus ipſa & artus continet & ſtringit, ne diſſoluantur in otijs, ne corrumpantur in deſiderijs, ne carnis voluptatibus computreſcant. *Et poſt pauca*: Verum quantalibet venuſtate ſui, caſtitas eminere appa-
F reat, ſine charitate tamen, nec pretium habet nec meritum. Nec mirũ. Quod enim abſque illa bonum ſuſcipitur? fides? Sed nec ſi montes transferat. Scientia? Nec illa, quæ linguis loquitur Angelorum. Martyrium? nec illud ſi tradidero, inquit, corpus meum, ita vt ardeam. *1. Cor. 13. b* Nec abſque illa quodlibet bonum ſuſcipitur, neque cũ illa quodlibet exiguum reſpuitur. Caſtitas ſine charitate, lampas ſine oleo. Subtrahe oleum, lampas non lucet. Tolle charitatẽ, caſtitas non placet. *Et poſt multa circa medium epiſtolæ*: Iam de tribus quæ propoſuimus, ſola tractanda eſt humilitas, quæ duabus præmiſſis virtutibus intantum eſt neceſſaria, vt abſque iſta, illæ nec eſſe virtutes videantur. Nempe vt caſtitas, ſine charitas obtineatur, humilitas meretur. Quoniam humi- *Iac. 4. b*

[f] Idem ſer. 2. ſup. Miſſus eſt cir. med.

libus Deus dat gratiam. Seruat humilitas etiam vir- [A] tutes acceptas: quia nec requieſcit ſpiritus niſi ſuper [*Iſa. 66. a*] quietum & humilem. Seruatas conſummat: nam virtus in infirmitate perficitur, hoc eſt in humilitate. Inimicam omnis gratiæ omniſq. initium peccati debellat ſuperbiam, & tam a ſe quàm ab alijs virtutibus ſuperbam illius propulſat tyrannidem. Siquidem cum ex alijs quibusque bonis virium magis ſuarum capere ſoleat incrementum ſuperbia. Sola hæc omnium propugnaculum quoddam, turriſq. virtutum, eius fortiter reſiſtit malitiæ, obuiat præſumptioni. Hucuſque Bernardus. Igitur habuiſti multa & pulchra de humilitate in tractatu præſenti a veriſſimo [B] Bernardo atque humillimo. Vide vt ea etiam quæ de alijs virtutibus tangit, mente intelligas, & opere compleas. Sed iam ad baptiſmum Domini redeamus. Poſtquam ergo Ioannes vidit Domini voluntatem, obediuit, & eum baptizauit,

Nunc ergo eum bene conſpice. Spoliat enim ſe Dominus maieſtatis, ſicut quilibet alius homunculus, & mergitur in aquis frigidis, tempore frigoris magni: pro noſtro amore operatur noſtram ſalutem, conſtituens ſacramentum baptiſmi, & lauans crimina noſtra. Deſponſat ergo vniuerſalem Eccleſiam, & ſingulariter omnes animas fideles. Nam in fidei baptiſ- [C] matis deſponſamur Domino Ieſu Chriſto, dicente Propheta in perſona ipſius: Sponſabo te mihi in fide. [*Oſea 2. d*] Vnde hæc ſolemnitas & hæc operatio magna; & vtilis valde eſt. Et ideo cantat Eccleſia, quòd hodie cæleſti ſponſo iuncta eſt Eccleſia: quoniam in Iordane lauit Chriſtus eius crimina. Et in hoc opere excellentiſſimo, tota ſe Trinitas modo ſingulari manifeſtauit, & deſcendit, & requieuit Spirituſſanctus ſuper eum, in ſpecie columbæ, & vox patris intonuit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. [*Mat. 3. d* / *Mar. 1. b*] In hoc autem loco dicit Bernardus: Ipſum, inquit, audite: Ecce Domine Ieſu vel nunc iam loquere, licen- [D] tiam loquendi habes a patre. [*Bern. ſer. 1. in Epiph. vir. ſin.*] Quamdiu Dei virtus, & Dei ſapientia, quaſi infirmus aliquis & inſipiens, lates in populo? Quamdiu nobilis Rex, & Rex cæli, fabri filium te pateris appellari, pariter & putari? Etenim Lucas Euangeliſta teſtatur, quoniam adhuc filius Ioſeph putabatur. [*Luc. 3. e*] O humilitas virtus Chriſti, quantum confundis ſuperbiam meæ vanitatis. parum aliquid ſcio vel magis ſcire mihi videor, & iam ſilere neſcio. Nam impudenter & imprudenter me ingerens, & oſtẽtans promptulus ad loquendum, velox ad docendum tardus ad audiendum. Et Chriſtus cum tanto tempore ſilebat, cum ſeipſum abſcondebat, num- [E] quid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria, qui eſt vera gloria patris? Vtique timebat, ſed non ſibi: nobis timebat ab illis quibus nouerat eſſe timendum. Nobis cauebat, nos inſtruebat: tacebat ore, ſed inſtruebat opere, & quod docuit poſtea verbo, iam clamabat exemplo: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. [*Mat. 11. d*] Nam de infantia Domini parum aliquid audio ex tunc. Iam vſque ad hunc trigeſimum annum nihil inuenio. Nunc vero iam latere nõ poteſt quia tam manifeſte demonſtratur a patre. Hucuſque Bernardus. Et hæc eſt auctoritas quam in ſuperiori tractatu allegaui, per quam habes quo- [F] modo ſiluit Dominus Ieſus humiliter ad noſtram inſtructionem. Vides ergo vbique redolere humilitatẽ. De hac libenter tibi loquor, quia magnifica virtus eſt valde, & ea plurimum indigemus, eoq. ſtudioſius quærenda affectuoſiusq. amanda, quo Dominus in ſingulis ſuis actibus tam ſignanter ſtuduit eam obſeruare.

De ieiunio & tentationibus Chriſti. Item de reditu eius ad matrem. De quattuor quibus peruenitur ad cordis puritatem. De oratione plura bona. De reſiſtendo gulæ. Quare & pro quo, Deus fecit mirabilia. Cap. XVII.

POſtquàm Dominus Ieſus fuit baptizatus, in continenti perrexit in deſertum ſuper quendam mon- [A] tem ibi ad quattuor milliaria vel circa, qui vocatur Quarentana, & ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, [*Mat. 4. a*] & iuxta Marcum, erat ibi cum beſtijs. [*Mar. 1. b*] Conſidera ergo hic & attende conſpice ipſum: plurium enim virtutum exempla tibi demonſtrat. [*Luc. 4. a f*] Vadit enim in ſolitudine: ieiunat, orat & vigilat: iacet & dormit in plana terra, & humiliter cum beſtijs conuerſatur. Compatere ergo ei, quia ſemper & vbique ſed hic maxime vita ſua pœnoſa eſt, & corporis afflictiua. Ac eius exemplo diſce ab eo in his exercitari. Nam quattuor hic tanguntur, quæ ſpiritualis exercitij ſunt & mirabiliter ſe inuicem adiuuant, ſci- [*Quattuor ad ſpiritualis exercitiũ pertinẽtia.*] [B] licet ſolitudo, ieiunium, oratio, & afflictio corporis. Et per iſta maxime peruenire poſſumus ad cordis puritatem, quæ puritas vtique eſt nimium peroptanda, eo quòd in ſe omnes virtutes quodammodo comprehendit. Continet enim charitatem, humilitatem, patientiam, & cæteras virtutes, & remotionem omnium vitiorum: quia cum vitijs, vel cum defectu virtutis non ſtat puritas cordis. Et propterea in collationibus ſanctorum patrum traditur, quòd totum exercitium monachi debet eſſe ad cordis puritatem habendam. [*Ioan. Caſ. Coll. 1. c. 7.*] hæc enim eſt per quod homo meretur videre Deum, dicente Domino in Euangelio: Beati mundo corde, [C] quoniam ipſi Deum videbunt. [*Mat. 5. a*] Et ſecundum Bernardum, qui clarior eſt, ille Deo propinquior. Eſſe autem clariſſimum, perueniſſe eſt. Ad hanc autem habendam, multum valet oratio feruens, & aſſidua, de qua plenius infra doceberis. Sed oratio cum crapula vel ingurgitatione corporis, vel eius mollitie, vel otioſitate parum valet. Et ideo requiritur ieiunium, & afflictio corporis, diſcreta tamen: nam indiſcreta impedit omne bonum. Præterea ad omnium prædictorum conſummationem videtur facere ſolitudo: nam cum tumultu, & ſtrepitu non poteſt decenter oratio fieri: & videre, & audire multa, vix fieri poteſt ſine [D] impuritate, & offenſa. [*Hier. 9. f*] Mors enim intrat per feneſtras noſtras ad animas, & ideo Domini exemplo, vade in ſolitudinem, ideſt, quantum potes te ſepara ab aliarum conſortio, & ſis ſolitaria, ſi vis ei coniungi, & per puritatem cordis eum videre. Fuge etiam collocutiones, & maxime ſæcularium perſonarum. Non quæras nouas deuotiones & amicitias. Non impleas oculos, & aures phantaſmatibus vanis. Et omnia quæ quietem animi & tranquillitatem mentis perturbant, tamquam venenoſa & animæ inimica deuita. Non enim ſine cauſa ſancti patres petebant nemora, & loca remotiſſima ab omni hominum conuerſatione. [E] Et non ſine cauſa mandabant his qui in cœnobijs remanebant, quòd eſſent cæci, ſurdi, & muti. Vt autem hoc melius intelligas. Audi quid ſuper hoc dicit Bernardus: Tu, inquam, ſi ad ſpirituſſancti incitamenta moueris, & inardeſcis dare operam, quo modo animam tuam facias ſponſam Dei, ſedeas ſecundum prophetam ſolitarius, quoniam leuaſti te ſuper te, volens Angelorum Domino deſponſari. [*Bern. Ser. 40. ſuper Cant. cir. med.*] [*Thren. 3. d*] An non ſupra te, adhærere Deo, atque vnum ſpiritum eſſe cum eo? Sede itaque ſolitarius ſicut turtur, nihil tibi & turbis, nihil cum multitudine cæterorum, etiamq. obliuiſcere populum, & domum patris tui, [F] & concupiſcet Rex decorem tuum. [*Pſal. 44. b*] O ſancta anima, ſola eſto, vt ſoli omnium ſerues te ipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti. Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos, ſecede ab amicis, & ab intimis, etiam & ab illo qui tibi miniſtrat. An neſcis te verecundum habere ſponſum, & qui nequaquam ſuam velit tibi indulgere præſentiam, præſentibus cæteris? Secede ergo, ſed mente non corpore: ſed intentione, ſed deuotione, ſed ſpiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Chriſtus Dominus, ſpirituſq. requirit non corporis ſolitudinem. Quamquam interdum & corpore non otioſe te ſeparas, cum oportune potes, præſertim tempore orationis. *Et infra*: Solus es ſi non communia cogites, ſi non affectes præſentia, ſi deſpi-

cias quod multi ſuſcipiunt, ſi faſtidias quod multi deſiderant, ſi iurgia deuites, ſi damna non ſentias, ſi non recorderis iniuriarum: alioquin nec ſi ſolus corpore es, ſolus es. Vides ne poſſe te eſſe ſolum etiam inter multos, & inter multos cùm ſolus es? Solus es in quacumque hominum conuerſeris frequentia, tantum caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex. Huc uſque Bernardus. Vides quomodo neceſſaria ſit ſolitudo, & quomodo non ſufficit corporalis ſine mentali: ſed vt mentalis habeatur, oportet corporalem eſſe altiſſimam, vt mens per exteriora non effluat, vt ſe cum ſponſo ſuo recolligere poſſit. Igitur toto affectu, toto poſſe tuo coneris imitari Dominum Ieſum ſponſum, & ſolitudine, & oratione, & ieiunio, & corporis afflictionibus diſcretis.

In eo vero quòd conuerſatur cum beſtijs, diſce inter alios humiliter conuerſari, & æquanimiter tolerare, etiam eos, qui tibi videntur aliquando irrationabiliter ſe habere. Ipſum autem Dominum ſæpe in hac ſolitudine viſita. Conſpicies eum qualiter conuerſatur ibidem, & maxime qualiter iacet de nocte in terra. Quælibet enim anima fidelis, deberet eum in die ſemel ad minus viſitare, maxime ab Epiphania vſque ad quadraginta dies quibus ibi manebat. *Matt. 4. a* Completis autem quadraginta diebus, Dominus eſuriuit. Tunc tentator acceſſit ad eum, volens explorare vtrum fuiſſet filius Dei, tentauitq. eum de gula, dicens: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Sed non potuit magiſtrum decipere: taliter enim reſpondit, & ſic ſe habuit, quod nec in tentatione gulæ ſuccubuit, nec ſcire aduerſarius potuit, quòd voluit. Non enim negauit nec aſſeruit eſſe filium Dei, ſed eum auctoritate ſcripturæ conuicit. Et nota hic exemplo Domini eſſe reſiſtendum gulæ: nam ab eo inchoandum eſt, ſi vitia volumus ſuperare. Videtur enim quòd qui gulæ ſuccubuit, imbecillis reddatur ad alia vitia deuincenda. Sic enim dicit gloſſa in loco iſto ſuper Matthæum: Niſi prius gula refrenetur, fruſtra contra alia vitia laboratur. Poſtea diabolus aſſumpſit eum, & portabat eum in Hieruſalem, quæ diſtat inde per decem & octo milliaria vel circa. Has autem locorum diſtantias, quas plures in opuſculo tibi narro, ab his audiui, qui in illis partibus fuerunt. Conſidera hic benignitatem, & patientiam Domini. Permiſit enim ſe portari & contrectari ab illa cruenta beſtia, quæ ſuum & omnium amatorum ſuorum ſanguinem ſitiebat. Statuens autem eum ſuper pinnaculum templi, tentauit eum de vana gloria, ſimiliter volens explorare quod ſupra: ſed & hic auctoritate ſcripturæ deuincitur, & ſua intentione fruſtratur. *Bern. Ser. 1. in die S. Paſch. poſt med.* Ex tunc ergo ſecundum Bernardum quia Dominus nihil oſtendit diuinitatis, arbitratus eſt hoſtis eum eſſe hominem, tentauit eum tertio vt hominem. Exinde ergo aſſumens eum teportauit in montem excelſum prope dictum montem de Quarantena per duo milliaria. Et tunc tentauit eum de auaritia: ſed & hic homicida ille ſuccubuit. Vidiſti quomodo Dominus Ieſus fuit contrectatus & tentatus. Miraris ergo ſi nos tentemur? fuit etiam ipſe alias tentatus. *Idem ſer. 14. in pſal. Qui habitat ante med.* Vnde Bernardus dicit: Qui quartam tentationem de Domino non legit, ignorat ſcripturam, quæ dicit, quòd tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Apoſtolus quoque dicit eum fuiſſe tentatum per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato. *Iob 7. a* *Heb. 4. d* Victoria itaque facta, venerunt Angeli, & miniſtrabant ei. Hic autem diligenter attende, & conſpice Dominum comedentem, ſolum circumdantibus Angelis & conſidera bene omnia quæ ſequuntur, quia pulchra ſunt, & deuota valde. Et quæro quid Angeli miniſtrabant, vt comederet poſt tam longum ieiunium? De hoc ſcriptura non loquitur. Poſſumus autem hoc victorioſum prandium ſicut volumus ordinare. Et quidem ſi eius potentiam conſideremus, expedita eſt quæſtio, quia res quas vellet creare, & de creatis habere, poterat pro ſuæ arbitrio voluntatis. Sed non inuenimus, quod hac potentia pro

A ſe, vel pro diſcipulis ſuis vſus fuerit: pro turbis autem fecit, quas pauit duabus vicibus in multitudine magna de panibus paucis. *Matt. 14. c & 15. d* De diſcipulis autem legimus, quòd eo præſente ſpicas vellebant propter famem, & comedebant. *Ioan. 6. a* Similiter cum fatigatus ex itinere ſedebat ſuper puteum loquens cum Samaritana, non dicitur, quòd creauit cibos, ſed quòd miſit diſcipulos in ciuitatem, ad quærendum cibos. *Ioan. 4. a* Nec eſt veriſimile quòd per miraculum: quia miracula faciebat ad aliorum ædificationem, & in præſentia plurium. Sed hic non erant niſi Angeli, quid ergo circa hoc meditabimur in mente? Namque illic non erat habitatio hominum, nec cibi parati, ſed aliunde parata cibaria portauerunt Angeli ei,
B ſicut contigit Danieli. *Dan. 14. f* Cum enim Abacuc propheta paraſſet pulmentum pro meſſoribus ſuis, portauit eum Angelus Domini per capillos de Iudæa in babylonem ad Danielem, vt comederet, & poſtea in momento eum reportauit. Immoremur ergo hic, & hunc modum aſſumamus, & iucundemur cum Domino in hoc prandio ſuo, ſentiatq. mater ſua excellentiſſima de hac eadem iucunditate & victoria. Pie autem ac deuote ſic meditemur. Veniunt Angeli, Satana repulſo, in multitudine magna ad Dominum Ieſum Chriſtum, & adorantes eum
C prociderunt in terram, dicentes: Saluete Domine Ieſu Deus & Dominus noſter. & Dominus humiliter ac benigne recepit eos, & cum capitis inclinatione, cogitans ſe fore hominem minoratum paulominus ab Angelis. Dicunt ei Angeli: Domine multum ieiunaſtis, quid vultis vt vobis paremus? Et ille: Ite ad matrem meam chariſſimam, & ſi quid habet ad manus, deferte: quia de nullis cibis ſic libenter veſcor, ſicut de ſuis. Tunc duo ex ipſis pergentes in momento fuerunt cum ea, & eam reuerenter ſalutantes, ambaſiatam faciunt, & modicum pulmentum, quod ſibi & Ioſeph parauerat, & panem cum tobalia, & alijs oportunis portant, & for-
D te Domina etiam aliquos piſciculos, ſi potuit, procurauit. Reuerſi ergo portant in plana terra, & menſæ benedictionem ſolemniter peragunt. Conſpice autem eum hic bene in ſingulis quæ agit. Sedet enim in terra compoſite ac curialiter, & ſobrie comedit. Circumſtant Angeli miniſtrantes Domino ſuo. Alius ſeruit ei de pane, alius de vino, alius parat piſciculos, & alij cantant de canticis Sion, & iucundantur, & diem feſtum agunt coram eo. Si liceat dici, permixtum eſt hoc feſtum compaſſione per maxima, propter quam & nos deberemus plorare. Conſpiciunt enim eum reuerenter, & conſiderantes Deum & Dominum ſuum, & to-
E tius mundi creatorem, qui dat eſcam omni carni, *Pſal. 135. d* ſic humiliatum, & ſuſtentatione cibi corporalis indigentem, & comedentem ſicut ceteros de populo, mouentur compaſſione. clamares & diceres: O domine quanta feciſtis, omnia opera veſtra ſunt plena ſtupore, adiuuate me, vt ego aliqua patiar pro vobis, qui pro me tot & tanta ſuſtinuiſtis. Certe hoc ſolum te in eius amore deberet, vehementer accendere. Tandem ſumpta refectione, dicit Angelis vt reportent res & dicant matri, quod cito redibit ad eam. Ipſis autem reuerſis, dicit omnibus: Redite vos ad patrem & ad gaudia vera, me enim adhuc peregrinari oportet, rogo autem
F vos, vt me recommendetis patri, & toti curiæ cæleſti. Qui procidentes in terram, & benedictionem petentes, ea recepta, redierunt ad patriam eius iuſta complentes, & de eius victoria, & de his nouis totam cæleſtem curiam impleuerunt. Dominus autem Ieſus volens redire ad matrem, cœpit de monte deſcendere. Conſpice nunc etiam bene eum, quomodo ſolus vadit pedibus nudis Dominus omnium, & ei vehementer compatere. Venit autem ad Iordanem, quem Ioannes videns ad ſe venientem, oſtendit eum digito, dicens: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi, *Ioan. 1. d* ipſe eſt, ſuper quem vidi Spiritum ſanctum quieſcentem, quando baptizaui eum. Et etiam altera die dum videret ambulantem iuxta Iordanem, dixit ſimi-

liter: Ecce agnus Dei. Tunc Andreas, & etiam vnus alius ex diſcipulis Ioannis, iuerunt poſt Ieſum. Benignus autem Dominus ſciens eorum ſalutem, vt daret eis de ſe fiduciam, vertit ſe ad eos, & dixit: Quid quæritis? At illi dixerunt: Rabbi vbi habitas? & ipſe duxit eos ad domum, in qua tunc ſe reducebat in partibus illis, & ſteterunt cum eo vna die. Poſtea duxit Andreas Petrum fratrem ſuum ad Ieſum, quem alacriter ſuſcepit. Sciebat enim quid de eo erat facturus. Et dixit ei: Tu vocaberis Cephas, & ſic in aliqualem notitiam, & familiaritatem venit cum eis. Poſtea volens Dominus Ieſus redire in Galilæam ad matrem, diſceſſit de partibus illis, & cœpit reuerti. Quem etiam nunc compatiendo reſpice, & vade ſemper cum eo, nam ſolus vadit more ſolito, nudis pedibus per tam longam quatuordecim milliarium viam. Cum autem domum deuenit, mater eum videns, vltra quam dici poſſet exhilarata fuggit, occurrit, & in amplexus ſtrictiſſimos recipit: cui ipſe reuerenter inclinauit, & etiam nutritio ſuo Ioſeph, & cum eis more ſolito manſit.

FERIA QVINTA.

De apertione libri in Synagoga. Cap. XVIII.

Hucuſque per Dei gratiam, vitam Domini Ieſu ordinate tetigimus, parum vel quaſi nihil de his quæ ſibi contigerunt, vel per ipſum facta ſunt omittentes: ſed non ſic deinceps facere intendo. Nimis enim eſſet longum, omnia quæ dixit & fecit, in meditationes redigere, maxime quia noſtræ ſolicitudinis debet eſſe, facta Chriſti continue more Beatæ Cæciliæ, portare in ſecreto pectoris noſtri. Igitur aliqua ex geſtis eius colligamus, in quibus meditando verſemur aſſidue; & hoc vſque ad paſſionē ſuā: ea tunc enim nihil eſt omittendum. Alia etiam non debemus ex toto dimittere, quin pro loco & tempore meditemur in eis. Meditationes autem non intendo deinceps prolixius tractare, niſi per raro. Sufficit enim quòd rem per eum geſtam vel dictam ante oculos mentis ponas, & quòd cum eo conuerſeris, & familiaris ei fias. Nam in hoc videtur haberi maior dulcedo, & deuotio efficacior, & quaſi totus fructus harum meditationum conſiſtere: vt vbique & ſemper intuearis eum deuote in aliquo actu ſuo, vt quando ſtat cum diſcipulis ſuis, quando cum peccatoribus, quando etiam loquitur eis, quando prædicat turbæ, quando vadit, & quando ſedet, quando dormit, & quando vigilat, quando comedit, & quando alijs miniſtrat, quando ſanat ægrotos, & quando alia facit miracula. In his autem & ſimilibus conſidera omnes geſtus ſuos, maxime contemplans faciem eius, ſi potes imaginari, quod ſuper omnia prædicta mihi videtur difficilius. Illud etiam attente obſerua, ſi forte ipſe te cum benignitate reſpiciat. Et tibi hæc ſint pro recurſu, & doctrina omnium quæ ſequuntur, & vbicumque narrauero, ſi aliter non expreſſero ſingulares meditationes, vel iſtas omiſero, recurras ad hunc locum, & ſufficit tibi. Ad narrationem autem ſequentium accedamus. (Quod pro ſequētibus animaduertendum.)

Poſtquam ergo Dominus Ieſus redijt a baptiſmo, conuerſabatur humilitatis magiſter humiliter, vt ante ſolitus erat: cœpit tamē paulatim ſe manifeſtare aliquibus, docendo, & prædicando occulte. Non enim per totum annum ſequentem prædicationis officium publice dicitur aſſumpſiſſe, videlicet vſque ad miraculum de nuptijs, quod fuit eodem die, quando fuit baptizatus anno reuoluto. Et ſi aliquando prædicabat, & diſcipuli baptizabant, non tamen adeo prædicationem ipſam per ſe, & ſuos frequentabat, ante Ioannis incarcerationem, ſicut poſt. Ex hoc nobis tribuens ſtupendæ humilitatis exemplum, dum Ioanni ſe longe & longe inferiorem in prædicationis officio, prout ex ſuperioribus pie percipi, aut cogitari poteſt, humiliter deferebat. Non ergo cœpit cum boatu, & pompa, ſed humiliter & paulatim. Quadam ergo die ſabbati dum eſſet in ſynagoga cum alijs in Eccleſia Iudæorum, ſurrexit legere in libro Iſaiæ, & legit locum vbi ſcriptum eſt: Spiritus Domini ſuper me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me. Et tunc cum plicuiſſet librum dixit: Hæc ſcriptura impleta eſt hodie in auribus veſtris. Conſpice ergo eum quomodo humiliter ſuſcipiēs lectoris officium, benigno, & placido vultu legit inter eos, & exponit ſcripturā, & quomodo humiliter ſe incipit manifeſtare dū dicit: Hodie impleta eſt hæc ſcriptura, id eſt ego ſum ille de quo loquitur. Et ora omnium erant in eum intenta propter efficaciam verborum, & aſpectum humilem, & decorum: fuit enim pulcherrimus, fuit etiam eloquentiſſimus. Et de vtroque ſic per Prophetam dictū fuerat: Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis. (Luc. 4. c; Iſa. 61. a; Pſal. 44. a)

De vocatione diſcipulorum. Cap. XIX.

Coepit etiam Dominus Ieſus vocare diſcipulos, & ſe ſolicitum reddere circa noſtram ſalutem, ſemper humilitate ſeruata. Et vocauit Petrum & Andream tribus vicibus. Prima de qua dictum eſt ſupra, quando erat circa Iordanem, & tunc in aliqualem venerunt eius notitiam. Secunda de naui, quando ceperūt piſces, vt narrat Lucas. Tunc enim ſecuti ſunt eum animo redeundi ad propria. Cœperūt tamen audire doctrinam ipſius. Tertia de naui, vt narrat Matthæus, cum dixit: Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. Tunc relictis retibus, ſecuti ſunt eum. Similiter vocauit Iacobum & Ioannem, in prædictis duabus vicibus vltimis, & in eiſdem locis continetur de ipſis, in quibus continetur de Petro & Andrea. Vocauit etiam Ioannem de nuptijs, vt dicit Hieronymus. In textu tamen Euangelij non habetur. Item vocauit Philippum, dicens: Sequere me. Similiter Matthæum publicanum. De modo vero vocationis aliorum, non eſt ſcriptum. Conſidera ergo & conſpice eum in prædictis vocationibus, & conuerſatione cum ipſis, quàm affectuoſe vocat eos, reddens ſe eis affabilem, & domeſticum, & obſequioſum, attrahens eos intus, & extra, ducendo etiam eos ad domum matris, & familiariter vadens ad domos eorum. Docebat & inſtruebat eos, & curam de ipſis habebat præcipuam, ſicut mater de vnico filio. Dicitur, quòd beatus Petrus referebat, quòd quando in aliquo loco dormiebat cum eis ſurgens de nocte, ſi aliquem eorum inueniebat, diſcoopertum, recooperiebat eos, quia tenerrime diligebat eos. Sciebat enim quid de ipſis erat facturus, quamuis eſſent homines rudis conditionis, & humilis nationis, tamen principes mundi, & duces in bello ſpirituali omnium fidelium conſtituturus eos erat. Et conſidera pro Deo a qualibus cœpit Eccleſia. Noluit enim Dominus eligere ſapientes, & potentes huius ſæculi, ne ipſorum probitati aſcriberentur opera quæ fienda erant: ſed ſibi hæc reſeruauit, & in ſua bonitate, potentia, & ſapientia nos redemit. (Ioan. 1. f; Luc. 5. b; Mat. 4. b; Hierony. præfat. in Ioan.; Ioan. 1. g; Matt. 9. a)

De conuerſione aquæ in vinum ad nuptias. Cap. XX.

Qvamuis dubium ſit cuius fuerant nuptiæ in Cana Galileæ, ſicut magiſter in hiſtoria ſcholaſtica tangit, nos tamen meditemur fuiſſe Ioannis Euangeliſtæ, quod habetur in prologo ſuper Ioānne, vbi Hieronymus affirmare hoc videtur. In eis Domina noſtra fuit, non tamen inuitata tamquam extranea, ſed quaſi maior, & dignior, & primogenita inter ſorores, fuit in domo ſororis quaſi in domo ſua, & tamquam adminiſtratrix, & domina nuptiarum: quod ex tribus colligere poſſumus. Primo ex eo quod in eis continetur, (Ioan. 2. a; B. Vir. Mariā nuptijs in Cana interfuiſſe tāquam miniſtra.)

tur, quod mater Ieſu erat ibi, & de Ieſu & diſcipulis, quod erant vocati, & ſic de alijs qui ibi fuerunt intelligi debet. Cum ergo ſoror eius Maria Salome vxor Zebedæi iuiſſet ad eam, Nazareth: quæ diſtat a loco de Chana per quattuor milliaria vel circa, dicens, quod volebat facere nuptias filio ſuo Ioanni, ipſa fuit cum ea, & præuenit aliquot dies ad præparationem, ita quod quando alij erant inuitati, ipſa iam erat ibi. Secundo ex eo colligere poſſumus, quòd ipſa perpendit defectum vini, vnde ipſa erat ſicut vna ex diſcumbentibus, ſed ſicut per cuius manus res ibant: & ideo vidit ſibi deficere vinum. Si enim tunc diſcubuiſſet, numquid iuxta filium inter homines mater verecunda ſurrexit? Et ſi alibi inter mulieres, numquid perpendiſſet defectum vini magis quàm alia? & ſi perpendiſſet, numquid ſurrexiſſet de prandio & iret ad filium? Inconuenientia hæc viderentur. Et ideo veriſimile eſt, quod tunc non diſcumbebat. De ipſa namque dicitur, quòd erat valde obſequioſa. Tertio colligitur ex eo, quod ipſa præcepit miniſtris, vt irent ad filium, & facerent quod mandaret: & ſic videtur, quod præcepiſſet, & quod nuptiæ gubernabantur per eam, & ideo ſolicita fuit, ne ibi defectus contingeret. Igitur ſecundum modum hunc conſpice Dominum Ieſum, inter alios comedentem, ſicut vnum quemuis de populo, & ſedentem in loco humili, non inter maiores, prout ex loco ipſo colligimus. Non enim ſuperborum more volebat primos recubitus in cenis, nam docturus erat:
[*Luc. 14. b*] Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco. Ipſe vero cœpit prius facere quàm docere. Conſpice etiam Dominam obſequioſam alacrem, & ſolicitam in cunctis faciendis, & præbentem, & oſtendentem miniſtris quid, & qualiter diſcumbentibus deferant. Cumq. prope finem conuiuij redirent ad eam miniſtri, dicentes: Non habemus plus de vino quod apponamus eis. Ipſa reſpondit: Ego procurabo quod habebitis: expectate parumper. Et exiens ad filium qui humiliter, vt dixi, ſedebat in fine menſæ prope oſtium cameræ, dixit ei: Fili mi hic vinum deficit, [*Ioan. 2. a*] & hæc noſtra ſoror eſt pauper, & neſcio qualiter habere poſſumus. Qui reſpondit: Quid mihi & tibi eſt mulier? Dura videtur reſponſio, ſed ad noſtram inſtructionem fuit, ſecundum Bernardum qui in hoc loco ſic dicit: Quid tibi & illi Domine? Nonne quod filio & matri? Quid ad illam pertinet, quæris, cum ſis benedictus fructus ventris eius immaculati? [*Ber. Ser. 2. in Dom. 1. poſt Epiph. circ. med.*] Nonne ipſa eſt quæ ſaluo pudore cõcepit, & ſine corruptione peperit? Nonne ipſa eſt in cuius vtero nouem menſibus moratus es, cuius virgineis vberibus lactatus es, cum qua duodecim annorum factus, de Hieruſalem deſcendiſti, & eras ſubditus illi? Nunc ergo Domine quid moleſtus es illi, dicens: Quid tibi & mihi? Multum per omnem modum. [Expoſitio reſponſionis Chriſti ad matrem in nuptijs.] Sed iam manifeſte video, quod non velut indignans, aut confundere volens, virginis & matris teneram verecundiam, dixeris: Quid mihi & tibi? Venientibus enim ad te iuxta præceptum miniſtris, nihil cunctatus facis, quod ſuggeſſit. Vt quid ergo fratres, vt quid ſic reſponderat prius? vtique propter nos, & conuerſos ad Dominũ, vt iã non ſolicitet carnalium cura parentum, & neceſſitudines illæ non impediant exercitium ſpirituale. Quamdiu enim de mundo ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentibus. [Exẽplum.] At poſtquam reliquimus noſmetipſos, multo magis ab eorum ſolicitudine liberi ſumus. Vnde legimus fratrem quendam in eremo conuerſantem, cum ad eum carnalis frater auxilij gratia adueniſſet, reſpondiſſe, vt adiret alterum fratrem eorum, cum ille vtique iam obijſſet. Cumq. admiratus qui venerat, reſponderet, quia ille obijt: eremita quoque ſe ſimiliter obijſſe reſpõdit. Optime ergo docuit Dominus ne ſoliciti ſimus, ſuper propinquis carnis noſtræ prius, quàm religio poſtulet, quoniam ipſe matri & tali matri reſpondit:
[*Ibidem.*] Quid mihi & tibi o mulier? Sic & in alio loco: Cum ſuggereret ei quidam quoniam mater eius, & fratres

A foris ſtarent, quærentes ei loqui. Reſpondit: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? vbi modo ſunt, qui tam [*Mat. 12. g*] carnaliter, & inaniter ſuper carnalibus propinquis ſuis ſoliciti ſunt, ac ſi adhuc viuerent cum eis & ipſi cum eis? Hucuſque Bernardus. De hac ergo reſponſione mater non diffidens, ſed de ſua benignitate præſumens, redijt ad miniſtros & dixit: Ite ad filium meum, & quidquid vobis dixerit facite. Qui euntes impleuerũt, iuxta Domini mandatum, hydrias aqua. Quo facto dixit eis: Haurite nũc & ferte architriclino. In hoc autem nota primo diſcretionem Domini, quia primo miſit magis honorabili viro. Secundo quod ipſe ſedebat
B longe ab eo, cum diceret, ſorte illi, quaſi ab eo remoto. Sed cum ille ſederet in loco magis honorabili, colligere poſſumus, quod Dominus noluit ibi ſedere iuxta eum, immo elegit ſibi humiliorem locum. Miniſtri ergo dederunt vinum illi & alijs, diuulgantes miraculum, quoniam ipſi ſciebant, quomodo factum fuerat, & crediderunt in eum diſcipuli eius. Finito autem conuiuio. Dominus Ieſus vocauit Ioannem ſeorſum, dicens: Dimitte hanc vxorem tuam, & ſequere me, quia ad altiores nuptias te perducã. qui ſecutus eſt eum. In hoc ergo quòd Dominus nuptijs interfuit, matrimonium carnale approbauit, tamquam a Deo inſtitutum.
C Sed in hoc quòd vocauit Ioannem de nuptijs, aperte dedit intelligere, quòd longe dignius eſt ſpirituale matrimonium, quàm carnale. Receſſit ergo inde Dominus Ieſus, volens his quæ ad ſalutem hominum pertinent, deinceps publice, & palam intendere. Prius autem voluit reducere matrem ad domum ſuam, talem enim Dominã talem ſocietatem habere decebat. Accipit ergo & eam & Ioannem, & alios diſcipulos, & iuerunt in Capharnaum prope Nazareth, & poſt aliquot dies, Nazareth. Conſpice ergo eos per viam, qualiter vadunt pariter, mater & filius, humiliter vadunt, & pedeſtres, ſed multum amanter. O quales duo ſunt
D illi, numquam alij tales duo in terra viſi fuerunt. Conſpice etiam diſcipulos reuerenter ſequentes, & auſcultantes verba Domini. Non enim ipſe erat otioſus, ſemper quippe aliquid boni faciebat aut dicebat, non poterat in tali comitatu tædium comeantibus generari.

De ſermone Domini in monte, quem incœpit a paupertate. Cap. XXI.

CONVOCANS Dominus Ieſus diſcipulos ſeorſum a turbis, aſcendit cum eis in monte Tabor, prope Nazareth ad duo miliaria, vt eos imbueret eloquijs ſuis.
E Decebat enim quod eos prius & ſuper alios inſtrueret, quos ſuper alios cõſtituturus erat magiſtros & duces. Tunc ergo de multis inſtruxit, & ſermo ille [*Matt. 5. 6. & 7.*] pulcherrimus fuit & copioſus, nec mirum quia os Domini compilauit eũ. Docuit autem eos de beatitudinibus, de oratione, ieiunio, & eleemoſyna, alijſq. pluribus ad virtutes pertinentibus, quæ in ipſo euangelio poteris reperire. Legas eum diligenter & ſæpe & commenda memoriæ quæ in ipſo dicuntur: quia ſpiritualiſſima ſunt. Ea tamen nunc non proſequor, quia nimis foret longum, nec tales expoſitiones bene videntur ſemper in meditationes cadere: quamuis ad tuam in-
F ſtructionem talia prout mihi occurrent, interſeram, & etiam moralia, & auctoritates ſanctorum. Hoc ergo hic tetigiſſe ſufficiat, quod Dominus initium ſermonis huius a paupertate incœpit, dans intelligere, quod paupertas eſt totius ſpiritualis exercitij primarium fundamentum. Non enim expedite poteſt ſequi Chriſtum paupertatis ſpeculum, qui oneratus eſt temporalibus rebus. Nec eſt liber ſed ſeruus, qui animi affectionem ſubijcit iſtis rebus tranſeuntibus. Idcirco dixit: Beati pauperes ſpiritu &c. Eius enim rei quam affectuoſe diligo, me ſeruum ſponte conſtituo. Nam amor eſt animæ pondus, portans eam quocumque ipſe fertur, vt [*Aug. lib. 13 conf. cap. 9. to. 1.*] dicit Auguſtinus. Et ideo nihil omnino eſt amandum, niſi Deus, vel mere propter Deum. Merito ergo Beatus

dicitur

dicitur pauper, qui propter Deum cetera vilipendit. **A** Iam enim pro magna parte Deo ſuo coniunctus eſt. *Ber. Ser. 4. de aduen.* De hac autem paupertate ſic dicit Bernardus: Magna quædam penna eſt paupertas, qua tam cito volatur in regnum cælorum. Nam in alijs virtutibus quæ ſequuntur, promiſſio futuro tempore indicatur, paupertati nõ tã promittitur quàm datur. Vnde & in præſenti tẽpore enunciatũ eſt, quoniã ipſorũ eſt regnum cælorũ. *Et poſtea ſubdit.* Videmus enim pauperes aliquos, qui ſi veram paupertatem haberent, non adeo puſillanimes inuenirentur & triſtes, vtpote reges, & reges cæli. Sed aliqui ſunt, qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis deſit, & ſic diligunt pauper- **B** *Idem Ser. 22. ſuper Can.* tatem, vt nullam inopiam patiantur. Idem alibi: Et ego ſi exaltatus fuero a terra, audaciter dico, omnia traham ad me ipſum. *Ioan. 12. c* Nec enim temerarie vſurpo mihi fratris mei vocem, cuius me induo ſimilitudinem. Quod ſi ita eſt, non putent diuites huius ſæculi fratres Chriſti ſola poſſidere cæleſtia, quia audiunt di- *Matt. 5. a* centem: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Ipſi poſſident terram, & quidem tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non mendicantes vt miſeri, ſed vt domini poſſidentes, eo pro certo magis domini, quo minus cupidi. Denique fideli homini totus mundus diuitiarum eſt. Totus **C** plane, quia tam aduerſa, quàm proſpera ipſius æque omnia ſeruiunt ei, & cooperantur in bonum. Ergo auarus terrena eſurit vt mendicus: fidelis, cõtemnit vt dominus. Ille poſſidendo mendicat, iſte contemnendo ſeruat. Quære a quouis eorum qui inſatiabili corde lucris temporalibus inhiant, quid nam de his ſentiant, qui ſua vendentes, & dantes pauperibus regnum cælorum pro terrena mercantur ſubſtantia, virum ſapienter agant necnon? Proculdubio reſpondebit, Sapienter. Quære recte cur approbat ipſe quod non facit? Non poſſum, inquiet. Quare? profecto quia domina auaritia non permittit: quia liber non eſt, quia non **D** ſunt ſua quæ poſſidere videtur, ſed nec ſui iuris. Si vere tua ſunt, expende ad lucra, & pro terrenis cæleſtia commutato. Si non vales facere, te pecuniæ tuæ non dominum eſſe dicam, ſed ſeruum: cuſtodem, non poſſeſſorem. Hucuſque Bernardus. Sed redeamus ad meditationem. Conſpice ergo. & conſidera Dominũ Ieſum humiliter in terra ſedentem ſuper illo monte, & diſcipulos ſuos circa eum, quomodo ſtat inter eos quaſi ſit vnus ex eis, & quomodo affectuoſe, benigne, & pulchre, & efficaciter eis loquitur, inducens eos ad dictos actus virtutum. Et ſemper, vt ſupra in generali conſideratione tibi dixi, reſpicere coneris fa- **E** ciem eius. Conſpice in diſcipulis quomodo reuerenter, humiliter, & cum tota mentis intentione aſpiciunt eum, & auſcultant illa verba mirifica, & ea memoriæ commendant, & iucunditate magna fruuntur, tam in verbis, quam in aſpectu. In hac autem conſideratione incunderis & m, aſpiciendo ac ſi videres eum loquentem, & approximando eis, ſi forte vocata fueris, & immorando ibidem, vt Dominus tibi dabit. Completo vero ſermone, conſpice illum Dominum Ieſum, vna cum diſcipulis ipſis deſcendentem de monte, & cum ipſis familiariter loquentem, etiam eundo per viam, & quomodo ille ſimplicium cœtus **F** gregatim ſequitur eum, non curioſe ordinatus, ſed ſicut pulli poſt gallinam, vt quilibet melius audiat, magis eidem nititur approximare. Et quomodo turbæ ſibi affectuoſe occurrunt, & infirmos eidem ſanandos offerunt. Ipſe vero ſanabat omnes.

De ſeruo centurionis, & filio reguli a Domino liberatis. Cap. XXII.

CApharnaum vero erat quidam centurio, ideſt centum militum ductor, & ſeruum habebat infir- *Matt. 8. a* *Luc. 7. a* mum. Miſit ergo fide plenus ad Dominum Ieſum, vt eum curaret. Humilis autem Dominus reſpondit. Ego **A** veniam & curabo eum. Quod cum ſciuit centurio, remiſit ad eum, dicens: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. Ieſus autem commendans fidem eius, non iuit vlterius, & ſeruum abſentem ſanauit. Cum autem in eadam ciuitate eſſet quidam regulus, *Ioan. 4. g* ideſt paruus rex, iuit perſonaliter ad Ieſum, rogans eum, vt veniret ad domum ſuam, & ſanaret filium ſuum infirmum. At Ieſus ire noluit, filium tamen ſanauit. In his autem conſidera meritum fidei propter centurionem, & humilitatem Domini volentis ire ad ſeruum, & reguli pompam refugientis. Conſidera **B** etiam quòd non debemus acceptare perſonas. Plus enim honorauit hic Dominus ſeruum militis, quàm filium regis: ſic & nos debemus non ad oculos ſeruire, nec ſecundum exigentiam exterioris pompæ: ſed ſecundum intentionem vel bonitatem eius qui ſeruitio indiget, & non ex complacentia ſed ex charitate ſeruiamus.

De paralytico miſſo per tectum, & a Domino curato. Cap. XXIII.

C IN ciuitate prædicta Capharnaum cum Dominus Ieſus doceret in quadam domo, & eſſent ibi congregati Phariſæi, & legis doctores multi ex omni caſtello Iudææ & Hieruſalem. Venerunt quidam, volentes ingredi domum cum paralytico, quem portabant, vt a Domino ſanaretur. *Luc. 5. c* Cumq. propter multitudinem non poſſent, *Mar. 2. a* aſcenderunt ſuper tectum domus, & inde intromiſerunt eum, & poſuerunt eum ante Ieſum. Dominus vero Ieſus videns fidem eorum, *Mat 9. a* dixit: Dimittuntur tibi peccata tua. Ipſi autem Phariſæi & legis doctores obſeruantes eum ex malitia, intra ſe dicebant ipſum blaſphemaſſe Deum: quia ſolus Deus poteſt dimittere peccata, & ipſe hoc attribue- **D** bat ſibi, quem purum hominem eſſe credebant. Ait ergo benignus & humilis Dominus, ſcrutans corda, & renes hominum. *Ibidem.* Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Et addidit, vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terram dimittendi peccata &c.

Hic quattuor ſunt meditanda. Primum perſpicacitas intellectus Chriſti, qui cogitationes illorum vidit. *Quattuor meditãda.* Secundum quia propter peccata veniunt infirmitates, & ex abſolutione a peccatis aliquando contingit liberatio infirmitatum. Sic etiam habetis infra de curato apud piſcinam, *Ioan. 5. b* cui dicitur a Domino, ne amplius peccet, ne deterius ſibi contingat. Tertium conſidera **E** quam magnum ſit meritum fidei, nam etiam alterius fides alteri prodeſt, ſicut ſupra proxime habuiſti in ſeruo centurionis: ſic & infra habebis in Chananæa, *Mat. 9. c* in cuius fide filia fuit ſanata. Hoc quotidie contingit in pueris qui baptizantur, quod ſi ante annos diſcretionis moriantur, in alterius fide ſuſcipiunt arram, propter quam in merito Chriſti ſaluantur, quod eſt contra quoſdam hæreticos maledictos. Circa quartum meditandum de ipſo inter illos ſedente, & benigne malignis reſpondente, & miraculum faciente, recurre ſupra ad generalem conſiderationem quam tibi dedi.

F *De ſocru Simonis liberata. Cap. XXIIII.*

COntingit, Dominum Ieſum in ciuitate prædicta *Mat. 8. b* Capharnaum diuertere in domum Simonis Pe- *Mar. 1 c* tri, vbi ſocrus eius magnis febribus tenebatur. *Luc. 4. f* Humilis ergo Dominus familiariter tetigit manum eius, & curauit eam, adeo vt incontinenti ſurrexerit, & ei & diſcipulis miniſtrauerit. Sed quid miniſtrauit eis, nõ eſt ſcriptum. Cogita ergo, quod in domo pauperis, paupertatis amatori aliqua cibaria groſſa, & quæ cito parari poterant, eis appoſita ſunt. Conſidera etiam ipſum Dominum Ieſum iuuantem præparare, maxime in domo diſcipuli ſui. Ex quæuis humilia cogita. ſiue de tabula ponenda, ſiue de ſtratis lauandis, & ſimilibus.

ſimilibus. Talia enim omnia faciebat humilitatis magiſter, qui miniſtrare venerat, & non miniſtrari. Et ſe familiariter ad ſedendum ponebat in medio menſæ, & comedebat alacriter præcipue cum in prandio relucebat paupertas, quam ſic amabat.

De dormitione Domini in nauicula.
Cap. XXV.

INtrans Dominus Ieſus in nauiculam cum diſcipulis ſuis, poſuit ſe ad dormiendum, tenens caput ſuper ceruicali. Ipſe enim multũ vigilabat de nocte in orationibus, multumq. de die in prædicationibus laborabat. Cumq. dormiret, orta tempeſtate, diſcipuli periclitari timebant, ſed non audebant eum excitare. Timore tandem coacti, excitauerunt eum, dicentes: Domine ſalua nos, perimus. Qui ſurgens increpauit eos de modica fide, & imperauit mari, & ventis, & ceſſauit tempeſtas. In prædictis ergo actibus ſuis intuere, & reſpice eum, ſecundum generalem regulam, ſiue traditionem ſupra traditam. Hoc autem hic conſiderare potes, quòd licet nobis circa nos & facta noſtra Dominus videat dormire, maxime quando tribulamur: ipſe tamen diligentiſſimus eſt ſuper cuſtodiam noſtram. Et idcirco debemus eſſe in fide conſtantes, de nihilo hæſitantes.

Mat. 8.c *Mar. 4.d* *Luc. 8.c*

De filio viduæ a Domino ſuſcitato.
Cap. XXVI.

CVm ſemel iret Dominus Ieſus verſus ciuitatem Naim, obuiauit multitudini hominum portantium quendam iuuenem filium viduæ mortuum ad ſepulchrum. Pietate ergo pius Dominus Ieſus motus, tetigit feretrum, & portantes ſteterunt. Ipſe autem dixit: Adoleſcens, tibi dico ſurge. Et ſtatim ſurrexit, qui fuerat mortuus, & reddidit eum matri ſuæ. Omnes autem ſtupuerunt, & laudauerunt Dominum. In conſiderationibus vero, recurre vt ſupra.

Luc. 7.b

De puella ſuſcitata & Martha curata.
Cap. XXVII.

AD petitionem cuiuſdam ex principalibus ibat Dominus Ieſus cum eo ad ſanandum filiam ſuã. Cum ergo turba magna iret cum eo, intererat quædã mulier grauiter infirma, quæ dicitur fuiſſe Martha ſoror Mariæ Magdalenæ, quæ intra ſe dicebat: Si tetigero tamen fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. Et cum timore approximans, tetigit, & liberata eſt. Dixit autem Dominus Ieſus: Quis me tetigit? Et reſpondit Petrus: Domine turbæ comprimunt te & affligunt, & tu dicis, Quis me tetigit? Vide hic patientiam Domini. Nam ſæpe comprimebatur a turbis, quia volebant ei approximare. Ieſus autem ſciebat quid dicebat. Et iterum dixit: Ego ſenſi virtutem ex me exijſſe. Tunc Martha negotium publicauit. Libenter eam Dominus curauit: cum qua multam familiaritatem poſtea habuit. Et tunc dixit ei: Fides tua te ſaluam fecit. In hoc ergo miraculo habes fidei commendationem, habes etiam, quòd Dominus vult miracula nota eſſe, propter vtilitatem communem, ſed quantum in ſe, propter humilitatem abſcondebat, vt hic etiam habes: quod enim diuina fecerat poteſtate, fidei illius attribuebat. Habes etiam hic quoddam valde notabile, ad humilitatis cuſtodiam, ſicut Beatus Bernardus hoc modo introducit: Quilibet perfecte Domino ſeruiens, poteſt appellari fimbria quaſi vltima pars veſtimenti Domini, propter ſuam humilem reputationem. Qui ergo ad dictum ſtatũ peruenerit, quod ſciat ſe a Domino exaudiri in liberãdis infirmis, vel alijs miraculis, non extollatur propterea, nec ſibi attribuat, quia non ipſe, ſed Dominus fecit. Quamuis enim hic Martha tangeret fimbriam, ad cuius tactum ſe liberari confidebat, & ſic contigit: non tamen a fimbria, ſed a Domino virtus liberationis exiuit. Et propterea ipſe dixit: Senſi virtutem ex me exijſſe. Nota ergo hoc bene, & nihil boni tibi in perpetuum attribuas, quia totum eſt a Domino Ieſu. Tandẽ Dominus Ieſus iuit ad domum principis, & inuentã filiam mortuam ſuſcitauit.

Mat. 9.c *Ibidem.* *Ber. Ser. de 4. modis orandi.* *Luc. 8.g*

De conuerſione Magdalenæ & alijs.
Cap. XXVIII.

CVrialiſſimus Dominus inuitatus quadam die a Simone leproſo, iuit ad prandendum cum eo: quod facere ſolitus erat, tum ex ſua curialitate: tum ex benignitate, & zelo quem habebat ad ſaluandas animas pro quibus de cælo deſcenderat, vnde comedendo cum hominibus & conuerſando cum eis, ad amorem ſui eos attrahebat: Tum etiam ex amore paupertatis. Nam & ipſe pauperrimus erat, & de mundi huius ſubſtantia pro ſe, & ſuis nihil ſumpſerat. Humiliter ergo, & cum gratiarum actione ſpeculum humilitatis Ieſus cum inuitabatur, recipiebat pro loco & tempore. Audiens autem Magdalena, quòd in domo Simonis prædicti recumberet, quæ iam forte ipſum ſæpe prædicantem audierat, & ardenter amabat, licet nondum hoc propalaſſet, tacta dolore cordis intrinſecus, pro peccatis ſuis & amoris eius igne ſuccenſa, conſiderans quod ſine ipſo ſalutem obtinere non poterat, & amplius differre non volens, perrexit ad locum conuiuij: facieq. inclinata, ac oculis in terram demiſſis, ante conuiuas tranſiens, non quieuit donec peruenit ad Dominum, ac dilectum ſuum. Et tunc illico ad pedes eius proſtrata, viſceroſo dolore pariter & tubore repleta de peccatis ſuis, procumbens & ponens vultum ſuper ipſius pedes, cum confidentia quadam, quia iam intra ſe eum ſuper omnia diligebat, cœpit fortiter fletibus atque ſingultibus abundare, ac tacite intra ſe dicere: Domine mi firmiter credo, ſcio, atque confiteor, vos Deum, ac Dominum eſſe meum. In multis autem, & magnis offendi maieſtatem veſtram, & multiplicaui peccata ſuper numerum arenæ maris: ſed ad veſtram miſericordiam confugio iniqua & peccatrix. Doleo & compungor, veniam peto, emendare peccata parata, & numquam a veſtra obedientia diſcedere propono. Non patiar quæſo repulſam a vobis, quia aliud refugiũ nec me poſſe habere ſcio, nec habere volo, quia vos ſolũ ſuper omnia diligo. Nõ ergo me repellatis a vobis, ſed de meis ſceleribus me punite vt libet, miſericordiã tamen peto. Interim autẽ lacrymæ decurrẽtes largiter, pedes Domini balneauerunt, & lauerunt. Vnde hic manifeſte habere potes, quòd Dominus Ieſus diſcalciatus ibat. Tandem a fletu ceſſans, & eum perpendit, indignum iudicans, quod ſuæ lacrymæ pedes Domini contigiſſent, capillis ſuis eos abſterſit. Ideo autem capillis, quia ſecum aliud pretioſius non habebat, quo eos tergeret: & etiam quia ea quibus ad vanitatem vſa fuerat, ad vtilitatem conuertere intendebat. Et etiam ne vultum a pedibus Domini elongaret, & amore creſcente, oſculabatur eoſdem amanter, & ſæpe. Et quia etiam pedes ipſius Domini propter itinera ſqualidi erant, eos vngebat pretioſo vnguento. Conſpice ergo bene ipſam, & ſuper his moroſe mediteris ob deuotionem eius, quæ ita ſingulariter a Domino fuit dilecta, & etiam quia ſolemne feſtum fuit hoc valde. Conſpice etiam Dominum Ieſum, quàm benigne ſuſcipit eam, & quàm patienter ſuſtinet quidquid facit. Ceſſat & quieſcit a comedendo, donec negotium compleatur. Ceſſant etiam conuiuæ, & omnes ſuper hac nouitate mirantur. Simon autem vehementer eum iudicabat in corde ſuo, quòd a tali fœmina ſe permittebat tangi, quaſi non eſſet propheta, nec eam cognoſceret. Dominus autem cogitationibus cordis eius reſpondens, ſe verum oſtendit prophetam, & exemplo debitorum conuicit. Et volens aperte demonſtrare, quod omnia in dilectione con-

Luc. 7.e.f *Chriſtus diſcalciatus incedebat.*

conſummantur, dixit: Dimittuntur ei peccata multa, A
Luc. 7. g quoniam dilexit multum. Et ad eam dixit: Vade in pace. O verbum delectabile & ſuaue, quàm libenter illud Magdalena audiuit, & quàm iucunde receſſit. Et perfectè ad eum conuerſa, deinceps ſanctè & honeſte vixit, ac eidem & matri eius perſeueranter adhæſit. Meditare ergo hæc diligenter, & tantam charitatem imitari digneris, quæ hic maxime verbo, & opere ſic a Domino commendatur. Hic enim expreſſe habes, quod charitas inter Deum, & peccatorem pacem reformat. Vnde & Beatus Petrus dicit, quod charitas
1. Pet. 4. b operit multitudinem peccatorum. Itaque cum charitas omnes virtutes informet, nullaq. Deo placeat ſine charitate, vt ad ipſam habendam tota virtute nitaris, B quæ te ſponſo tuo Chriſto Ieſu acceptam faciat, aliquas de ipſa auctoritates adducam in medium. Dicit
Bern. Ser. 29. ſuper Can. ante med. ergo de ipſa Bernardus: Chariſſima peroptimum charitas eſt plane incomparabile, quod nouæ ſponſæ cæleſtis ſponſus totiens inculcare curabat. Nunc quidem, dicens: In hoc cognoſcent omnes, quod mei eſtis di-
Ioan. 13. d ſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Nunc
Ibidem. d vero: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inui-
Ioan. 15. b cem. Et: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicē. Itemq. orans vnum eos fore, ſicut ipſe & pater vnū ſunt. *Et paulo poſt*: Denique quidnā huic comparandū putamus, quæ ipſi præfertur martyrio, ac fidei transferenti montes? Hoc eſt ergo quod dico, Pax vobis, C
Ioan. 20. e a vobis ſit, & omne quod extrinſecus minari videatur, non terret, quia non nocet. Idem: Quantitas
Idem Ser. 27. ſuper Can. poſt med. cuiuſq. animæ æſtimetur de menſura charitatis, quam habet: vt verbi gratia, quæ multum habet charitatis, magna ſit: quę parū, parua: quę vero nihil, nihil
1. Cor. 13. a dicente Apoſtolo: Si charitatem non habeo nihil ſum. Quòd ſi quātulamcumque habere cœperit, vt ſaltē diligentes ſe diligere curet, ac ſalutare fratres ſuos, & eos qui ſe ſalutant: iam non nihil quidem illam animam dixerim, quæ in ratione dati & recepti, ſocialem ſaltem retinet charitatem. Verumtamen iuxta ſermonem Domini quid amplius facit? nec amplam pro- D inde, nec magnam, ſed plane anguſtam, modicamq. cenſuerim animam, quam adeo modicæ charitatis eſſe cognouerim. At ſi grandeſcat, & proficiat, ita quod tranſiens limites anguſti huius obnoxijq. amoris, latos fines bonitatis gratuitæ tota libertate ſpiritus apprehēdat, quatenus largo quodā gremio bonæ voluntatis, ad omnem ſeipſam curet extēdere proximū, diligendo vnumquemque tamquam ſeipſam, numquid iam illi recte dicetur: Quid amplius facis? Quippe quæ ſeipſam iam amplam facit, amplum inquam gerit charitatis ſinum, quæ complectitur vniuerſos, etiā quibus nulla ſe nouit carnis neceſſitudine iunctā, nulla ſpe percipiendi commodi cuiuſquam illectā, nulla percepti retributione obnoxiam, nullo denique aſtri- E
Rom. 13. c ctam debito, niſi illo ſane de quo dicitur: Nemini quidquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis. Verum ſi adijcias etiam vſquequaque vim facere regno charitatis, vt vſque ad vltimos eius terminos occupare illud pius inuaſor præualeas, dum ne inimicis quidem viſcera claudere pietatis exiſtimes, benefacias his quo-
Mat. 5. g que qui te oderunt, ores pro perſequentibus & calumniantibus te, nec non & cum ipſis qui oderunt pacem,
Pſa. 119. b eſſe pacificus ſtudeas: tunc prorſus latitudo cæli, latitudo animæ, & altitudo non diſpar, ſed nec diſſimilis pulchritudo. Impleturq. demum in ea quod dicitur: F
Pſal. 103. a Extendens cælum ſicut pellem, in quo iam miræ latitudinis altitudinis & pulchritudinis cælo, ſummus & immenſus atque glorioſus nō modo dignāter habitat, ſed & ſpatioſe deambulat. Hucuſque Bernardus. Vidiſti ergo quàm ſit vtilis, quamq. neceſſaria charitatis virtus, ſine qua profecto impoſſibile eſt placere Deo, cum qua ſine dubio placet quicumque. Igitur toto corde, tota mente, totaq. virtute ſtudeas ipſam habere, quæ te libenter faciet omnia dura & aſpera pro Deo portare, & proximo.

Quomodo Ioannes miſit diſcipulos ad Ieſum.
Cap. XXIX.

GLorioſus miles, & præcurſor Domini Ieſu Ioannes Baptiſta, cum eſſet in vinculis incarceratus ab Herode propter iuſtitiæ defenſionem: quia redarguebat eum, qui tenebat vxorem fratris ſui viuentis, volens inducere diſcipulos ſuos vt ſequerentur Domi- Mat. 11. a num Ieſum, cogitauit eos ad ipſum mittere, vt auditis verbis, & viſis operibus eius, exardeſcerēt in amorem ipſius, & ſequerentur eum. Iuerunt ergo ad eum, & ex parte Ioannis dixerunt: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Dominus autem Ieſus magnam turbam tūc habebat coram ſe. Conſpice bene ipſum, quomodo vultu placido recipit nuncios Ioannis, & quomodo ſapienter primo factis, & poſtea verbis reſpondit eis. In eorum ergo præſentia ſurdos ſanauit, & mutos, & cæcos, & alia multa miracula fecit, & populo prædicauit, & poſtea illis inter alia dixit: Ite, & renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Iuerunt ergo, & ea retulerunt Ioanni, qui ea libentiſſime audiuit. Illi autem diſcipuli poſt mortem Ioannis firmiter Chriſto adhæſerunt. Dominus Ieſus poſt illorum diſceſſum, valde Ioannem coram populo collaudauit, ſcilicet, quòd erat pluſquam propheta, quod inter natos mulierum maior eo non ſurrexerat, & de alijs vt in Euangelio habes. Tu ergo aſpice Dominum Ieſum ſemper, & dum prædicat, & dum prædicta miracula facit, vt ſupra habuiſti.

De obitu Ioannis Baptiſtæ. *Cap.* XXX.

HIc poteſt occurrere meditatio de morte ipſius Beati Ioannis Baptiſtæ. Cū ergo Herodes ille nequiſſimus, & adultera illa peſſima, ſimul forte condixiſſent, ipſum occidere, vt peccati ſui redargutionem non haberent: contigit, vt in die conuiuij ſaltanti miſeræ filiæ ipſius Herodiadis daretur caput Ioannis. Et Mat. 14. a ſic fuit in carcere decollatus. Vide quantus vir, & Mar. 6. c quàm viliter, & quàm enormiter, regnante, ac imperante nequitia occubuit. O Deus qualiter hoc fieri Luc. 9. a permiſiſti? Quid eſt hoc cogitare, quòd taliter moriatur Ioannes, qui tantæ perfectionis, & ſanctitatis erat, vt putaretur eſſe Chriſtus? Igitur ſi vis bene hoc negotium ruminare poſt nefaria opera eorum, cogita Ioannis magnitudinem, & excellentiam ſingularem, & tunc poteris ſtupere. Audiſti autem in ſuperiori tractatu, qualiter fuit a Domino commendatus in multis, audi nunc quomodo commendat eum Beatus Bernardus in quodam ſermone, ſic dicens: Illa mater Bern. Ser. de priuilegio S. Ioan. Baptiſ. poſt med. & magiſtra omnium Eccleſiarum Romana Eccleſia, & de qua eſt dictum: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: in honore Ioannis Baptiſtæ poſt Saluatoris nomen conſecrata eſt & ſignata. Dignum namque fuit, vt ſingularem amicum ſponſæ, illuc proueheret, vbi principatum ipſa conſcendit. Crucifigitur Petrus, Paulus gladiatur, ſed tamen dignitas remanet præcurſori. Purpuratur Roma multitudine martyrum, totaq ſublimitas Beato refunditur patriarchæ. Ioannes vbique maior, in omnibus ſingularis mirabilis ſuper omnes. Quis ſic glorioſe annunciatus eſt? Quis ſic ſpecialiter intra matris vterum Spiritu ſancto legitur fuiſſe repletus? Quem legiſtis intra matris vterum exultaſſe? Cuius natiuitatem audiſtis Eccleſiam celebrare? Quis ſic eremum cupiuit? Quis ſic ſublimiter legitur conuerſatus? Quis pœnitentiam, & regnum cælorum primus oſtendit? Quis regem gloriæ baptizauit? Cui ſe primum Trinitas ſic aperte reuelauit? Cui tale teſtimonium præbuit Dominus Ieſus Chriſtus? Quem ſic honorauit Eccleſia? Ioannes Patriarcha, immo patriarcharum finis & caput. Ioannes propheta, immo pluſquam propheta: quia quem venientem nunciat, digito monſtrat. Ioannes, Angelus, ſed inter Angelos electus eſt, Saluatore teſtante qui dicit: Ecce ego mitto Angelum meum &c.

Ioan. 1. b

Ioannes Apoſtolus, ſed Apoſtolorum primus, & princeps, qui primus fuit homo miſſus a Deo. Ioannes Euangeliſta, ſed Euangelij primus annunciator, prædicator prædicans Euangelium regni Dei. Ioannes virgo, immo virginitatis inſigne ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum. Ioannes martyr, ſed & martyrum lumen. Inter natiuitatem mortemq. Chriſti, martyrij conſtantiſſima forma. Ipſe vox in deſerto clamantis, præcurſor iudicis, præco verbi. Ipſe eſt Elias, vſque ad eum lex & prophetæ, lucerna lucens, & ardens. Silentio tranſeo, quòd ſic nouem angelorum ordinibus inſertus eſt, vt etiam ad Seraphim apicem transferatur. Hucuſque Bernardus. Audi nunc qualiter eum commẽdat Petrus Chryſogonus Archiepiſcopus Rauennenſis in ſermone quodam, ſic dicens: Ioannes ſchola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma iuſtitiæ, &c. Si ergo ad inuicem comparas excellentiam, & dignitatem Ioannis, & profunditatem ſcelerum eorum, qui ipſum occiderunt, merito habebis materiam ſtupendi, & murmurandi, ſi fas ſit dicere, etiam contra Deum. Nam ad hunc talem, & tantum mittitur ſpiculator, vt amputet caput eius, ac ſi eſſet aliquis viliſſimus, & peſſimus homicida, & depopulator. Conſpice ergo eum reuerenter & cum dolore, qualiter ad iuſſum vilis, & nequam ſpiculatoris collum parat, humiliter genua flectit, & gratias Deo agens ponit ſacratiſſimũ caput ſuper aliquo trunco vel lapide, & patienter ictus ſuſtinet, quouſque totaliter abſcindatur. Ecce quo modo vadit Ioannes amicus intimus, & Domini Ieſu conſanguineus, & Dei maximus ſecretarius. Vere magna nobis confuſio, qui patientiam in quibuſcumque aduerſitatibus non habemus. Ioannes innocens mortem, & talem mortem ſuſtinuit patienter, & nos plerumque peccatis aggrauati, & ira Dei, digni, non poſſumus etiam paruas iniurias, & grauamina tolerare: immo plerumque nec verba. Dominus autem Ieſus erat tunc in partibus Iudææ, ſed non in terra illa. Cum autem obitus eius fuerat ibi nunciatus, fleuit pius Deus pugilem ſuum & cõſobrinum, fleuerunt etiam diſcipuli eius cum eo, fleuit Beata Virgo, quæ ipſum natum de terra leuauit, & tenerrime eum dilexit. Sed Dominus conſolabatur matrẽ ſuam, ipſa vero dicebat: Fili quare non defendiſti eum, ne ſic moreretur? Cui filius: Reuerenda mater non expediebat ei talis defenſio. Nam ipſe pro meo patre mortuus eſt, & pro defenſione ſuæ iuſtitiæ. cito autem erit in eius gloria. Ipſe enim pater non intendit ſuos defendere tali modo in hoc mundo, quia non ſunt hic diutius moraturi, nec eorum patria hic eſt ſed in cælis. Ioannes ſolutus eſt a vinculis corporis, nec eſt vis in mundo moriendi. Sæuit hoſtis in eum quantum potuit, ſed ipſe regnabit cum patre meo in æternum. Igitur cõſoleris chariſſima mater, quia Ioanni ſemper erit bene. Poſtea vero aliquibus elapſis diebus, diſceſſit Dominus Ieſus de partibus illis, & rediit in Galilæam. Tu autem prædictis omnibus te præſentem exhibeas, & ea mediteris deuote, & quocumque Dominus ierit, eum ſequaris.

Pet. Chryſog. ſer. de decollat. S. Io. Bapt.

De locutione cum Samaritana. Cap. XXXI.

Ioan. 4. a

Cvm Dominus Ieſus de Iudęa in Galilæam rediret, quæ via eſt decem & ſeptem milliarium, & amplius, vt pluries tibi dixi, & tranſiret per Samariam, fatigatus eſt ex itinere. Conſpice pro Deo eum, hic quo modo fatigatur. Plane incedit, ſæpe fatigatus eſt, & tota vita ipſius laborioſa fuit. Poſuit ergo ſe ad ſedendum ſuper quendam puteum, & quieſcebat. Diſcipuli autem iuerunt ad ciuitatem ad quærendos cibos. Venit ergo mulier quædam, quæ vocabatur Lucia, pro aqua ad ipſum puteum. Dominus autem cum ipſa incœpit loqui, & de magnis factis tractare, & ſeipſum eidem manifeſtare. De quibus autem cum ea loquebatur, & qualiter diſcipuli redierunt, & qualiter ad verbum mulieris ciuitas ei obuiam venit, & qualiter ipſe fuit cum eis, ſtetit, & diſceſſit, non intendo referre: plana eſt enim Euãgelica hiſtoria, lege ipſam, & ipſum Dominum Ieſum conſpice in omnibus actibus. Ex ipſa autem hiſtoria quædam pulchra & vtilia nota. Et primo humilitatem Domini Ieſu: tum quia ſolus remanſit humilis Dominus, diſcipulis in ciuitatem euntibus, confidenter enim ſe habebant ad eum: tum etiã quia cum illa muliercula ſola de tam magnis factis ſic tractabat humiliter, ac de pari loquebantur ad inuicẽ. Non enim dedignabatur eam, ſed talia cum ea dicebat, quòd ſi multis ſapientiſſimis reſpondiſſet de talibus, magnum fuiſſet. Non ſic ſuperbi faciunt. Si enim ampulloſa verba ſua funderent inter paucos, nedum cum vno, ea perdita reputarent, ſed nec illos iudicarent dignos ſuſcipere verba ſua. Secundo paupertatem ipſius & corporis afflictionem conſidera, ſed & humilitas eſt immixta cum eis. Habes enim hic, quòd diſcipuli iuerunt ad ciuitatem ad quærendum cibos, & quæſitos portauerunt, & volebant quòd manducaret. Sed vbi manducaſſet? certe ibi ad puteum vel ad aliquem riuum, ſiue fontem. Vide ergo qualiter fatigatus, ac famelicus reficiebatur. Non credas quòd hac ſola vice caſu ſic factum fuerat, ſed ſecundum conſuetudinem ſuam. Vnde aperte hic colligere potes, quòd humilis Dominus ac paupertatis amator, cum ibat per mundum, ſæpe comedebat extra ciuitatem, & hominum habitationes ad aliquem riuum vel fontem, quantumcumque fatigatus vel afflictus foret. Non habebat etiam exquiſita cibaria, non vaſa curioſa, non delicata vina, ſed habebat aquam puram ex ipſo fonte vel riuo. Qui vineas fecundabat, & creauerat fontes, & omnia quæ mouentur in aquis, & panem, tamquam pauper ſedens in terra humiliter comedebat. Tertio conſidera quo modo intentus erat ſtudio ſpirituali. Nam cum diſcipuli eum vt comederet, inuitarent, dixit: Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. nec voluit manducare, ſed expectabat illos, qui veniebant de ciuitate, vt eis primo prædicaret, prius operari volens ea quæ ſpiritus erant, non corporis, quantumcumque tunc indigeret. Conſpice ergo eum in prædictis, & eius virtutes ſtudeas imitari.

Lucia fuit nomen Samaritanæ.

Chriſti humilitas.

Superborũ mos.

Quo modo voluerunt præcipitare Dominum de ſupercilio montis. Cap. XXXII.

Luc. 4. e

Cvm rediſſet Dominus Ieſus Nazareth, & illi ab eo miracula peterent, & ipſe eos miraculis indignos oſtenderet, furore accenſi, expulerunt eum extra ciuitatem. Benignus ergo Dominus ante eos fugiebat, & illi perſequebantur eum. Quid tibi videtur? Intantum furor eorum exarſit, & creuit, quòd ipſum vſque ad ſupercilium montis duxerunt, vt eum inde præcipitarent. Dominus vero diuina virtute tranſiens per medium illorum ibat, nondum enim mori elegerat. Et dicit hic Gloſſa: Quia dicitur quod cum Dominus Ieſus de manibus illorum elapſus, de monte deſcenderet, & ſub rupe lateret, ſaxum ſubterfugit, & locum ei dedit quanta erat ſua capacitas, ac ſi fuiſſet de cera: & rugæ veſtis ipſius ibi remanſerunt, ac ſi ibi ſculptæ eſſent. Conſpice ergo eum ante eos fugientem, & latentem ſub rupe, & compatere afflictionibus ſuis, & in humilitate ac patientia ipſum imitari coneris.

Gl. Luc. 4.

De habenti manum aridam, & a Domino curato. Cap. XXXIII.

Qvadam die ſabbati docebat Dominus Ieſus in ſynagoga: & ibi erat quidam habens manum aridã, & fecit eum Ieſus ſtare in medio, & quæſiuit ab illis ſapien-

ſapientibus, ſi liceat in die ſabbathi bene facere. Ipſi
Luc. 6. b vero tacuerunt. Dixit ergo Ieſus habenti manum aridam: Extende manum tuam. Et ſanatus eſt. Pluries in diebus ſabbathorum fecit Dominus miracula ad cõfuſionem Iudæorum, qui carnaliter legem intelligebant, quam Deus ſpiritualiter obſeruari volebat. Non enim in die ſabbathi a bono erat abſtinendum & ab operibus charitatis, ſed a peccatis, & operibus ſeruilibus. At illi ſcandalizabantur inde multum, & conſpirabant contra eum, ac dicebant: Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Dominus autem propterea non dimittebat, immo ſtudioſius faciebat, vt eos erueret ab errore. Conſidera eum ergo in prædictis operationibus, & eius exemplo non ceſſes a bono opere, quamuis alius inde ſcandalizetur iniuſte. A bono namque opere neceſſario ad ſalutem animæ, ac etiam ad profectum ſpiritus conferente, ceſſare nõ debes propter alicuius ſcandalum. A commodo vero corporali ſecundum perfectæ charitatis exigentiam, abſtinendum eſt propter ſcandalum fratris. Propter
Rom. 14. d quod dicit Apoſtolus ad Romanos: Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

De multiplicatione panum, & quo modo ſe diligentibus ſubuenit. Cap. XXXIV.

Mat. 15. d
Mar. 8. a DE duabus vicibus legitur, quòd benignus Dominus multiplicauit paucos panes, & inde multa millia hominum ſatiauit. Tu autem redige in vnam meditationem, & in ea conſidera verba & facta ipſius.
Ioan. 6. a Dixit enim tunc: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Et poſtea panes multiplicauit, ita quod omnes comederunt abundanter. Conſidera ergo hic plura & bona, & ſpecialiter quo modo Dominus Ieſus erat miſericors, & curialis, & gratus, quo modo diſcretus & circumſpectus. Primo ergo conſidera, quòd erat miſericors, quia miſericordia traxit eum ad ſubueniendum illis, & ideo dicit: Miſereor ſuper turbam. Nam, Et miſericordia
Pſal. 32. a eius plena eſt terra.

Secundo erat curialis, & gratus ex cauſa quam aſſignat: Quia ecce, inquit, iam triduo ſuſtinent me. Vide curialitatem, & gratitudinem magnam ac mirabilem. Nam quaſi pro beneficio ab eis recepto ſic loquitur, cum in veritate ipſorum bonum eſſet, & non ſuũ.
Prou. 8. d Sed ſic eſt, vt alibi dicit: Deliciæ ſuæ ſunt eſſe cum filijs hominum, cum ſibi nihil boni accreſcat, nobis autem proueniat ſalus. Illos autem qui eum ſequuntur, & præcepta & monitiones eius cuſtodiunt, diligit Dominus, nec manum ſuam eis claudit, quin ſubueniat, cum expedit eis.

Tertio diſcretus & circumſpectus fuit, eo quòd conſiderabat eorum indigentiam & impotentiam, qualiter deficere poterant, & qualiter aliqui eorum de longe venerunt. Vides ergo quàm ſapida, & quàm melliflua iſta verba fuerunt. Sic quotidie nobis ſpiritualiter contingit. Non enim habemus quid manducemus, niſi ipſe det: & in via deficimus, ſi nos ieiunos dimittit: & ſine ipſo non poſſumus nobis in aliquo ſpirituali negotio prouidere. Non ergo habeamus elationis materiam, cum de manu Domini aliquam conſolationem percipimus, vel cum aliquem profectum ſpiritualis exercitij ſentimus: quia non a nobis, ſed ab ipſo eſt: Et ideo ſi bene attendimus, quanto perfectiores fuerint ſerui Dei, & Deo propinquiores, & in donis eius excellentiores, tanto humiliores videbis: quia nihil ſibi attribuunt niſi peccata, & defectus. Et quanto quis ei magis appropinquat, tanto eſt amplius illuminatus: & ideo Dei magnificentiam, & miſericor-

A diam clarius videt, & ſic in eo locum habere non poteſt ſuperbia, vel vana gloria, quæ ex ignorantiæ cæcitate procedunt. Non enim qui Deum vel ſe bene cognoſceret & examinaret, ſuperbire poſſet. Eſt etiam longa via, qua ad Deum venimus, & ſpecialiter de me & mei ſimilibus loquor, qui in tam longam regionem ab eo diſceſſimus propter peccata. Ad eum ergo rediens quis, dicitur de longa via venire. Poſt verba ergo dicta, fecit Chriſtus facta. Conſpice ergo eum, qualiter illos panes accipiẽs, & patri gratias agens, dedit diſcipulis, vt apponerent turbæ, & in manibus eorum iſta multiplicauit, vt omnes pro ſuo libito comederent, & multa ſupererant fragmenta. Conſidera
B etiam, qualiter aſpicit illos comedere, & in iucunditate eorum lætatur. Conſpice etiam illos, qualiter ſuper illo miraculo mirãtur, & vnus ad alterum inde loquendo lætantur, & cum gratiarum actione manducant, nõ ſolum corporaliter, ſed ſaltem aliqui ex ipſis mentaliter forte refectionem percipientes. Sed numquid fuit ibi Domina noſtra, vt & ipſa de panibus libenter mulieribus porrigeret, & de ipſarum recreatione gauderet? Scriptura de hoc non loquitur. Tu autem meditare prout Dominus tibi donat.

C *De fuga Domini, quando voluerunt eum facere regem. Item contra mundi honores. Cap. XXXV.*

POſtquam Dominus ſatiauit turbas, vt in ſuperiori Ioan. 6. a
tractatu continetur, illi voluerunt eum facere regem. Conſiderabant namque, quòd poſſet eorum neceſſitatibus ſubuenire, & ſub tali rege videbatur eis non poſſe egere. Dominus autem Ieſus cognoſcens voluntatem eorum, fugit ab eis in montem: ita quod illi non perpenderunt, nec eum inuenire tunc potuerũt. Noluit ergo temporaliter honorari. Et vide quo mo-
D do vere & non ficte hunc fugit honorem: miſit enim diſcipulos per mare, & ipſe aſcendit in montem, vt ſi eum vlterius inter diſcipulos quærerent, ipſum inuenire nequirent. Diſcipuli autem nolebant ſeparari ab eo, ſed ipſe coegit eos intrare in nauiculam, & transfretare. Bonum erat ipſorum deſiderium, ſtare ſcilicet velle cum Domino ſuo ſemper: ſed ipſe aliter prouidebat. Conſpice nunc ergo eos quo modo inuite ab eo diſcedunt, & quo modo Dominus Ieſus coegit eos, oſtendens penitus ſe ita velle, quòd vadant in nauem ſine ipſo, & tunc ipſi humiliter obediunt, quantumcumque graue, & durum videatur
E eis. Sic quotidie ſpiritualiter nobiſcum facit. Nollemus enim quòd ipſe a nobis diſcederet vllo tempore, ſed ipſe aliter ſe habet cum anima vadit, & redit pro ſuo velle, ſed pro noſtro bono. Propter quod audire te volo, quid in hac victoria dicat Bernardus? Ait Bern. ſer.
enim ſic: Cum ſponſus vigilijs, & obſecrationibus, 32. ſuper
& multo imbre lacrymarum quæſitus fuerit, ſubito Cãt. vel 16
dum teneri putatur, elabitur, & rurſus lacrymanti, ge a prin.
& inſectanti occurrens, comprehendi patitur, ſed minime retineri, dũ ſubito iterum quaſi e manibus euolat. & ſi inſtiterit precibus & fletibus deuota anima,
denuo reuertetur, & voluntate labiorum eius non frau Pſal. 20. a
F dabit eam. Sed rurſum mox diſparebit & non videbitur, niſi iterum toto deſiderio requiratur. Ita ergo & in hoc corpore poteſt eſſe de præſentia ſponſi frequens lætitia, ſed non copia: quia & ſi viſitatio lætificat, ſed moleſtat viciſſitudo. Et hoc tamdiu neceſſe eſt pati dilectam, donec ſemel, poſita corporeæ ſarcinæ mole, auolet, & ipſa leuata pennis deſideriorum ſuorum, libere iter carpens per campos contemplationis, & mente ſequens expedita dilectum quocumque ierit, nec tamen vel in tranſitu preſto erit ſic omni animæ, niſi illi dumtaxat, quam ingens deuotio, & deſiderium vehemens, & prædulcis affectus ſponſam probat, & dignam ad quam gratia viſitandi acceſſurum verbum,
decorem

Idē ſer. 64. ſuper Cãt. an. med. decorem induit, formam ſponſi accipiens. Idem alibi: A Forte ideo ſubtraxit ſe, quo auidius reuocaretur, teneretur fortius. Nam & aliquando ſimulabat ſe longius ire: non quia hoc volebat, ſed quia volebat audi- *Luc. 24. d* re: Mane nobiſcum quoniam aduesperaſcit. *Et mox ſubdit:* Ergo itiuſmodi piam ſimulationem, immo ſalutarem diſpenſationem, quam tunc corporaliter verbum corpori interdum exhibuit, nō ceſſat identidem ſpiritus, modo ſuo ſpeciali, cum deuota ſibi anima ſedulo actitare. Prætetiens teneri vult, abiens reuocari: & ire quidem illi diſpenſatotium, redira vero ſemper voluntarium eſt, vtrumque autem plenum iudicij, ac penes ipſum horum ratio. Nunc vero conſtat in ani- B ma fieri huiuſcemodi viciſſitudines, euntis, & redeun- *Ioan. 14. d* tis verbi, ſicut ait: Vado & venio ad vos. Item: Mo- *Ioan. 16. b* dicum, & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. O modicum & non modicum, ò modicum & longum pie Domine. Modicum dicis, quòd non videbimus te. Saluum fit verbum Domini mei, longum eſt & multum valde nimis. Veruntamen vtrumque verum, & modicum meritis, & non modi- *Abac. 2. a* cum votis. Habes vtrumque in Propheta: Si moram fecerit, inquit, expecta eum: quia veniet & non tardabit. Quomodo non tardabit, ſi moram fecerit? niſi quòd ad meritum ſatis eſt, non tamen ſatis ad votum. C Porro anima amans votis fertur, & trahitur deſiderijs, diſſimulat merita, maieſtati oculos claudit, aperit voluptati, ponens ſpem in ſalutari, & fiducialiter agens in eo. Intrepida denique, & inuerecunda reuocat verbum, & cum fiducia repetit delicias ſuas, ſolita libertate vocans non Dominum ſed dilectum, & dicens: *Cant. 2. d* Reuertere dilecte mi. Idem alibi: Has alternare vices *Idē ſer. 17. ſup. Cant. an. med.* non ceſſat, in his qui ſpirituales ſunt, vel quos potius ſpirituales proinde ipſe creare intendit, viſitans diluculo, & ſubito probans. Hucuſque Bernardus. Habes ergo quo modo Dominus Ieſus ſpiritualiter viſitat animam atque ab ea diſcedit, & quid tunc anima facere D debeat. Reuocare enim debet eum ſolicite, & inſtanter, interim autem patienter ſuſtinere diſceſſum ſponſi, & exemplu diſcipulorum hic obedientium ſine ipſo nauem intrantium, ſuſtinere procellas, & ipſius adiutorio liberationem expectare. Sed redeamus ad ipſum Dominum Ieſum. Ingreſſis namque diſcipulis in mare, ipſe ſolus aſcendit, & ſic euaſit manus illorum, qui eum quærebant. Vides enim quanto ſtudio, & cautela fugit, & declinauit regni honorem. Exemplum nobis dedit, vt & nos ſimiliter faciamus. Non enim pro ſe, ſed pro nobis fugit. Cognoſcebat namque quantæ ſit temeritatis, ſi ad honores adſpiremus. Honor enim E de maioribus laqueis eſt ad captionem, & grauioribus ponderibus ad animarum ſubuerſionem, quàm ego cognoſcam, ſiue ſit honor prælationis & potentiæ, ſiue ſcientiæ. Vix enim fieri poteſt, quòd qui delectatur honore, in periculo & præcipitio magno non ſit, vel quod peius eſt, iam præcipitio colliſus, & hoc oſtendam tibi pluribus rationibus. Prima, quia animus vltra modum in honore delectatur, & ſolicitus eſt, quo modo ipſum conſeruet, & augeat. At ſecundum bea- *Greg. hom. 30. in Euā gel. an. medium.* tum Gregorium: Tanto quis a ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur. Secunda, quia intendit ad habendos amicos ſequaces, & compli- F ces, quibus mediantibus & adiuuantibus tueatur, & augmentet honorem, propter quod multa occurrunt, in quibus contra Deum, & conſcientiam propriam ad talium amicorum complacentiam operatur, vt illos pro ſe faciat operari. Tertia, quia æmulatur habentes, & detrahit eis, vt ipſe magis honoratus remaneat, & ſic in odium, & inuidiam labitur. Quarta, quia ſe putat & reputari optat honore dignum, & ſic cadit in elationem & ſuper- *Gal. 6. a* biam. Sed iuxta Apoſtolum: Qui exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Et pro- *Luc. 17. c* pterea dicit Dominus in Euangelio: Cum omnia bene feceritis, dicite, Serui inutiles ſumus: ſed quan- A do dicit hoc, qui vult honorari? Quinta, quia non ſecundum ſpiritum ambulat, ſed ſecundum carnem. non enim habet animum adunatum, & eleuatum ad cæleſtia, ſed vagum, & ad multa ſparſum. Sexta & vltima, quia ex quo in honore incipit delectari, intantum allicitur, quòd ſatiari non poteſt, & nouos quotidie, & maiores procurat, & quanto plures recipit, tanto ad plures anhelat: quia ſemper honorabiliorem ſolito, & digniorem in ſuis, & aliorum oculis eſſe ſe credit: & ſic labitur in ambitionem, quæ eſt vitium peſſimum, & multorum aliorum vitiorum radix & cauſa. De huiuſmodi ma- B lignitate audi non me, ſed Bernardum, qui ſic ait: *Bern. ſer. 6. ſuper Pſal. Qui habitat circa med.* Ambitio, inquit, ſubtile malum, & ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, generans ex medicina languorem. Et quantos hæc peſtis nequiter ſupplantatos, turpiter quoque deiecit: vt ceteri quoque quos latuit occultus effoſſor, ſubitam expaueſcerent ad ruinam. Quid vero hunc vermem alit, quàm mentis alienatio, & obliuio veritatis? Aut quid niſi veritas hunc prodendum inueſtigat proditorem, & C negotium arguit tenebrarum? Nimirum hæc eſt, quæ dicit: Quid prodeſt homini, ſi mundum vni- *Mat. 16. d* uerſum lucretur, ſe autem perdat, & detrimentum ſui faciat? Et item: Potentes, inquit, potenter *Sap. 6. a* tormenta patientur. Hæc eſt quæ ſedula ſuggeſtione reducit in mentem, quàm ſit in ambitu friuola conſolatio, graue iudicium, vſus breuis, finis ignotus. Et ideo tertia tentatio Domini de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promiſit, ſi cadens adoraret eum. Vides enim, quod ambitionis via, adoratio diaboli eſt, qua videlicet ad honores mundi, & gloriam perueniendum ſuis ille adoratoribus pollicetur. D Idem alibi: Cupidi ſi quidem ſumus aſcenſionis, exal- *Idem ſer. 4 de Aſcenſ. Dom. ante med.* tationem concupiſcimus omnes. Nobiles enim creaturæ ſumus, & magni cuiuſdam animi: ideoque altitudinem naturali appetimus deſiderio. Sed væ nobis, ſi voluerimus eum ſequi, qui ait: Sedebo in monte teſta- *Iſa. 14. c* menti, in lateribus Aquilonis. Heu miſer in lateribus Aquilonis. Frigidus eſt mons ille, non te ſequimur, poteſtatis habes concupiſcentiam, altitudinem præſumis potentię. Quanti tamen vſque hodie fœda ſequuntur infeliciaq. veſtigia tua, immo vero quàm pauci euadunt, quibus non dominandi libido dominetur? Quem ſequimini miſeri? Quem ſequimini? Nonne E iſte eſt mons in quem aſcendit angelus, & diabolus factus eſt? Et illud aduertite, quòd poſt caſum ſuum inuidia cruciante, male ſolicitus de ſupplantando homine, ſimilem ei montem alterum demonſtrauit. Eri- *Gen. 3. a* tis, inquit, ſicut dij ſcientes bonum & malum. *Poſt aliqua:* Et iſta poteſtatis ambitio, angelum felicitate priuauit angelica. Scientiæ etiam appetitus, hominem immortalitatis gloria ſpoliauit. Conetur quis aſcēdere in montē poteſtatis, quantos putas habebit contradictores, quantos inueniet expulſores, quanta obſtacula, quā difficilem viam? Quid ſi tandem adipiſci eum contin- *Sap. 6. a* geret, quod optabat? Potentes potenter, ait ſcriptura, F tormenta patientur, vnde præſentes ſolicitudines, & anxietates quas ipſa poteſtas parit omittā. Cupidus alter eſt inflantis ſcientiæ, quantum laborabit, quantum anxiabitur ſpiritus eius, & tamen audiet: Nec ſi te ruperis, apprehendes. In amaritudine morabitur oculus eius, quoties videre contigerit cui ſe poſteriorem iudicet, aut ab alijs reputari putet. Quid cum intu- *1. Cor. 1. c ex Iſ. 29. a & Abd. 1. d* uerit multum? Perdam, inquit, Dominus ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Iam ne multis immorer, vidiſtis, vt arbitror, quàm fugiendus nobis ſit mons vterque, ſi præcipitium angeli, ſi caſum hominis expaueſcimus. Mon- *2. Reg. 1.* tes Gelboe nec ros nec pluuia veniat ſuper vos. Quid tamen agimus? Aſcendere ſic non expedit, aſcen-

dendi tenemur concupiſcentia; quis docebit nos A aſcenſum ſalubrem? quis niſi de quo legimus, Quoniam qui deſcendit ipſe etiam aſcendit? Et ab ipſo demonſtranda erit nobis aſcenſionis via, ne ductoris immo ſeductoris iniqui, aut veſtigium aut conſilium ſequeremur. Quia ergo non erat qui aſcenderet, deſcendit altiſſimus, & ſuo nobis deſcenſu ſuauem ac ſalubrem dedicauit aſcenſum. Deſcendit de monte potentiæ, carnis infirmitate circumdatus, de monte de-

1. Cor. 1. e

ſcendit ſcientiæ, quoniam placuit Deo, per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quid enim tenello corpore, & infantilibus membris videtur infirmius? Quid iodoctius apparet paruulo, qui ſola matris vbera nouit? Quis impoietiot eo, cui omnia membra clauis ſunt affixa, cuius dinumerantur omnia oſſa? Quis inſipientior videtur eo, qui tradebat in mortem animam ſuam, & quæ nō rapuit tunc exſoluebat? Vides qui multum deſcenderat, quantum a potentia, quantum a ſapientia exinaniuerit ſeipſum? ſed non potuit altius in montem bonitatis aſcendere, nec ſuam expreſſius commendare charitatem. Nec mirum ſi deſcendendo Chriſtus aſcendit, quando priorū vterque cecidit aſcendendo. Idem alibi: Propterea chariſſimi perſeuerate in diſciplina quam ſuſcepiſtis, vt per humilitatem ad ſublimitatem aſcendatis: quia hæc C via eſt, & non eſt alia præter illam. Qui aliter vadit, cadit potius quàm aſcendit: quia ſola eſt humilitas quę aſcendit, & quæ exaltat, hæc eſt quæ ſola ducit ad vitam. *Et infra*: O peruerſitas, o ambitio filiorum Adam, quòd cum aſcendere difficillimum, deſcendere autem facillimum ſit, ipſi & leuiter aſcendunt, & deſcendunt difficilius, parati ad honores, ad celſitudines graduum Eccleſiaſticorum, ipſis etiam angelicis humeris formidandos. Ad ſequeodum autem te Domine Ieſu, vix inuenitur, vel qui trahi patiatur, qui velit duci per viam mandatorum tuorum. Hucuſque Bernardus. Habes ergo ex prædictis, quali- D ter ad verum honorem pertingere poſſis, ſcilicet per humilitatem, & qualiter fugiendus eſt hic temporalis, & falſus honor. Sed forte blandiuntur ſibi aliqui ambitioſi ſcientiæ, ac honoris ſub ſpecie lucri animarum, quaſi ſic melius poſſint intendere aliorum ſaluti. Sed audi quid eis reſpondeat Bernardus: Vtinam tamen quiſquis ſic intrat, ſi fieri poſſet, tam fideliter miniſtraret, quàm fiducialiter ſe ingeſſit. At difficile ſortaſſis, ac impoſſibile eſt, vt ex amara radice ambitionis, ſuauis fructus prodeat charitatis. Hucuſque Bernardus. Ad hoc autem vt honores vilipendas, vt condecet, neceſſaria eſt virtutis præcellentiſſimæ ma- E gnitudo. Nam ſicut dicit Chryſoſtomus: Tale quid eſt vti bene honoribus, ac ſi aliquis cum puella ſpecioſiſſima conuerſetur, & leges accipiat, ne in ipſam vmquam oculos inijciat impudicos. Ideoque proculdubio valde fortis opus eſt animo, vt quis poteſtate vel honore ſibi conceſſo, in his quibus oportet vtatur.

Idem ſer. 2 de Aſcenſ. Dom. poſt med.

Idem ſer. ad clericos. c. penult. in fin.

Quo modo Dominus orauit in monte, & deſcendens ambulauit ſuper aquas, & multa plura de oratione.
Cap. XXXVI.

Mat. 6. a
Ioan. 6.
Mat. 14. a

SIcut in ſuperiori tractatu habuiſti, Dominus Ieſus F coegit diſcipulos intrare nauem, & ipſe aſcendit in montem. Compleamus ergo, quæ Dominus operatus eſt poſt illud miraculum de panibus, quia illa materia contigua eſt, & ea quæ iſtis tractatibus continentur, ſimul facta fuerunt. Ipſa tamen dimiſi, vt melius poſſes capere & vt eorum moralitates poſſent clarius explicari. Poſtquàm ergo diſcipuli nauem intrauerunt, ipſe in montem aſcendit, & ibi ſtetit in oratione vſque ad quartam vigiliam noctis, id eſt vſque ad partes tres noctis quæ receſſerant, & quarta reſtabat. Ex quo habes, quod Dominus Ieſus pernoctabat in orationibus, & pluries legitur, eum orationi inteodiſſe. Conſpice ergo eum, qualiter orat, & ſe humiliat coram patre. Quærit ſolitaria loca, & ſolus vadit ad ea: affligit ſe, & vigilat vigilias longas. Intercedit paſtor fidelis pro ouibus ſuis, orat enim non pro ſe, ſed pro nobis, tamquam aduocatus noſter & mediator apud patrem. Orat etiam, vt exemplum nobis daret orandi. Frequenter enim diſcipulos monuit de hoc, & opere comprobauit. Dicebat namque eis, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere. Et quomodo importunitas orationis impetrat quod poſcit, proponens eis exemplum ad hoc de iudice & vidua, vt habes in Luca. Hortabatur eos etiam ad confidentiam impetrandi petita, dicens? Petite & dabitur B vobis. Ad hoc aliud proponens exemplum de amico, qui propter importunitatem amici petentis panes neceſſarios commodat, vt ſimiliter habetur in Luca. Et hoc dicebat, vt nobis commendaret virtutem orationis. Eſt quippe virtus eius inæſtimabilis, & efficax ad omnia proficua impetranda, & nociua remouenda. Si vis enim patienter tolerare aduerſa, ſis homo orationis. Si vis tentationes & tribulationes ſuperare, ſis homo orationis. Si vis prauas affectiones conculcare, ſis homo orationis. Si vis aſtutias Satanæ cognoſcere, ac eius fallacias vitare, ſis homo orationis. Si vis lætanter viuere in opere Dei, & laboris, & afflictionis viam incedere, ſis homo orationis. Si vis ſpirituali vita te exercere, & carnis curam non agere in deſiderijs, ſis homo orationis. Si vis vanas muſcas cogitationum effugare, ſis homo orationis. Si vis animam tuam ſanctis, & bonis cogitationibus, deſiderijs, ſeruotibus, & deuotionibus impinguare, ſis homo orationis. Si vis cor tuum virili ſpiritu, & conſtanti propoſito in Dei beneplacito ſtabilire, ſis homo orationis. Denique ſi vis vitia extirpare, & virtutibus imbui, ſis homo orationis. In ea enim recipitur ſancti ſpiritus vnctio, quæ de omnibus mentem docet. Item ſi vis ad contemplationem D aſcendere, & frui amplexibus ſponſi, ſis homo orationis. Ad eam namque contemplationem & cæleſtium deguſtationem, per orationis exercitium, deuenitur. Vides quàm magnæ potentiæ & virtutis ſit oratio. Ad quorum omnium confirmationem omiſſis ſcripturarum probationibus, hoc tibi ſit pro efficaci probatione, quod audimus, & videmus quotidie per experientiam, illiteratas perſonas & ſimplices, prædicta & alia plura maiora, per virtutem orationis fuiſſe adeptos. Multum ergo animam debent ad orationem dare omnes, qui Chriſtum imitari deſiderant, & pręcipue religioſi, quibus maior debet eſſe E vacandi copia. Quare te hortor, tibiq. quantum poſſum mando diſtrictius, vt pro principali exercitio tuo, ſumas orationem, nihilq. aliud, neceſſarijs curis tantum exceptis, te delectet niſi oratio: quia nihil tantum te delectari debet, quàm morari cum Domino, quod per orationem fit. Vt autem melioris hortatoris fungaris conſilio, audi melliflua, quæ ſuper iſta materia narrat Bernardus. Dicit enim ſic: Quibus ſtudium eſt frequenter orare, experti ſunt quod dico. Sæpe corde tepido, & arido accedimus ad altare; orationi incumbimus, perſiſtentibus autem repente infunditur gratia, pingueſcit pectus, replet F viſcera inundatio pietatis, & ſi ſit qui premat lac conceptæ dulcedinis, vbertim vbera fundere non tardabunt. Idem In principio quadrageſimæ: Quotiens, inquit, de oratione loquor, verba quædam humanæ cogitationis audire mihi videor in corde meo. Quid enim eſt quòd licet numquam ab oratione ceſſemus, vix vmquam experiri videtur aliquis veſtrum, quis ſit orationis ſuæ fructus? Sicut ad orationem accedimus, ſic & redire videmur, & nemo reſpondet nobis verbum, nemo quidquam donat. Sed iudicium fidei ſequere, non experimentum tuum. Quoniam fides quidem verax: ſed experimentum fallax. Quæ eſt igitur veritas fidei, niſi quod promiſit filius Dei, dicens: Quidquid autem orantes petitis, credite quia

1. Ioan. 2. a

Luc. 18. a
Ibidem. f

Luc. 11. a

Multiplex fructus orationis.

Bern. ſer. 9 ſuper Cāt. poſt med.

Idē ſer. 1. de Quadr. cir. med.

Mat. 21. b

quia accipietis & fiet vobis? Nemo veſtrum fratres paruipendat orationem ſuam. Dico enim vobis, quia ipſe ad quem oramus, non paruipendit eam. Prius quàm egreſſa ſit ab ore noſtro, ipſe eam ſcribi iubet in libro ſuo. Et vnum e duobus indubitanter ſperare poſſumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nouit nobis vtilius. Nos enim quid oremus ſicut oportet neſcimus; ſed miſeretur ille ſuper ignorantia noſtra, & orationem benigne ſuſcipiens, quod nobis aut omnino non eſt vtile, aut non tam cito dari neceſſe eſt, minime tribuit. Oratio tamen infructuoſa non erit, ita ſane ſi fecerimus quòd monemur in Pſalmo, *Pſal. 36. a* ſcilicet ſi delectemur in Domino. Ait enim Sanctus Dauid: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. *Et poſt pauca:* Sed conſidera, quòd petitiones cordis dixerit, quas approbat iudicium rationis. Nec habes quòd cauſeris, ſed vnde magis toto affectu in gratiarum actione verſeris. Quandoquidem tanta ſuper te cura eſt Deo tuo, vt quoties quæris quod tibi inutile eſt, non te audiat ſuper hoc, ſed mutet illud meliori dono. Sicut pater carnalis paruulo quærenti panem libenter porrigit: quærenti cultellum, quem non neceſſarium putat, non conſentit, ſed magis ipſi panem quem ei dederit, ipſe frangit. Porro petitiones cordis in tribus crede conſiſtere, nec video, quid præter illa electus quiſquis ſibi debeat poſtulare. Duo quidem huius temporis ſunt, ſcilicet bona corporis, & bona animæ: tertium autem beatitudo vitæ æternæ. Nec mireris quòd bona corporis a Deo dixerim eſſe quærenda: quoniam eius ſunt corporalia omnia ſicut ſpiritualia bona. Ab eo enim eſt petendum & ſperandum, nobis euenire, vt poſſimus in eius ſeruitio ſuſtentari. Verumtamen pro neceſſitatibus animæ orandum eſt nobis, & frequentius & feruentius, id eſt pro obtinenda gratia Dei animæq. virtutibus. Sic & pro vita æterna tota pietate, totoq. nobis orandum eſt deſiderio: vbi nimirum & corporis, & animæ plena, & perfecta eſt beatitudo. *Et infra:* Sit ergo oratio quæ pro temporalibus eſt, circa ſolas neceſſitates reſtricta. Sit oratio quæ pro virtutibus animæ eſt, ab omni impuritate libera, & circa ſolum beneplacitum Dei intenta. Sit ea quæ fit pro vita æterna, in omni humilitate præſumens, de ſola miſeratione diuina. *Idē ſer. 56. ſuper Cāt. circ. med.* Idem: Non modo locum, ſed & tempus obſeruare oportet eum, qui ſibi orare voluerit. Tempus feriarum commodius, aptiusq. maxime autem cū profundum nocturnus ſopor indicit ſilentium, tunc *Thren. 2. f* plane liberior exit, puriorq. oratio. Conſurge in nocte, inquit, in principio vigiliarum tuarum, & effunde ſicut aquam cor tuum ante cōſpectum Domini Dei tui. Quàm ſecure de nocte aſcendit oratio, ſolo arbitro Deo ſanctoq. Angelo, qui illam ſuperno altari ſuſcipit præſentandam? Quàm grata & lucida, verecundo colorata rubore? Quàm ſerena, & placida, nullo interim turbata clamore, vel ſtrepitu? Quàm denique munda, & ſincera, nullo reſperſa puluere terrenæ ſolicitudinis, nulla aſpiciente laude, ſeu adulatione tentata? Propter hoc igitur ſponſa non minus verecunde, quàm caute, & lectuli ſecretum petebat, & noctis: orare, hoc eſt, verbum quærere volens. Vnum eſt enim. Alioquin non recte oras ſi orando præter verbum aliquid quæras, aut quod propter verbum nō quæris: quoniam in ipſo ſunt omnia. Ibi remedia vulnerum, ibi ſubſidia neceſſitatum, ibi reſarcitus defectuum, ibi profectuum copiæ, ibi denique quidquid accipere, vel habere omnibus expedit, quidquid decet, quidquid oportet. Sine cauſa ergo aliud a verbo petitur, cum ipſum ſit omnia. Nam ſi iſta temporalia, cum neceſſe eſt, poſtulare familiarius videmur, ſi verbum in cauſa eſt, vt quidem dignum eſt, non vtiq. illa, ſed hoc potius quærimus, propter quod alia poſtulamus. Hucuſque Bernardus. Audiſti igitur verba pulcherrima altiſſimi contemplantis, & orationū dulcedinem deguſtantis Bernardi. Ruminet ea ſi vis,

A vt ſapiant tibi. Ideo autem libenter ipſius verba in hoc opuſculo interſero, & adduco, quia non ſolum ſpiritualia ſunt, & cor penetrantia, ſed & decore plena, & ad Dei ſeruitium excitantia. Ipſe enim fuit eloquentiſſimus, & ſpiritu ſapientiæ plenus, & ſanctitate præclarus: quem te deſidero imitari, & ipſius monita, & verba, opere exercere, propter quod ſæpe tibi propono eundem. *Auctoris de S. Bern. teſtimoniū.*

Sed redeamus ad Dominum Ieſum. Dum igitur Dominus eſſet orans in monte, diſcipuli erant in mari afflicti, & anguſtiati vehementer: quia ventus erat eis contrarius, & nauis procellis, & fluctibus iactabatur. B Conſpice ergo eos, & compatere eis, quia in magna ſunt tribulatione & anguſtia. Tempeſtas enim inuaſit eos, tempus nocturnum eſt, & abſque Domino ſuo ſunt. Quarta autem vigilia noctis deſcendit Dominus de monte, & ambulans ſupra mare, appropinquauit eis. Conſpice ergo eum bene hic pro Deo, & vide quo modo fatigatus ex vigilia longa, & oratione prolixa, ſolus deſcendit noctis tempore de monte laborioſo, & forte petroſo, pedibus nudis, & quo modo vadit ſupra mare firmo veſtigio ſicut ſuper terram. Cognouit ergo creatura ſuum Creatorem. Cum autem appropinquauit naui, diſcipuli timentes, clamauerunt, C putantes eſſe phantaſma. at benignus Dominus nolens amplius eos vexari, aſſecurauit eos, dicens: Ego ſum, nolite timere. Tunc Petrus confiſus de potentia Domini, ad iuſſum eius cœpit & ipſe ſupra mare ambulare: ſed poſtea titubans cœpit mergi, ſed dextera Domini eum ne demergeretur erexit. *Mat. 14. d* In hoc autem loco dicit Gloſſa: Super mare ambulare facit eum, vt oſtendat diuinam potentiam: mergi facit, ne infirmitatem obliuiſcatur, ne putet ſe æqualem Deo, & ne ſuperbiat. Intrauit autem Dominus nauem, ceſſauit quaſſatio, & omnia ſunt pacata. Diſcipuli vero eum reuerenter recipiunt, multumq. gauiſi ſunt, D & in quiete magna remāſerunt. Conſpice bene ipſum, ac diſcipulos in omnibus prædictis, quia pulchra, & deuota ſunt valde. In hoc igitur facto moraliter conſiderare potes, quia Dominus quotidie ſic nobiſcum facit ſpiritualiter, patitur, & ſuſtinet, vt electi affligantur in hoc mundo, in interiori, & exteriori homine, quia flagellat omnem filium quem recipit. Qui enim extra diſciplinam ſunt, vt ait Apoſtolus, non filij, ſed adulteri ſunt. *Hebr. 12. b Ibidem.* Expedit autem nobis tribulari & affligi hic, nam inde erudimur, inde virtutes acquirimus, & acquiſitas conſeruamus, & quod maius his eſt, inde futura, & æterna præmia expe E ctamus. Et ideo non debemus in eis frangi, vel eſſe impatientes: ſed ipſas affectare, & diligere. Sed quia magna a multis tamen incognita eſt vtilitas tribulationum, & idcirco talibus difficiles & importabiles videntur. Vt tu inſtruaris, & patienter eas ſuſtineas, adduco tibi more ſolito verba Bernardi, qui ait ſic: Vtilis eſt tribulatio, quæ probationem operatur, ducit ad gloriam. *Ber. ſer. 17. ſuper Pſal. Qui habitat, ante med.* Cum ipſo ſum, inquit, in tribulatione & cetera. Agamus ergo gratias patri miſericordiarum, qui nobiſcum eſt in tribulatione, & in omni tribulatione noſtra nos conſolatur. Res enim, vt dixi, neceſſaria eſt tribula F tio, quæ in gloriam vertitur, quæ mutatur in gaudium. Gaudium ſane longum, quòd nemo tollet a nobis, gaudium multum, gaudium plenum. Res neceſſaria eſt, iſta neceſſitas quæ parit coronam. Non contemnamus fratres. ſemen modicum eſt, magnus exinde fructus exurgit. Forte inſipidum, forte acerbum eſt, forte granum ſinapis. Non conſideramus quæ videntur, ſed quæ non videntur in eo. Quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ non videntur æterna. *Et infra:* Cum ipſo in tribulatione ſum ait Dominus, & ego non aliud meritum quàm tribulationem requiram. *Pſal. 90. c* Mihi adhærere Deo bonum eſt. *Pſal. 72. d* Non ſolum autem, ſed & ponere in Domino Deo ſpem meam, quia eripiam &

glorificabo eum, cum ipſo ſum in tribulatione. Deli- A *Prou. 8. d* cię, inquit, meæ eſſe cum filijs hominum. Deſcendit vt prope ſit his qui tribulato ſunt corde, vt nobiſcum ſit in tribulatione noſtra, erit autem quando rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus, ſi tamen curemus eum interim habere nobiſcum. Bonum mihi Domine tribulari, dummodo ipſe ſis mecum, quàm regnare ſine te, *Eccli. 27. a* epulari ſine te, ſine te gloriari. Vaſa figuli probat fornax, & viros iuſtos tentatio tribulationis. Quid trepidamus? Quid cunctamur? Quid refugimus hunc caminum? Sæuit ignis, ſed Dominus nobiſcum eſt in tribulatione. Si Deus nobiſcum, quis contra B nos eſt? Nihilominus quoque ſi ille eripit, quis eſt qui eripiat de manu eius? Poſtremo ſi iſte glorificat, *Idē ſer. 25. ſup. Cant. poſt med.* quis humiliabit? Idem: Non ſolum igitur in ſpe, ſed gloriamur in tribulatione. Libenter, ait, gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. *2. Cor. 12. b* Optanda infirmitas quæ Chriſti virtuti compenſatur: Quis dabit mihi non ſolum infirmari, ſed deſtitui ac deficere penitus a memetipſo, vt Domini virtutum virtute ſtabiliar? Nam virtus in infirmitate perficitur. *Ibidem. a* Denique ait: Quando infirmor tunc fortior ſum, & C potens. Idem: Propterea ſponſa non faſcem, ſed faſciculum dilectum dicit, quòd leue præ amore in ipſis *Idē ſer. 43. ſuper Cāt. ſtatim a princ.* ducat, quidquid laboris immineat, & doloris. Bene faſciculus, quia paruulus natus eſt nobis. Bene faſciculus, quia non ſunt condignæ paſſiones huius tem- *Rom. 8. d* poris, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. *2. Cor. 3.* Id enim, inquit, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis. Erit igitur quandoque nobis ingens cumulus gloriæ: qui modo eſt faſciculus myrrhæ. An non faſciculus cuius iugum ſuaue eſt, & onus leue? non quia leue in ſe, nec *Idē ſer. 7. ſuper Pſal. Qui habitat.* enim leuis paſſionis aſperitas mortis amaritudo, ſed leuis tamen amanti. Idem ſuper iſtum verſum: *A ſa-* D *gitta*. Si magnum illud Eccleſiæ corpus conſiderare libet, facile ſatis aduertimus, longe acrius impugnari ſpirituales viros ipſius Eccleſiæ quàm carnales. Agit hoc ſane ſuperba, ſemperq. inuidioſa malitia, perfe- *Abac. 1.* ctiores quoſque vehementius pulſans, iuxta illud: Eſca eius electa. Agit, inquam, & non ſine certa diuini diſpenſatione conſilij: qui quidem nec imperfectiores non ſuper id quod poſſunt ferre tentari permittit, faciens cum tentatione prouentum: & perfectioribus non modo glorioſiores, ſed numeroſiores parat ex hoſte triumphos. *Et poſt pauca*. Longe ampliori ſolicitudine, & calliditate multiplici pars aduerſa vulnerare E in nobis dexteram ſatagit, quàm ſiniſtrā, nec tam corporis profecto, quam cordis laborat auferre ſubſtantiam. *Et infra*: Illic autem ſtudioſius repugnandum, vbi grauior vrget neceſſitas, vbi totum belli imminet pondus, vbi colluctationis ratio vniuerſa conſiſtit. Vnde nobis tota paratur, aut victis ignominioſa captiuitas, aut vincentibus gloria triumphalis. *Et poſt aliqua*. Hæc denique gratia, & miſericordia Dei in ſeruos eius, & reſpectus in electos illius, vt in eorum interim ſiniſtram quidem velut diſſimulās, dexteræ ſemper ſtudioſus protector aſſiſtat. Hinc eſt, quòd de ip- *Pſal. 15. b* ſo Propheta teſtatur: Prouidebam Dominum in con- F ſpectu meo ſemper, quoniam a dextris eſt mihi ne cōmouear. *Et infra*: Vtinam mihi ſemper a dextris ſis Ieſu bone, vt ſemper teneas manum dexteram meam. Scio enim & certus ſum, quòd nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim & tundatur ſiniſtrum latus, pulſetur iniurijs, vellicetur opprobrijs, libens illud expono, dum a te cuſtodior, dum ſis ipſe protectio mea, ſuper manum dexteram *Idē ſer. 85. ſuper Cāt. poſt med.* meam. Idem: Aliud eſt animo virtute agi, aliud ſapientia regi, aliud dominari in virtute, aliud in ſuauitate deliciari. Licet namque ſapientia potens, & virtus ſuauis exiſtat, vt tamen proprias quibuſque reddamus vocabulis ſignificantias, vigor virtutem, ſapientiā

A placiditas animi, cum ſpirituali quadam ſuauitate demonſtrat. Hanc puto ab Apoſtolo deſignatam, vbi poſt multa hortamenta, ad virtutem pertinentia, adiecit, quòd ſapientia eſt in ſuauitate in Spiritu ſancto. Igitur reſiſtere, vim vi repellere, quæ vtique in partibus virtutis deputantur, honor quidem, ſed labor eſt. Non eſt enim idem ipſum honorem tuum laborioſe defendere, & quiete poſſidere. Non idem virtute agi, & virtute frui. Quidquid virtus elaborat, ſapientia fruitur: & quod ſapientia ordinat, & deliberat, moderatur virtus, & exequitur. Sapientiam ſcribe in otio *Eccli. 38.* ait Sapiens: ergo ſapientiæ otia, negotia ſunt: & quo B otioſior ſapientia, eo exercitatior in genere ſuo. E regione virtus exercitata clarior eſt, eoq. probatior quo officioſior. Et ſiquis ſapientiam, virtutis amorem definierit, non mihi a veris deuiare videtur. Vbi autem amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor. Et forte ſapientia a ſapore denominatur, quaſi virtuti accidens quoddam, velut condimentum ſapidam reddat, quæ per ſe inſulſa & aſpera quodammodo ſentiebatur. Nec duxerim reprehendendum, ſiquis ſapientiam ſaporem boni definiat. *Et infra*: Itaque ad virtutem ſpectat tribulatio- C nes fortiter ſuſtinere, ad ſapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum & ſuſtinete Dominum, virtutis quidem eſt, guſtare: & videre quoniam ſuauis eſt Dominus, ſapientiæ eſt. Et vt magis ex pro- *Pſal. 32. b* prio bono naturæ bonum vtrumque clareſcat, modeſtia animi probat ſapientiam, conſtantia virum virtutis oſtendit. Et bene poſt virtutem ſapientia, cum uictus ſit quoddam ſtabile fundamentum, ſuper quod ſa- *Prou. 9. a* pientia ædificet ſibi domum. Idem: Felix, qui paſſio- *Idem ſer. de paſſione Dom. in Feria 4. hebdomada pœnoſa verſ. fin.* nes corporis ſui propter iuſtitiā ordinat, ut quidquid patitur, propter Dei filium patiatur: quatenus & a corde tollatur murmuratio, & in ore verſetur gratiarum actio, & uox laudis. Qui ſic extulerit ſe, iſte tollit grabatum ſuum, & vadit in domum ſuam. Graba- D tus noſtrum corpus eſt, in quo prius languidi iacebamus: ſeruientes deſiderijs, & concupiſcentijs noſtris. Nos portamus illud, cum ſpiritui cogimur obedire. Idem: Vere multiplex ſpiritus qui tam multipliciter *Idem ſer. 1. de Penteco. verſ. fin.* filijs hominum inſpiratur, ut non ſit qui ſe abſcondat a calore eius. Siquidem conceditur eis ad uſum, ad miraculum, ad ſalutem, ad auxilium, ad ſolatium, ad feruorem. Ad uſum quidem vitæ, bonis & malis, dignis pariter & indignis omnia bona abundantiſſime tribuens: ita vt videatur hic diſcretionis limitem nōn tenere. Ingratus eſt, qui in his quoque beneficia ſpiritus non agnoſcit. Ad miraculum in ſignis, & prodigijs, E in varijs virtutibus quas per quorumlibet manus operatur. Ipſe eſt antiqua miracula ſuſcitans, vt ex præſentibus fidem aſtruat præteritorum. Sed quia nonnullis hanc quoque gratiam ſine propria vtilitate largitur, tertio infunditur ad ſalutem: cum in toto corde noſtro reuertimur ad Dominum Deum noſtrum. Porro ad auxilium datur, cum in omni colluctatione adiuuat infirmitatem noſtram. Nam cum teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quòd filij Dei ſumus, ea inſpiratio eſt ad conſolationem. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectorum vehementius ſpirans, validum ignem charitatis accendit, vt non ſolum in F ſpe gloriæ filiorum Dei, etiam in tribulationibus gloriemur, contumeliam gloriam reputantes, opprobriū gaudium, deſpectionem exaltationem. Omnibus nobis, ni fallor, datus eſt ſpiritus ad ſalutem: ad feruorem non ita. Pauci enim ſunt qui hoc ſpiritu repleantur, pauci qui ſtudeant æmulari. Contenti ſumus anguſtijs nec reſpirare in libertatem illam, nec ſaltem ad illam ſpirare conamur. Hucuſque Bernardus. Vides igitur quàm pulcherrimis & pluribus rationibus, nobis oſtēdit facundiſſimus Bernardus, quòd tribulationes nobis expediunt. Non igitur mireris, ſi Dominus permittebat diſcipulos ſuos, quos ita diligebat vexari procellis, vtilitatem ipſorum exinde cognoſcens. Pluries enim legitur, eorum naniculam fluctibus, & contrarijs

ventis

ventis exagitatam, ſed numquam ſubmerſam. His ergo A monitis, cor tuum ſtabilire, ac ordinare procures, vt in contingentibus aduerſis, & in quibuſcumque diſplicẽtijs, & patienter & lætanter te habeas, & in via ſpiritus te ita exerceas, vt eius repleta feruore, etiam appetas pro amore Domini Ieſu tribulari, qui in ſe & ſuis hanc viam excelſam tenuit, & monſtrauit.

DE CHANANÆA.

Quomodo Angeli noſtri nobis fideliter ſeruiunt, inſtabilis diſcurſus. Cap. XXXVII.

Matt. 15. b CVm Dominus Ieſus laborans circuiret prædicando, & infirmos curando, acceſſit ad eum mulier Chananæa, id eſt de terra Chanaan, quæ erat gentilium & non Iudæorũ, rogans eum vt liberaret filiam ſuam, quæ à dæmonio vexabatur. Erat enim fidens in eo, quòd hoc facere poſſet. Et Domino non reſpondente nihilominus inſtabat, & perſeuerabat clamans, & petens ab eo miſericordiam: intantum, vt diſcipuli pro ea rogarent. Cumq. Dominus reſponderet, non debere dare panem filiorum canibus, ipſa ſe humilians reſpondit, vt ſaltem more canis de micis poſſet habere, & ſic C meruit exaudiri. Conſpice ergo Dominum & diſcipulos, & ipſum in prædictis, iuxta conſiderationem generalem, quam dedi tibi ſupra. Nihilominus etiam cõſidera virtutes huius mulieris, & eas ad totam tuam vtilitatem conuerte, quæ maxime tres fuerunt. Prima fuit fides magna, vt etiam vſque ad filiam ſe extenderet, & de ipſa fuit commendata hæc a Domino. Secunda fuit orationis perſeuerantia, & non ſolum perſeuerans fuit, ſed etiam importuna. Quam importunitatem etiam Dominus acceptat, & eã inuitat, vt in priori tractatu certa habuiſti. Tertia fuit humilitas profunda, nam nec negauit ſe canem, nec dignam putauit ſe D inter filios reputari, vel habere panem integrum, ſed contenta fuit de micis accipere. Vnde valde ſe humiliauit, & ideo quod poſtulauit obtinuit. Sic & tu ſi corde integro, fideli & puro in oratione perſeuerans, coram Deo tuo te humiliaueris, indignam te reputans omni bono ſuo, certiſſime credas, quod quidquid petieris obtinebis. Et ſicut Apoſtoli rogauerunt pro Chananæa; ſic & Angelus tuus pro te rogabit, & of-

Idē ſer. 31. ſuper Cãt. ante med. feret orationem tuam Domino. Super quo audi Bernardum, dicentem: Suſpiranti animæ meæ frequenter, immo ſine intermiſſione oranti, & affictanti ſe præ deſiderio, cum interdum deſideratus ille, qui ita quæ- E ritur, miſeratus occurrit, puto illi de propria experien-

Tren. 3. e tia conuenire, vt dicat cum Hieremia: Bonus es Domine ſperantibus in te, animæ quærenti te. Sed & Angelus eius qui vnus eſt de ſodalibus ſponſi, in hoc ipſum deputatus miniſter profecto & arbiter, ſecretæ mutuæq. ſalutationis. Is, inquam, Angelus quonodo tripudiat, quomodo collætatur, & condelectatur, & conuerſus ad Dominum dicit: Gratias ago tibi

Pſal. 20. a Domine maieſtatis; Quia deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & volũtate labiorum eius non fraudaſti eum. Ipſe eſt qui in omni loco ſedulus quidem pediſſequus animæ non ceſſat ſolicitare, & aſſiduis ſuggeſtionibus F

Pſal 36. a monere, dicens: Delectare in Domino, & dabit tibi

Ibidem. f petitiones cordis tui. Et rurſum: Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius. Item: Si moram fecerit expecta

Abac. 2. a eum, quia veniens veniet & non tardabit. Ad Dominũ autem: Sicut ceruus, inquit, deſiderat ad fontes aqua-

Pſal. 41. a rum, ita deſiderat iſta ad te Domine. Deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus tuus in præcordijs eius. De ma-

Pſal. 87. b ne vigilauit ad te. Et iterum: Tota die expandit ad te manus ſuas. Dimitte illam, quia clamat poſt te. Con-

Matt. 15. c uertere aliquantulum, & deprecabilis eſto. Reſpice de

Pſal. 89. c cælo & vide & viſita deſolatam. Fidelis paranymphus, qui mutui amoris conſcius, ſed non inuidus, non ſuam quærit, ſed Domini gloriam. Diſcurrit medius A inter dilectum & dilectam, vota offerens, dona referens, excitat iſtam, placat illum. Interdum quoque, licet raro, repræſentat eos pariter ſibi, ſiue hanc rapiẽs, ſiue illum adducens. Si quidem domeſticus eſt, & notus in palatio, nec veretur repulſam, & quotidie videt faciem patris. Hucuſque Bernardus.

Vides quàm fideliter Angeli noſtri ſeruiunt nobis, ex quo autem occurrit de ipſis aliqua loquendi materia. Scire te volo, quòd magnam erga eos reuerentiam habere debemus & eos quotidie laudare, honorare, ac eis gratiarum actiones referre tenemur, & in eorum præſentia, qui ſemper nobiſcum adſunt, nihil illicitum, B nihil turpe cogitare, dicere, vel operari debemus. De *Angelos quãta reuerentia proſe qui debemus.* quo etiam a beato Bernardo monemur, qui ſic dicit ſuper Pſalmum, Qui habitat: Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam? Reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. Caute ambula, vbi adſunt Angeli, ſicut eis mandatum eſt, in omnibus vijs tuis. In quouis diuerſorio, in quouis angulo, Angelo tuo reuerentiam habe. Nec tu audeas illo præſente, quod vidente me non auderes. *Et paulo poſt*: Adſunt igitur *Ber. ſer. 12 ſuper Pſal. Qui habitat. cir. medium.* C tibi non tantum modo tecum, ſed etiam pro te. Adſunt vt protegant, adſunt vt proſint. Quid retribuet Domino pro omnibus quæ tribuit tibi? Si qui- *Pſ. 115. a* dem ei ſoli honor & gloria. Quare ei ſoli? Quia ipſe mandauit, & omne datum optimum non niſi ab *Iac. 1. c* illo eſt. Verumtamen ſi ille mandauit ipſis quoque qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis ſubueniunt in tanta neceſſitate, ingratos eſſe non licet. Simus ergo deuoti, ſimus grati tantis cuſtodibus, redamemus eos, & honoremus eos quantum poſſumus, quantum debemus. Hucuſque Bernardus. Habes ergo in prædictis commendatum Angelorum obſe- D quium, & adiutorium, & orationis virtutem. Hanc tenere ſtudeas, & illis omnem quam potes reuerentiam exhibe.

Qualiter aliqui ex verbis Domini ſcandalizati fuerunt. Cap. XXXVIII.

NOn mireris, ſi aliquando ex verbis & factis noſtris ſcandala oriuntur, quantumcumque fideliter & bene fiant: cum ipſi Domino, qui errare non poterat, pluries contigerit. Dum enim quadam vice Phariſæi Dominum interrogarent, quare diſcipuli E non lauabant manus quando manducabant? Dominus *Mat. 15. a* dure reſpondit eis, increpans, quòd exteriorem mun- *Mar. 7. a* ditiam non interiorem quærebant. De quo illi ſcandalizati ſunt, ſed Dominus non curauit. Alia vice cum ſpiritualia verba doceret in Synagoga, aliqui ex diſcipulis eius tamquam carnales, non intelligentes receſſerunt. Sed ad duodecim diſcipulos ait: Numquid & vos vultis abire? Et Petrus pro *Ioan. 6. a* ſe & alijs reſpondit: Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Conſidera ergo eum in prædictis, & alijs ſimilibus, quo modo cum poteſtate loquebatur, & docebat veritatem, non curans de F ſcandalo prauorum ſiue inſipientium. Notandum, igitur primo, quòd propter alterius ſcandalum non debemus recedere a virtute iuſtitiæ. Secundo, quòd de interiori munditia, magis quàm de exteriori honeſtate curare debemus, quod etiam alibi expreſſius Dominus dixit in Luca: quòd ſpiritualiter viuere de- *Luc. 2. a* bemus, ita quòd verba Domini non videantur nobis extranea, ſicut illis diſcipulis, qui quando Chriſtus dixit in Ioanne: Niſi manducaueritis carnem filij ho- *Ioan. 6. f* minis, &cet. non poterant ſuſtinere, ſed receſſerunt: ſed potius recognoſcamus ipſa eſſe verba vitæ æternæ, vt vna cum duodecim, ipſum imitemur perfecte.

A

De retributione relinquentium omnia.
Cap. XXXIX.

Mat. 19. d

CVm fidelis & prudens diſcipulus Simon Petrus, quæreret a Domino Ieſu pro ſe & ſocijs, de retributione ipſorum: reſpondit Dominus inter alia, quòd omnes qui temporalia dimittentes ipſum ſequerentur, centuplum accipient in hoc mundo, & vitam æternam in futuro. Nota bene hanc retributionem, & gaude gaudio magno, & gratias, & laudes Domino referas toto affectu, quòd ad talem negotiationem te adduxit, vt manualiter de vno centum lucreris, & B nihilominus etiam vitam æternam. Hoc autem centuplum ſpiritualium nó corporalium rerum eſt, videlicet conſolationum internarum, & virtutum quas per experientias cognoſcimus, non per doctrinam. Cum enim anima guſtat odorem paupertatis, caſtitatis nitorem, & patientiæ ceterarumq. virtutum, & delectatur in eis: nonne centuplum recepiſſe videtur tibi? Et ſi vlterius aſcendat, vt viſitationem ſponſi recipiat, & ad eius præſentiam glorietur: nonne tunc recipit plus quàm millecuplum omnium quæcumque fuerint, & quomodocumque fuerint, quæ pro eo dimiſerat? Vides quo modo verum eſt quod loquitur veritas, non C fallit quin centuplum reddat in hoc ſæculo, etiam non tantum ſemel ſed pluries, & ſæpe animæ ſibi deuotæ, adeo vt ſic afficiat eam, vt non ſolum quæ reliquit, ſed totum mundum arbitretur ſtercora vt ſponſum ſuum lucrifacere poſſit. Vt autem ſuper hoc centuplo plenius inſtruaris, audi quid inde dicat Bernardus: Si forte adhuc ſæcularis quiſpiam dicat: Oſtende mihi centuplum quod promittis, & libens vniuerſa relinquo. Vt quid oſtendam? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. An homini potius oſtendenti, quàm veritati crederes, promittenti? Deficis ſcrutans ſcrutinio. Niſi cre- D diderıs, non intelliges. Manna abſconditum eſt, quod in Apocalypſi Ioannis, victori promittitur nomen nouum, quod nemo nouit, niſi qui accipit: *Et paulo poſt:* An non denique omnia poſſidet, cui omnia cooperantur in bonum? An non centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu ſancto, qui Chriſtum habet in pectore? Niſi quòd longe plus, quàm centuplum eſt viſitatio paracleti ſpiritus, & præſentia Chriſti. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quàm abſcondiſti timentibus te, perfeciſti eis qui ſperant in te. Vides quo modo memoriam abundantiæ ſuauitatis huius eructet anima ſancta quo modo exprimere geſtiens verba multiplicet. Quam, E inquit, magna multitudo. Hoc ergo centuplum adoptio filiorum eſt, libertas & primitiæ ſpiritus deliciæ charitatis, gloria conſcientiæ, regnum Dei quod intra nos eſt. Non vtique eſca vel potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Gaudium ſane non modo in ſpe gloriæ, ſed in tribulationibus. Hic eſt ignis, quem voluit Chriſtus vehementer accendi. Hæc virtus, quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentium deridere carnifices, Stephanum in morte pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hæc illa pax quam ſuis reliquit Chriſtus, quando dedit & F ſuam, ſi quidem donum, & pax eſt electis Dei. Pax vtique patris, & donum futuræ gloriæ. Illa ſuperat omnem ſenſum, ſed & huic quidquid ſub ſole placet, quidquid in mundo concupiſcitur, non poteſt comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quam expertus nouit, inexpertus ignorat, quam nemo ſcit niſi qui accipit. Hucuſque Bernardus. Gaude ergo, & lætare, vt dixi, & gratias, age, quod ad hoc centuplum recipiendum vocata es, & hunc paradiſum ſæpe ingredere, quem ex orationis ſtudio conſequi poteris.

Cẽtuplum Euangelij.

Ber. in declam ſuper Ecce nos reliq. om. ex Matth. c. 9. nó longe a fin. ex Greger. homil. 26. in Euãgel. non lõge a princ.

Apoc. 3. c

Pſal. 30. c

Luc. 12. f

Sap. 3. b

Qualiter Dominus quæſiuit a diſcipulis quid diceretur de eo. *Cap. XL.*

Mat. 16. b

VEniens Dominus Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, quæſiuit a diſcipulis, quid diceretur de ipſo, & etiam quid inde ipſi ſentirent, & de alijs. Quidam reſponderunt & dicebant: Alij, &c. De ſe autem dixit Petrus pro ſe & alijs: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et Dominus ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc, &c. Et tunc dedit ei pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis claues ligandi, atque ſoluendi ſuper terram. Conſpice igitur eum & etiam ipſos, iuxta generalem formam ſuperius tibi traditam. Et nota, quod etiam hic habes, quòd Petrum quem ita magnificauerat, parum poſt vocauit ſatanam, eo quòd propter amorem carnalem, quem ipſe Petrus habebat ad ipſum, diſſuaſit ei de paſſione ſua, vt non fieret. Sic & tu Domini exemplo, habeas omnes pro aduerſarijs, qui pro corporali alleuiatione ab exercitio, & bono ſpirituali te trahere vellent.

De transfiguratione Domini in monte.
Cap. XLI.

Mat. 17. a

ASſumens Dominus Ieſus tres ex diſcipulis, aſcendit in montem Thabor, & transfiguratus eſt ante eos, oſtendens ſe eis glorioſum. Venerunt inſuper Moyſes, & Elias loquentes cum eo de paſſione ſua futura. Dicebant autem: Domine non expedit vt moriaris, quia vna gutta ſanguinis tui redimeret mundum. Dominus autem Ieſus dicebat: Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus: ſic & facere me oportet. Affuit ibi Spiritus ſanctus in ſpecie nubis lucidæ, & vox patris facta eſt in nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Diſcipuli vero ceciderunt in terram, & cum excitati ſunt, non viderunt niſi Dominum Ieſum. Conſpice igitur bene prædicta, & te præſentem exhibeas, quia magnifica ſunt.

Ioan. 10. b

De eiectione ementium & vendentium de templo.
Cap. XLII.

Ioan. 2. b

Mat. 21. b

DVabus vicibus eiecit Dominus Ieſus ementes, & vendentes de templo, quod inter eius magna miracula deputatur. Nam licet alias eum vilipenderent, tunc tamen omnes ante eum fugerunt. Et quamuis eſſent multi non ſe defenderunt, ſed ipſe ſolus cum quibuſdam funiculis omnes eiecit. Et hoc ideo, quia terribilem ſe eis oſtendit in facie. Accenſus eſt enim zelo vehementi, eo quòd pater ſuus ſic inhonorabatur ab illis, maxime in loco vbi magis honorari debebat, fecit ipſas eiectiones. Conſpice bene ipſum, & compatere, quia ipſe compaſſionis dolore plenus eſt. Ac nihilominus time. Nos enim qui in templo Dei ſumus, de ſpeciali, & magna ipſius gratia deputati, ſi ſæcularibus negotijs, vt illi faciebant, nos implicemus, cum ad laudem eius ſemper debeamus intendere, merito eiectionem ab eo, & indignationem ipſius timere poſſumus, & timemus. Si ergo non vis hoc timore vexari, nulla ratione vel cum ſæcularibus curis, vel negotiationibus te audeas implicare. Opera quoque curioſa ne feceris, quæ tempus laudibus Dei debitum occupant, & pompis ſæcularibus correſpódent.

De probatica piſcina. Item ne ſis fratru iudex temerarius. *Cap. XLIII.*

Ioan. 5. a

ERat in Hieruſalem quædam congregatio aquarũ, in qua lauabantur oues, de quibus fiebant ſacrificia. In ea dicitur fuiſſe lignum Crucis. Quolibet autem anno, cum ſemel commouebatur ab Angelo, ſanabatur aliquis infirmus, ſcilicet qui deſcendebat in

aquam

aquam poſt eius ab Angelo motionem. Vnde multi propterea infirmi iuxta eam continue morabantur. Erat autem ibi quidam infirmus, iacens in grabbato paralyticus per triginta & octo annos. Hunc igitur Ieſus quadam die ſabbati ſanauit. Conſpice eum humiliter euntem ad infirmum, & loquentem more ſolito.

Tria notanda in curatione paralytici.

In hoc igitur facto tria nota. Primum quia ſicut hic Dominus requiſiuit infirmum, ſi vellet ſanari: ita nobis ſine noſtro conſenſu ſalutem non dabit, & inexcuſabiles ſunt peccatores non conſentientes voluntati Domini, & ſuæ ſaluti. Quia ſecundum Auguſtinum *(Auguſt. de ver. Apoſt. ſer. 15. poſt med. to. 10.)* Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Secundum cauere debemus, ne relabamur a Domino, quia B ſi ſanati a Domino recidiuamus, digne noſtra ingratitudo acrius punietur ſicut huic dixit Dominus: Vade, noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Tertio, quia maligni de omnibus perdunt, ſicut boni de omnibus lucrantur. Nam cum hic liberatus portaret grabbatum, & diceretur ei a Iudæis, quòd hoc non licebat in die ſabbati, ipſe reſpondit: Qui me ſaluum fecit, ille mihi dixit, tolle grabbatum tuum. Non, dicebant, quis eſt ille qui te ſaluum fecit? Et ſic accipiebant, quod poſſent reprehendere, non quod poterant laudare. Sic & carnales homines ſæpe in malam iudicant partem, quæ vident, & quaſi de omnibus C perdunt. Spiritualiter autem viuentes omnia referunt ad laudem Dei, ſiue ſit proſperitas, ſiue ſit aduerſitas, & non dubitant, quin recte omnia fiant, Deo cuncta vel recte operante, vel iuſte permittente, & omnia in bonam partem interpretantur, iuxta doctrinam beati Bernardi, qui ſic ait: *(Bern. ſer. 40. ſuper Cãt. quaſi cir. fin.)* Caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius iudex. Etiam ſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic iudices proximum. Magis autem excuſa intentionem, ſi opera non potes: puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quod ſi omnem diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe D tibi, & dicito apud temetipſum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi in me accepiſſet ſimiliter poteſtatem? Hucuſque Bernardus. Quòd autem de omnibus lucrantur ſpirituales, etiam de ſuis, & alienis peccatis & de rebus nociuis, & etiam de diaboli operibus, ſic docet Bernardus: *(Idem ſer. 5 ſuper Cãt. ante med.)* Irrationalis, & brutalis ſpiritus, & ſi ad ſpiritualia non pertingat, ad ea tamen capeſſenda pro ſuo corporali temporaliq. obſequio, noſcitur iuuare illos, qui omnem vſum rerum temporalium ad fructum transferunt æternum, vtentes hoc mundo tamquam non vtentes. *Et poſt multa:* Si qua animantia quantum ad vſum ſui reperian- E tur incommoda, & ſi nociua, & ſi etiam pernicioſa temporalium hominum conſtat eſſe ſaluti. Non tamen deeſt eorum corporibus, vnde cooperentur in bonum, his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, & ſi non cedendo in cibum, aut exhibendo miniſterium, certe ingenium exercendo, iuxta eum, qui vtique omni vtenti ratione preſto eſt, communia diſciplinæ profectum præbens, quo inuiſibilia Dei per *(Rom. 1. b)* ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Nam & diabolus eiuſq. ſatellites cum ſit eorum ſemper maligna intentio, nocere quidem ſemper cupiunt, ſed ſi F boni æmulatores fueritis, abſit vt obſint, magis autem proſunt, & nolentes cooperantur in bonum bonis. *Et infra:* Eſt enim qui bonum operatur non volens, ſiue homo malus, ſiue Angelus malus, & conſtat non fieri propter eum, quod fit per eum, cum prodeſſe nullum bonum poſſit inuito. Igitur ei quidem diſpenſatio tantum credita eſt, ſed neſcio quo modo gratius iucundiusq. ſentimus bonum, quod per malum diſpenſatorem miniſtratur. Ipſa eſt ergo cauſa cur, & per malos Deus faciat bona bonis, non autem vt opera eorum indigeat in benefaciendo. Idem: *(Idẽ ſer. 54. ſuper Cãt. cir. med.)* Quid ſuperbis terra & cinis? & de Angelis tranſijt Dominus, exectans eorum ſuperbiam. Ergo repudiatio Angelorum, fiat emendatio hominum. Scriptum eſt enim A ad eorum correptionem: Cooperetur mihi in bonum etiam diaboli malum, & lauem manus meas in ſanguine peccatoris. *(Pſal. 57. b)* Qualiter, inquis? audi. Superbo certe diabolo horrenda, & formidoloſa maledictio intorquetur. *Et infra:* Si ſic eſt actum cum eo, quid de me fiet terra, & cinere? Ille in cælo tumuit: ego in ſterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite ſuperbiam, quàm in paupere dicat? Væ mihi. Si tam dure in potente illo animaduerſum eſt, quid de me exiguo, & miſero, & ſuperbo? Bernardus etiam loquens de ſponſa Eccleſia, *(Idẽ ſer. 14 ſuper Cãt.)* quæ poſt multa peccata venit ad Dominum, nam de gentibus collecta, quæ B idola colebat, quod eidem de Synagoga improperabatur: ſic in ſuam vtilitatem torquet, dicens: Ipſa *(Luc. 7.)* eſt cui plus dimiſſum eſt, & quæ plus diligit, quod æmula improperat ei ad conuitium, hoc ſibi ipſa inflectit ad commodum. Inde manſuetior ad correptionem, inde patientior ad laborem, inde ardentior ad amorem, inde ſagacior ad cautelam, inde humilior pro conſcientia, inde acceptior pro verecundia, inde ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionem deuotior, ac ſolicitior. Hucuſque Bernardus. Vide quo modo ſpiritualiter viuentes, omnia interpretantur in bonam partem, & de omni- C bus lucrum faciunt. Sis ergo ſpiritualis, & omnia tibi cedent in bonum. Et valet huiuſmodi conſideratio, etiam ad tolerantiam tribulationum, & tentationum, & animi quietem. Nam per huiuſmodi continuum exercitium, ad tantam tranquillitatem animi quis poſſet peruenire, quòd vix, & raro de aliqua return returbaretur, vel haberet locum in eo quod ait ſapiens: Non contriſtabit iuſtum, quidquid ei *(Prou. 12. c)* acciderit.

Quo modo diſcipuli Chriſti vellebant ſpicas. Item de paupertate. Cap. XLIV.

D Diſcipuli Domini Ieſu quadam die ſabbati eſurientes, *(Matt. 12. a)* cum nec haberent vnde procurarent quod comederent, ibant per agros, in quibus erant ſegetes, & vellebant ſpicas, fricabant manibus & comedebant. Reprehendebantur autem a Phariſæis dicentibus, hoc non licere die ſabbati. Dominus defendebat eos, & multa talia faciebat Dominus in die ſabbati, vt dixi ſupra de habente manum aridam ſanato. Tu autem diſcipulos intuere, & compatere eis in tanta neceſſitate conſtitutis, quamuis ipſi gaudentes hoc facerent ob paupertatis amorem, quam an- E te omnes virtutes, & beatitudines commendauerat eis eorum magiſter, & Dominus. Quid tamen eſt cogitare principes mundi, præſente omnium conditore, ad tam tenuem paupertatem reductos, vt tali pabulo, more animalium oporteat ſuſtentari? Aſpiciebat eos Dominus, & compatiebatur eis, quia tenerrime diligebat eos: ſed nihilominus gaudebat, & tam propter eos quos in hoc multum mereri ſciebat, quàm propter nos, quibus relinquebat exemplum. In hoc enim exemplo, ad multas virtutes proficere poſſumus: nam hic mirabiliter paupertas relucet, pompa mundi contemnenda oſtenditur, ſumptuoſitas, & F ſaporoſa ciborum præparatio deſtruitur, & gulæ voracitas cum turpi ſua vnctuoſitate, & inſatiabili appetitu totaliter eneruatur. Tu ergo hoc animaduerte, & tanto exemplo, totis viſceribus eam amplectere, quæ ſic emicuit in Domino, & Domina matre ſua, & præfatis mundi principibus, & omnibus qui eorum exemplum perfecte imitari voluerunt. Sed attende de qua paupertate intelligere debes. Scio enim, quòd in monaſterio conſtituta, paupertatem profeſſa es, & nihil habere potes: de quo gratias age Deo tuo, & ipſam inuiolabiliter ſerua. Sed vlterius te aſcendere volo, quod tamen a profeſſione non diſcrepet, quinimmo profeſſio ipſa, ſine hoc intellecta verbalis eſſet, & vacua. Dico igitur de illa paupertate

quæ

Paupertas, quã profeſſa eſt virgo, qualis eſſe debeat.

quæ radicatur in corde, virtutes enim in anima collo- A candæ ſunt, non in exterioribus. Optime ergo profeſſionem paupertatis imitaris, ſi corde cõſentias. Nam ſi rerum penuriam exterius pateris, quia forte non abundas, vt ſenſualitas vellet, interius autem cupiditatem habeas, & plus quàm neceſſe ſit, deliberato animo appetas: non viuis in paupertate, ſed in egeſtate. Quia non eſt hæc paupertas virtuoſa, & meritoria, ſed egeſtas laborioſa & demeritoria. Sufficit enim ad perdendum meritum, & ad omne peccatum perpetrandũ concupiſcentia cum conſenſu. Et cum tali paupertate non credas te poſſe aſſurgere ad orationem, vel con- templationem, vel centupli conſequi retributionem. B Quando enim cor terrenarum cupiditatum pondere aggrauatum, ſurſum poſſet aſcendere? & quando ipſo luto & fæce coinquinatum, & terrenum, & groſſum effectum, ad Dei & cæleſtium puritatem poſſet appropinquare? Igitur corde diligas paupertatem, pro matre aſſume illam, placeat tibi decor eius, delecteris in ea, numquam prore aliqua ipſam lædere velis. Nihil habeas, & nihil omnino habere velis vltra neceſſitatẽ.

Paupertatẽ profitenti, quæ ſint neceſſaria.

Et ſi quæris quæ erit illa neceſſitas? Reſpondebo, quòd quanto intimius paupertatem dilexeris, tanto ſubti- C lius de neceſſitate iudicabis. Illa namque neceſſaria ſunt, ſine quibus eſſe non poſſumus. Vide ergo ea, ſine quibus eſſe commode potes, & illa nec habere, nec petere, nec procurare, nec a ſponte dantibus recipere velis. Nec tamen Dominum Ieſum perfecte in paupertate imitari poteris, quantumcumque te ſtrinxeris, nec video quòd noſtra paupertas ſuæ poſſit æquiparari, quantumcumque ſit a nobis totis conatibus obſeruata. Et hoc tibi breuiter oſtendo vna & pulchra ratione, omiſſis alijs quæ reddi poſſunt, ſcilicet quia Deus, & quia ditiſſimus, & Dominus omnium, & quia perfectiſſimus, & huiuſmodi: ſed eam rationem adduco, quia ipſe non ſolum penuriam paupertatis, ſed etiam eius opprobrium aſſumpſit. Nam noſtra pau- D pertas, quia voluntarie aſſumpta eſt, & pro amore Dei, virtuoſa reputatur, & eſt: & ideo non opprobrioſa, ſed honorifica reputatur, etiam apud malos. Ipſius vero non ſic: non enim cognoſcebatur, & neſciebatur, quòd voluntarie pauper eſſet, ſed neceſſaria paupertas patit opprobrium, & contemptum. Cum ergo eſſet abſque domo, & poſſeſſionibus, & omni huiuſmodi ſubſtantia, ſcientibus vniuerſis, magis habebatur contemptui. Huiuſmodi enim pauperes ab omnibus conculcantur, & ſi ſapientes ſunt, non creditur eis: ſi nobiles, nihilominus deridẽtur, & contemnuntur, immo quod plus eſt, & nobilitas, & ſapientia, & probitas, & E omnis virtus in reputatione hominum videtur in eis extincta. Deijciuntur enim quaſi ab omnibus, vt nec amicitiæ antiquæ, nec ſanguinis vincula proſint eis, vt plurimum, cũ omnes tales amicos, vel conſanguineos habere recuſent. Vides bene, quo modo nec eius paupertati æquiparari, nec eum imitari potes, in tam profundæ paupertatis, & humilitatis abiectione. Propterea non ſunt contemnendi pauperes mundi, qui ipſum Dominum repræſentant. Igitur deſiderabilis eſt multum hæc virtus paupertatis, & maxime a nobis qui eã promiſimus. Ipſam itaque propterea omni reuerentia,

Bern. ſer. 4 de Aduen. cir. fin.

& deuotione obſeruare curato. Si vero etiam vis Ber- F nardum audire, attende quid de ipſa loquitur: Imitemur quoad poſſumus eum, qui dilexit ſic paupertatẽ, vt quamuis in manu eius eſſent fines terræ, tamen non habuit vbi caput ſuum reclinaret: ita vt diſcipulos adhærentes ei, legamus fame compulſos, ſpicas manibus confricaſſe, cum per ſata tranſirent. Idem inquit: Cur ipſe Saluator cuius eſt aurum pariter, & argentum, ſacram in ſuo corpore dedicat paupertatem? Aut certe cur paupertas ipſa, tam ſolicite enarratur ab Angelo? Hoc, inquit, vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum. In ſignum poſita ſunt panni tui Domine Ieſu, ſed in ſignum cui a multis vſque hodie contradicetur. Exemplum dedit nobis, vt & nos ita faciamus.

Idẽ ſer. 4. Nat. Dom. nõ longe a princ.

Luc. 2.

A *Et poſt pauca:* Vtilior ſiquidem in conflictu lorica ferrea, quàm ſtola linea; licet oneri ſit illa, hæc honori. Idem: Vere magna abuſio, & nimis magna, vt diues velit eſſe vermiculus vilis, propter quem Deus maieſtatis, Dominus Sabaoth voluit eſſe pauper. Idem: Nõ paupertas virtus reputatur, ſed paupertatis amor. Idẽ: Amicitia pauperum, regum amicos conſtituit, amor paupertatis reges. Regnum cælorum denique pauperum eſt. *Et infra:* Beatus qui poſt illa non abijt, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant. Hucuſque Bernardus. Habes igitur Apoſtolorum exẽplo, & auctoritatibus Beati Bernardi prædictis, & alijs B poſitis ſupra, de natiuitate Domini, & de ſermone ipſius in monte, qualiter paupertatem, tamquam virtutẽ excellentiſſimam debes affectare. Sed de abſtinentia, & contra guloſitatem quid dicemus, quæ ſimiliter in hoc exemplo relucet? Et quidem de iſtis virtutibus tractare, præter principale propoſitum eſt, maxime propter multiplicitatem auctoritatum: ſed quia vtilitatem tuam conſidero, quæ in talibus nec experta es, nec apta doceri, nec in quibus legis habeas libros, ideo ſtudioſe tibi ſcribo de ipſis, vt ſaltem per hunc modum inno- C teſcat tibi virtutum natura, in quibus earum magiſtrũ, cuius vitam principaliter inquirimus, valeas imitari. Contra gulã igitur ſcire debes, multũ eſſe inſiſtẽdum, & bellum continuum eſſe, ſed omnino vitandã. Multũ quidẽ ſancti patres, & qui ſpiritualibus exercitijs dediti fuerunt, in hoc ſtuduerunt. Contra quam audi quid dicat Bernardus: Vnde hæc tanta puſillanimitas, & abiectio tã miſerabilis, vt egregia creatura capax æternę beatitudinis, & gloriæ magni Dei, vtpote cuius ſit inſpiratione condita, ſimilitudine inſignita, cruore redempta, fide dotata, ſpiritu adoptata, miſeram nõ erubeſcat, ſub putredine hac corporeorum ſenſuum gerere ſeruitutem? Merito plane, nec eos quidem apprehendere poteſt, quæ talem deſerens ſponſum, tales ſe- D quitur amatores. *Et paulo poſt:* Inſanus ſiquidem labor paſcere ſterilem, quæ non parit, & viduæ benefacere nolle; omittere curam cordis, & curam carnis, agere in deſiderio: impinguare cadauer putridũ, quod paulo poſt vermium eſca futurum, nullatenus dubitatur. Hucuſque Bernardus.

Idem ſer. 3 de Reſurr. parum a princ.

Idẽ ep. 100

Idẽ ep. 103

Idẽ ſer. ad cler. c. 18.

Habes igitur quomodo vitanda eſt guloſitas, ſed condeſcendere poſſumus corpori ad neceſſitatem ſuã, & ſanitatem. Vnde idem Bernardus ſic dicit: Sunt autem omnia bona corporis, & quæ ei ſolummodo debeamus, ſanitas. Nihil autem vltra ei dandum eſt, nihil quærendum, ſed hoc termino obligandum, & fir- E mandum eſt, cum fructus eius nullus ſit, & mors ſit finis illius. *Et paulo poſt:* Quod ſi voluptati ſeruitur, non ſanitati, hoc de natura nõ eſt, ſed ſub natura, quæ morti manus dat, cum magiſtram conſtituit voluptatem. Inde etiam eſt, quòd multi ad tam beſtiales impetus deſcenderunt, vel, vt dicam verius, ceciderunt, voluptatem præferant ſanitati, vel illis epulis ſæpiſſime voluptẽtur, quas ſciunt difficiles, & acutiſſimas ſubſequi paſſiones. Sicut autem corporis neceſſitas eſt ſanitas, ita cordis neceſſitas eſt puritas: quo turbato oculo nõ videbitur Deus: & cor humanum ad hoc factum eſt, vt ſuum videat creatorem. Si vero ſanitati corporis ſo- F licita eſt prouidenda cuſtodia, puritati cordis tãto eſt ſolicitior impendenda, quanto pars iſta dignior illa cõuincitur. Idem: Suſpitionem generat mihi obſeruatio iſta ciborum, verum tamen ſi de regula medicorũ hoc profers nobis, non reprehendimus curam carnis, quam nemo vmquam odio habuit. Huc vſque Bernardus. Hoc tamen faciendum non eſt ſuperſtitioſe, vel nimis curioſe, vel vltra, quàm expediat. Vnde quando non habemus actu impedimentum corporale, propter quod appetamus vel fugiamus ciborum obſeruantiã, illam tenere, ac phyſice viuere non debemus. Vnde idem Bernardus: Vides ne ſententia magiſtri mei carnis ſapientiam condemnari, per quam vtique, aut in luxum voluptas diſſoluitur, aut ipſa quoque valetudo

Idem ſer. de triplici gen. bon. & vigil. ſuper cogitat. an. med.

Idẽ ſer. 66. ſuper Cãt. cir. med.

Idẽ ſer. 30. ſuper Cãt. poſt med.

corporis

corporis, vltra quam oportet appetitur. *Et poſt*: Quid A vero prodeſt temperare a voluptatibus, & inueſtigandis diuerſitatibus complexionum, ciborumq. varietatibus exquirendis quotidianam expendere curam? Legumina, inquit, vẽtoſa ſunt, caſeus ſtomachum grauat, lac capiti nocet, potum aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriunt melãcholiam, cholerã autem porri accendunt, piſces de ſtagno, aut de lutoſa aqua meæ penitus complexioni non congruunt. Quale eſt hoc vt in tot fluuijs, agris, hortis, cellarijs ve, reperiri vix poſſit, quod comedas? Puto te quæſo monachum eſſe nõ medicum, nec de complexione iudicandum, ſed de profeſſione. Parce obſecro primum quieti tuæ, parce deinB de labori miniſtrantium, parce grauamini domus, parce conſcientiæ. Conſcientiæ dico, non tuæ, ſed alterius, illius videlicet qui prope te ſedens, & edens quod ſibi apponitur, de tuo ſingulari ieiunio murmurat. Scandalo quippe ei eſt, aut tua odioſa ſuperſtitio, aut duritia quam forte putat illius qui tibi habet prouidere. *Et infra*: Fruſtra quidem ſibi blandiuntur de exemplo Pauli hortantis diſcipulum non bibere aquam, ſed
1.Tim.5.d modico vti vino propter ſtomachum, & frequentes ſuas infirmitates. Qui attendere debent primum quidem Apoſtolum minime ſibi ipſi rem iſtiuſmodi ſuadere, ſed neque diſcipulum æque expeteret ſibi. DeinC de non monacho hoc intimari, ſed Epiſcopo, cuius vita teneræ, & adhuc naſcenti Eccleſiæ per neceſſaria eſſet. Timotheus hic erat. Da mihi alterum Timotheũ, & ciba etiam ſi vis auro, & pota balſamo. Ceterum tu tibimetipſi diſpenſas miſertus tui. Suſpecta eſt mihi fateor tuæ ipſius vitæ diſpenſatio, & vereor tibi illudi ſub tegmine, & nomine diſcretionis a carnis prudentia. Id te ſaltem volo eſſe admonitum, vt ſi tibi auctoritas Apoſtoli placet de bibendo vino; modico, quod ille adiunxit, non prætermittas. Huc vſque Bernardus. Habes igitur ex prædictis auctoritatibus, ſanitati corporis poſſe intendi, ſed a ſuperſtitioſa obſeruatioD ne ciborum cauendum.

Sed quid de abſtinentia? Audi non me, ſed Ber-
Idem ſer.3 de Aſcenſ. Dom. poſt med. nardum eundem, qui ſic dicit: Non enim ſpiritus, & caro, ignis, & tepiditas in vno domicilio commorantur: præſertim cum tepiditas ipſi Domino ſoleat vomitum prouocare. Si enim Apoſtoli, carni adhuc Dominicæ adhærentes, quæ ſola ſancta, quia ſancti Sanctorum erat, Spiritu ſancto repleri nequierunt, donec tolleretur ab eis; tu carni tuæ quæ ſordida eſt, & diuerſarum ſpurcitiarum phantaſijs repleta, aſtrictus & conglutinatus illum meraciſſimum Spiritum te poſſe putas ſuſcipere, niſi iſtis carnalibus conſolationibus E funditus renunciare tentaueris? Reuera cum inceperis, triſtitia implebit cor tuum: ſed ſi perſeueraueris, triſtitia conuertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus, voluntas renouabitur, vel noua creabitur: vt omnia quæ prius difficilia, immo impoſſibilia videbãtur, cum multa percurrantur dulcedine, & aui-
Idẽ ſer.66 ſuper Cãt. ante med. ditate. Idem: Non redarguimus Paulum, quòd caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, abſtinendo a vino: quia in vino luxuria eſt. Aut ſi modico infir-
1.Cor.9.e mus vtatur, iuxta conſilium Apoſtoli, abſtinebo a carnibus, ne dum nimis nutriam carnem, ſimul & carnis
Eph.5.d nutriam vitia. Panem ipſum cum menſura ſtudebo ſu- F mere, ne onerato ventre ſtare ad orandum tædeat, &
Hier.44. ne improperet etiam mihi Propheta, quòd panem meum comederim in ſaturitate. Sed nec ſimplici quidem aqua ingurgitare me aſſueſcam, ne diſtenſio ſane ventris vſque ad titillationem pertingat libidinis. Idẽ:
Idem ep.1 ad Robert. poſt med. Vinum & ſimilia, mulſum, & pinguia, corpori militant, non ſpiritui, frixuris non anima ſaginatur, ſed caro. Piper, zinziber, ciminum, ſaluia, & mille huiuſmodi ſpecies ſalſamentorum, palatum quidem delectant, ſed libidinem accendunt. Prudenter ſobrieq. conuerſanti, ſatis eſt ad omnem condimentum, ſal cum pane, & fame, qua ſola non expectata neceſſe eſt alias atque alias, de neſcio quibus ſuccis extraneis confici

A permixtiones, quæ videlicet palatum reparent, gulam prouocent, & excitent appetitum. Idem: Vbi cœ- *Idẽ ep. ad frat. de mõte Dei. de vi. ſolit. lõge ſatis an. med.* perit ſpiritus reformari ad imaginem conditoris ſui, mox etiam refloreſcens caro, ex voluntate ſua incipit ad reformationem ſpiritus reformari. Nam & contra ſenſum ſuum incipit eam delectare, quidquid delectat ſpiritum. Inſuper & pro multiplici defectu ſuo, ex pœna peccati multipliciter ſitiens ad Deum, nonnumquam etiam contendit præcedere rectorem ſuum. Delectationes enim non perdimus, ſed mutamus a corpore ad animam, a ſenſibus ad conſcientiam. Panis furfureus, & ſimplex aqua, olera vel legumina ſim-
B plicia, nequaquam res delectabiles ſunt: ſed in amore Chriſti & internæ delectationis deſiderio, ventri bene morigerato, gratanter ex his ſatisfacere poſſe, valde delectabile eſt. Quot millia pauperum ex his, vel ex aliquo horum delectabiliter ſatisfaciunt naturæ? Facillimum quippe, & delectabile eſſet, adiuncto Dei amoris condimento, ſecundum naturam viuere, ſi inſania noſtra nos viuere permitteret, qua ſanata, ſtatim arridet naturalibus natura. Eodem modo & de labore ruſtici duros habet neruos, fortes lacertos: exercitatio hoc facit. Si in eo ſuum tempore inoleſcit. Voluntas facit vſum: vſus exercitium: exercitium in om-
C ni labore vires ſubminiſtrat. Huc vſque Bernardus. Ex his auctoritatibus conſtat aperte, abſtinẽtiam plurimum commendabilem omnino eſſe faciendam. Eam namque tam antiqui patres, quàm Beatus Franciſcus, ac dilecta tua Beata Clara, vt in eorum vita patet, arctiſſime ſeruauerunt. Videtur tamen ſecundum eundem Bernardum in tribus caſibus abſtinentia tẽperanda. Primus cum fieret contra voluntatem prælati: hoc *Ber. ſer.19 ſuper Cãt. poſt med. in ſenſu.* enim nullo modo fieri debet. Secundus quando fieret cum notabili ſcandalo ſociorum; magis enim confert ad exercitium ſpirituale ex charitate vti vita communi, quàm ex ſcandalo fratris, ſupra vitam communem
D ſpiritualem abſtinentiam exhibere. Tertius caſus eſt, quando fieret vltra corporis poſſibilitatem: nam indiſcreta abſtinentia, non virtutis, ſed vitij eſſe perhibetur. Vnde de his ſic dicit Bernardus: Non vultis eſſe *Bern. ibidẽ.* communi contenti vita. Non ſufficit vobis regulare ieiunium, non ſolemnes vigiliæ, non impoſita diſciplina, non menſura quam vobis partimur in veſtimentis, & alimentis; priuata præfertis communibus. Qui veſtri curam ſemel nobis credidiſtis, quid ruſum de vobis nos intromittitis? Nam illam, qua toties Dominum conſcientijs veſtris teſtibus offendiſtis, propriam, ſcilicet voluntatem veſtram, ecce nunc iterum magi-
E ſtram habetis, non me. Illa vos naturæ docet non parere, rationi non acquieſcere, non obtemperare ſeniorum conſilio vel exemplo, non obedire nobis. *Et infra*: An neſcitis, quia angelus Satanæ multoties tranſ- *2.Cor.11.d* figurat ſe in Angelum lucis? Sapientia eſt Deus, & vult ſe amari, non ſolum dulciter, ſed ſapienter. Vnde Apoſtolus: Rationabile, inquit, ſit obſequium ve- *Rom.12.a* ſtrum. Alioquin facillime zelo tuo ſpiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas, nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſit vt incaute, & non cum ratione ambuletur. Idem: Videas proh pudor, *Idẽ ſer.33. ſuper Cãt. poſt med.*
F illos importune ſuperflua quæritare, qui prius neceſſaria obſtinatiſſime recuſabant. Quamquam ſi qui in ſua forte inuicti obſtinatione perdurant, indiſcretius abſtinentes, & ſingularitate notabili conturbantes eos, cum quibus habitare debent vnius moris in domo, haud ſcio ſane, an ſe æſtiment pietatem retinere, cum huiuſmodi mihi videantur & longius abieciſſe. Nam ſapientes, qui in oculis ſuis decreuerunt, apud ſe, nec conſilio acquieſcere, nec præcepto, videant quid reſpondeant, non mihi, ſed dicenti, quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idola- *1.Reg.15.e* triæ nolle acquieſcere. Præmiſerat autem, quia melior eſt obedientia, quàm victima, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, id eſt abſtinentiam.

conti-

Idē ſer.64. ſuper Cāt. an. med. contumacium. Idem: Quid illud quòd nos quoque toties in domo iſta & tam grauiter inquietat, notabilem loquor quorūdam qui inter nos ſunt ſuperſtitioſamq. abſtinentiam, ex qua ſe omnibus, ſibiq. omnes moleſtos reddunt? Quo modo non hæc ipſa diſcordia tam generalis, & ſuæ illius cōſcientiæ diſſipatio eſt, & quòd in ipſo eſt grandis vineæ huius, quam plantauit dextera Domini, noſtræ, ſcilicet omnium vnanimitatis de-
Matt.26.b molitio? Væ homini per quem ſcandalum venit. Qui ſcandalizauerit, inquit, vnum de his puſillis, dutum eſt quod ſequitur. quantu duriora meretur, qui tantam, & tam ſanctam multitudinem ſcandalizat? Duriſſimū
Idem ſer.5 de circ. Domini. circa fin. B prorſus iudicium portabit, quicùmque eſt ille. Idem: Illis qui ad deuotionis gratiam perueniunt, vnum dicitur reſtare periculum, & omnino timendum eis a dæmonio meridiano. Ipſe enim ſatanas transfigurat
2.Cor.11.d ſe in Angelum lucis. Hoc eſt ergo timendum ei, qui tanta delectatione omnia facit: ne dum ſequitur affectionem, corpus deſtruat per immoderatam exercitationem, ac deinde neceſſe habeat non ſine magno ſpiritualis exercitij detrimento, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat, qui currit, illuminari neceſſe eſt lumine diſcretionis, quæ vtique
C *Diſcretio mater virtutum.* mater eſt virtutum, & conſummatio perfectionis. Hæc nimirum docet, ne quid nimis, vel minus fiat. Atque hæc eſt octaua dies, in quo circumciditur puer: quia diſcretio vera circumcidit vt nec plus, nec minus fiat. Nam & qui nimius eſt, fructum boni operis abſcindit, non circumcidit: ſicut qui tepidus eſt, minus facit. In hac igitur die nomen imponitur, & nomen ſalutis: nec de eo qui ſic conuerſatur dubitem dicere, quòd ſuam ipſius ſalutem operetur. Vſque ad hunc enim diem dicere poſſunt Angeli, qui nouerunt ſecreta cæleſtia, ſed ego nunc primum ei fiducialiter nomen ſalutis impono. At vero, quia omnino rara iſta auis eſt in terris, huius diſcretionis locum in vobis fratres, ſuppleat virtus obedientiæ, vt nihil plus, nihil minus, ni-
D *Idē ep. ad ad frat. de Monte Dei. de vi. ſolit. cir. med.* hil aliter quàm imperatum ſit, faciatis. Idem: Sunt corporis exercitia in quibus neceſſe eſt corpus laborare: ſicut ſunt vigiliæ & huiuſmodi, quæ quidem ſpiritualia non impediunt, ſed adiuuant, ſi cum ratione & diſcretione fiant. Quæ ſi ea in diſcretionis vitio ſic agantur, vt vel deficiente ſpiritu, vel languente corpore ſpiritualia impediantur: qui ſic eſt, corpori ſuo tulit bonum effectum, ſpiritui affectum, proximo exemplum, Deo honorem, ſacrilegus eſt, & omnium horum in Deum reus. Non quòd ſecundum ſenſum Apoſtoli non videatur etiam humanum hoc, & non deceat, E & non iuſtum ſit caput aliquando dolere in ſeruitio Dei, quod olim ſæpe vſque ad dolorem laborauit in vanitate ſæculi: eſurire ventrem vſque ad rugitum, qui ſæpe repletus eſt vſque ad vomitum. ſed modus in omnibus eſt habendus. Affligendum eſt corpus aliquan-
1.Tim.4.b do, ſed non conterendum. Nam etiam corporalis exercitatio ad modicum quidem valet, & pietas ad omnia vtilis eſt: propter quod modicum hoc eſt, non in concupiſcentijs, ſed tamen cura eſt carnis agenda, agenda vero eſt ſobrie, & cum quadam ſpirituali diſciplina: vt neque in modo, neque in qualitate eius, neque in quantitate appareat aliquid, quòd non deceat ſeruum Dei. Huc vſque Bernardus.

F Sed vt virtus diſcretionis tibi melius innoteſcat, audi breuiter quid de ipſius commendatione dicat idem
Idē ſer.23. ſuper Cāt. cir. med. Bernardus: Virtus ſiquidem diſcretionis abſque feruore charitatis iacet, & feruor vehemēs abſque diſcretionis temperamēto præcipitat. Ideoque laudabilis cui neutrum deeſt, quatenus & feruor diſcretionem eri-
Idē ſer.49. ſuper Cāt. cir. med. gat, & diſcretio feruorem regat. Idem: Diſcretio quidem virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, & decorem etiam, & perpetuitatem. Denique ait: Or-
Pſ.118.m dinatione tua perſeuerat dies, diem virtutem appellans. Eſt igitur diſcretio non tam virtus quàm quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixq. affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus

A vitium erit, ipſaq. affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, exterminiumq. naturæ. Huc vſque Bernardus. Habuiſti igitur ex prædictis, quomodo in hoc diſcipulorum exemplo deſtruitur ſuperfluitas, & guloſitas. Sed quo modo pompa mundi etiā deſtruatur nundum tibi dixi: quod tamen proſequi non intendo, ſed nec ea toto omittens. Sed hoc dicere ſufficere puto ad præſens: quòd hoc exemplo renouata videtur primæ ætatis beata ſimplicitas, in qua erant homines contenti fructibus arborum, & radicibus herbarum, & ſimplici aqua. Si igitur ſic hodie fieret, non indigeremus molendinis, nec clibanis, nec B vtenſilibus, & apparatu rerum, nec ſuppellectili varia & pompoſa, in quibus humanum genus eſt inextricabiliter intricatum.

FERIA QVINTA.

De miniſterio Marthæ & Mariæ. Item de ordine contemplationis, & quod duas habet partes.
Cap. XLV.

C CVM quadam vice Dominus Ieſus iret Bethaniam ad domum Marthę & Mariæ, ipſæ toto affectu diligentes eum, reuerenter ac multum alacriter ſuſceperunt eundem. Et Martha quidem ſoror Mariæ ſe incontinenti parauit, ad refectionem honorabilem ei, & diſcipulis procurandam. Maria vero ad pedes Domini ſe poſuit. Et cum Dominus nolēs exiſtere otioſus, more ſuo loqueretur verba vitæ æternæ, ipſa oculis, & auribus in eum intenta, iucundabatur in verbis ſuis, vltra quam dici poſſit: nec quidquam aliud cogitabat. Martha vero moleſte hoc tulit, & eam compelli a Domino ad laborandum ſecum in miniſterio poſtulauit, ſed contrariā ſen- *Luc. 10.g*
D tentiam reportauit, & Mariam optimam partem elegiſſe audiuit. Maria vero quæ verbis Dei quieſcebat, ad clamorem ſororis, quaſi a ſomno euigilans, de quiete ſua timuit, & facie inclinata in terram ſiluit. Sed poſt Domini reſponſionem ſecurius, & iucundius ſedit. Deinde parata refectione, & Domino ceſſante loqui, continuo ſurgit, aquam manibus eius parat, & deinceps eidem ſemper aſſiſtens, fideliſſime ſeruit. Conſpice bene Dominum ingredientem, & illas ipſum lætiſſime ſuſcipientes, & deinceps alia in prædictis eorum actibus, quia pulcherrima ſunt.

Scire autē debes, quòd per iſtas duas ſorores, dicunt *Per Marthā & Mariam due vitę intelliguntur*
E ſancti duplicem vitam intelligi, ſcilicet actiuam, & contemplatiuā. De quibus tractare longa materia eſt. Sed quia tibi expedire credo, non longum tractatum habere, tamen tibi aliqua inde ſcribam, tum quia beatus Bernardus in diuerſis locis ipſum copioſiſſime tractat: tum quia vtiliſſimus, ſpirituáliſſimus, ac valde neceſſarius eſt. Nam ſecundum prædictam duplicem vitam continue viuimus, & qualiter nos viuere oportet ignoramus frequēter: quod eſt magnum periculum, & iactura non leuis, præcipue religioſam vitam gerentibus. Eſt igitur vita actiua quæ deſignatur per Marthā. Sed actiuæ vitæ ſicut ex dictis Bernardi colligere poſ-
F ſum, duæ ſunt partes. Prima pars qua quis ſe exercet ad ſuam principaliter vtilitatem corrigendo ſe, emendando a vitijs, & informando virtutibus. Et id idem ſecundario ſit ad vtilitatem etiam proximi per opera iuſtitiæ, & obſequia pietatis, & charitatis. Secunda pars eius eſt, quo modo quis principaliter ſuum exercitium confert in vtilitatem proximi, quamuis ad ſuum etiam maius meritum vt alios regendo, docendo, & adiuuando in animarum ſalutem, vt faciunt prælati, & prædicatores, & huiuſmodi. & inter has duas partes vitę actiuæ eſt vita contemplatiua, vt iſte ſit ordo, quòd primo quis ſe exerceat, & laboret in oratione, & ſacrarum ſtudio litterarum, & alijs operibus bonis, & obſequijs in conuerſatione, quaſi corrigendo ſe a vitijs, & acquirendo

rendo virtutes. Secundo quieſcat in contemplatione, ſolitudinem mentis quærens, & ſoli Deo vacans toto poſſe. Tertio per prædicta duo exercitia, virtutibus, & vera ſapientia imbutus & illuminatus, & feruidus effectus, ad aliorum ſalutem intendat. Primo igitur, vt tetigi, oportet, quod in prima actiuæ parte, mens expurgetur, depuretur, & roboretur per exercitia virtutum: deinde in contemplatiua informetur, illuminetur, & inſtruatur: poſtea confidenter poteſt ad aliorum profectus exire, vt eos poſſit adiuuare. Quod autem iſte ſit ordo rectus, iſtis auctoritatibus probatur, & primo, quod prima pars actiuæ præcedat contemplatiuam.

Actiua precedit contemplatiuam. *Cap. XLVI.*

[*Bern. Ser. 5. de Aſſump. Virg. ante med.*] Dicit enim Bernardus: Intrante Ieſu in hoc caſtellum, duæ ſorores Martha & Maria, id eſt operatio & intellectus exceperunt illum. Ieſus autem cum ad illas venit, duo confert congruentia ſingulis, virtutem, & ſapientiam: virtutem operationi, ſapientiam intellectui. Vnde & ab Apoſtolis prædicatur [*1. Cor. 1.d*] Dei virtus, & Dei ſapientia. Sed quid eſt quod intrantem eum Martha excipit, diſcurrit, & miniſtrat? Maria vero ſecus pedes ſedens ingreſſi, in eius verbum cor ſuſpendit, niſi quia prius eſt actio, poſtea vero contemplatio? Quiſquis enim ad intelligentiam peruenire deſiderat, profecto neceſſe eſt, vt prius per opera bona ſe diligenter exerceat, ſicut ſcriptum [*Eccli. 1.d*] eſt: Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, [*Pſal. 118.n*] & Deus præbebit illam tibi. Et alibi: A mandatis tuis [*Act. 15.c*] intellexi. Et: Fide purgans corda eorum. Qua fide? Fi- [*Idem Ser. 46. ſuper Cant. circa med.*] de per dilectionem operante. Idem: En forte appetis & ipſe contemplationis quietem: & bene facis, tantum ne obliuiſcaris flores, quibus lectulum ſponſæ legis ſparſum. Ergo cura & tu tuum ſimiliter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tamquam flore fructuum ſanctum otium præuenire. Alioquin delicato ſatis otio dormitare voles, ſi non exercitatus quieſcere appetas, & Liæ fecunditate neglecta, ſolis cupias Rachel amplexibus oblectari. Sed & præpoſterus ordo eſt ante meritum exigere præmium, & ante laborem ſumere cibum, cum [*2. The. 3.c*] dicat Apoſtolus: Qui non laborat, non manducet. [*Pſal. 118.n*] A mandatis tuis intellexi, inquit, vt ſcias niſi propter obedientiæ mandatorum contemplationis guſtum penitus nemini deberi. Non igitur putes de proprio amore quietis, ſanctæ obedientiæ actibus, ſeniorum ve traditionibus præiudicium vllatenus faciendum. Alioquin non dormiet tecum ſponſus in lectulo tuo: illo, præſertim quem tibi pro obedientiæ floribus, cicutis ac vrticis inobedientiæ aſperſiſti, propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatoſq. non veniet. Nec enim dabit inobedienti copiam ſui tantus obedientiæ amator, qui mori quàm non obedire maluerit. Sed neque approbat tuæ contemplationis inane [*Hier. 6.c*] otium, qui dicit per prophetam: Laboraui ſuſtinens, ſignans tempus quo caruit cælo, & patria ſummæ quietis, operatus eſt ſalutem in medio terræ. *Et paulo poſt:* Miror valde impudentiam aliquorum, qui inter nos ſunt, & qui cum omnes nos ſua ſingularitate turbauerint, ſua impatientia irritauerint, ſua inobedientia coinquinauerint: audent nihilominus ad tam fœdum concupiſcentiæ ſuæ lectulum, omni orationum [*Iſa. 1.b*] inſtantia totius puritatis Dominum inuocare. At cum extenderitis, ait, manus veſtras, auertam oculos meos, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Quid enim lectulus non eſt floridus, magis autem & putidus eſt, & tu illuc regem gloriæ trahis? Ad pauſandum hoc facis, an ad cauſandum? *Et infra:* Perge ergo tu tota die expandere ad Deum tuum manus tuas, qui fratres tota die moleſtas, vnanimitatem impugnas, ab vnitate te ſeparas. Et quid vis me facere, inquit? Profecto vt primo quidem emundes conſcientiam ab omni inquinamento iræ, & diſceptationis, & murmuris, & liuoris, & quidquid omnino aduerſari cognoſcitur, aut paci fratrum, aut obedientiæ ſeniorum, de cordis habitaculo eliminare feſtines. Deinde etiam circumdare tibi flores bonorum quorumcumque actuum, & laudabilium ſtudiorum, atque odoramenta virtutum, id eſt quæcumque ſunt vera, quæcumque iuſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ. Hæc cogitare, in his te exercere curato. Ad iſtiuſmodi ſecure vocabis ſponſum, quoniam cum introduxeris eum, veraciter dicere poteris, & tu: Quia lectulus noſter floridus, ſed redolente nimirum conſcientia pietatem, ſed pacem, ſed manſuetudinem, ſed iuſtitiam, ſed obedientiam, ſed hilaritatem, ſed humilitatem. Hæc Bernardus. Ex prædictis apparet, quomodo pars actiuæ quam vocauit primam, præcedit contemplatiuam.

De oratione. Item ſeptem que precedunt bonum doctorem. *Cap. XLVII.*

Sequitur videre, qualiter contemplatiua præcedit actiuam in ſecunda parte ipſius, & ſic contemplatiua ſtat in medio inter ipſas duas partes actiuæ. Dicit igitur Bernardus: Sane cauendum eſt, aut da- [*Bern. Ser. 18. ſuper Cant. non longe a prin.*] re quod nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus retinere. Rem profecto Chriſti retines tibi, ſi, verbi cauſa, plenus virtutibus cum ſis, fortiſq. nihilominus donis ſcientiæ, & eloquentiæ adornatus, metu forte, aut ſegnitie, aut minus diſcreta humilitate verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis, inutili, immo damnabili ligas ſilentio, certe maledictus, quòd frumenta abſcondis in populis. Rurſum quod tuum eſt ſpargis, & perdis ſi priuſquam infundaris, tu totus ſemiplenus feſtinas effundere, contra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum [*Deut. 15.b*] tondens. Nimirum vita, atque ſalute, quam alteri das, te fraudas, dum ſana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & letali apoſtemate turgens, interis. Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic ſiquidem pene ſimul recipit, & refundit: illa vero donec impleatur expectat, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictum, qui partem ſuam fecit deteriorem. *Et infra:* Ceterum tu frater, cui firma ſatis propria ſalus nondum eſt, cui charitas adhuc aut nulla eſt, aut adeo tenera, aut arundinea, quòd omni flatui cedat, omni credat ſpiritui, omni circumferatur doctrinæ vento: immo cui tanta eſt charitas, & vltra mandatum, quidem diligas proximum tuum plus quam teipſum, & rurſum tantulla, vt contra mandatum fauore liqueſcat, pauore deficiat, perturbetur triſtitia, auaritia contrahatur, protrahatur ſuſpitione, ambitionibus inquietetur, conuitijs exagitetur, curis euiſceretur, honoribus tumeat, liuore tabeſcat: tu, inquam, in proprijs teipſum ſentiens, quanam dementia quæſo, aliena curare, aut ambis aut acquieſcis? Sed audi quid conſulat cauta, vigilq. charitas. Non vt alijs, inquit, ſit remiſſio, [*2. Cor. 8.c*] vobis autẽ tribulatio, ſed ex æqualitate. Noli nimium [*Eccleſ. 7.c*] eſſe iuſtus. Sufficit vt diligas proximum tuum tam- [*Rom. 13.*] quam teipſum: hoc quippe eſt ex æqualitate. *Et infra:* Implere prius, & ſic curato effundere. Benigna prudenſq. charitas affluere conſueuit, non effluere. Fili [*Prou. 3.c*] mi ne pereffluas, ait Salomon. Et Apoſtolus: Propterea, inquit, debemus intendere his quæ dicuntur, ne [*Hebr. 2.a*] forte pereffluamus. Quid enim tunc Paulo ſanctior? ſapientior Salomone? *Et poſt pauca.* Sed iam audite quę & quanta ſaluti propriæ ſint neceſſaria, quæ & quanta infundi oporteat priuſquam effundere præſumamus. *Et poſt:* Accedit medicus ad vulneratum, ſpiritus ad animam. Quam enim non reperiat gladio diaboli vulneratam? *Et infra:* Quid ei primo opus eſt? Reuera vt tumor, vel vlcus quod forte ſupercreuit in

vulnere & poteſt impedire ſanitatem, ante omnia amputetur. Abſcindatur itaque ferro acuto compunctionis vlcus inueteratæ conſuetudinis. Sed eſt acerbus dolor. Leniatur proinde vnguento deuotionis, quod non eſt aliud, niſi concepta de ſpe indulgentiæ exultatio. Hanc continenti parit facultas, ex victoria de *Pſal.115.b* peccato, iam gratias agit, & dicit: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Deinde apponitur medicamentum pœnitentiæ, malagma ieiuniorum, vigiliarum, orationum, & ſi qua ſunt alia pœnitentium exercitia. In labore cibandus eſt cibo boni operis ne deficiat. Quod opus ſit cibus, inde doceris. *Ioan.4.b* Meus, inquit, cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Itaque comitentur pœnitentiæ labores *Tob.4.b* pietatis opera, quæ confortant. Magnam, ait, fiduciam præſtat apud altiſſimum eleemoſyna. Cibus ſitim excitat, potandus eſt. Accedat cibo boni operis, orationis potus, componens in ſtomacho conſcientiæ, quod bene geſtum eſt, & commendans Deo. Orando bibitur vinum lætificans cor hominis, vinum ſpiritus quod inebriat, & carnalium voluptatum infundit obliuionem, humectat interiora arentis conſcientiæ, eſcas bonorum actuum digerit, & deducit per quædam animæ membra fidem roborans, ſpem confortans, vegetans ordinanſq. charitatem, & impinguans mores. Sumpto cibo, potuq. quid reſtat, niſi vt pauſet ægrotus, & quieti contemplationis poſt ſudorem actionis incumbat? Dormiens in contem- *1.Cor.13.b* platione, ſomniat Dominum: Per ſpeculum ſiquidem in ænigmate, non autem facie ad faciem interim intuetur. Cum ſic non tam ſpectaui quàm coniectati, idq. raptim, & quaſi ſub quodam corruſcamine ſcintillæ tranſeuntis tenuiter via attacti inardeſcit amore, ait: Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus meus in præcordijs meis. Talis amor zelat, hic decet amicum, vel amorem ſponſi. Hinc *Mat.24.d* neceſſe eſt, quod ardeat fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, hic replet, hic feruet, hic ebullit, hic iam ſecurus effundit eaundans, & erumpens, & dicens: Quis infir- *2.Cor.11.g* matur & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? prædicet, fructificet, innouet ſigna, & immutet mirabilia. Non eſt quò ſe immiſceat va- *Rom.13.c* nitas, vbi totum occupat charitas. Siquidem plenitudo legis & cordis eſt charitas, ſi tamen plena. Deus denique charitas eſt, & nihil eſt in rebus quod poſſit replere creaturam factam ad imaginem Dei, niſi charitas Deus, qui ſolus maior eſt illa. Eam nondum adeptus, periculoſiſſime promouetur, quantumlibet *1.Cor.13.a* videatur alijs pollere virtutibus. Si habuerit omnem ſcientiam, ſi dederit omnem ſubſtantiam ſuam pauperibus, ſi tradiderit corpus ſuum, ita vt ardeat, abſque charitate, vacuus eſt, ait Paulus. En quanta prius infundenda ſunt, vt effundere audeamus. Primo quidem compunctio. Secundo deuotio. Tertio pœnitentiæ labor. Quarto pietatis opus. Quinto orationis ſtudium. Sexto contemplationis otium. Septimo plenitudo dilectionis. Hæc omnia operatur vnus, atque idem ſpiritus ſecundum operationem, quæ infuſio appellatur, quatenus illa, quæ effuſio dicta eſt, pure, & obhoc tute iam adminiſtretur, ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti. Idem: Hoc ſiquidem vera, *Idem Ser. 57. ſuper Cant. poſt med.* & caſta contemplatio habet, vt mentem quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo, & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligat, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſime intermittat. Et rurſum potita votis aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in idipſum, quanto ſe fructuoſius intermiſiſſe meminerit. Et iterum ſumpto contemplationis guſtu, valentius ad conquirenda lucra ſolita alacriter recurrat. Ceterũ inter has viciſſitudines plerumque mens fluctuat, metuens, & vehementer æſtuans, ne forte alteri horum dum ſuis affectionibus hinc inde diſtrahitur, A plus iuſto inhæreat, & ſic in vtroque, vel modicum a diuina deuiet voluntate. Et fortaſſis aliquid tale ſanctus Iob patiebatur, cum diceret: Si dormiero, *Iob.7.a* dico: Quando conſurgam, & rurſum expectabo veſperam? hoc eſt, & quietus, neglecti operis, & occupatus, perturbatæ nihilominus quietis me arguo. Vides virum ſanctum inter fructum operis, & ſomnum contemplationis grauiter æſtuare, & in bonis licet ſemper conuerſantem, ſemper tamen quaſi de malis pœnitentiam agere, & Dei cum gemitu momentis ſingulis inquirere voluntatem. Vnicum quippe in huiuſmodi remedium ſeu refugium oratio eſt, quia frequens gemitus ad Deum, vt quid quando, B & quatenus nos facere velit, aſſidue nobis demonſtrare dignetur. Hucuſque Bernardus. Patet igitur ex prædictis, quo modo duæ ſunt partes actiuæ vitæ, & quo modo inter eas eſt contemplatiua, & per conſequens de modo, & ordine ipſarum. Reſtat, vt de ipſis ſingulariter inſpiciamus. Sed de tertio membro, id eſt de ſecunda parte actiuæ, qualiter ad lucrum animarum & ad vtilitatem proximi ſit exeundum, non intendo tractare, quia tuus ſtatus hoc non requirit. Sufficit tibi in hoc totum ſtudium tuum ponere, vt vitijs emendata ac virtutibus imbuta, per primam partem actiuæ, Deo tuo vacare poſſis per C contemplationem.

De exercitio actiuæ vitæ. Cap. XLVIII.

DE ipſa ergo actiua quamuis in parte iam habueris, & maxime in Ser.46. Ber. ſuper Cant. Tamen adhuc alias eiuſdẽ Bernardi auctoritates adducam, vt cautius vitia fugere, ac plenius virtutes valeas adipiſci. Dicit itaque idem in eiſdem canticis: Seminate vobis *Bern. Ser. 37. ſuper Can. ante med.* ad iuſtitiam: metite ſpem vitæ, & tunc demum illuminate vobis, ait, lumen ſcientiæ. Vltimam poſuit D ſcientiam tamquam picturam, quæ ſtatum habere nequeat ſuper inane: & ideo illa duo præmiſit, & *Oſee.10.d* ſubiecit illi tamquam ſi ſolidum aliquid picturæ ſubſterneret. Securus iam intendam ſcientiæ, ſi vitæ prius per beneficium ſpei ſecuritatem accepero. Tu igitur ſeminaſti tibi ad iuſtitiam, ſi ex vera notitia tui euigilaſti timere Deum, teipſum humiliaſti, fudiſti lacrymas, eleemoſynas profudiſti, ceteriſq. pietatis actionibus mancipaſti, ſi ieiunijs, & vigilijs afflixiſti corpus, ſi pectus tunſionibus, cælos clamoribus fatigaſti. Hoc ſiquidem ſeminare eſt ad iuſtitiam. Semina ſunt bona opera, bona ſtudia, ſemina lacrymæ ſunt. Ibant enim, inquit, & flebant, mittentes *Pſal.125.a* E ſemina ſua. Idem in perſona ſponſæ loquentis ad ſo- *Idem Ser. 9. ſuper CÃ. non longe a prin.* dales ſponſi, & petentis oſculum, id eſt contemplationis exceſſum, ſic dicit: Si cura eſt ei vlla de me, Oſculetur me oſculo oris ſui. Non ſum ingrata ſed amo. *Et infra.* In gratia ipſius multis iam annis caſte ſobrieq. viuere curo, lectioni inſiſto, reſiſto vitijs, orationi incũbo frequenter, vigilo contra tentationes, recogito annos meos in amaritudine animæ meæ, ſine querela me arbitror quãtum in me eſt conuerſari inter fratres, ſuperioribus poteſtatibus ſubdita ſum, ſiue egrediens & regrediens ad imperium ſenioris. Aliena non cupio, F mea potius & me pariter dedi, in ſudore vultus mei comedo panem. Ceterum quod in his omnibus eſt totum conſtat de conſuetudine, de dulcedine nihil. *Et poſt pauca:* Mandata forſan vtcumque adimpleo, ſed anima mea ſicut terra ſine aqua in illis. Vt igitur holocauſtum meum pingue fiat, oſculetur me quæſo oſculo oris ſui. Idem: Tu quoque ſi donum quod deſuper *Idem Ser 62. ſuper Can. circa med.* accepiſti nobis cõtubernalibus tuis libenter impartiaris, ſi te exhibeas vbique inter nos officioſum, ſi affectuoſum, ſi gratum, ſi tractabilem, ſi humilem, teſtimoniũ habebis ab omnibus, quod fragres & ipſe vnguentis optimis. Omnis in nobis qui fraternas infirmitates tam corporum quàm animarum, non ſolum patienter ſupportat, ſed inſuper ſi licet ei, & ſi valet,

iuuat

iuuat obſequijs, confortat alloquijs, conſilijs informat. Si hoc non poteſt propter diſciplinam, ſolicitis ſaltem orationibus, ſolatiari non ceſſet infirmo. Omnis, inquam, qui talia operatur in nobis, bonum omnino ſpargat odorem inter fratres, odorem de vnguentis optimis, balſamum in ore. Huiuſmodi frater in congregatione monſtratur digito, dicunt de eo omnes: Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael. Hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate. Idem: Hi ſunt magiſtri, qui a magiſtro omnium vias vitæ plenius didicerunt, & docent nos vſque in hodiernum diem. Quid igitur docuerunt, vel docent nos ſancti Apoſtoli? Non piſcatoriam artem, nec ſcenofactoriam, vel quidquid huiuſmodi eſt, non Platonem legere, non Ariſtotelis verſutias inuerſare, non ſemper diſcere, & numquam ad veritatis ſcientiam peruenire. Docuerunt me viuere. Putas parua res ſit ſcire viuere? Magnum aliquid, immo maximum. Non viuit, qui ſuperbia inflatur, qui luxuria ſordidatur, qui ceteris inficitur peſtibus: quoniam non eſt hoc viuere, ſed vitam confundere, & appropinquare vſque ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto & mala pati & bona facere, & ſic perſeuerare vſque ad mortem. Dicitur vulgo: Qui bene ſe paſcit bene viuit. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, quoniam non bene viuit, niſi qui bonum facit. Arbitror autem, quod tu qui in congregatione es, bene viuis, ſi viuis ordinabiliter, ſociabiliter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, ſociabiliter alijs, humiliter Deo. Ordinabiliter, vt in conuerſatione tua ſolicitus ſis obſeruare vias tuas in conſpectu Domini, & in conſpectu proximi: cauens & tibi a peccato, & illi a ſcandalo. Sociabiliter vt ſtudeas amari, & amare, & blandum te, & affabilem exhibere, ſupportare non ſolum patienter, ſed & libenter infirmitates fratrum tuorum, tam morum, quàm corporum. Humiliter, vt cum hæc omnia feceris, ſpiritum vanitatis ſtudeas exufflare, qui ea huiuſmodi naſci ſolet: & quantumcumque illum ſenſeris, nega omnino conſenſum. Sic & in patiendo malum, quoniam triplex eſt, triplicem oportet adhibere prouidentiam. Eſt enim quod a te pateris, quod a proximo, quod a Deo. Primum eſt auſteritas pœnitentiæ. Secundum vexatio alienæ malitiæ. Tertium flagellum correptionis diuinæ. In eo quod a te pateris, debes voluntarie ſacrificare: quod a proximo, patienter ferre: quod a Deo, ſine murmuratione, & cum gratiarum actione ſuſtinere. Hucuſque Bernardus. Et hæc de exercitio primæ partis actiuæ ſufficiant ad præſens.

2. Mac. 15.

Idem Ser. 1. in feſto. SS. Pet. & Pau. circa med.

Triplici malos triplex prouidentia adhibenda.

De exercitio Vitæ contemplatiuæ. Cap. XLIX.

SEquitur vt de contemplatiua videamus. De qua ſic dicit Bernardus: Propterea dulciſſimus ſponſus læuam ſuam capiti ſponſæ ſuppoſuit, quatenus in ſinu eam quieſcere faceret, & dormire. Et nunc cuſtos illius dignatiſſime, & beneuolentiſſime vigilat ſuper eam, ne adoleſcentularum crebris minutiſq. neceſſitatibus inquietata vigilare cogatur. *Et infra*: Non me capio præ lætitia, quòd illa maieſtas tam familiari, dulciq. conſortio noſtræ ſeſe inclinare infirmitati minime dedignatur, & ſuperna deitas animæ exulantis inire connubia non deſpicit. Si ſic in cælo eſſe non ambigo, vt lego in terra, ſentit pro certo anima quod continet pagina, niſi quod non ſufficit omnino iſta exprimere, quantum capere illa tunc poterit, ſed nec quantum iam poteſt. Quid putas illic accipiet, quæ hic tanta familiaritate donatur, vel dotatur, vt Dei brachijs amplecti ſe ſentiat, & Dei ſinu foueri, Dei cura, cuſtodia, & ſtudio cuſtodiri, ne dormiens forte a quopiam, donec vltro euigilet, excitetur? *Et mox ſubdit*: Non eſt autem is ſponſæ ſomnus dormitio corporis. *Et poſt*: Magis autem iſtiuſmodi vitalis vigilq. ſopor, ſenſum interiorem

Bern. Ser. 52. ſuper Cant. ſatim a prin.

A illuminat, & morte propulſata, vitam tribuit ſempiternam. Reuera enim dormitio eſt, quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed abducat. Eſt & mors, quod non dubius dixerim, quoniam Apoſtolus quoſdam adhuc in carne viuentes, commendando ſic loquitur: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Proinde & ego & non abſurde ſponſæ ecſtaſim vocauerim mortem, quæ tamen non vita, ſed vitæ eripiatur laqueis, vt poſſit dicere: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Inter medios namque laqueos in hac vita inceditur: qui vtique toties non timentur, quoties ſancta aliqua,

Col. 3. a

Pſal. 123. a

B & vehementi cogitatione anima a ſemetipſa abripitur: ſi tamen eo vſque mente ſecedat, & auolet, & hunc communem tranſcendat vſum, & conſuetudinem cogitandi. Etenim fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Quid enim formidetur luxuria vbi nec vita ſentitur? Excedente quippe anima, & ſi non vita, certe vitæ ſenſu, neceſſe etiam eſt, vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadam laqueos mortis, vt non ſentiam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta, vel obſtupeſcam ad ſenſum libidinis, ad

Prou. 1. b

Pſal. 54. b

C æſtum auaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ ſtimulos, ad angores ſolicitudinum, & moleſtias curarum. Moriatur anima mea morte iuſtorum, vt nulla illaqueet iniuſtitia, nulla oblectet iniquitas. Bona mors quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius. Bona, qua non corpus cadit, ſed anima ſubleuatur. verum hæc hominum eſt. Sed anima mea moriatur morte etiam, ſi dici poteſt, Angelorum, vt præſentium memoriam excedens, rerum ſe inferiorum corporearumq. non modo cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitq. ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo. talia, vt opinor, exceſſus aut tan-

D tum aut maxime contemplatio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus viuendo non teneri humanæ virtutis eſt: corporum vero ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, Angelicæ puritatis eſt: vtrumque tamen diuini muneris, vtrumque excedere, vtrumque temetipſum tranſcendere eſt, ſed longe vnum, alterum non longe. Beatus qui dicere poteſt: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Non fuit contentus exire, niſi & longe ſe faceret, vt poſſet quieſcere. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minime iam obedias concupiſcentijs eius nec tenearis illecebris: proficiendo ſeparaſti te, ſed nondum elon-

Ibidem.

E gaſti, niſi & irruentia vndique phãtaſmata corporearum ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate præualeas. Hucuſque noli tibi promittere requiem. Erras, ſi citra inuenire te exiſtimas locum quietis, ſecretum ſolitudinis, luminis ſerenum, habitaculum pacis. Sed da mihi qui illuc venerit, & incunctanter fateor quieſcentem, qui merito dicat: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus bene fecit tibi. Atque hic vere in ſolitudine locus, & in lumine habitatio. *Et paulo poſt*: Puto ergo in ſolitudinẽ hãc exiſſe ſponſam, ibiq. præ amœnitate loci inter amplexus ſponſi ſuauiter obdormiſſe,

Pſal. 114. b

F id eſt ſpiritu exceſſiſſe, quando prohibitæ ſunt adoleſcentulæ expergefacere illam, quoad ipſa voluerit. At illud qualiter? Non ſimpliciter neque leui, vt aſſolet, commonitione prohibitæ ſunt, ſed omnino noua, & inſueta conteſtatione, per capreas, ſcilicet ceruoſq. camporum. Quo quidem genere ferarum videntur mihi ſatis congruenter expreſſæ, ſanctæ animæ exutæ corporibus, ſimul & qui cum Deo ſunt Angeli, nimirum propter acumen viſus, & ſaltus celeritatem. Vtrumque hoc ſiquidem vtriſque ſpiritibus conuenire cognoſcimus. Nam facile, & petunt ſumma, & intima penetrant. Quorum quoque in campis deſignata conuerſatio euidenter liberos, atque expeditos ſignificat in contemplatione diſcurſus. Quid

Can. 3. a

ſibi vult igitur adiuratio facta per iſtos? Profectò ne inquietæ adoleſcentulæ audeant leui ex cauſa euocare dilectam a tam reuerendo collegio, cui abſque dubio toties admiſcetur, quoties contemplando excedit. Pulchre itaque horum auctoritate terrentur, a quorum ſocietate conſtat euelli illam, ipſarum importunitate. Ponitur ſane in voluntate ipſius, & vacare ſibi, & curæ illarum intendere, prout oportere iudicauerit, cum vetatur excitari ab illis, quouſque ipſa velit. Nouit ſponſus quanta flagret dilectione erga proximos ſponſa: & ſatis propria charitate ſolicitari matrem de profectibus filiarum, nec ſe vllo pacto illis ſubtracturam ſeu denegaturam, quantum & quoties opus fuerit: proptereaq; ſecuræ diſcretionis eius credendam cenſuit hanc diſpenſationem. Hucuſque Bernardus.

De tribus generibus contemplationis.
Cap. L.

SCire autem debes contemplationis tria eſſe genera, duo principalia propter perfectos, tertium additur pro imperfectis. Duorum perfectorum, ſunt contemplatio maieſtatis Dei, & contemplatio cæleſtis curiæ. Tertium pro incipientibus, & imperfectis eſt contemplatio humanitatis Chriſti, quam in hoc libello tibi deſcribo. Et ideo ab hac tibi incipiendum eſt, ſi vis aſcendere ad maiora, alias non tam aſcendere quàm reuereri poſſes. Vide igitur quàm neceſſaria ſit tibi huius libelli doctrina. Numquam enim ad ſublimia Dei, mente eleuare te poſſe confidas, niſi in hac te diligenter, & longo tempore exerceas. Super hac autem materia dicit ſic Bernardus: Duo liquet contemplationis genera eſſe. Vnũ de ſtatu & felicitate, & gloria ciuitatis ſupernæ, quo vel actu, vel otio ingens illa cæleſtium ciuium occupata ſit multitudo: alterum de regis ipſius maieſtate, æternitate, & diuinitate. Illa in maceria, iſta in petra. Sed hæc quanto difficilius cauatur, tanto ſuauius, quòd inde eruis, ſapit. *Et infra*: Sed quia non ex omni ſe interim parte adhuc ad petram perforandam accedere Eccleſia poteſt, neque enim omnium eſt qui in Eccleſia ſunt ſacramenta diuinæ voluntatis inſpicere, aut apprehendere per ſemetipſos profunda Dei, ideo non ſolum in foraminibus petræ, ſed etiam in cauernis maceriæ habitare oſtenditur. Ergo in perfectis quidem qui rimari, & penetrare arcana ſapientiæ, & puritate conſcientiæ audent, & intelligentiæ acumine poſſunt, habitant in foraminibus petræ. De reliquo in cauerna maceriæ: vt qui in petra fodere per ſemetipſos, aut non ſufficiunt, aut non præſumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam ſanctorum mente intueri. Si cui nec hoc quidem poſſibile ſit, huic ſane propone Ieſum, & hunc crucifixum: vt & ipſe abſque ſuo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Iudæi in his laborauerunt, & ipſe in labores infidelium introibit, vt ſit fidelis. Nec verendum, quòd patiatur repulſam, qui vocatur vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abſconde te in foſſa humo a facie timoris Domini, & a gloria maieſtatis eius. Infirmæ adhuc, & inerti animæ foſſa oſtenditur humus, vbi lateat, donec conualeſcat, & proficiat: vt poſſit & ipſa per ſe cauare ſibi foramina in petra, per quæ intret ad interiora verbi, animi vtique vigore, & puritate. Et ſi intelleximus foſſam humum illam, quæ ait, Foderunt manus meas, & pedes meos, non erit ambigendum de ſanitate animæ vulneratæ, quæ in ea demorabitur. Quid enim eſt tam efficax ad curanda conſcientiæ vulnera, nec non ad purgandum mentis aciem, quàm Chriſti vulnerum ſedula meditatio? Verum donec purgata & ſanata perfectè fuerit, non videbo qualiter illi aptari poſſit, quòd dicitur: Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis. Quo modo denique

Bern. Ser. 62. ſuper Can. circa med.

Iſa. 2. b

Pſal. 21. d

Can. 2. d

A faciem ſuam oſtendere audet, vel leuare vocem cui & latere indicitur? Abſcondere, inquit, in foſſa humo. Quare? quia non eſt pulchra facie, nec digna vt videatur. Non erit digna videri, quamdiu non erit idonea videre. Cum autem per inhabitationem foſſæ humi in ſanando oculo interiori tantum profecerit, vt reuelata facie ſpeculari gloriam Dei, & ipſa poſſit: tunc demum quæ videbit fiducialiter iam loquitur voce, & facie placens. Placeat neceſſe eſt facies, quæ in Dei claritatem intendere poteſt. Neque enim illud poſſet niſi clara quoque ipſa eſſet & pura: vtique transformata in eandem, quam conſpicit, claritatis imaginem: alioquin ipſa diſſimilitudine reſiliret
B inſolito reuerberata fulgore. Ergo cum pura puram intueri poterit veritatem, tunc faciem ipſius ſponſus videre cupiet, conſequenter & vocem audire. Hucuſque Bernardus. Vides quàm neceſſaria ſit tibi vitæ Chriſti meditatio: nam vt ex auctoritate patet, niſi tu ea depaueris, numquam ad ſublimia Dei aſcendere poteris. Vnde vigilanter, & indeſinenter exercearis in ea. Vidiſti etiam quomodo tria ſunt genera contemplationis, ſcilicet humanitatis Chriſti, cæleſtis curiæ, ac maieſtatis diuinæ. Scire autem debes, quod in qualibet harum duo ſunt mentis exceſſus, intellectualis, & affectualis. De quibus ſic dicit Bernardus: Cum duo ſint beatæ contemplationis ex-
C ceſſus, in intellectu vnus, & alter in affectu: vnus in lumine, & alter in feruore: vnus in agnitione, alter in deuotione: pius ſane affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ deuotionis infuſio etiam & vehemens ſpiritus repletus zelo, non plane aliunde, quam ex cella vinaria reportantur. Hucuſque Bernardus, & in alijs, & in iſto.

Tria contemplationis genera.

Bern. Ser. 49. ſuper Can. circa med.

De contemplatione humanitatis Chriſti.
Cap. LI.

DIcit ergo circa hoc primum: Duo ſunt quæ in nobis purganda ſunt, ſcilicet intellectus, & affectus.
D Intellectus vt nouerit, affectus vt velit. *Et paulo ante*: Intellectus, dico, tunc deprimitur cum multa cogitat, cum non colligit ſe circa vnam & vnicam meditationem, quæ concipitur de ciuitate illa, cuius participatio eius in idipſum. *Et mox ſubdit*: Affectiones, vero quæ corpore corrupto diuerſis paſſionibus afficiuntur, mitigari numquam poſſunt, ne dicam ſanari, donec voluntas vnum quærat, & tendat ad vnum. *Et infra*: Sed Chriſtus intellectum illuminat, Chriſtus affectum purgat. Venit enim filius Dei, & tot, & tanta mirabilia in mundo operatus eſt, vt non immerito intellectum noſtrum ab omnibus mundanis rebus euocauerit, vt ſemper cogitemus, & numquam
E cogitare ſufficiamus, quia mirabilia fecit. Vere latiſſimos nobis ad ſpatiandum intelligentiæ campos dereliquit, & torrens iſtarum cogitationum profundiſſimus eſt. Quis enim cogitare ſufficiat, qualiter rerum Deus præuenerit nos, venerit ad nos, ſubuenerit nobis: & ſingularis maieſtas voluit mori vt viueremus, ſeruire vt regnaremus, exulare vt repatriaremus, & vſque ad ſeruiliſſima opera inclinari, vt conſtitueret nos ſuper omnia ſua. Idem: Vnde nobis in his tenebris veritas? Vnde charitas in hoc ſæculo nequam, in hoc mundo, qui totus poſitus eſt in mali-
F gno. Putas erit, qui intellectum illuminet, qui inflammet affectum. Erit, ſi conuertamur ad Chriſtum, vt velamen de cordibus auferatur. Idem: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Et ego fratres ab ineunte mea conuerſatione pro aceruo meritorum, quæ mihi deeſſe ſciebam, hunc mihi faſciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, collectum ex omnibus anxietatibus, & amaritudinibus Dei mei. Primum videlicet infantilium illarum neceſſitatum, deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in diſcurrendo,

Ber. Ser. 3. de Aſcenſ. Dom. non longe a prin.

Idem Ser. 6. de Aſcẽ. Dom. circa med.

Ser. 43. ſuper Cant. circa med.

vigiliarum

vigiliarum in orando, tentationum in ieiunando, lacrymarum in compatiendo, inſidiarum in colloquendo, poſtremo periculorum in falſis fratribus, conuitiorum, ſputorum, colaphorum, ſubſannationum, exprobrationum, clauorum, horumq; ſimilium, quæ in ſalutem noſtri generis ſilua euangelica copioſiſſime noſcitur protuliſſe. *Et infra*: Hæc meditari dixi ſapientiam, in his iuſtitiæ mihi perfectionem conſtitui, in his plenitudinem ſcientiæ, in his diuitias ſalutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus ſalutaris amaritudinis, ex his ſurſum ſuauis vnctio conſolationis. Hæc me erigunt in aduerſis, in proſperis reprimunt, & inter læta triſtiaq; vitæ præſentis via regia incedenti, tutum præbent vtrobique ducatum, hinc inde mala imminentia propulſando. Hæc mihi mundi iudicem conciliant, dum tremendum poteſtatibus mitem humilemq; figurant: dum non ſolum placabilem, ſed amicabilem repræſentant eum, qui inacceſſibilis eſt principibus, terribilis apud reges terræ. Propterea hæc mihi in ore frequenter ſicut vos ſcitis: hæc in corde ſemper, ſicut Deus ſcit: hæc ſtylo meo admodum familiaria ſicut apparet: hæc mea ſubtilior interiorq; philoſophia, ſcire Ieſum & hunc crucifixum. Hucuſque Bernardus. Et hæc de contemplatione humanitatis ſufficiant, quia totum hunc librum de ipſa habes. Scire tamen debes, quòd hanc contemplationem non oportet quòd præcedat vita actiua, quia de rebus corporalibus eſt, ſcilicet de actionibus Chriſti ſecundum humanitatem. Vnde tamquam familiarior non tantum perfectioribus, ſed etiam rudibus proponitur intuenda: tum quia in ea ſicut in actiua, & a vitijs purgamur, & virtutibus imbuimur, vnde hæc cum actiua concurrit. Cum igitur dicitur, quòd actiua debet præcedere contemplatiuam: verum eſt in alijs ſublimioribus ſuis generibus, ſcilicet cæleſtis curiæ & maieſtatis Dei, quæ tantum perfectis reſeruantur. Et ideo iſta de humanitate Chriſti rectius & proprius meditatio, quam contemplatio nominari debet. De prædictis autem duabus etiam per auctoritates Bernardi videamus.

De contemplatione cæleſtis curiæ. Cap. LII.

Bern. Ser. 62. ſuper Cant. ante med.

DIcit ergo de cæleſti curia contemplanda hoc modo: Licebit vnicuique noſtrum in hoc tempore mortalitatis, nunc quidem Patriarchas reuiſere, nunc vero ſalutare prophetas, nunc ſenatui immiſceri Apoſtolorum, nunc Martyrum inſeri choris: ſed & beatarum virtutum ſtatus, & manſiones a minimo Angelo, vſque ad Cherubim & Seraphim, tota mentis alacritate percurrendo luſtrare, prout quemque ſua deuotio feret. Apud quos magis afficietur immittente ſibi ſpiritu prout vult, ſi ſteterit & pulſauerit confeſtim aperietur ei. Idem: Felix cuius meditatio in conſpectu Domini eſt ſemper, qui in corde ſuo delectationes dexteræ Domini vſque in finem, ſedula cogitatione reuoluit. Quid illi graue poterit videri, qui ſemper tractat mente, quòd non ſint condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam? Quid concupiſcere poterit in hoc ſæculo nequam, cuius oculus ſemper videt bona Domini in terra viuentium, & ſemper videt æterna præmia? *Et poſt pauca*: Quis mihi tribuat, vt omnes ſurgentes ſtetis in excelſo & videatis exultationem, quæ ventura eſt nobis a Domino? *Et infra*: Quid enim iam bonum eſt, immo quid aliud bonum videtur, quàm in bonis animam demorari, quandoquidem adhuc corpus non poteſt? *Et mox ſubdit*: Quis enim ea vobis ſecum cogitans futuram illam vitam, ſcilicet lætitiam, iucunditatem, beatitudinem, & gloriam filiorum Dei: quis, inquam, talia, tranquilla ſecum conſcientia, volens, non continuo de plenitudine intimæ ſuauitatis eructat, Domine bonum eſt nos hic eſſe? Non ſane in hac ærumnoſa peregrinatione, vbi corpore detinetur, ſed in ſuaui ac ſalubri illa cogitatione, in qua corde verſatur. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcam? *Et poſt pauca*. Obſecro vos fratres mei, non grauentur corda veſtra in curis ſæcularibus: exonerate obſecro corda veſtra graui mole terrenarum cogitationum. *Et infra*: Formate in cordibus veſtris iam non modo Patriarcharum, & Prophetarum tabernacula, ſed omnes domos illius curiæ cæleſtis, & multiplices manſiones ſecundum eum qui circuibat, immolans in tabernaculo Domini hoſtiam vociferationis, & pſalmum illum dicens Domino: Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Circuite & vos fratres cum pietatis, & deuotionis hoſtia, viſitantes animo ſedes ſuperoas, & multas quæ in domo patris ſunt manſiones, humiliter proſternentes corda veſtra ante thronum Dei & agni cum reuerentia ſupplicantes ſingulis ordinibus angelorum; Patriarcharum numerum, cuneos prophetarum, ſenatum Apoſtolorum ſalutantes: conſpicientes coronas martyrum purpureis rutilantes floribus, & redolentes lilijs, choros virginum admirantes atque ad melliſluum noui cantici ſonum, quantum præualet infirmitas cordis erigentes auditum. Hæc recordatus ſum, Propheta loquitur, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. Hucuſque Bernardus. Et hæc de cæleſtis patriæ contemplatione ſufficiant.

Idem Ser. 4. de Aſſ. Dom. parũ poſt med. — *Rom. 8. d* — *Mat. 17. A* — *Pſal. 54. A* — *Pſal. 83. A* — *Pſal. 41. a*

De contemplatione maieſtatis Dei. Item quatuor ſunt genera contemplationis. Cap. LIII.

Bern. Ser. 41. ſuper Cant. circa med.

VEniamus autem ad ſublimiorem, ad quam credo paucos attingere, videlicet ad contemplationem Domini. Reuereamur tamen quæ dicit Bernardus, vt ab eo aliqualiter introducti tentemus, ſi quando Dominus dignetur aliquid gratum inde percipere. Dicit ergo loquens de ſodalibus ſponſi, id eſt Angelis dicentibus, Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Aurum diuinitatis eſt fulgor. Aurum ſapientia quæ de ſurſum eſt. Hoc auro fulgentia quædam, quaſi varietatis ſignacula ſpondent ſe figuraturos, hi quibus id miniſterij eſt, ſuperni aurifices, atque interius animi auribus inſerturos. Quod ego non puto eſſe aliud, quàm texere quaſdam ſpirituales ſimilitudines, & in ipſis puriſſima diuinæ ſapientiæ ſenſa, animæ contemplantis conſpectibus importare, vt videat ſaltem per ſpeculum in ænigmate, quod nondum facie ad faciem valet vllatenus intueri. Diuina ſunt, & niſi expertis prorſus incognita quæ effamur, quomodo videlicet in hoc mortali corpore fide adhuc habente ſtatum, & necdum propalata perſpicui ſubſtantia luminis interni, pure interdum contemplatio veritatis, partes ſuas agere intra nos, vel ex parte præſumit: ita, vt liceat vſurpare alicui noſtrum, cui hoc datum deſuper fuerit illud Apoſtoli: Nunc cognoſco ex parte. Item: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem diuinitus aliquid raptim, & veluti in velocitatem coruſci luminis interluxerit menti, ſpiritu excedenti, ſiue ad temperamentum nimij ſplendoris, ſiue ad doctrinæ vſum: continuo, neſcio vnde, adſunt imaginatoriæ quædam rerum inferiorum ſimilitudines, infuſis diuinitus ſenſibus accommodatæ, quibus quodammodo adumbratus puriſſimus ille ac ſplendidiſſimus veritatis radius, & ipſi animæ tolerabilior fiat, & quibus communicare illum voluerit capabilior. Exiſtimo tamen ipſas formari in vobis ſanctorum ſuggeſtionibus Angelorum, ſicut econtrario, contrarias & malas ingeri immiſſiones per angelos malos, dubium non eſt. Idem: Felix mens quæ ſibi in hac materia frequenter cauare ſtuduit, ſed quæ in petra felicior. Licet quidem cauare & in petra,

1. Cor. 13. d — *Ibidem.* — *Idem Ser. 62. ſuper Cant. ante med.*

in petra,ſed ad hoc puriore mentis acie opus eſt,& ve- A
hementiori omnino intentione, etiam & meritis po-
tioribus ſanctitatis. Et ad hoc quis idoneus? Nem-
Ioan. 1. a pe ille qui dixit: In principio erat verbum, & ver-
bum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Non-
ne tibi videtur ipſis ſe verbi penetralibus immerſiſſe,
& de abditis pectoris quandam eius intimæ ſapien-
tiæ ſacroſanctam eruiſſe medullam? *Et infra*: Sed in
petra quanto difficilius cauatur tanto ſuauius, quod
Prou. 25. d inde eruis, ſapit. Nec vereāris illud quod ſcriptura
minatur ſcrutatoribus maieſtatis: tantum affer pu-
rum & ſimplicem oculum, non opprimeris a gloria,
ſed admitteris, niſi non Dei, ſed tuam quæſieris glo- B
riam. Alioquin ſua quiſque opprimitur, non Dei glo-
ria: dum procliuis in iſtam, ad illam leuare ceruicem
non ſinitur, nimirum graui cupiditate. Hac excuſſa
ſecure ſcrutemur in petra, in qua theſauri abſcondi-
ti ſapientiæ & ſcientiæ ſunt. Sed ſi adhuc dubitas,
audi ipſam petram: Qui operantur in me, non pec-
Eccl. 24. c cabunt. Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & vo-
Pſal. 54. c labo & requieſcam? Ibi inuenit requiem manſuetus
& ſimplex, vbi doloſus opprimitur, & elatus & cupi-
dus inanis gloriæ. *Et paulo poſt*: Non opprimitur, qui
non ſcrutator eſt maieſtatis, ſed voluntatis. Nam quod
maieſtati attinet, interdum quidem & in ipſam inten- C
dere audet. ſed quaſi admirans, non quaſi ſcrutans.
Sed ſi quando per exceſſum rapi in illam cōtingat, di-
gitus Domini eſt iſte, dignanter leuans hominem,
non hominis temeritas inſolenter Dei alta perſuadens.
2. Cor. 12. b Cum ergo Apoſtolus raptum ſe commemoret, vt au-
ſum excuſet: quiſnam alter præſumat mortalium huic
ſe diuinæ maieſtatis horrendo ſcrutinio proprijs in-
trare conatibus, & importunus contemplator pauen-
da irrumpere in arcana? Scrutatores proinde maie-
ſtatis tamquam irruptores dici reor, non qui rapiun-
tur in eam, ſed qui irruunt. Ipſi itaque opprimuntur
a gloria. Ergo formidoloſa ſcrutatio maieſtatis: at vo- D
luntatis tam tuta, quam pia. Quid ni tota diligentia
ſcrutando inſtem ſacramento gloriæ voluntatis, cui
mihi parendum per omnia ſcio? Suauis gloria, quæ
non aliunde, quàm de ipſius ſuauitatis contemplatio-
ne procedit, quam de diuitiarum bonitatis, ac multæ
Ioan. 1. b miſerationis intuitu. Denique vidimus gloriam hanc
quaſi vnigeniti a patre, totum nempe benignum & ve-
re paternum, quod apparuit gloriæ in hac parte. Non
me opprimet gloria iſta, totis licet viribus intenden-
2. Cor. 3. c tem in ſe: ego potius imprimar illi. Etenim reuelata
facie ſpeculantes, in eandem imaginem transforma-
mur, cum confirmamur. Abſit autem vt in gloria ma- E
ieſtatis, & non magis in voluntatis modeſtia, Dei
ab homine conformitas præſumatur. Gloria mea hæc
Act. 13. d eſt, ſi vmquam de me audiero: Inueni hominem ſe-
ex 1. Reg. cundum cor meum. Cor ſponſi, cor patris ſui. Ipſum
13. c quod? Eſtote, ait, miſericordes, ſicut pater veſter qui
Luc. 6. f in cælis eſt, miſericors eſt. Hæc forma quam videre
Can. 2. d deſiderat, cum Eccleſiæ dicit: Oſtende mihi fa-
ciem tuam, forma pietatis eſt & manſuetudinis.
Hanc cum omni fiducia leuat ad petram, cui ſimilis
Pſal. 33. c eſt. Accedite, inquit, ad eum & illuminamini, &
facies veſtræ non confundentur. Quo pacto humilis
ab humili confundetur, a pio ſancta, a manſueto F
modeſta? Non plane abhorrebit a puritate petræ pu-
ra facies ſponſæ, non magis quàm a virtute virtus, a
Idē in par. lumine lumen. Idem: Duæ iſtæ ſorores, duas vitas
& var. ſer- amatorum paupertatis ſignant. Quidam cum Martha
monibus ſoliciti Domino Ieſu duo pulmenta præparant, ſcili-
ſer. 4. cet correctionem operis cum ſalſamento contritionis,
& opus pietatis cum condimento deuotionis. Hi vero,
qui cum Maria ſoli Deo vacant, conſiderantes, quid
ſit Deus in mundo, quid in hominibus, quid in An-
gelis, quid in ſeipſo, quid in reprobis: contemplan-
tur quia Deus eſt mundi rector & gubernator, ho-
minum liberator & adiutor, angelorum ſapor &
decor, in ſeipſo principium & finis, reproborum

A terror & horror. In creaturis mirabilis, in hominibus
amabilis, in angelis deſiderabilis, in ſeipſo incompre-
henſibilis, in reprobis intolerabilis. Hucuſque Bernar-
dus. In hac autem maieſtatis contemplatione quatuor
modis ſpeculamur, de quibus idem Bernardus ſic di-
cit: Quattuor ſunt contemplationis ſpecies. Prima & *Idem lib. 5.*
maxima contemplatio eſt admiratio maieſtatis. Hæc *de conſ. c.*
requirit cor purgatum, vt a vitio liberum, atque exo- *ult. circa*
neratum peccatis, facile ad ſuperna leuet, & inter- *med.*
dū quoque per aliquas morulas ſtupore, & ecſtaſi ſu-
ſpenſum teneat admirantem. Secunda autem neceſſa-
ria eſt huic. Eſt enim intuēs iudicia Dei. Quo ſane pa-
B uido aſpectu dum vehementius concutit mentem in-
tuentis, fugat vitia, fundit virtutes, initiat ad ſapien-
tiam, humilitatem ſeruat. *Et infra*: Tertia contem-
platio occupatur, vel potius otiatur circa memoriam
bonorum, & ne dimittat ingratum, ſolicitat me-
morantem ad amorem benefactoris. Quarta, quæ re-
tro ſunt obliuiſcens, in ſola quieſcit expectatione re-
promiſſorum: quæ cū ſit meditatio æternitatis (ſiqui-
dem quæ promittuntur æterna ſunt) longanimitatem
alit, ac etiam perſeuerantiæ dat vigorem. Hucuſque
Bernardus. Et hæc de contemplatione maieſtatis Dei
ſufficiant ad præſens.
C

De modo viuendi in actiua vita. Item auctoritas Bernardi bona. Cap. LIIII.

POſtquam vidimus de exercitio vtriuſque vitæ, ſci-
licet primæ partis actiuæ, & etiam contemplati-
uæ, & de generibus ipſius contemplatiuæ, reſtat vi-
dere, quem modum tenere valeamus, vt in ipſam poſ-
ſimus facilius introduci, & eam efficacius adipiſci.
Scire ergo debes, quòd prima pars actiuæ requirit *Prima pars*
ſocialem inter alios conuerſationem, ſicut contem- *vitæ actiuæ*
platio ſolitudinem. Ideo autem in actiua conuer- *conſiſtit in*
D ſandum eſt inter alios, quia melius, & citius quis pro- *ſociali con-*
poſitum ſuum conſequetur. Erubeſcit enim inter *uerſatione.*
alios de vitijs quæ habet, & de virtutibus quas non ha-
bet, & ideo in vtriſque ſe corrigit: quod in ſolitudi-
ne non contingit, quia in ea nec ipſe quandoque per-
penderet, nec eſſet qui corrigeret, nec coram quo
erubeſceret. Propterea proficit in correctionibus &
moribus aliorum, cum eſt in congregatione: cona-
tur enim vitare defectus, de quibus alij corripiuntur
& diſplicent, & adipiſci virtutes in quibus alij com-
mendantur, & placent. Sic ergo te facere oportet
donec fueris in actiua, vt caute obſerues & vites tua,
E & aliorum vitia ſecundum modum ſupra dictum in
pluribus locis, maxime in exercitio actiuæ. Conſide-
ra diligenter, quæ ibi dicta ſunt de virtutibus & vi-
tijs, & ſecundum ea viuere ſtude. quo modo teipſam
examinare & ad virtutes aliorum aſpicere debeas, &
imitari, & ex inde humiliari, & in timore ſemper
manere, quia tu ſimiles virtutes non habes. Sic ergo
docet Bernardus: Non ſine cauſa ab heri, & nudiu- *Bern. Ser.*
ſtertius inuaſit me languor animi, & mentis hebetu- *54. ſuper*
do inſolita quædam inertia ſpiritus. Currebam bene: *Cant. poſt*
ſed ecce lapis offenſionis in via: impegi & corrui. Su- *med.*
perbia inuenta eſt in me: & Dominus declinauit in
F ira a ſeruo ſuo. Hinc iſta ſterilitas animæ meæ, & de-
uotionis inopia, quam patior. Quo modo ita exaruit
cor meum, coagulatum eſt ſicut lac, factum eſt ſicut
terra ſine aqua, nec compungi ad lacrymas queo, tanta
eſt duritia cordis: meditationes ſolitas non inuenio.
Vbi illa inebriatio ſpiritus? vbi mentis ſerenitas & pax
& gaudium in Spiritu ſancto? Ideo ad opus manuum
piger, ad vigilias ſomnolentus, ad iram præceps,
ad odium pertinax, linguæ & gulæ indulgentior,
ſegnior & obtuſior ad prædicationem. Heu omnes
montes in circuitu meo viſitat Dominus, ad me autem
non appropinquat. *Et poſt.* Nam alium quidem in-
tueor ſingularis abſtinentiæ, alium vero patientiæ ad-
mirandæ, alium autem ſummæ humilitatis & man-
ſuetudinis,

A ſuetudinis, alium multæ miſericordiæ & pietatis: illum in contemplatione frequenter excedere, hunc pulſare, & penetrare cælos orationum inſtantia, alioſq. in alijs præeminere virtutibus. Hos, inquam, conſidero omnes feruentes, omnes deuotos, omnes in Chriſto vnanimes, omnes in donis cæleſtibus, & gratia affluentes tamquam ſpirituales reuera montes, qui a Domino viſitãtur, & ſponſum in ſe ſalientem frequenter recipiunt. Ego autem qui horum in me inuenio nihil, quid me aliud putem, quàm vnum e montibus Gelboe, quem præterit in ira & in indignatione ſua ille, ceterorum omnium benigniſſimus viſitator? Filioli hæc cogitatio tollit extollentiam oculorum, con-
B ciliat gratiam, viam ſponſi ſalibus præparat. *Et infra*: Volo vos non parcere vobis, ſed accuſare voſmetipſos quoties forte in vobis, vel ad modicum tepere gratiam, virtutem langueſcere deprehenditis. *Et poſt.* Hoc facere hominis eſt, qui curioſus circumſpector eſt ſui, & ſcrutator viarum ſuarum, ac ſtudiorum, atque in omnibus ſemper ſuſpectum habet arrogantię vitium, ut ſurrepat. In veritate didici, nil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo in-

Prou. 28. e

ueniaris non altum ſapere, ſed timere. Beatus homo

Idem Epiſt. ad fratres de monte Dei. de vi. ſolit. longe ante med.

C qui ſemper eſt pauidus. Idem: Diſcito tibi præeſſe, & vitam ordinare, mores componere, temetipſum iudicare: & te ipſum apud teipſum accuſare, ſæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iuſtitia, ſtet rea, & temetipſum accuſans conſcientia. Nemo te plus diligit, nemo te fidelius iudicabit. Mane præteritæ noctis fac a temetipſo exactionem, & venturæ diei in tibi indicito cautionem. Veſperæ præteritæ diei rationem exige, & ſuperuenientis noctis fac indictionem. Sic diſtricto numquam alunde laſciuire vacabit. Singulis horis ſecundum communis inſtituti canonem ſua diſtribue exercitia: cui ſpiritualia,
D ſpiritualia: cui temporalia, temporalia. In quibus ſic exoluat omne debitum ſpiritus Deo, corpus ſpiritui: vt ſi quid fuerit intermiſſum, ſi quid neglectum, ſi quid imperfectum, ſuo modo, ſuo loco, ſuo tempore, non abeat impunitum ſiue irrecompenſatum. Idem:

Idem Ser. 1. de altitudine. & hu mil. cordis.

Quantum putas, ego illos admiror, quantum vereor in corde meo, quanto amplector charitatis affectu, qui velut neſcientes eos quos ſecum quotidie vident: vnum forte, aut duos, vel etiam plures, quos in maiori feruore ſpiritus videut, ſibi ex omnibus eligunt, & cum ipſi foriaſſe meliores ſint ſemper tamen illorum ſibi proponunt, & præponunt ſancta in Domino
E ſtudia, & exercitia corporalia, ſeu etiam ſpiritualia. *Et infra*: Væ mihi, inquit vnus ex noſtris, quia monachum in vigilijs vnum conſideraui, in quo triginta virtutes numeraui, quarum vix vnam in me inuenio, & fortaſſe nullam. Ille tantum habebat, quantum hæc ipſa religioſæ æmulationis humilitas. Hic itaque fructus ſit mei ſermonis, vt aliorum quiſque altiora ſemper attendat, quia in eo conſtat plenitudo humilitatis. Nam ſi forte in re aliqua maior tibi fratre aliquo gratia collata videtur: ſed in multis, ſi bonus æmulator fueris, iudicare te poteris inferiorem. Quid ſi forte laborare, aut ieiunare plus iſto potes, & ille patien-
F tia ſuperat, humilitate præcedit, ſupereminet charitate? quomodo tota die circa illud quod videris habere, inſipienti cogitatione verſaris? Eſto magis ſolicitus, vt ſcias quid deſit tibi. Hoc enim melius. Hucuſque Bernardus. Vides quàm magnum eſt circumſpicere, & examinare ſeipſum, & etiam alios, vt in ſuam vtilitatem mores eorum conuertat. In hoc igitur te multũ exerceas, dum fueris in actiua, ſemper tenendo charitatis humilitatis, & pietatis obſequia. Super omnia vero teneas meditationes vitæ Chriſti, & orationem: quia in vtriſque miro modo illuminaberis circa vitia & virtutes, & ſuper omnia alia exercitia in eis ad puritatem animi proficies, ad quæ totis viribus te intendere oportet, quia omnes virtutes continet, vt dixi ſu-

A pra de ieiunio Domini. Et ſi bene auctoritates ſupra de contemplatione poſitas intellexiſti, tanto quis maiori puritate ſe munire debet, quanto ad celſiorẽ contemplationem aſcendere cupit. Deputatur autem anima in meditationibus vitæ Chriſti, & maxime paſſionis ipſius, vt habuiſti ſupra in generalibus contemplationibus ex ſermone ſeptuageſimo ſecundo Bernardi ſuper Cantica. Deputatur etiam in oratione quæ vicina, & proxima eſt contemplationi, & quod oratio laborioſis ſudoribus impetrat, contemplatio amœne quieſcendo deguſtat. Et hæc de modo vitæ actiuæ ſufficiant.

B

De modo viuendi in vita contemplatiua.
Cap. LV.

IN contemplatiua vero aliter, & longe aliter te viuere oportet. Contemplator enim ſoli Deo vacare debet & manere in ſolitudine ſaltem mentis, de qua habuiſti ſupra de ieiunio Domini. Nihil igitur ad eum de aliquibus rebus communibus vel proprijs, nihil ad eũ de proximis quãtum ad obſequia corporalia pro illo tẽpore, ſed a ratione, & deuotione, & compaſſione intendit ad eos. Nihil etiam ad eum de ſeipſo. Omnia
C breuiter, debet poſt tergum proijcere, & tamquam inſenſibilis & mortuus eſſe, vt ſoli Deo vacare poſſit, niſi eum neceſſitas implicet vel inuitum. Oportet enim, quod hanc ſapientiam diſcat in otio: vt habuiſti ſupra, in tractatu de contemplationibus ex ſermone Bernardi ſuper Cantica quadrageſimo Oportet quod minoretur actu & taceat, exemplo Mariæ, quantumcumque & quotieſcumque interpelletur: & ipſius exemplo dimittat Dominum reſpondere, & facere, vt omnia dignatiſſime prouidentiæ ſuæ committat. Super his autem audi Bernardum more ſuo facunde loquentẽ, Dicit enim ſic: Habet Martha dum agit formam be-

Bern. Ser. 1. de aſſum. Virgin. parum ante med.

D ne operantis. Maria vero ſpeciem exprimit contemplantis, dum ſedet, dum tacet, dum interpellata non reſpondet: ſed tantum in Dei verbum toto mentis ſtudio intendit, ac ſolam quam diligit gratiam diuinæ cognitionis, cetera reſpuens, medullitus haurit: foriſq. vt inſenſibilis redditur, dum intus ad contemplanda Dei ſui gaudia feliciſſime rapitur. *Et paulo poſt.* Non miremur quempiam laborantem, & bene operantem, ſi aduerſus fratrem vacantem murmurare videamus, quia & hoc in hoc Euangelio legimus Martham feciſſe aduerſus Mariam. Quod autem Maria murmurauerit aduerſus Marthã, eo quod eius actio-
E nibus implicari nollet, nuſquam omnino reperitur. Neque enim vtrumque agere competenter ſufficeret, & curis exterioribus deſeruire, & interius ſapientiæ deſiderijs vacare. De ipſa quippe ſapientia ſcriptum

Eccl. 38. e

eſt, & qui minoratur actu, percipiet illam. Propterea Maria ſedet, immotaq. manet, nec vult interrumpere ſilentij quietem, ne iucundam amittat contemplationis dulcedinem, præſertim cum ipſum intus audiat Dominum dicentem: Vacate & videte quàm ſuauis eſt Dominus. Idem: Putas in domo in qua Chriſtus ſuſcipitur, vox murmuris audietur? Felix domus, & beata ſemper congregatio, vbi de Maria Martha con-

Pſal. 33. b

Idem Ser. 3. de aſſum. Virgin. non longe poſt prin.

F queritur. Nam Maria Marthæ æmulari prorſus indignum, prorſus illicitum eſt: Alioquin vbi legis Mariam cauſantem, quia ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? Abſit, abſit, vt qui Deo vacat, ad tumultuoſam aſpiret fratrum officialium vitam. Martha ſemper inſufficiens ſibi, & minus idonea videtur, alijſq. magis id operis quod adminiſtrat, optet imponi. Vide autem prærogatiuam Mariæ, quòd in omni cauſa habet aduocatum. Indignatur ſiquidem Phariſæus, conqueritur ſoror, & etiam diſcipuli murmurant, vbique Maria tacet & pro ea loquitur Chriſtus. *Et infra*: Videat ergo Maria quemadmodum vacet, & videat quoniam ſuauis eſt Dominus. Videat, inquam, quàm deuota mente, quam tranquillo

ſedeat

ſedeat animo ſecus pedes Ieſu, prouidens, animo ſemper in conſpectu ſuo, & verba ex eius ore eacipiens, cuius affectus amabilis, & eloquium dulce. Diffuſa (Pſal. 44.a) eſt enim gratia in labijs eius, & eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum, immo ſuper omnem gloriam Angelorum. Gaude & gratias age Maria, quæ partem optimam elegiſti. Beati enim oculi qui vident, quæ tu vides, & aures quæ merentur audire, quæ tu audis. Beata plene quæ venas diuini ſuſurri percipis in ſilentio, in quo vtique bonum eſt homini Dominum expectare. Simplex eſto non tantum ſine dolo, ſed etiã abſque multiplicitate occupationum, vt tecum ſit ſermocinatio eius cuius & vox dulcis & facies decora. Vnum caue, ne incipias abundare in ſenſu tuo, & velis plus ſapere quàm oportet: ne forte dum lucem ſectaris, impingas in tenebras, illudente tibi dæmonio meridiano. Huc vſque Bernardus. Vidiſti quoniam contemplator debet omnia dimittere, occupationes, & exercitia corporalia, quæ occupatio recte opponitur vacationi, & eſt vnum de maioribus impedimentis, quæ poſſit habere contemplator. Nam pluribus modis impedit eum: & non ſolum cum eſt in occupatione, ſed etiam poſtea. & primo reddendo mentem ſolicitam, & inquietam circa id quod fecit, vel facere habet, etiam & relinquendo imaginationes & phantaſmata, quæ multum impediunt contemplantem.

De quattuor impedimentis contemplationis.
Cap. LVI.

(*Bern. Ser. 23. ſuper Can. circa fin.*) NVnc vtique videamus, quæ impediunt contemplationem. Sunt autem impedimenta eius quattuor, de quibus ſic dicit Bernardus. In hoc arcanum contemplationis, & in hoc ſanctuarium Dei, ſi quem forte noſtrum aliqua hora ſic rapi, & ſic abſcondi contigerit, vel minime aduocet aut perturbet, vel ſenſus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel certe ea quæ difficilius amouentur irruentia imaginum corporearum phantaſmata: poterit quidem hic cum ad nos redierit gloriari, & dicere: Introduxit me Rex in cubiculum ſuum. Hucuſque Bernardus. Primum igitur impedimentum dicit quod eſt ſenſus egens, ſcilicet corporis. Intantum enim anima ad corpus afficitur, quod ea in aliqua ſui parte vel ſenſu, defectum notabilem patiente contemplari non delectat. Tempore igitur infirmitatis non eſt locus contemplationis, niſi Dominus faceret de gratia ſpeciali. Simile contingit, cum valida fames, vel ſitis, vel frigus imminet, vel aliud corporis impedimentũ. Secundũ impedimentũ, dicit quod eſt cura pungens, id eſt ſolicitudo curatũ, & occupationũ, & hoc ſatis poteſt eſſe clarum per auctoritates ſupra proximo poſitas. (*Idem Ser. 5. de aſſump. Virg. poſt med.*) Idem etiam Bernardus prolixioribus verbis narrans impedimẽta contẽplationis, inter alia dicit, quod ſicut puluis iniectus in oculum corporalem impedit viſum, ſic cura terrenorum actuũ oculum intelligentiæ confundit, atque a cõtemplatione veri luminis excludit. Tertium impedimentũ, dicit quod eſt culpa mordens, id eſt, peccatum. Et hoc duobus modis poteſt contingere. Primo cum peccatum eſt in anima. Secundo cum fuit, & deletum eſt per contritionem, & confeſſionem, ſed in memoriam reuocatur: vtrumque enim impedit contemplationẽ, vt in eodem ſermone refert ſic inter alia dicens, quòd ſicut tenebræ impediunt viſum corporalem, ſic peccatum cum eſt in anima impedit ipſam, quia tenebroſa eſt, ſed ad contemplandum requiritur puritas, & pulchritudo animæ: ſic tunc non eſt locus contemplationi. Similiter ſicut ſanguis vel humor concretus fluẽs in oculum, impedit viſum, ſic peccatum cum redit in memoriam, influit in animam, & impedit viſum eius: & propterea cauere debes tempore contemplationis, cogitare ſuper peccatis. Omni quidem tempore nos debemus peccatores reputare, ſed ſignanter non debemus cogitationem noſtram reflectere ſuper aliquo,

A vel aliquibus peccatis, tempore quo volumus cõtemplari. Et de hoc idem Bernardus ſic dicit. Habemus (*Idem Ser. 57. ſuper Can. circa fin.*) quoque Mariam contemplantem in illis, qui progreſſu longioris temporis cooperante gratia Dei in aliquid melius, & lætius proficere poterunt, quando iam de indulgentia præſumentes, non tam verſare intra ſe ſoliciti ſunt triſtem imaginem peccatorũ, quam certe in lege Dei meditari die ac nocte, & inſatiabiliter delectari. Interdum etiam reuelata facie gloriam ſponſi cum ineffabili gaudio ſpeculantes, in eandem imaginem trãsformantur: & de claritate in claritatem tamquam a Domini ſpiritu. Hucuſque Bernardus. Quartum impedimentum dicit, quod ſunt phantaſmata
B corporearum imaginum: & hoc eſt difficilius alijs ſupradictis, & propterea commendatur intantum in hoc ſtatu ſolitudo. Oportet enim contemplantem eſſe mutum, & ſurdum, & cæcum: vt videns non videat, audiens non intelligat, nec loqui delectetur, hoc eſt, vt ita ſit abſtractus ab his tranſitorijs, & ita Deo coniunctus, quòd in audiendo, videndo, loquendo, non minuat curſum ſuum: ſed fugiat quantum poteſt. Et ſi quando neceſſitas ad id cogit, non ſecum reportet imagines, quæ per has feneſtras intrant ad animam noſtram. Vnde non debet contemplatiuus ſicut actiuus obſeruare mores aliorum, ne inde phantaſmata re-
C portet. Multo ergo magis tu debes a ſæcularium collocutione ceſſare, quantumcumque coniuncti ſint, vt inde te pluries monui. Si quando etiam obedientia, vel neceſſitas, vel obſequium, vel recreatio ad aliquid laborandum, vel operandum te impellit, fideliter facias: ſed non ſic adhæreas voluntate, vel delectatione, vt inde reportes imagines, ne poſtea Deo vacans, impediatis. De quo ſic ait Bernardus: Aliquid operandum eſt manibus, quod iniungi ſolet, non tam quod (*Idem Epiſ. ad fratres de monte Dei de vi. ſol. longe ante med.*) animum delectando detineat ad horam, quàm quod ſpiritualibus ſtudijs delectationem conſeruet, & nu-
D triat: in quo remittatur ad horam animus, non reſoluatur. Vnde ſe facile mox vt ad ſeipſum redeundum viſum fuerit, expediat abſque controuerſia inhærentis voluntatis, abſque cõtagione contractæ delectationis, vel memoriæ imaginantis. Non enim vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Non ſpiritualia exercitia propter corporalia, ſed corporalia propter ſpiritualia. Propterea ſicut viro creato collatum, vel comparatum eſt ei adiutorium ſimile ſibi ex ipſa hominis ſubſtantia: ſic cum in adiutorium ſpiritualis ſtudij neceſſaria ſint corporalia, non tamen in hoc ſemper æque conuenire videntur ſimilitudine, & affinitate. Sicut meditari quod ſcribatur, vel ſcribere quod
E legatur. Subdiualia tamen exercitia, ſic ſæpe etiam ſpiritum ea hauriunt, vt cum grauiori ruralium operum exercitio, ſit magna contritio corporis, vſque ad contritionẽ, vel humilitatem cordis. Fatigationis enim ſuæ preſſura exprimunt ſæpe vehementioris affectum deuotionis. Seruus tamen bonus, & prudens ad onũ ſæpe cõparat laborem, nec in eum diſſoluitur, ſed per eum magis in ſeipſum colligitur, qui ſemper præ oculis habuit, non tam quod agit, ſed quod agendo intendit, omnis conſummationis attendens finem. Hucuſque Bernardus. Vides quàm vigilanter cauere opor-
F tet, ne in manualibus laboribus animum occupes. Noui enim in hoc quantum impedimentum contemplationis incurres propter curam ſolicitudinum. Et hæc de impedimentis contemplationis dicta ſufficiant.

Ex quibus manifeſte apparere poteſt, quàm ſit nociua intricata curioſitas, quæ totam animam inficit, & facit inquietam, & impuram. Quàm etiam nociua ſit cupiditas, & congregatio rerum, & per conſequẽs, quàm ſit pretioſiſſima benedicta paupertas, quæ animam expeditam, & puram Deo continue repræſentat. Non autem te moueat, vt ſupra dixi, quod contemplatiuus proximis non intendit, nam intẽdit Deo, & in eius dilectione actiuum excedit: ſed actiuus excedit contemplatiuum in dilectione proximi. De quo

dicit

Idem Ser. 60. ſuper Cant. poſt med. dicit Bernardus: Dico autem per gratiam Dei, quæ in nobis eſt, & ficus nos habere, & vineas. Ficus quidem, qui ſuauiores In moribus ſunt: vineas vero, qui ſpiritu feruentiores. Omnis qui ſe inter nos communiter, ſocialiterq. habet, & non ſolum ſine querela conuerſatur inter fratres, ſed etiam cum multa ſuauitate fruendum ſe omnibus præbet in omni officio charitatis, quidni illum vicem agere ficus conuenientiſſime dicam? *Et infra:* Iam qui vineæ ſunt, ſeueriores nobis, quam ſuauiores ſe exhibent in ſpiritu vehementi agentes, zelantes pro diſciplina, vitia acerrime corripiẽtes, & optantes ſibi conuenientiſſime vocem illam: Nonne qui *Pſal. 138. d* oderunt te Domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Item: Zelus Domus tuæ comedit me. *Pſal. 63. b* Et mihi quidem illi In dilectione proximi, iſti in dilectione Dei, eminere videntur. Hucu[illegible] Bernardus. Vides quoniam contemplatiui ad quo[illegible] [illegible]ime ſpectat zelare pro Deo, præferuntur actiuis i[illegible] [illegible]ctione Dei. Hoc tamen diſcrete intellige, quia numquam contemplatiuus proximi charitatem omittit, ſed principalius intendit Deo, & ſecundario proximo, quamuis hoc Ipſum determinationem recipiat. Nam rudis, & Incipientis contemplantis eſt omnino, quam ſtrictius poteſt, ſoli Deo vacare, & in ſolitudine mentis, & etiam corporis ſi poteſt, manere, vt etiam zelum Dei, & ſeipſum, & proximum vel zelo Dei negligere videatur, cum ipſa ſolitudinis natura id requirat, & maxime quando ſponſi viſitatione, & frequentia iucundatur, alias enim de facili poſſet eradicari. Cum vero iam perfectus, & ſublimatus eſt per longum contemplationis exercitium, tunc pro Deo fortiter zelat, & pro animæ ſalute, vt habuiſti ſupra ex ſermone Bernardi decimo octauo ſuper Cantica in hoc tractatu, ſcilicet quomodo contemplatiua præcedit ſecundam partem actiuæ. Cum vero neceſſitas Imminet, quilibet contemplatiuus quomodocumque incipiens, pro charitate proximi otium intermittit. Vnde idem *Idem Ser. 50. ſuper Cant. circa med.* Bernardus ſic dicit: Orantem denique hominem, Deo loqui quis dubitet? Quoties tamen inde charitate iubente, abducimur, & auellimur propter eos qui noſtra indigent opera, vel loquela? Quoties pie cedit negotiorum tumultibus pia quies? Quoties bona conſcientia ponitur codex, vt operi manuum inſudetur? Quoties pro adminiſtrãdis terrenis iuſtiſſime ipſis ſuperſedemus celebrandis Miſſarum ſolemnijs? Ordo præpoſterus: ſed neceſſitas non habet legem. Hucuſque Bernardus.

Vita contemplatiua præfertur actiuæ. Cap. LVII.

Q Via ergo in præcedenti auctoritate Bernardi ex ſermone 60. ſuper Cant. habuiſti, quòd contemplantes præferuntur actiuis in dilectione Dei: videtur quod contemplatiua præferatur actiuæ. De quo idem *Bern. Ser. 3. de Aſſump. Virg. ante med.* Bernardus ſic dicit: Quid tamen ſibi vult fratres quod optimam partem Maria dicitur elegiſſe? Vbi iam erit quod aduerſus eam proferre ſolemus, ſi quando forte adminiſtrantis Marthæ turbationem inæqualitatem iudicare voluerit? Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciens mulier? *Eccli. 42. c* vbi erit illud: Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meus? *Ioan. 12. d* & illud: Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter? *Mat. 20. d* Poſtremo, quæ conſolatio eſt laboranti, quaſi in eius ſuggillationem partem ſororis attollere? Vnum igitur arbitror e duobus, vt aut de electione Maria laudetur, quòd pars ipſa quantum in nobis eſt, ſit in omnibus eligenda, aut certe vt neutrum defuiſſe dicatur, nec in partem aliquam præcipitaſſe ſententiam, ſed ad obedientiam præceptoris in vtrumlibet ſit parata. *1. Reg. 22.* Quis enim ſicut Dauid fidelis, egrediens & ingrediens ad imperium regis? *Pſal. 56. b* Denique, inquit, Paratum cor meum non ſemel tantum, ſed & ſecundo, & vacare tibi, & proximis miniſtrare. Hæc plane pars optima quæ nõ auferetur:

A hæc mens optima, quæ non mutabitur, quocumque vocaueris eam. Bonum enim acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit: forte meliorem, qui bene vacauerit Deo: optimum autem qui perfectus eſt in vtroque. Vnum anté dico adhuc ſi tamẽ id dẽ Martha licet ſuſpicari. Nonne enim quaſi otioſam reputaſſe videtur quam ſibi dare petijt adiutricem? Sed carnalis eſt, & omnino non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſi quis forte vacãtem animam ſuam de vacatione redarguit. Audiat ergo optimam eſſe hanc partem, quæ maneat in æternum. Numquid enim non rudis quodammodo videtur anima, quæ diuinæ contemplationis penitus expers, B illam intrauerit regionem, vbi hoc vnum omnium opus, vnum ſtudium, eadem vita? Idem: Duo quędam in intentione, quam faciem animæ diximus, neceſſario requiruntur, res, & cauſa, id eſt quid intendas, & propter quid. *Idem Ser. 40. ſuper Cant. ante med.* Ex his ſane duobus, animæ vel decor vel deformitas iudicatur. *Et infra.* Porro intendere in aliud quàm in Deum, tamen propter Deũ non ſolum Mariæ, ſed Marthæ negotium eſt. Abſit autem, vt quæ huiuſmodi eſt, quidquam dixerim, illam habere deforme, nec tamen ad perfectum affirmauerim peruenîſſe decoris. Quippe quæ adhuc ſollicita eſt, & turbata erga plurima: & non poteſt terre- C norum actuum vel tenui puluere non reſpergi. Quem tamen cito facilemq. deterget, vel in hora ſanctæ dormitionis caſta intentio, & bonæ conſcientiæ interrogatio in Deum. Igitur ſolum inquirere Deum propter ipſum ſolum, hoc plane eſt vtramque bipartitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id propriũ ac ſpeciale ſponſæ cum merito ſingulari prærogatiua audire conueniat: Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Idem: Solitudo, & recluſio nomina miſeriæ ſunt. *Idem epiſ. ad fratres de monte Dei. de vi. ſol. lõge ante med.* Cella autem nequaquam debet eſſe recluſio neceſſitatis, ſed domicilium pacis, oſtium clauſum, non latebræ, ſed ſecretum. Cum quo enim Deus eſt, num- D quã minus eſt ſolus, quàm cum ſolus eſt. Tunc enim libere fruitur gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus eſt ad fruendum Deo in ſe, & ſe in Deo. Tunc in luce veritatis, in ſereno mundi cordis, vltro patet ſibi pura conſcientia, & libere ſe infundit affecta de Deo memoria, & vel illuminatur intellectus, & bono ſuo fruitur affectus, vel libere ſeipſum deflet humanæ fragilitatis defectus. Propter hoc ſecundum formam propoſiti veſtri habitantes in cælis, potiuſquam in cellis, excluſo a vobis toto ſæculo, totos vos incluſiſtis cum Deo. Idem: Otium non eſt vacare Deo, immo negotium negotiorum. *Ibidem.* Hucuſque Bernardus. His auctoritatibus vide- E tur, quòd vita contemplatiua præferatur actiuæ. & etiam alias auctoritates habuiſti In hoc tractatu, quæ ad hoc ipſum faciunt, & etiam ſupra ſub capitulo, quomodo Dominus fugit, quando turbæ voluerunt eum facere Regem, ex ſermone 32. Bernardi ſuper Cantica. Quæ autem ſit maioris meriti, Deus nouit. Crederem tamen, quod qui maiori amore fertur, magis meretur, ſed in contemplatiua videtur quis magis affici ad amorem, & valde magnum eſt ſpeculari Deũ, frui Deo, conuerſari cum Deo, & eius cognoſcere voluntatem, quæ ad contemplatiuum ſpectant. Hæc enim eſt deguſtatio mercedis patriæ, quamuis imper- F fecte & raro. Et hoc videntur tenere ſancti, ſcilicet quod contemplatiua ſit maioris meriti, quàm actiua. Sed quidquid ſit, Dominus vult de vtriſque. Et ſicut multa in vno corpore membra non eundem actum habent, ita nos multos in Eccleſia multis modis Domino ſeruire oportet, & non omnibus idem ſpiritus datur, ſed alij datur ſermo ſapientiæ, &c. *1. Cor. 12. a* Vnuſquiſque igitur in ea vocatione, in qua vocatus eſt, maneat: & qui aptus eſt contemplationi moretur in ea, qui vero miniſterio proximorum exerceat ſe in ipſo. Nam & Dominus ſicut hic dixit de Maria, quod optimam partem elegit, ita cum Petro ſuas oues recommendauit ſub ſui amoris examine, tribus ei vicibus hoc impreſſit. *Ioan. 21. c* Et hoc ſenſu poteſt intelligi quod Bernardus

ſcribit,

Idem Ser. 3. de Aſſump. Virg. verſ. fin.

ſcribit, dicens: Suſcipiat Martha Dominum in domum, cui nimirum credita diſpenſatio eſt domus. Suſcipiant & ceteri coadiutores eius ſinguli, pro qualitate miniſterij excipiant Chriſtum, ſeruiant Chriſto, miniſtrent ei in membris ſuis. Ille in infirmis fratribus, ille in pauperibus, ille in ſuſcipiendis hoſpitibus, & peregrinis, quibus ita ſolicitis circa frequens miniſterium, videat Maria quantum ad Dominum vacet, & videat, quoniam ſuauis eſt Dominus. Hucuſque Bernardus. Tu igitur quia ſtatus tuus illud exigit, contemplatiuam totis viribus aſſume, præmiſſa actiua moris, per quam peruenitur ad ipſam. Et gaude, & gratias age Domino Ieſu qui ad hanc te partem vocauit, quã B optimam eſſe dixit.

Ex tribus cauſis contemplator reducit ſe ad actiuam. Item de eo quòd fides ſine operibus mortua eſt.
Cap. LVIII.

QVamuis autem pluties ſupra tactum ſit, quòd contemplator ſoli Deo vacare debet, ac cetera omittere: ſcias generaliter eſſe verum, ſed non ſemper. Nam tribus ex cauſis a iucunda contemplatione ſe ad tempus ſeparat, & ſe recipit in actiuam. Vna cauſa eſt, propter lucrum animarum, vt habuiſti ſu- C pra, quomodo contemplatiua præcedit ſecundum partem actiuæ ex ſermonibus. 58. & 61. Bernardi ſuper Cantica. Dicit etiam idem Bernardus: Surge amica mea, ſponſa mea, & veni. Commendat ſponſus multam dilectionem ſuam iterando amoris voces: nam iteratio, affectionis expreſſio eſt. Et quod rurſum ad laborem vinearum dilectam ſolicitat, oſtendit quàm ſit de animarum ſalute ſolicitus. Nam vineas, animas eſſe iam audiſtis. *Et paulo poſt:* Sponſam tamen numquam, vt memini in toto hoc opere adhuc nominaui, niſi modo cum ad vineas itur, cum vino charitatis appropinquatur. Hucuſque Bernardus. Sciẽs ergo ſpon- D ſa voluntatem ſponſi zelantis animarum ſalutem, exit ad tempus, videlicet cum eſt neceſſarium ad ipſam operandam, & poſtea redit ad ipſam contemplationẽ. Alia cauſa intermittendæ contemplationis eſt, ratione officij imminentis. Nam cum prælatus ſubditorum neceſſitatibus intendere habet, omittit tunc contemplationem. De quo idem Bernardus, de ſe ipſo loquens ad monachos ſuos, qui quandoque nimium infeſtabant eum, ſic dicit: Rara ſatis mihi ad feriandum a ſuperuenientibus conceditur hora. *Et ſubdit:* Superſedeo, ne magis impatientiæ exemplum videar dare infirmis, puſilli enim Domini ſunt in eum credentes, non E patiar vt ex me ſcandalum patiantur. Non vtar hac poteſtate, magis autem ipſi me vtantur vt libet, tantum vt ſalui fiant. Parcent mihi, ſi non pepercerint: & in eo potius requieſcam, ſi non me inquietare timuerint pro neceſſitatibus ſuis. Geram eis morem quo ad potero, & in ipſis ſeruiam Deo meo, quamdiu fuero in charitate non ficta. Non quæram quæ mea ſunt, nec quod mihi eſt vtile iudicabo. Hoc ſolum deprecor, vt fiat acceptum eis, fructuoſumq. miniſterium meum, ſi forte mihi ex hoc inueniam in die mala miſericordiam in oculis patris eorum. Idem ad vtramque cauſam de prædictis, ſic ait: Loquor vobis expe- F rimentum meum, quod expertus ſum. Si quando ſane comperi profeciſſe aliquos veſtrum ex meis monitis, tunc non piguit, fateor, curam prætuliſſe ſermonis proprio otio, & quieti. Cum enim, verbi gratia, poſt ſermonem iracundus quiſpiam reperitur mutatus in mitem, ſuperbus in humilem, puſillanimis in fortem: porro mitis, humilis, fortis in ſua quiſpiam gratia excreuiſſe, & ſe ipſo melior factus eſſe cognoſcitur, ſed & qui forte tepebant, & languebant circa ſpirituale ſtudium torpentes, & dormitantes, ad ignitum eloquium Domini referbuiſſe, & euigilaſſe videntur: & qui deſerto fonte ſapientiæ foderant ſibi propriæ voluntatis ciſternas, non valentes aquas continere, pro-

In quibus liceat, a contemplatione ſubtrahi.

Bern. Ser. 61. ſuper Canti. in prin.

Idem Ser. 52. ſuper Can. circa fin.

Idem Ser. 51. ſuper Cant. ante med.

A ptereaq. ad omne iniunctũ grauati corde arido murmurabant nullum in ſe habentes deuotionis humorẽ: hi, inquam, cum de rore verbi & pluuia voluntaria, quam ſegregauit Deus hereditati ſuæ, refloruiſſe probantur in opere obedientiæ, facti in omnibus voluntarij, & deuoti. Non eſt dico vobis vnde ſubeat mentem, quaſi pro intermiſſo ſtudio iucundæ contemplationis triſtitia, cum talibus fuero circumdatus floribus, atque fructibus pietatis, patienter auellor ab infecundæ Rachelis amplexibus, vt de Lia mihi exuberent fructus profectuum veſtrorum. Minime prorſus pigebit me intermiſſæ quietis pro cura ſermonis, cum B video in vobis germinare ſemen meum, atque augeri incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Charitas enim, *1. Cor. 13. b* quæ non quærit quæ ſua ſunt, id mihi iam dudum facile perſuaſit, nil ſcilicet deſiderabilium meorum veſtris præferre vtilitatibus. Orare, legere, ſcribere, meditari, & quæ ſunt alia ſpiritualis ſtudij lucra, hæc arbitratus ſum propter vos detrimenta. Hucuſque Bernardus.

TERTIA cauſa intermittendæ contemplationis eſt, quando more ſuo recedente ſponſo, non ſentit anima ſolitas conſolationes: vadit enim, & redit ſponſus pro ſuo velle prout habuiſti in c. 35. quomodo Domi- C nus fugit quando turbæ, &c. Cum igitur recedit, anima languet ex deſiderio eius, & toto conatu ſuo reuocat eum, dicens cum ſponſa in canticis: Reuertere *Cant. 2. d* dilecte mi. Si nec tunc redit, inuocat ſodales ſponſi id eſt, Angelos in auxilium ſuum, & dicit: Adiuro vos *Cant. 5.* filiæ Hieruſalem, vt ſi videritis dilectum meum, nuncietis ei, quia amore langueo. Si vero nec ſic redire dignatur, anima ſciens voluntatem ſponſi, reducit ſe in actiuam, vt vel ſic fructificet ſponſo. Non enim decet contemplatorem eſſe deſidioſum. Dicit igitur *Cant. 2.* tunc ſponſa: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. De hoc ſic ait Bernardus: Fidem *Ber. in ſer.* D florem, fructum actum intellige. Nec incongrue, vt *ead. 51. ſup.* opinor, tibi videbitur, ſi aduertas quomodo inſtar flo- *Cant. non* ris neceſſario præcedentis fructum bonumq. opus, fi- *longe a prin.* de oporteat præueniri. Alioquin ſine fide impoſſibile *Heb. 11. b* eſt placere Deo, Paulo atteſtante, magis autẽ æque ipſo docente: Omne quod non eſt ex fide, etiam peccatũ *Rom. 14. d* eſt. Itaque nec ſine flore fructus, nec ſine fide opus bonũ: ſed & fides ſine operibus mortua eſt, ſicut inutili- *Iac. 2. b* ter quoque flos apparet, vbi non ſequitur fructus. Igitur ex bonis operibus fides non ficta radicabitur, recipiet conſolationem mens aſſueta quieti, quotiens ſibi lux, vt aſſolet, contemplationis ſubtrahitur. Quis E enim non dico continue ſed vel diu dum in hoc corpore manet, lumine contemplationis fruitur? At quoties, vt dixi, corruit a contemplatiua, toties in actiuã ſe recipit. Inde nimirum tamquam e vicino familiarius reditura in idipſum, quoniam ſunt inuicem contubernales hæ duæ, & cohabitant pariter. Eſt quippe ſoror Mariæ Martha. Neque enim, & ſi a contemplationis lumine cadit, patitur tamen vllatenus ſe incidere tenebras peccati, ſeu ignauiam otij. Sane in luce bonæ operationis ſe retinens, vt ſcias etiam opera lucem eſſe. Luceat lux veſtra, inquit, coram homini- *Matt. 5. b* bus, quod non dubium de operibus fuiſſe dictum, F quæ homines poterant intueri. Hucuſque Bernardus. Hæ ſunt igitur tres cauſæ, propter quas contemplator a iucunda contemplatione recedit, & ſe recipit in actiuam, quamuis inuitus in hac vltima ex diſpẽſatione tamen diuina, & in qualibet earum aduertere potuiſti ex auctoritatibus Bernardi, quod ad tempus hoc facit, & redit ad contemplationem. Vnde hæc ipſa ſunt in argumentum, quod contemplatiua præfertur actiuæ.

Eia, Deo gratias: expediti ſumus de tractatu contemplationis: copioſa materia eſt, & vtilis valde, in qua non ſolum de ipſa contemplatione, ſed de multis alijs, & quaſi de toto ſtudio ſpiritualis exercitij poteris edoceri. Igitur eam attente diligere, & diligenter opere

ter opere adimplere coneris: nec tamen credas me
tibi omnia in prædicto tractatu retuliſſe, quæ Bernar-
dus inde tractat, ſed ſufficiant tibi quæ dicta ſunt. &c.

*Quomodo Dominus dixit Iudæis, quòd Eccleſia deuolue-
retur ad gentiles, ſub ſimilitudine cultorum vineæ:
qui filium domini ſui occiderunt.*
Cap. LIX.

DOMINVS ac Redemptor noſter zelans anima-
rum ſalutem, pro quibus venerat poſiturus &
ſuam, omnibus modis nitebatur eas ad ſe attrahere, &
de inimicorum faucibus extirpare. Vnde quandoque B
vtebatur ſermonibus blandis, & humilibus: quando-
que increpatorijs, & duris: quandoque exemplis, &
ſimilitudinibus: quandoque ſignis, & virtutibus: quã-
doque minis, & terroribus, & variabat modos, & re-
media ſalutis prout expedire videbat, pro loco, &
tempore, ac perſonarum audientium varietate. In hoc
autem loco fuit vſus contra principes & phariſæos
verbis duris, & exemplo terribili, & adeo iuſto & ve-
ro: quòd ipſi ijdem contra ſe tulerunt ſententiam. Pro-
ponit enim eis parabolam de cultoribus vineæ, qui
Mat. 21. d nuncios Domini venientes pro fructibus occiderunt,
& etiam filium eius. Quærens autem qua pœna digni C
eſſent puniri ab illo domino? reſponderunt: Malos
male perdet & vineam ſuam locabit alijs agricolis.
Ieſus hoc approbans, intulit ſic: Auferetur a vobis re-
gnum Dei, id eſt, Eccleſia, & dabitur genti facienti
fructum eius, id eſt, gentilibus, ex quibus ſumus nos,
& vniuerſalis Eccleſia. Interpoſuit etiam exemplum
de lapide angulari, qui ſignificabat ipſum, & debebat
Iudæos confringere. Et tunc illi intelligentes quod de
ipſis parabola eſſet, non correcti ſed magis irati ſunt:
quia eos excæcauerat eorum malitia. Tunc autem con-
ſpice ipſum in prædictis, humiliter quidem ſedentem
inter illos phariſæos, ſed cum auctoritate loquentem, D
& cum poteſtate, & vigore virtutis enunciantem eis
caſum proprium.

Quomodo voluerunt Ieſum capere in ſermone.
Cap. LX.

SICVT multis modis Dominus Ieſus nitebatur ope-
rari Iudæorum ſalutem, ita econtrario illi omni-
busquibus poterant modis, conabantur ad eius detra-
ctionem, & interitum. Cogitauerunt igitur eum deci-
pere, ſed defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Miſerunt
autem ex deliberato conſilio diſcipulos ſuos, cum fa- E
miliaribus Herodis regis, vt quærerent, ſi liceat dare
Matt. 22. b cenſum Cæſari, an non? Cogitabant enim, quod ex
hoc eum redderent exoſum, vel Cæſari, vel turbæ Iu-
dæorum, quaſi non poſſet niſi contra ſe reſpondere.
At ipſe ſcrutator cordium cognoſcens eorum malitiã,
reſpondit, quòd quæ ad Deum pertinebant Deo, &
quæ ad Cæſarem, Cæſari redderentur: vocans eos hy-
pocritas, qui verbis blandis animo fallaci loqueban-
tur. Illi ergo ſua intentione fraudati, cum verecundia
Peccatum eſt, defraudare principes in pedagijs. receſſerunt. Conſpice igitur attente ipſum, vt ſupra in
generali traditione habuiſti: & etiam conſidera hic,
quòd non vult Dominus, quòd prælati, & domini tẽ- F
porales in ſuo debito defraudentur. Vnde peccatum
eſt, & inhibitum non ſoluere pedagia, & gabellas, &
decimas, & datiua alia, quæ per temporales dominos
debite, & æqualiter ordinantor.

De cæco illuminato in Hierico, & modis alijs.
Cap. LXI.

BENIGNISSIMVS Dominus, qui ex nimia
charitate de ſinu patris, pro noſtra ſalute deſcen-
dit, ſciens, quòd tempus ſuæ paſſionis inſtabat, ad ean-
dem verſus Hieruſalem ſe pro ipſa ſuſcipienda para-
uit: quam & diuinitas tunc prædixit, ſed non intelle-

A xerunt eum. Cum igitur appropinquaret Hiericho, cæ- *Luc. 18. f*
cus quidam ſedens iuxta viam & mendicans, cum in-
telligeret a turbis, eum inde tranſire, fortiter cœpit
clamare miſericordiam: & licet increparetur a turba,
non verecundabatur, nec tacebat. Ad cuius fidem &
feruorem Dominus Ieſus reſpiciens, fecit eum ad ſe
adduci, & dixit: Quid vis vt faciam tibi? O dulciſſi-
mum verbum, Quid vis vt faciam tibi? Et cæcus ad eũ:
Domine vt videam. Et plus Dominus conceſſit, di-
cens: Reſpice. Et ſic eum illuminauit. Conſpice ergo
Dominum Ieſum, & curialitatem eius diligenter. Et
conſidera hic de virtute fidei, & orationis, & quòd
B orationis importunitas non diſplicet Deo, immo pla-
cet. ſimile habuiſti ſupra de Chananæa. Et ipſe docet
in hoc eodem, quòd oportet ſemper orare, & non de- *Ibidem. a*
ficere: dans exemplum de iudice, a quo vidua ex im-
portunitate impetrauit, quod petebat. Alibi etiam dat *Luc. 11. a*
exemplum de eo, qui de nocte commodauit panes ex
importunitate petentis. Et ſic perſeuerantibus in peti-
tione, facit Dominus quidquid iuſte, ac debite petunt
a Deo, vt dicat ſingulis: Quid vis vt faciam tibi? & fa-
cit. Immo plus etiam ſæpe facit, quàm petatur, &
quàm audeat homo petere, vt habes, exemplum in
Zachæo, de quo infra proximo dicemus. Igitur pro *Luc. 19.*
C conſtanti habeas, quod quidquid fideliter, & perſeue-
ranter petieris a Domino, obtinebis. Nec verecunda-
ri debes, ſicut nec ille cæcus, nec Chananæa, nec Za-
chæus verecundati fuerunt petere gratias, & eas ob-
tinuerunt. Sic nec nos verecundari debemus ſeruire
Deo, & peccatum deponere, & gratias nobis neceſſa-
rias poſtulare. Habere namque pudorem, & verecun-
diam, pertinet quandoque ad magnam virtutem, &
quandoque ad magnum vitium. De quo ſic dicit Ber-
nardus: Eſt pudor adducens peccatum, & pudor ad- *Ber. In lib.*
ducens gloriam. Bonus pudor eſt, quo peccaſſe, aut *de laude no*
certe peccare confunderis. Et licet omnis humanus *uæ militiæ*
D arbiter forte abſit, diuinum tamen tanto verecundius *ſiue ad mi-*
reuerereris aſpectum, quanto verius cogitas illum, plus *lites tem-*
quàm hominem purum eſſe, tantoq; eum grauius of- *plic. 12.*
fendi a peccatore, quanto conſtat longius eſſe pecca-
tum ab illo. Huiuſmodi proculdubio pudor fugat op-
probrium, parat gloriam, dum peccatum omnino non
admittit, aut certe admiſſum & pœnitendo punit, &
confitendo expellit: ſi tamen gloria noſtra hæc eſt, *2. Cor. 1. c*
teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Quòd ſi quiſquam
confiteri confunditur, & inde compungitur, talis pu-
dor peccatum adducit, & gloriam de conſcientia per-
dit: quando malum quod ex profundo cordis com-
E punctio conatur expellere, pudor ineptus conſtri-
ctor labiorum omnino non permittit exire. Idem: *Idem epiſt.*
O verecundia expers rationis, inimica ſalutis, totius *181. ad Euſtach.*
ignara honoris & honeſtatis. *Et mox*: Ita ne verecun-
dum eſt homini vinci a Deo, & probro ducitur humi- *1. Pet. 5.*
liari ſub potenti manu Dei altiſſimi? *Et poſt*: Summum
victoriæ genus, diuinæ cedere maieſtati: & aucto-
ritati matris Eccleſiæ non reluctari, ſummus honor
& gloria. O peruerſitas, non pudet inquinari, &
ablui pedes pudet? Eſt pudor, iuxta Sapientem, ad- *Eccli. 4. b*
ducens gloriam, ſi vel peccare pudeat vel peccaſſe, &
ita vel certa gloria non carebit, reducente nimirum
F pudore, quam culpa fugauerat. Idem: Neſcio an quid- *Idem Ser. 86. ſuper*
quàm gratius verecundia aduerti in moribus homi- *Cant. ante*
num queat. *Et ſubdit*: Quæ eſt certe omnium ornatus *med.*
ætatum, ſed teneræ gratia verecundiæ in teneriori
amplius, & pulchrius enitescit. Quid amabilius vere-
cundo adoleſcente? Quàm pulchra hæc, & quàm
ſplendida gemma morum in vultu, & vita adoleſcen-
tis. Quàm vera, & minime dubia, bonæ ſpei nuncia,
bonæ indolis index. Virga diſciplinæ eſt illi, qui pu-
dendis affectibus imminens, lubricæ ætatis motus
actuſq; leues coerceat, & comprimat inſolentes. Quid
itaque turpiloquij, & omnis deinceps turpitudinis
verba, fugitans? Verecundia ſoror continentiæ eſt.
Nullum æque manifeſtum indicium columbinæ ſim-
plicitatis,

plicitatis, & ideo etiam teſtis innocentiæ. Lampas eſt A pudicæ mentis, iugiter lucens: vt nil in ea turpe, vel indecorum reſidere attentet, quod nõ illa illico prodat. Illa malorũ impugnatrix, & propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria cõſcientiæ eſt, famæ cuſtos, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ laus & inſigne totius honeſtatis. Rubor ipſe genarum, quem forte inuexerit pudor, quantum gratiæ & decoris ſuffuſo afferre vultui ſolet? Vſque adeo germen animi bonum verecundia eſt, vt & qui male agere non verentur, videri tamen verecundentur. *Subdit:* opera nimirum tenebrarum, & digna latebris occultantes. *Et infra:* Quid tam amicum verecundo animo quàm B ſecretum? Denique orare volentes, iubemur intrare cubiculum, vtique ſecreti gratia. Illud quidem ad cautelam, ne palam orantibus nobis, laus humana, orationis furetur fructum, fruſtretur affectum. Sed quid tam proprium verecundiæ, quàm proprias vitare laudes, & vitare iactantiã? *Et paulo poſt:* Quid tã indecorũ, maxime adoleſcenti, quàm oſtẽtatio ſanctitatis? *Et poſt:* Bona commendatio ſecuturæ orationis, ſi præmittas verecundiam. Hucuſque Bernardus. Quæ autem in huius cæci conſideratione veniunt, potes conſiderare de duobus alijs cæcis tunc a Domino illuminatis, ſcilicet quando exiuit de Hierico. Iſte enim fuit C ante ingreſſum illuminatus. De illis autem dicitur in

Mat. 20. d & Mar. 10. Matthæo & Marco, vbi ponitur nomen vnius. Nam eodem modo, vt iſti clamauerunt, & reſponſum, & lumen a Domino receperunt.

Qualiter Dominus intrauit domum Zachæi. Cap. LXII.

Luc. 19. CVM Dominus Ieſus ingrediens ciuitatem Hierico ambularet per eam: Zachæus princeps publicanorum hoc audiens, & deſiderans vehementer eũ videre, nec valens propter multitudinem turbæ, quia D ſtatura puſillus erat, aſcendit in arborem Sycomorum, vt vel ſic eum videre poſſet. Ieſus autem cognoſcens, & acceptans fidem, & deſiderium eius, dixit: Zachæe feſtina deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Tunc ille deſcendit, & eum cum magno gaudio, & reuerentia ſuſcepit, ac ei conuiuium magnum præparauit. Vidiſti curialitatem Domini Ieſu. Plus dedit Zachæo, quam ipſe deſideraſſet: dedit ei ipſum, quod ille auſus petere non fuiſſet. Hic igitur habes de virtute orationis. Nam deſiderium maxima vox eſt, & magna oratio eſt. Et ideo dicit Propheta:

Pſal. 9. d Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præpara- E tionem cordis eorum audiuit auris tua. Et Moyſi di-

Exod. 14. d xit Dominus: Quid clamas ad me? cum ipſe ore tunc taceret, ſed corde loqueretur. Conſpice ergo eũ ſedentẽ, comedentẽ cum illis peccatoribus: poſuit ſe in medio menſæ cum Zachæo, & aliquem ex illis honorans, poſuit in capite, familiariter & domeſtice conuerſabatur, vt eos ad ſe attraheret. Conſpice etiam diſcipulos libenter cum eiſdem peccatoribus conuerſantes, colloquentes cum eis, & eos ad bona opera confortantes. Sciebant enim hanc eſſe voluntatem magiſtri ſui, & ſalutem eorum cupiebant.

De cæco a natiuitate illuminato. Cap. LXIII.

Ioan. 9. CVM iret Dominus Ieſus Hieruſalem, vidit cæcum a natiuitate, cuius nomen dicitur fuiſſe Cælidonius. & inclinans ſe humilis Dominus, fecit lutum de ſputo, & liniuit oculos eius, mittens eum ad natatoriũ Siloe, vt lauaret. Iuit ille cæcus, & oculos lauit, & lumen recepit. Quod miraculum fuit, ſolemniter examinatum ab illis maleuolis, & ceſſit in confuſionẽ ipſorum. Vide hiſtoriam Euangelij, quia ſatis plana, & pulchra eſt. In prædictis autem conſpice Dominum Ieſum iuxta generalem traditionem tibi datam, & conſidera quàm magna fuit huius cæci gratitudo, quia A ita viriliter, & conſtanter defendit partem Domini Ieſu ante ipſos principes, & maiores Iudæorum, & nec in vno verbo pepercit eis, cum tamen adhuc non vidiſſet Dominum Ieſum. Multum commendabilis eſt virtus gratitudinis, & Deo accepta, & deteſtabile vitium ingratitudinis. De qua materia ſic dicit Bernardus: Diſce ad ſingula dona gratias agere. Diligenter, inquit, conſidera quæ tibi apponuntur: vt nulla videlicet Dei dona a debita gratiarum actione fruſtrentur: non grandia, non mediocria, non puſilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant, id eſt nec minima beneficia obliuiſci. Numquid non perit, quod B donatur ingrato? Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, bonorum perditio. Ingratitudo eſt ventus vrens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ. Hucuſque Bernardus. *Bern. Ser. 51. ſuper Can. parũ poſt med.* *Ingratitudo quid.*

Quomodo Dominus fugit de templo, & abſcondit ſe, quando Iudæi voluerunt eum lapidare, Cap. LXIIII.

ECCE a modo incipiunt myſteria paſſionis Domini. Vnde raro amodo auctoritates adducam, vt C circa paſſionem, & eius præambula poſſim commodius immorari. Dum ergo quadam vice Dominus Ieſus prædicaret in templo, & diceret inter alia: Siquis *Ioan. 8. g* ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum. Et illis reſpondentibus: Ergo tu es maior patre noſtro Abraam, qui mortuus eſt. Dixit Dominus Ieſus: Antequam Abraam fieret, ego ſum. Ex quo verbo ſumentes occaſionem, quaſi impoſſibile, vel mendacium loqueretur, tulerunt lapides, vt lapidarent eum. Ipſe vero abſcondit ſe, & exiuit de templo. Nondum enim venerat hora paſſionis ſuæ. Conſpice ergo bene hic eum cum dolore vehementi, quomo- D do Dominus omnium ſic vilipendebatur ab illis nequiſſimis ſeruis, & quomodo volens eorum furori cedere, abſcondit ſe in aliquo loco templi, poſt aliquam columnam, vel inter aliquas perſonas. Intuere ipſum, & diſcipulos mæſte & inclinato capite tamquam imbecilles, & debiles recedentes.

Quomodo alia vice voluerint lapidare Ieſum. Cap. LXV.

CVM quadam alia vice in feſto Encæniorum, Id eſt in feſto dedicationis templi, Dominus Ieſus eſſet in porticu Salomonis, circumdederunt eum lupi illis E rapaces cum furore maximo, ſtridentes dentibus, & dicentes: Vſquequo tollis animas noſtras? Si tu es *Ioan. 10. e* Chriſtus, dic nobis palam? At mitiſſimus agnus humiliter reſpondit eis, dicens: Loquor vobis & non creditis mihi Opera quæ ego facio nomine patris mei, teſtimonium perhibent de me. Conſpice ipſum nunc bene pro Deo, & totum negotium. Ipſe quidem eis humiliter loquebatur, illi vero cum furore caninis latratibus perſtrepebant in eũ, ex omni parte ſicut eum circumdabant: tandem non potuerunt occultare venenum cordis. Acceperunt igitur lapides, vt iacerent in eum. Sed Dominus Ieſus nihilominus blando ſer- F mone locutus eſt eis, dicens: Multa bona opera oſtendi vobis, propter quod eorum opus vultis me lapidare? Et illi inter alia, quia tu homo cum ſis, facis te ipſum Deum. Vide mirabilem inſaniam. Ipſi volebant eum ſcire Chriſtum, & qua verbis, & operibus hoc comprobat, volebant eum lapidare. Nec aliquam excuſationem habere poſſunt quin potuerunt, & debuerunt credere Dominum Ieſum fuiſſe filium Dei. Quia vero necdum venerat hora eius, exiuit de manibus eorum, & receſſit trans Iordanem ad locum vbi Ioannes baptizauerat, qui diſtat a Hieruſalem per decem & octo miliaria, & ibi ſtabat cum diſcipulis ſuis. Conſpice ergo tam eum, quàm diſcipulos contriſtatos recedere, & eis compatere toto poſſe.

De

De reſuſcitatione Lazari. *Cap. LXVI.*

PRæſens miraculum valde celebre, multumq. ſolemne cum deuotione meditandi occurrit: & ideo ſic te attentam exhibeas, ac ſi præſens fuiſſes his, quæ hic dicta vel facta fuerunt, & libenter conuerſeris, non ſolum cum Domino Ieſu, & diſcipulis eius, ſed etiam cum iſta benedicta familia ſic Domino deuota, & a Domino dilecta, ſcilicet Lazaro, Martha, & Maria. Languente igitur Lazaro, ſorores eius prædictæ, quæ familiariſſimæ Domino erant, ad eum miſerunt ad locum in quem receſſerat, ſcilicet trans Iorda- B
Ioan. 11. a nem, vt in ſuperiori tractatu continetur, dicentes: Lazarus frater noſter, quem amas, infirmatur. Et amplius non dixerunt, vel quia hoc ſufficiebat amanti, & bene intelligenti: vel quia timebant ipſum ad ſe vocare, cum ſcirent, maiores Iudæorum inſidiari eidem, & cupere mortem eius. Dominus autem Ieſus audito nuncio ſiluit per duos dies, & poſt dixit diſcipulis inter alia: Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, quia non eram ibi. Vide mirabilem bonitatem, & dilectionem Domini, ac ſolertiam circa diſci- C
pulos ſuos. Indigebant adhuc maiori robore & virtute, vnde ipſe libenter operabatur eorum profectum. Redierunt igitur, & venerunt prope Bethaniam. Martha vero cum ſciuit, exiuit ei ob-
Ibidem. c uiam, & procidens ad pedes eius dixit: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Dominus vero reſpondit, quod ſurgeret, & de reſurrectione adinuicem tractauerunt. Poſtea vero mittit eam pro Maria: hanc enim Dominus ſingulariſſime diligebat. Ipſa vero vt ſciuit, feſtina ſurrexit, & venit ad eum, & procidens ſimilia verba Martha dicebat. Dominus autem Ieſus vidēs dilectam ſuam afflictam, lacrymoſam, & deſolatam de fratre ſuo, non potuit etiam ipſe lacrymas continere. Vnde tunc lacrymatus D
eſt Ieſus. Conſpice nunc bene ipſum & illas, & etiam diſcipulos. An non credis, quòd & ipſi fuerunt lacrymati? Poſt aliquam morulam ſic plorantibus cunctis, dixit Dominus Ieſus: Vbi poſuiſtis eum? Ipſe enim hoc ſciebat, ſed more humano locutus eſt. Tunc illæ dixerunt: Domine veni, & vide. Et ducebant eum ad ſepulchrum. Vadit igitur Dominus Ieſus medius inter duas ſorores, conſolans, & confortans eas. Ipſæ vero tunc de ſua præſentia conſolabantur, quòd quaſi omnis doloris, & omnis rei oblitæ in eum ſolummodo intendebant. Cumq. ſic intercederent tres ſimul per viam, dicebat Magdalena: E
Domine qualiter fuit vobis, ex quo receſſiſtis a nobis, dolor vehemens fuit mihi de veſtro receſſu, & nunc cum vos rediſſe audiui, magnum gaudium habui, ſed nihilo minus timui, & multum timeo. Scitis enim, quanta machinantur aduerſum vos principes, & maiores noſtri, & propterea non fuimus auſæ mittere, vt veniretis. Gaudeo quod veniſtis, ſed rogo vos pro Deo, vt caueatis vobis ab illorum inſidijs. Dominus autem reſpondebat: Non timeatis, quia pater ſuper his prouidebit. Et ſic colloquendo ad inuicem, venerunt ad monumentum. Tunc iuſſit Dominus Ieſus eleuari ex eo lapidem ſuperpoſitum F
Ibidem. ſed contendebat Martha, dicens: Domine fœtet, quatriduanus enim eſt. O Deus vide mirabilem amorem iſtarum ſororum erga Dominum Ieſum: nolebant enim quòd fœtor tangeret nares eius. Nihilominus tamen immo multo magis Dominus fecit lapidem eleuari. Quo facto, ipſe Dominus Ieſus eleuatis oculis
Ibidem. in cælum, dixit: Gratias tibi ago pater, quoniam audiſti me, ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter iſtos dico, vt ſciant, quia tu me miſiſti. Aſpice nunc bene ipſum ſic orantem, & conſidera zelum eius ad animarum ſalutem. Deinde clamauit voce magna, dicens: Lazare veni foras. Et ſtatim reuixit, & proſilijt foras, ligatus ta-

A men ſicut fuerat ſepultus. Diſcipuli vero ad Domini præceptum ſoluerunt eum. Qui ſolutus, & etiam prædictæ ſorores genuflectentes, gratias egerunt Domino Ieſu de tanto beneficio, & duxerunt eum ad domum ſuam. Stupuerunt autem, qui ibi fuerant, & hæc viderant: & diuulgatum fuit miraculum, adeo vt multitudo magna a Hieruſalem, & alijs partibus venirent ad videndum Lazarum. Et principes Iudæorum ſe confuſos reputantes, de ipſo occidendo cogitauerunt.

De maledictione ficus. *Cap. LXVII.*

B
QVamuis ſecundum fidem hiſtoriæ maledictio ficus, & præſentatio adulteræ in templo, credantur fuiſſe poſt aduentum Domini Ieſu in Hieruſalem ſuper aſello, quia tamen videtur aptius nil poſt ipſum aduentum meditari, niſi de ſua cena & paſſione, & earum circumſtantijs, ideo cogitaui iſta duo hic ponere. Cum igitur Dominus Ieſus vadens verſus Hieruſalem eſuriret, vidit ficum ornatam, & pulchram de folijs. Et appropinquans, & *Mat. 21. b*
C non inueniens ficus, maledixit ei. Et ſtatim aruit, *Mar. 11. a*
ita vt mirarentur diſcipuli. Conſpice igitur eum, & diſcipulos in prædictis, iuxta formam generalem ſupra traditam tibi. Conſpice etiam quia myſtice hoc factum eſt a Domino, cum ſciret non eſſe tempus ficuum. Per talem igitur arborem virentem folijs, intelligi poſſunt verboſi, & loquaces ſine operibus, necnon etiam hypocritæ, ac ſimulati qui exteriorem apparentiam habentes, interius vacui ſunt, & infructuoſi.

De muliere in adulterio apprehenſa.
Cap. LXVIII.

D VIgilabant in malitijs ſuis peſſimi principes & phariſæi contra Dominum Ieſum, & ſolicite pertra- *Ioan. 8. a*
ctabant, quo modo eum per aſtutias & fallacias vincerent, & odibilem populo redderent: ſed retorquebantur in eos ſagittæ eorum. Cum igitur quædam mulier fuiſſet in adulterio deprehenſa, & ſecundum legem deberet lapidari: adduxerunt eam ad ipſum in templo, quærentes, quid de ipſa faciendum eſſet: quaſi volentes ei ponere perplexitatem, vt ſi legem ſeruandam diceret, notaretur de crudelitate, & immiſericordia: ſi non ſeruandam, notaretur de iniuſtitia. Sapiens autem Dominus eorum retia
E cognoſcens, & declinare ſciens, inclinauit ſe humiliter, & digito ſcribebat in terra. & dicit Gloſſa, *Gloſ. ſuper*
quòd ſcribebat peccata eorum. Erat igitur illa ſcri- *Ioan. 8.*
ptura tantæ virtutis, quòd quilibet eorum cognoſcebat in ea peccata ſua. Dominus autem erigens ſe, dixit: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinauit curialis Dominus, etiam pro æmulis & aduerſarijs ſuis ne verecundarentur. At illi diſceſſerunt omnes, & euanuerunt eorum aſtutiæ. Mulierem autem monitam ne amplius peccaret, Dominus Ieſus licentiauit. Conſpice igitur bene ipſum in omnibus prædi-
F ctis factis & verbis.

De conſpiratione Iudæorum contra Ieſum.
Et de fuga eius in ciuitatem Effrem.
Cap. LXIX.

APpropinquante tempore, quo Dominus IESVS diſpoſuerat noſtram redemptionem per effuſionem proprij ſanguinis operari, armauit diabolus ſatellites ſuos, & acuit corda eorum contra ipſum Dominum vſque ad occaſionem ipſius, & ex bonis operibus Domini, maxime autem propter ſuſcitationem Lazari, magis ac magis accendebantur, tamquam

magis inuidiis tabeſcentes. Non valentes igitur ſuum
furorem protelare, collegerunt pontifices & phariſæi
concilium, in quo Caipha prophetante, deliberaue-
Ioan. 11. f runt ipſam agnum innocentiſſimum occidere. O
prauum concilium. O peſſimi duces populi, & con-
ſiliatij nequiſſimi. Quid agitis miſeri? Quis vos fu-
ror exagitat tantus? Quæ ordinatio eſt hæc? Quæ cau-
ſa occiſionis Domini Dei veſtri? Nonne ipſe in medio
veſtrum eſt, quem tamen neſcitis, & intelligit omnia
verba veſtra, & ſcrutatur renes, & corda? Sed ſic
fieri oportet vt deſideraſtis, in manibus veſtris tradi-
dit eum pater ſuus, per vos occidetur, ſed non pro vo-
B bis. Ipſe quidem morietur, & reſurget, vt ſaluet po-
pulum ſuum, & vos peribitis. Diuulgatum fuit iſtud
concilium, ſed ſapiens Dominus volens dare locum
iræ, & etiam quia nondum erant omnia completa,
abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem Effrem:
& ſic fugit humilis Dominus ante faciem nequiſſimo-
rum ſeruorum. Conſpice ergo prædictos nefarios in
ſuo concilio peſſimo æſtuantes. Conſpice etiam Do-
minum IESVM, ſimiliter & diſcipulos recedentes
tamquam imbecilles, & pauperes. Quid tu putas
Magdalenam dixiſſe? Sed & qualis animi mater Do-
mini IESV erat, cum ſic eum recedere videret,
C & audiret cauſam, quia volebant eum occidere? Po-
tes hic meditari Dominam, & ſorores eius tunc re-
manſiſſe cum Magdalena, & Dominum IESVM eas
omnes conſolatas fuiſſe de cita ſua reuerſione.

Quo modo Dominus Ieſus rediit in Bethaniam, vbi Maria Magdalena vnxit pedes eius.
Cap. LXX.

SIcut in ſuperioribus ad inſtructionem noſtram Do
minus Ieſus fugiendo vſus eſt prudentia, oſtendens
quòd pro loco, & tempore furorem perſequentium
caute declinare debemus: ita nunc vtitur fortitudine,
D quia debito tempore imminente, ſponte redit, vt ſe
offerat paſſioni, & ſe in manus ipſorum perſequen-
tium tradat: ſicut alias fuit vſus temperantia cum fu-
git honorem, quando turbæ voluerunt eum face-
re regem. Et econtrario vſus eſt iuſtitia, cum vo-
luit, tamquam rex honorari, quando populus cum
ramis arborum occurrit eidem, ſatis modeſte tamen
ipſum honorem voluit, & ideo aſellum aſcendit, vt
Bern. ſer. 2. in ramis palm. hic refert Bernardus. Iſtis igitur quatuor virtutibus,
ſcilicet prudentia, fortitudine, temperantia, & iuſti-
tia vſus eſt Dominus virtutum propter noſtram inſtru
E ctionem. Dicuntur autem Cardinales eſſe ac prin-
cipales, quia ab eis omnes aliæ virtutes morales deſcen
dunt. Non igitur æſtimandus eſt fuiſſe varius, vel
inconſtans, ſicut nec aliquis alius qui ſecundum diuer-
ſos caſus in diuerſis virtutibus ſe exercet. Redit igitur
Mar. 11. a Dominus Ieſus die ſabbati ante diem palmarum in Be-
thaniam, quæ eſt prope Hieruſalem, quaſi ad duo mi-
liaria: & ibi fecerunt ei cenam in domo Simonis le-
proſi, ſed & ibi fuerunt Lazarus, Martha, & Ma-
ria. Erant enim forte conſanguinei, vel multum
Ioan. 12. a domeſtici eiuſdem Simonis. Tunc autem Maria fu-
dit ſuper caput eius libram vnguenti pretioſi, & ex
F eo vnxit ei caput, & pedes. Et quod alia vice fecit
in eadem domo ex contritione, nunc faciebat ex de-
uotione. Diligebat enim eum ſuper omnia, & de
obſequendo eidem ſatiari non poterat. Sed mur-
murauit de hoc proditor Iudas. Pro qua Dominus
reſpondit, & eam debito more defendit. Nihilomi-
nus tamen proditor indignatus remanſit, & inde pro-
ditionis occaſionem aſſumpſit, & die mercurij ſequen
ti Dominum Ieſum pro triginta argenteis vendidit.
Conſpice igitur eum cenantem cum illis ſuis amicis,
& conuerſantem cum eis, illis paucis diebus, ſcilicet
vſque ad paſſionem ſuam. Sed amplius in domo
Lazari, domus namque ipſius, & ſororis eius erat
ſuum refugium generale. Ibi comedebat de die, &

A dormiebat de nocte cum diſcipulis ſuis. Ibi etiam ma-
ter eius Domina noſtra cum ſororibus quieſcebat,
& multum honorabant eam omnes, & maxime
Magdalena ſemper ſociando eam, nec ab ea vllate-
nus diſcedendo. Conſpice ergo ipſam Dominam,
quæ ſtat timore perterrita de dilectiſſimo filio ſuo,
nec ſe ab illo vllo tempore ſeparabat. Et cum Do-
minus defendens Magdalenam a murmure proditoris
dixit: Mittens hæc vnguentum hoc in corpus meum, *Mat. 26. a*
ad ſepeliendum me fecit: an non credis, quod huius
verbi gladius matris animam pertranſierit? Quid
enim de morte ſua poterat expreſſius dicere? Si-
B militer & omnes alij ſtabant perterriti, & anxijs co-
gitationibus pleni, colloquentes ad inuicem vnus
cum altero hinc inde, more illorum qui habent du-
ra, & aduerſa tractare, & maxime timebant quan-
do ibat in Hieruſalem, quod faciebat quodlibet
die. Multa enim ab iſta die ſabbati vſque ad diem
cenæ locutus eſt Iudæis, & operatus eſt palam in
Hieruſalem, de quibus non intendo referre niſi de
aduentu ſuper aſello, ne meditatio ipſius impedia-
tur. Sumus enim in ianuis paſſionis. Vide, totum
tuum recollige ſpiritum, ne ad alia ſis diſtracta: vt
tam ad hæc myſteria quæ præcedunt, quàm ad ipſam
C paſſionem mente vacua curis, & valde peruigil poſ-
ſis intendere, & interim libenter conuerſetis in Be-
thania cum prædictis.

De aduentu Domini in Hieruſalem ſuper aſello. Ibidem quo modo Ieſus dicitur tribus modis fleuiſſe.
Cap. LXXI.

FRequentabantur myſteria, implebantur ſcripturæ
per Dominum Ieſum, appropinquante tempore
zelabat remedium mundo conferre per proprij cor-
poris paſſionem. Igitur die ſequenti ſummo ma-
D ne, ſcilicet die Dominica parauit ſe ad eundum in
Hieruſalem nouo & inconſueto modo, ſed ſicut
fuerat Prophetatum. Cumq. pergere vellet, mater
pio affectu retrahebat eum, dicens: Fili mi quo vis
ire? Tu ſcis conſpirationem contra te factam, quo-
modo vadis inter eos? Rogo te, vt non vadas. Si-
militer & diſcipulis alijs videbatur intolerabile, quòd
ibat: &, vt poterant, retrahebant eum. Dicebat
Magdalena: Non eatis magiſter pro Deo. Vos ſci-
tis, quod deſiderant mortem veſtram. Si vos itis in
manus eorum, hodie vos capient, & habebunt inten-
tum ſuum. O Deus quo modo diligebant eum, &
E quo modo erat eis amarum, quidquid læderet ipſum.
Ipſe vero aliter diſpoſuerat, qui vniuerſorum ſalutem
ſitiebat, & reſpondebat eis: Voluntas patris mei eſt,
quòd ego vadam. Finite, non timeatis, quia ipſe de-
fendet nos, & hoc ſero huc redibimus illæſi. Cœpit
igitur ire, & illa parua comitiua, ſed fidelis, ſecuta
eſt ipſum. Cum autem venit Bethphage, ſcilicet in *Mat. 21. a*
viculum quendam in medio itineris, miſit duos diſci- *Mar. 11. a*
pulos in Hieruſalem, vt ſibi adducerent aſinam & pul- *Luc. 19. c*
lum eius, alligatos in loco publico ad miniſterium pau
perum deputatos. Quo facto, Dominus Ieſus primo
ſuper aſinam, & parum poſt ſuper pullum humiliter
F aſcendit, ſuper quos diſcipuli veſtimenta ſua poſuerũt.
Et ſic equitabat Dominus mundi. Et quamquam iu-
ſtiſſimum foret eum honorari, honoris tamen tempo-
re talibus dextrarijs, & phaleris vſus fuit. Conſpice
nunc bene ipſum, & vide, quo modo in hoc ſuo hono-
re, vituperauit honorabilem pompã mundi. Non enim
fuerunt hæc animalia frenis, & ſellis deauratis, & pha-
leris ſericatis ornata, more ſtultitiæ mundialis, ſed vili-
bus pãnis, & duobus funiculis, cum eſſet Rex regum,
& Dominus dominorum. Turbæ autem cũ ſciuerunt,
iuerunt obuiam ei, & vt regem cum laudibus, & canti-
cis cum veſtium ſuarum, & ramorũ arborum ſtratio-
ne ac lætitia magna ſuſceperunt eum. Immiſcuit autem
cum iſta lætitia fletũ. Namque cum vidit Hieruſalem,
fleuit

fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes, & tu ſupple fleres.

Et debes ſcire, quod tribus vicibus legimus Dominum Ieſum fleuiſſe. Vna de morte Lazari, ſcilicet humanam miſeriam. Alia hic, ſcilicet humanam cæcitatem, & ignorantiam. Hic enim fleuit, quia non cognouerunt tempus viſitationis ſuæ. Tertia vice fleuit in paſſione ſua, ſcilicet humanam culpam, & malitiam: quia videbat, quòd paſſio ſua omnibus ſufficiebat, & tamen non omnibus proficiebat, quia non reprobis & duris corde ac impœnitentibus. Et de hac refert Apoſtolus, ad Hebræos, dicens de tempore ſuæ paſſionis: Qui cum clamore valido, & lacrymis exauditus eſt pro ſua reuerentia. De his tribus vicibus habetur in textu. Sed & alias tenet Eccleſia quod fleuit, ſcilicet infantulus. Et ideo cantat: *Vagit infans inter arcta conditus præſepia.* Quod faciebat vt myſterium incarnationis diabolo occultaret. Conſpice ergo bene ipſum nunc flentem, nam & flere deberes cum eo. Flet enim larguer, & fortiter, quia non ſimulate, ſed vere dolebat cum ipſis. Vnde corde amaro flebat illorum periculum æternale. Prædixit etiam tunc ipſorũ excidium corporale. Conſpice etiam diſcipulos, qui diligenter vadunt iuxta eum cum tremore, & reuerentia. Ipſi ſunt barones, & comites, ſui domicelli & deatratores. Conſpice etiam matrem cum Magdalena, & alijs feminis ſequentes attente poſt eum. Nec credere debes, quod ipſo flente, potuerunt mater & alij ſui lacrymas continere. Intrauit ergo Dominus Ieſus cum iſto triumpho, & honore turbarum in ciuitatem. de quo ciuitas commota eſt. Venit autem ad templum, & eiecit ementes & vendentes. Et hæc fuit ſecunda eiectio. Et ſtetit Dominus Ieſus publice in templo prædicans populo, & reſpondens principibus, & phariſæis vſque quaſi ſero. Et licet ſic honoratus fuiſſet ab illis, non eſt inuentus aliquis, qui eum etiam ad bibendum inuitaret. Tota igitur die, ipſe & ſui ieiunauerunt, & ſero cum eis Bethaniam redijt. Conſpice ergo & nunc bene ipſum, quia valde humiliter vadit per ciuitatem cum illis paucis, qui ſic honorifice venerat mane. Ex quo potes conſiderare, quòd parum eſt de mundano curandum honore, qui ſic terminatur in breui. Potes etiam conſiderare, quo modo Magdalena, & alij gaudeant, quando honorabatur a turbis, & multo magis quando Bethaniam redierunt illæſi.

Christus ter fleuit.

Hebr. 5. c

Mar. 11. d

Quando Dominus Ieſus mortem ſuam prædixit matri. Cap. LXXII.

HIc poteſt interponi meditatio valde pulchra, de qua tamen ſcriptura non loquitur. Cenante namque Domino Ieſu die mercurij cum diſcipulis ſuis in domo Mariæ & Marthæ, & etiam matre eius cum mulieribus in alia parte domus: Magdalena miniſtrans rogauit Dominum, dicens: Magiſter ſitis memor, quod facietis paſcha nobiſcum, rogo vos, vt hoc non denegetis mihi. Quo nullatenus acquieſcente, ſed dicente, quòd in Hieruſalem faceret paſcha: illa recedens miro cum fletu, & lacrymis, vadit ad Dominam, & his ei narratis rogat, vt ipſa eum ibi in paſchate teneat. Cena igitur facta, vadit Dominus Ieſus ad matrem, & ſedet cum ea ſeorſum colloquens cum ea, & copiam ei ſuæ præſentiæ præbens, quam in breui ſubtracturus erat ab ea. Conſpice nunc bene ipſos ſedentes, & quo modo Domina reuerenter eum ſuſcipit, & cum eo affectuoſe moratur, & ſimiliter quo modo Dominus reuerenter ſe habet ad eam. Ipſis igitur ſic colloquentibus Magdalena vadit ad eos, & ad pedes eorum ſedens dicit. Domina ego inuitabam magiſtrum, vt hic faceret paſcha, ipſe vero videtur velle ire Hieruſalem ad paſchandum, vt capiatur ibi: rogo vos vt non permittatis eum ire. Ad quem mater: Fili mi, rogo te vt non ſic fiat, ſed faciamus hic

A paſcha. Scis enim quod inſidiæ ad te capiendum ordinatæ ſunt. Et Dominus ad eam: Mater chariſſima, voluntas patris eſt, vt ibi faciam paſcha: quia tempus redemptionis aduenit. modo implebuntur omnia quę de me ſcripta ſunt, & facient in me quidquid volent. At illæ cum ingenti dolore hæc audierunt, quia bene intellexerunt, quòd de morte ſua dicebat. Dicit igitur mater vix valens verba formata proferre: Fili mi tota concuſſa ſum ad vocem iſtam, & cor meum dereliquit me. Prouideat pater, quia neſcio quid dicam. Nolo ſibi contradicere, ſed ſi ipſi placeret, roga eum vt differat ad præſens, & faciamus hic pa- B ſcha cum iſtis amicis noſtris. Ipſe vero ſi ſibi placebit, poterit de alio modo redemptionis ſine morte tua prouidere: quia omnia poſſibilia ſunt ei.

O ſi videres inter hæc verba Dominum plorantem, modeſte tamen & plane, & Magdalenam tamquam ebriam de magiſtro ſuo largiter, & magnis ſingultibus flentem, forte nec tu poſſes lacrymas continere.

Conſidera in quo ſtatu eſſe poterant, quando hæc tractabantur. Dixit enim Dominus, blande conſolans eas: Nolite flere, ſcitis quod obedientiam Patris me implere oportet: ſed pro certo confidite, quia cito reuertar ad vos, & tertia die reſurgam incolumis. In C monte igitur Sion ſecundum voluntatem Patris faciam paſcha. Dixit autem Magdalena, ex quo non poſſumus eum hic tenere, ſimus & nos in domo noſtra in Hieruſalem. ſed credo quod numquam habuit paſcha ſic amarum. Acquieuit Dominus, quòd & ipſæ in dicta domo facerent paſcha.

De cena Domini. Item de menſa & modo ſedendi in menſa. Exemplum quinque virtutum Chriſti in cena. Item quinque ex ſermone Domini. Cap. LXXIII.

D ADueniente iam & imminente tempore miſerationum, & miſericordiarum Domini Ieſu, quo diſpoſuerat ſaluam facere plebem ſuam, & eam redimere, non corruptibili auro & argento, ſed pretioſiſsimo ſanguine ſuo: voluit cenam facere cum diſcipulis ſuis notabilem, antequam ab eis per mortem diſcederet, in ſignum memoriale recordationis, ac etiam vt compleret myſteria, quæ reſtabant complenda. Fuit autem hæc cena magnifica valde, & magnifica ſunt quæ fecit ibi Dominus Ieſus. Ad quæ intuenda te cum ſumma attentione præſentem exhibe: quia ſi hoc digne & vigilanter feceris, non patie- E tur te curialis Dominus redire ieiunam. Circa ipſam igitur quattuor principaliter, quæ ibi notabiliter facta fuerunt, meditanda occurrunt. Primo ipſa corporalis cenatio. Secundo pedum diſcipulorum per Dominum Ieſum ablutio. Tertio ſacramenti, ſui ſacratiſsimi corporis inſtitutio. Et quarto pulcherrimi ſermonis per ipſum compoſitio. De quibus per ordinem videamus.

1. Pet. 1. b

CIRCA primum attende, quòd Petrus & Ioannes iuerunt iuſſu Domini Ieſu, ad quendam amicum ſuum in montem Sion, vbi erat cenaculum grande ſtratum ad parandum Paſcha. Sed & Dominus F cum alijs diſcipulis die Iouis, adueſperaſcente die ciuitatem intrauit, & ad ipſum locum iuit. Aſpice nunc igitur eum ſtantem in aliqua parte domus, & colloquentem cum ſuis diſcipulis ſalubria, & interim in cenaculo parabatur pro eis per aliquos de ſeptuaginta duobus diſcipulis paſcha. Legimus namque in legenda ſancti Martialis, quod ipſe cum aliquibus de ſeptuaginta duobus diſcipulis fuit ipſo die ſero ad miniſtrandum Domino Ieſu, quando lauabat pedes diſcipulorum ſuorum. Cum autem eſſent omnia in cenaculo parata, dilectiſsimus Ioannes qui ſolicite ibat, & redibat ad parandum, & iuuandum in pręparatione præfata, venit ad Dominum Ieſum, dicens: Domine vos poteſtis cenare, quando placet vobis, quia

De cena agni paſchalis.

Mat. 26. b

omnia ſunt parata. Conſpice nunc bene, & moroſe omnia, quæ dicuntur, & fiunt: quia viſceroſa ſunt, valde nec abbreuianda ſunt ſicut cetera Domini Ieſu facta, ſed potius dilatanda. In hoc igitur eſt maxima vis omnium meditationũ de ipſo, ſed & amoroſi⁊us magis, ſcilicet propter exceſſiua inſignia, quæ in hac cena facta fuerunt. Surgit ergo Dominus Ieſus, & diſcipuli eius cum eo. Ioannes vero eius lateri ſe iungens, ab eo ſe deinceps nullatenus ſeparauit. nullus enim ſic fideliter ac familiariter adhæſit ei, ſicut Ioannes. Nam cum captus fuit, introiuit cum eo in atrium principis ſacerdotum, nec in crucifixione, nec in morte, nec poſt mortem dimiſit eum quouſque fuerat ipſe ſepultus. In hac autem cena iuxta eum ſedit, licet eſſet minor alijs. Intrant autem cenaculum omnes, lauant manus, & circumſtantes menſam deuotiſſime benedicunt. Aſpice bene per ſingula. Scire autem debes, quòd ipſa menſa erat in terra, & more antiquorum in terra ſederunt ad cenam. Erat autem menſa quadra vt creditur, de pluribus tamen tabellis, quam ego vidi Romæ in Eccleſia Lateranenſi, & ego eammet menſuraui. Eſt autem in vno quadro duorum brachiorum, & trium digitorum, vel palmi vel citra: ita quòd licet arcte, tamen in quolibet quadro, vt creditur, tres diſcipuli ſedebant, & Dominus Ieſus humiliter in quodam angulo: ita quod omnes in vno catino comedere poterant. Et propterea non intellexerunt eum diſcipuli, quando dixit: Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me tradet, quia omnes pariter intingebant. Benedictione igitur facta per dexteram Domini, ſedent circa menſam, Ioanne ſedente iuxta Dominum Ieſum Chriſtum. Agnus paſchalis tunc eis defertur. Sed attende, quòd dupliciter poteris hoc meditari. Vno modo quòd ſedeant ſicut iam dixi. Alio modo, vt ſtent recti cum baculis in manibus comedentes agnum cum lactucis agreſtibus, & ita obſeruantes quæ in lege Domini mandantur, deinde poſtea eos mediteris ſedere ad aliquid manducandum, vt ex pluribus locis textus poteſt colligi: quia nec Ioannes recumbere ſupra pectus Domini aliter potuiſſet, niſi ſedendo. Delato ergo agno paſchali aſſo, accepit eum verus & immaculatus agnus, ſcilicet Dominus Ieſus, qui erat in medio illorum tamquam qui miniſtrat, ſciditq. eum in fruſtra, diſcipulis alacriter porrexit, & ad comedendum confortat. Ipſi vero comedebant, ſed alacritatem non capiebant ſemper pauidi, ne nouitas contra Dominum fieret. Cenantibus autem eis, patefecit factum apertius, & inter alia ita ait: Deſiderio deſideraui, hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Vnus autem veſtrum me traditurus eſt. Hæc vox in corda ipſorum, vt gladius acutiſſimus intrauit, & comedere ceſſauerunt, aſpicientes ſeipſos inuicem & dicẽtes: Numquid ego ſum Domine? Aſpice nunc bene ipſos, & compatere tam Domino Ieſu quam ipſis: quia in magno dolore ſunt poſiti. Ipſe autem proditor, ne viderentur hæc verba pertinere ad ipſum, comedere non ceſſauit. Ioannes vero ad inſtantiam Petri quæſiuit & dixit: Domine quis eſt, qui tradet te? Et Dominus Ieſus tamquam ſingulari dilecto familiariter ei aperuit. Ioannes vero ſtupefactus, & cordialiter gladiatus, verſus eum ſe inclinauit, & ſuper pectus eius recubuit. Petro autem Dominus non dixit, quia vt dicit Auguſtinus ſi ipſum ſciuiſſet, dentibus proditorem diſcerpſiſſet. Sed per Petrum ſignantur actiui, per Ioannem contemplatiui, vt dicit Auguſtinus in eadem Homilia in Euangelium, quod legitur in feſto ſancti Ioannis. Vnde habes hic argumentum, quòd cõtemplatiuus non intromittit ſe de actibus extrinſecis, & de ipſis etiam offenſis Domini vindictam non expetit, ſed gemit interius, & per orationes ſe ad Deum conuertit, & ſortius ei per contemplationem approximans, eiq. inhærens, omnia ſuæ diſpoſitioni committit. Nam aliquando ipſe contemplatiuus ex zelo Dei, & animarum, exterius exit, vt ſupra plenius habuiſti in tractatu de vita contemplatiua. Hic etiam habes, quòd nec ipſe Ioannes dixit Petro, quamuis ad ipſius nutum Dominum quæſiuiſſet. Ex quo potes colligere, quòd contemplatiuus non debet ſecretum ſui Domini reuelare. Legitur autem de beato Franciſco, quòd reuelationes occultas non reuelabat exterius, niſi quantum fraternæ ſalutis vrgebat zelus, vel ſupernæ reuelationis dictabat inſtinctus. Nunc igitur conſpice Domini benignitatem quo modo dilectum ſuum ſupra pectus ſuum retinet tam benigne. O quam tenerrime ſe adinuicem diligebant. Conſpice etiam alios diſcipulos multũ mœſtos ad hanc Domini vocem, non comedentes, ſed ſeinuicem aſpicientes. & ſuper his conſilium capere neſcientes. Hæc de primo articulo ſufficiunt.

De modo, quo in vltima cena Chriſtus, cũ diſcipulis ſedit ad menſam, & de ipſa mẽſa.

Luc. 22. b

Ioan. 13. c

Aug. tract. 124. in Io. to. 9.

A B C D E F

Circa ſecundum vero diligenter attende. His namque ſic ſe habentibus, ſurgit Dominus Ieſus a cena, ſurgunt ſtatim & diſcipuli, ignorantes quo ire vellit. Ipſe autem deſcendit cum eis in locum alium inferius in eadem domo, vt dicunt qui locum viderunt, & ille omnes ſedere fecit, aquam iubet ſibi afferri, ponit veſtimenta ſua, linteo ſe præcingit, & aquam mittit in peluim lapideam, vt lauaret ipſorum pedes. Recuſat Petrus, & totus ſtupefactus rẽ ſuo iudicio ſic indecentem declinat. Sed audita Chriſti comminatione, ſapienter conſilium mutauit in melius. Cõſidera nunc bene ſingulos actus & cum admiratione conſpice, quę geruntur. Inclinat ſe ſumma maieſtas, & humilitatis magiſter vſque ad piſcatoris pedes, ſtat incuruatus, & genibus flexis, coram ipſis ſedentibus. Lauat proprijs manibus, abſtergit, deoſculaturq. omnium eorum pedes. Sed & illud ſuperexaltat humilitatem, quod & ipſi proditori eadem obſequia ipſe præbet. Sed ô cor nequam, & omni duritia durius, ſi ſic ad tantam humilitatem non emollitis, ſi ſic Dominum maieſtatis non vereris, ſi ſic vſque ad ipſius ſemper tibi benefici, ſemperq. innocentis ſæuis interitum. Sed væ tibi miſer, tu quidem obduratus quod concepiſti parturies, non tamen ipſe, ſed tu peribis. Admiranda eſt ergo merito tanta humilitatis, & benignitatis profunditas, & cet. Hoc autem completo miniſterio, redit ad locum cenæ, & iterum recumbens, eos ad ſuum exemplũ imitandum confortat. Potes autem hic meditari, quòd Dominus Ieſus exemplum dedit nobis iſto ſero quinque magnarum virtutum, ſcilicet humilitatis, vt dictũ eſt lauando: charitatis, in ſacramento corporis, & ſanguinis ſui, & in ſermone qui eſt omnis charitatis plenus: patientiæ, in ſuſtinendo proditorem ſuum, & multa opprobria quando fuit captus, & ductus vt latro: obedientiæ, in eundo ad paſſionem ſuam, & mortem ex obedientia patris: orationis, in orando in horto tribus vicibus. In his ergo virtutibus eum imitari conemur. Et hæc de ſecundo articulo.

De ablutione pedum. Ioan. 13. b

Chriſtus Dominus in cena quinque magnarum virtutum exemplum præbuit.

Circa tertium vero meditando, obſtupeſce illam chariſſimam dignationem, & dignatiſſimam charitatem, qua nobis tradidit ſemetipſum, & reliquit in cibum. Cum ergo lotis diſcipulorum pedibus iterum recubuiſſet, volens finem dare legalibus inſtitutis, & ſacrificijs & nouum incipere teſtamentum, ſeipſum ſacrificium nouum facit, & accipiens panem, oculos ad patrem eleuans, confecit altiſſimum Sacramentum corporis ſui, & dans diſcipulis ſuis dixit: HOC EST CORPVS MEVM, quod pro vobis tradetur. Similiter & calicem dicens: HIC EST SANGVIS MEVS, qui pro vobis effundetur. Aſpice nunc bene pro Deo, quo modo diligenter, fideliter, & deuote prædicta facit, & manibus proprijs communicauit illam dilectam, & benedictam familiam ſuam. Et tandem in amoris recordationem, ſubiungit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Hoc eſt illud memoriale, quod animam gratam cum ipſum ſuſcipit, manducando, vel fideliter meditando deberet totam ignire, & inebriare, & in ipſum Dominum præ amoris, & deuotionis vehementia

De inſtitutione ſacramenti Euchariſtiæ. ex Mat. 26

mentia totaliter transformare. Nihil enim maius, charius, dulcius, & vtilius nobis relinquere poterat, quàm ſeipſum. Ipſe namque, quem in Sacramento ſumimus, ille idem eſt, qui de virgine mirabiliter incarnatus & natus pro te mortem ſuſtinuit, & qui reſurgens, & glorioſe aſcendens ſedet a dextris Dei. Et ipſe eſt qui creauit cælum, & terram, & omnia: & qui ea gubernat, ac etiam moderatur. Ipſe eſt a quo dependet ſalus tua: in cuius voluntate & poteſtate eſt tibi dare, vel non dare gloriam paradiſi. Ipſe eſt qui eſt in tali hoſtia modica oblatus, & tibi exhibitus. Ipſe eſt Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei viui Et hæc de tertio articulo.

De ſer. Domini in cœna ex Io. 13. vſque ad 17. cap. *Aug. Enar. in Pſal. 40. co. 2.* *Ioan. 13. c*

CIRCA quartum vero ad omnium cumulum ſuper effluentem, attende alia dilectionis inſignia. Facit enim eis ſermonem pulcherrimum, plenum dulcedine, & amoris carbonibus ignitum. Communicatis namque diſcipulis, & peſſimo Iuda, ſecundum Auguſtinum licet ſecũdum aliquos non fuerit in communicatione, dicit ipſi Iudæ Dominus Ieſus: Quod facis fac citius. Ille autem infelix egrediens, init ad principes ſacerdotum, quibus eum præcedenti die Mercurij vendiderat triginta argenteis, & petijt ab eis cohortem ad ipſum capiendum. Interim vero Dominus Ieſus fecit diſcipulis dictum ſermonem. Ex cuius C ornata, vtili, ac veneranda magnitudine, quinque principaliter meditando aſſumo. Primum qualiter prædicens eis diſceſſum ſuum, eos confortauit. Dicebat

Ex ſermone Domini quinque præcipue meditãda.

Ioan. 14. c namque: Adhuc modicum vobiſcum ſum, ſed non
Ioan. 16. g relinquam vos orphanos. Vado & venio ad vos. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Hæc & his ſimilia, quæ ſuccincte pertranſeo, dicebat eis, quæ corda ipſorum totaliter pertranſibant, & penetrabant. Non enim de ſuo diſceſſu poterant aliquid tolerare. Secundo circa ſermonem mediteris, qualiter cordialiter & inſtanter inſtruxit eos de charitate, D dicens pluribus vicibus: Hoc eſt mandatum meum, vt diligatis inuicem. Et in hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Et alia huiuſmodi quæ in textu plenius poteris reperire. Tertio circa ſermonem mediteris, quo modo monuit eos ad obſeruãtiam mandatorum
Ioan. 14. b ſuorum, dicens: Si diligitis me, mandata mea ſeruate.
Ioan. 15. b Et: Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Et alia huiuſmodi. Quarto circa ſermonem mediteris, qualiter det eis confidentiam contra tribulationes, quas eis prædixit eſſe venturas, hoc
Io. 16. g modo: In mundo preſſuras habebitis, ſed confidite,
Ioan. 15. c quia ego vici mundum. Et iterum: Si mundus vos E odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit.
Ioan. 16. f Mundus quidem gaudebit, vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Quinto circa ſermonem eſt meditandum, qualiter ipſe Dominus Ieſus tandem aſpiciens in cælum ſe conuertit ad patrem dicens: Pater ſerua iſtos quos dediſti mihi. Cum eſſem cum eis ego ſeruabam eos. Nunc autem venio ad te. Pater Sancte ego pro eis rogo: non pro mundo, & non pro his tantum, ſed pro eis omnibus, qui
Ioan. 17. d in me credituri ſunt per eos. Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Et alia huiuſmodi quæ vere erant F corda ſcindentia. Mirum certe quo modo diſcipuli, qui tam vehementer Dominum Ieſum amabant, ad hæc verba ſubſiſtere potuerunt. Si ergo quæ in hoc ſermone dicta ſunt, attente diſcuſſeris, & meditando ruminaueris diligẽter, & in eorum dulcedine requieueris, merito inardeſcere poteris ad tantam dignationem benignitatem, & prouidentiam indulgentiam, & charitatem, & etiam ad alia per eum hoc ſero facta. Conſpice ergo eum dum loquitur, quo modo efficaciter, deuote, & delectabiliter loquens, imprimit diſcipulis ſuis, quę narrat, & paſcit in amœnitate aſpectus eius, atque verborum. Conſpice autem diſcipulos quo modo ſtant mæſti capitibus inclinatis, lacryman-

A tes, & ſuſpiria magna dantes, pleni ſunt triſtitia, vſque ad ſummum, & de hoc veritas ipſamet ferebat teſtimonium, dicens: Quia hæc dixi vobis, triſtitia *Ioan. 16. d* impleuit cor veſtrum. Inter alios autem conſpice Ioannem, eidem familiarius cohærentem, qualiter attente & diligenter aſpicit hunc dilectum ſuum, & tenerius anxiatus omnia verba eius recolligit. Ipſe enim ſolummodo deſcribens hæc tradidit vere nobis. Inter alia quoque dicit eis Dominus Ieſus: Surgite eamus hinc. *Mar. 14. e* O quantus pauor tunc in eos intrauit, neſcientes quo, vel qualiter ire deberent, & de ipſius ſeparatione plurimum formidantes, & nihilominus poſtea locutus B eſt eis complendo ſermonem, in alio loco eundo per viam. Conſpice nunc diſcipulos euntes poſt eum, & cum eo, quo modo quilibet, qui magis poteſt magis ei approximat, congregatim pergentes, ſicut mos eſt pullorum pergere poſt gallinam, impellendo eum modo vnus, modo alius ex deſiderio appropinquandi, & audiendi verba ipſius. Ipſe vero libenter hoc ſuſtinebat ab eis. Tandem cunctis completis myſterijs, vadit cum eis in hortum trans torrentem Cedron, & ibi ſuum proditorem, & armatos expectauit.

SEXTA FERIA.

Meditatio de paſſione Domini in generali. Cap. LXXIV.

OCCVRRIT nunc, vt de paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti pertractemus. Qui ergo in paſſione, & Cruce Domini gloriari deſiderat, ſedula cordis meditatione debet in ipſa perſiſtere, cuius myſteria, & quæ circa eam facta ſunt, ſi toto forent perſpecta intuitu mentis, in nouũ, D vt puto, ſtatum adducerent meditantem. Nam profundo corde & totis viſcerum medullis eam perſcrutanti, multi adſunt paſſus inſperati, ex quibus nouam compaſſionem, nouum amorem, nouas conſolationes, & per conſequens nouum quendam ſtatum ſuſciperet: quæ ſibi præſagium, & participatio gloriæ viderentur. Ad hunc autem ſtatum conſequendum, crederem tamquam ignarus, & balbutiens, quod totam illuc mẽtis aciem vigilantibus oculis cordis, omiſſiſq. alijs curis extraneis, dirigi oporteret: & quòd quis ſe præſentem exhiberet omnibus, & ſingulis quæ circa Dominicam ipſam Crucem, paſsionem, & cruci- E fixionem contigerunt, affectuoſe, diligenter, amoroſe, & perſeueranter. Te ergo hortor, vt ſi vigilanter attendiſti præmiſſa, quæ de ipſius vita dicta ſunt, hic multum vigilantius totum apponas animum, totamq. virtutem: quia hic maxime apparet illa charitas eius, quæ corda noſtra deberet totaliter concremare. Cuncta vero cum modificatione ſolita accipe, ſcilicet quæ ſic meditari poterunt, vt narrabo. Non enim in hoc opuſculo aliquid affirmare intendo, quod non per ſacram Scripturam, vel dicta Sanctorum, vel opiniones approbatas affirmatur, vel dicitur. Videtur autem mihi non incongrue dici, quòd non ſolum illa pœna- F lis, & mortalis crucifixio Domini, ſed ea quæ præceſſerunt eandem, ſunt vehementiſsimæ compaſſionis, amaritudinis & ſtuporis. Quid enim eſt cogitare, quòd ipſe Dominus noſter ſuper omnia benedictus Deus, ab hora qua de nocte captus eſt, vſque ad ſextã crucifixionis ſuæ horam, fuit in bello continuo, doloribus magnis, opprobrijs, illuſionibus & tormentis? Nõ enim ſibi datur vel modica requies. Sed in quali erat bello, & conflictu audi, & vide. Alius ipſum dulcẽ, & mitẽ, & pium Ieſum apprehẽdit, alius ligat, alius inſurgit, & alius exclamat, alius impellit, alius blaſphemat, alius expuit in eum, & alius vexat, alius circumuoluit, alius interrogat, alius cõtra eum falſos teſtes inquirit, & alius inquirentes aſſociat, alius contra eum falſum

Pœnas omnes quas Chriſtus paſſus eſt, in genere recenſet.

teſtimonium dicit, aliusq. accuſat, alius deludit, & A
alius oculos eius velat, alius faciem eius pulcherrimam
cædit, alius colaphizat, alius eum ad columnam ducit,
& alius expoliat, alius dum ducitur percutit, alius vo-
ciferatur, & alius eum inſultanter ad vexandum ſuſci-
pit, & alius ad columnam ligat, alius in eum impetum
facit, & alius flagellat, alius eum purpura in contume-
liam veſtit, & alius ſpinis eum coronat, alius arundi-
nem in manu eius ponit, alius furibunde accipit, vt ſpi-
noſum caput percutiat, alius nugatorie genuflectit,
alius deridet genuflexionem. & plura ei intulerunt
opprobria. Ducitur, & reducitur, ſpuitur, & repro-
batur, voluitur, & circumflectitur huc atque illuc tam- B
quam ſtultos, & ſtultiſſime imbecillis, ſed & tamquam
latro, & impiiſſimus malefactor, modo ad Annam, mo
do ad Caipham, modo ad Pilatum, modo ad Hero-
dem, & iterum ad Pilatum, & ibidem modo intus,
modo foris ducitur, & attrahitur. Deus meus quid eſt
hoc? nonne tibi videtur hoc duriſſimum, amariſſimũ,
& continuum, & magnum bellum? Sed expecta pa-
rumper, & duriora videbis. Aſtant contra eum con-
ſtanter principes, & Phariſæi, ſeniores, & multa po-
puli. Acclamatur ab omnibus vnanimiter, vt crucifi-
gatur. Crux humeris iam fractis, & laceratis imponi-
tur in qua crucifigitur. concurrunt vndique ciues, & C
aduenæ, tam maiores, quam ribaldi, viniq. potatores
non ad compatiendum, ſed vtiliſſime deridendum. Ne-
mo eſt qui eum agnoſcat, ſed luto, & immunditijs im-
petuoſe eum commaculant, & affligunt, & dum igno-
Pſal.68. b miniam ſuam portat, factus eſt illis in parabolam. Con
tra eum loquebantur, qui ſedebant in porta, & in eum
pſallebant qui bibebãt vinum. Impellitur & anxiatur,
trahitur & acceleratur: & ſic flagellatus, fatigatus, to-
tusq. maceratus, & opprobrijs ſaturatus vſque ad ſum-
mum, non ſinitur requieſcere, non eſſe in otio, vix po-
teſt refocillare ſpiritum, quouſque peruentum eſt ad
Caluariæ locum, vtique immundiſſimum & fœtidiſſi- D
mum. Et omnia cum impetu fecerunt, & furore. In
ipſo autem loco, finis & quies bello imponitur de quo
tractamus: ſed eſt illa quies aſperior bello, & cruci-
fixio, & lectus doloris. Ecce qualis quies. Vides er-
go quo modo vſque ad ſextam horam paſſus eſt longũ
Ibidem. a & durum bellum. Vere intrauerunt aquæ vſque ad
Pſal.21. d ſuam animam, & circumdederunt eum canes multi,
terribiles, fortes & feroces, & conſilium malignantiũ
eum obſedit, qui dire, & vt gladius bis acutus exacue-
Pſal.63. a runt in eũm linguas, & manus. Ex his ergo quæ dicta
ſunt, expedita videntur, quæ de paſſione Domini dici
poſſunt ſummatim in tribus horis primis, vſque ad
ſextam ſcilicet, matutinali, prima, & tertia. Sed non E
ſic, non eſt tanta amaritudo, & pœna Domini Ieſu ſic
leuiter pertractanda: propter quod reflecte oculos, &
intende. Magna enim & multiplex conſideratio ſu-
pereſt, multumq. penetratiua, & pia, dummodo, vt di-
ctum eſt, exhibeas te præſentem: hæc enim in quadam
generalitate ſunt dicta. Sed videamus ſingula diligen-
ter, non enim debet nos tædere, iſta cogitare, quæ ip-
ſum Dominum non tæduit tolerare.

Meditatio paſsionis Chriſti ante matutinum.
Cap. LXXV.

REaſſume ergo meditationes iſtas a principio Paſ-
ſionis, & proſequere per ordinem vſque in finem,
de quibus ſicut mihi videtur, modicum tangam: tu
vero vt placet exerciteris in amplioribus, vt & ibi Do-
minus ipſe dabit. Attende ergo ad ſingula, ac ſi præ-
ſens eſſes, & cerne eum att... ...um a cena exiens, ſer-
mone completo, in hortum cum diſcipulis ſuis vadit.
Vltimo nunc intra, & perpende quo modo affectuoſe,
ſocialiter ac familiariter eis loquitur, & ad orationem
hortatur, quo modo etiam ipſe puſillum, id eſt per ia-
ctum lapidis progrediens, humiliter ac reuerenter po-
ſitus genibus orat patrem. Hic parumper ſubſiſte,

A & mirabilia Domini Dei tui mente pia reuolue.
Orat nunc Dominus Ieſus. Sed hactenus legitur *De oratione in horto*
pluries ſic oraſſe: ſed pro nobis tunc vt aduocatus no-
ſter, nunc autem pro ſe orabat. Compatere, & ad-
mirare profundiſſimam ſuam humilitatẽ. Cum enim
ſit Deus patri ſuo coæternus & coæqualis, oblitus vi-
detur ſe Deum eſſe, & orat vt homo, ſtat tamquam
quilibet homunculus de populo, Dominum orans.
Conſidera etiam perfectiſſimam obedientiam. Quid
enim orat? certe orat patrem, vt hora mortis ab eo
transferatur, habet hoc expedire vt non moreretur,
ſi ei placeret, & non exauditur, ſecundũ aliquam dico
B voluntatem, quæ in eo erat. Fuit tamen in eo multi-
plex voluntas, vt dicam. Et hic etiam tu compatere,
quia vult pater vt penitus moriatur, & ei quamuis ve-
ro, & vnico filio proprio non pepercit, ſed pro nobis
omnibus illum ſic tradidit. Sic enim dilexit mundum, *Ioan. 3. b*
vt filium ſuum vnigenitum daret. Dominus autem Ie-
ſus hanc obedientiam ſuſcipit, & exequitur reueren-
ter. Vide in tertio loco indicibilem ad nos charitatem,
tam patris, quàm filij, compaſſione, admiratione, ve-
neratione q. digniſſimam. Propter nos hæc mors in
dicitur, & ſuſtinetur propter nimiam charitatem ipſo-
rum. orat ergo Dominus Ieſus patrem prolixe, dicẽs:
C Mi pater clementiſſime rogo te, vt exaudias orationẽ
meam, & ne deſpexeris deprecationem meam. Inten- *Pſal. 54. a*
de mihi & exaudi me, quia contriſtatus ſum in exer-
citatione mea, & anxiatus eſt in me ſpiritus meus, &
in me turbatum eſt cor meum. Inclina ergo ad me au-
rem tuam, & intende voci deprecationis meæ. Tibi
pater placuit me in mundum mittere, vt pro iniuria
tibi ab homine facta ſatisfacerem. Et ſtatim cum vo-
luiſti, dixi: Ecce vado. Et ſicut in capite libri ſcriptum
eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, ſic volui. Ve-
ritatem tuam, & ſalutare tuum annunciaui. Pauper
ſui, & in laboribus a iuuentute mea, faciens volunta-
D tem tuam, & omnia quæ mandaſti feci. Paratus ſum
etiam complere quæ reſtant. Si tamen pater mi fieri
poteſt, tolle a me tantam amaritudinem, quanta mi-
hi parata eſt ab aduerſarijs meis. Vide enim pater, quã-
ta aduerſantur aduerſum me, & quot & quanta mihi
imponunt, propter quæ accipere animam meam con-
ſiliati ſunt. Sed pater ſancte ſi feci ea, ſi eſt iniquitas *Pſal. 7. a*
in manibus meis, ſi reddidi retribuentibus mihi mala,
decidam merito ab inimicis meis inanis. Ego enim
quæ tibi placita ſunt, feci ſemper. Ipſi vero poſuerunt *Pſ. 108. a*
aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione
mea, & diſcipulum meum corruperunt, & ſuum du-
cem ad me perdendum fecerunt, & appenderunt mer-
E cedem meam triginta argenteis, quibus appretiatus *Mat.27. b*
ſum ab eis. Rogo te pater mi, vt transferas a me Cali- *Mat.26. d*
cem iſtum. Si autem aliter tibi videtur, fiat volun-
tas tua, & non mea. Sed exurge pater in adiutorium
meum, feſtina vt me adiuues. Dato enim dilectiſſime
pater, quod me neſcierunt filium tuum, quia innocen-
tem vitam cum eis duxi, & multa bona eis contuli, non
debebant pater ſic mihi eſſe crudeles. Recordare nam- *Hier. 18. d*
que, quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro
eis bonum, vt auerterem indignationem tuam ab eis.
Sed væ, nunquid redditur pro bono malum? ipſi au-
F tem foderunt foueam animæ meæ, & mortem turpiſſi-
mam parauerunt. Tu vides Domine, ne ſileas, ne di-
ſcedas a me: quoniam tribulatio proxima eſt, & non
eſt qui adiuuet. Ecce in conſpectu tuo ſunt, qui tri- *Pſal. 68. e*
bulant me, quærentes animam meam. Improperium
expectauit cor meum & miſeriam. Et rediens Do-
minus Ieſus ad diſcipulos ſuos, excitat, & de orando
confortat. Et iterum ſecundo & tertio ad orationem
redijt, in tribus enim diuerſis locis diſtantibus ab in-
uicem per iactum lapidis, non quantum quis excutiẽs
brachium proijcere poſſet, ſed quantum ſine magna
violentia lapidem mitteret, forte quanta eſt longitudo
domorum noſtrarum, vt habeo a fratre noſtro qui fuit
ibi, & adhuc in ipſis locis ſunt veſtigia Eccleſiarum,
quæ

quæ ibi factæ fuerunt. Rediens ergo ad orationem, A vt dixi, ſecundo, & tertio eundem ſermonem orauit, & addidit: Pater ſi ſic decreuiſti, vt penitus crucis patibulum ſubeam, fiat voluntas tua. Sed recommendo tibi dilectiſſimam matrem meam, & diſcipulos

Ioan. 17. b

meos, quos huc vſque ſeruaui. Pater mi ſerua eos a modo. Et interim, ſacratiſſimus ille ſanguis corporis ſui, in modum ſudoris erumpens in hac agonia ſine certamine, dum prolixius orat, vſque ad terram abundanter decurrit.

Conſidera nunc ergo eum, quanta nunc eſt animæ ſuæ anguſtia. Sed & hic illud animaduerte contra impatientiam noſtram, quia Dominus tribus vicibus ora- B uit, antequàm a Patre reſponſionem acciperet.

Michael angelus Chriſtũ in agonia confortat.

Cum autem ſic orat anxiatus Dominus Ieſus: ecce Angelus Domini, princeps militiæ cæleſtis exercitus, Michael ſcilicet aſtitit confortans eum, & dicens: Salutem Deus meus Ieſu. Ego orationem veſtram, & ſudorem veſtrum ſanguineum patri veſtro obtuli in conſpectu totius curiæ ſupernæ, & omnes procidentes ſupplicauimus, vt Calicem hunc transferret a vobis. Et reſpondit pater: Nouit dilectiſſimus filius meus Ieſus, quòd humani generis redemptio, quam ſic optamus, ſine ſanguinis ſui effuſione ſic decenter fieri non poteſt: & ideo ſi ſalutem vult animarum, oportet eũ C pro eis mori. Quid ergo diſcernitis? Tunc reſpondit Dominus Ieſus Angelo: Salutem animarum omnino volo, & idcirco potius eligo mori vt ſaluentur animæ, quas ad imaginem ſuam pater creauerat, quàm velim non mori, & animæ non redimantur. Fiat ergo voluntas patris mei. Et Angelus ad eum: Confortamini ergo, & viriliter agite, excelſum enim decet magnifica facere, & magnanimum ardua tolerare. Cito pertranſibunt pœnalia, & ſuccedunt perpetuo glorioſa. Dicit pater quod ſemper vobiſcum eſt & quod matrem veſtram, & diſcipulos ipſe ſeruabit, ipſosq. incolumes vobis reddet. Et humilis Dominus reuerenter, & hu- D militer ſuſcipit hanc confortationem etiam a ſua creatura, conſiderans ſe eſſe minoratum paulo minus ab ab angelis, dum eſt in hac valle miſera tenebrarum. Et ſic contriſtabatur vt homo, & vale fecit ei. Et ſic ex verbis angeli fuit confortatus vt homo, rogans, vt eum patri ac cæleſti curiæ commendaret. Surgit ergo tertio ab oratione totus ſanguine madefactus, quem conſpice tergentem ſibi vultum, vel etiam forte in torrente lauantem, totumq. afflictum reuerenter cerne, eiq. intime compatere: quia ſine ingenti acerbitate doloris hoc ſibi contingere nullatenus potuit.

Dicunt tamen Sapientes, & expoſitores, quòd ora- E uit Dominus Ieſus patrem, non tam timore patiendi, quàm miſericordia prioris populi: quia compatiebatur Iudæis, quia pro ſua morte ſæuiſſima perderentur. Non enim ipſi occidere eum debebant, quia ex ipſis erat, & in lege eorum continebatur, & tanta eis beneficia impendebat, dum orabat patrem pro ſalute Iudæorum, & dicebat: Vt credat multitudo gentium, non recuſo paſſionem. Si vero Iudæi excæcandi ſunt vt alij videant, non mea voluntas, ſed tua fiat. Fuit

Quadruplex voluntas Chriſti dum horat in horto.

enim in Chriſto tunc quadruplex voluntas, ſcilicet voluntas carnis, & hæc nullo modo volebat pati. Voluntas ſenſualitatis, & hæc remurmurabat, & timebat. F Voluntas rationis, & hæc obediebat, & conſentiebat. nam iuxta Iſaiam dicitur: Oblatus eſt, quia ipſe voluit.

Iſa. 53. b

Et fuit in eo voluntas diuinitatis, & hæc imperabat, & ſententiam ipſa dictabat. Igitur quia verus erat homo, vt homo erat in magna anguſtia poſitus. Et ideo intime compatere ei, & conſidera, & vide diligenter omnes actus, & ſingulas affectiones Domini Dei tui. Venit autem ad diſcipulos ſuos dicens: Dormite iam, & requieſcite, qui ibi aliquantulum dormierunt. Bonus autem paſtor vigilat ſuper cuſtodiam gregis ſui puſilli. O grandis amor. Vere in finem dilexit eos, cum in tanta poſitus agonia eorum procurat quietem. Videbat autem a longe aduerſarios ſuos venientes cum

A facibus, & armis, nec tamen diſcipulos excitauit, niſi cum prope, & iuxta eos erant, tunc dixit eis: Sufficit, ſatis dormiſtis, ecce qui me tradet appropinquat.

Et adhuc eo loquente, venit ante illos nequam Iudas, peſſimus mercator, & oſculatus eſt eum. Dici- *Mat. 26. e* tur enim quòd moris erat Domini Ieſu, diſcipulos Chriſtus capitur. quos emittebat, in oſculo recipere redeuntes, & propterea proditor ille in ſignum, Ieſum per oſculum tradidit, & præcedens alios cum oſculo rediit. quaſi dicat: Non ſum ego cum iſtis armatis, ſed rediens more ſolito, te oſculor & dico: Aue Rabbi. Intuere ergo bene, & proſequens Dominum, vide quo modo B patienter, & benigne ſuſcipit ipſius infelicis amplexus, & oſcula proditoris, cuius paulo ante pedes lauerat, & ſummo cibauerat cibo. Et quo modo ſe patitur capi, ligari, percuti, & furibunde duci, ac ſi eſſet malefactor, & omnino impotens ad ſe defendendum. Quo modo etiam compatitur diſcipulis ſuis fugientibus & errantibus. Sed & ipſorum dolores cernere potes, quo modo inuiti, & dolentes gemitus & ſuſpiria dabant, & velut orphani, & timore perteriti recedebant, & magis ac magis eorum augebatur dolor, cum videbant & Dominum ſuum ſic viliter trahi, & canes iſtos trahentes eum ad victimã, & illum quaſi agnum manC ſuetiſſimum ſine reſiſtentia ipſos ſequi. Conſpice nunc eum, quo modo ducitur ab illis nequiſſimis de torrente ſurſum Hieruſalem feſtinanter, & anxie, manibus poſt tergum ligatis, exclamydatus tunica, ſuperinctus non curioſe, capite diſcoopertus, & curuus ex fatigatione, & vehementi acceleratione incedens. Cum autem præſentatur principibus ſacerdotum Annæ & Caiphæ & alijs ſenioribus congregatis illi, quaſi leo capta præda, exultant, ipſum examinant, falſos procurant teſtes, qui eum condemnant & expuunt in eius ſacratiſsimam faciem, oculos velant, colaphizant, alapis cædunt, dicentes: Propheti̇za quis eſt qui te per- D cuſsit? & multis opprobrijs eum vexant, & in omnibus ſe patienter habebat. Et hic in ſingulis eum conſpice, & compatere.

Tamdem illi maiores receſſerunt mittentes eum in quendam carcerem ibi ſubtus ſolarium, qui adhuc videri poteſt, vel eius veſtigium, & ligauerunt eum ad quamdam columnam lapideam, cuius pars poſtea cõminuta eſt, & adhuc apparet, vt habeo ex fratre noſtro, qui vidit. Dimiſerunt nihilominus aliquos armatos ad tutiorem cuſtodiam, qui eum per totam noctem reſiduam vexauerunt, deriſionibus & maledictis vacantes. Intuere ergo qualiter audaces, & peſsimi conui- E ciantur eidem, dicentes: Credebas tu melior, & ſapientior eſſe principibus noſtris? quæ ſtultitia erat tua? non debebas aperire os tuum contra eos: quo modo fuiſti auſus ſic facere? Sed nunc apparet ſapientia tua, vt ſtes modo ſicut tuis conuenit paribus, & dignus proculdubio es morte, & tu eam habebis. Et ſic per totam noctem modo vnus, & modo alius inſultabat verbis, & factis contra eum. Quanta credis dicunt, & faciunt hi mercenarij? opprobrijs viliſſimis indiſcrete, & irreuerenter ei inſultant. Intuere nunc Dominum verecunde, & patienter tacentem ad omnia tamquam in culpa deprehenſum, & vultu in terram demiſſo, & F ſibi compatere vehementer. O Domine ad quorum manus veniſti? quanta eſt patientia tua? Vere illa eſt hora tenebrarum.

Et ſic ſtetit rectus ad illam columnam ligatus vſque ad mane. Interim autem Ioannes vadit ad Dominam, & ſocias in domum Magdalenæ congregatas, in qua cenam fecerant, & narrat cuncta quæ Domino, & diſcipulis contigerunt. Tunc indicibilis planctus, eiulatus, & clamor factus eſt ibi. Intuere eas, & compatere, quia in afflictione permaxima, & dolore vehementiſſimo ſunt de dilecto Domino ſuo, quia bene vidẽt, & credunt nunc ipſum Dominum moriturum. Tandem Domina ſecedit ad parietem, & in orationem ſe conuertit, dicens: Pater reuerendiſſime, pater piiſſime,

me, pater miſericordiſſime, recommendo vobis filium meum dilectiſſimum. Non ſis ei crudelis, quia cunctis es benignus. Pater æterne, morietur ne filius meus Ieſus? nihil enim mali fecit. Sed pater iuſte ſi redemptionem vultis humani generis, per alium modum obſecro faciatis, omnia namque poſſibilia ſunt vobis. Rogo vos pater ſanctiſſime, ſi placet vobis, non moriatur filius meus Ieſus, liberate ipſum de manibus peccatorum, & reddite ipſum mihi. Ipſe propter obedientiam veſtram, & reuerentiam non ſe iuuat. Dereliquit ſeipſum, & tamquam imbecillis, & impotens eſt inter iſtos. Vide vos illum Domine adiuuate. Hæc & his ſimilia orabat Domina cum affectu ſuo toto, & conatu, & cum magna amaritudine cordis ſui. Compatere nunc ei, quam ſic cernis afflictam.

Meditatio paſſionis Chriſti hora prima.
Cap. LXXVI.

MAne autem tempeſtiue redierunt principes, & maiores populi, & fecerunt eum ligari manus poſt tergum, dicentes: Veni nobiſcum latro, veni ad iudicium, hodie complebuntur maleficia tua, modo tua ſapientia apparebit. Et ducebant eum ad Pilatum, & ipſe tamquam nocens ſequebatur eos, cum eſſet agnus innocentiſſimus. Cum autem mater eius, Ioannes & ſociæ, nam & ipſæ ſummo mane exierunt foras, vt venirent ad eum, occurrerunt ei in biuio, & videntes eum ſic vituperabiliter & ſic enormiter a tanta multitudine duci, quanto repleti ſunt dolore, dici non poſſet. In iſto autem mutuo conſpectu, fuit dolor vehementiſſimus vtriuſque. Nam ipſe Dominus multum affligebatur ex compaſſione, quam habebat ad ſuos, & maxime erga matrem. Sciebat enim, quòd propter ipſum dolebant vſque ad animæ a corpore auulſionem. Conſidera ergo & intuere diligenter per ſingula. ſunt enim per multum, immo per maximè compaſſiua.

Mater Maria cũ aliis Chriſto occurrit.

Ducitur ergo ad Pilatum, & illæ mulieres a longe ſequuntur, [illegible] ita appropinquare non poſſunt. Accuſatur tunc ab illis in multis, & Pilatus ipſum miſit ad Herodem. Herodes vero cupiens videre de ſuis miraculis, gauiſus eſt, ſed nec miraculum ab illo habere potuit, neque verbum. Igitur ex hoc reputans eum ſtultum, fecit in deriſionẽ ipſum indui veſte alba, & remiſit eum Pilato. Et ſic vide qualiter non ſolum malefactor, ſed & ſtultus eſt omnibus illis reputatus. ipſe autem omnia patientiſſime tolerabat. Intuere etiam hic eum, dum ducitur, & reducitur, demiſſo vultu, & verecunde incedentem, & omnium clamores, conuitia & ſubſannationes audientem, & forte lapidum percuſſiones, & immunditiarum aliarũ fœtores ſuſcipientem. Et etiam matrem, & ſuos intuere diſcipulos cum indicibili mœrore a longe ſtantes, & inde ipſum ſequentes. reducto autem eo ad pilatum, illi canes cum audacia magna atque conſtantia proſequuntur ſuas accuſationes: ſed Pilatus cauſam mortis non inueniens in eum, ipſum dimittere nitebatur. Dixit ergo: Ipſum corripiam, & dimittam. O Pilate tu Dominum tuum caſtigas? neſcis quid agis, quia nec mortem nec flagella meretur. rectè ageres, ſi te ad ſuum nutum corrigeres. Iuſſit autem eum duriſſime flagellari.

Ad Pilatũ & Herodẽ ducitur Dominus. *Luc. 23. b*

Spoliatur ergo Dominus, & ad columnam ligatur, & diuerſimode flagellatur. Stat nudus coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus, ſpecioſus forma præ filiis hominum, ſuſcipit ſpurciſſimorum flagella dura, & doloroſa, caro illa innocentiſſima, & tenerrima, mundiſſima, & pulcherrima. Flos omnis carnis, & totius humanæ naturæ, repletur liuoribus, & fracturis. Fluit vndique regius ſanguis de omnibus partibus corporis, ſuperadditur, reiteratur, & ſpiſſatur liuor ſuper liuorem, & fractura ſuper fracturam, quo vſque tam tortoribus, quàm inſpectoribus fatigatis ſolui iubetur. Columna autem ad quam ligatus fuerat,

Flagellatur Chriſtus. *Pſal. 44.*

A rat, veſtigia cruoris oſtendit ſicut in hiſtoriis continetur. Hic ergo eum diligenter conſidera per longam moram, & ſi hic non compateris, cor lapideum puta te habere. Tunc impletum eſt quod ait Iſaias Propheta: Vidimus, inquit, eum, & non erat aſpectus, & reputauimus eum quaſi leproſum, & humiliatum a Deo. O Domine Ieſu quis fuit tam audax, & tam temerarius, qui te ſpoliauit? Et qui illi audaciores qui te ligauerunt? Sed qui illi audaciſſimi, qui te tam duriſſime flagellauerunt? Sed tu ſol iuſtitiæ tuos radios ſubtraxiſti, & ideo factæ ſunt tenebræ ac tenebrarum poteſtas. Omnes ſunt te potentiores. Amor tuus, &
B iniquitas noſtra ſic te imbecillem fecerunt. Maledicta ſit tanta iniquitas, pro qua ſic affligeris.

Iſ. 53. a

Soluto Domino a columna, ducunt eum ſic nudatum, ſic flagellatum, per domum ſcrutando pro pannis qui ſparſim in domo proiecti fuerunt ab expoliatoribus. Intuere eum ſic bene afflictum, & trementem duriſſime. Erat enim frigus ſicut dicit Euangelium. Cum ſe vellet reueſtire, contendunt quidam impiiſſimi, dicentes Pilato: Domine, Hic ſe fecit regem. Veſtiamus eum, & honore regio coronemus. Et accipientes quandam chlamydem ſericam rubeam, & turpem, veſtiuerunt eum, & ſpinis coronauerunt. Cer-
C ne ergo eum in ſingulis actibus & afflictionibus ſuis, quia omnia facit, & ſuſtinet quæ & ipſi volunt. Purpuram ſuſcipit, ſuper caput ſpineã coronam portat, arundinem manu tollit, & ipſis genuflectentibus, & vt regem ſalutantibus tacet, & patientiſſime obmuteſcit. Cerne nunc in amaritudine cordis, & maxime caput ipſius plenum ſpinis arundine ſæpe percutitur. Et vide depreſſo collo, cum dolore tam magno acerbos ictus tunc ſuſcipit. Perforabant namque caput eius ſacratiſſimum acerbiſſimæ illæ ſpinæ, ac totum madere faciebant ſanguine. O miſeri, quo modo tremendum adhuc apparebit vobis illud caput regale, quod vos
D nunc percutitis? Illudebant enim ei tamquam regnare volenti, & non valenti. Omnia autem ſuſtinet, quia eorum ſæuitia nimia erat, ſed nec illis ſuffecerat quod ad maiorem illuſionem totam cohortem coogregauerant, ſed & coram ipſo Pilato, & toto populo adducunt eum foras publice ſic illuſum, & portantem ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum. Cerne nũc pro Deo quo modo etiam ſtat facie ad terram demiſſa, coram tanta multitudine vociferante, & clamante, Crucifige eum, & inſuper eum deridente, & inſultante quaſi ſapientiores eo fuerint: & quo modo
E appareat, quod ipſe ſe inſipienter habuerit contra principes, & phariſæos, qui ſic eum aptari fecerunt, & ad talem finem perducunt. Et ſic non ſolum dolores, & pœnas, ſed etiam opprobria ſuſcipiebat ab eis.

Ioan. 18. d

Chriſtus coronatur ſpinea corona.

Meditatio paſſionis Chriſti hora tertia.
Cap. LXXVII.

PEtit ergo tota multitudo Iudæorum, vt crucifigatur & ſic condemnatur a miſero iudice Pilato. Non recordantur beneficiorum, & operum eius, nec mouentur propter innocentiam eius, & quod crudele videtur, non retractantur propter afflictiones quam ei
F prius intulerunt, ſed gaudent principes, & maiores quod intentionem prauam perfecerunt. Rident, & derident eum, qui eſt verus Deus, & æternus, & mortem accelerant. Reducitur intus, ſpoliatur purpura, & ſtat nudus coram eis, & datur ei reueſtiendi licentia. Attende hic diligenter, & conſidera ſtaturam eius in ſingulis partibus. Et vt intime compatiaris, & ſimul paſcaris, auerte parumper oculos a diuinitate, & eum purum hominem conſidera, & videbis iuuenem elegantem, nobiliſſimum, & innocentiſſimum, & amantiſſimum, totum autem flagellatum et ſanguine liuoribusq. reſperſum, pannos ſuos vndique proiectos ſparſim de terra colligere, & cum quadam verecundia, reuerentia, & rubore ſe coram eis, quamuis

Chriſtus ad mortẽ damnatur.

nis irridentibus reueſtire, ac ſi foret omnium infimus, A
derelictus a Deo, & omni auxilio deſtitutus. Intuere
etiam eum diligenter, & pietate ac compaſſione mo-
uearis: nam modo colligit vnam, modo aliam, & co-
ram illis ſe reueſtit. Redeas poſt ad diuinitatem, &
conſidera illam immenſam æternam, & incomprehen
ſibilem, & imperatoriam maieſtatem incarnatam, ſe
flectentem humiliter, ad terram reclinantem, & pan-
nos recolligentem, ſe cum reuerentia, & rubore ſi-
militer veſtientem, ac ſi eſſet homo viliſſimus, immo
ſeruus emptitius ſub iſtorum dominio conſtitutus, &
ab eis pro aliquo exceſſu correctus & caſtigatus. In-
tuere etiam eum diligenter, & humilitatem eius admi- B
rare, & eidem etiam conſiderationibus compatiens,
intueri potes eundem cum ad columnam ligatus, ſic
enormiter flagellatur. Et eo reueſtito ducunt eum fo-
ras, ne mortem vlterius differant. & tunc venerabile
lignum crucis longum, & groſſum, & multum graue
ponunt ſuper humeros eius, quod agnus manſuetiſſi-
mus patienter ſuſcipit, & portat. Et vt dicitur in hi-
ſtorijs, opinio eſt, crucem Domini quindecim pedes
habuiſſe in altum, & tunc ducitur, & acceleratur, &
opprobrijs ſaturatur, vt ſupra in principio tactum fuit

Chriſtus ducitur ad crucifigēdū

hora matutina. Ductus autem fuit foras cum ſocijs
ſuis, duobus vtique latronibus. Ecce hæc eſt ſua ſo- C
cietas. O bone Ieſu quantam verecundiam faciunt
vobis iſti veſtri amici, latronibus vos aſſociant, ſed &
deterius faciunt qui crucem vobis portandam impo-
nunt, quod de latronibus ipſis non legitur. Vnde non

Iſa. 53. d

ſolum, iuxta Iſaiam, cum iniquis deputatus eſt, ſed
iniquorum iniquior. Indicibilis eſt Domine patien-
tia veſtra.

Cerne igitur hic eum bene, quo modo vadit curuus
ſubtus crucem, & vehementer anhelat. Compatere
ergo ei quantum potes, in tot anguſtijs, & ludibrio-
rum renouationibus poſito. Et quia vere mæſta mater
eius propter multitudinem gentium ei appropinquare D
non poterat, nec videre, iuit per aliam viam breuio-
rem cum Ioanne, & ſociabus ſuis, vt alios præcedens
ei approximare valeret. Cum autem extra portam
ciuitatis in concurſu viarum eum habuit obuium, cer-
nens eum oneratum ligno tam grandi, quod primo
non viderat, ſemimortua facta eſt præ anguſtia, nec
verbum ei dicere potuit, nec Dominus ei, quia accele-
ratus erat ab eis qui eum ducebant ad crucifigendum.
Vlterius autem Dominus procedens parum poſt con-

Luc. 23. d

uertit ſe ad mulieres flentes, & dixit eis: Filiæ Hieru-
ſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas fle-
te, & cet. ſicut in Euangelio plenius continetur. Et in E
his duobus locis apparent veſtigia Eccleſiarum adhuc,
quæ ibi factæ ſunt in memoriam hominum, vt babui
a fratre noſtro qui vidit. Qui etiam dicit, quod mons
Caluariæ vbi fuit Chriſtus crucifixus, diſtabat a por-
ta ciuitatis, quantum locus noſter a porta ſancti Ger-
mani. Vnde nimis longa portatio crucis erat. Cum
ergo vlterius proceſſiſſet, & ita eſſet fatigatus, & con-
tractus, quòd amodo portare non poſſet, crucem de-
poſuit. Illi autem peſſimi differre nolentes mortem
ſuam, timentes ne ſententiam eius reuocaret Pilatus,
quia oſtendebat voluntatem dimittendi eum: coege-
runt quendam crucem portare ipſum autem ſic exo- F
neratum, vt latronem ligatum ad Caluariæ locum du-
xerunt. Nonne igitur hæc quæ in matutinali, & pri-
ma, & tertia hora paſſus eſt, videntur tibi ſine iſta cru-
cifixione vehementiſſimi dolores eſſe, & amariſſimi,
& horrores valde ſtupendi? Certe ſic puto, & ad com-
paſſionem facientia motiua, quinimmo valde inferen-
tia paſſionem. Sic completa videntur, quæ de his tri-
bus dicenda ſunt ad præſens. Videamus ergo nunc
quæ contigerunt in crucifixione, & morte, ſcilicet
hora ſexta, & nona: poſtea videbimus de his, quæ
contigerunt poſt mortem, ſcilicet hora veſpertina &
completorij.

Meditatio paſſionis Chriſti hora ſexta.
Cap. LXXVIII.

CVm ergo Dominus Ieſus ductu impiorum ad Cal
uariæ locum fœtidum peruenit, conſpicere potes
operarios malos vndique nequiter operari. His autem
toto mentis intuitu te præſentem exhibeas. & intuere
diligenter cuncta quæ ſunt contra Dominum tuum,
& quæ dicuntur, & fiunt ab ipſo, atque per ipſum.
Videas ergo oculis mentis alios figere crucem in terrá,
alios parare clauos & martellos, alios parare ſcalam, &
alia inſtrumenta, alios ordinare quidquid facere de- B
beant, & alios ipſum ſpoliare. Spoliatur etiam, &
nudus eſt nunc tertia vice coram tota multitudine, re-
nouantur fracturæ per pannos carni applicatos. Nunc
primo mater cóſpicit filium ſuum ſic captum, & apta-
tum dolore mortis affligi. Triſtatur etiam ſupra mo-
dum, & cum rubore, quòd videt eum totaliter nudū:
nam & ei nec femoralia dimiſerunt. Accelerat ergo,
& approximat filio, amplexatur, & cingit eum capitis
ſui velo. O in quanta amaritudine eſt nunc anima ſua,
non credo, quòd ei verbum dicere potuit: ſi amplius
facere poſſet, vtique voluiſſet, ſed amplius non potuit
eum adiuuare. Eripitur enim filius ſuus de manibus C
eius furibunde ad pedem crucis.

Modus, quo Dominus crucifixus fuit.

Hic modum crucis diligenter attende. Ponuntur
duæ ſcalæ, vna retrorſum ad brachium dextrum, alia
ad ſiniſtrum brachium ſuper quas malefici aſcendunt
cum clauis, & martellis. Ponitur etiam alia ſcala ex
parte anteriori, attingens vſque ad locum vbi debebãt
pedes affigi. Conſpice nunc bene ſingula. compelli-
tur Dominus Ieſus crucem aſcendere per hanc ſcalam
paruam. ipſe autem ſine rebellione, & contradictione
facit humiliter quidquid volunt. Cum ergo in ſu-
periori parte iſtius paruę ſcalæ peruenit ad crucem, re-
nes vertit, & illa regalia aperit brachia, & extendens D
manus pulcherrimas, in excelſum eas porrigit ſuis cru
cifixoribus. Aſpicit in cælum, patri dicens: Ecce hic
ſum pater mi, vſque ad crucem me humiliari volui-
ſti, pro amore & ſalute generis humani: placet, ac-
cepto, & pro eis me tibi offero, quos dediſti mihi,
& fratres eſſe voluiſti. Accepta igitur & tu pater, &
deinceps placabilis eſtu mei amore, & omnium macu-
las veteres abſterge, & elonga ab eis, me pro eis tibi
offero pater. Qui autem retro crucem eſt, accipit ma-
num eius dexteram, & eam fortiter cruci affigit. Quo
facto, ille qui eſt in latere ſiniſtro accipit manum ſini-
ſtram, & trahit quantum poteſt, & extendit, & alium E
clauum immittit, percutit & configit. Deſcendunt poſt
hæc de ſcalis, & remouentur omnes ſcalæ. Pendet Do-
minus ex grauedine corporis deorſum trahentis, ſolū
clauis infixis manibus ſuſtentatus. Nihilominus oc-
currit & alius, & per pedes quantum poteſt eum tra-
hit, & eo ſic extento, alius configit eius pedes clauo
duriſſimo. Sunt tamen quidam qui credunt, quòd non
hoc modo fuerit crucifixus, ſed cruce extenta in terra,
eum eleuauerunt, & crucem fixerunt in terram. Quod
ſi hoc magis placet conſpice, quo modo ipſum capiunt
deſpicabiliter ſicut ribaldum viliſſimum, & proſter-
nunt ſuper crucem in terra furibunde, brachia ipſius F
accipientes, & poſt violentam extenſionem cruci du-
riſſime affigentes. Similiter & de pedibus factum in-
tuere, quos traxerunt quantum violentiſſime potue-
runt.

Ecce crucifixus eſt Dominus Ieſus, & ſic in cruce
extenſus, quòd dinumerari omnia oſſa eius poſſent, *Pſ. 21. e*
ſicut ipſe conqueritur per Prophetam. Fluunt vndi-
que ſacratiſſimi ſanguinis riuuli ex illis magnis ſciſſu-
ris. Sicq. anguſtatus eſt, quod ſe mouere non poteſt
niſi in capite. Illi tres claui ſuſtinent totius corporis pō-
dus, dolores acerbiſſimos tolerat, & vltra quàm dici
poſſit, vel cogitari, affligitur. Pendet inter duos la-
trones. Vndique pœnæ, vndique opprobria, vndique
conui-

conuitia. Nam ſic coanguſtato a conuitijs non parcunt. Alij blaſphemant, dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei. Alij vero'i Seipſum non poteſt ſaluum facere. & alia dicunt multa conuicia. Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, vt credamus ei. Sed & militea qui crucifixerunt eum, diuiſerunt ſibi veſtimenta eius in ipſius præſentia.

Et hæc omnia dicuntur, & fiunt præſente matre ſua mæſtiſſima: cuius compaſſio multum augmentat filio paſſionem, & econtrario. Ipſa cum filio pendebat in cruce, & potius elegit mori cum ipſo, quàm amplius viuere. Vndique ſunt anguſtiæ, & tormenta ſentiri poterant, narrari vero nullatenus poterant. Stabat mater iuxta crucē eius, & inter crucem latronis, non auertebat oculos a filio, anguſtiabatur vt ipſe, & toto corde orabat ad patrem, dicens: Pater & Deus æterne placuit vobis vt filius meus crucifigeretur: non eſt tempus vt a vobis repetam. Sed videtis in quanta anguſtia eſt nunc anima ſua: rogo vt mitigetis ei pœnam, ſi placet. Pater recommendo vobis filium meum. Et filius ſimiliter orat Patrem pro ea, & tacite intra ſe dicebat; Pater mi, vides quo modo affligitur mater mea. Ego debeo crucifigi, non ipſa, ſed mecum eſt in cruce. Sufficit crucifixio mea, qui totius populi porto peccata, ipſa nihil tale meretur. *Thren. 1. e* Vides eam deſolatam, tota die mærore confectam. Recommendo eam tibi: dolores eius tolerabiles facias. Erant autem iuxta *Ioan. 19. e* crucem cum Domina Ioannes & Magdalena, & duæ ſorores Dominæ, ſcilicet Maria Iacobi, & Salome, & forte etiam aliæ, quæ omnes, & maxime Magdalena dilecta Ieſu diſcipula, vehementer flebant, nec de ſuo Domino dilecto, ac magiſtro poterant conſolari, compatiebantur Domino, & Dominæ, & ſibi ipſis. Sæpe renouabatur eis dolor, quia ſemper eis renouabatur compaſſio, cum in conuitijs, vel in factis ſuo Domino noua paſſio addebatur.

Meditatio paſſionis Domini hora nona. Cap. LXXIX.

Septē verba Chriſti in cruce.

DOminus autem in cruce pendens, vſque ad exitum ſpiritus non fuit otioſus, ſed faciebat & docebat vtilia pro nobis. Vnde dixit ſeptem verba, quæ ſcripta reperiuntur in Euangelio.

Primum fuit in ipſo crucifixionis actu, cum orauit *Luc. 23. e* pro ſuis crucifixoribus, dicens: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Quod verbum magnæ patientiæ magniq. amoris indicium præſtat, & etiam fuit indicibilis charitatis.

Ioan. 19. e Secundum fuit ad matrem, cum dixit: Mulier ecce filius tuus. & ad Ioannem: Ecce mater tua. Non vocauit eam matrem, ne præ amoris vehementis teneritudine amplius ipſa doleret.

Tertium fuit ad latronem pœnitentem, cum dixit: Hodie mecum eris in Paradiſo.

Mat. 27. e Quartum fuit, Eli, Eli, lamazabathani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? quaſi dicat: Pater tantum dilexiſti mundum, vt dum me pro ipſo tradidiſti, dereliquiſſe me videaris.

Ioan. 19. e Quintum fuit cum dixit, Sitio. In quo verbo fuit magna compaſſio matris, & ſociorum eius, & Ioannis, & illis peſſimis magna fuit lætitia. Nam licet exponi poſſet, quòd ſitiebat animarum ſalutem: tamen in veritate ſitiuit, quia ſanguinis effuſione erat totus exſiccatus intus, & etiam arefactus. Et cum illi maligni cogitare non poſſent, in quo ei plus nocerent: tamen vexandi nouam materiam acceperunt. Vnde dederunt ei bibere acetum mixtum cum felle. Maledictus eorum furor, quia pertinax. & quantum poterant nocuerunt.

Ibidem. f Sextum verbum fuit, Conſummatum eſt. quaſi diceret: Pater, obedientiam quam mihi dediſti, perfecte compleui. Adhuc pater etiam quidquid vis mihi filio tuo præcipe: paratus ſum quidquid reſtat

A vlterius adimplere. Ego enim in flagella paratus *Pſal. 37. d* ſum. Sed totum quod de me ſcriptum eſt, conſummatum eſt: ſi tibi placet Pater, reuoca me modo tibi. Et pater ad eum: Veni dilectiſſime fili mi, omnia bene feciſti, nolo quòd amplius anxieris: veni quia in ſinu meo, & inter brachia mea te ſuſcipiam. Et ex tunc languere cœpit more morientium, modo claudendo oculos, modo aperiendo, & caput inclinare, modo in vnam partem, modo in aliam, deficientibus omnibus viribus.

Tandem addidit ſeptimum verbum, cum clamore *Luc. 23. f* valido, & lacrymis, Patri dicens: Pater in manus tuas B commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, Emiſit ſpiritum, & inclinato capite ſuper pectus verſus patrem, quaſi gratiasagens, quod ipſum reuocabat, tradidit ei ſpiritum ſuum. Ad hunc clamorem conuerſus fuit Centurio, qui ibi erat, & dixit: Vere filius *Mat. 27. f* Dei erat iſte, audiens, quòd clamans expiraſſet. Nam alij homines cum moriuntur, clamare non poſſunt, & ideo in eum credidit. Fuit autem ita magnus ille clamor, quòd vſque in infernum fuit auditus. O qualis tunc erat anima matris, cum ſic pœnoſe videbat eum deficere, languere, lacrymari, & mori! Credo quòd vel propter anguſtiarum multitudinem abſorpta erat, C & quaſi inſenſibilis facta, vel ſemimortua facta eſt, nunc quidem multo magis quàm cum obuiauit ei crucem portanti. Quid nunc Magdalena fidelis, & dilecta diſcipula, quid Ioannes præ omnibus dilectus, quid aliæ duæ ſorores Dominæ faciebant? Sed quid facere poterant repletæ amaritudine, completæ doloribus, inebriatæ abſinthio? irremediabiliter omnes flebant. Ecce ergo pendet Dominus in cruce mortuus, redit tota multitudo, remanet mater mæſtiſſima cum illis quattuor, ponunt ſe ad ſedendum iuxta crucem, contemplantur dilectum ſuum, expectant a Domino auxilium, quo modo ipſum rehabere, & ſe-D pelire tunc valeant. At tu ſi contemplatus bene fueris Dominum tuum, conſiderare potes, quòd a planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: non eſt in eo membrum, nec ſenſus corporis, qui ſummam afflictionem, ſeu paſſionem non ſenſerit. Habes ergo quæ de crucifixione, & morte, in ſexta, & nona hora contigerunt, quæ modicitati meæ, vel tuæ ruditati ſcribenda videntur ad præſens. Tu autem ſtudeas deuote, fideliter, & ſolicite, his omnibus inhærere. Nunc de his quæ poſt mortem contigerunt dicamus.

De apertione lateris Chriſti. Cap. LXXX.

E COmmorantibus ergo & ſedentibus reuerenda domina noſtra Maria atque Ioanne, Magdalena & ſororibus matris Domini ab vna parte prope Crucem, & aſpicientibus quaſi ſine intermiſſione, Dominum Ieſum pendentem ſic in Cruce inter latrones, ſic nudum, ſic afflictum, ſic mortuum, ſic & ab omnibus derelictum: ecce armati multi veniebant a ciuitate verſus eos. qui mittebantur, vt ipſis crucifixis, crura frangerent, occiderent eos, ac ſepelirent, ne corpora in cruce pendentia, in magno die ſabbati remanerent. Tunc Domina & omnes ſurgunt, & aſpiciunt, & vi-F dent eos, & neſciunt quid hoc eſſe poſſit, renouatur dolor, & timor & tremor creſcit. Multum quidem Domina timet, & neſcit quid faciat, & vertens ſe ad filium mortuum dixit: Fili mi dilectiſſime, quare redeunt iſti, quid facere amplius tibi volunt, nonne te occiderunt. Fili mi putabam eos ſatiatos eſſe de te: ſed vt video adhuc te mortuum perſequuntur. Fili mi neſcio quid faciam, te defendere a morte non potui: ſed veniam & ſtabo iuxta crucem tuam ad pedes tuos. Fili mi roga patrem tuum, vt eos tibi placabiles faciat: ego autem quod potero faciam. Et omnes tunc quinque flentes iuerunt, & appoſuerunt ſe ante crucem Domini Ieſu. Appropinquant autem illi cum furore & ſtrepitu magno, & videntes latrones adhuc viuere, fran-

De his, quę poſt mortē cōtigerūt.

frangunt eis crura, & ipſos occidunt, & deponunt, & in aliquam foſſam velociter illos proijciunt. Redeuntibus autem ipſis verſus Dominum Ieſum, timés mater ne ſimiliter faciant cum filio ſuo, tacta dolore cordis intrinſecus, cogitauit ad arma ſua currere, ſcilicet ad humilitatem innatam. Et genibus poſitus, & brachijs cancellatis, vultu lacrymabili, & voce rauca, ſic eos alloquitur, dicens: Viri fratres, rogo vos propter Deum altiſſimum, ne amplius me vexare velitis in dilectiſſimo filio meo. Ego enim ſum mæſtiſſima mater eius, & ſcitis fratres vos quòd numquam offendi, nec iniuriam aliquam vobis feci, & ſi filius meus viſus eſt vobis contrarius, ipſum peremiſtis, & ego vobis remittam omnem iniuriam, & offenſam, & mortem filij mei. Hanc tamen miſericordiam mecum facite, ne ipſum confringatis, vt ſaltem integrum valeam tradere ſepulturæ. Non expedit, vt eius crura frangantur: videtis enim quòd iam mortuus eſt, & migrauit. Hora enim eſt poſtquàm diſceſſit. Ioannes vero Magdalena & ſorores matris Domini, ſtabant genu flexi cum ea, & amariſſime omnes flebant. O Domina, quid eſt quod agitis, ad pedes nefandiſſimorum ſtatis, ibi oratis inexorabiles, pietate creditis flectere crudeliſſimos, & impijſſimos, & humiliare ſuperbos? Abominatio eſt ſuperbis humilitas. incaſſum laboratis. Vnus autem Longinus nomine, tunc impius, & ſuperbus, ſed poſt conuerſus, & martyr, & ſanctus, porrigens lanceam de longe, eorum preces, & rogamina contemnens, latus Domini Ieſu dextrum vulnere grādi aperuit, & exiuit ſanguis, & aqua.

Lateris apertio.

Tunc mater ſemimortua cecidit inter brachia Magdalenæ. Ioannes vero dolore vrgente, aſſumpto vigore, inſurgit contra illos, dicens: Viri nequiſsimi, quare hanc impietatem facitis, non ne videtis quod mortuus eſt. Vultis etiam matrem eius mæſtiſsimam occidere? Diſcedatis, quia nos eum ſepeliemus. Tunc illi ſicut Deo placuit, diſceſſerunt. Excitatur autem Domina, ſurgens quaſi euigilans, quærens quid ſit de dilecto filio ſuo. Reſpondent ei, nihil eſſe factum de eo. Poſtea ſuſpirat, & anxiatur, & reſpiciens filium ſuum vulneratum, dolore mortis atteritur. Vides quoties mortua eſt hodie? toties certe, quoties contra filium ſuum videbat fieri nouitatem. Vnde vere impletum eſt in ea, quod ſibi dixerat Simeon: Tuam, inquit, ipſius animam gladius pertranſibit. Sed nunc vere filij corpus, & matris animam, huius lanceæ gladius perforauit. Ponunt autem omnes ſe iterum ad ſedendum iuxta crucem, quid facere debeant neſcientes. Corpus enim deponere, & ſepelire non poſſunt, quia vires non habent ſufficiētes, nec inſtrumenta quibus deponere ipſum poſsint. Recedere autem, ſic eo remanente, non audent, & diu ſic remanere, nocte appropinquante, non valent. Vides in quanta perplexitate ſunt. O Deus benigne, quo modo permittis tuā ex omnibus electam, mundi ſpeculum & reclinatorium noſtrum, ſic tribulari? Tempus autem eſſet, vt aliquantulum reſpiraſſet.

Luc. 2. e

Hora veſpertina meditatio. *Cap. LXXXI.*

ITerum autem vident alios plures, per viam venientes, qui erant Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus, ducentes ſecum alios, portantes inſtrumenta quibus corpus deponant de cruce, & portabant quaſi centum libras myrrhæ, & aloes, & veniebant ad ſepeliendum Dominum. Tunc ſurgunt omnes cum timore magno. O Deus quanta eſt iſta afflictio hodie. Circumſpiciens autem Ioannes dixit: Ego cognoſco ibi Ioſeph, & Nicodemum. Tunc Domina, reſumptis viribus, dicit: Benedictus Deus noſter, qui mittit nobis auxilium, memor fuit noſtri, & non dereliquit nos. Fili occurras eis. Vadit ergo Ioannes eis obuius velociter, & attingentes ſe, adinuicem amplexantur cum fletu magno, non valentes per magnam horam

Depoſitio corporis Chriſti de cruce.

A adinuicem ſibi loqui, ex compaſsionis teneritudine, & abundantia fletus & doloris. poſtea veniunt aduerſus crucem. Quærit Ioſeph, qui ſint ibi cum Domina, & quid ſit de alijs diſcipulis. Dicit illi Ioannes illas, quæ ibi ſunt. De diſcipulis autem reſpondet ſe neſcire, quia nullus ibi fuit hodie. Quærit etiam de his, quæ circa Dominum facta ſunt, & narrat ei Ioannes per ſingula. Cum autem fuerunt prope locum, genuflectentes, & flentes, adorauerunt Dominum. Applicantes autem recepti fuerunt reuerenter per Dominam, & alias ſocias, genibus flexis, inclinantes vſque ad terram. Similiter ipſi genuflectentes cum ploratu B magno, ſic ſteterunt per longam horam. Tandem Domina dicit: Benefacitis habentes memoriam magiſtri veſtri, quia multum vos dilexit: & fateor, quòd in aduentu veſtro viſum eſt mihi, nouam oriri lucem. Neſciebamus enim quid facere deberemus: Dominus vobis retribuat. Et illi: Dolemus ex toto corde noſtro de his omnibus, quæ contra eum facta ſunt. Præualuerunt enim impij contra iuſtum. libenter eum eripuiſſemus de tanta iniuſtitia, ſi potuiſſemus. Saltem hoc modicum obſequium Domino & magiſtro noſtro præſtabimus. Surgentes ergo, parauerunt ſe ad deponendum corpus Ieſu.

C Tu autem, vt alijs locis dixi tibi, diligenter & moroſe modum depoſitionis attende. Ponuntur duæ ſcalæ a lateribus crucis oppoſitæ, Ioſeph aſcendit ſuper ſcalam lateris dextri, ſatagit extrahere clauum ipſius manus. Sed difficile eſt hoc: quia clauus groſſus & longus, eſt in ligno valde confixus, & ſine magna ſuppreſsione manus Domini, non videtur poſſe fieri. Sed non eſt vis, quia fideliter facit, & Dominus totum acceptat. Euulſo illo Ioannes annuit Ioſeph, dictum clauum ſibi porrigi, ne ipſum Domina videat. Deinde Nicodemus alium extraxit manus ſiniſtræ, & clauum ſimiliter dat Ioanni. Deſcendit Nicodemus, & iuit ad D clauum pedis. Ioſeph vero ſuſtentabat corpus Domini. felix quippe ipſe Ioſeph, qui corpus Domini meruit ſic amplexari. Tunc pendentem manum dexteram Domina ſuſcepit reuerenter, & ponit ad vultum ſuum. Intuetur, & oſculatur cum lacrymis validis & ſuſpirijs doloroſis. Euulſo autem clauo pedum, pauliſper deſcendit Ioſeph, & omnes accipiunt corpus Domini, & ponunt in terram. Domina ſuſcipit caput cum ſcapulis in gremio ſuo: Magdalena vero pedes apud quos tantam gratiam olim inuenerat. Alij circumſtant, omnes faciunt planctum magnum ſuper eum. omnes enim plangunt eum, quaſi vnigenitum E amariſsime.

Modus, depoſitionis Chriſti a cruce

Hora completorij. *Cap. LXXXII.*

POſt aliquam morulam, cum nox appropinquaſſet, rogat Ioſeph Dominam, vt permittat eum volui linteaminibus, & ſepeliri. Ipſa contendebat, dicens: Nolite amici mei, tam cito filium meum accipere, vel me cum ipſo ſepelite. Flebat autem lacrymis irremediabilibus, aſpiciebat vulnera manuum & lateris, modo vnum, modo aliud, aſpiciebat vultum eius, & caput, & videbat ſpinarum puncturas, depilationem F barbæ, faciem & ſputis & ſanguine deturpatam, & caput tonſum, & de fletu & aſpectu non poterat ſatiari. Legitur autem in quadam ſcriptura, quòd Dominus deuotæ ſuæ reuelauit, quod ipſe tonſus fuit capillis, & depilatus barba, ſed Euangeliſtæ non ſcripſerunt omnia. Et quidem quod ipſe fuit tonſus, vel ſicut eſt, neſcio probare per ſcripturam, ſed de depilatione barbæ poteſt probari. Dicit enim Iſaias in perſona Domini: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Vnde ipſa mater, hæc fideliter aſpiciebat, moroſe videre volebat. Tardante autem hora dicit Ioannes: Domina condeſcendamus Ioſeph & Nicodemo, & permittamus aptari, & ſepeliri corpus Domini noſtri: quia propter nimiam moram poſ-

Iſ. 50. c

ſent

ſent pati calumniam a Iudæis. Ad hanc vocem tamquam grata & diſcreta, cogitans quòd ipſi Ioanni commiſſa eſt per filium, noluit amplius contendere, & benedicens eum, permiſit aptari, & inuolui. Tunc Ioannes, & Nicodemus, & alij cœperunt inuoluere corpus, & aptare cum linteaminibus, vt mos erat Iudæis. Domina tamen ſemper tenebat caput ipſius in gremio ſuo, quod ſibi reſeruauit aptandum, & Magdalena pedes. Cum ergo venerunt ad crura prope pedes, dicit Magdalena: Rogo vos, vt permittatis me aptare pedes, apud quos ſum miſericordiã conſecuta. Quibus permittentibus, illa pedes ipſos tenebat. Videbatur deficere præ dolore, & quos alias lacrymis compunctionis rigauit, nunc multo magis vndis lacrymarum doloris, & compaſſionis, largiter lauit. Aſpiciebat pedes ſic vulneratos, perforatos, deſiccatos, & ſanguinatos, amariſſime multum flebat.
Luc. 7. g Nam vt veritas de ipſa perhibuit teſtimonium, dilexit multum, & ideo fleuit multum, & maxime in hoc vltimo obſequio magiſtri, & Domini ſui, ſic afflicti, ſic flagellati, ſic vulnerati, ſic mortui, & in nihilum ſic redacti. Vix cor ſibi in corpore ſtare poterat præ dolore: ſed bene cogitari poteſt, quòd ſi poſſet, libenter ad pedes Domini ſui expiraſſet. Non videbat remedium doloris, nec conſueuerat ei in talibus obſequi. Nonum & vltimum eſt hoc obſequium, quod ei nunc præſtat. & in hoc præſtando amaricatur anima ſua, quia non poteſt illud facere, vt vellet intime, & deceret. Vellet enim totum corpus lauare, vngere, & bene aptare: ſed non eſt tempus & locus. Non enim poterat plus, non poterat aliud: facit quod poteſt. Saltem pedes lauit cum lacrymis, tandem deuote abſtergit, amplexatur, deoſculatur, inuoluit, & aptat fideliter quantum melius nouit & poteſt. Sic ergo aptato corpore, reſpiciunt ad Dominam, vt ipſa compleat, & omnes planctum recipiunt. Tunc ipſa videns quòd amplius differre non poteſt, ponit vultum ſuper faciem dulciſſimi filij ſui, & dicit: Fili mi in gremio meo te mortuum teneo, durum eſt valde diuortium mortis tuæ, iucunda & delectabilis fuit inter nos conuerſatio, & ſine querela & offenſa fuimus inter alios, quamuis tu dulciſſime fili mi, vt nocens ſis modo occiſus. Fideliter fili mi ſeruiui tibi, & tu mihi. ſed in hac pugna tua doloroſa, nec pater tibi auxiliari voluit, nec ego potui. Tu teipſum dereliquiſti propter amorem generis humani, quod redimere voluiſti. Dura, & nimis pœnoſa eſt iſta redemptio, de qua gaudeo propter ſalutem hominum. Sed in tuis doloribus, & morte tua multum affligor vehemẽter: quia ſcio quòd numquam peccaſti, & ſine cauſa tam amare occiſus es morte tam turpiſſima. Modo ergo fili mi disiuncta eſt noſtra ſocietas, & me a te nunc oportet ſeparari. Sepeliam ergo te ego mater tua mæstiſſima, ſed poſtea quo ibo? Vbi etiam morabor fili mi? Quo modo ſine te viuere poſſim? Tecum ergo libentius ſepeliter, vt vbicumque eſſes, ego ſimiliter eſſem tecum. Sed ex quo non poſſum corpore, ſepeliar tamen mente, animam meam in tumulo ſepeliam cum corpore tuo, eã tibi dimitto, eam tibi commendo. O fili mi, quàm anxia eſt ſeparatio iſta. Et iterum ex abundantia lacrymarum, multo melius lauit faciem filij, quam Magdalena pedes. Abſtergit autem faciem eius, & deoſculans os & oculos eius, in quodam ſudario caput ipſum inuoluit, & diligenter aptauit. Tandem iterum benedixit eum. Et tunc omnes adorantes eum flexis genibus, & pedes eius deoſculantes, accipiunt, & portant ad monumentum. Domina tenebat caput & ſcapulas. Magdalena pedes, reliqui vero ſtabant in medio. Erat prope locum crucifixionis ſepulcrum, quantum eſt longitudo Eccleſiæ noſtræ vel circa, in quo ſepelierunt eum reuerenter, flexis genibus, & cum fletibus magnis, & ſingultibus, & ſuſpirijs crebris & multis. Quo ſepulto, Mater iterum benedixit, amplexatur eum & ſtat ſuper dilecto filio ſuo, ſed eleuan-

A tes eam, poſuerunt magnum lapidem ad oſtium monumenti. De hoc monumento dicit Beda: quòd fuit domus rotunda, de ſubiacente rupe exciſa, tantæ altitudinis vt vix homo manu extenta, culmen poſſet attingere, introitum habens ab oriente, in parte vero Aquilonari locus Dominici corporis, de eadem petra factus eſt, ſeptem pedes habens longitudinis. Forma ſepulcri.

Meditatio poſt completorium. *Cap. LXXXIII.*

VOlens autem Ioſeph redire in ciuitatem poſt officium ſic completum, dicit Dominæ: Domina
B mea ego vos deprecor propter Deum, & propter amorem filij veſtri & magiſtri mei, ſi placet, vt diuertatis in domum meam. ſcio enim, quòd domum propriam non habetis, vtamini mea vt veſtra, quia omnia mea veſtra ſunt. ſimiliter & Nicodemus. O qualis compaſſio. Regina cæli non habet, vbi caput ſuum reclinet & hos dies lugubres, & viduitatis ſuæ ſub alieno tecto ducere oportebit. Vere dies viduitatis ſunt iſti, quia Dominus Ieſus erat ei filius & ſponſus, pater & mater, & omne bonum, & omnia ſimul, eo mortuo, perdidit. Vere vidua eſt & derelicta, & quo diuertat non habet. Tunc ipſa ſe inclinans humiliter,
C & gratias agens, reſpondit ſe eſſe commiſſam Ioanni. Quibus Ioannes adhuc eam rogantibus, reſpondit, quòd volebat eam ducere in mõtem Sion, in domum in qua magiſter cenauit heri ſero cum diſcipulis, & ibidem ſtare cum ea volebat. Illi vero inclinantes ſe Dominæ, & adorantes ſepulcrum abierunt, & iſti, vt Euangelium dicit, remanſerunt ſedentes contra ſepulcrum. Appropinquante autem nocte, dicit Ioannes Dominæ, non eſt honeſtum hic nimis morari, vel de Mat. 27. g
nocte in ciuitatem redire: & ideo ſi vobis placet Domina, recedamus. Tunc Domina ſurgens & genuflectens, ſepulcrum amplexatur, benedicensq. ſepulcrum
D dicit: Fili mi non poſſum amplius ſtare tecum, ego recommendo te patri tuo. Subleuatis etiam oculis in cælum, dicit cum lacrymis & affectu magno: Pater æterne, recommendo vobis filium, & meam animam quam dimitto. Et recedere tunc cœperunt. Cum autem venerunt ad crucem, ibi genuflexit ipſa & adorauit crucem, dicens: Hic requieuit filius meus, & hic eſt pretioſiſsimus ſanguis eius. Similiter & omnes fecerunt. Cogitare namque potes quòd ipſa prima fuit, quæ crucem adorauit. Exinde recedunt verſus ciuitatem, & per viam ſæpe vertebat retroſpiciens. Cum autem fuerunt in loco, vltra quem, ſepulcrum & cru-
E cem amplius videre non potuerunt, vertit ſe, inclinauit, genuflexit, & deuotiſsime adorauit. ſimiliter & omnes fecerunt. Appropinquantes ad ciuitatem, ſorores Dominæ velauerunt eam tamquam viduam, cooperientes quaſi totum vultum ſuum, & præcedebant, Domina autem inter Ioannem & Magdalenam ſequebatur mæſtiſsime ſic velata. Tunc Magdalena volens in ingreſſu ciuitatis ſumere viam, quæ ducit ad domum ſuam, & illuc eos ducere, præuidit ſibi ante, & dicit: Domina mea precor vos amore magiſtri mei, vt eamus ad domum noſtram, & ibi melius ſtabimus, ſcitis enim quo modo libenter veniebat ad eam, ipſa
F veſtra eſt, & omnia mea veſtra ſunt, rogo vt veniatis. Et hic plangere incœperunt. Domina autem tacente, & annuente verſus Ioannem, adhuc illa rogat Ioannem. Ipſe vero reſpondit: Decentius eſt, vt eamus vſque ad montem Sion, & maxime quia ſic reſpondeamus amicis noſtris, tu potius venias cum ea. Tunc Magdalena reſpondit: Bene ſcis, quòd veniam cum ea quocumque ierit, & numquam dimittam eam. Intrantibus autem illis ciuitatem, concurrunt vndique virgines, & matronæ bonæ, cum perpendere eam potuerunt, aſſociant eam per viam conſolando, ſed magnus vtique fit ploratus. Sed & boni homines compatiebantur eidem, per quos tranſibant, & mouebantur ad fletum, dicentes: Certe magna iniuſtitia eſt facta

hodie

hodie per principes noſtros contra filium iſtius Dominæ, & Deus pro eo magna ſigna oſtendit, caueant quid fecerint. Cum autem venerunt ad domum, tunc ipſa ſe vertens verſus Dominas, & gratias agens, deuotiſſime inclinauit. Ipſæ vero inclinātes ſe & genuflectētes, omnes cœperunt facere planctum magnū. Intrauit ergo Domina domū, & Magdalena, & duæ ſorores ſuæ. Ioannes vero ponens ſe ſuper oſtio, rogauit omnes, vt redirent ad domos ſuas, quia tarda hora erat, & gratias agens eis, oſtium ille clauſit. Tunc Domina domum circūſpiciens ſic dicebat: Fili mi dulciſſime vbi es, quia hic te non video? O Ioannes, vbi eſt filius meus? O Magdalena, vbi eſt pater tuus, qui te ſic tenerrime diligebat? O dilectæ ſorores vbi eſt filius noſter? Receſſit a nobis gaudium noſtrum, dulcedo noſtra, & lumen oculorum noſtrorum, receſſit autem cum magna anguſtia, vos audiſtis. Et hoc eſt, quod mihi magis auget dolorem, quia receſſit totus laceratus, totus anxius, & ſitibundus, coactus, oppreſſus, & violentus, nec ei potuimus in aliquo ſubuenire, omnes reliquerunt eum, & pater eius omnipotens Deus noluit eum iuuare: & quàm cito facta ſunt iſta, vos vidiſtis. Cuius vnquam vel ſceleratiſſimi hominis, fuit ſic accelerata, & fulminata damnatio? O fili, hac nocte captus fuiſti, perfide traditus: mane in tertia condemnatus, & in ſexta crucifixus, & ita mortuus es. O fili, quàm amara eſt iſta ſeparatio tua, & memoria turpiſſimæ mortis tuæ. Tandem Ioannes rogans vt deſiſteret, conſolatus eſt eam. Tu autē ſi vires tuas experiaris, ſcies vtique eis parere, ſeruire, conſolari, & confortare eam, quod parumper comedat, & alios ad comedendum confortat, quia adhuc ieiuni ſunt: poſtea benedictione a Domina, & ſingulis alijs ſuſcepta, diſcedas.

Lamentum Virginis.

Meditatio de Domina, & ſociabus de ſabbato.
Cap. LXXXIIII.

MAne autem ſabbati, ſtabant in domo ianuis clauſis, Domina & aliæ ſociæ vna cum Ioanne afflictæ & doloroſæ tamquam orphanæ, & plenæ mærore, non loquentes, ſed memorantes ſedebant ſimul, aſpicientes ſe mutuo raptim, ſicut contingere conſueuit, magna preſſura & calamitate grauatis. Pulſatum autem fuit ad oſtium & timebant, quia omnia timuerunt, ſecuritas enim eorum diſceſſerat. Tamen Ioannes ibat ad oſtium, & aſpiciens cognouit Petrum & dixit: Petrus eſt. Et Domina: Aperias ei. Ingreditur igitur Petrus verecunde, cum ſingultibus magnis, & fletibus, & tunc omnes plorare cœperunt, nec verbum loqui poterant præ mærore. Poſtea veniunt ſucceſſim & alij diſcipuli etiam plorantes. Tandem ceſſantes a fletu, incipiunt de Domino ſuo loqui. Dicit ergo Petrus: Ego verecundor in meipſo, nec deberem in conſpectu veſtro loqui, vel hominibus apparere: quia Dominum meum qui me tantum diligebat, ſic reliqui & negaui. Similiter & alij cum percuſſione palmarum, lacrymarumq. effuſione, ſeipſos redarguebant: quia Dominū, ſuum dulciſſimum ſic reliquerant. Tunc dicit Domina: Magiſter bonus & paſtor fidelis receſſit a nobis, & nos remanemus velut orphani: ſed ſpero firmiter, quòd cito rehabebimus ipſum, & vos ſcitis, quia benignus eſt filius meus, & vos multum diligebat. Non dubitetis, quia bene reconciliabitur, & libenter remittet omnem offenſam, ſiue culpam. Tantus autem fuit, permiſſione patris, furor contra eum, & ita præualuit malorum audacia quòd non potuiſſetis eum iuuare, etiam exiſtentes cum eo: & ideo nolite turbari. Reſpondit Petrus: Vere Domina mea, ita eſt vt dicis, nā & ego qui tantum initia vidi, tanto fui timore percuſſus in atrio Caiphæ, quòd vix credebam, me poſſe euadere, & eum negaui. Nec fui memor verborum, quibus hoc prædixerat mihi, quouſque me reſpexerat. Tūc Magdalena quærit quid ei prædixerat, & reſpondit de negatione, & narrat ei totum, & addidit, quòd

A eis alia plura dixit in cena de paſſione ſua. Tunc dicit Domina: Vellem audire de his, quæ dicta, & facta fuerunt in cena per eum. Et Petrus annuit Ioanni, vt ipſe referat. Ioannes vero incipit & narrat totum, & ſic tam de his, quàm alijs quæ fecerat Dominus Ieſus cum eis, narrant adinuicē, modo vnus modo alius, ſicq. totā diē de ipſo ſermonizando percurrunt. O quā attēte auſcultabat Magdalena, ſed multum attentius ipſa Domina. O quoties in ipſa die dicebat in narratione geſtorum: Benedictus ſit filius meus Ieſus. Intuere ergo eos diligenter & compatere, quia ſunt in afflictione magna, immo permaxima hodie conſtituti. Quid enim eſt videre, quòd Domina cæli & terræ & Princeps eccleſiarum, & omnium populorum, & duces totius diuini

B exercitus, ſic timoroſi ſtant recluſi in domuncula quadam, neſcientes, quid facere debeant, niſi quòd ſe confortant, conferentes de factis, & verbis dulciſſimi Domini ſui. Domina tamen ſtabat mente tranquilla & pacata, quia certiſſimam ſpem habebat de reſurrectione filij ſui. & in ea ſola remanſit fides in ipſa die ſabbati: & propterea dies ſabbati attribuitur ei. Non tamē poterat ipſa Domina gaudenter ſtare, propter mortem fili ſui dulciſſimi Ieſu Chriſti. Sero autem facto, poſt ſolis occaſum, cum licuit operari, Maria Magdalenæ & altera Maria iuerunt emere aromata, pro faciendis

Quare dies ſabbati attribuitur Beatæ Virgini.

C vnguentis. Sero etiam præcedenti cum redierant a ſepultura Domini, cœperunt parare vſque ad ſolis occaſum, poſtea ſiluerunt. Nam ſabbatum obſeruare oportebat a ſolis occaſu die veneris, vſque ad alium occaſum. Nunc ergo vadunt emere aromata. Intuere tu illas diligenter, incedentes mœſtis vultibus, more viduarum, & ſe applicantes ad aliquam apothecam, alicuius forte deuoti Domini, eis compatientis, & libenter ſatisfacientis voluntati earum. Ipſæ vero poſtulant aromata, & eligunt quantum poſſunt meliora, & pretio ſoluto redeunt, parantes ſe ad facienda vnguenta

Obſeruatio ſabbati.

D Domino ſuo. Conſpice ergo diligenter, quomodo humiliter, deuote & fideliter laborant pro Domino ſuo, cum lacrymis magnis, & ſuſpirijs intimis. Domina vero & Apoſtoli aſpiciunt, & forte adiuuant: quibus factis, nocte ſiluerunt. Et hæc quidem eſt meditatio die ſabbati de Domina, ſociabus, & diſcipulis.

SABBATO DIE.

Meditatio de Domino Ieſu, die Sabbati deſcendenti ad infernum. Cap. LXXXV.

VEnit etiam hoc in conſiderationem nunc: quid ſcilicet fecerit Dominus ipſa die ſab-

E bati. Statim cum mortuus fuerat, deſcendit ad inferos ad ſanctos Patres, & ſtabat cum eis. Et tunc fuerunt in gloria: nam viſio Domini, gloria eſt perfecta. Conſidera hic ergo, & attende quanta fuerit eius benignitas, in infernum deſcendere, quanta charitas, quantaq. humilitas. Poterat enim vnum Angelum ad eos mittere, & omnes ſeruos ſuos liberare, & ſibi præſentari vbi voluit: ſed hoc non ſuſtinuiſſet amor ſuus infinitus, & humilitas ſua. Per ſemetipſum ergo deſcendit, & non vt ſeruos, ſed & vt amicos viſitaret Dominus omnium, & ſtetit

F cum eis ibidem vſque ad diem Dominicam, prope auroram. Cogita bene de his, & admirare, & imitari coneris. Iubilauerunt autē ſancti patres in ſuo aduentu, & repleti ſunt iucunditate immēſa, omni diſplicentia procul expulſa, & ſtabant in laudibus & canticis corā eo, quas laudes potes hoc modo meditari: Imaginādo eos, ac ſi eſſent cū corporibus ſuis, ſicut poſt reſurrectionē erunt: ſimiliter, & animā illam benigniſſimam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cū ergo præſenſerūt eius ſaluberrimū aduentum, occurrerunt ei gaudēter, ſeipſos exhortātes, atque dicentes: Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & cetera. Leuate capita veſtra quia ecce venit redēptio veſtra. Conſurge, conſurge Hieruſalē, ſolue vincula colli tui, ecce Saluator venit

ſoluere nos a vinculis. Tollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi amantiſſime Deus noſter. Et procidentes adorauerunt eum, cũ gaudio & lætitia magna. Ipſos autem conſidera, quia cum reuerentia, & ingenti exultatione, & vultibus iucundis ſtant ei, & dicunt prædicta coram eo, & in huiuſmodi laudibus, & canticis, & iubilationibus ſteterunt in limbo, vſque prope auroram diei Dominici. In conſpectu etiam multitudinis Angelorum ibidem exiſtentium, & cum eis iubilantium. Tunc accepit eos Dominus educens ab inferis in exultatione, & ante eos glorioſe procedens, poſuit ipſos in paradiſo deliciarum. Aliqua vero morula facta, cum eis iucunde, & cum Elia, & Enoch eum recognoſcentibus, dixit eis: Tempus eſt, vt eacitem corpus meum, vadam, & reaſſumam illud. Qui omnes procidentes, dixerunt: Ite Domine Rex gloriæ, & cito redite, ſi placet: quia glorioſiſſimũ corpus veſtrum videre plurimũ affectamus.

Habes ergo quæ circa Dominum Ieſum & Matrem eius, & diſcipulos, & ſanctos patres meditari poſſis in die ſabbati, ante reſurrectionem. Verum quia totam paſſionem Domini tibi ſine auctoritatum interpoſitione tranſcurri, ne animus ad aliud quàm ad ipſam paſſionem ſe conuerteret cogitaui vel nunc auctoritates aliquas tibi referre, vt earum lectio mentem excitet ad ipſa feruentius & deuotius meditanda. Accipe ergo Bernardum more ſolito, in quibuſdam ſententijs, ſic dicentem: Ieſu Chriſto debes totam vitam tuã, quia ipſe vitam ſuam poſuit pro vita tua, & cruciatus amaros ſuſtinuit, ne tu perpetuo ſuſtineres. Si enim conferrentur in me omnes dies filiorum Adæ, & omnes dies ſæculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, & qui ſunt, & qui erunt nihil eſſet ad comparationem illius corporis, quod ſpectabile & ſtupendum eſt, virtutibus etiam ſupernis, in conceptu de ſpiritu ſancto, in ortu de virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ affluentia, in corruſcatione miraculorum, in reuelationibus ſacramentorum. Sicut igitur exaltantur cæli a terra, ita exaltata eſt vita ſua a vita noſtra, quæ tamen poſita eſt. Et ſicut nihil ad aliquid nullam habet comparationem, ita vita noſtra nullam habet ad vitam illius proportionem: cum illa dignior, iſta miſerior eſſe non poſſit. Cum ergo deuouero quidquid poſſum, non eſt ſicuti ſtella ad ſolem, gutta ad flumen, lapis ad montẽ, granum ad aceruum. Idem: Non ſimplex, aut modica Chriſti exinanitio fuit, ſed ſeipſum exinaniuit vſque ad carnem, ad mortem, ad crucem. Quis digne penſet quantæ fuerit humilitatis, manſuetudinis, dignationis, Deũ maieſtatis carne indui, mulctari morte, turpari cruce? Sed dicit aliquis: Non valuit opus ſuum reparare creator abſque iſta difficultate. Valuit, ſed maluit cum iniuria ſui: ne peſſimum atque odioſiſſimum vitium, ingratitudinis occaſionem, vltra reperiret in homine. Sane multum fatigationis aſſumpſit, quo multæ dilectionis hominem debitorem teneret, commoueretq. ad gratiarum actiones difficultas redemptionis, quem minus deuotum eſſe fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus, & ingratus. Gratis quidem conditus ſum, ſed nullo conditoris grauamine vel labore. Siquidem dixit, & factus ſum quemadmodum & vniuerſa. *Et infra*: Sed obſtructũ eſt os loquentiũ iniqua. Luce clarius patet, quantũ modo o homo pro te diſpẽdium fecit. De Domino ſeruus, de diuite pauper, caro de verbo, & de Dei filio, hominis fieri filius non deſpexit. Memento iam te, & ſi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At vero per totos triginta annos, operatus eſt ſalutem noſtram in medio terræ. O quantum laborauit ſuſtinens carnis neceſſitates, hoſtis tentationes. Nonne ſibi crucis aggrauauit ignominiã, mortis ſibi accumulauit horrorem. Idem: Super omnia reddit amabilem te mihi, Ieſu bone, calix quem bibiſti opus noſtræ redemptionis. Hoc omnino amorem noſtrum facile vẽdicat totum ſibi. Hoc, inquam, eſt, quod noſtram deuotionem, & blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementius. Multum quippe laborauit in eo Saluator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis auctor aſſumpſit. Illa denique dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. At vero hoc, & in dictis ſuis ſuſtinuit contradictores, & in factis obſeruatores, & in tormentis illuſores, & in morte exprobratores. Idem: Ad cumulum pietatis tradidit Chriſtus in mortem animam ſuam, & de proprio latere protulit pretium ſatisfactionis, quo placaret patrem. Per quod plane ad ſe verſiculum illum traxit: Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Prorſus copioſa, quia non gutta, ſed vnda ſanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit. Quid tibi debuit facere, & non fecit? Illuminauit cæcũ, ſoluit vinctum, reduxit erroneum, reconciliauit reum. Quis non poſt illum libenter, alacriterq. currat, qui & ab errore liberat, & errata diſſimulat, qui deinde viuendo merita tradit, præmia moriendo conquirit? Quam excuſationẽ habet, qui in odore horum vnguentorum non currit, niſi ad quem forte minime odor peruenit. Sed enim in omnem terram exiuit odor vitæ. Quoniam miſericordia Domini plena eſt terra, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Ergo qui vitalem hanc ſparſam vbiq. fragantiam non ſentit, & ob hoc non currit, aut mortuus eſt, aut putidus. Idem: Non erubeſcit ſponſa nigredinem quam nouit præceſſiſſe in ſponſo, cui ſimilari quæ etiam gloriæ eſt? Nil ergo proinde glorioſius eſt, quam Chriſti portare opprobrium. Vnde vox illa prorſus exultationis & ſalutis, Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Grata ignominia crucis ei, qui crucifixo ingratus nõ eſt. Nigredo eſt, ſed forma & ſimilitudo Domini. Vade ad ſanctum Iſaiam, & deſcribet tibi qualẽ illum in ſpiritu viderat. Quem namque alium dixit virum doloris & ſcientem infirmitatem, & quia non erat ei ſpecies neque decor? Et addidit: Nos putauimus eum quaſi leproſum & percuſſum a Deo & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, & liuore eius ſanati ſumus. *Et infra*: Denique ſeipſum fecit peccatũ, & nigrũ dicere verear? Intuere ſane pannis ſordidũ, plagis liuidum, illitum ſputis, pallidum morte. Idem: Quid enim magis deforme, & nigrum oculis ſpectantium occurrebat: quam cum expanſis in cruce manibus medius duorum nequam, riſum malignãtibus daret, fletum fidelibus, & ſolus erat riſui, qui ſolus poterat eſſe terrori, ſolus honori eſſe debuerat. Idẽ: Petra refugium herinacijs, & vbi tuta, firmaq. infirmis requies, niſi in vulneribus Saluatoris? Tanto illuc ſecurior habito, quanto ille potentior eſt ad ſaluandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus inſidiatur non cado. Fundatus enim ſum ſupra firmam petram, peccaui peccatum grande, turbabitur conſcientia, ſed non perturbabitur, quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Quid tam ad mortem, quod non Chriſti morte ſaluetur? *Et infra*: Clamat clauus, clamat vulnus, quòd vere Deus ſit in Chriſto mundum reconcilians ſibi, ferrum pertranſijt animam eius, & appropinquauit cordi, vt non iam neſciat compati infirmitatibus noſtris. Patet arcanum cordis per foramina corporis, patet illud magnum ſacramentum, patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Quid ni viſcera per vulnera pateant? In quo enim clarius quàm in vulneribus tuis eluxiſſet, quòd tu Domine ſuauis & mitis es & multæ miſericordiæ? Maiorem enim miſerationem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat, quis pro addictis morti & damnatis.

Ait

Marginal notes: *Ber. ſer. 22. ſup. cant. poſt med.* — *Pſal. 140. b* — *Pſal. 62. c* — *Idem ſer. 20. ſup. cãt. ante med.* — *Pſal. 32. b* — *Idem ſer. 22. ſup. cãt. circ. med.* — *Pſal. 129. a* — *Pſal. 32.* — *Idem ſer. 25. ſup. cãt. poſt med.* — *Gal. 6. d* — *Iſa. 53. a* — *Idem ſer. 28. ſup. cãt. ante med.* — *Idem ſer. 61. ſup. cãt. ante med.*

Ait etiam alibi Bernardus: Meditare paſſionem cru-
cifixi corporis, & vide ſi aliquid eſt in eo, quod non
peroret ad patrem. Pro te diuinum illud caput, multi-
plici ſpinarum denſitate denſatum, vſque ad cerebri te-
neritudinem confixum eſt, dum configitur ſpina. Spi-
nis peccatorum ſuorum, ait Dominus per Prophe-
tam, circumdedit me populus iſte. Ne doleret caput
tuum, ne tua vulneretur intentio, caligauerunt in mor-
tem oculi ſui, & illa luminaria quæ illuminant orbem
ad horam extincta ſunt. Nonne illis obtenebrantibus,
tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram, & illa duo
magna luminaria, cũ alijs luminaribus ſubmota ſunt?
Hoc autem totum factum eſt, vt auertant oculi tui, ne
videant vanitatem, & ſi viderent, non attraherentur.
Aures illæ quæ in cælis audiunt, Sanctus, ſanctus, ſan-
ctus, Dominus Deus ſabbaoth, audiunt in terris: Dæ-
Ioan. 7. c monium habes: Et Crucifige, crucifige eum. Vt quid il-
& 19. a ludʾne aures tuæ obſurdeſcerent ad clamorem paupe-
ris, ne reciperent auditum vanum, ne detractionis vi-
Pſal. 44. rus ſuſciperent. Speciosa illa facies, ſpecioſa forma præ
filijs hominum, ſputis allita, afflicta colaphis, addicta
Matt. 26. g deluſionibus eſt. Sic namque ſcriptum eſt: Cœperunt
conſpuere in eum, & percutere faciem eius, & illu-
dere ei, dicentes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit.
Quare hoc? vt facies tua illuminaretur, illuminata cõ-
3. Reg. 1. firmaretur, & diceretur de te: Vultus eius non ſunt
amplius in diuerſa mutati. Os illud quod docet ange-
los, & homines inſtruit, quod dixit, & factum eſt,
felle potatum eſt & aceto, ſed hoc factum eſt, vt veri-
tatem & iudicium loqueretur os tuum & confiteretur
Dominum Deum ſuum. Manus illæ quæ fundaue-
runt cælos, extenſæ ſunt in cruce, clauiſq. verberatæ
duriſſimis, vt manus tuæ extenderentur ad inopem, &
Pſal. 118. o dicere poſſes cum Pſalmiſta: Anima mea in manibus
meis ſemper. Quod tenemus in manibus, nonde faci-
le obliuiſcimur, ſic & qui animam ſuam bonæ opera-
tioni imprimit, non tradidit eam obliuioni. Pectus il-
lud, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ
Dei abſconditi, lancea militari perfoſſum eſt, vt pe-
ctus tuum a prauis cogitationibus mundaretur, mun-
datum ſanctificaretur, conſeruaretur ſanctificatum.
Pedes illi, quorum ſcabellum adorare debemus, quia
ſanctum eſt, dura transfixione confoſſi ſunt vel confi-
xi, ne pedes tui feſtinarent ad malũ, ſed currerent ad
Pſal. 21. d viam mandatorum Domini. Quid plura? Foderunt
manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia
oſſa mea. Pro te carnem & animam ſuam poſuit, vt
corpus & ſpiritum totum ſibi vendicaret, toto ſe totum
* Quæ ſe- recuperauit. * *Idem*: Expergiſcere nunc anima
quũtur vſ- mea, & excutere de puluere, & contemplare virum
que in fine hunc memorabilem, quem in ſpeculo euangelici ſer-
capi. ſũt monis quaſi præſentem intuearis. Attende anima mea,
Anſel. in quis eſt ille, qui ingreditur habens imaginem regis, &
ſpec. Euãg. nihilominus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletus.
ſer. 6. 12. Coronatus incedit, ſed ipſa eius corona etiam crucia-
tus eſt illi. Et mille puncturis ſpecioſum eius caput
diuulneratur. Regali purpura induitur: ſed potius in
eo deſpicitur, quàm honoratur. Sceptrum in manu
geſtat: ſed eo ipſo reuerendum eius caput feritur. Ado-
rant coram ipſo poſitis in terra genibus, & regem,
conclamant: & continuo ad conſpuendum amabiles
eius genas ſubſiliunt. Maxillas palmis concutiunt, &
honorabile collum inhonorant. Vide anima mea, quo-
modo vir ille per omnia coarctatur, & ſpernitur. Sub
crucis onere dorſum incuruare iubetur, & ſuam por-
tare ignominiã ad locum deductus ſupplicij, Myrrha
Luc. 23. e potatur & felle. In cruce ſubleuatur, & dicit: Pater di-
mitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Qualis eſt hic,
qui in omnibus preſſuris ſuis nec ſemel os ſuum ape-
ruit, vt aliquid querelæ, aut excuſationis, aut commi-
nationis, aut maledictionis, aduerſus maledictos ca-
nes illos proferret, ſed nouiſſime verbum benedictio-
nis ſuper iniuſtos ſuos, quale a ſæculo non eſt auditum
effudit? Quid hoc viro manſuetius, quid benignius,

A anima mea, vidiſti? Adhuc autem attentius illum in-
tuere, quàm grandi admiratione & tenerrima com-
paſſione dignus appareat. Vide nudum, & verberibus
laceratum in medio latronum, cruci ignominioſe fer-
reis clauis affixum, aceto in cruce potatum, & poſt
mortem lancea in latere vulneratum, & copioſos ſan-
guinis riuos, ex quinque vulneribus manuum, pedum,
& lateris effundentem. Fletum deducite oculi mei, &
liqueſce anima mea igne compaſſionis, ſuper contri-
tione amabilis viri huius, quem in tanta manſuetudi-
ne, tot vides afflictum doloribus. *Idem*: Reſpice Do- Ibid. c. 14.
mine ſancte pater de ſanctuario, & de excelſo cælo-
B rum habitaculo, & intuere hanc ſacroſanctam ho-
ſtiam, quam tibi offert magnus Pontifex noſter, ſan-
ctus puer tuus Dominus Ieſus Chriſtus pro peccatis
fratrum ſuorum: & eſto placabilis ſuper multitudine
malitiæ noſtræ. Ecce vox ſanguinis fratris noſtri Ieſu,
clamat ad te de cruce. Ecce gloria & honore corona-
tus ſum. In dextera maieſtatis tuæ aſtat vultui tuo pro
nobis, caro enim & frater noſter eſt. *Idem*: Reſpice Ibid. c. 15.
Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi obediens vſque
ad mortem factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cica-
trices eius in perpetuum, vt memineris, quantam ab
eo pro peccatis noſtris ſatisfactionem receperis. Vti- Iob. 12.
C nam Domine appendantur in ſtatera peccata, quibus
iram meruimus, & calamitas, quam pro nobis paſ-
ſus eſt innocens filius tuus. Certe hoc grauior appare-
bit, & hoc magis digne, vt propter ipſam effundas ſu-
per nos miſericordiam tuam quantum fuit illa, ne
pro peccatis noſtris contineas in ira miſericordias
tuas. Gratias tibi Domine pater referat omnis lingua
ſuper abundantia bonitatis tuæ, qui vnico filio cordis
tui non pepercisti, ſed pro nobis illum tradidiſti in
mortem, vt tantum tamq. fidelem aduocatum ha-
beremus in cælis coram te. *Idem*: Et tibi Domine Ibid. c. 16.
Ieſu fortiſſime zelotes, quid gratiarum quid retribu-
D tionis digne retribuam ego homo, puluis, & cinis, &
vile figmentum? quid enim pro mea ſalute facere de-
buiſti, & non feciſti? Ab imo pedis vſque ad ſummũ
verticis, totum in aquas paſſionum te demerſiſti, vt
me totum de illis extraheres. Et intrauerunt aquæ vſ-
que ad animam tuam. Nam & animam tuam in mor-
tem perdidiſti, vt meam perditam mihi redderes. Ec-
ce me duplici debito obligaſti, nam & pro eo quod
dediſti, & pro eo quod mei cauſa perdidiſti debitor
tibi ſum, & pro mea quidem vita bis a te mihi data,
ſemel in creatione ſemel in redemptione: quid magis
iuſte tibi reddam, quàm ipſam, non habeo. Pro tua au-
E tem pretioſa anima ita contribulata, quid ab homine
digne rependi poſſit, non inuenio. Nam & ſi cælum,
& terram, & omnem ornatum eorum, pro ea poſſem
rependere, certe vſque ad menſuram debiti, nullate-
nus attingere poſſem. Vt autem idipſum quod & de-
beo, & poſſibile mihi eſt, retribuam tibi, tui Domine
muneris eſt. Diligẽdus es mihi toto corde, tota mẽte
tota anima, tota virtute, & tua mihi ſequenda veſtigia,
qui pro me mori dignatus es, & quomodo fiet illud in
me, niſi per te? Adhæret anima mea poſt te, quia to-
ta virtus eius pendet ea te. Hucuſq. Bernardus. Habes
igitur a Beato Bernardo more ſuo mellifluo eructan-
F tem de Domini Paſſione melliflua & pulcherrima. Vi-
deas ne in vacuum ea recipias. Sed toto corde, totoq.
affectu ipſius auctoritatibus incitata in Dominica paſ-
ſione verſeris, quia ipſius meditatio, ſuper omnes alias,
quæ de vita ipſius occurrere poſſunt, noſcitur emine-
re. De cetero ad reſurrectionem ipſius Domini Ieſu
accedamus.

De reſurrectione Domini, & quomodo primo apparuit matri Dominica die.
Cap. LXXXVII.

VEniens Dominus Ieſus, cũ honorabili multitudi-
ne Angelorum, ad monumentum die Dominico

ſummo mane, & reaccipiens corpus iſtud ſanctiſſimum, & ipſo monumento clauſo, proceſſit propria virtute reſurgendo. Eadem autem hora, ſcilicet ſummo mane Maria Magdalenæ & Iacobi & Salome licentia petita prius a Domina, cœperunt ire cum vnguentis ad monumentum. Domina autem domi remanſit, & orabat, dicens: Pater clementiſſime, pater piiſſime, ſicut ſcitis, mortuus eſt filius meus, inter duos latrones cruci fuit affixus, & ego eum ſepeliui manibus meis: ſed potens eſtis Domine, eum mihi reſtituere incolumem rogo maieſtatem veſtram, vt eum mihi reddatis. Quare tardat tantum ad me venire? remittite obſecro eum mihi, quia non quieſcit anima mea, niſi videam ipſum. O fili mi dulciſſime, quid eſt de te? quid agis? quid moram contrahis? rogo te ne amplius differas venire ad me, tu enim dixiſti: Tertia die reſurgam. Nonne fili mi, eſt hodie tertia dies, non heri, ſed prius heri, id eſt nudiuſtertius, fuit dies illa magna, & amara valde, dies calamitatis & mortis, tenebrarum & caliginis, ſeparationis & mortis tuæ. Ergo fili mi eſt hodie tertia dies. Exurge ergo gloria mea, & omne bonum meum, & redi. Super omnia deſidero te videre. Conſoletur me tuus reditus, quam ſic contriſtauit diſceſſus. Reuertere ergo dilecte mi, veni Domine Ieſu, veni ſpes mea vnica, veni ad me fili mi. Illa ergo ſic orante, & lacrymas dulciter emittente, ecce ſubito Dominus Ieſus venit in veſtibus albiſſimis, vultu ſereno, ſpecioſus, glorioſus, & gaudens, & dixit ei quaſi ex latere: Salue ſancta parens. At illa ſtatim ſe vertens: Es tu, inquit, filius meus Ieſus? Et genuflexit adorans. Cui filius: Mater mea dulciſſima, ego ſum, reſurrexi, & adhuc tecum ſum. Eis autem ſurgentibus ipſa cum lacrymis præ gaudio amplexans eum, & vultum vultui applicans fortiter ſtringebat, requieſcens totaliter ſuper eum, & eam alacriter ſuſtentabat. Poſtea conſedentibus eis pariter diligenter & curioſe intuebatur eundem in vultu & cicatricibus manuum & per totum quærens, ſi omnis dolor ab eo diſceſſerat. Et ille: Reuerenda mater omnis a me dolor abſceſſit, & mortem, & dolorem, & omnes anguſtias ſuperaui, nec de cetero inde aliquid ſentiam. Et illa: Benedictus ſit pater tuus, qui te mihi reddidit: exaltatum & laudatum ſit nomen eius, & magnificatum in ſæcula. Stant ergo & colloquuntur ad inuicem gaudentes, & Paſcha ducentes delectabiliter, & amanter. Et narrat ei Dominus Ieſus, qualiter populum ſuum liberauit de inferno, & omnia quæ fecit in iſto triduo. Ecce nunc ergo magnum Paſcha.

Mariæ cum vnguentis vadunt ad monumentum.

Matt. 27. g

Quomodo Mariæ & aliæ duæ Mariæ venerunt ad monumentum, & de curſu Petri & Ioannis. *Cap. LXXXVIII.*

Magdalena vero & aliæ duæ Mariæ ibant, vt dixi, ad monumentum cum vnguentis. Dum ergo fuerunt extra portam ciuitatis reuocabant ad memoriam afflictiones & pœnas magiſtri ſui, & in omnibus locis in quibus aliquid notabiliter contra ipſum, vel per ipſum factum fuerat aliquantulum ſubſiſtebant, genuflectentes & oſculantes terram, gemitus & ſuſpiria dantes, & dicentes: Hic obuiauimus ei cum cruce ſuper collo, quando mater eius ſemimortua eſt: hic ſe vertit ad mulieres: hic crucem depoſuit fatigatus, & ſuper iſto lapide ſe appodiauit parumper: hic ſic crudeliter & fortiter impulerunt eum, vt velocius ambularet, & quaſi eum currere coegerunt: hic ſpoliauerunt eum, & totum nudum fecerunt: hic eum crucis patibulo affixerunt. Et nunc cum magno clamore & inundatione lacrymarum, procidentes in facies ſuas adorauerunt crucem, & oſculatæ ſunt eam, pretioſo adhuc Domini ſanguine rubricatam. Deinde ſurgentes, & euntes verſus ſepulchrum, dicebant: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Et aſpicientes, viderunt reuolutum lapidem, & An-

A gelum Domini ſedentem ſuper eum, qui dicit eis: Nolite timere &c. vt in euangelio continetur. Illæ autem Marc. 16. b defraudatæ ſpe ſua, quia putabant corpus Domini inue- & Mat. nire non attendentes ad verba Angeli, conterritæ re- 28. b deunt ad diſcipulos, dicentes, corpus Domini eſſe ſu- Ioan. 20. a blatum. Tunc ergo Petrus & Ioannes concurrerunt ad monumentum. Conſpice bene eos, currunt ipſi, currunt Magdalena & ſociæ poſt eos, omnes currunt ad quærendum Dominum ſuum, cor ſuum, & animam ſuam, currunt multum fideliter multumq. ferventer, multumq. anxie. Cum autem peruenerunt ad monumentum, reſpicientes in ipſo non inuenerunt
B corpus, ſed viderunt linteamina & ſudarium, & receſſerũt: Compatere ipſis, quia in afflictione magna ſunt. Quærunt Dominum ſuum & non inueniunt, & neſciunt vbi eum amplius quærere debeant: ergo dolentes, & flentes diſceſſerunt.

Quod Dominus apparuit tribus Mariis. *Cap. LXXXIX.*

Mariæ autem remanſerunt ibidem, & reſpicientes in monumentum, viderunt duos Angelos,
C ſtantes in albis, qui dicunt eis: Quem quæritis, viuen- Luc. 24. a tem cum mortuis? Illæ autem nec tunc attenderunt ad verba eorum, nec aliquam conſolationẽ acceperũt de viſione Angelorum: quia non quærebant Angelos, ſed Dominum Angelorum. Iterum duæ Mariæ conterritæ, & quaſi abſorptæ, elongauerunt ſe inde aliquantulum, & ſedebant dolentes. Magdalena vero neſciens, quid aliud facere deberet, & quia ſine magiſtro ſuo viuere non poterat, & ibi eum non inueniebat, & vbi eum quæreret ignorabat, ſtabat ad monumentum foris plorans. Iterum ergo reſpiciens in monumentum, quia ſemper ſperabat, ibi eum reui- Io. 20. a dere, vbi eum ſepelierat, vidit ipſos Angelos ſedentes, qui dicunt ei: Mulier, quid ploras? quem quæris? Et il-
D la: Tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi poſuerũt eum. Vide mirabilem operationem amoris. Paulo ante audierat ab vno Angelo, quod reſurrexerat, & poſtea a duobus quia viuebat, & non recordabatur, ſed dicit, Neſcio. Amor hoc faciebat, quia, vt dicit Orig. in di- hic Origenes, anima ſua non erat, vbi ipſa erat: ſed ibi uerſos ho. erat, vbi magiſter ſuus erat. Neſciebat cogitare, lo- 10. se. a. qui nec audire, niſi de ipſo. Cum autem iſta ſic ploraret, nec de Angelis aliquid curaret, amore ſuo magiſter ſuus non poterat amplius ſe tenere: Dominus ergo Ieſus refert hoc matri, & dicit quod vult ire ad conſolandum eam, quæ hoc multum acceptat, & dicit:
E Fili mi benedicte, vade in pace, & conſoleris eam, quia multum, te diligit, & de tua morte multum doluit, & memento redire ad me, & amplexans dimiſit eum. Venit ergo ad monumentum in horto, vbi erat Dominus Magdalena, & dicit ei: Mulier, quẽ quæris? quid plo- apparuit ras? Et illa eum non cognoſcens adhuc, vt ebria reſpon- Mariæ Ma- dit, dicens: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eũ, dicito mihi, vbi gdalenæ in poſuiſti eum: & ego eum tollam. Conſpice bene eam horto. quomodo lacrymabili vultu, ſuppliciter, & deuote, eũ exorat, vt doceat eã illum quem quærit: ſemper enim ſperabat, audire aliqua noua de ſuo dilecto. Tunc Dominus ad eam dixit: Maria. Ipſa vero quaſi reuiui- Ioan. 20. d
F ſcens, & cognoſcens eum ad vocem, indicibili gaudio dixit: Rabbi, id eſt, magiſter, Dominus vos eſtis quem quærebam, quare tamdiu vos mihi celaſtis? Et currens ad pedes oſculari volebat. Dominus vero volens animum ſuum eleuare ad cæleſtia, vt non quæreret eum amodo in terra, dixit: Noli me tangere, nondũ enim aſcendi ad patrẽ meum, ſed dic fratribus meis. Aſcendo ad patrẽ meum, & patrem veſtrũ, &c. Et addidit: Nonne prædixi tibi, quod tertia die reſurgerẽ, quomodo igitur me in ſepulchro quærebas? Et illa: Dico vobis magiſter, quod tantus dolor de acerbitate paſſionis & mortis veſtræ, cor meũ repleuerat, quod omniũ oblita, de nihilo recordabar, niſi de corpore veſtro mortuo, & de loco vbi ſepelieram ipſum: & ideo

vnguen-

vnguentum hoc manè detuleram. Benedicta ſit magnificentia veſtra, quæ reſurgere & ad nos redire, dignata eſt. Stant ergo ſimul dilecti, cum iucunditate & gaudio magno. Ipſa vero curioſe aſpicit eum, & interrogat de ſingulis, & reſponſum alacritatis recipit. Nunc ergo, & hic eſt magnum Paſcha. Licet autem ſic a principio Dominus ei reſpōderet, vix credere poſſum, quin eum familiariter tangeret, antequam inde diſcederet, oſculando pedes & manus. Sed diſpenſatiue ſic fecit a principio, vel quia talem ſe oſtendebat, qualis erat in corde ſuo, ſecundum communem expoſitionem: vel quia, vt dicit, volebat animū ſuum erigere ad cæleſtia, ſecundū quod Bernardus innuere videtur. Pie nāque credi poteſt, quod quam ſic amāter & ſingulariter, ante omnes qui ſcripti reperiuntur, viſitabat, ad lætificandam eam non turbandam, faciebat. Myſterialiter ergo, non pertinaciter dixit illud verbum: quia non pertinax, neque durus, benigniſſimus Dominus eſt, & maxime diligentibus ſe. Poſt aliqualem vero morulam, diſceſſit Dominus dicens, quia & alios oporteret eum viſitare. Tunc Magdalena quaſi alterata, ſicut nolens ab eo vnquā diſcedere, dicit: Domine, vt video, veſtra conuerſatio non erit amodo nobiſcum, ſicut conſueuerat, rogo ne obliuiſcamini mei. Mementote Domine tot bonorum, quot mihi contuliſtis, & familiaritatis & dilectionis, quam habuiſtis ad me, & recordamini mei Domine Deus meus. Et Dominus ad eam: Noli timere, confide & conſtans eſto, quia ſemper ero tecum. Tunc ipſa benedictione ab eo recepta, & Chriſto diſcedente, venit ad ſocias, & nunciat hoc eis. Illæ vero de reſurrectione Domini gaudentes, ſed quòd non viderant eum dolentes, recedunt cum ea. Cum ergo iſtæ tres Mariæ in ſimul pergerent, antequam venirent ad ciuitatem, apparuit eis Dominus Ieſus, dicens: Auete. Illæ vero vltra quam dici poſſet exhilaratæ, procidentes tenuerunt pedes eius. Hic ergo ſimiliter & quærunt & aſpiciunt, & reſponſum iucunditatis accipiunt, & faciunt magnum Paſcha. Dicit autem eis Dominus Ieſus: Dicite fratribus meis, vt veniant in Galilæam, ibi me videbunt ſicut prædixi eis. Vides, quod magiſter humilitatis vocat diſcipulos ſuos fratres, numquid hanc virtutem dimiſit? Tu autem ſi in prædictis vis intelligentiam, & conſolationem habere, recordare de his, quæ ſuperius tibi dixi, vt, ſcilicet in omnibus locis & factis, ita ſis animo, ac ſi præſens eſſes corpore. Et idem de infra dicendis.

Dominus apparuit tribus Marijs in via pariter pergentibus.

Quòd Dominus apparuit Ioſeph, Iacobo minori & Petro. Cap. XC.

DIſcedens ergo Dominus Ieſus ab eis, apparuit Ioſeph, qui eum ſepelierat. Captus enim erat propterea a Iudæis, & recluſus in quodam cubiculo diligenter ſigillato. & poſt ſabbatum eum interficere volebant. Apparuit ergo ei Dominus Ieſus, & faciem eius exterſit, & oſculum dedit, & inde ſaluis ſigillis in propriam domum reportauit. Apparuit etiam Dominus Ieſus Iacob minori, qui vouerat ſe non comeſturum niſi videret Dominum reſuſcitatum. Dixit ergo ei, & his qui cum eo erant: Ponite menſam. Deinde panem accipiens, benedixit, & dedit ei, dicens: Comede dilecte frater mi, quia filius hominis ſurrexit a mortuis. Iſta vero refert Hieronymus. Cum autem Magdalena & ſociæ redeunt domum, & narrant diſcipulis reſurrexiſſe Dominum, Petrus mærens, quod Dominum ſuum non viderat, nec quieſcere valens propter amoris vehementiam, diſceſſit ab eis, & ſolus ibat verſus ſepulchrum. Neſciebat enim, vbi eum alibi quæreret. Dum ergo pergeret, Dominus Ieſus apparuit ei, dicens: Pax tibi Simon. Tunc Petrus percutiens pectus ſuum, & procidens in terram cum lacrymis, dixit: Domine dico meam culpam, quia te dereliqui, & pluries negaui, & oſculatus eſt pe-

1. Cor. 15. a

Hier. li. de ſcript. Eccleſiaſt. in Iacobo. 10. a.

S. Bon. To. 6.

A des eius. Dominus autem ipſum erigens, oſculatus eſt eum, dicens: Pax tibi, noli timere, omnia peccata ſunt tibi dimiſſa: ego bene ſciebam, & prædixi tibi. Nunc ergo vade, & confirma fratres tuos, & confide, quia mortem, & omnes inimicos veſtros, & aduerſarios deuici. Hic ergo ſimiliter fit magnum Paſcha. Stant & colloquuntur adinuicem, & diligenter Petrus aſpicit eum, & ſingula notat. Benedictione vero accepta, rediens ad Dominam & ad diſcipulos, omnia narrauit. Scire autem debes, quòd de apparitione facta Dominæ nihil continetur in euangelio: ideo autem ipſam poſui, & ante præmiſi, quia B de ipſa videtur tenere Eccleſia, vt in legenda de reſurrectione Domini plenius habetur.

De reditu Domini ad ſanctos patres poſt reſurrectionem. Cap. XCI.

DOminus ergo Ieſus cum diſceſſit a Petro, quia nondum viſitauerat ſanctos patres, poſt reſurrectionem ſuam, quos in Paradiſo delitiarum dimiſerat, rediit ad eos, procedens in ſtola candida cum multitudine Angelorum. Quem ipſi in tanta gloria conſpicientes a longe, cum indicibili exultatione, & C iubilo, canticis, & laudibus, ſuſcipiunt eum, dicentes: Ecce rex noſter, venite occurramus Saluatori noſtro. Magnum principium & regni eius non erit finis. Dies ſanctificatus illuxit nobis, venite omnes & adoremus Dominum. Et procidentes in terram adorauerunt eum, & ſurgentes, & ſtantes cum eo reuerenter & iucunde compleuerunt laudes ſuas, dicentes: Vicit Leo de tribu Iuda, refloruit Domine caro mea, adimples nos lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem. Reſurrexiſti gloria noſtra, exultabimus & lætabimur in te. Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum, & dominatio tua vſque in gene-D ratione & generationem. Et nos non diſcedimus a te, reſuſcitabis nos, & nomen tuum exaltabimus. Præcurſor pro nobis ingreſſus eſt, Pontifex factus in æternum. Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Hodie illuxit nobis dies redemptionis, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cæli: quia Dominus regnauit a ligno. Dominus regnauit, decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Cantate ei canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctū eius. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius, E venite, adoremus eum. Appropinquante autem hora veſpertina, dicit eis Dominus Ieſus: Compatior fratribus meis, quia propter mortem meam contriſtati, & conterriti, diſperguntur ſicut oues errantes, & multum deſiderant me videre. Vadam ergo, & oſtendam me ipſis, confortabo, & conſolabor eos, cito reuertar ad vos. At illi procidentes dixerunt: Sic fiat Domine, vt dixiſtis.

Quòd Dominus apparuit duobus diſcipulis, euntibus in Emaus. Cap. XCII.

F CVm ergo duo ex diſcipulis eius irent verſus caſtellum Emaus, quaſi iam deſperati de ipſo, & irēt triſtes, de his quæ acciderant conferentes: venit Dominus Ieſus, & iunxit ſe ipſis in ſpecie peregrini, & ibat cum ipſis interrogans eos, & reſpondens, & conferens verba ſalubria, vt in Euangelio habes. Tandem coactus ab eis, intrauit cum illis & manifeſtauit ſeipſis. Hic autem diligenter attende, & conſidera bonitatem, & benignitatem Domini tui. Primo quia non potuit eius feruens amor, ſuſtinere ſuos ſic errare, & triſtari. Vere fidus amicus eſt, fidelis comes, & benignus Dominus iūgit ſe ipſis, quærit triſtitiæ cauſam, & exponit eis ſcripturas, inflāmans corda eorum, ad omnem rubiginem extirpandam. Sic

Luc. 24. b

quotidie nobiſcum facit ſpiritualiter. Si enim grauati aliqua perplexitate vel acedia de ipſo loquimur, ſtatim adeſt confortans & illuminans corda noſtra, & etiam inflammans in amorem ſui. optimum enim eſt, contra tales peſtes loqui de Deo. Vnde dicit Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, ſuper mel & fauum ori meo. Et iterum: Ignitum eloquium tuum vehementer & ſeruus tuus dilexit illud. Similiter etiã cogitare de Deo. vnde idẽ Propheta: Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.

Pſal. 118. g *Ibidem ſ.* *Pſal. 38. a*

Secundo conſidera bonitatem eius, non ſolum ex amore, vt dixi, ſed etiam ex humilitate profunda. Conſpice namque ipſum, quo modo humiliter vadit cum eis. vadit namque cum ſuis, quaſi vnus ex eis Dominus omnium nonne tibi videtur ad primordia humilitatis rediſſe? exemplum nobis eſt ſimile faciendi. Sed & in alio attende Domini humilitatem: quia non eſt dedignatus hos diſcipulos inferioris gradus. Non enim erant iſti de Apoſtolis, ſed de alijs minoribus diſcipulis, & tamen familiariter iungit ſe ipſis, vadit & loquitur. Non ſic elati, nollent enim niſi cum præcipuis viris & magnatum opum, conuerſari & ambulare. Item in alio relucet hic ſua humilitas. Nam ſi conſideras elatos, videbis, quòd nolunt ampulloſa verba ſua ſpargere inter paucos. Sed Dominus etiam cum duobus loquitur arcana ſua nõ vilipendit paucos, immo nec etiã vnum, ſicut fecit olim cum Samaritana. Tertio conſidera Domini bonitatem, quãtum ad præſens negotiũ, quo modo inſtruit diſcipulos ſuos in moribus, reficit, & conſolatur. Conſpicias ergo eum, quo modo fingit ſe lõgius ire, vt eorum augeat deſiderium, & inuitetur, & teneatur ab eis. & quo modo poſtea benigne intrat cum eis, panem accipit, & benedicens ſuis ſacratiſſimis manibus frangit & porrigit, & ſe ipſum eis reuelat, & quotidie hoc facit nobiſcum inuiſibiliter. Nam teneri vult & inuitari per deſideria, orationes, & ſanctas meditationes. Et ideo ſemper orare oportet, & non deficere, vt ipſe docuit, qualiter iſta fecit ad noſtram eruditionem, vt ſcilicet attẽdamus ad opera pietatis & hoſpitalitatis. Et quo modo non ſufficit diuina eloquia legere vel audire, niſi opere compleantur. De hoc in Homilia Gregorij ſuper hoc Euangelio poteris plenius edoceri. Non autem dedit iſtis ſuis diſcipulis magnam ſui copiam, ſed ſtatim porrecto eis pane, euanuit ab oculis eorum. Nam etiam alios conſolari volebat, cum quibus tamen etiam iſtos eſt conſolatus.

Elatorũ conſuetudo. *Luc. 18. a*

Quòd Dominus apparuit recluſis in die reſurrectionis. Cap. XCIII.

Redierunt autem prædicti duo diſcipuli ſtatim in Hieruſalem, & inuenientes alios diſcipulos congregatos, abſente Thoma, eis iſta narrauerunt. At pariter audierunt: quia ſurrexit Dominus & apparuit Simoni. Tunc Dominus Ieſus intrans ad eos ianuis clauſis, ſtetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Diſcipuli vero procidentes in terram, & ſuam culpam dicẽtes, quòd ſic eum dereliquerant, ipſum alacriter ſuſceperunt. Dominus ergo: Surgite, inquit, fratres mei, quia omnia peccata ſunt vobis dimiſſa. Stat ergo familiariter inter eos, & oſtendit eis manus & latus, & aperit eis ſenſum, vt intelligãt ſcripturas, & cognoſcãt reſurrectionem ſuam. Petit ab eis, ſi habeant aliquid ad manducandum, & manducat coram eis partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Inſufflat in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum. Vides quo modo iſta ſunt plena omni iucunditate & lætitia. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino, lætantur coram eo, qui ante erãt pauefacti. O quam libenter eidem illa porrexerunt, vt comederet, quàm fideliter ei miniſtrabant, & quàm iucunde aſſiſtebant ei. Cõſpice etiam Dominam ibidem eſſe, quia diſcipuli congregabant ſe ad eam. Vide ergo eam indicibili gaudio iſta conſpicere, & iuxta filiũ familiariter ſedere, & ſicut expedit ſeruire alacriter.

Luc. 24. f *Ioan. 20. e* *Ibidem.*

A Dominus etiam Ieſus libenter ſuſcipit omne ſeruitiũ de manibus eius, & eam reuerenter honorat coram diſcipulis. Non autem omittas Magdalenam dilectam diſcipulam, & Apoſtolorum Apoſtolã. Conſpice etiã, qualiter more ſolito, ſedet ad pedes magiſtri ſui, diligenter audit verba eius, & ſi quid poteſt etiam ipſa, gaudioſe, ac toto affectu, eidem miniſtrat. O qualis tũc eſt domuncula iſta, & quam gratioſum habitare in ea? Nonne tibi videtur etiam nunc eſſe magnum Paſcha, ſi aliquid deuotionis habes? puto quòd ſic. Sed parum ſtetit tunc Dominus cum eis, quia iam erat quaſi ſero. Tamen forte etiam ipſi coegerunt eum, aliquantulum **B** plus ſtare, rogantes ne ſic cito recederet. An non credis quòd Magdalena, ſedens ad pedes iuxta eum, teneret per pannos eum cõfidenter, & cum reuerenti audacia, ne diſcederet ita cito. Erat enim indutus veſtimentis albiſsimis, veſtibus gloriæ ſuæ. Sic enim eum tenebat, non præſumptuoſe, ſed confidenter faciebat, ſic diligens, ſic dilecta, nec Domino diſplicebat. Teneri vult Dominus, vt patet in duobus diſcipulis ſupra, euntibus in Emaus. Tandem Dominus reuerentia matri exhibita, ſimiliter & ab ea recepta licentia, benedicens omnes, receſſit ab eis. ipſi vero procidentes, de cita reuerſione rogauerunt eundem. Remanſerunt autẽ **C** famelici, & ſitibundi de Domino, de quo tãtam copiã habere conſueuerant, eum ſæpe ſuſpirijs, & deſiderijs reuocantes. Vidiſti quoties hodie habuiſti Paſcha: nam omnes iſtæ apparitiones in die Paſchatis fuerunt. Sed forte audiſti, ſed non ſenſiſti, quia nec forte in paſſione compaſſionem habuiſti. Credo enim, quòd ſi in paſſione compati ſcires, & mentem haberes, vnitam & nõ ſparſam ad ſæcularia, vel ſuperflua, vel curioſa, in qualibet vice ſentires Paſcha. Et hoc de quolibet die Dominico contingere poſſet, ſi mente integra diebus veneris, & ſabbati, te cum paſſione Domini præparares, maxime dicente Apoſtolo: Si fuerimus ſocij paſ- **D** ſionum, erimus & conſolationum.

2. Cor. 1. a

Quòd Dominus apparuit Diſcipulis in octaua Paſcha, & erat cum eis Thomas. Cap. XCIV.

Adueniente autem die octaua reſurrectionis, iterũ apparuit Dominus Ieſus diſcipulis ianuis clauſis. Et erat Thomas cum eis, qui prima die cum eis non fuerat. Et cum alij narraſſent ei, quia viderant Dominum. reſpondit: Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum, &c. vt in Euangelio cõtinetur, non credam. Dicit ergo paſtor bonus, & de puſillo ſuo grege ſolicitus: Pax vobis. Deinde dicit Tho- **E** mæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Tunc Thomas procidens, tetigit cicatrices Domini, & dixit: Dominus meus & Deus meus. Hominem enim vidit, & Deum credidit. Dixit etiam ſuam culpam de hoc, quòd ipſe dereliquerat eum, ſicut & alij dixerunt. Dominus autem erigẽs eum, dixit: Noli timere, omnia peccata ſunt tibi dimiſſa. Hoc autem de Thomæ dubitatione, diſpenſatorie permiſſum eſt, vt euidentioribus argumentis, reſurrectio Domini probaretur. Conſpice autem hic dili- **F** genter eum, & conſidera ſolitam benignitatem, humilitatem, & amorem feruentem ipſius, quo modo, ſcilicet Thomæ monſtrat & alijs diſcipulis vulnera ſua vt tolleret omnem obſcuritatem de cordibus eorum, ad ipſorum & noſtram vtilitatem. Reſeruauit quoque ſibi Dominus cicatrices vulnerum, maxime propter tria, ſcilicet vt faceret Apoſtolis fidem de ſua reſurrectione, & vt ipſas oſtendat patri, quando vult placare eum & interpellare pro nobis. eſt enim noſter aduocatus: & etiam vt eas monſtret reprobis in die iudicij. Stat ergo Dominus Ieſus cum matre & diſcipulis ſuis, per aliquam moram loquens de regno Dei, & ipſi cum eo in lætitia magna, audientes iſta verba excelſa, & aſpicientes faciem eius, plenam gaudio & decore.

Ioan. 20. f

Atten-

A Attende bene eos circumcirca ſtantes, ſed Dominam familiarius iuxta eum: Magdalenam vero ſemper ad pedes eius conſidera. Sta & tu reuerenter, a longe tamen, niſi forte miſericordia motus faciat te vocari. Tandem dicit eis, quòd vadant in Galilæam, in montē Thabor, vt dicitur, & ibi apparebit eis. Et benedictione data diſceſſit ab eis. Ipſi vero remanſerunt, vt prius, famelici & ſitibundi de eo, ſed plurimum confortati.

Quòd Dominus apparuit diſcipulis in Galilæa. Cap. XCV.

B POſt hæc diſcipulis ad dictum locum pergentibus, iterum apparuit eis Dominus Ieſus, dicens: Data
Matt. 28. d eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & docentes eos ſeruare, quæcumque mandaui vobis. Et confortamini: quia ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi. Adorauerunt autem eum in ſuo aduentu & ſtant etiam nunc cum magna iucunditate cum eo. Conſidera bene eos, & ea quæ dicta ſunt modo ipſis: nam magnifica ſunt valde. Manifeſtat eis, qualiter eſt Dominus omnium: dat eis mandatum de prædicando: dat formam baptizandi: dat etiam vigorem eis
C per maximum, dum dicit, quòd ſemper erit cum eis. Vides quantam iucunditatem dat eis, & quot oſtendit eis inſignia charitatis. His ergo dictis per Dominum data eis benedictione, diſparuit ab eis.

Quòd Dominus apparuit diſcipulis ad mare Tiberiadis. Cap. XCVI.

Ioan. 21. a DIſcipuli vero adhuc remanſerunt in Galilæa. Iuerūt autem quadam vice piſcatum ad mare Tiberiadis ſeptem ex ipſis, & per totam noctem nihil ceperunt.
D Mane facto, Dominus iterum apparuit eis, & ſtetit in littore maris. Attende autem hic, quæ acta ſunt, quia iucundiſſima ſunt. Quærens ergo Dominus ſi aliquid cepiſſent, reſpondentibus, Non, dixit: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo, & multitudinem magnam ceperunt. Dixit itaque Ioannes Pe-
Ibidem. b tro: Dominus eſt. Tunc Petrus nudus exiſtens, ſuccinxit ſe tunica, & feſtinus venit per mare: alij vero nauigio venerunt. Et cum deſcendiſſent, viderunt piſcem poſitum ſuper prunas, & panem paratum, Dominus enim hoc eis parauerat. Fecit etiam accipi de piſcibus eorum, & aſſari, & ſimul cum eis comedens, fecit conuiuium, & feſtum magnum cum eis in littore maris.
E Et conſuetæ humilitatis ſuæ more miniſtrans eis, panē eis porrexit, & fregit: & piſcem ſimiliter dedit eis. Stant ergo reuerenter, & multum alacriter iſti ſeptem diſcipuli cum Domino ſuo, pariter cum eo comedentes, aſpiciunt faciem eius deſiderabilem & iucundā, & exultāt in cordibus ſuis. Accipiunt de ſacratiſſimis manibus eius eſcas delectabiles, & reficiuntur non minus ſpiritualiter, quàm corporaliter. O quale conuiuiū eſt illud. Conſpice bene ſingula, & ſi potes paſcaris cū eis. Attende nihilominus quæ ſequūtur, quia pulcherrima ſunt & vtiliſſima. Nam cōpleto iſto ſolemni conuiuio,
Ibidem. c F dicit Dominus Petro: Diligis me, plus his? & Petrus. Domine tu noſti, quia amo te. Dicit ei Dominus: Paſce agnos meos, &c. Sic ter interrogans, recommendauit ei gregem ſuum. In quo Domini benignitatem ſoliā conſidera, charitatem, & humilitatem. Aperte enim vides, quo modo diligēter affectuoſe imprimit, reiterat, & recommendat Petro animas noſtras. Iterum autem Dominus poſt hæc prædixit Petro mortem ipſius, di-
Ibidem. cens: Cum eſſes iunior, cingebas te, &c. ſignificans, quod per paſſionem crucis, clarificaturus eſſet Deum. Et cum de Ioanne Petrus quæreret: Hic autem quid?
Ibidem. d Dominus reſpondit: Sic eum volo manere, donec veniam. quaſi dicat: Nolo quòd per viam paſſionis me ſequatur, ſed in ſenio & contemplatione requieſcet.

A Quamuis alij diſcipuli intelligerent quòd nō moreretur. Sed nō erat hoc magnū donum, cum melius ſit diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Attendiſti quàm multa & quàm magnifica facta & dicta ſunt in hac apparitione. Poſt hoc diſparuit Dominus ab eis, & more ſolito rediit ad ſanctos patres. Diſcipuli vero cum magno gaudio remanſerunt, & poſt redierunt in Hieruſalem, &c.

Quod Dominus apparuit pluſquam quingentis fratribus ſimul, & de apparitionibus. Cap. XCVII.

B ITerum autem apparuit Dominus pluſquā quingen- *1. Cor. 15. a*
tis fratribus ſimul, vt dicit Apoſtolus: ſed quo loco, aut quando non eſt ſcriptum. Sed ſtans benignus Dominus inter eos, prædicans, & loquens de regno Dei magna eos iucūditate repleuit. Habes ergo duodecim apparitiones Domini, poſt reſurrectionem vſque ad aſcenſionem, abſque duabus cum aſcenſione proxime dicendis, & ſic fuerunt quattuordecim. Scire tamen debes, quòd in Euangelio non ſunt ſcriptæ niſi decem. Nam quo modo apparuit matri, non eſt ſcriptū in aliquo loco, ſed ſic pie creditur. Quo modo autem apparuit Ioſeph, dicitur in Euangelio Nicodemi. Quomodo etiam Iacobo, ſcripſit Apoſtolus ad Corinthios: & *Ibidem.*
C etiam refert beatus Hieronymus. De iſta etiā de quingentis fratribus ſcripſit beatus Apoſtolus ibidem. Aliæ vero ſcriptæ ſunt in Euangelio. Potes etiam meditari de pluribus. Nam veriſimile eſt, quòd benigniſſimus Dominus ſæpe matrem & diſcipulos viſitabat, & Magdalenam dilectam diſcipulam, confortans & exhilarās eos, qui ſic vehementer de ſua paſſione fuerant contriſtati, & conterriti. Quod etiam beatus Auguſtinus ſentire videtur, dicens de tempore poſt reſurrectionem: Non omnia, inquit, ſcripta ſunt. crebra erat eius cum eis conuerſatio. Et etiam forte ipſi ſancti patres maxime Abraham & Dauid, ad quos ſpecialiter facta fuit
D promiſſio de filio Dei, veniebant cum eo ad videndum illam ſuam excellentiſſimam filiam matrem Domini, quæ pro eis omnibus gratiam inuenit, & genuit Redēptorem. O quàm lætanter eam reſpiciebant, & reuerēter ſe inclinabant eidem, & omni qua poterant benedictione replebant, quamuis non viderentur ab ea. Potes etiam conſiderare in hoc benignitatem, charitatem, & humilitatem Domini, more ſolito, de quibus ſæpe fecimus mentionem, & in omnibus factis eius relucent. Quòd etiam poſtquā glorioſe vicerat, & reſurrexerat peregrinari adhuc voluit per quadraginta dies, vt ſuos diſcipulos confirmaret, & roboraret. Digne namque
E poſt tot annorū curricula, poſt tot labores & afflictiones, poſt iam ignominioſam & acerbam mortem, poterat triumphator ad ſuam gloriā remeare, & per ſuos Angelos confirmare, & confortare Apoſtolos pro ſuo nutu: ſed quia hoc non patiebatur charitas ſua, perſonaliter voluit conuerſari cum eis apparens eis per quadraginta dies in multis argumētis, & loquēs de regno Dei. Pro eis fecit hoc & pro nobis, ſed non aduertimus. Dilexit te vehementer, & non diligitur, cum ad talem ac tantum ignem, non ſolum caleſieri, ſed ardere debeamus. Nunc ad Aſcenſionem veniamus.

F *De Aſcenſione Domini. Cap. XCVIII.*

CIrca Dominicam Aſcenſionē te vigilem eſſe oportet, vt ſi vmquam toto mentis conatu, te præſentē exhibuiſti verbis & factis eius, nunc facias multo magis. Nam hæc ſolemnitas omnes ſuperat alias vt clarius infra tibi oſtendam. Et ſaltem hoc te animet ad attentionem, quòd nunc Dominus diſceſſurus eſt corporali præſentia, completo ſuæ peregrinationis curſu. Vnde verba & facta ipſius ſunt attentius conſideranda. Quælibet enim anima fidelis, debet ſponſum ſuum, Dominum ſuum, & Deum ſuum, in eius diſceſſu vigilantiſſime obſeruare, & quæ per eum dicuntur, & fiunt, viſceroſius mēte amplecti, & eidē ſe deuotius, & humilius

recom-

recommendare, & totaliter animum ſuum ab alijs abſtrahere. Quadrageſimo itaque die a reſurrectione, ſciens Dominus Ieſus, quia venit eius hora, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexiſſet ſuos, nunc vero in finem dilexit eos. Accipiens ergo de Paradiſo terreſtri ſanctos patres & alias animas, ſtans & benedicens Eliæ & Enoch ibi remanentibus, & adhuc viuentibus, venit ad diſcipulos ſuos, qui erant in cenaculo in monte Sion cum matre ipſius, & alijs apparẽs eis, voluit etiam ante diſceſſum ſuum prandere cum ipſis, in ſignum memorialis dilectionis & gaudij. Omnibus ergo ſimul comedentibus, cum lætitia magna in hoc vltimo conuiuio Domini ſui, Dicit eis Dominus B Ieſus: Tempus eſt, vt reuertar ad eum qui miſit me, vos autem manete hic in ciuitate, quouſque induamini virtute ex alto: quia infra paucos dies replebimini ſpiritu ſancto, prout vobis promiſi. Poſtea ibitis per vniuerſum mundum prædicãtes Euangelium meum, baptizando credentes, & eritis mihi teſtes vſque ad vltimum terræ. Exprobrauit etiam incredulitatem eorum, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, ſcilicet Angelis ſuis non crediderunt. Hoc nunc maxime facit, cum de prædicando dicebat, quaſi daret eis intelligere: Multo magis debebatis vos Angelis credere, etiam antequam me videretis, quàm gentes qui credẽt C vobis prædicantibus, & me non videbunt. Fecit etiam hoc, vt cognoſcentes defectum ſuum remanerent humiliores, oſtendens eis in ſuo diſceſſu, quantum placebat ei humilitas, & quaſi eam peculiariter recommendaret eiſdem. Quærentibus autem eis de temporibus futuris, noluit reſpondere, quia non expediebat eis. Stant ergo, comedunt, & loquuntur, & gaudent propter preſentiam Domini ſui, ſed nihilominus turbati propter diſceſſum. Tanta enim amoris teneritudine diligebant eum, quòd etiam verba diſceſſus ſui, non poterant æquo animo ſuſtinere.

Quid autem dicam de matre iuxta eum prandente, D quæ ſuper omnes ſic intenſe eum amabat? An non credis, quod ad hæc verba diſceſſus filij, maternæ dilectionis tacta & commota dulcedine, reclinaret caput ſuum ſuper filium, & recumberet ſuper pectus eius? Nam ſi Ioannes hoc fecit in cena, nunc multo magis meditari potes de ipſa. Vnde ſuſpirans cum lacrymis eum rogabat, dicens: Fili mi, ſi diſcedere vis, ducas me tecum. Dominus autem conſolatus eam, dicebat: Rogo mater chariſſima, ne feras moleſte diſceſſum meum: quia vado ad Patrem. Te autem remanere hic expedit ad tempus, propter confirmandos creden- E tes, poſtea veniam ad te, & aſſumam te ad gloriam meam. Ad quem mater: Fili mihi dilectiſſime, fiat voluntas tua. Nam non ſolum remanere, ſed & mori parata ſum, pro animabus pro quibus & mortuus fuiſti, ſed eſto memor mei. Dominus autem eam & diſcipulos & Magdalenam & alias conſolabatur, dicens: Non turbetur cor veſtrum neque formidet: non relinquam vos orphanos, vado & venio ad vos & ſemper ero vobiſcum. Tandem dicit eis, quòd exeant in montem oliueti, quia inde volebat aſcendere, & tunc diſparuit ab eis. Mater ergo, & omnes alij ſine mora iuerunt ad dictum montem, qui eſt ab Hieruſalem ad vnum miliare, & ibidẽ iterum apparuit eis Dominus. F Ecce quomodo habes hodie duas apparitiones. Tunc amplexatus eſt matrem valefaciens ei, & mater eum tenerrime. Diſcipuli autem & Magdalena & omnes alij procidentes, & lacrymantes, deoſculati ſunt pedes eius, ipſe vero ſuos Apoſtolos erigens, benigne oſculatus eſt.

Conſpice nunc eos bene, & cuncta quæ fiunt. Conſidera nihilominus ſanctos patres ibidem exiſtentes, inuiſibiliter tamen, quomodo libenter, & reuerenter intuentur Dominam, & affectuoſe benedicunt, per quam tantum beneficium conſecuti ſunt. Quomodo etiam intuentur illos excelſos pugiles, & duces diuini exercitus, quos inter omnes elegit Dominus, ad expu- A gnandum, & vincendum vniuerſum mundum. Tandem completis cunctis myſterijs, cœpit Dominus Ieſus eleuari ab eis, & aſcendere virtute ſua. Tunc mater & omnes alij procidebant in terram. Dicebat Domina: Fili mi benedicte, memor eſto mei, & propter diſceſſum non poterat lacrymas continere: gaudebat tamen multum, quòd filium ſuum ſic glorioſe cernebat petere cælum. Similiter & diſcipuli eius dicebant: Domine pro te dimiſimus omnia, eſto memor noſtri. Ipſe vero eleuatis manibus, facie ſerenus, & gaudens, regio more coronatus & ornatus, triumphaliter ferebatur in cælum. Benedicens eis dixit: Conſtantes eſto- B te, & viriliter agite, quia ſemper vobiſcum ero. Aſcendebat autem, ſecum ducens illam nobilem multitudinem, iter pandens ante eos, vt dixerat Michæas propheta. Dominus itaque glorioſus, candidus, & rubicundus, ſplendens & gaudioſus, præcedebat eos, viam eis oſtendens, & ipſi cantantes & iubilantes, lætiſſimi ſequebantur eum, dicentes: Cantemus Domino qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Benedictus es Domine Deus noſter, qui ſaluos facis ſperantes in te. deducens populum tuum in exultatione, & electos tuos in lætitia. Exalta- C re ſuper cælos Deos, & ſuper omnem terram gloria tua, vt liberentur dilecti tui. Aſcendens in altum proſperum iter faciens nobis, perducens nos in refrigerium, educis vinctos tuos in fortitudine, deſiderium noſtrum tribuens nobis. Intrabimus in domum tuam, & in conſpectu angelorum tuorum tibi pſallemus. Gloria laus, & honor, tibi ſit rex Chriſte Redemptor. Regna terræ cantate Deo, pſallite Domino.

Domini Aſcenſio.

Mich. 2. d

Interim autem Michael præpoſitus Paradiſi pergẽs ad patriam, nunciauerat, quòd Dominus aſcendebat. Ecce omnes ſpirituum ordines, ſeriatim per acies ſuas, occurrerunt eidem, vnus ex eis non remanſit, qui non D veniret obuiam Domino ſuo, & inclinantes ſe, cum omni qua poterant reuerentia, deducebant eum cum hymnis & canticis ineffabilibus. Quis enim poſſet cantus & iubilos, qui ab ipſis fiebant, explicare? Aduenerunt ergo principes coniuncti pſallentes & dicebant, Alleluia, alleluia, alleluia.

Cæleſtium ſpirituũ occurſus cum Chriſtus in cælos aſcendit.

Nomine qui in Domini rex benedicte venis:
Nunc tibi regnanti pangimus ecce melos.

Alleluia alleluia alleluia. Benedictus es Domine, qui ſedes ſuper Cherubim, & intueris abyſſos, alleluia alleluia alleluia. Dignus es Domine omni laude & honore alleluia, quia victoriam glorioſe feciſti, E allel. Confiteantur cæli mirabilia tua Domine. allel. & virtutem tuam allel. Ecce nunc aſcendunt tribus Domini alleluia, vt confiteantur, & dicant tibi alleluia. Ad lætandum in lætitia gentis tuæ, vt lauderis, cum hereditate tua, alleluia alleluia alleluia. In huiuſmodi canticis & confeſſionibus Dominum honorabant vtrinque coram ipſo exultantes, & eidem feſtum honorificum cum omni reuerentia facientes. Et quis poſſet hoc gaudium enarrare?

Sed & illud quis dicere poſſet, quòd tam beatiſſimi ſpiritus, quàm ſanctiſſimi patres ſimul habuerunt, cum ſibi ad inuicem occurrerunt? Superni ergo ſpi- F ritus reuerentia prius Domino exhibita, & canticis eius expletis, illis cum magna iucunditate dicebant. Principes populorum bene vos venire gratulemur, alleluia. congregati eſtis cum Deo veſtro alleluia. & vehementer eleuamini, alleluia. pſallite ei qui aſcendit ſuper cælum cæli, alleluia, alleluia. Et ſancti patres alacriter reſpondebant: Principes populi Domini, alleluia cuſtodes & adiutores noſtri alleluia. gaudium vobis & pax alleluia. pſallite, & vos regi noſtro alleluia. Exultate Deo adiutori noſtro, alleluia, alleluia, alleluia. Simul etiam ſe ad inuicem adorantes dicebant: In domũ Domini lætantes imus, alleluia, alleluia: ſimul nos capiet vrbs veneranda Dei, alleluia. oues paſcuæ Domini, portas eius & atria intremus, alleluia.

alleluia, in hymnis & canticis, alleluia, Dominus enim virtutum nobiſcum alleluia, ſuſceptor noſter eſt, alleluia, alleluia. Vides ergo quòd omnes iubilabāt, & *Pſal. 46. a* pſallebant. Nam iuxta prophetam: Aſcendit Deus in iubilatione & Dominus in voce tubæ. Aſcendit autem Dominus Ieſus plane propter conſolationem matris & diſcipulorum, quouſque eum poterant videre. Ex tunc autem nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, & in momento cum omnibus angelis & prædictis patribus ſanctis fuit in patria. Sic enim dicit prædictus *Pſal. 103. a* propheta: Ponis nubem aſcenſum tuum, qui ambulas ſuper pennas ventorum. Pennæ ventorum dicuntur ſummitates ventorum, id eſt partes illæ, quæ præcedunt, & velociores ſunt. Et ipſe adhuc velocius aſcendit ex quo nubem interpoſuit. Stabant ergo Mater & diſcipuli & Magdalena & aliæ flexis genibus, & intuebantur in cælum euntem illum, quouſque poterant.

O Quid erat videre Dominum ſic glorioſe aſcendentem, & quid ſi quis potuiſſet videre, & audire beatiſſimos ſpiritus, & animas ſanctas cum eo pariter incedentes, forte præ gaudio ſeparata fuiſſet anima talis a corpore, & cum eis etiam aſcendiſſet. Cum ergo ſic vultibus adhuc eleuatis aſpicerent, ecce duo Angeli ſteterunt iuxta illos in veſtibus albis, dicentes: *Act. 1.* Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui a vobis aſſumptus eſt in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. Redite ergo in ciuitatem, & expectate, ſicut dixit vobis. Conſidera hic, quomodo de ipſis Dominus fuit ſollicitus. Nam ſtatim cum euanuit ab oculis eorum, miſit Angelos ſuos, ne nimium ibidem ſtantes fatigarentur, & vt confortarentur audientes angelicum teſtimonium concordare ſecum de aſcenſione Domini ſui. Auditis ergo his verbis, Domina humiliter rogauit Angelos, vt eam recommendarent filio ſuo. Illi vero ſe vſque ad terram inclinantes eidem, libenter D ſuſceperunt mandatum eius, ſimiliter Apoſtoli, Magdalena, & omnes alij dixerunt eis. Illis itaque diſparentibus, ipſi redierunt in ciuitatem ad montem Sion, ibiq. morabantur, expectantes, vt Dominus Ieſus mandauerat eis.

Dominus autem Ieſus cum vniuerſa prædicta felici & magnifica multitudine, aperiens ianuas paradiſi, vſque tunc humano generi clauſas, triumphaliter intrauit, & gaudenter patri genuflectens ait: Pater gratias ago tibi, qui mihi dediſti victoriam de omnibus aduerſarijs noſtris. Ecce amicos noſtros, qui captiui tenebantur, eos tibi præſento: ſed fratribus & diſcipulis meis, quos in mundo reliqui, promiſi mittere ſpiritum ſanctum, rogo te pater mi, vt impleas promiſſionem, & eos recommendo tibi. Tunc Pater erigens eum, fecit eum ſedere a dextris ſuis, & dixit: Benedicte fili mi, omnem poteſtatem & iudicium dedi tibi, de iſtis diſcipulis, & de miſſione ſpiritusſancti, pro tuo velle diſponas. Omnes autem ſancti patres & beatiſſimi ſpiritus qui adorantes procideranr in facies ſuas, coram patre ſurgentes reincœperunt cantica ſua, & iubilabant coram Deo laudes. Si enim Moyſes & filij Iſrael, poſt tranſitum maris ru-
Exod. 15. a bri, cecinerunt carmen Domino, dicentes: Cantemus F
Ibidem. c Domino glorioſe &c. Et Maria propheriſſa ſoror eius, & reliquæ mulieres eam ſequentes, in tympanis & choris Domino Deo canebant, quanto magis nunc
2. Reg. 6. c cunctis aduerſantibus ſuperatis? Similiter cum Dauid deducebat arcam fœderis Domini Hieruſalem, totus populus canebat legitime, & Dauid cum cantoribus citharam percutiebat, & omnes laudabant coram Domino in citharis ſuis & tympanis, & Dauid ſaltauit totis viribus coram Domino: quanto nunc magis id faciebant, qui vere ſunt cum Domino in tanto gau-
Apoc. 14. a dio conſtituti? Et ſi Ioannes, vt in Apocalypſi refert, audiuit vocem in cælo, centum quadragintaquattuor millia citharœdorum, citharizantium in citharis ſuis,

A & cantabant, quaſi canticum nouum, ante ſedem Dei & Agni. Quodcumque gaudium illud ſignificet, ego multo magis ipſum hodie contigiſſe, meditabor. Omnes ergo ibidem conſtituti pſallunt, omnes exultant, omnes lætantur, omnes cantant, omnes gaudent, omnes iubilant, omnes manibus plaudunt, omnes chorizant, omnes iucundantur, omnes tripudiant. Vere nunc in ſuperna Hieruſalem auditur canticum lætitiæ, & per omnes vicos eius ab vniuerſis dicitur, Alleluia. Numquam ab origine mundi, tale feſtum, & tam ſolemne paſcha celebratum eſt, nec vmquam erit forte niſi in die iudicij, cum omnes ibi
B præſentabuntur electi cum corporibus glorioſis. Et propterea tibi dixi in principio, quod hæc ſolemnitas omnibus conſideratis, cunctis ſupereminet alijs. Percurras ſingulas, & videbis ſi verum loquor. Magnum paſcha, & ſolemne feſtum eſt incarnatio Domini, & initium omnis noſtri boni: ſed hoc nobis non ſibi, nam ipſe tunc in thalamo virginali incluſus eſt. Magnum etiam paſcha eſt natiuitatis eius: ſed & illud nobis. Nam ſibi compatiendum eſt, quia ad tantam paupertatem, vilitatem, & penuriam natus eſt. Magnum ſimiliter quo ad nos feſtum eſt paſſio eius, quia tunc omnia noſtra peccata deleta ſunt. Nihil enim,
C vt ait Gregorius, nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. ſed propter tormenta duriſſima, & mortem turpiſſimam, quam ſuſtinuit, nec ſibi fuit, nec nobis eſſe debet materia gaudij & lætitiæ. Magnum inſuper & ſolemne, & verum paſcha, eſt reſurrectio ipſius Domini Ieſu, tam pro ſe quam pro nobis, quia ipſe glorioſus triumphator apparuit, & nos iuſtificati ſumus. Venerabilis itaque multum: & ideo ſingulariter in ipſo cantat Eccleſia: Hæc dies quam fecit Dominus *& cetera*. ſecundum Beatum Auguſtinum. Hæc dies ſanctior vniuerſis, quod exponi poteſt de præcedentibus. Nam hæc dies aſcenſionis maior &
D ſanctior videtur, quia licet reſurrexit Dominus, adhuc tamen peregrinatur in terris, adhuc eſt clauſa paradiſi porta, adhuc ſancti patres non iuerunt ad patrem, quæ omnia in aſcenſione completa ſunt. Et ſi bene inſpicias, quidquid Deus fecit vſque modo, fecit vt perueniret ad hunc finem, & ſine hoc omnia ſua opera erant imperfecta. Nam cælum & terra, & omnia quæ in eis ſunt, facta ſunt propter hominem: homo autem propter gloriam habendam: ad ipſam vero vſque hodie, nullus quantumcumque iuſtus, pertingere poterat poſt peccatum. Vides quàm magnificus & mirificus ſit iſte dies. Similiter magnum paſcha valde dies pentecoſtes, & eum multum ſolemnizat Eccleſia
E & recte quia tunc donum ſummum recipit, ſcilicet, ſpiritum ſanctum. Sed & illud nobis non ſibi. Sed hodiernus aſcenſionis dies, eſt proprie feſtum ſolemniſſimum Domini Ieſu, quia hodie incipit ſedere ad dexteram patris, & requiem capit a peregrinatione ſua. Et etiam proprie feſtum eſt omnium ſupernorum ſpirituum, quia nouum gaudium ſuſcipiunt a Domino ſuo quem ante ibi in humanitatis forma non viderant. Et quia hodie primo reſtaurari incipiunt ruinæ ipſorum in tanta multitudine beatorum, & proprie illorum egregiorum patriarcharum, prophetarum, & ani-
F marum ſanctarum, qui ad supernā patriam hodie primitus intrauerunt. Si ergo feſtum facimus de aliquo ſancto migrante ad cælos, quanto magis de tot milibus, & quāto magis de ſancto ſanctorum. Eſt etiam feſtum Dominæ quæ filium ſuum regali diademate ſublimatum, ſic vidit tamquam Dominum verum, ſuper excelſa conſcendere. Eſt etiam nihilominus proprie feſtum noſtrum, quia humana natura hodie ſuper cælos eſt exaltata, & quia niſi Chriſtus aſcendiſſet, illud ipſum etiam donum ſpiritusſancti, pro quo ſic merito ſolemnizamus, recipere nequibamus. Vnde ipſe di- *Ioan. 16. a*
cebat diſcipulis ſuis: Expedit vobis, vt ego vadam, ſi enim non abiero, paracitus non veniet ad vos. Ad robur autem dicti mei, adduco Bernardum, qui de

hac

Quare ſolēnitas aſcenſionis præeminet alijs omnibus feſtiuitatib⁹.

Pſal. 117. d

Aug. Ser. 146. de tēp. in. 10.

[Bern. Ser. 2. in Aſcenſ. Domini in princ. Idem ser. 4. ſtatim a princ.] hac die ſic loquitur, in ſermone de aſcenſione Domini. Solemnitas iſta, chariſſimi, glorioſa eſt. Conſummatio enim & adimpletio eſt reliquarum ſolemnitatum, & felix clauſula eſt totius itinerarij Ieſu Chriſti filij Dei viui. Merito quidem ſolemnitatis & lætitiæ dies agitur, quando ſol ille ſuper cæleſtis, ſol iuſtitiæ, noſtris ſe præſentauit obtutibus. Magna quoque lætitia & exultatio multa nimis, quando conciſo ſacco lætitia circumdatus eſt, & noſtræ dedicauit primordia reſurrectionis. Veruntamen quid mihi & ſolemnitatibus iſtis, ſi conuerſatio mea vſque adhuc detinetur in terris? Dico ergo, non multo minus mihi tolerabilior videtur exilij huius habitatio, quam gehenna. (B) [Ioan. 16.b] Denique niſi ego abiero paraclitus non veniet ad vos. Videſne quemadmodum ceterarum ſolemnitatum, ea quam hodie celebramus, & conſummationem habeat, & fructũ declaret, & augeat gratiam? Sicut enim cetera omnia pro nobis fecit, qui pro nobis natus eſt: ita quoque ipſius aſcenſio propter nos facta eſt, & facit pro nobis. Hucuſque Bernardus. Manifeſte ergo videas, quòd ſolemnior eſt dies iſta omnibus alijs. Et anima quæ bene diligeret Dominum Ieſum, magis hodie exultaret, quàm in aliquo die anni. Vnde ipſe [Ioan. 14.] dicebat diſcipulis: Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Et propterea credo me recte dixiſſe, quod numquam in patria fuit aliqua dies (C) adeo ſolemnizata, vt iſta. Durauit autem gaudium & exultatio tanti feſti vſque ad diem Pentecoſtes. Et per hunc modum poteſt meditari. Aſcenſio enim Domini fuit hora ſexta, nam primo comederat hora tertia cum diſcipulis ſuis. Quamuis ergo omnes in patria, vltra quàm dici poſſet, exultarent: tamen prima die vſque ad aliam ſextam ſequentis diei Angeli fecerunt ſingulariter feſtum, & Dominus Ieſus oſtendit, vel fecit aliquam ſingularem familiaritatem & conſolationem. Secunda die fecerunt Archangeli, tertia Principatus, quarta Poteſtates, quinta Virtutes, ſexta Dominationes, (D) ſeptima Throni, octaua Cherubim, nona Seraphim, qui ſunt nouem ordines Angelorum. Et ſic hæc durauerunt vſque ad ſextam ſabbati vigiliæ Pentecoſtes. Et tunc feſtum fecerunt ſancti patres, vſque ad horam tertiam diei Dominicæ.

De miſſione Spiritusſancti. Cap. XCVIII.

TVnc his completis, dixit Dominus Ieſus patri: Pater mi recordare promiſſi mei, quod feci de [Miſſio ſpiritus ſancti.] ſpiritu ſancto fratribus meis. Cui pater: Fili mi, multum gratum habeo quod promiſiſti: tempus eſt, vt impleatur promiſſum tuum, dic ergo ad ſpiritum ſan- (E) ctum: Rogamus te, vt deſcendas ad diſcipulos noſtros, & eos repleas, conſoleris, robores, inſtruas, & cumulum [Act. 2.] virtutum & gaudiorum conferas eis. Et ſtatim venit, & deſcendit in linguis ignis, ſuper centum & viginti diſcipulos ſimul congregatos, & eos repleuit omni gaudio, cuius virtute diſcipuli vigorati, docti, & accenſi, ac illuminati, totum mundum circumcurrunt, & pro magna parte ſibi ſubiecerunt. Nihilominus tamen superni ciues, etiam poſtea laudauerunt, & ſemper laudant Dominum, & habent dies [Pſal. 83.b] lætitiæ, & numquam deeſt ibi ſolemnitas, & gratia- (F) rum actio & vox laudis. Scriptum eſt enim: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Feſtinemus itaque & nos, ingredi in illam requiem, vbi tanta ſuperabundat indefectibiliter lætitia, & ad patriam noſtram totis conatibus ſuſpiremus. Odiamus huius miſeri, & putridi corporis noſtri compagem, & eius curam non faciamus in deſiderijs, quod nos hic detinet carceratos, & peregrinos a [Rom. 7.d] tanto bono. Dicamus ergo cum Apoſtolo: Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et [2. Cor. 5.b] iterum: Quamdiu in hoc corpore ſumus peregrina- [Phil. 1.c] mur a Domino. Et iterum: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Deſideremus eius diſſolutionem, & eam con- (A) tinue poſtulemus a Domino: quia per nos eam cum ſalute conſequi non valemus. Et iterum: Saltem moriamur mundo pompis, & concupiſcentijs eius. Abſtrahamus nos corde forti & perſeueranti, ab his rebus caducis, & a miſeris & breuibus conſolatiunculis harum viſibilium rerum, quæ inficiunt, & vulnerant animas noſtras. Aſcendamus autem mente cum Domino, vel potius ad Dominum, & cum ipſo in cælis ſit conuerſatio noſtra. Et ſic facientes, non ex toto ſimus peregrini & aduenæ, vt in tempore viſitationis nos ad ſe dignetur aſſumere, ipſe de quo loquimur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus, & laudabilis in ſęcula ſęculorũ. Amẽ.

Excitatio deſiderij ad patriam, per mortis appetitum. Cap. XCVIIII.

HAbes ergo ex prædictis dilectiſſima filia, vitam Domini Ieſu, tibi pro maiori parte, in meditationibus traditam. Suſcipe reuerenter, libenter, & gaudenter prædicta, & in eis tota deuotione, hilaritate, ac ſolicitudine conuerſari non pigriteris: quia hæc eſt via tua & vita tua, hoc eſt fundamentum, ſuper quo poteris magnum ædificium conſtituere. Ab hoc te incipere oportet, ſi vis ad ſublimiora aſcendere, prout (C) in pluribus locis ſuperius habuiſti. Nã hæc vitæ Chriſti [Vita Chriſti fundamẽtum ædificij noſtri & cib. animæ.] meditatio non ſolum per ſe dulciter paſcit, ſed ad maiorem cibum tranſmittit. Hæc enim ſunt, quæ Dominus geſſit in carne, ſed longe ſublimius eſt, in ſpiritu intueri, ad quæ per hanc ſcalam peruenire poteris ſed in hac interim immorandum, de quo ſic ait Bernardus: [Bern. ſup. Cant. Ser. 20. poſt med.] Ego hanc arbitror præcipuam inuiſibili Deo eſſe cauſam, quòd voluit in carne videri & cum hominibus conuerſari, vt carnalium videlicet, qui non niſi carnaliter amare poterant, cunctas primo ad ſuæ carnis amorem affectiones retraheret, atque ita gradatim (D) ad amorem perduceret ſpiritualium. *Et infra:* Monſtrabat diſcipulis altioris amoris gradum, cum diceret: Spiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quid- [Ioan. 6. g] quam. *Et paulo poſt:* In carnis igitur deuotione interim conſoletur, qui viuificantem ſpiritum non habet, eo dumtaxat modo, quo habent illi, qui aiunt: Spiri- [Thren. 4. d] tus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus. Et iterum: [2. Cor. 5. d] Si cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Nam alias quidem nequaquam ſine ſpiritu ſancto vel in carne diligitur Chriſtus: & ſine illa plenitudine. Cuius tamen menſura deuotionis hæc eſt, vt totum cor illa ſuauitas occupet, totum ſibi ab amore vniuerſæ carnis, ac carnalis illecebræ ven- (E) dicet. Hoc quippe toto corde diligere eſt. Alioquin ſi carnis meæ quamlibet conſanguinitatem, vel voluptatem, forte præfero carni Domini mei, per quod me, videlicet, minus ea implere contingat, quæ in carne manens, verbis & exemplis me docuit: nonne liquido conſtat, quòd toto nequaquam diligo corde, cum illud diuiſum habens, partem impendere videar carni eius, partem intorquere ad propriam? Denique ait: Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non [Mat. 10.d] eſt me dignus. Ergo, vt breuiter dicam toto corde di- [Quid ſit toto corde Deum diligere.] ligere, eſt omne quod blanditur, de carne propria (F) vel aliena, ſacroſanctæ carnis amore poſtponere. In quo & mundi æque gloriam comprehendo: quia gloria mundi eſt gloria carnis, & qui in ea delectantur, carnales eſſe non dubium eſt.

Vides quomodo etiam carnalis eſt hæc meditatio, reſpectu ſpiritualis, hoc non accipias, vt minuatur deuotio, ſed vt feruor creſcat ad maiora, ad quæ tamen per hæc tranſeundo, te venire oporteat, in hac etiam ferueat tuus affectus, vt in eam te totum immergas. Bona eſt enim hæc meditatio carnalis, per quam vita carnalis excluditur, contemnitur, & vincitur mundus, ſed & ſic faciendo ſtabilies mentem, erudiens ad virtutes, & animi robur accipies, vt in prologo tibi dixi. Hæc ergo meditari, ſit tota & vna intentio

Contemplatio & meditatio vitæ Chriſti ſūt gradus quibus peruenitur ad ſalutem.

A tentio tua, requies tua, cibus tuus, ſtudium tuum. Nã ex his non ſolũ prædicta bona conſequeris, nec ſolum erunt tibi gradus ad cæleſtis patriæ & ad maieſtatis contemplationes, ſed etiam erit continua & perpetua conſolatio tua. Non enim qui ad maiorem contemplationem aſcendunt, hanc dimittere debent pro loco & tempore. Alioquin viderentur hanc quaſi vilem contemnere, quod eſſet magnæ ſuperbiæ. Vnde recordare, quod habuiſti ſupra in tractatu huiuſmodi contemplationis, ſcilicet de humanitate Chriſti, quam beatus Bernardus, qui fuit altiſſimus contemplator, numquam dimiſit. Immo, vt in ſuis ſermonibus patet, eam ſupra modum amplectitur, & extollit.

De modo meditandi vitam Chriſti, & de concluſione opuſculi. Cap. 6.

VOlo autem tibi tradere modum, quem teneas in meditando prædicta: ne ſi forte teipſam crederes pertingere & extendi ad omnia quæ ſupra reperies, quaſi per molem grauem negligereris, maxime cum credam meditationibus prædictis, vnius hebdomadæ ſpatium conuenire. Igitur ſcire debes, quod meditari ſufficit, ſolum factum quod Dominus fecit, vel circa eum contigit fieri, vel dici ſecundum hiſtoriam euangelicã, te ibidem præſentẽ exhibendo, ac ſi in tua præ-C ſentia fierent, prout ſimpliciter animo in dictis cogitandi occurrit. Moralitates autẽ & auctoritates, quas ad tuã inſtructionẽ in hoc opere poſui, nõ expedit in meditationẽ adduci, niſi ſi qua virtus amplectẽda, vel vitiũ deteſtandũ, ipſa prima facie cogitationis occurrat. Eliges ergo in his meditandis, aliquã horam quietam, poſtea infra diẽ poteris diſcere moralitatẽ, & auctoritates, & eas ſtudioſe memoriæ cõmendare. Quod omnino te facere conuenit, quia pulcherrimæ ſunt, & quæ te quaſi in tota vita ſpirituali valeant informare.

Meditationes Vitæ Chriſti per omnes dies hebdomadæ diſtribuendæ.

Meditationes vero ſic diuide, vt die Lunæ incipiens, procurras vſque ad fugam Domini in Aegyptum. Et D eo ibi dimiſſo, die Martis, pro eo rediens, mediteris vſque ad apertionem libri in ſynagoga. Die mercurij exinde, vſque miniſterium Mariæ & Marthæ. Die Iouis abinde, vſque ad paſſionem. Die veneris, & ſabbati, vſque ad reſurrectionẽ. Die vero Dominica, ipſam reſurrectionẽ & vſque in finẽ. & ſic per ſingulas hebdomadas, facias vt ipſas meditationes tibi reddas familiares quod quãto magis facies, tãto faciliſus tibi occurrẽt, atque iucũdius. Libẽter cõuerſeris cũ Domino Ieſu & eius ipſius tanquã Euãgeliũ, ad imitationẽ beatæ Cæciliæ, in corde ſtudeas inſeparabiliter collocare.

Concluſio opuſculi.

De cetero tempus eſt ſignandi librum, ſed ne meis verbis, illud fiat de vberibus patris Bernardi, de qui-E bus tibi tot flores, & tam pulchros decerpſi. Fiat concluſio in nomine illius, qui eſt liber ſignatus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad cuius laudem totus eſt liber.

Bern. ſuper Cant. Ser. 15. cir. me.

Vnde beatus Bernardus quantum ad præſentem materiam ſpectat, ſic ait ſuper illo verbo: Oleum effuſum nomen tuum. Eſt procul dubio inter oleum, & nomen ſponſi ſimilitudo, nec otioſe ſpiritusſanctus alterutrum comparauit. Ego autem dico in triplici qualitate olei, quod lucet, paſcit, & vngit: ſi vos non melius habeatis. fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, lux, cibus, medicina. Vide idem nunc de ſponſi nomine: F lucet prædicatum, paſcit recogitatum, inuocatum lenit & vngit, & percurramus ſingula. Vnde putas in toto orbe tanta & tam ſubita fidei lux, niſi de prædicato Ieſu: nonne in huius nominis luce Deus nos vocauit in admirabile lumen ſuum? quibus illuminatis, & in lumine iſto videntibus lumen, dicat merito Paulus: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

De nomine Ieſu mira encomia.

Eph. 5. b

Et infra: Nec tantũ lux eſt nomen Ieſus, ſed & cibus eſt. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æque mentem cogitantis impinguat, quid ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat bonos mores atque honeſtos, caſtas fouet affectiones? Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non oleo iſto in-

A funditur: inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcribas, non ſapit mihi, niſi legero ibi Ieſum. Si diſputes, aut conferas non ſapit mihi niſi ſonuerit ibi Ieſus. Ieſus, mel in ore, in aure melos, in corde iubilus ſed eſt & medicina. Triſtatur aliquis veſtrum, veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os. Et ecce ad exortum nominis huius quod eſt lumen, nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueum mortis deſperando, nonne ſi inuocet nomen Ieſus confeſtim reſpirabit ad vitam? Cui aliquando ſi ſtetit ante faciem ſalutaris huius nominis, inſuit duritia, vt aſſolet, cordis, ignauiæ torpor, &

Diſcurſus de nomine Ieſu, pulcher & deuotus.

B rancor animi, languor acediæ? Cui fons forte ſiccatus lacrymarum, inuocato Ieſu, non continuo eruit vberior, fluxit ſuauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulit metum? Cui, quæſo, in dubijs æſtuanti, & fluctuanti, non ſubito ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduerſis diffidenti, ſi nomen adiutorij ſonuit, defuit fortitudo? Nimirũ morbi & languores animæ iſti ſunt, illud medicina. Denique & probare licet. Inuoca, inquit, me in die tribulationis, eruã te & honorificabis me. Nihil tam iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat,

Pſal. 94. b

C ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat prurigiñem. Siquidem cum nomino Ieſum, hominem mihi propono mitem, & humilem, & corde benignũ, ſobrium, caſtũ, miſericordẽ, & omni denique puritate ac ſanctitate conſpicuũ, eundem ipſum Deum omnipotentẽ, qui ſuo me exemplo ſanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi ſonant, cũ inſonuerit Ieſus. Sumo itaque mihi exẽpla de homine, & auxiliũ a potente, illa tamquã pigmentarias ſpecies, hoc tãquam vnde acuam eas, & facio confectionẽ, cui ſimilẽ medicorũ nemo facere poſſit. Hoc tibi electua-

D riũ habes, o anima mea, reconditũ in vaſculo vocabuli huius, quod eſt Ieſus. Ieſus ſaluiferum certe, quodq. nulli vmquã peſti tuæ inueniatur inefficax. Semper tibi in ſinu ſit, ſemper in manu, quo tui omnes in Ieſum & ſenſus dirigantur & actus. Denique & inuitaris. Pone me, inquit, vt ſignaculum in corde tuo, ſignaculum in brachio tuo. Sed hoc alias. Nunc vero habes, vnde & brachio medearis & cordi. Habes, inquam, in nomine Ieſu, vnde actus tuos vel prauos corrigas, vel minus perfectos adimpleas. Itẽq. vnde tuos ſenſus aut ſerues, ne corrumpantur: aut ſi corrumpantur ſanes. Idem: Quam pulcher es Angelis tuis Domi-

Can. 8. b


Idem ſer. 45. ſup. Cã. ver. fin.

E ne Ieſu, in forma Dei in die æternitatis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum, ante luciferum genitus, ſplendor & figura ſubſtantiæ patris, & quidem perpetuus, minimeq. fucatus, candor vitæ æternæ. Quã mihi decorus es Domine mi in ipſa tui huius poſitione decoris. Etenim vbi te exinaniuiſti, vbi naturalibus radijs lumen indeficiens exuiſti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiauit. Quam clara mihi oriris ſtella ex Iacob: quam lucidus flos de radice Ieſſæ egrederis: quam iucundum lumen in tenebris viſitaſti me oriens ex alto: quàm ſpectabilis & ſtupendus etiam virtutibus ſupernis, in conceptu de

Num. 24. c

Iſa. 11. a

F ſpiritu ſancto, in ortu de virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentis, in coruſcationibus miraculorũ in reuelationibus ſacramentorum. Quam denique rutilans poſt occaſum ſol iuſtitiæ, de corde terræ reſurgis, quàm formoſus in ſtola tua. Demum rex gloriæ in alta cælorũ te recipis, quo modo non pro omnibus his, omnia oſſa mea dicent; Domine quis ſimilis tui? Hæc ergo ſimiliaq. puto de dilecto, intuentem ſponſam aduertiſſe, cũ diceret: Ecce tu pulcher es & decorus, neque hæc ſola, ſed inſuper aliquid procul dubio de natura decoris ſuperioris quod noſtrũ omnino præteruolat intuitũ, & effugit experimẽtũ. Ergo iteratio vtriuſque decorẽ ſubſtãtiæ deſignauit. Hæc Bernardus Deo gratiarum actio viuenti in ſæcula ſæculorum. Amen.



Arbor vitæ Christi. a S. Bonauentura deuote excogitata, et triplici ramorum serie distincta. Prima, Saluatoris origo: media, passio Suprema, glorificatio describitur. Vnaquæque series quatuor altrinsecus alphabeti ordine Verſiculos continet quorum singulis instar fructus unica pullulatio pendet ita ut ſint quasi Duodecim rami afferentes fructus duodecim iuxta mysterium ligni vitæ. Apoc. XXII

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum,
QVOD INSCRIBITVR
Lignum Vitæ.

Vt Chriſti Domini vita, paſſio, & glorificatio menti, affectui, & memoria Chriſtianorum infixa ſemper hæreant, S. Bonauentura arborem excogitauit: qua duodecim expanſa ramis, frondibuſq. ac floribus pulchre ornata inſtar ligni vitæ myſterij, de quo Ioannes Apoc. 22. loquitur, fructum duodenum affert omne delectamentum & omnem ſaporis ſuauitatem in ſe habentem. Hinc fit, vt opuſculum hoc, lignum vitæ nuncupetur: cuius ſubtilitas, vtilitas, & commoditas adeo magna ſunt, vt inter alia Auctoris opuſcula, hoc, quod in ligni vitæ conſideratione verſatur, non infimum locum teneat. Arbor vero hæc ex aduerſo deſcripta, & in præfatione declarata inſigne proprium eſt S. Bonauenturæ. Ipſe quippe B. Pauli Apoſtoli exemplo, confixus cruci, Chriſtum & hunc crucifixum perpetuo meditabatur. In quo etiam Seraphicum Franciſcum tamquam eius religionis alumnus egregie imitatus eſt, vt cuius ille ſtigmata corpore & corde geſtabat, hic ſaltem cordi ſemper impreſſa haberet.

PRÆFATIO.

Gal. 2. d CHRISTO confixus ſum Cruci. Verus Dei cultor, Chriſtiq. diſcipulus, qui Saluatori omnium pro ſe crucifixo perfecte configurari deſiderat, ad hoc potiſſimum attento mentis conatu debet intendere, vt Chriſti Ieſu crucem circumferat iugiter tam mente, quàm carne: quatenus præfatum Apoſtoli verbum veraciter valeat in ſeipſo ſentire. Porro huiuſmodi affectum, & ſenſum is dumtaxat apud ſe viuaciter experiri meretur, qui Dominicæ paſſionis non immemor nec ingratus, laborem, & dolorem, amoremq. crucifixi Ieſu, tanta memoriæ viuacitate, tanto intellectus acumine, tanta voluntatis charitate conſiderat, quod veraciter illud ſponſę proferre poteſt
Cant. 1. d eloquium: Faſciculus myrrhæ, dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.

Vt igitur præfatus in nobis accendatur affectus, formetur cogitatus, imprimatur memoria, ex ſacri Euangelij ſilua, in qua de vita, paſſione, & glorificatione Ieſu Chriſti diffuſe tractatur, colligere ſtudui hunc myrrhæ faſciculũ, quem & paucis, & ordinatis, & correſpondẽtibus ſibi verbis compegi, propter facilitatem memoriæ; nec non ſimplicibus, cõſuetis, & rudibus propter declinandum curioſitatis vitium, fouendam quoque deuotionem, & ædificandam fidei pietatem. Et quoniam imaginatio iuuat intelligentiam, ideo ex multis pauca collegi, & imaginaria quadam arbore ſic ordinaui, atque diſpoſui, vt in prima & infima ramorum ipſius expanſione, Saluatoris origo deſcribatur, & vita: in media, paſſio, & glorificatio in ſuprema. Et in prima quidem ramorum ſerie quattuor altrinſecus ſecundum alphabeti ordinem ponentur verſiculi: ſimiliter in ſecunda & tertia: ex quorum quolibet inſtar fructus vnica pullulatio pendet, vt ſic ſint quaſi duodecim rami afferentes duodecim fructus, iuxta myſteriũ ligni vitæ. Deſcribe igitur in ſpiritu mentis tuæ arborem quandam, cuius radix irrigetur fonte ſcaturitionis perpetuæ, qui etiam excreſcat in fluuium viuum & magnum, quattuor videlicet capitum, ad irrigandum totius Eccleſiæ paradiſum. Porro ex huius arboris ſtipite duodecim rami frondibus, floribus, fructibuſq. adornati conſurgant. ſitq. folium eius contra omne genus morbi medicamentum efficaciſſimum, tã præſeruans, quàm reparans, pro eo quod verbum crucis,
Rom. 1. b virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti. Flos autem

A eius ſit omnis coloris formoſitate decorus, omniſq. odoris ſuauitate reſperſus, qui deſiderantium anxia corda reſocillet, & attrahat. Fructus tandem ſit duodenus, habens in ſe omne delectamentum, & omnem ſaporis ſuauitatem: qui ſic domeſticis Dei ad deguſtandum proponitur, vt ſemper eo ſatientur edentes, & tamen numquam faſtidiant. Et hic quidem fructus eſt, qui de virginali vtero traxit originem, & in ligno crucis ad maturitatem ſaporoſam, per æterni Solis calorẽ meridianum, Chriſti videlicet charitatem, peruenit, & in horto paradiſi cæleſtis, in Eccleſia videlicet Dei, deſiderantibus ipſum, proponitur deguſtandus. Et hoc
B inſinuat primus verſiculus, quo dicitur:

O Crux frutex ſalutificus, viuo fonte rigatus;
Cuius flos aromaticus, fructus deſiderabilis.

Verùm licet hic fructus vnus ſit, & indiuiſus; quia tamen ſecundum eius multiplices ſtatus, dignitates, virtutes, & opera, multiformibus conſolationibus deuotas animas cibat, quæ quidem ad duodenarium numerum reducuntur, ideo fructus hic ligni vitæ quaſi ſub duodecim ſaporibus in duodecim ramis guſtandos proponitur, atque deſcribitur. Vt in primo ramuſculo mens Chriſto deuota ſaporem ſuauitatis percipiat, præclaram Saluatoris ſui recogitando
C originem, & dulcem natiuitatem. In ſecundo ramuſculo dignitatiuæ condeſcenſionis conuerſationẽ perhumilem. In tertio, celſitudinem perfectæ virtutis. In quarto, plenitudinem abundantiſſimæ, & perfectiſſimæ pietatis. In quinto, confidentiã, quam habuit in periculo paſſionis. In ſexto, patientiam, quam exhibuit in illatis iniuriis, & contumeliis magnis. In ſeptimo, conſtantiam, quam ſeruauit in ipſo cruciatu, & dolore aſperrimæ crucis. In octauo, victoriam quam aſſecutus eſt in conflictu, & tranſitu mortis. In nono, reſurrectionis nouitatem miris dotibus adornatam. In decimo, aſcẽſionis ſublimitatem, ſpiritualium cha-
D riſmatum diffuſiuam. In vndecimo, æquitatem futuri iudicij. In duodecimo, æternitatem diuini regni.

Hos autem ideo voco fructus, quia ſua maxima ſuauitate delectant, & virtuoſitate confortant animam meditãtem in his, & diligentius ſingula pertractãtem, ſi tamen abhorreat exemplum præuaricantis Adę, qui lignum ſcientiæ boni & mali prætulit ligno vitæ. Quod quidem vitare non poteſt, niſi rationi fidem, inueſtigationi deuotionem, curioſitati ſimplicitatem, tãdemq. carnali ſenſui omni ſeu prudentiæ carnis ſacrã

præferat Chriſti crucem, per quam ſancti Spiritus charitas in cordibus deuotis nutritur, & ſeptiformi gratia diffunditur, ſicut in duobus ſupremis, & poſtremis verſiculis poſtulatur.

Ieſus ex Deo genitus.

EXpergiſcere proinde anima Chriſto deuota, & ſingula quæ de Ieſu dicuntur, diligentius diſcute. Attente conſidera, & moroſe pertracta, cum Ieſum audis ex Deo genitum. Caue, ne mentis tuæ oculis infirmum aliquid carnalis cogitationis occurrat. quin potius columbino, & aquilino intuitu ſimpliciter crede, ac perſpicaciter contemplare, quòd ab illa æterna luce ſimul immenſa & ſimpliciſſima, fulgentiſſima & ſumme arcana, coæternus, coæqualis, & conſubſtantialis ſplendor oritur, qui eſt virtus, & ſapientia Patris generantis, in quo Pater omnia diſpoſuit ab æterno, per quē fecit & ſæcula, factaq. gubernat, & ordinat ad gloriam ſuam, partim per naturam, partim per gratiam, partim per iuſtitiam, partim per miſericordiam; vt nihil in hoc mundo inordinatum relinquat.

Ieſus præfiguratus.

APrincipio quidem conditionis naturæ, collocatis in paradiſo parentibus primis, dehinc propter eſum ligni vetiti, per diuini decreti ſeueritatem expulſis, ſuperna miſericordia non diſtulit, hominem errabundum reuocare ad pœnitentiæ viam, ſpem veniæ dando per repromiſſum Saluatoris aduentum. Et ne forte per ignorantiam, & ingratitudinem tanta Dei dignatio noſtræ saluti foret inefficax, in quinque ſæculi huius ætatibus per Patriarchas, Iudices, Sacerdotes, Reges, & Prophetas ab Abel iuſto, vſque ad Ioannem Baptiſtam, Filij ſui aduentum prænunciare, promittere, ac præfigurare non deſtitit; vt per multa millia temporum & annorū, magnis, miris, multiplicatis oraculis, intelligentias noſtras ad finem erigeret, & affectus per viua deſideria inflammaret.

Ieſus emiſſus cælitus.

Gal. 4. a

DEnique poſtquam venit plenitudo temporis, ſicut homo ſexta die conditus eſt de terra per diuinæ manus virtutem & ſapientiam: ſic in principio ſextæ ætatis miſſo archangelo Gabriele ad Virginem, & Virgine præbente illi aſſenſum, ſuperuenit in eam Spiritus ſanctus, ſicut ignis diuinus mētem eius inflāmans, carnēq. ipſius perfectiſſima puritate ſanctificans. Sed & virtus eam obumbrauit altiſſimi, vt tantum ferre poſſet ardorem. qua operante in inſtanti corpus fuit formatum, anima creata, & ſimul vtrumque diuinitati in perſona Filij counitum, vt idem eſſet Deus & homo, ſalua vtriuſque proprietate naturæ. O ſi valeres vtcumque ſentire, quale, quantumq. fuerit illud e cęlo immiſſum incendium, collatum refrigerium, infuſum ſolatium, quanta ſublimatio Virginis matris, quanta nobilitatio generis, quantaq. condeſcenſio maieſtatis, ſi Virginem canentem cum iubilo poſſes audire, ſi cū Domina tua in montana conſcendere, ſi ſterilis & Virginis ſuauē contueri complexum & ſalutationis officium, in quo ſeruulus Dominum, præco Iudicem, vox Verbum cognouit, puto, quòd canticum illud ſacrum: Magnificat anima mea Dominum, & cet. cum beatiſſima Virgine, ſuaui tunc modulatione cōcineres, mirumq. conceptum virgineum vnà cum Propheta paruulo exultans & iubilans, adorares.

Verbi diuini incarnatio.

Luc. 1. e

Ieſus Maria natus.

Luc. 2. a

SAne cum quietum ſilentium vniuerſalis pacis ſub Cæſaris Auguſti imperio, perturbata prius ſæcula ſerenaſſet, in tantum, vt per ipſius edictum deſcriberetur vniuerſus orbis, diuinæ factum eſt prouidentiæ cura, vt Ioſeph Virginis ſponſus prægnantem puellam de regali ortam proſapia, ad Bethleemiticam duceret vrbem. Et iam a conceptu excurſis menſibus nouē, Rex ille pacificus, tamquam ſponſus de thalamo proceſſit de vtero virginali; ſic abſque omni corruptione in lucem editus, ſicut fuerat abſque omnis libidinis contagione conceptus. Qui cum magnus eſſet & diues, pro nobis effectus paruus, pauper extra domum in diuerſorio naſci elegit, panniculis inuolui, lacte virgineo paſci, & inter bouem & aſinum in præſepio reclinari. Tunc illuxit nobis dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Tunc per totum mundum melliflui facti ſunt cæli. Contemplare itaque nunc anima mea diuinum illud præſepe, vt pueri pedibus labia tua figas, & oſcula gemines. Deinde paſtorum excubias mente pertracta. Angelorum mirare concurrentem exercitum, cæleſti melodiæ tuas interpone partes, corde & ore decantans: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Ibidem. b

Ieſus conformis Patribus.

OCtauo namque die circumciditur puer, & vocatur Ieſus, vt ſanguinis ſui pretium pro re non tardans effunderet, tuum ſe veriſſimum Saluatorē oſtenderet, patribus repromiſſum iam verbo, quàm ſigno, eiſq. aſſimilatum per omnia, præter ignorantiam & peccatum. Propter quod & circumciſionis accepit ſignaculum, ſicut & veniēs apparuit in ſimilitudinem carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum, nobiſq. fieret ſalus & ſempiterna iuſtitia ab humilitate ſumens initium, quæ omnium eſt radix, cuſtoſq. virtutum. Quid igitur ſuperbis terra & cinis? agnus innocens, qui tollit peccata mundi, non abhorret circūciſionis cauterium; & tu peccator cum ſis, dum prætendis te iuſtum, remedium refugis ſalutis æternæ, ad quam nullatenus peruenire potes, niſi velis ſubſequi humilem Saluatorem?

Pueri Ieſu circūciſio.

Rom. 8. a

Eccli. 10. a

Ieſus tribus Magis monſtratus.

NAto Domino in Bethleem Iudæ, ſtella tribus Magis in oriente apparuit, & vſque ad domum illius humilis Regis præuia claritate perduxit. Noli iam & tu ab illius orientis, & præeūtis ſtellæ declinare fulgores, quin potius ſacrorum Regum comes effectus, Iudæorum ſcripturam de Chriſto teſtimonium perhibentem accepta, & fraudulenti regis Herodis declina malitiam. Cum auro, & thure, ac myrrha Chriſtum Regem, & verum Deum & hominem venerare, & cū primitiis gentium vocandarum ad finem, humilem Deum in cunis iacentem adora, & confitere, & lauda, ut ſic in ſomnis commonitus, ne Herodianam ſequaris ſuperbiam, poſt veſtigia humilis Chriſti reuertaris in regionem tuam.

Matt. 2. a

Magos vocat Reges.

Ieſus ſummiſſus legibus.

NOn ſuffecit magiſtro humilitatis perfectæ, cum Patri per omnia eſſet æqualis, quod ſeipſum ſubderet humillimæ Mariæ Virgini, niſi & ſe ſummitteret legi: quatenus eos, qui ſub lege erant redimeret, liberaretq. a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Propter quod & Matrem, quamquam mundiſſimam, legem purificationis uoluit obſeruare, & ſeipſum omnium Redemptorem vt primogenitum redimi, in templo Dei offerri, & hoſtiam pro ſe dari præſentibus & exultantibus iuſtis. Exulta igitur & tu cum illo beato ſene Simeone, & Anna longæua. Procede in occurſum matris, & paruuli. Vincat verecundiam amor. Depellat timorem affectus. Accipias & tu infantem Ieſum in vlnas tuas, dicaſq. cum

Præſētatio Chriſti in templo.

Gal. 4. a

Luc. 2

ſponſa

Cant.3.b ſponſa in Canticis canticorum: Tenui eum, nec dimit-
tam. Tripudia cum illo venerabili ſene Simeone, &
Luc.2.d concine: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, &c.

Ieſus regno fugatus.

Peregrinatio in Ægyptum. QVoniam autem humilitatem perfectã trium ſpe-
cialiter adornari decet comitatu virtutum, ſcili-
cet paupertatis, in fugiendo diuitias, vt fomẽta ſuper-
biæ: patientiæ vero in æquanimi perpeſſione contem-
ptus: obedientiæ quoque, in alienis parẽdo mandatis.
Ideo diuina diſpoſitione altiori permittente con-
ſilio, dum Herodes impius paruulum regem quærit, B
vt perdat ſupernæ reuelationis oraculo, in Ægyptum
transfertur vt peregrinus & pauper, ſimulq. in coæta-
neis paruulis, ipſius cauſa occiſis occiditur, & quaſi in
quolibet trucidatur. Tandem Herode defuncto, iux-
ta diuinum imperium reducitur in terram Iuda. Ibiq.
conuerſatus, & creſcens ætate, & gratia cohabitabat
parentibus: & adeo erat ſubditus illis, vt numquam vel
ad momentum ſecederet, niſi cum duodecim iam fa-
ctus annorum remanſit in Hieruſalem, non ſine multo
matris dolore quæſitus, nec ſine immenſo gaudio re-
inuentus. Noli ergo & tu fugientes in Ægyptum ma-
trem & paruulum, ſine comitatu relinquere. Noli cum C
dilecta quærente dilectum, donec inuenias, ab inqui-
ſitione ceſſare. O cum quanta copia fluerent lacry-
mæ, ſi oculis piis aſpiceres tam venerabilem Domi-
nam, gratioſiſſimamq. puellam, cum tam tenero, &
formoſo puerulo peregrinam; ſi etiam dulcem illam
increpationem amantiſſimæ Dei genetricis audires:
Luc.2.g Fili quid feciſti nobis ſic? tamquam ſi diceret: Deſi-
deratiſſime fili, quomodo tam dilectæ, & diligenti ma-
tri tantam potuiſti materiam præſtare doloris?

Ieſus Baptiſta calcatus.

Chriſtus baptizatur. CVm autem ad triceſimum ætatis ſuæ annum Sal-
uator perueniſſet, volens operari ſalutem noſtrã,
Luc.3.e cœpit prius facere, quàm docere. Et primum inchoans
Matth.3.c a ianua Sacramentorum, & fundamento virtutum, ba
Mar.1.b ptizari voluit a Ioanne: vt exempla monſtraret perfe-
Ioann.1.a ctæ iuſtitiæ, & vim regeneratiuam aquis conferret cõ-
tactu mundiſſimæ carnis ſuæ. Quem & tu fideliter
comitare, vt fias regeneratus in ipſo, eiuſq. ſcrutare ſe-
creta, vt ſecus Iordanem in voce Patrem, in carne Fi-
lium, in columba videas Spiritum ſanctum.

Ieſus hoſte tentatus.

Matt.4.a Chriſti ieiunium, & tentatio in deſerto. DVctus namque fuit Ieſus in deſertum a Spiritu,
vt tentaretur a diabolo, quatenus & hoſtilis pu-
gnæ humili perpeſſione nos humiles faceret, & victo-
riæ aſſecutione viriles. Duram quoque, ac ſolitariam
vitam cõſtanter aſſumpſit, vt fidelium mentes ad per-
fectionis aggreſſionem erigeret, & ad grauia perferen
da firmaret. Eia nunc Chriſti diſcipule, cum pro mã-
giſtro ſecreta ſolitudinis perquire, vt ſocius ferarum
effectus, atque ſilentij, orationis deuotæ, diuturni ieiu-
nij, trinæ conflictationis cum callido hoſte, imitator
fias, & particeps, & in omnium tentationum diſcrimi-
ne ad illum diſcas habere recurſum, pro eo quòd non
Hebr.4.c habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmi-
tatibus noſtris, tentatum per omnia pro ſimilitudine
abſque peccato.

Ieſus ſignis mirificus.

IPſe nempe eſt, qui fecit mirabilia magna ſolus,
dum elementa commutat, panes multiplicat, mare
calcat, fluctuſq. tranquillat, dæmones compeſcit &
fugat, leproſos emundat & ſanat, mortuos ſuſcitat:
qui & cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis eloquium,
claudis greſſum, paralyticis & aridis ſenſum reſtaurat

A & motum. Ad quem peccatrix conſcientia clamat,
nunc more fidelis leproſi: Domine ſi vis, potes me Luc.5.b
mundare. Nunc more Centurionis: Domine, puer Matt.8.a.
meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.
Nunc more Chananææ: Miſerere mei fili Dauid. Idem 15.b
Nunc more ſanguifluæ mulieris: Si tetigero, inquit, Idem 9.c
fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. Nunc inſtar Ma-
riæ, & Marthæ: Domine, ecce, quem diligis, infir- Ioan.11.a
matur.

Ieſus transfiguratus.

B AD confirmandum ſiquidem mentem humanam
per ſpem retributionis æternæ, aſſumpſit Ieſus Pe Mat.17.a
trum, Iacobum, & Ioãnem, quibus & Trinitatis ſacra-
mentum aperuit, & paſſionis abiectionem prædixit, &
reſurrectionis futuræ gloriã in transfiguratione mon
ſtrauit, conteſtantibus ſibi lege, & Prophetis in appa-
ritione Moyſi & Eliæ; conteſtantibus etiam Patre &
Spiritu ſancto in voce & nube: vt ſic anima Chriſto
deuota, & iam in veritate firmata, & ad apicem virtu-
tis euecta, fideliter dicat cum Petro: Domine, bonum Ibidem.
eſt nos hic eſſe, hoc eſt in tuæ contemplationis per-
fruitione ſerena. immiſſoq. in eam cæleſti ſopore, &
C ecſtaſi, audiat arcana verba, quæ non licet homini 2.Cor.12.a
loqui.

Ieſus paſtor ſolicitus.

QVanta fuerit piiſſimi paſtoris ad perditas oues ſo
licitudinis cura, quantaq. clementia, ipſe bonus
paſtor in parabola paſtoris, & ouis centeſimæ perditæ, Luc.15
multaq: cura quæſitæ, ac tandem inuentæ, & in hume-
ris reportatæ cum gaudio, pia metaphora indicat, &
ſermone expreſſo declarat, cum dicit: Bonus paſtor, Ioan.10.b
animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Et in eo vere illud
D propheticum perfecte impletur: Sicut paſtor gregem Iſa.40.c
ſuum paſcet. Nam propter hoc labores, ſolicitudines,
& inedias paſſus, inter Phariſæorum inſidias, & pericu
la multa, euangelizando regnum Dei ciuitates cir-
cuibat & caſtra, noctes ducebat in oratione peruigiles.
Nec Phariſæorum veritus murmur & ſcandalum, pu-
blicanis reddebat ſe affabilem, aſſerens, propter male
habentes ſe veniſſe in mundum. Ad pœnitentes quo- Luc.5.d
que paternum prætendebat affectum, apertum oſten-
dens eis diuinæ miſericordiæ ſinum. Teſtes horum
inuoco, & adduco in medium Matthæum, Zachæum,
& peccatricem illam ad pedes eius proſtratam, & mu-
E lierem in adulterio deprehenſam. Hunc igitur paſto-
rem piiſſimum more Matthæi perfecte ſectare, more
Zachæi hoſpitio ſuſcipe, more peccatricis vnguento
perunge, pedeſq. ipſius ablue lacrymis, terge capillis,
& oſculis mulce: vt tandem cum ipſa muliere iudicio
ipſius expoſita, abſolutionis ſententiam merearis au-
dire: Nemo te condemnauit? nec ego te condemna- Ioan.8.b
bo. Vade, & iam amplius noli peccare.

Ieſus fletu rigatus.

PRo ſummæ quidem pietatis reſeranda dulcedine
F fons totius miſericordiæ bonus Ieſus, non modo
pro nobis miſeris ſemel, ſed plures fleuit. Nam ſu-
per Lazarum primo, dehinc ſuper ciuitatem; & tan- Ioan.11.e
dem in cruce, ex illis piiſſimis oculis ad omnem ex- Luc.19.g
piationem peccatorum lacrymarum manauere fluen- Hebr.5.b
ta. Fleuitq. Saluator vbertim, nunc humanæ infir-
mitatis deplorando miſeriam, nunc cæci cordis ca-
liginem, nunc obduratæ malitiæ prauitatem.
O cor durum, veſanum, & impium, & tamquam
vera priuatum vita plangendum, cur more frenetici,
flente ſuper te ſapientia Patris, in tantis miſeriis
læteris, & rides? Conſidera lacrymantem medicum
tuum, & luctum vnigeniti fac tibi planctum ama-
rum. Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem, Hier.6.g Thren.2.f

& noctem; non des requiem tibi, neque taceat pu- A
pilla oculi tui.

Ieſus rex orbis agnitus.

SAne poſt Lazarum ſuſcitatum, & poſt effuſum ala-
De ingreſ- baſtrum vnguenti ſuper caput Ieſu, odore famæ
ſu Chriſti eius iam reſperſo in populo, præſciens ipſe turbam ſi-
in Hieruſa bi obuiam venturam, conſcendit aſellum, vt inter ap-
lem. plauſus currentium populorum cædentium ramos, &
Mat. 21. a ſternentium veſtimenta in via, miræ præberet humi-
Luc. 19. f. g litatis exemplum. Nec ſuæ miſerationis oblitus, cum
turbæ depromerent canticum laudis, ipſe lamentum B
aſſumpſit ſuper excidium ciuitatis. Surge nunc Salua-
toris ancilla, vt tamquam vna de filiabus Hieruſalem
Cant. 3. d intuearis regem Salomonem in honore, quem ſibi
mater Synagoga in Eccleſiæ naſcentis myſterium reue
renter exhibuit, vt inſidentem aſelli tergo, cæli, terræq.
Dominum velut cum ramis oliuarum atque palma-
rum, pietatis operibus, virtutumq. triumphis iugi-
ter comiteris.

Ieſus panis ſacratus.

De vltima INter omnia memorialia Chriſti præcipua conſtat, C
cena Domi recordatione eſſe digniſſimum finale illud conui-
ni. uium ſacratiſſimæ cenæ. In quo non ſolum agnus pa-
Ioan. 13. ſchalis ad edendum proponitur, verumetiam Agnus
immaculatus, qui tollit peccata mundi, ſub ſpecie pa-
nis omne habentis in ſe delectamentum, & omnis ſa-
poris ſuauitatem, præbetur in cibum. In quo quidem
conuiuio mira Chriſti refulſit bonitatis dulcedo, quã-
do cum pauperculis illis diſcipulis, & Iuda proditore,
eadem menſa & ſcutella cenauit. Mirum claruit hu-
militatis exemplum, dum pedes piſcatorum, & etiam
proditoris ſui Rex gloriæ præcinctus linteo, ſtudioſiſ-
ſime lauit. Mira patuit munificentiæ largitas, dum D
ſacerdotibus illis primis, & per conſequens toti Eccle
ſiæ & orbi terrarum, corpus ſuum ſacratiſſimũ & ſan-
guinem, verum cibum dedit & potum: vt quòd erat
futurum in proximo ſacrificium Deo placens redem-
ptionis noſtræ inpretiabile pretium, eſſet viaticum &
ſuſtentamentum. Mirus tandem emicuit dilectionis
exceſſus, quando in finem diligens ſuos, tam dulci eos
exhortatione confortauit in bono, Petrũ ſpecialiter
præmonens ad fidei robur, & Ioanni offerens pectus
ad recubitum iucundum & ſacrum. O quàm mira
ſunt hæc omnia repleta dulcedine, illi dumtaxat ani-
mæ, quæ ad iam celebre vocata conuiuium, tanto mé- E
tis currit ardore, vt poſſit illud propheticum eructare:
Pſal. 41. a Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ,
ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Ieſus dolo venundatus.

PAſſionem dulciſſimi Ieſu Chriſti pie conſiderare
volenti, primum occurrit perfidia proditoris, qui
tante fuit fraudis veneno repletus, vt ſuum Dominum
& Magiſtrum proderet. Tanta fuit flamma malæ cu-
piditatis ſucceſſus, vt optimum Deum argento venun-
daret, & pretioſiſſimum Chriſti ſanguinem vilis mer- F
cedis pretio compenſaret. Tantæ denique ingratitu-
dinis, vt illum qui omnia ſibi commiſerat, & ad hono
rem, & dignitatem, & culmen Apoſtolicæ poteſtatis
prouexerat, inſequeretur ad mortem. Tantæ duri-
Duriſsima tiæ, vt nec familiaritate conuiuij, nec humanitate ob-
atque ini- ſequij, nec ſuauitate colloquij, a concepta malitia po-
quiſsima tuerit reuocari. O mira benignitas magiſtri in diſci-
Iudæ im- pulum durum, & pij Domini in ſeruum nequiſſimũ.
pietas. Certe bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.
Mat. 26. c
Mar. 14. c Sed quamuis inexplicabilis fuerit proditoris impie-
tas, in immenſum tamen exuperat agni Dei dulciſſi-
ma mãſuetudo, in exemplum data mortalibus, vt iam
Pſal. 54. b non dicat ab amico exaſperata humanitas: Si inimi-
cus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, &c.
quia, Ecce homo vnanimis, q dux videbatur & notus,
qui Chriſti panes edebat, & in illa ſacra cena cum illo
dulces capiebat cibos, magnificabat ſuper eum ſup-
plantationem. Et tamen agnus ille mitiſſimus, os, in
quo non eſt inuentus dolus, ori, quod abundauit ma-
litia, in ipſa proditionis hora ſuaui oſculo applicare
non renuit: vt omnia illi exhiberet, quæ praui cordis
pertinaciam emollire potuiſſent.

Ieſus orans proſtratus.

SCiens namque Ieſus omnia, quæ ſuper eum erant
ventura, ſecundum altiſſimæ diſpoſitionis arca-
num, hymno dicto, exiit in montem Oliuarum, more
ſolito oraturus ad Patrem. Et tunc præcipue iam mor Ieſus fa-
tis inſtante agone, cum diſperſione quoque ac deſola- ctus in ago
tione ouium, quas pius paſtor tenero complexabatur niam.
affectu, fuit horribilis in natura Chriſti ſenſibili ima-
ginatio mortis, vt diceret: Pater, ſi fieri poteſt, tran- *Mat. 26. d*
ſeat a me calix iſte. Quanta vero fuerit in ſpiritu Re-
demptoris pro diuerſis cauſis anxietas, teſtes ſunt gut-
tæ ſudoris ſanguinei, ex toto corpore decurrentis in *Luc. 22. e*
terram. Dominator Domine Ieſu, vnde animæ tuæ
tam vehemens anxietas, & anxia ſupplicatio? Nonne
voluntarium omnino Patri ſacrificium obtuliſti? Ve-
rũ, vt veram in te credentes noſtræ mortalitatis natu-
ram, formemur ad fidem, & in tribulationum perpeſ-
ſione conſimili erigeremur ad ſpem, & maiores erga
te amoris ſtimulos haberemus, naturalem carnis infir
mitatem huiuſmodi expreſſiſti euidẽtibus ſignis, qui-
bus doceremur, quòd vere dolores noſtros pertuleris,
& non abſque doloris ſenſu deguſtaueris amaritudi-
nes paſſionum.

Ieſus turba circumdatus.

SAne quàm promptus ad paſſionem fuerit ſpiritus *Ioan. 18*
in Ieſu, ex hoc euidenter innotuit, quòd venienti- *Mat. 26.*
bus vnà cum proditore viris ſanguinum, & quærenti- *Mar. 14.*
bus animam ſuam cum facibus, laternis, & armis per *& Luc. 22*
noctem, vltro occurrit, & ſeipſum manifeſtauit, & ob-
tulit. Et vt cognoſceret humana præſumptio, nihil ſe
poſſe aduerſus ipſum, niſi quantum ipſe permitteret,
omnipotentis virtutis ſuæ verbo improbos ſatellites
terræ alliſit. Sed nec tunc miſericordiam ſuam in
ira continuit, nec pietatis ſuæ dulcedinem fauus ille
diſtillare ceſſauit. Nam & mutilatam a diſcipulo au-
rem ſerui proterui, manus ſuæ contactu ſanauit, & de-
fenſoris ſui zelum ab inuadentium luſione compe-
ſcuit. Maledictus furor eorum, quia pertinax, dum *Geneſ. 49. a*
nec maieſtatis miraculo, nec pietatis beneficio potuit
refrenari.

Ieſus vinculis ligatus.

DEnique ſine gemitu audire quis poſſit, qualiter il-
la hora homicidas manus in Regem gloriæ inie-
cerunt truculenti lictores, & innocentes mitis Ieſu ma
nus vinculis conſtringentes, ipſum Agnum manſuetiſ-
ſimum nihil obloquentem, ad inſtar latronis contu-
meliose traxerunt ad victimam? Quis tunc doloris
aculeus diſcipulorum corda penetrauit, cum viderent
dilectiſſimum Dominum, & magiſtrum ſuum a ſuo
diſcipulo proditum, ligatis poſt tergũ manibus quaſi
malefactorem duci ad mortem, cũ & ille impiiſſimus
Iudas pœnitentia ductus, tanta poſtmodum fuerit ex
hoc amaritudine repletus, vt maluerit mori, quàm
viuere? Væ tamen homini illi, qui nec ſic
ad fontem miſericordiæ per ſpem ve-
niæ rediit, ſed proprij ſceleris im
manitate perterritus de-
ſperauit.

Ieſus

Ieſus notis incognitus.

COmprehenſo dehine paſtore, diſperſæ ſunt oues; captoq. magiſtro, diſcipuli fugerunt. Petrus tamen *Luc.22.f.g* tamquam fidelior ſecutus eſt a longe, vſque ad atrium principis ſacerdotum, vbi ad vocem ancillæ, ſe Chriſtum nō noſſe, cum iuramento firmauit, tertioq. repetiit: donec, gallo cātante, reſpexit benignus Magiſter prædilectum diſcipulum reſpectu miſerationis & gratiæ. quo commouitus Petrus, & foras egreſſus, fleuit amare. O quiſquis es, qui ad vocem impotentis ancillæ, carnis videlicet tuæ, Chriſtum pro te paſſum negaſti procaciter vel voluntate vel actu: rememorās B paſſionem dulciſſimi magiſtri, foras cum Petro egredere, vt te ipſum amariſſime defleas, ſi quando te reſpiciat, qui Petrum lacrymantē reſpexit. geminæ quoque amaricationis, compunctionis, ſcilicet pro te, & compaſſionis ad Chriſtum; inebriaberis abſinthio, vt expiatus cum Petro a reatu ſceleris, repLearis cum Petro Spiritu ſanctitatis.

Ieſus vultu velatus.

COnſilio ſiquidem malignantium pontificum, præſentatus Pontifex noſter Ieſus Chriſtus, & verita- C tem confeſſus, ſe videlicet eſſe filium Dei, quaſi blaſphemus adiudicatus eſt morti, & innumera perpeſſus opprobria. Nam vultus ille venerabilis hominibus, deſiderabilis angelis, qui & omnes cælos adimplet lætitia, labij polluti ſputis inquinatur; ab impiis, ſacrilegis manibus cæditur, velo in deriſionem obtegitur, & Dominus vniuerſæ creaturæ tamquam ſeruus contemptibilis collaphizatur, cum ille vultu placidiſſimo & ſermone ſummiſſo, vnum ex ſeruis pontificis dan- *Ioan.18.e* tem alapam ſibi, dulciter & benigne corripuit: Si male, inquit, locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quid me cædis? O verax, dulcis, & D pie Ieſu; quænam anima tibi deuota hæc videns & audiens, poſſit ſe continere a lacrymis, & intimæ paſſionis occultare dolorem?

Ieſus Pilato traditus.

HOrrenda prorſus Iudæorum impietas, quæ tantis iniuriis ſatiari non potuit, quin potius ferali rabie fremens, impio iudici tamquam rabido cani, animam iuſti degluttiendam expoſuit. Vinctum enim Ieſum ante Pilatum pontifices perduxerunt, poſtulantes interim ſupplicio crucis eum, qui non nouerat om- *Iſa.53.c* nino peccatum. Ipſe vero quaſi agnus coram tonden- E te ſe, ſic ante iudicem ſtabat manſuetus & tacitus, cū fallaces, & impij, falſorum criminum mole obiecta, tumultuoſis clamationibus auctorem vitæ petūt ad mortem; & virum homicidam, ſeditioſumq. latronem ſeruant ad vitam, lupum agno, mortem vitæ, luci tenebras, tam ſtulte præferentes, quàm impie. Dulcis Ieſu, *Ioan.19.c* quis tam durus erit, vt clamores illos horribiles: Tolle, tolle, crucifige eum, ſine gemitu, & clamore ſpiritus, aure corporis valeat audire, ſeu mente tractare?

Ieſus morte damnatus.

VErum, quamuis non ignoraret Pilatus, Iudaicam gentem aduerſus Ieſum non iuſtitiæ, ſed inuidiæ zelo commotam, cum patenter aſſereret nullam ſe in eo mortis cauſam vel modicam inuenire, humano tamen timore deuictus, repleuit animam ſuam amaritudinibus, & piiſſimum regem crudelis tyranni Herodis videlicet iudicio ſubdidit, quem & ludibrio habitū, & ad ſe remiſſum, crudeli mandato nudum in conſpectu deriſorum aſtare præcepit, vt atrociſſimis verberibus virgineam illam, & candidiſſimam carnem flagellatores truculenti diuellerent, plagas plagis, liuores liuoribus crudeliter infligentes. Decurrit ille ſanguis A pretioſiſſimus per illa ſacra latera innocentis, & amantiſſimi iuuenis, nullo prorſus in eo reperto reatu. Et tu perdite homo, totius confuſionis, & contritionis huius cauſa exiſtens, quomodo non in fletum erumpis foras? Ecce innocentiſſimus agnus, vt te a ſententia iuſtæ damnationis eriperet, iniuſto propter te elegit iudicio condemnari. Ecce, quæ non rapuit, pro te *Pſal.68.b* ſoluit. Et tu anima mea nequam & impia, nec deuotionis exſoluis gratitudinem, nec compaſſionis rependis affectum.

Ieſus ſpretus ab omnibus.

POſtquam autem Pilatus adiudicauerat impiorum vota compleri: non ſuffecit militibus illis ſacrilegis crucifigere Saluatorem, niſi prius & ipſi illuſionibus impleſſent animam ſuam. Nam congregata in *Mat.27.d* prætorium vniuerſa cohorte, exuentes eum veſtibus ſuis, & tunica induentes coccinea, chlamydem illi circumdederunt purpuream, & corona ſpinea impoſita capiti eius, & arundine in dextera manu, irriſorie genuflectebant, & alapas dabant, & expuentes in eum, ſacrum illud caput percutiebant arundine. Attende nunc humani cordis ſuperbia, quæ opprobria refugis, C & ad honores aſpiras, quis eſt iſte qui ingreditur habens imaginem quaſi Regis, & nihilominus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletus? Ipſe eſt Rex tuus, & *Iſa.53.a.b* Deus tuus, qui quaſi vir leproſus, & nouiſſimus virorum æſtimatus eſt, vt te ab æterna confuſione eriperet, a ſuperbiæ peſte ſanaret. Væ igitur ſemel his, & væ iterum, qui poſt tam clarum humilitatis ſpeculum, ſuperbia tolluntur in altum, rurſus oſtentui habentes filium Dei: quem tanto amplius ab hominibus omni conſtat honorificentia dignum, quanto magis pro hominibus indigna ſuſtinuit.

D *Ieſus cruci clauatus.*

SAtiatis iam impijs dè opprobriis manſuetiſſimi Regis, rurſum Rex noſter veſtibus ſuis induitur *Ioan.19.e* denuo exuendus, & baiulans ſibi crucem, perducitur ad Caluariæ locum, ibiq. totus exutus, vili dumtaxat circumtectus ad renes ſudario, & ſuper lignum crucis dire proiectus, expanſus, protenſus, & tractus, & in pellis modum hinc inde extenſus, clauorum aculeis perforatur, manibus ſacris & pedibus cruci affixis, & crudeliſſime ſauciatis, veſtes quoque ipſius dantur in prædam, diuiduntur in partes, tunica inconſutili indiuiſa per ſortem tranſeunte ad vnum. Vide nunc ani- E ma mea, quomodo ille, qui eſt ſuper omnia benedictus Deus, a planta pedis vſque ad verticem, totus in aquas paſſionis demergitur: & vt te totam de illis paſſionibus extraheret, intrauerunt aquæ vſque ad ani- *Pſal.68.a* mam ſuam. Coronatus etenim ſpinis ſub crucis onere dorſum curuare iubetur, & ſuam ipſius portare ignominiam, & ad locum deductus ſupplicij veſte nudatur, vt ex flagellorum ictibus per dorſum, & latera carnis patefactis liuoribus, atque ſciſſuris, videretur quaſi leproſus, & dehinc clauis transfoſſus, appareret tibi dilectus tuus propter te ſanandam, conciſus vul- F nere ſuper vulnus. Quis mihi det, vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, vt totus tam mente, quàm carne transfodiar, crucíſq. affigar patibulo cum dilecto?

Ieſus iunctus latronibus.

AD augmentum confuſionis, ignominiæ, dedecoris, ac doloris innocens agnus extra portam in loco punitionis ſceleratorum, in die ſolemni, hora meridiana, in medio latronum ſuper crucem, quaſi *Mat.27.d* ad ſpectaculum eleuatur, flentibus amicis, & inſultantibus hoſtibus. Nam & qui prætteribant, mouebant capita ſua, & qui aſtabant, irrogabant conuitia,

illius reliquiis cruoris inquinauit. nam & quinque A
ſciſſuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc enim eſt Do
Gen. 39.c mine veſtimentum, quod in manu meretricis Ægyp-
tiæ, videlicet Synagogæ, innocens puer tuos ſponte
dimiſit, magis eligens ſpoliatus a carnis pallio in car-
cerem mortis deſcendere, quàm adulteriņæ plebis ac-
quieſcendo voci, temporaliter gloriari. Nam & pro-
poſito ſibi gaudio, crucem ſuſtinuit confuſione conté-
pta. Sed & tu miſericordioſiſſima Domina aſpice il-
lam dilecti filij tui ſacratiſſimam veſtem, de caſtiſſi-
mis membris, & viſceribus tuis Spiritusſancti artificio-
ſitate contextam, & vnà cum ipſo confugientibus
nobis ad te veniam poſtula, vt digni habeamur effu- B
gere ab ira ventura.

Ieſus intumulatus.

Luc.23.g VEniens tandem nobilis Centurio, Ioſeph ſcilicet
ab Arimatia, & accepta a Pilato licentia, corpus
Chriſti cum Nicodemo deponens de cruce, condiuit
aromatibus, & inuoluit in ſyndone, & in monumento
nouo, quod in horto propinquo in petra ſibi excide-
rat, cum omni reuerentia ſepeliuit. Porro ſepulto
Domino, & ad cuſtodiam ſepulcri militibus depu-
tatis, deuotæ illæ mulieres, & ſanctæ, quæ fuerant C
obſecutæ viuenti, vt iam mortuo pietate officioſa
famulatum impenderent, emerunt aromata ad corpus
Chriſti ſacratiſſimum perungendum. Inter quas Ma-
ria Magdalena tanto cordis ferebatur incendio, tan-
tæ pietatis afficiebatur dulcedine, tam validis trahe-
batur vinculis charitatis, vt femineæ infirmitatis obli-
ta, nec tenebrarum caligine, nec perſecutorum im-
manitate retraheretur a viſitatione ſepulcri, quin
potius foris ſtans, & rigans lacrymis monumentum,
recedentibus diſcipulis non recedebat, pro eo quòd
diuinæ dilectionis igne ſuccenſa eſt, & iam inualeſcen-
te vrebatur deſiderio, & tam impatiente vulneraba- D
tur amore, vt nihil ei ſaperet niſi flere, poſſetq. illud
Pſal. 41. a propheticum eructare veraciter: Fuerunt mihi la-
crymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi
quotidie: vbi eſt Deus tuus? Deus meus bone Ieſu,
cócede mihi quamquam per omnem modum imme-
rito & indigno, vt qui corpore his intereſſe nō merui,
fide tamen hæc eadem mente pertractans, illum ad
te Deum meum pro me crucifixum, & mortuum com
paſſionis affectum experiar, quem innocens mater
tua, & pœnitens Magdalena in ipſa paſſionis tuæ ho-
ra ſenſerunt.

Ieſus triumphans mortuus.

COnſummato iam paſſionis agone, cum iam draco
ille cruentus, & rabidus leo ęſtimaret ſe de occiſo
agno victoriam aſſecutum, refulgere cœpit in anima
deſcendente ad inferos diuinitatis potentia, qua leo
noſter fortiſſimus de tribu Iuda conſurgens in fortem
armatum, prædam ab ipſo diripuit, portisq. infero-
Coloſſ. 2.c rum confractis, & alligato ſerpente, expolians princi-
patus & poteſtates, traduxit confidenter, palam trium
Iob. 40.c phans illos in ſemetipſo. Tunc extractus eſt Leuia-
than hamo, ipſius per Chriſtum perforata maxilla,
vt qui nihil iuris habebat in capite, quod inuaſit,
illud etiam perderet, quod habere videbatur in cor-
Iud. 16. g pore. Tunc verus Samſon moriens, hoſtilem pro-
Zach. 9.c ſtrauit exercitum. Tunc agnus ſine macula in ſangui-
ne teſtamenti ſui de lacu, in quo non erat aqua, vin-
Iſa. 9.a ctos eduxit. Tunc habitantibus in regione vmbræ
mortis, lux orta eſt eis, & diu nouæ lucis expectata
claritas radiauit.

Ieſus reſurgens beatus.

SAcræ ſiquidem quietis Domini in ſepulcro, illu-
ceſcente tertio die, qui in reuolutione dierum eſt
A octauus & primus, Dei virtus & Dei ſapiétia Chriſtus,
mortis proſtrato auctore, etiam ipſam mortem demi-
cit, æternitatisq. aditum nobis aperuit, dum ſeſe a mor
tuis potentia diuina ſuſcitauit, vt notas nobis faceret Pſal. 15.c
vias vitæ. Tunc terræmotus factus eſt magnus, & An- Mat. 28.a
gelus Domini in veſtimento albo, & aſpectu fulgureo
deſcendit de cælo, pijs apparens blandus, impiisq. ſeue
rus. Propter quod, & proteruos perterruit milites,
& confortauit pauidas mulieres: quibus & ipſe Do-
minus reſurgens, primum apparuit, quia hoc deuotio-
nis intenſæ merebatur affectus. Deinde viſus eſt Pe-
tro. Poſtea diſcipulis euntibus in Emaus. Deinde Luca 24.b
B Apoſtolis omnibus abſque Thoma. Poſtea etiam Tho
mæ palpandum ſe præbuit, cum ille fideliter exclama-
uit: Dominus meus, & Deus meus. Sicq. per dies Io. 20.e.f.g
quadraginta multiformiter apparens diſcipulis, & co-
medens cum eis, & bibens, & argumentis nos illumi-
nauit ad fidem, & promiſſis nos erexit ad ſpem: vt
ſic tandem donis cælitus datis, nos accenderet ad
amorem.

Ieſus decor præcipuus.

SAne flos ille pulcherrimus de radice Ieſſe, qui in Iſa. 11.a
C incarnatione floruit, in paſſione defloruit, ſic in
reſurrectione floruit, vt omnium eſſet doctor. Nam
corpus illud glorioſiſſimum, ſubtile, agile, & immor-
tale, tantæ claritatis ſuperueſtitum eſt gloria, vt verè ſit
ſole fulgentius, exemplarem præferens pulchritudinē
ſuſcitandorum corporum humanorum. De quibus
ipſe Saluator ait: Tunc fulgebunt iuſti ſicut ſol in re- Matt. 13 f
gno Patris, ſcilicet, beatitudinis ſempiternæ. Quòd ſi
iuſtus quilibet fulgebit ſicut ſol, quanti putas eſſe ful-
goris ipſum ſolem iuſtitiæ? Tanti, inquam, eſt, vt ſit
ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitio-
nem, luci comparatus, & decor præcipuus non imme-
D rito iudicetur. Felices illi oculi, qui viderunt; ſed &
tu vere beatus eris, ſi fuerint reliquiæ ſeminis tui ad
videndum tam interius, quàm exterius, illam deſide-
ratiſſimam claritatem.

Ieſus orbi prælatus.

APparens quoque Dominus in Galilæa diſcipulis, Mat. 28.d
omnem ſibi poteſtatem tam cæli quàm terræ aſ-
ſeruit a Patre collatam. Propter quod & diſcipulos
miſit in mundum vniuerſum, prædicare Euangelium
omni creaturæ, ſalutem promittendo credentibus, dā-
E nationem cōminando incredulis, cooperáte Domino,
& ſequentibus ſignis confirmáte ſermonem, vt in vir-
tute nominis Ieſu Chriſti imperarét omnibus creatu-
ris & morbis, vereq. cōſtaret ſæculo toti, quòd magni
Patris filius Ieſus Chriſtus tamquam alter Ioſeph, ve-
ruſq. Saluator viuit & dominatur, non ſolum in terra
Ægypti, verumetiam in omni loco dominationis re-
gis æterni, eductus quidem ad imperium Dei cæli de
carcere mortis & inferorum, & attonſus mortalitatis
comam, commutauit veſtem carnis in immortalitatis
decorem: & tamquam verus Moyſes, de aquis morta- Exo. 2.a.b
litatis aſſumptus, Pharaonis ſubneruauit imperium,
F tanto ſublimatus honore, vt in nomine ipſius omne ge Philipp. 2.b
nu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.

Ieſus ductor exercitus.

QVadraginta poſt reſurrectionem Domini pera-
ctis diebus, non ſine magni deſignatione myſte-
rij, in ipſo quadrageſimo die conueſcens vnà cum di-
ſcipulis ſuis, benignus magiſter in montem Oliueti
conſcendit, & inde videntibus illis, eleuatis manibus, Act. 1.a.b
ferebatur in cælum, nubeq. interpoſita, quæ aſcenden-
tem recepit, humanis ſeipſum aſpectibus occultauit.
Sicq. aſcendēs in altum, captiuam duxit captiuitatem, Pſal. 67.d
& cęli aperta iam porta, pandens iter ſequentibus, exu-
les

les introduxit in regnum, conciues illos faciens angelorum, & domeſticos Dei; quatenus ruinas inſtaurare angelicas, & æterni Patris cumularet honorem, & ſe triumphatorem oſtenderet, & Dominum exercituum ſe eſſe probaret.

Ieſus cælo leuatus.

PSallentibus angelis, & exultantibus ſanctis, Deus & Dominus angelorum & hominum ſuper cęlos cælorum aſcendit, & ſuper pennas ventorum mira poteſtatis agilitate volauit, ſeditq. ad dexteram Patris;
Hebr. 1. b tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis ſortitus eſt nomen, ibiq. iugiter vultui benigniſſimi Patris apparet, ad interpellandum pro nobis. Talis
Hebr. 7. d enim decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, & excelſior cælis factus, qui in dextera maieſtatis aſſiſtens, vultus paternæ gloriæ vulnerum, quæ pro nobis pertulit, oſtenderet cicatrices. Gratias tibi referat, Domine Pater, omnis lingua, ſuper inenarrabili dono ſupereffluentiſſimæ charitatis tuæ,
Rom. 8. f qui vnico filio cordis tui non pepercisti, ſed pro nobis omnibus tradidiſti in mortem, vt tantum, tamq. fidelem aduocatum coram te haberemus in cælis.

Ieſus largitor ſpiritus.

Act. 2. a SEptem quoque ſeptimanis dierum a reſurrectione excurſis, quinquageſimo die congregatis in vnum diſcipulis, cum mulieribus, & Maria matre Ieſu, factus eſt repente de cælo ſonus, tamquam aduenientis ſpiritus vehementis, qui & ſuper centum viginti hominum turbam deſcendit, & apparuit in linguis igneis, pro eo quòd ori verbum, intellectui lucem, & affectui miniſtraret ardorem. Repletiq. ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui variis linguis, ſecundum quòd eiuſdem Spiritus ſancti dictabat inſtinctus. Qui omnem eos veritatem edocuit, & ad omnem dilectionē accendit, & in omni eos virtute firmauit. Nam ipſius adiuti gratia, illuſtrati doctrina, & confortati potētia, cum pauci eſſent & ſimplices, partim verbis ignitis, partim perfectis exemplis, partim mirandis prodigiis, per totum mundum ſanctam Eccleſiam plantauerunt. Quæ & eiuſdem Spiritus ſancti virtute purgata, illuminata, & perfecta, amabilis facta eſt ſpōſo ſuo, eiuſq. paranymphis, vt ſpecioſa nimis, miraq. varietate cir-
Cant. 6. a cumdata, ſatanę vero & angelis eius terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Ieſus laxans reatus.

IN hac ſiquidem ſancta Eccleſia per orbem vniuerſū, Spiritu ſancto mirabiliter cooperante, multiformiter diſtincta, & vniformiter coniuncta, vnus præſidet Pontifex Chriſtus, tamquam ſummus hierarcha: qui miro ordine inſtar ciuitatis ſupernæ in ea diſpēſat dignitatum officia, diſtribuendo chariſmatum do-
Ephes. 4. c na. Nam quoſdam in ea dedit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios Paſtores & Doctores ad conſummationem Sanctorum, & ad ædificationem corporis Chriſti. Qui etiam ſecundum gratiam Spiritus ſancti ſeptiformem, ſeptem dedit Sacramenta, quaſi ſeptem medicamenta morborum, per quorum adminiſtrationem, & gratiam ſanctificantem tribuit, & peccata dimittit, quæ numquam niſi in fide, & vnitate eiuſdem ſanctæ matris Eccleſiæ relaxantur. Et quoniam per ignem tribulationis peccata purgantur, ideo ſicut caput Eccleſiæ Chriſtum expoſuit Deus fluctibus paſſionum; ſic & corpus eius, ſcilicet Eccleſiam ſuam, vſque in finem ſæculi ad probationem, & purgationem tribulari permittit. Sic Patriarchæ, ſic Prophetæ, ſic Apoſtoli, ſic Martyres, Confeſſores, & Virgines, & quotquot placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſiere fideles. Sic & om- A nia membra Chriſti electa vſque ad diem iudicij pertranſibunt.

Ieſus teſtis veridicus.

POrro futuri iudicij tempore, quo Deus occulta cordium iudicabit, præcedet ignis ante faciem iudicis, angeli cum tuba mittentur, congregabuntur electi a quattuor ventis cæli, omnes quoque qui in monumentis ſunt, diuinæ iuſſionis virtute reſurgent, omnesq. aſtabunt ante illud iudiciale tribunal. Tunc illuminabuntur abſcondita tenebrarum. Tunc reuela- B buntur conſilia cordium. Tunc libri pandentur conſcientiarum, & ipſe liber aperietur, qui dicitur Liber vitæ. Quo fiet, vt ſimul, & in inſtanti omnium omnia ſecreta omnibus tanta certitudinis claritate pateſcant, vt contra teſtimoniū veritatis loquentis in Chriſto, & conſcientiæ cuiuſcumque pariter conteſtantis, nulla prorſus inficiandi, defendendi, vel excuſandi, vel ſubterfugiendi pateat ſemita, quin recipiat vnuſquiſque ſecundum opera ſua. Magna igitur indicta eſt nobis neceſſitas probitatis, dum omnia agimus in conſpectu iudicis cuncta cernentis.

C

Ieſus iudex iratus.

APparente ſiquidem omnipotentis filij Dei ſigno in nubibus, virtutibusq. cælorum commotis: ſed *Luc. 21. e*
ad orbis conflagrationem mundialibus concurrentibus ignibus, collocatis quoque omnibus iuſtis ad dexteram, impijs ad ſiniſtram: intantum iudex vniuerſorum reprobis iratus videbitur, vt dicant montibus & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie *Apoca. 6. d*
ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni. Induet enim *Sap. 5. d*
pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatē: acuet D autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos; vt qui contra auctorem omnium procaciter pugnauerunt, iuſto tunc Dei iudicio ab omnibus expugnentur. Tunc ſuperius iudex apparebit iratus, & inferius horrendum chaos patentis inferni. A dextris peccata accuſantia: a ſiniſtris infinita dæmonia ad infernum trahentia: & interius mordens conſcientia. Peccator ſic comprehenſus, quo effugiet? Certe latere erit impoſſibile, & apparere intolerabile. Si enim vix iuſtus ſaluabitur, *1. Pet. 4. d*
impius & peccator vbi apparebunt? Non ergo intres *Pſal. 142. a*
in iudicium cum ſeruo tuo Domine.

E

Ieſus victor magnificus.

LAta ſententia damnationis in reprobos, quòd flammis exurantur æternis, colligatiſq. ad modum faſcis omnibus inimicis Ieſu Chriſti, omnipotens Dei virtus perpetuę illos exponet, tam carne, quàm ſpiritu voracitati flammarum: vt & numquam deficiant, & tamen vrantur, & ſentiant in æternum, & fumus tor- *Apoc. 14. c*
mentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum. Tūc beſtia, & pſeudoprophetæ, & qui acceperāt imaginem *Apoc. 20. c*
eius, in ſtagnum mittentur ignis & ſulphuris, qui pa- F ratus eſt diabolo, & angelis eius. Tunc egredientur electi ad conſideranda cadauera mortua; morte quidem non naturæ, ſed pœnæ. Tunc lauabunt iuſti ma- *Pſal. 57. b*
nus ſuas in ſanguine peccatorum. Tunc denique victorioſiſſimus agnus ponet inimicos ſuos ſcabellum *Pſal. 109. a*
pedum ſuorum, quando ingredientes impij in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, parteſq. vulpium *Pſal. 62. c*
erunt, id eſt, dæmonum, qui ipſos ſuis fraudulentiis ſeduxerunt.

Ieſus ſponſus ornatus.

DEnique mundi facie innouata in melius, cum lux lunæ erit ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſeptempliciter

ſicut

ſicut lux ſeptem dierum, ciuitas illa ſancta Hieruſalē, [A] quæ de cęlo tamquam ſponſa ornata deſcenderat, iam nunc pręparata ad nuptias Agni, gemina quoque ſtola veſtita, in cæleſtis curiæ traducetur palatium, & in glorioſum illum ſacrum, arcanumq. thalamum introducta, tanto illi agno cæleſti copulabitur fœdere, vt vnus fiant ſpiritus ſponſus & ſponſa: veſtieturq. Chriſtus omni pulchritudine electorum tamquam tunica polymita, in qua omni decore ornatus refulgeat, tamquā opertus omni lapide pretioſo. Tunc illud dulce reſonabit epitalamium, & per omnes vicos Hieruſalem, Alleluia cantabitur. Tunc virgines prudentes, atque paratæ intrabunt cum ſponſo ad nuptias, vt ianua clauſa in pacis pulchritudine ſedeant, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. [B]

Ieſu Rex Regis filius.

SAne regnum Dei æternum æſtimari habet, iuxta regnantis celſitudinem glorioſum & nobile, pro eo quòd non rex a regno, ſed a rege regnum trahit originem. Hic autem eſt rex, qui habet in veſtimēto [Apoc. 17.d] & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium, cuius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & ideo regnum ipſius non corrumpetur. Cui om- [C] nes populi, tribus, & linguæ ſeruient in æternum. Et hic eſt vere Rex pacificus, cuius vultum & cælum deſiderat, & vniuerſa terra. O quàm glorioſum eſt huiuſmodi excellentiſſimi Regis regnum, in quo cum ipſo regnant omnes Sancti; cuius lex eſt veritas, pax, charitas, vita, æternitas: quod nec pluralitate regnantium diuiditur, nec participatione minuitur, nec numeroſitate confunditur, nec inæqualitate deordinatur, nec circumſcribitur loco, nec variatur motibus, nec tempore menſuratur.

Ieſus liber ſignatus.

AD gloriam regni perfectam non ſolùm requiritur poteſtas excellens, verumetiam ſapientia fulgens, vt non ſecundum indeterminatæ voluntatis arbitrium diſponantur gubernacula regni, ſed ſecundum fulgores æternarum legum a luce ſapientiæ indeceptę manantium. Et hæc quidem ſapientia ſcripta eſt in Chriſto Ieſu, tamquam in libro vitæ, in quo Deus Pater omnes theſauros ſapientię, & ſcientię recōdidit. Ac per hoc vnigenitus Dei filius, vt verbum increatum, eſt ſapientiæ liber, & lux in mente ſummi artificis, viuentibus plena rationibus & æternis, vt verbum [E] inſpiratum in intellectibus angelicis & beatis, & vt Verbum incarnatum in mentibus rationalibus carni vnitis: vt ſic multiformis ſapientia Dei ex ipſo, & in ipſo per totum regnum refulgeat, tamquam in ſpeculo decoris, ſiue pulchritudinis omnium ſpecierum, & luminum contentiuo, & tamquam in libro, in quo ſecundum profunda Dei myſteria omnia conſcribūtur. O ſi talem librum inuenire poſſem, cuius origo æterna, cuius incorruptibilis eſſentia, cuius cognitio vita, cuius ſcriptura indelebilis, cuius inſpectus deſiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius ſcientia dulcis, cuius profunditas imperſcrutabilis, cuius verba inenarrabi- [F] lia, & vnum tamen verbum omnia. Vere qui hunc inuenit librum, inuenit vitam, & hauriet ſibi ſalutem a Domino.

Ieſus fontalis radius.

IN hoc ſiquidem regno æterno data omnia optima [Iac. 1.c] & dona perfecta, a patre luminum in affluentia deſcendunt, & copia per illum qui eſt ſupereſſentialis radius Ieſus Chriſtus. Qui cum ſit vnus, omnia poteſt; & in ſe permanens, omnia innouat. Eſt enim emanatio quædam claritatis virtutis omnipotentis Dei ſincera, & ideo nihil inquinatum in hunc fontalem radium [A] poteſt incurrere. Ad hunc fontem vitæ, & luminis curre, cum deſiderio viuo, quæcumque es anima Deo deuota, & cordis intima vi ad eum clama: O ineffabilis decor Dei excelſi, & puriſſima claritas lucis ęternę, indeficiens vita omnem vitam viuificans, lux omne lumen illuminans, & conſeruans in ſplendore perpetuo multiformia lumina fulgentia, ante thronum diuinitatis tuæ a primæuo diluculo. O æternum & inacceſſibile, dulce, clarum, & ſapidum profluuium fontis abſconditi ab oculis omnium mortalium: cuius profundum ſine fundo, cuius altum ſine termino, cuius amplitudo incircūſcriptibilis, & cuius puritas im- [B] perturbabilis. Ex quo fluuius procedit olei lætitiæ, qui lætificat ciuitatem Dei, & torrens ignei vigoris: torrens, inquam, voluptatis diuinæ, quo lætabunda ebrietate potati, cæleſtes illi conuiuæ hymno inceſſabili iubilant. Hoc nos oleo ſacro perunge, huiuſq. torrentis deſiderabilis guttis, ſitibundas refocilla fauces arentium cordium, vt in voce exultationis, & confeſſionis decantemus tibi cantica laudis, experientia teſte probantes, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in [Pſalm.] lumine tuo videbimus lumen.

Ieſus finis optatus.

FInem namque omnium deſideriorum conſtat eſſe [Beatitudo quid.] beatitudinem, quæ eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus. Ad quem quidem ſtatum [Boe. de conſ. philoſ. li. 3. proſa 2.] nullus peruenit, niſi per vltimam reſolutionem in eū, qui eſt fons, & origo bonorum omnium, tam naturalium, quàm gratuitorum; tam corporalium, quàm ſpiritualium; tam temporalium, quàm æternorū. Et hic eſt, qui de ſe ipſo dicit: Ego ſum α & ω, principium & [Apocal. 1] finis. Quia ſicut per Verbum æternaliter dictum omnia producuntur: ſic per verbum carni vnitum reparantur, promouentur, & finiuntur. Ac per hoc vere, [D] & proprie dictus eſt Ieſus: quia non eſt aliud nomen ſub cęlo datum hominibus, in quo quis poſſit obtinere ſalutem. In te igitur, vt finem omnium, credens, ſperans, & amans ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute fertur deſiderate Ieſu: quia tu ſolus ſufficis, tu ſolus ſaluas, tu ſolus bonus, & ſuauis es requirentibus, & diligentibus nomen tuum. Tu enim mi bone Ieſu Redemptor es perditorum, Saluator redemptorum, ſpes exulum, fortitudo laborantium, auxiliator oppreſſorū, anxiatorum ſpirituum dulce ſolatium, triumphantium corona, & imperiale faſtigium, vnica merces & lætitia omnium ciuium ſupernorum, inclyta proles ſummi Dei, & fructus ſublimis vteri virginalis; vberrimus quoque fons gratiarum omnium, de cuius plenitudine nos omnes accepimus.

ORAMVS igitur clementiſſimum Patrem, per te vnigenitum eius pro nobis hominem factum, crucifixum, & glorificatum, vt de theſauris ſuis mittat in nos ſpiritum gratiæ ſeptiformis: qui ſuper te in omni plenitudine requieuit, Spiritum, inquam, ſapientiæ, quo fructum ligni vitæ, quod vere tu es, videlicet ſapores viuificos deguſtemus. Donum etiam intellectus, quo mentis noſtræ contuitus illuſtrentur. Donum conſilij, quo poſt tuorum veſtigia greſſuum, rectarum ſemitarum itineribus incedamus. Donum fortitudinis, quo impugnantium hoſtium violentias eneruare poſſimus. Donum ſcientiæ, quo ſacræ doctrinæ tuæ repleamur fulgoribus, ad diſcretionem boni, & mali. Donum pietatis, quo induamur miſericordiæ viſcera. Donum timoris, quo recedentes ab omni malo, æternæ maieſtatis tuæ reuerentiali pondere trāquillemur. Hæc enim nos in illa ſacra tua, quā nos docuiſti, oratione petere voluiſti. Hæc & nunc per crucem tuam petimus obtinere, ad laudem ſanctiſſimi nominis tui. Cui cum Patre, & Spiritu ſacto omnis ſit honor & gloria, gratiarum actio, decus & imperium, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum
De quinque Feſtiuitatibus pueri Ieſu.

Dulcis Ieſu meditatio, & Verbi incarnati diuina contemplatio, quàm ſuauiter deuotam animam inebriet, & quàm perfectè eam conſoletur, atque confortet, docet Auctor initio huius opuſculi, quod de quinque Feſtiuitatibus pueri Ieſu pranotatur. Dum vero quinque hæc feſta ſpiritualiter explicat, mirabiliter nos docet, quomodo ſenſibilia ad intelligibilia referre, & quomodo ex corporalibus ſpiritualia colligere debeamus: quomodo etiam omnis Chriſti actio noſtra ſit, & temporalis, & æterna; & corporalis, & ſpiritualis inſtructio.

Feſtiuitates quinque pueri Ieſu, de quibus agitur in hoc opuſculo,

Hæ ſunt.

De Conceptione pueri Ieſu.	*I.*
De Natiuitate.	*II.*
De Impoſitione nominis.	*III.*
De Magorum adoratione.	*IV.*
De Præſentatione in templum,	*V.*

PRÆFATIO.

CVM ſecundum virorum venerabilium, quos in Eccleſia Dei diuina irradiatio amplius illuſtrauit, & cæleſtis deuotio abundantius inflammauit, ſententiam, & doctrinam, dulcis Ieſu meditatio, Verbi incarnati diuina contemplatio deuotam animam ſuper mel, & omnia vnguentorum fragrantia odoramenta, ſuauius & dulcius inebriet, perfectius conſoletur & confortet: hinc eſt, quòd cum me a cogitationum incidentium tumultu paululum ſubtraxiſſem, & intra memetipſum cogitarem tacitus, quid B de diuina incarnatione in hoc tempore in mente pertractarem, vnde aliquam conſolationem ſpiritualem reciperem, in qua diuinam dulcedinem in hac lacrymarum valle per ſpeculum deguſtarem, vt ea aliquantulum deguſtata, temporalem, & phantaſticam conſolationem perfectius faſtidirem: incidit menti meæ ſecretius, quòd anima deuota benedictum Dei Patris Verbum, & Filium vnigenitum mediante gratia, ſpiritualiter poſſet virtute altiſſimi concipere, parere, nominare, cum beatis Magis quærere & adorare, & demum Deo Patri ſecundum legem Moyſi in templo feliciter præſentare; & ſic tamquam vera Chri- C ſtianæ religionis diſcipula, quinque feſta, quæ de puero Ieſu agit Eccleſia, mente deuota cum omni reuerentia valeat celebrare. Igitur ſicut humiliter concepi, verbis humilibus conſcripſi, concordantias auctoritatum breuiitaris cauſa prætermiſi. In quo tractatu breui & humili, ſi vel modicum deuotionis meditando dulciſſimum Ieſum, quis legendo conciplat, ipſum, tamquam omnium bonorum principium, fontem, & auctorem laudet, glorificet, & benedicat: A ſi nihil vel minus ſufficienter & digne, ſcribenti, vel forte ſibi minus deuote, & humiliter legenti imputet, & aſcribat.

PRIMA SOLEMNITAS.

De Conceptione pueri Ieſu.

PRIMO igitur purgato intellectu contritionis lauacro, & inflammato, & eleuato affectu dilectionis igniculo, caſtis meditationibus, & deuotis cogitationibus pertractãdum eſt, qualiter iſte benedictus Dei filius, Chriſtus Ieſus ſit a deuota mente ſpiritualiter concipiendus. Cum anima deuota, vel ſpe cæleſtis præmij, vel timore æterni ſupplicij, vel tędio in hac lacrymarum valle diutius commorandi, mota, ac ſtimulata nouis inſpirationibus viſitatur, ſanctis affectionibus inflammatur, meditationibus cæleſtibus anxiatur; & tandem abiectis, & deſpectis veteribus defectibus, & priſtinis deſideriis, nouo viuendi propoſito a patre luminum, a quo omne donum optimum, *Iac. 1. c* & datum perfectum, ſpiritualiter ſpiritu gratiæ fecundatur; quid aliud agitur, quàm quòd ſuperueniente virtute altiſſimi, & obumbratione cæleſtis refrigerij, carnales concupiſcentias mitigat, mentales oculos ad videndum confortat & adiuuat, pater cæleſtis diuino quodam ſemine animam grauidam facit, & fecundat? Poſt hunc conceptum ſacratiſſimum, pallet in facie per veram humilitatem in conuerſatione: faſtidium cibi, & potus concipit in mente, plenario mundialium contemptu, & abiectione: deſideria variantur, in affe-

ctione

ctione ex diuerſorum bonorum propoſita intentione: aliquando etiam infirmari, & ægrotare incipit anima in propriæ voluntatis abiectione. Iam enim incedit triſtis & turbulenta propter veterem delictorum perpetrationem, pro temporis omiſſione, pro hominum adhuc in mundo mundialiter viuentium ſocietate & conuerſatione. Iam paulatim graue & tædioſum incipit eſſe omne, quod foris eſt, & foris cernitur, quod intus percipitur, & auditur. O felix conceptus, quem talis ſequitur mundi contemptus, & cæleſtium operationum appetitus. Iam quamuis adhuc modico guſtato ſpiritu, deſipit caro cum geſtiſu, iam anima cũ Maria in montana aſcendere incipit, poſt talemq. conceptum faſtidiũtur terrena, deſiderantur cæleſtia & ęterna. Iam fugere incipit ſocietatem illorum, qui terrena ſapiunt, & appetit familiaritatem eorum, qui cæleſtia concupiſcunt. Iam incipit anima cum Maria miniſtrare Eliſabeth, hoc eſt illis, quos diuina gratia amplius per dilectionem inflammat. Et hoc valde notabile multisq. neceſſarium eſt, quanto magis ſe a mundo abſtrahunt, tantò familiarius ſe bonis amicabiles & familiares reddunt: vt tantò amplius ipſis malorum conſortium deſipiat, quantò dulcius bonorum & ſpiritualium honeſta conuerſatio, eorum affectum afficit & inflammat. Quia ſecundum beatum Gregorium, qui ſancto viro adhæret, ex eius aſſiduitate viſionis, vſu locutionis, exemplo cõuerſationis accipit, vt accendatur in amorem veritatis: peccatorum tenebras fugat, & amore diuinæ lucis inardeſcit. Vnde Iſidorus: Bonorum ſocietatem require. Accidit enim vt ſi fueris ſocius conuerſationis, eris & ſocius virtutum. Hæc cogitet fidelis anima, quàm caſta, quàm ſancta, quàm deuota fuerint illarum ſanctarum colloquia, quam diuina ſalutifera conſilia, quàm mirandę ſanctitatis mutuę ſocietatis opera, dum vnaquæque aliá verbo & exemplo prouocabat ad meliora.

Greg. hom. 5. in Ezec. ante med.

Iſid. de con temp. mũdi c. de conſor tio bonorũ.

Sic ergo deuota anima facias, ſi te de Spirituſancto conceptum noua cæleſtis vitæ deſideria ſentias. Fuge malorum conſortia, aſcende cum Maria, quære virorum ſpiritualium conſilia, imitari ſtude perfectorum veſtigia, contemplare bonorum verba, opera pariter & exempla. Fuge peruerſorum venenoſa conſilia, quæ ſemper peruertere quærunt, impedire appetunt, lacerare non deſiſtunt, noua ſancti ſpiritus inſpirata deſideria, & ſæpe ſub ſpecie & boni & pietatis, virus infundunt impiæ tepiditatis, dicentes: Nimis magnum eſt quod incipis, nimis arduum, quod proponis, intolerabile quod facis, vires tibi non ſuppetunt, virtutes naturales deficiunt, caput confunditur, oculi deſtruuntur, infirmitates diuerſimode nutriuntur, ptiſis, paralyſis, calculus & vertigo capitis, oculorum caligo, ſenſuum hebetudo, rationis obnubilatio, & virium deſtructio, his omnibus ſubiacebis, niſi ab incœptis abſtineas, & commodo corporali amplius intendas. Statum tuum non decent talia, per hæc diminuitur honor tuus & reuerentia. Vides quòd iam factus eſt magiſter diſciplinę & medicus corporis, qui nec mores proprios componere nouit, nec curare propriam infirmitatem mentis? Heu heu quot & quantos maledicta mundialium conſilia ſupplantauerunt, & conceptum in eis per Spiritumſanctum Dei filium extinxerunt. Hæc eſt illa potio miſera & mortifera, perſuaſio diabolica, quæ in multis ſpiritualem conceptum impedit, in pleriſque conceptum iam per propoſitum formatum, vel per votum iam perfectum, interficit & extinguit. Sed ſunt & alij, qui videntur, & forte ſunt, boni & religioſi: ſed tamen, ſalua eorum reuerentia, nimis timidi, non attendentes nondum abbreuiatam manum Domini, vt ſaluare nequeat, nec conſiderantes nondum diminutam pietatem altiſſimi, quin iuuare valeat: habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, dum ex compaſſione corporalis afflictionis, vel forte ex timore naturalis defectionis, dum alios vident viriliter agere, quòd ipſi iam dudum bonum & ſanctum iudica-

Nota contra diſſuadentes opera pœnitentiæ.

Rom. 10. a

A bant, & tamen non audebant inchoare, retrahunt homines ab operibus perfectionis. Diſſuadent ea, quæ excedunt ſtatum vitæ communis, deſtruunt ſancta conſilia diuinæ inſpirationis, quorum conſilia ratione vitæ quanto magis ſunt auctentica, tanto magis inueniũtur periculoſa. Alij dicunt, & molimen callide ex antiqui hoſtis adinuentione obijciunt: Si talia vel talia feceris, ſanctus & bonus, religioſus & deuotus iudicaberis. Et cum in te nondum ſit, quòd eſſe in alijs putaris, in conſpectu ſummi iudicis tua magna gratia, & horrenda peccata cognoſcentis, reus eris, & amittis meritum operis, & ſimulator & hypocrita reputaberis.

B Talia & ſimilia exercitia dicunt debere eſſe illorum, qui nihil mali fecerunt, qui ſancte & innocenter vixerunt, qui omnia propter Deum dimiſerunt, qui toto tempore vitæ ſuæ Deo perfecte adhæſerunt. Sed & hos Deo deuota & dilecta anima deuita, montem aſcẽde cum Maria. Paulus non ſine peccatis vixerat, non diu Deo ſeruierat, quando in tertium cælum rapiebatur, & Dominum facie ad faciem contemplabatur. Maria Magdalena tota ſuperba, tota ambitioſa, tota mundanis vanitatibus intenta, carnis cupiditatibus dedita, non longe poſt ad pedes Ieſu, inter Apoſtolos ſanctos ſedit, & cum intentione deuotam doctrinam perfectionis audiuit.

2. Cor. 12. a

C Prima omnium in modico tempore videre Deum meruit, alijſq. verba veritatis conſtanter propoſuit. Non enim eſt perſonarum Deus acceptor, non penſat nobilitatem generis, non diuturnitatem temporis, nõ multitudinem operis, ſed feruorem ampliorem, & charitatem maiorem deuotæ mentis. Non enim penſat qualis aliquando fuiſti, ſed qualis eſſe amodo cœpiſti. Vnde aliter conſulentium conſilia eſſent multum reprehenſibilia, ſi non excuſarentur ſimplicitate, licet non approbanda. Tu ergo, o anima diuino ſemine grauida, fuge indocta conſilia. Si non habes oculos linceos, noli abijcere humanos.

Act. 10. e

D Melius eſt partem habere, quàm toto carere. Malum eſt perdere propter perdidiſſe: & ſtultum eſt nolle proficere propter defeciſſe. Si non potes ſaluari per innocentiam, ſtudeas ſaluari per pœnitentiam. Si non potes eſſe Catherina, vel Cæcilia, non contemnas eſſe Maria Magdalena, vel Ægyptiaca. Si perdidiſti iuuentutem, noli amittere ſenectutem. Si vixiſti in maris fluctibus, moriaris in littoris finibus. Igitur ſi te ſentis, ſancto propoſito, Dei dulciſſimum filium Ieſum concepiſſe, prædicta venena mortifera fuge, & feſtina, deſidera, & affecta, more parturientis, feliciter ad partum peruenire.

E Sed notandum eſt, quòd beata Virgo nõ ſtatim poſt conceptionem peperit filium, ſed decurſis nouem mẽſibus genuit Chriſtum. Quod non vacat myſterio: quia non eſt omni ſpiritui credendum. Sed o anima deuota quando nouis illuſtrationibus vel reuelationibus illuſtraris, vel illuminaris inſolitis inſpiratibus, magnæ perfectionis propoſitis intrinſecus inflammaris, non ſtatim de tuo conſilio ad opus propera, ſed bene tecum & cum bonis, & potiſſimè cum illis, qui in talibus ſunt experti delibera, vtrum quæ inſpirata ſunt, liceant, deceant, & expediãt, vtrum dictis prophetarum ſint conſona, vtrum doctrinis Apoſtolorum & ſancto-

F rum doctorum aliqualiter ſint contraria, & etiã vtrum exemplis ſanctorum ſint ſimilia vel diſſimilia, & ad opus feſtina, vel ſtatim abſoluas te ab his in tua conſcientia: quia periculoſum eſt, tales inſpirationes diu, & frequenter in mente concipere, & tamen ad effectum boni operis modicum, vel nihil properare.

SECVNDA SOLEMNITAS

De natiuitate pueri Ieſu.

SEcundo igitur attende, & conſidera, qualiter benedictus Dei filius ſpiritualiter naſcatur in mente. Naſcitur enim cum poſt ſanum conſilium, poſt diſcuſſum

ſcuſſum ſufficienter negotium, poſt inuocatum diuinum patrocinium, ſanctum propoſitum perducitur ad effectum. Cum iam anima incipit agere, opere perficere, quod diu pertractauit in mente: cum iam incipit viriliter agere, quod iam dudum proponebat perficere, ſed tamen ſemper formidabat inchoare: quia timebat deficere. In iſta beatiſſima natiuitate angeli iubilant, Deum glorificant, & pacem prædicant. Quia dum quod diu mente conceptum eſt, ad effectum boni operis perducitur, pax interior reformatur. Non enim in regno animæ pax diuina bene geritur, quando caro ſpiritui & ſpiritus carni reluctatur: quando ſpiritus ſolicitudinem, & caro affectat multitudinē: quando ſpiritum Chriſtus, & carnem mundus: quando ſpiritus quærit quietem contemplationis cum Deo, & caro appetit honorem prælationis in ſeculo. Econtra poſtquam caro ſpiritui ſubiugatur, poſtquam bonum opus, quod diu per carnem eſt impeditum, perducitur ad effectum, pax & exultatio interior reformatur. In iſta natiuitate non auditur clamor lamentabilis, non ſentitur dolor lacrymabilis, non percipitur cruciatus miſerabilis, ſed admiratio de integritate, exultatio de nouitate Dei, glorificatio de ſtrenuitate. O quàm beata natiuitas, quam tanta ſequitur angelorum & hominum iucunditas. O igitur quàm dulce & delectabile eſſet, naturam operari, ſi inſania nos permitteret, qua ſanata ſtatim naturalibus gratia arridet. Iam experitur, quòd verum eſt illud Euangelicum dictum: Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt & onus meum leue.

Mat. 11. d

Sed notandum eſt hic, o anima deuota, ſi te hæc iucunda delectet natiuitas, debes eſſe primo Maria. Nam Maria interpretatur amarum mare, illuminatrix & domina. Eſto ergo amarum mare per lacrymoſam contritionem, vt pro peccatis commiſſis amariſſime doleas, vt de bonis omiſſis profundiſſime ingemiſcas, de diebus neglectis & perditis inceſſanter te affligas. Eſto ſecundo illuminatrix, per honeſtam conuerſationem, per virtuoſam operationem, & ſtudioſam aliorum in bono informationem. Eſto tertio domina ſenſuum, carnalium concupiſcentiarum, omnium operationum tuarum, & omnes actiones ſecundum rectum dictamen rationis facias, & in omnibus tuam ſalutem & proximi ędificationem, diuinam laudem & gloriam appetas, & requiras. Hæc eſt illa felix Maria, quæ pro peccatis perpetratis dolet & ingemiſcit, quæ virtutibus fulget & clareſcit, quæ carnalibus delectationibus dominatur. Ab iſta Maria Ieſus Chriſtus cum gaudio ſine dolore, abſque labore ſpiritualiter naſci non dedignatur. Poſt hanc felicem natiuitatem cognoſcit, & guſtat, quàm ſuauis eſt Dominus Ieſus. Reuera ſuauis eſt, quando nutritur ſanctis meditationibus, quando balneatur deuotis & calidis lacrymarum fontibus, quando inuoluitur caſtis deſideriorum velaminibus, portatur ſanctæ dilectionis in amplexibus, oſculatur crebris deuotionis affectibus, & confouetur in interioris mentis finibus. Non enim ad hoc naſcitur, vt abijciatur: ſed vt cum ſumma diligentia, more regalium infantium, cuſtodiatur. Hic nota fidelis anima, quod in te contingunt illa ſigna ſpiritualiter, quæ in Chriſti natiuitate contigerunt viſibiliter. Multis enim ſignis & prodigijs ſecundum doctorum ſententiam & doctrinam, eſt illa benedicta natiuitas comprobata. Nam in ciuitate Romana muri templi pacis funditus corruerunt. Sodomitæ in toto orbe morte ſubitanea interierunt. Vineæ Engaddi illa nocte floruerunt, & fructum balſami protulerunt. Fons aquæ mutatus eſt in fontem olei, & fluxit vſque in Tiberim, & manauit tota nocte illa. Stella magna apparuit, quæ formam pulchri pueri habuit, & in capite crux ſplendebat. Tres ſoles apparuerunt in oriente, & paulatim in vnum corpus ſolare ſunt redacti. In die media circulus aureus apparuit circa ſolem, & in medio circuli virgo pulcherrima, puerum geſtans in gremio. Et quid plura? Iſtam natiuitatem beatiſſimam angeli mirabiliter prædicabant, paſtores nunciabant, animalia bruta cognoſcebant. Ecce iam vidiſti, qualibus ſignis & prodigijs eſt viſibiliter monſtrata natiuitas Saluatoris.

Maria amarum mare.

Multa ſigna in natiuitate Chriſti viſa.

Sed iam aduerte diligenter fidelis anima, quæ cupis eſſe Ieſu mater ex gratia, vtrum in te ſpiritualiter innouata ſint hæc ſigna, immutata mirabilia: vt ſic poſſis aliqualiter certificari de hac natiuitate ſalutifera. Aduerte diligenter, conſidera frequenter an aliquod in te corruit templum, hoc eſt, appetitus vanæ ambitionis & ſuperbiæ. vtrum ceciderit idolum, id eſt affectus falſæ poſſeſſionis & auaritiæ. vtrum ne adhuc incurrunt ſodomitæ, ſcilicet carnalis delectationis & concupiſcentiæ. Hæc ſunt quaſi prima ſigna iſtius natiuitatis ſalutiferæ, quando iam anima ſe ſentit euacuatam ab ambitione per virtutem humilitatis: alienatam ab auaritia per deſiderium paupertatis: purgatam a macula luxuriæ per amorem caſtitatis. Poſt hæc conſidera cum magna diligentia, vtrum adhuc floreat aliquid vinea balſami, id eſt multitudo ſanctarū affectionum? vtrum fluat fons olei, id eſt de tuo corde exeant opera miſericordiæ: vtrum illi tres ſoles, id eſt tres theologicæ virtutes oriantur in oriente, id eſt in deuota mente, & vniantur inter ſe mutua fœderatione. Vide etiam ſi ſtella nouæ claritatis, id eſt diuinæ cognitionis adhuc aliquid fulgeat. Si circulus aureus iuxta ſolem, id eſt ſancta affectio iuxta cognitionem appareat. Si virgo cum puero illic ſedeat, id eſt ſi oratio pura cum deuotione ſincera in affectione permaneat. Poſt hæc omnia ſi adorent animalia, id eſt perfectè obediat ſenſitiua. Si quærunt reges, id eſt deſiderijs & affectionibus nouis ad Ieſum mouentur virtutes intellectuales. Si angeli, id eſt omnes habitus virtuoſi per mentis hilaritatem iubilent: propter mentis tranquillitatem, pacem nuncient: propter cordis ſerenitatem Ieſum prædicent. Et poſtremo ſubtiliter conſidera, ſi paſtores, id eſt ſanctę meditationes paruulum natum Ieſum tibi datum, in præſepio inueniant. Præſepe eſt conſcientia inferius clauſa per contemptum mundanorū, ſuperius aperta per deſiderium æternorum. Hic eſt locus requietionis pauperis regis. illic poſt natiuitatem a matre reponitur. ibi a paſtoribus inuenitur. O felix præſepe, quæ contines? Regem gloriæ in te inuenio vt iumentum, & refectorium angelorum. De te paſcuntur bruta animalia, & reficitur anima deuota, te, licet improprie, tamen fœlicem prædico. Sed multo feliciorem dico deuotam conſcientiam, quæ non eſt id, quòd tu per eſſentiam, ſed tamen continet ſpiritualiter, quod tu continebas corporaliter.

TERTIA SOLEMNITAS

De impoſitione nominis pueri Ieſu.

TErtiò conſiderandum, qualiter ille beatiſſimus infantulus, ſpiritualiter natus, ſit nominandus. Et puto quòd non poteſt nominari cōgruentius, quàm Ieſus, quia ſcriptum eſt: Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab angelo priuſquam conciperetur in vtero. Hoc eſt nomen ſacratiſſimum, a Prophetis prophetatum. hoc eſt nomen virtuoſum, gratioſum, gaudioſum, delitioſum, & glorioſum. Virtuoſum, quia ſuperat hoſtes, congregat ciues, reparat vires, reuocat mentes. Gratioſum, quia in ipſo habemus fidei fundamentum, ſpei firmamentum, charitatis augmentum, iuſtitiæ complementum. Gaudioſum, quia iubilus in corde, melos in aure, mel in ore, ſplendor in mente. Nomen vtique delitioſum, quod paſcit cogitatum, lenit prolatum, vngit inuocatum, reficit ſcriptum, inſtruit factum, Nomen re vera glorioſum, quod dedit cæcis viſum,

Luc. 2. c

ſurdis

ſurdis auditum,ſermonem motis, vitam mortuis, &
greſſum claudis. O nomen benedictum, quod oſten-
dit tantum virtutum effectum. O anima, ſiue ſcribas,
ſiue legas, ſiue doceas, ſiue aliud quodcumque opus
facias, nihil tibi ſapiat,nihil tibi placeat,niſi Ieſus. No-
men igitur tuum, infantulum in te ſpiritualiter geni-
tũ Ieſus. habeat ſibi quòd nominatur Dei filius,ſplen-
dor gloriæ,imago ſubſtãtiæ,verbum patris, virtus om-
nipotentus, heres vniuerſorum, rex regnm, Dominus
Dominorum. Habeat ſibi quòd dicitur Chriſtus, ideſt
vnctus & bene,quia in prophetã ſicut claruit in doctri
næ eruditione: in pugilem, ſicut patuit in Diaboli de-
bellatione: in ſacerdotem, ſicut oſtendit in patris re-
conciliatione: in Regem, ſicut monſtrabit in præmio-
rum retributione. Habeat hæc omnia, ſibi cum ſuis
beatis communia. Sit tantum tibi Ieſus Saluator in hu-
ius vitæ incolatu & miſeria. Saluet, inquam, te a mun-
di vanitate, quæ te impugnat: a dæmonis falſitate, quæ
te infeſtat: a carnali fragilitate, quæ te cruciat. Clama
deuota inter tot huius vitæ flagella. O Ieſu Saluator
mundi ſalua nos: qui per crucem & ſanguinem rede-
miſti nos. Salua, inquam, dulciſſime Saluator, con-
fortando debilem, conſolando flebilem, adiuuando
fragilem,conſolidando inſtabilem. Sed heu vnum eſt,
quod cum fletu referam, quod non vacat myſterio,
quod non ſtatim vt naſcitur, circumciditur, & nomi-
natur, ſed ſecundum leges dies octaua expectatur. Pu-
to quòd per ſeptenarium,qui in octonatio includitur,
vniuerſitas diuinarum & moraliũ virtutum, cum vni-
tate, & vinculo pacis figuratur. Quia poſtquam om-
nia per fortitudinem aduerſa tolerauit: per iuſtitiam
miſeros,& egentes ſuſtentauit: per temperantiam,cõ-
cupiſcentias ſuperauit: per prudentiam mundi & an-
tiqui hoſtis inſidias declinauit. Adhuc poſtquam per
fidem Deum omnium creatorem intellexit: per ſpem
in eum tamquam remuneratorem in omnibus operi-
bus ſuis aſpexit: per charitatem eum tamquam omniũ
bonorũ largitorem toto corde dilexit. Et demum die
octauo circũciſis ab anima omnibus phantaſticis ima-
ginationibus,omnibus vanis & inutilibus cogitationi-
bus, pacatis omnibus animæ motibus, & inordinatis
affectionibus, per exercitium contemplationis in Do-
mino dulciter requieſcit. Tunc puer nominatur,tunc
dulce nomen Ieſus imponitur, tunc eis dulcedo ſenti-
tur & guſtatur, tunc experitur virtutem, tunc percipit
iucunditatem. O quantam ſæpius ſentit dulcedinem,
poſt illam beatam nominis impoſitionẽ, illa felix ma-
ter naturalis, & vera mater ſpiritualis, virgo Maria,
quando percipit in hoc nomine dæmonia eijci, cæcos
illuminari,infirmos curari,mortuos ſuſcitari,miracu-
la cumulari. Sic certe tu ò anima ſpiritualis merito
debes gaudere & exultare quando tu percipis in te &
in alijs,quòd tuus benedictus filius Ieſus dæmones fu-
gat,in peccati dimiſſione: cæcos illuminat, in veræ co-
gnitionis infuſione; mortuos ſuſcitat, in gratiæ colla-
tione: infirmos curat,claudos ſanat, paralyticos & cõ-
tractos rectificat,in ſpirituali cõfortatione: vt iam effi-
ciantur fortes & viriles per gratiam, qui prius erant
debiles & infirmi per culpam. O quam felix & bea-
tum nomen, quòd tantam meruit habere virtutem
& efficaciam. Aliquando lætificat, aliquando vſque
mentis ebrietatem infundit, & ſuam dulcedinem
communicat.

QVARTA SOLEMNITAS.

De Magorum adoratione.

QVarta ſolemnitas, quæ conſiſtit in Magorũ ado-
ratione. Poſtquam etiam anima iſtum dulciſſi-
mum puerum, per gratiam ſpiritualiter concepit, pe-
perit, & nominauit, tres reges, ideſt tres animæ vires,
quæ bene reges dicuntur,quæ iam carni principantur,
ſenſibus dominantur, in ſolis diuinis ſtudijs, ſicut de-
A cet, verè reges, occupantur, puerum iam per effectus
multiplices eis reuelatum in ciuitate regia, hoc eſt in
totius mundi machina, æſtimant eſſe quærendum.
Quærunt igitur meditationibus, requirunt affectioni- Quali affe-
bus, interrogant deuotis cogitationibus: Vbi eſt qui ctu anima
natus eſt? Vidimus ſtellam eius in Oriente, vidimus deuota Ie-
claritatem eius fulgentem in deuota mente, vidimus ſum quæ-
ſplendorem eius radiantem in intimis animæ, audiui- rat.
mus eius vocem, quæ eſt dulciſſima, guſtauimus eius *Matt.2. a*
dulcedinem quæ eſt ſuauiſſima, percepimus eius odo-
rem ſuauiſſimum, experti ſumus eius amplexum deli-
tioſiſſimum. Iam Herodes, redde reſponſum, oſtende
B dilectum, monſtra infantulum deſideratum. Propter
tuam gloriam videndam non venimus, propter tuam
gratiam obtinendam nõ properauimus, propter tuam
maieſtatem adorandam non feſtinauimus. Tua enim
gratia ipſius eſt factura, tua maieſtas ipſius creatura,
tua iucunditas ſua eſt potentia, tua opulentia ipſius
vmbra, tua nobilitas, tua magnificentia eſt ſuæ infi-
nitæ bonitatis & nobilitatis modica ſcintilla. In te in-
uenimus quo ipſum cognoſcimus, amamus, & deſide-
ramus, non in quo requieſcere debeamus. Tuus ho-
nor & decus eſt ſui decoris nutus. Dic igitur ne pro-
trahas, Vbi eſt qui natus eſt? Vbi eſt ergo longitudo
C breuis, magnitudo leuis, altitudo ſubdita, latitudo an-
guſta? Vbi lux lucens,aqua ſitiens,panis eſuriens? Dic
nobis, vbi potentia regitur, ſapientia inſtruitur, virtus
ſuſtentatur, verbo patris lactatur? Dic nobis, vbi æter-
nus Dei filius Infans inuenietur? Vbi ſplendor pater-
næ gloriæ pannis inuolutus cernitur? Vbi audiemus in
cunabulis vagientem, qui eſt miſerorum conſolatio?
Vbi videbimus inter brachia infantulum baiulatum,
qui eſt angelorum, & hominum, cælorum & creatu-
rarum omnium conſeruator & ſolidatio? Hunc deſi-
deramus, hunc quærimus. O dulciſſime, ò amantiſ-
ſime puer æterne, infans antique, quando te videbi-
D mus, quando te inueniemus, quando ante faciẽ tuam
apparebimus? Tęder gaudere ſine te, delectat gaude-
re tecum, & flere tecum. Omne quod tibi eſt aduer-
ſum, nobis eſt moleſtum: tuum beneplacitum eſt no-
ſtrum indeficiens gaudium, & deſiderium. O ſi tam
dulce eſt flere de te, quàm dulce erit gaudère de te.
Vbi ergo es, quem quærimus? Vbi es, quem in om-
nibus & præ omnibus deſideramus & affectamus?
Vbi es qui natus eſt Rex Iudæorum, lex deuotorum,
dux miſerorum,lux cæcorum,vita morientium, ſalus
æterna æternaliter viuentium? Et ſequitur reſponſio
conueniens. In Bethleem Iudæ. Bethleem domum
E panis, Iuda confitens interpretatur. Ibi enim Chri-
ſtus inuenitur vbi poſt confeſſionem criminum panis
cæleſtis vitæ, id eſt doctrina Euangelica auditur, ru-
minatur, & deuota mente retinetur, vt opere implea-
tur, & alijs adimplenda proponatur. Ibi puer Ieſus
cum Maria matre inuenitur, vbi poſt lacrymoſam con
tritionem, poſt fructuoſam confeſſionem, dulcedo
cæleſtis conſolationis aliquãdo inter abundantiſſimas
lacrymas deguſtatur: vbi oratio quem pene deſperan-
tem inuenit: gaudentem & de venia præſumentem de-
relinquit. O felix Maria a qua Ieſus concipitur, de
qua Ieſus naſcitur, & cum qua tam dulciter, & gau-
F denter Ieſus inuenitur.
Sed notandum eſt hic, quòd Ieſus quæſitus legitur Ieſus a mul
a regibus, & hoc vt ipſum cum omni reuerentia tis quæſi-
adorarent. A doctoribus, vt ab ipſo veritatis docu- tus.
menta cum ſumma diligentia audirent. A ſponſa,
vt ſuæ ſuauitatis dulcedinem per ſecreta colloquia
deguſtaret. A Maria matre, vt ipſum perditum re-
periret, & ab ea ſe amplius non alienaret. Sic vos
ò reges, hoc eſt, deuotæ animæ vires naturales quæ-
rite cum regibus terrenis, vt adoretis, & mune-
ra offeratis. Adorate cum reuerentia, quia Crea-
tor & Redemptor, & remunerator. Creator in natu-
ralis vitæ formatione: Redemptor in ſpiritualis vitæ
reformatione: remunerator in æternæ vitæ collatio-

A næ. O vos reges adorate cum reuerentia, quia rex potentiſſimus: adorate cum decentia, quia magiſter ſapientiſſimus: adorate cum lætitia, quia princeps liberaliſſimus. Adorate, inquam, gaudenter, quia eſt dux æquitatis: adorate decenter, quia eſt lux veritatis; adorate feruenter, quia eſt fax charitatis. Nec ſufficiat vobis ratio, niſi concomitetur oblatio. Offerte, inquam, aurum dilectionis ardentiſſimæ: offerte thus conſolationis deuotiſſimæ: offerte myrrham contritionis amariſſimæ. Aurum dilectionis, propter bona collata: thus deuotionis propter gaudia præparata: & myrrham contritionis propter peccata perpetrata. B Aurum offerte æternæ diuinitati, thus animæ ſanctitati, myrrham corporis paſſibilitati. Quærite etiam ò reges cum doctoribus, vt nobis pandat ſecreta ſuæ inſcrutabilis ſapientiæ, vt oſtendat magnalia ſuæ admirabilis potentiæ, vt vos doceat beneplacita ſuæ voluntatis, & complacentiæ. Quærite, inquam, cum reuerentia, quomodo omnia tam potenter de nihilo creauerit: quomodo cuncta tam ſapienter in vniuerſo ordinauerit: quomodo ſingula tam clementer ſuo inæſtimabili bono decorauerit. Quærite humiliter, ſi homini fas eſt in hac vita inueſtigare, qualiter illæ tres perſonæ coæquales, & coæternæ ſubſiſtant in vna & indiuidua ſubſtantia, & hoc in trinitate beatiſſima. C Qualiter illæ tres ſubſtantiæ, videlicet, carnis & animæ & deitatis conueniant in vna perſona, & hoc in Chriſti incarnatione ſacratiſſima. Qualiter ab æterno pater a nullo, filius a patre ſolo, ſpiritusſanctus ab vtroque. Ipſe quem quæris doctor eſt, & cognitor omnis veritatis, a quo omnis veritas principaliter quæritur. Poſt quem veritas exemplariter perducitur, ad quem omnis veritas finaliter reducitur, & ordinatur. Ipſe eſt doctor, qui docet omnem veritatem. Veritatem vitæ, quam in multis deſtruxit luxuſa guloſitas: veritatem doctrinæ, quam heu in pleriſque cæcauit voluptuoſa vanitas: veritatem iuſtitiæ, quam effugauit periculoſa auiditas. D Quærite ergo vos reges deuoti Ieſum, vt vos doceat omnem veritatem: veritatem vitæ, vt ſciatis qualiter voſipſos vtiliter regere debeatis: veritatem doctrinæ, vt cognoſcatis qualiter ſubiectos laudabiliter dirigatis: veritatem iuſtitiæ, vt intelligatis qualiter Deo ſeruiliter ſeruiatis. Quærite etiam Ieſum aliquando cum ſponſa dilectiſſima in horto delitiarum, vbi deambulat cum adoleſcentulis, vbi lilia colligit cum virginibus, vbi comedit fructus pomorum ſuorum cum iuuenculis. Quærite in cella vinaria, vbi cenam ſuam præparauit, ad quam ſuas ſpecialiſſimas amicas, quæ ſequuntur eum, E quocumque ierit, tantum inuitauit, vbi præcinget ſe, & faciet eas diſcumbere, & tranſiens perſonaliter miniſtrat eis. vbi adminiſtrat fercula varia de pinguedine ſuæ æternæ, nobiliſſimæ, & ſecretiſſimæ diuinitatis. Vbi propinat pocula ſuæ dulciſſimæ, & caſtiſſimæ humanitatis. Certe illic bibunt amicæ, ſed inebriantur chariſſimæ. Quærite tandem in cubiculo, vbi requieſcit cum ſponſa inter amplexus, & oſcula. vbi cubat in meridie, quando ſplendor æternæ veritatis tam luculenter lucet, ardor ſupernæ charitatis tam dulciter ardet. Ibi inſtillat auribus ſponſæ ſecretiſſima ſuæ profundæ, & inſcrutabilis ſapientiæ. F ibi donat altiſſima munera ſuæ ſummæ, & incomparabilis magnificentiæ. ibi iocatur, ibi blanditur, ibi conſolatur, ibi dilecta alloquitur, dicens: Pete, quod vis, & dabitur tibi. O quam felices qui Ieſum in hoc cubiculo ſecretiſſimo inueniunt, qui hoc cubiculum intrare præſumunt. O quàm pauci eum in horto delitiarum inueniunt, ſed pauciores in cella vinaria reperiunt, pauciſſimi vero non, niſi ſecretiſſimi amici cubiculum intrare præſumunt. Quia ſcriptum eſt: Adiuro vos filiæ Hieruſalem ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

Cant. 2. b

Vnde ſufficiat vos ò reges, qui adhuc terrena ſapi- A tis, qui adhuc temporalia diſponitis, quòd Ieſum aliquando poſt diligentem inquiſitionem in præſepio inueniatis. Veſtra enim conſcientia adhuc forte non eſt facta hortus delitiarum, vbi florent ſanctæ meditationes, redolent virtuoſæ operationes, vbi vigent delitioſæ affectiones. Nec forte minus perfecte dici poteſt cella vinaria, vbi illa cæleſtia fercula odorantur, illa vina angelica guſtantur, quibus amici aliquando hic in terris conſolantur. Sed heu minime, vt timeo, dici poteſt cubiculum omnibus creaturis abſcõditum, ſoli ſponſo præparatum, ſtratum, & ornatum, vbi ſponſus cum ſponſa, dilectus cum dilecta requieſcit, inter B ſecreta, & indicibilia ſui familiaris oſcula. vbi ſæpe audiuntur talia & tam arcana, quæ quidem intelliguntur, ſed non dicuntur, quia forte vel exprimi nequeũt, vel ab hominibus, ſecundum hominem viuentibus, percipi numquam poſſunt. Si tamen ex abundantia diuinæ pietatis, aliquando ipſum poſt fletum & planctum, poſt luctum & gemitum, poſt poſitum ſæcularе negotium, ad modicum vidiſtis in horto delitiarum, vel forte, quod magis verum eſt, ante fores, adhuc vobis clauſas, per foramen inſpexiſtis in cellam vinariam, & vidiſtis ſponſum ornatum & ſuccinctum, tranſeuntem, miniſtrantem, propinantem ſuis amicis C varia fercula, & vina delitiarum, & ſtatim ignota & incognita, nec adhuc talia admittenda, per ianitores expulſi & repulſi fuiſtis, & iterato heu ad ſolita & mundana rediiſtis. Sed tamen poſt hoc ad cor reuerſi, non immemores illius iucundæ ſocietatis, quam gaudio cordis in horto delitiarum aſpexiſtis. Necnon & illius beatiſſimæ iucunditatis & ſolemnitatis quam deſolatam per rimulam inſpexiſtis, de qua neſcio quale ſolatium, ſed tamen tale quod exuperat omnem ſenſum, & omne huius mundi conuiuium, per ſpiramentum modicum ſenſiſtis. Tunc cum Maria matre Ieſum perditum cum dolore, & mœrore quærite, D currite cum planctu & gemitu poſt Ieſum quærendum, quærite tunc & flentes dicite: O quando te inueniemus conſolatorem, quem expectamus? Quando te inueniemus gaudium noſtrum, quod deſideramus? O ſi anima noſtra adhuc redire ſemel valeat, & ſi non ad amplexus & oſcula, ſaltem vbi redolet hortus delitiarum & ſuauiſſime fragrat cella vinaria. Iam anima per teipſam quære dilectum tuum, quem concepiſti, tuus eſt filius quem genuiſti, & quare dimiſiſti a quo tot & tam inſolita gaudia ſuſcepiſti? O vos reges inclyti, vos principes, & defenſores, & cooperatores mei, vos hactenus quæſiſtis vt regem, E qui vos ſua gratia coronaret, vt doctorem qui vos ſua ſapientia illuſtraret, vt conſolatorem, qui ſua clementia vos reficeret. Nunc ſupereſt, vt ego quæram filium quem perdidi: dilectum, quem amiſi: amantiſſimum Ieſum meum, quem heu infelix & miſera, in templo dimiſi, poſtquam denuo ad vana & falſa & inania me conuerti. Heu me derelictam, & deſolatam, & omni ignominia plenam reliquit. Quare ſuis conſilijs non acquieui? Quare in ſuis monitis non permanſi? Quàm diu ſuam præſentiam per veram ſolationem ſenſi, affuit mihi omnis boni abundantia; quamdiu ipſum habui omnibus bonis abundaui. Sed F heu, quàm infelix & quàm miſerabilis propter paupertatem amiſi diuitias, propter aſperitatem poſtpoſui delitias, propter curam, & ſolicitudinem dereliqui quietem magnam, & ſpiritus dulcedinem, propter alienum neglexi meipſum, propter hominem regendum perdidi Deum meum, dilectum meum, conſolatorem meum, dulciſſimum Ieſum filium meum. Quid ergo faciam? quo vadam? vbi quæram, vt iterato ipſum inueniam? Aliquotiens propter prædicta ipſum amiſi, ſed denuo adiuuante, & reuelante clementiſſimo patre miſericordiarum Deo, in cuius vinea laboro, cuius voluntati de conſilio maiorum deſeruio, ad cuius gloriam ampliandam me dulcis Ieſu ſolatijs per occupationem cordis ſæpius

priuo,

priuo, propter cuius honorem conſeruandum, varijs tribulationibus me expono, ipſo ex ſolita pietate auxiliante. Perditum cum ingenti cordis gaudio, poſt varios ſingultus, & gemitus, etiam inter abundantiſſimas lacrymas reperi & inueni. O vtinam ipſum adhuc ſemel taliter inuenirem, puto quòd amplius non dimitterem, ſed totis viribus retinerem.

Cant. 3. a

Quid ergo faciam? Surgam & quæram quem diligit anima mea: poſtquam occupationes & ſolicitudines dimittam, ad orandum me conferam. Et ſi hæc non ſufficiunt, inter cognatos & notos, id eſt ſpirituales & deuotos ipſum quæram. Ipſi ſunt in quibus habitat, ipſi ſunt cum quibus moratur, quando ab alijs amittitur. Hi ſunt, cum quibus tamquam in ſolitudine latitat, quando ipſum a me miſer ſtrepitus cogitationum fluctuantium fugat. Heu quando illis ſimilis fui, tunc habui, tunc tenui, tunc amplexata & oſculata fui Ieſum, quem nunc curis diſtracta, ſolicitudinibus occupata & afflicta, lamentabiliter amiſi. Dicite ergo ò vos religioſi, vos abſtracti, vos ſolis diuinis meditationibus dediti, num quem diligit anima mea vidiſtis? Certe ſcio quòd habetis, ſcio quòd bene ſcitis, quia ſentitis & gaudetis. Reddite ergo in charitate, quod non amittitis: communicate quòd non dimittitis. Et ſi in me propter diſtractionem ad horam feruor dilectionis tepuit, habitus tamen dilectionis, vt ſpero, non ceſſauit. Et ſi propter occupationem familiarem dilecto allocutionem intermiſi, à charitate tamen ipſius non receſſi. Et ſi propter proximorum vel modicam ædificationem, ipſi tota mentis intentione non adhæſi, deſiderium tamen reuertendi in mente habui. Et re vera, vt verum fatear, non ad gloriam dico, ſed tantum ad reuocandum ad dilectum perditũ humiliter allego, non propter meum lucrum, ſed propter ſuum conſilium: non propter meam ambitionem, ſed propter ſuam æternitatem, gloriam & honorem: nõ propter prælationis laudem, ſed proximorum ſalutem, curis & ſolicitudinibus dedita. Quare ergo propter hoc, quòd pia intentione etiam quaſi & gemeos facerem, dilecti præſentia ſaltem aliquando, & ſi raro, conſolari non deberem? Non eſſet æquum, ſed, ſi fas eſſet dicere, iniuſtum & impium, quòd pijſſimus Ieſus non ſtatuit, quod diuina lex nuſquam approbauit. Sæpe enim propter amici voluntatem, dulcis amici præſentia intermittitur, vt poſtmodum cum ampliori amborum iucunditate reparetur, ſic & ego propter ipſum aliquando deſerui, ſi propter ſuam gloriam ampliandam, labores, perſecutiones, detractiones, impugnationes ſuſtinui. Si his omnibus, & his ſimilibus etiam vſque ad defectum repleta fui, & ad ipſum gemens, & amẽs redeo, numquid ipſius ſolatio, vt vel modicum in tribulatione reſpirem, carebo? Quid ergo eſt, Dilectus meus loquitur mihi? Quid eſt quòd per ipſum in

Mat. 11. d

Euangelio clamatur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos? Numquid ego qui propter honorem eius, diei pondus & æſtus ſuſtineo, ſaltem poſt laborem, & de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum, refici non debeo? Abſit ergo ne ſolummodo vobiſcum o vos contemplatiui, moretur dilectus, & laborans agricola ſit contemptus & abiectus. Oportet tamen, ſicut Scriptura

2. Tim. 2. a

teſtatur, laborantem agricolam, aliquando fructibus cæleſtibus patriæ prælibare, & hoc ne deficiat in labore. Sic Apoſtoli inter varia opprobria, martyres inter flagella, virgines inter cruciatus & verbera, ſen-

Act. 5. g

ſerunt dilecti ſolatia. Ibant gaudentes à conſpectu concilij, collaudantes & benedicentes Dominũ, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Sic confeſſores & eremitæ, monachi & anachoritæ, poſt vigilias & ieiunia, inter lacrymas & gemitus ſenſerunt diuina gaudia. Sic rectores, doctores, & eccleſiarum fideles prælati, poſtquam laboribus & curis ſunt extenuati, de benignitate dulcis Ieſu ipſorum pijſſime; dulciter ſunt corda refecti. Non enim Maria Ieſum frequenter habuit ſola, ſed etiam a Martha poſt prædicationem hilariter, & gaudenter receptus fuit. Ego ergo in Domino confidens, & de diuina clementia tam multipliciter probata, & exemplariter oſtenſa præſumens, dulciſſimum Ieſum aliquando quæram cum Maria matre in templo, aliquando cum ſponſa in cubiculo, aliquando cum diſcipulis in conſiſtorio, aliquando cum regibus in diuerſorio.

QVINTA SOLEMNITAS.

De præſentatione pueri Ieſu in templum.

QVinto & vltimo conſideret fidelis anima, qualiter natus paruulus per diuerſorum operum conſummationem, & nominatus per cæleſtium dulcedinum deguſtationem, & quæſitus, & inuentus adoratus & honoratur, per ſpiritualium munerum præſentationem, in templum ſit præſentandus, & Domino offerẽdus, & hoc per debitarum gratiarum deuotam, & humilem actionem. Igitur poſtquam felix anima mater Ieſu ſpiritualis, per iſtius benedicti filij conceptionem purgata per pœnitentiam, poſtquam aliqualiter iam poſt natiuitatem cõfortata per gratiam, poſtquam etiam eſt iam per impoſitionem benedicti nominis conſolata medullitus, & tandem in adoratione cum regibus informata diuinitus, quid aliud reſtat, niſi vt in cæli ſancti Hieruſalem portetur, & in templum diuinitatis, præſentetur Deus, Dei & virginis filius? Aſcende igitur ſpiritualis Maria, non iam in montana, ſed in cæleſtis Hieruſalem habitacula beatæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis. Flecte humiliter mentis genua in ſupernæ ciuitatis palatia, ibi ante thronum æternitatis Deo Patri filium tuum repræſenta, laudando, glorificando, & benedicendo patrem & filium cum ſancto Spiritu. Lauda cum iubilo Deum Patrem, per cuius inſpirationem bonum propoſitum concepiſti. Glorifica cum gaudio Deum Filium, per cuius informationem conceptum propoſitum opere perfeciſti. Benedic & ſanctifica ſanctum Spiritum, per cuius conſolationẽ in bono exercitio hactenus perſtitiſti. O anima, Deum Patrem in omnibus donis ſuis & bonis tuis glorifica, quia ipſe eſt qui te de ſæculo per occultam inſpirationem euocauit, dicens: Reuertere reuertere

Cant. 6. d

Sunamitis, reuertere reuertere, &c. Deum Filium in omnibus factis tuis magnifica. Ipſe enim eſt, qui te de dæmonis ſeruitio per ſecretam ſuam informationem liberauit, dicens: Tolle iugum meum ſuper te.

Mat. 11. d

Iugum ſuum dæmoni abijce. Iugum ſuum amariſſimum: iugum meum ſuauiſſimum. Iugum ſuum ſequitur cruciatus æternus & tormenta: iugum meum ſequitur fructus ſuauiſſimus & requies opulenta. Iugum ſuum ſi quando dulcedinem exhibet, falſa eſt & momentanea, ſcilicet dulcedo: Iugum meum quando dulcedinem confert & lætitiam, vera eſt & ſalutifera. Ipſe ſuos ſeruitores modicum aliquando extollit, vt in æternum confundat. Qui autem honorificat me, ſed ad momentum humiliatur, vt æternaliter glorietur, & regnet. Iſta fuit doctrina, quæ te Dei filius aliquando per ſe, aliquando per ſuos doctores & amicos reformauit a dæmonis falſa perſuaſione, a carnis & mundi blanda deceptione liberauit. Deum Spiritum ſanctum ſemper benedic & ſanctifica, qui te per ſuam conſolationem melliſluam, in bono confortauit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati

Ibidem.

eſtis, & ego reficiam vos. Qualiter enim ò anima tenera & dilecta, fragilis & infirma, delitijs mundi aſſueta, gaudijs huius ſæculi tamquam fæcibus vinarijs more porcorum inebriatã, qualiter potuiſſes inter tot & tanta antiqui hoſtis retia, inter tot falſa conſilia, inter tam varia impedimenta, inter tam innumerabilia amicorum conſanguineorum & aliorum propinquo-

rum a via morum vulnerantium iacula, in bono perſtitiſſe? Qualiter potuiſſes tot funibus peccatorum circumamplexa, in bono profeciſſe, ſi non Spiritusſancti gratia fuiſſes miſericorditer adiuta, & ſæpius dulciter conſolata & refecta? In ipſum igitur refunde omnia opera tua, tibi nihil retine. Dic cum pura & deuota mentis intentione: Omnia opera mea operatus es Domine, in conſpectu tuo nihil ſum, nihil poſſum, de tuo munere eſt quòd ſubſiſto, ſine te nihil agere poſſum. Tibi clementiſſime Pater miſericordiarum, quod tuum eſt offero, tibi commendo, tibi committo me indignam, & ingratam omnibus donis tuis, per te mihi collatis humiliter recognoſco. Tibi laus, Iſa.26.c

A tibi gloria, tibi gratiarum actio, o beatiſſime Pater maieſtas æterna: quia me per tuam infinitam potentiam de nihilo creaſti, te laudo, te glorifico, tibi gratias ago. O beatiſſime fili, claritas paterna: quia me per tuam æternam ſapientiam de morte æterna liberaſti, te benedico, te ſanctifico, te adoro. O beatiſſime ſpiritus almé, quia me per tuam benedictam pietatem & clementiam de peccato ad gratiam, de ſæculo ad vitam religioſam, de exilio ad patriam, de B labore ad requiem, de mærore ad iucundiſſimæ & delitioſiſſimæ beatæ fruitionis dulcedinem reuocaſti. Quam dulcedinem nobis dulcis Ieſus concedat: Qui cum patre, &c.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
DE PASSIONE DOMINICA
Officium.

Paſſionis Dominicæ officium a matutino vſque ad completorium tam ſingulari artificio, & ardenti pietatis affectu, a Sancto Bonauentura compoſitum eſt, vt compunctus animus acerbiſſimæ Paſſionis Redemptoris compatiens, in eaq. infinitam Domini miſericordiam erga genus humanum conſpiciens, ſub hac forma officij aſſiduas ad Deum preces effundere valeas.

AD MATVTINVM.

Domine labia mea aperies. ℟. Et os meum, &c. ℣. Deus in adiutorium meum, &c. ℟. Domine ad adiuuandum, &c. Gloria, &c. Alleluia. *Inuitato.* Chriſtum captum & deriſum, flagellatum & crucifixũ. Venite adoremus. *Pſal.* Venite Exultemus Dño. *Hym.*

IN Paſſione Domini,
Qua datur ſalus homini,
Sit noſtrum refrigerium,
Et cordis deſiderium.
Portemus in memoria
Dolores & opprobria,
Chriſti coronam ſpineam,
Crucem, clauos, & lanceam.
Et plagas ſacratiſſimas,
Omni laude digniſſimas,
Acetum fel arundinem,
Et mortis amaritudinem.
Hæc omnia nos ſatient,
Et dulciter inebrient,
Nos repleant virtutibus,
Et glorioſis fructibus.
Te crucifixum colimus,
Et toto corde poſcimus,
Vt nos ſanctorum cœtibus.
Coniungas in cæleſtibus.
Laus honor Chriſto vendito,
Et noſtri cauſa prodito,
Paſſo mortem pro populo,
In aſpero patibulo, Amen.

Antiphona. Inſurrexerunt? *Pſalmus.*
Quare fremuerunt gentes, &c.

Inſurrexerunt in me viri ſine miſericordia, & non pepercerunt animæ meæ. ℣. Reliqui domum meam, A dimiſi hereditatẽ meam. ℟. Dedi dilectam animam meam in manus peccatorum. Pater noſter. *Abſolutio.*

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti perducat nos ad gaudia Paradiſi. Amen.

Iube domne Bene. Per ſuam Paſſionem, det nobis Dominus ſuam benedictionem, Amen.

Lectio prima.

APprehendit Pilatus Ieſum, & flagellauit eum. Et milites, plectentes coronam de ſpinis, impoſue- Io.19.a
B runt capiti eius, & veſte purpurea circumdederunt eũ. Et veniebant ad eum & dicebant: Aue Rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas, & expuerunt in eum: acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. Tu autem.

℟. Ecce vidimus eum non habentem ſpeciem neque decorem, aſpectus eius in eo non eſt, hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolens. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Verè languores noſtros ipſe abſtulit, & infirmitates noſtras ipſe portauit. Ipſe.

Iube domne Bened. Per virtutem ſanctæ crucis, per-
C ducat nos Dominus ad gaudia veræ lucis. Amen.

Lectio ſecunda.

SVſceperunt ergo milites Ieſum & duxerunt, & Ibidem.c.
baiulans ſibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus, Hebraicè autem Golgota, vbi eum crucifixerunt, & cum eo alios duos hinc & inde, medium autem Ieſum. Ieſus autem dicebat: Pater di- Luc.23.e.
mitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Tu autem.

℟. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & vi-
D dete. Si eſt dolor veſter ſimilis vt dolor meus. ℣. Attendite vniuerſi populi, & videte dolorem meum. Si eſt dolor.

Iube domne Bene. Sanguinis Chriſti aſperſio, ſit nobis ſempiterna ſalus & protectio. Amen.

Lectio

Lectio tertia.

Io.c.19.e POſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, vt impleretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat poſitum plenum aceto. Illi ergo ſpongiã plenam aceto hyſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Et cum accepiſſet acetum, dixit: Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum. Tu autem. ℞. Tenebræ factæ ſunt, dum crucifixiſſent Ieſum Iudæi. Et circa horam nonam exclamauit Ieſus voce magna: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Et inclinato capite, emiſit ſpiritum. ℣. Exclamans Ieſus voce magna, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et inclinato capite. Gloria patri, &c.

Ad Laudes.

Deus in adiutorium meum intende, &c.

Antiphona. Contumelias. *Pſalmus 12.*

VSquequo Domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam a me?

Quamdiu ponam conſilia in anima mea? dolorem in corde meo per diem?

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte? ne quando dicat inimicus meus, præualui aduerſum eum.

Qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini Domini altiſſimi. Gloria Patri, &c.

Antiphona. Contumelias, & terrores paſſus ſum ab eis, & Dominus mecum eſt tamquam bellator fortis.

Capitulum.

SPiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt pro peccatis noſtris, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus. *Hymnus.*

CHriſtum ducem, qui per crucem
Redemit nos ab hoſtibus,
Laudat cœtus noſter lætus,
Exultet cælum laudibus.
Pœna fortis tuæ mortis,
Et ſanguinis effuſio,
Corda terant, vt te quærant,
Ieſu noſtra redemptio.
Per felices cicatrices,
Sputa flagella verbera,
Nobis grata ſunt collata,
Aeterna Chriſti munera.
Noſtrum tangat cor, vt plangat
Tuorum ſanguis vulnerum,
In quo toti ſimus loti,
Conditor alme ſiderum.
Paſſionis tuæ donis,
Saluator nos inebria,
Qua fidelis dare velis
Æterna nobis gaudia. Amen.

℣. Dedit percutienti ſe maxillam. ℞. Fuit ſaturatus opprobrijs.

Ad Benedictus Antiphona. Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon, Domine. *Oratio.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora matutina pro nobis conſpui, & alapis cædi voluiſti, & cum gloria a mortuis reſurrexiſti, fac nos contumelias & opprobria pro tui nominis gloria portare, fac nos reſurgere ad virtutes a vitijs, vt te videre poſſimus in Galilæa cum diſcipulis. Qui viuis & regnas.

Commemoratio de beata Virgine, Matutino tempore.

MAriæ nunciatur, quòd a Iudæis perfidia Chriſtus captiuatur, & toto corde tremuit, & male tractabatur. ℣. Numquam mater pertulit dolores. ℞. Vt Maria filij conſiderans liuores.

A *Oratio.*

PIetatem tuam, quæſumus Domine, qua pro nobis mortem ſubiſti temporalem, nec proprio corpori nec materno dolori parcere voluiſti: fac, vt nos tuæ matriſq. paſſionis memores, vobiſcum felicitatis perpetuæ ſimus participes. Qui viuis, & regnas.

Ad primam.

Deus in adiutorium meum. *Hymnus.*

TV qui velatus facie
Fuiſti ſol iuſtitiæ,
Flexus illuſus genibus,
Cæſus quoque verberibus.
B Te petimus attentius,
Vt ſis nobis propitius,
Et per tuam clementiam,
Perduc nos ad gloriam.

Laus, &c. *Antiphona.* Faciem meam. *Pſalmus 42.*

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

C Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei & Deus meus. Gloria Patri.

Antiphona. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. *Capitulum.*

REcogitate eum, qui talem ſuſtinuit contra ſemetipſum a peccatoribus contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. ℣. Cum malediceretur, non maledicebat. ℞. Et cum pateretur, non cõ-
D minabatur. ℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus, &c. *Oratio.*

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei prima pro nobis peccatoribus Pilato iudici es præſentatus, & Mariæ Magdalenæ apparuiſti, appare nobis per internam gratiam, & da reis veram pœnitentiam: vt de malis, quæ commiſimus nos, diſtricte iudicemur, ne in extremo iudicio deputemur ſupplicio, ſed tuis fidelibus aſſociemur in cæleſtibus. Qui viuis & regnas.

Ad tertiam.

℣. Deus in adiutorium, &c. *Hymnus.*

E HOra qui ductus tertia,
Fuiſti ad ſupplicia,
Chriſte ferendo humeris,
Crucem pro nobis miſeris.
Fac nos ſic te diligere,
Sanctamque vitam ducere,
Vt valeamus requie,
Frui cæleſtis patriæ.

Laus *Antiphona.* Dominus. *Pſalmus 63.*

EXaudi Deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.

F Quia exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram: vt ſagittent in occultis immaculatum.

Subito ſagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

Narrauerunt vt abſconderent laqueos, dixerunt: quis videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum: & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati ſunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Annunciauerunt opera Dei: & facta eius intelle- A
xerunt.

Lætabitur iuſtus in Domino & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Gloria patri.

Antiph. Dominus tamquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum.

Capitulum.

CHriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatũ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. ℣. Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem ℞. Confuſione contempta. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei tertia, dura pro nobis ſuſtinuiſti verbera, & corda fidelium tuorum ſancti ſpiritus infuſione feciſti flammantiã, da nobis malum, quod fecimus, digna caſtigatione punire, & flammas vitiorum noſtrorum lacrymis compunctionis extingue: vt dum de foris & intus affligimur, tui ſpiritus dulcedine conſolari mereamur. Qui viuis & regnas. *Ad Sextam.*

Deus in adiutorium meum.

Hymnus.

CRucem pro nobis ſubijt,
Et ſtans in illa ſitijt
Ieſus ſacratis manibus
Clauis foſsiſq. pedibus.
Honor & benedictio
Sit crucifixo filio,
Qui nos ſuo ſupplicio
Redemit ab exilio.

Laus honor. *Antiph.* Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorũ.

Pſal. 115. Credidi propter.

Capitulum.

TRadet autem iudicanti ſe iniuſte: quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. ℞. Et peccata noſtra ipſe portauit. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei ſexta pro ſalute noſtra manus in cruce expandiſti, & quinque vulnera pertuliſti, ad te confugientes brachijs miſericordiæ clementer ſuſcipe, & vulnera mentis noſtræ tuo ſana medicamine, vt purgati a peccatorũ ſordibus, templum efficiamur Spiritusſancti. *Ad Nonam.*

Deus in adiutorium meum.

Hymnus.

BEata Chriſti paſſio,
Sit noſtra liberatio,
Vt per hanc nobis gaudia
Parata ſint cæleſtia.
Gloria Chriſto domino,
Qui pendens in patibulo,
Clamans emiſit ſpiritum,
Mundumq. ſaluans perditum.

Laus honor. *Antiphona.* Et cum.

Pſalmus 141.

VOce mea ad Dominum clamaui; voce mea ad Dominum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.

In deficiendo ex me ſpiritum meum: & tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac, qua ambulabam: abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram & videbam: & non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga a me: & non eſt, qui requirat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi: tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi. Gloria patri. *Antiph.* Et cum accepiſſet Ieſus acetum dixit: Conſummatum eſt. Et inclinato capite, emiſit ſpiritum.

Capitulum.

DEcebat eum, per quem omnia, & propter quem omnia facta ſunt, qui multos filios in gloriam ad-
B duxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari. ℣. Tradidit in mortem animã ſuam. ℞. Et cum viris ſceleratis deputatus eſt. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Domine exaudi orationem meam.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei nona pro ſalute noſtra humana in mortem animam tuam tradidiſti, & cælos aſcendiſti, viuifica corda noſtra, per infuſionem tui amoris, vt te diligere, menteq. cæleſtibus inhærere, & mortem tuam noſtræ carnis mortificatione imitari valeamus; vt dum tua paſsione partici-
C pes efficimur, tuæ conſolationis nos facias eſſe conſortes. Qui viuis & regnas.

Ad Veſp. Deus in adiutorium meum intende.

Antiph. Dignus es.

Pſalmus 29.

EXaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine Deus meus, clamaui ad te: & ſanaſti me.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.

Pſallite Domino ſancti eius: & confitemini memo-
D riæ ſanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum.

Domine in voluntate tua: præſtitiſti decori meo virtutem.

Auertiſti faciem tuam a me: & factus ſum conturbatus.

Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.

E Quæ vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem?

Numquid confitebitur tibi puluis: aut annunciabit veritatem tuam?

Audiuit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus.

Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: cõcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi. Gloria patri. *Antiph.* Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſeptem ſignacula eius, quoniam occiſus es,
F & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.

Capitulum.

VIdimus Ieſum propter paſsionem mortis ſuæ gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.

Hymnus.

QVi preſſura mortis dura,
Soluiſti nexus criminum,
Nos ad pacem duc veracem
Ieſu corona virginum.
In flagellis potum fellis
Bibiſti amariſsimæ,
Pro peccatis perpetratis
Æterne rex altiſsime.

Tuæ

Tuæ genti recolenti
Tuæ mortis ſupplicium,
Da virtutem & ſalutem
Chriſte Redemptor omnium.
In amara Crucis ara
Fudiſti riuos ſanguinis,
Ieſu digne Rex benigne,
Conſors paterni luminis.
Sanguis Chriſti, qui fuiſti
Peremptor hoſtis inuidi,
Fac ſitire, da venire
Ad cenam agni prouidi. Amen.

℣. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.
℟. Quia liuore eius ſanati ſumus.

Ad magn. Antiphona.

RECeſſit paſtor noſter bonus fons aquæ viuæ, quia animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, & pro ſuo grege mori dignatus eſt. Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon Kyrie eleiſon.

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei veſpertina diſcipulis tuis corporis, & ſanguinis tui tradidiſti myſteria, & de cruce poſitus es, depone mentis noſtræ vitia & perpetrata ſcelera, vt cum pura conſcientia eadem ſumamus myſteria, vt ſint nobis in remedium hic & in perpetuum. Qui viuis & regnas, &c.

Commemoratio Virginis. Antiphona.

REgina clementiæ virgo mater Chriſti, cum videres filium tuum in cruce mori, nullus dolor ſimilis tuo dolori. ℣. Quæ matris anguſtias poſſet lingua fari? ℟. Cum videret filium in cruce clauari?

Oratio.

DOmine Ieſu Chriſte, virginis Mariæ fili dulciſſime, qui cum proditore cenaſti, deinde captus viliter tractus fuiſti, præſta quæſumus, vt qui tibi & tuæ ſanctiſſimæ genitrici compatimur, vobiſcum manere ſine termino mereamur. Qui viuis & regnas.

Ad Completorium.

Conuerte nos Deus. ℟. Et auerte. ℣. Deus in adiutorium. *Antiphona.* Plangent eum.

Pſalmus 87.

DOmine Deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquabit.

Æſtimatus ſum cum deſcẽdentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris, quorum non eſt memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis & in vmbra mortis.

Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluA ctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos a me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine: tota die expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in ſepulcro miſericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua:
B & iuſtitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te.

Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me?

Pauper ſum ego & in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.

In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Circumdederunt me, ſicut aqua: tota die circumdederunt me ſimul.

Elongaſti a me amicum & proximum, & notos
C meos a miſeria. Gloria patri. *Antiph.*

Plangent eum quaſi vnigenitum, quia innocens Dominus occiſus eſt.

Hymnus.

QVi iacuiſti mortuus,
In petra Rex innocuus,
Fac nos in te quieſcere,
Sanctamq. vitam ducere.
Succurre nobis Domine,
Quos redemiſti ſanguine:
Et duc nos ad cæleſtia
Æternæ pacis gaudia.
D Laus honor Chriſto vendito.

Capitulum.

CHriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. ℣. Et factus eſt in pace locus eius. ℟. Et habitatio eius in Sion.

Ad Nunc. Antiphona.

Saluator mundi ſalua nos, qui per crucem & ſanguinẽ redemiſti nos, auxiliare nobis te deprecamur Deus noſter. Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

E DOmine Ieſu Chriſte, cuius ſudor hora completorij præ triſtitia animæ factus eſt ſanguineus, & es ſepultus, a mulieribus es lamentatus, aufer a nobis triſtitiam, & da veram lætitiam, & a vanitate ſæculi nos veraciter ſepeli: & educ de oculis noſtris lacrymas piæ compaſsionis, vt dum deflemus tua, a te conſolari mereamus hic, & in cæleſti curia. Qui viuis & regnas.

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Opus contemplationis.

Meditationum libellus, ſiue opus contemplationis huic opuſculo nomen eſt: in quo meditationes deuota & pia per ſingulas hebdomada ferias ita diſtributa ſunt, vt ſpeciales materia, miro breuitatis artificio, vnicuique feria aptata ad contemplandum proponantur: quatenus fidelis homo in his ſe exercens, ſic tempus redimat in via, vt aeterna libertatis pramio poſtea perfruatur in patria.

Feria ſecunda, flos primus.

IESVS ineffabilis perſona trinitatis.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Perſonarum trinitatem, in eſſentia diuinitatis,
Perſonarum æqualitatem, in excellentia maieſtatis,
Perſonarum æternitatem, in permanentia immutabilitatis.

Flos ſecundus.

Ieſus actor mirabilis, in omnibus creatis.

Ad primam, tres fructus attende:

Dei potentiam, in rerum creatione,
Dei ſapientiam, in ipſarum ordinatione,
Dei beneuolentiam in vniuerſi perfectione.

Flos tertius.

Ieſus factor amabilis humanæ dignitatis.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Angelicam diuiſionem, in ſtatus differentia,
Humanam tranſgreſſionem, in tentationis violentia,
Diuinam retributionem, in meritorum exigentia.

Flos quartus.

Ieſus promiſſus patribus Saluator deſperatis.

Ad ſextam, tres fructus attende:

Humanam calamitatem, in multa deordinatione,
Dæmonis importunitatem, in multa perſecutione,
Diuinam pietatem, in frequenti repromiſſione.

Flos quintus.

Ieſus promotor prouidus, maternæ dignitatis.

Ad nonam, tres fructus attende:

Mariæ mirabilem conceptionem, abſq; inquinatione,
Puellæ mirabilem educationem, in templũ oblatione,
Virginis mirabilẽ deſponſationẽ, Ioſeph copulatione.

Flos ſextus.

Ieſus aulam ingrediens clauſæ virginitatis.

Ad veſperas, tres fructus attende:

Trinitatis dignationem, in condeſcenſione,
Angeli ſalutationem, cum deuotione,
Mariæ reſponſionem, humili ſubmiſſione.

Flos ſeptimus.

Ieſus Ioannem viſitans, vtriſque nondum natis.

Ad completorium, tres fructus attende:

Puerorum conuenientium, in vtero exultationem,
Matrum occurrentium in myſterio, congratulatione,
Patrum audientium, myſterij admirationem.

Oratio.

Aue Ieſu verbum Dei, factor orbis ſalus rei, promiſſus diuinitus, honor matris, incarnatus de Maria, nondum natus, præcurſori agnitus.

Feria tertia, flores & fructus arboris ſanctiſſimæ vitæ.

Flos primus.

Ieſus mundum ingrediens in Bethleem eſt natus,

A *Ad matutinum, tres fructus attende.*

Naturarum conuenientium diuerſitatem,
Circumſtantiarum concurrentium congruitatem,
Miraculorum atteſtantium nouitatem.

Flos ſecundus.

Ieſus cultro vim patiens, ab æuo ſic vocatus.

Ad primam, tres fructus attende:

Legis grauem rigorem, in ſua obſeruatione,
Pueri magnum honorem, in nominis impoſitione,
Parentum magnum dolorem, in pueri circumciſione.

Flos tertius.

Ieſus magis ſol oriens, per ſtellam eſt monſtratus.

B *Ad tertiam, tres fructus attende:*

Magorum magnam diligentiam, pro puero videndo,
Iudæorum magnam inſipientiam, quod norunt refellendo,
Piorum magnam indigentiam, defectum ſuſtinendo.

Flos quartus.

Ieſus cum pare turturum, legaliter oblatus,

Ad ſextam, tres fructus attende:

Offerentium miram humilitatem, & deuotionem,
Oblatorum miram dignitatem, & ſignificationem,
Recipientium miram iucunditatem, & exultationem.

Flos quintus.

C Ieſus, occiſis pueris, in Aegyptum fugatus.

Ad nonam, tres fructus attende.

Herodis & Iudæorum æmulationem, Chriſtum perſequendo,
Puerorum & matrum eiulationẽ, in pueros perdendo,
Piorum exultationem, in Ægyptum fugiendo.

Flos ſextus.

Ieſus in templo perditus, paret matri vocatus,

Ad veſperas, tres fructus attende:

Ieſu mirabilem ſapientiam, in Iudæos docendo,
Parentum inconſolabilem diligentiam, in puerum quærendo,
D Filij imitabilem obedientiam, piam matrẽ ſequendo.

Flos ſeptimus.

Ieſus Iordanis flumine, Ioanne baptizatus.

Ad completorium, tres fructus attende.

Baptizati ſublimem dignitatem, in lato teſtimonio,
Baptiſtæ profundam humilitatem, in ſuo præconio,
Baptiſmatis grandem ſanctitatem, in ſuo myſterio.

Oratio.

Aue Ieſu puer natus, circumciſus viſitatus a Magis, legaliter immolatus, effugatus, matri parens, baptizatus in aqua realiter.

E *Feria quarta, flores & fructus.*

Flos primus.

Ieſus deſerto abſtinens, a dæmone tentatur.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Ieſu abſtinentiam, in corporis domatione,
Ieſu ſapientiam, in hoſtis confutatione,
Ieſu reuerentiam, in Angelorum miniſtratione.

Flos

Flos ſecundus.

Ieſus notus diſcipulis, ad nuptias vocatur.

Ad primam, tres fructus attende:

Ieſu prudentiam, in diſcipulorum vocatione,
Apoſtolorum obedientiam, in prompta imitatione,
Matris beneuolentiam, in vini procuratione.

Flos tertius.

Ieſus Doctor circuiens, labore fatigatur.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Doctorem veraciſſimum, moribus, & ſermone,
Laborem grauiſſimum, in circuitione,
Populum rudiſſimum, in informatione.

Flos quartus.

Ieſu paſtor reficiens, a turbis frequentatur.

Ad ſextam, tres fructus attende:

Paſtorem benigniſſimum, ſolicitum pro grege,
Populum ſolicitum, pro temporali rege,
Ieſum laudis incuriam, quæ fit humana lege.

Flos quintus.

Ieſus infirmos medicans, a ſcribis reprobatur.

Ad nonam, tres fructus attende:

Medici diligentiam; medicinam gratis dantis,
Morbi peſtilentiam, quotidie augmentantis,
Infirmi negligentiam, medicinam non curantis.

Flos ſextus.

Ieſus naturæ imperans, dæmonijs minatur.

Ad veſperas, tres fructus attende:

Ieſu miram potentiam, qua dæmones corgit,
Rerum obedientiam, quas præcepto ſubegit,
Miram experientiam illorum, quos elegit.

Flos ſeptimus.

Ieſus coram diſcipulis, monte transfiguratur.

Ad completorium, tres fructus attende:

Teſtium auctoritatem, in viſu & ſermone,
Ieſu magnam claritatem, in transfiguratione,
Diſcipulorum iucunditatem, in dicta viſione.

Oratio.

Aue Ieſu in deſerto degens, vocans in aperto paſtores & prædicans, turbam paſcens, ægros curans, dæmoniacos coniurans, monte te clarificans.

Feria quinta, flores, & fructus.

Flos primus.

Ieſus iumento inſidens, plorat rex honoratus.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Ieſu miram humilitatem, in eius aſinatione,
Turbæ obſequioſitatem, in proceſſione,
Vrbis tantæ calamitatem, in lacrymatione.

Flos ſecundus.

Ieſus templum ingrediens, menſas vertit iratus,

Ad primam, tres fructus attende:

Ieſu exemplaritatem, in templi viſitatione,
Ieſu dignam auctoritatem, in Phariſæorum confutatione,
Ieſu amandam pietatem, in adulteræ defenſione.

Flos tertius.

Ieſus ſuſcitans Lazarum, a Martha hoſpitatus.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Iudæorum ingratitudinem, in eſurientis expulſione,
Sororum amaritudinem, in Lazari ſuſcitatione,
Ieſu miram gratitudinem, in hoſpitæ conſolatione.

Flos quartus.

Ieſus in domo Simonis vnctus, donat reatus.

Ad ſextam, tres fructus attende:

Mariæ pœnitentiam, in publica contritione.
Phariſæi falſam reuerentiam, in Ieſu reprehenſione,
Ieſu piam ſententiam in peccatricis excuſatione.

Flos quintus.

Ieſus Matris ſuſpiria ſolatur perturbatus.

Ad nonam, tres fructus attende:

Matris deſolationem, cum pia ſupplicatione,
Filij conſolationem, cum pia excuſatione,
Diſcipulorum compaſſionem, cum pia admiratione.

Flos ſextus.

Ieſus a Iuda venditus, a Iudæis damnatus,

A *Ad veſperas, tres fructus attende:*

Iudæ cupiditatem, in magiſtri venditione,
Iudæorum iniquitatem, in ſua æmulatione,
Ieſu longanimitatem; in humili permiſſione.

Flos ſeptimus.

Ieſus in cena ſeruiens ſuis, panis ſacratus.

Ad completorium, tres fructus attende:

Charitatis beneficium, in Ieſu miniſtratione,
Prauitatis veneficium, in Iudæ obſtinatione,
Pietatis exercitium, in diſcipulorum deuotione.

Oratio.

Aue Ieſu ſuſcitator vnctus, culpæ relaxator, rex aſel-
B lo inſidens, zelum habens, conſolator matris, venditus, ſacrator panis, cenam faciens.

Feria ſexta, flores, & fructus.

Flos primus.

Ieſus orans circumdatus, captus, & ſubſannatus.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Ieſu proceſſum doloroſum, in pœnæ prægustatione.
Luporum acceſſum doloſum, in agni captione.
Diſcipulorum receſſum timoroſum in magiſtri derelictione.

Flos ſecundus.

Ieſus coram Iudicibus ſpretus, & accuſatus.

C *Ad primam, tres fructus attende:*

Phariſæorum iniquitatem, in ſua inquiſitione,
Ieſu miram humilitatem, in ſua reſponſione,
Diſcipulorum anxietatem, in magiſtri perſecutione.

Flos tertius.

Ieſus flagellis liuidus, conſputus, coronatus.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Ieſu innocentiam, ſine excuſatione,
Iudicum ſententiam, ſine ratione,
Malorum truculentiam, ſine miſeratione.

Flos quartus.

Ieſus damnatus crucifer, eſt cruci conclauatus.

D *Ad ſextam, tres fructus attende:*

Patientis violentiam, in triplici grauitate,
Pendentis irreuerentiam, in nefanda ſocietate,
Miram impœnitentiam, gentis obſtinatæ.

Flos quintus.

Ieſus morte mirabilis, agnus patri oblatus.

Ad nonam, tres fructus attende:

Quàm piè Ieſus condidit in cruce teſtamentum,
Quàm liberè ſe obtulit patri per tormentum,
Quàm grande mundi pertulit machina lamentum.

Flos ſextus.

Ieſus aperto latere, eſt cruci declaratus.

E *Ad veſperas, tres fructus attende:*

Corpus pendens exanime, abſque omni decore,
Aquam aperto latere, fluentem cum cruore,
Corpus de crucis ſtipite tollentes cum mærore.

Flos ſeptimus.

Ieſus vnctus cum lacrymis in tumulo locatus.

Ad completorium, tres fructus attende:

Materna deſideria, in corporis obſeruatione,
Deuota miniſteria, in ſepulcri præparatione,
Planctus & ſuſpiria, in corporis tumulatione.

Oratio.

Aue Ieſu orans proſtratus, coram turbis accuſatus,
F Factus plagis liuidus, agnus cruce eleuatus,
Moriens inde delatus, in ſepulcro poſitus.

Sabbato.

Flos primus.

Ieſus victor ad inferos, calcans hoſtes tranſiuit.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Saluatoris imperium in morte triumphando,
Patrum deſiderium in Ieſum expectando,
Angelorum miniſterium iter præparando.

Flos ſecundus.

Ieſus parentum vincula, cum gaudio contriuit.

Ad primam, tres fructus attende:

Inferni vlulationem in eius fractione,

De-

Dæmonum confuſionem, in prædę reſignatione,
Patrum exultationem, in Paradiſi apertione.

Flos tertius.

Ieſus matri diſcipulos, mæroribus vniuit.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Matris dolorem intimum, in lacrymas fundendo,
Fratrum timorem maximum, inſimul latendo,
Iudæorum furorem peſſimum, in ſanctos perſequendo.

Flos quartus.

Ieſus ſui memoriam, tormentis ſtabiliuit.

Ad ſextam, tres fructus attende:

Loci vtilitatem, in Ieſum perdendo,
Tormentorum atrocitatem, in Chriſtum puniendo,
Militum ferocitatem, in plagas inferendo.

Flos quintus.

Ieſus teſtes multiplices, poſt mortem acquiſiuit.

Ad nonam, tres fructus attende:

Iudæorum diſceptationem, in ſignis quæ viderunt,
Mortuorum reſurrectionem, qui apparuerunt,
Fidelium confirmationem, qui Chriſto crediderunt.

Flos ſextus.

Ieſus feruorem Magdalenæ, & omnium præſciuit.

Ad veſperas, tres fructus attende:

Diſcipulorum reuerentiam, in matris conſolatione, C,
Mulierum diligentiam, in vnguenti præparatione,
Militum inſipientiam, in ſepulcri munitione.

Flos ſeptimus.

Ieſus, ſolutis patribus, ad tumulum rediuit.

Ad completorium, tres fructus attende:

Patrum piam prouiſionem, in tumuli regreſſione,
Corporis glorificationem, in eius reaſſumptione,
Cuſtodum confutationem, in lapidis amotione.

Oratio.

Aue Ieſus mors leenæ, ſolus orbis planctus plenè linquens teſtimonium, in tormentis & plenè ne pereat crux Magdalenæ, ſpes reſumens tumulum. D

Dominica die ad matutinum.

Flos primus.

Ieſus ſurgens, apparuit ſuis glorificatus.

Ad matutinum, tres fructus attende:

Diſcipulorum anxietatem, in Ieſu recordatione,
A Magiſtri benignitatem, in frequenti apparitione,
Omnium iucunditatem, in crebra confortatione.

Flos ſecundus.

Ieſus ſcandit ad dexteram patris rex honoratus.

Ad primam, tres fructus attende:

Amoroſam dilectionem, dum ſuos conſolatur
Doloroſam afflictionem, dum Ieſus ſeparatur,
Angelorum congratulationem, dum Ieſus exaltatur.

Flos tertius.

Ieſus emiſſo ſpiritu, per orbem prædicatus.

Ad tertiam, tres fructus attende:

Donorum magnitudinem, ad piorum confortatio-
B nem,
Linguarum multitudinem, ad fidei prædicationem,
Miraculorum valitudinem, ad gentium conuerſionem,

Flos quartus.

Ieſus ſuper angelicos matrem exaltat ſtatus.

Ad ſextam, tres fructus attende:

Sanctorum diligentiam, in Domini occurſu,
Filij reuerentiam, in materno amplexu,
Matris excellentiam, in filij conſeſſu.

Flos quintus.

Ieſus in cæli curia pro nobis aduocatus.

Ad nonam, tres fructus attende:

Ieſu ſolicitudinem, in noſtra prouiſione,
Humanam ingratitudinem, in gratiarum actione,
Finis incertitudinem, in meriti expectatione.

Flos ſextus.

Ieſus iudex æquiſſimus rex omnibus prælatus.

Ad veſperas, tres fructus attende:

Infallibilem veritatem, in diiudicando,
Inuincibilem poteſtatem, in remunerando,
Inflexibilem æquitatem, in perſeuerando.

Flos ſeptimus.

Ieſus ſanctorum gloria finis deſideratus.

Ad completorium, tres fructus attende:

Delitiarum abundantiam, cum vera tranquillitate,
Amicorum concordantiam, cum mera charitate.
Aeternam perſeuerantiam, cum ſincera iucunditate.

Oratio.

Aue Ieſu ſurgens leo, ſcandens mittens pro trophæo ſpiritum, glorificans matrem, iudex iuſtus, Deo patri aſtans pro me reo, finis beatificans, Amen.

Finis huius opuſculi.

SANCTI

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Laudiſmus de Sancta Cruce.

Laus iſta de cruce rythmica conſonantia leges exacte obſeruat, eodem fere modo compoſita, quo proſa illa, ſiue ſequentia, quam beatus Thomas Aquinas modulatus eſt, & canit Eccleſia in feſto corporis Christi. Quàm vero elegans in proſis modulandis fuerit Auctor noſter, hæc vna non obſcurum argumentum præſtat. Nam præter rythmi obſeruantiam, myſteriorum quoque Sanctiſſimæ crucis profunditatem dilucide enarratam complectitur, noſque ad recordationem, & meditationem beneficiorum humano generi per Christi crucem collatorum adeo ardenter excitat; vt facile quiſque intelligat, quam ex intimis cordis viſceribus proſam hanc ececinerit Bonauentura Sanctiſſimus.

RECORDARE Sanctæ crucis,
Qui perfectam vitam ducis,
Delectare iugiter.
Sanctæ crucis recordare,
Et in ipſa meditare,
Inſatiabiliter.
Stes in cruce Christo duce,
Donec viuis in hac luce,
Modo proculdubio.
Non quieſcas non tepeſcas,
In hoc creſcas, vt caleſcas,
Cordis deſiderio.
Ama crucem mundi lucem,
Et habebis Christum ducem,
Per æterna ſecula.
Cruce corpus circumcinge,
Hanc conſtringe, manu pinge,
Conſignando ſingula.
Cor in cruce, crux in corde,
Abſque ſorde ſic cum corde,
Quæ tranquillum faciat.
Lingua crux efficiatur,
Crucem promat & loquatur,
Et numquam deficiat.
Crux in corde, crux in ore,
quodam intimo ſapore,
Det tibi dulcedinem.
Crux in membris dominetur,
Et vbique ſituetur,
Intra totum hominem.
Cor a cruce ſorbeatur,
Et in illam rapiatur,
Amoris incendio.
Diſſipata carnis rixa,
Mens ſit tota crucifixa,
Spiritali gaudio.
Specialem fer amorem,
Et præcipuum honorem,
Cruci ſalutiferæ.
Cum feruore medullarum,
Nixo virium tuarum,
Velis hanc diligere.
In præclara cruce ſtude,
Et in ipſa te reclude,
Magna cum lætitia.
Christo ſis confixus cruci,
Vt ſic valeas perduci,
Secum ad cæleſtia.
Quære crucem quære clauos,
Quære manus pedes cauos,
Quære foſſa lateris.
Ibi plaude, ibi gaude,
Sine fraude, ſumma laude,
A Quantumcumque poteris.
Iſtud pactum non ſit fractum,
Crux præcedat omnem actum,
Vt ſuccedant proſpera.
Crux eſt optima medela,
Contra Zabulonis tela,
Valde ſalutifera.
Sis in cruce Christi totus,
Prompto animo deuotus,
Iubilo dulcedinis.
Seruum Dei crux defendit,
Comprehendit, & oſtendit,
Vitam rectitudinis.
Cum tentatus & afflictus,
B Derelictus quaſi victus;
Et inter anguſtias:
Non ſis piger neque lentus,
Sed ſollicite intentus,
Cruce frontem munias.
Cum quieſcis aut laboras,
Quando rides, quando ploras
Doles, ſiue gaudeas.
Quando vadis, quando venis
In ſolatijs, in pœnis,
Crucem corde teneas.
Crux in omnibus preſſuris,
Et in grauibus & duris,
Eſt totum remedium.
Crux in pœnis & tormentis,
C Eſt dulcedo piæ mentis,
Et verum refugium.
Crux eſt porta Paradiſi,
In qua ſancti ſunt confiſi,
Qui vicerunt omnia.
Crux eſt mundi medicina,
Per quam bonitas diuina,
Facit mirabilia.
Crux eſt ſalus animarum,
Verum lumen & præclarum,
Et dulcedo cordium.
Crux eſt vita beatorum,
Et theſaurus perfectorum,
D Et decor & gaudium.
Crux eſt ſpeculum virtutis,
Glorioſæ dux ſalutis,
Cuncta ſpes fidelium.
Crux eſt decus ſaluandorum,
Et ſolatium eorum,
Atque deſiderium.
Crux eſt nauis, crux eſt portus,
Crux deliciarum hortus,
In quo florent omnia.
Crux eſt fortis armatura,

Et protectio ſecura,
Conterens dæmonia.
Crux eſt arbor decorata,
Chriſti ſanguine ſacrata,
Cunctis plena fructibus.
Quibus animæ eruuntur,
Cum ſupernis nutriuntur,
Cibis in cæleſtibus.
O quam felix permanebis,
Nunc in cruce ſi ſtudebis,
Donec mundo vixeris.
Sine fine lætus eris,
Tu qui ſanctam crucem quæris,
Si perſeueraueris.
Crucem quære, crucem gere,
Chriſti crucem intuere,
Vt amore langueas.
Summa fide crucem vide,
Et pleniſſime confide,
Donec vitam habeas.
Circa crucem exercere,
Mente debes huic placere,
Et hanc corde gerere.
Hoc eſt opus ſalutare,
Circa crucem laborare,
Corde, ore, & opere.
Recordare frater pie,
Septem vicibus in die,
Paſſionis Domini.
Per quam ſumus liberati,
Et æternæ vitæ dati,
Et ſupremo lumini.
Hanc ſi amas & honoras,
Dicas illi certas horas,
Adhibendo ſtudium.
Horam primam matutinam,
Trinam, ſextam, veſpertinam,
Nonam, completorium.
Quando ſedes, ſtas, & iaces,
Quando loqueris & taces,
Feſſus cum quieueris.
Chriſtum quæras in quo ſperas,
Crucifixum corde geras,
Vbicumque fueris.
Diligenter pone mentem,
Super Chriſtum patientem,
Et ſibi condoleas.
Chriſti mortem Chriſtiane
Plange, ſero atque mane,
Et in planctu gaudeas.
Quam deſpectus quàm deiectus,
Rex cælorum eſt effectus,
Vt ſaluaret ſæculum.
Eſuriuit & ſitiuit,
Pauper & egenus iuit,
Vſque ad patibulum.
Recordare paupertatis,
Et extremæ vilitatis,
Et grauis ſupplicij.
Si es compos rationis,
Eſto memor paſſionis,
Fellis & abſinthij.
Cum deductus eſt immenſus,
Et in cruce tunc ſuſpenſus,
A Fugerunt diſcipuli.
Manus pedes perfoderunt,
Et aceto potauerunt,
Summum regem ſæculi.
Cuius oculi beati,
Sunt in cruce obſcurati,
Et vultus expalluit.
Suo corpori tunc nudo,
Non remanſit pulchritudo,
Decor omnis aufugit.
Propter hominum peccata,
Sua caro cruciata,
B Fuit inter verbera.
Membra ſua ſunt diſtenta,
Propter aſpera tormenta,
Et illata vulnera.
Inter magnos cruciatus
Eſt in cruce lacrymatus,
Et emiſit ſpiritum.
Suſpiremus & fleamus,
Toto corde doleamus,
Super vnigenitum.
Qui hæc audis ingemiſce,
Et in iſtis planctum miſce,
C Et cordis mæſtitias.
Corpus ange, corde plange,
Mentem frange, manu tange,
Chriſti mortis ſæuitias.
Virum reſpice dolorum,
Et nouiſſimum virorum,
Fortem ad ſupplicia.
Tibi gratum ſit & æquum,
Iam in cruce mori ſecum,
Compati conſultia.
Quando vides te afflictum,
Deſolatum ita victum,
D Quaſi deficias.
Chriſti cogites dolores,
Graues pœnas & mærores,
Sputa, contumelias.
Bone frater quidquid agas,
Crucifixi vide plagas,
Et ſibi compatere.
Omni tempore ſint tibi,
Quaſi ſpiritales cibi,
His gaudenter fruere.
Crucifixe fac me fortem,
Vt libenter tuam mortem,
E Plangam donec vixero.
Tecum volo vulnerari,
Te libenter amplexari,
In cruce deſidero.
Da dolorem quaſi rorem,
Vt te plorem Redemptorem
Chriſtum, qui te renoues.
Non te plices, ſed felices
Cicatrices mille vices
Tuas in te refoues.
Totum ſit quod ego dixi,
F Ad honorem crucifixi,
Ad laudem, & gloriam,
Vt meorum peccatorum,
Glorioſus rex cælorum,
Mihi donet veniam. Amen.

Finis Laudiſmi de Sancta Cruce.

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

Philomena.

Philomena propterea opuſculum hoc inſcribitur, quia multa ſunt huius auis propria, quæ S. Bonauentura mirifice transfert ad deuotam animam, quæ ſanctiſſimis meditationibus veluti dulciſſimis Philomenæ cantibus reſonans, Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti vitam, & ab eo in nos ſingularia beneficia collata, iugiter contemplatur.

PHILOMENA præuia temporis amœni,
Quæ receſſum nuncias imbris atque cœni,
Dum mulceſcis animos tuo cantu leni,
Aue prudentiſſima, ad me quæſo, veni,
Veni, veni, mittam te, quò non poſſum ire,
Vt amicum valeas cantu delinire,
Tollens eius triſtia voce dulcis Lyræ,
Quem heu modo neſcio verbis conuenire.
Ergo pia ſuppleas meum imperfectum,
Salutando dulciter vnicum dilectum,
Eiq. denuncies, qualiter affectum
Sit cor meum iugiter eius ad aſpectum.
Quòd ſi quærat aliquis, quare te legi?
Meum eſſe nuncium ſciat, quia legi,
De te quædam propria quæ diuinæ legi,
Et optato munere placent ſummo regi.
Igitur chariſſime, audi nunc attente,
Nam ſi cantus volucris huius ſerues mente,
Eius imitatio, ſpiritu docente,
Te cæleſtem muſicum faciet repente.
De hac aue legitur, quòd cum deprehendit
Mortem ſibi propiam, arborem aſcendit,
Summoq; diluculo roſtrū ſurſum tendit
Diuerſiſq. cantibus totam ſe impendit,
Cantilenis dulcibus præuiat auroram.
Sed cum dies rutilat circa primam horam,
Eleuat prædulcius vocem inſonoram,
In cantando neſciens pauſam, ſiue moram.
Circa verò tertiam quaſi modum neſcit,
Quia ſemper gaudium cordis eius creſcit.
Vere guttur rumpitur, ſic vox inualeſcit,
Et quo cantat altius, plus & inardeſcit.
Sed cum in meridie ſol eſt in feruore,
Tunc dirumpit viſcera nimio clamore.
Oci, oci, clamitat illo ſuo more,
Sicq. ſenſu deficit cantus præ labore.
Sic quaſſato organo huius Philomenæ,
Roſtro tamen palpitans fit exanguis pene.
Sed ad nonam veniens moritur jam plene,
Cum totius corporis dirumpuntur venæ.
Ecce, dilectiſſime, breuiter audiſti
Factum huius volucris: ſed ſi meminiſti,
Diximus iam primitus, quia cantus iſti
Myſticè conueniunt legi Ieſu Chriſti.
Reſtat, vt intelligo, eſſe Philomenam,
Animam virtutibus, & amore plenam,
Quæ dum mente peragrat patriam amœnam;
Satis delectabilem texit cantilenam.
Ad augmentum etenim ſuæ ſanctæ ſpei,
Quædam dies myſtica demonſtratur ei.
Porrò beneficia, quæ de manu Dei
Homo conſecutus eſt, ſunt horæ diei,
Manè vel diluculum hominis eſt ſtatus,
A In quo mirabiliter homo eſt creatus.
Hora prima, quando eſt Deus incarnatus,
Tertiam dic ſpatium ſui incolatus.
Sextam cum a perfidis voluit ligari,
Trahi, cædi, conſpui, dirè cruciari,
Crucifigi denique clauis terebrari,
Caputq. ſanctiſſimum ſpinis coronari.
Nonam dic cum moritur, quando conſummatus
Curſus eſt certaminis, quando ſuperatus
Eſt omnino zabulus, & hinc conturbatus.
Veſperá cum Chriſtus eſt ſepulturæ datus.
Diem illum, anima, meditans in hortis,
B Suæ facit terminum ſpiritalis mortis,
Scandens crucis arborem, in qua leo fortis
Vicit aduerſarium fractis portis mortis.
Statim cordis organa ſurſum eleuando,
Suum a diluculo cantum inchoando,
Laudat, & glorificat Deum, replicando,
Sibi quàm magnificus fuit hanc creando.
Pie, inquit, conditor quando me creaſti,
Quam ſit tua pietas larga declaraſti,
Nam conſortem gloriæ tuæ cogitaſti,
Facere gratuitè, gratis quam amaſti.
O quàm mira dignitas mihi eſt conceſſa,
C Cum imago Domini mihi eſt impreſſa,
Sed creuiſſet amplius dignitas poſſeſſa,
Niſi iuſſum Domini fuiſſet tranſgreſſa.
Nam tu ſumma charitas tibi cohærere,
Me volebas iugiter, ſurſumq. habere
Dulce domicilium, tecumq. manere,
Et me velut filiam alere, docere.
Ex tunc diſpoſueras, in id adunare
Cælicis agminibus, teq. mihi dare,
Sed pro tanta gratia quid recompenſare
Poſſum, prorſus neſcio, niſi te amare.
Vnica ſuauitas, vnica dulcedo,
D Cordium amantium ſalutaris prædo,
Totum quidquid habeo, vel ſum, tibi dedo,
Denique depoſitum meum tibi credo.
Oci, cantat tale cor gaudens in preſſura,
Dicens, quia dignum eſt, vt a creatura
Diligatur opifex talis mente pura,
Et cum extiterit de ſe tanta cura.
Sic mens hoc diluculum tranſit meditando,
Sed ad primam transferens vocem exaltando,
Tempus acceptabile pie ruminando,
In quo venit Dominus, carne ſe velando.
Tunc liqueſcit anima tota per amorem,
E Pauida conſiderans omnium auctorem,
Vagientem puerum, iuxta noſtrum morem,
Et curare veterem velle ſe languorem.
Plorans ergo clamitat, o fons pietatis,
Quis te pannis induit diræ paupertatis,
Tibi quis conſuluit ſic te dare gratis,
Niſi zelus vehemens ardor charitatis?
Digne zelus vehemens eſt hic ardor dictus,
Cuius eſt dominio rex cælorum victus,
Cuius ſanctus vinculis captus & conſtrictus,

Pauperis infantuli pannis eſt amictus.
O prædulcis paruule puer ſine pari,
Felix, cui datum eſt, te nunc amplexari,
Pedes, manus lambere, flentem conſolari,
Tuis in obſequijs iugiter morari.
Heu me, cur non licuit mihi demulcere
Vagientem paruulum, & cum flente flere?
Illos artus teneros ſiue confouere?
Eiusq. cunabilis ſemper aſsidere?
Puto, pius paruulus hæc non abhorreret,
Immo more paruuli forſan arrideret,
Et flenti pauperculo fletu condoleret,
Et peccanti facile venia faueret.
Felix, qui tunc temporis matri ſingulari
Potuiſſet precibus ita famulari,
Vt in die ſineret ſemel oſculari
Suum dulcem paruulum, eiq. iocari.
O quàm libens balneum ei præparaſſem,
O quàm libens humeris aquam apportaſſem,
In hoc libens virgini ſemper miniſtraſſem,
Pauperisq. paruuli pannulos lauaſſem.
Sic affecta pia mens ſitit paupertatem,
Cibi parſimoniam, veſtis vilitatem,
Labor ei vertitur in iucunditatem,
Vilem eſſe ſeculi dicit venuſtatem.
Ergo ſic infantiam Chriſti recitando,
Horæ primæ canticum ſtrenue canendo,
Tranſitum ad tertiam facit recolendo,
Quantum Chriſtus paſſus eſt, homines docendo.
Tunc cum fletu recitat illius labores,
Sitim, famem, frigora, æſtus, & ſudores,
Qui dignanter pertulit propter peccatores,
Dum illorum voluit innouare mores.
Vox amoris flatibus tota concremata,
Oci, oci, clamitat Auis hæc beata,
Mundo mori cupiens, cuius vita lata,
Cui fœtet ſæculum, ſic eſt delicata.
Clamas ergo Domine dulcis prædicator,
Exulum refugium, pauperum amator,
Qui eſt pœnitentium pius conſolator,
Poſt te debent currere, iuſtus & peccator.
Iuſti quippe regula, vitę es doctrina,
Peccatorum ſpeculum, mira diſciplina,
Feſsis & debilibus efficax reſina,
Aegris & languentibus potens medicina.
Primus in hoc ſæculo charitatis ſcholam
Inſtauraſti, quærere docens Dei ſolam
Gloriam, deponere grauem mundi molam,
Et ſic poſſe perditam rehabere ſtolam.
Sed hanc ſcholam temere mundus irridebat
Spernens & annihilans, quidquid promittebat,
Tua verò bonitas vices non reddebat,
Immo pœnitentibus totum ignoſcebat.
Quippè cui proprium erat miſereri,
Diligi deſiderans, magis quàm timeri,
Sed verba non verbera proferens, auſteri
Præceptoris noluit more timeri.
Hæc in adulterio nouit deprehenſa,
Quàm ſit tua pietas ſcilicet immenſa.
Magdalena ſenſit hoc, cum ei offenſa
Eſt dimiſſa, multiplex gratia impenſa.
Et quid multa dicerem, quot ſunt conſecuti
Eius magiſterium? a ſuis abluti
Vitijs ſunt moribus optimis imbuti,
Et ab hoſtis inuidi fraude facti tuti.
Felix, cui licuit, ſub hoc præceptore
Conuerſari iugiter, & ab eius ore
Mel cæleſte ſugere, cuius prædulcore
Amareſcunt cetera, plena ſunt fœtore.
Hæc & multa talia dum mens meditatur,
Ad reddendas gratias toto præparatur
Ad laudandum Dominum magis inflammatur,
Sicq. horæ tertiæ cantus terminatur.
Oci, oci anima clamat in hoc ſtatu,
A Crebro fundens lacrymas ſub hoc incolatu,
Laudans & glorificans magno cum conatu
Chriſtum, qui tot pertulit ſuo pro reatu.
In hac hora anima ebria videtur,
Sed circa meridiem calor cum augetur,
Vt amoris ſtimulis magis perforetur,
Mox ab illa paſſio Chriſti recenſetur.
Plorans ergo reſpicit agnum delicatum,
Agnum ſine macula, ſpinis coronatum,
Liuidum verberibus, clauis perforatum,
Per tot loca lateris foſſa cruentatum.
Tunc exclamat pia mens, oci, cum lamentis,
B Oci, oci, miſeram, quia meæ mentis
Turbat ſtatum pallidus vultus morientis,
Et languentes oculi in cruce pendentis.
Siccine decuerat, inquit, te benignum
Agnum, mortis exitum pati tam indignum?
Sed ſic diſpoſueras vincere malignum,
Et hoc totum factum eſt, ob amoris ſignum.
Hæc amoris ſigna ſunt, & poſtrema primis
Copulans aſſociat, ſumma figens imis;
Monſtrans, vt ſic moriens, nos amaueris nimis,
Dum te totum funderes tot apertis rimis.
Tu amicus nouus es, tu es nouum muſtum,
C Sic te vocat ſapiens, & eſt ſatis iuſtum,
Totus enim filius reddens dulcem guſtum,
Fundens carnis dolium licet vas venuſtum.
Tantis ſignis pœnitens monitus iam credat,
Quod præcordialiter Chriſtus ei ſe dat.
Iſta ſigna recolam, ne me Satan lædat,
Nam peccati rabiem nihil ita ſedat.
Iſta ſigna recolens, oci, oci, clamo,
Dulcis Ieſu querulor, quòd te minus amo,
Strigoſi tamen cupio diſciplinæ chamo,
Sicut pro me captus es charitatis hamo.
D Quantum hamum charitas tibi præſentauit
Mortem cum pro homine te ſolicitauit,
Sed & eſca placida hamum occupauit,
Cum lucrari animas te per hoc monſtrauit.
Te quidem aculeus hami non latebat,
Sed illius punctio te non deterrebat,
Immo hunc impetere tibi complacebat,
Quia deſiderium eſcæ attrahebat.
Ergo pro me miſera, quam tu dilexiſti,
Mortis in aculeum ſciens impegiſti,
Cum te patri victimam ſanctam obtuliſti,
Et in tuo ſanguine ſordidam laniſti.
E Quis miretur igitur pro te ſi ſuſpiro,
Iuncta ſine meritis tam zelanti viro,
Nam affectum altius meum modo miro,
Pro me vitam finiens exitu tam diro.
Verè iam non debeo tantum ſuſpirare,
Immo iuxta verbum Iob, crines lacerare,
In cauerna lateris nidulum parare,
Et extremum ſpiritum illic exhalare.
Planè niſi moriar tecum non quieſcam,
Oci, oci, clamitans numquam conticeſcam,
Ab hoc deſiderio verè non tepeſcam,
Quantumcumque ſæculo propter hoc vileſcam.
F Tunc, vt demens clamitat, veniant laniſtæ,
Qui affigant miſeram cruci tuæ Chriſte,
Erit enim exitus mihi dulcis iſte,
Sic amplector moriens proprijs vlnis te,
Verè ſic non aliter rabies doloris,
Qua cor meum ſingulis terebratur horis,
Deliniri poterit, niſi tu dulcoris,
Fons abundans medicus mei ſis doloris.
Planè dulcis medicus es, qui numquam pungis,
Sed a corde vitium leniter emungis,
Nam quos tibi firmiter per amorem iungis,
Tuis chariſmatibus ſemper eos vngis,
Heu quam damnabiliter mundus eſt cæcatus,
Qui cum ſit ab hoſtibus dirè vulneratus,
Hunc declinat medicum, cum aſſit præparatus,
Lan-

Languido aperiens ſuum dulce latus,
Heu cur beneficia Chriſti paſſionis,
Penes te memoriter homo non reponis.
Per hanc enim rupti ſunt laquei prædonis,
Per hanc Chriſtus maximis te ditauit bonis.
Suo quippe corpore languidum te pauit,
Quem in ſuo ſanguine gratis balneauit,
Demum ſuum dulce cor tibi denudauit,
Vt ſic innoteſceret, quantum te amauit.
O quàm dulce balneum, eſca quàm ſuauis,
Quæ ſumenti digne ſit Paradiſi clauis,
Et ei quem reficis nullus labor grauis,
Licet ſis faſtidio cordibus ignauis.
Cor ignaui ſiquidem minime perpendit,
Ad quid Chriſtus optimum ſuum cor oſtendit,
Super alas poſitum crucis, nec attendit,
Quod reclinatorij vices hoc prætendit.
Hoc reclinatorium quoties monſtratur,
Piç menti toties ei glutinatur,
Sicut & accipiter totus ineſcatur,
Super carnem rubeam per quam reuocatur.
Poſt hoc clamat anima quaſi dementata,
O reclinatorium caro cruentata.
Per tot loca propter me, cur non vulnerata
Tecum ſum? dum moreris non ſum colligata.
Licet tamen miſeræ ſit iſtud negatum,
Mihi quidem eligam nouum cruciatum
Gemitum videlicet, iugemq. ploratum,
Donec mundi deſeram grauem incolatum.
Poſt hæc dulcis anima plus & plus ferueſcens,
Senſu toto deficit, corpore tabeſcens.
Iam, vix loqui ſufficit, ſed affectu creſcens,
Suo lecto decubat, vtpote langueſcens.
Ergo dulcis gutturis organo quaſſato,
Lingua tantum palpitans ſonitu ſublato,
Sed pro verbis pia mens fletu compenſato
Lamentatur Dominum, corde ſauciato.
Sic languenti ſiquidem nil niſi plorare
Libet, & ſatagere corde ſuſpirare.
Suos enim oculos neſcit reuocare
A Chriſti vulneribus, aut cor ſeparare.
Sic eſt autem animus illius illectus,
Quaſi ei præſens ſit moriens dilectus,
Et a cruce minime retrahit aſpectus,
Quia ibi oculus, vbi eſt affectus.
Gemitus, ſuſpiria, lacrymæ, lamenta,
Sibi ſunt delitiæ, cibus, alimenta:
Quibus noua martyr eſt interim inuenta,
Sic ſuo martyrio præbent incrementa.
In hoc ſtatu reſpuit, quidquid eſt terrenum,
Mundiq. ſolatium reputat venenum
A Sed ad nonam veniens moritur ad plenum,
Cum amoris impetus carnis rumpit filum.
Nam cum, conſummatum eſt, recolit clamaſſe,
Hora nona Dominum, & ſic expiraſſe,
Quaſi ſimul moriens clamat penetraſſe
Vocem iſtam ſuum cor, atque laceraſſe.
Ferre tandem impotens iaculum tam forte,
Moritur, vt dictum eſt, ſed felici morte,
Nam panduntur protinus ei cæli portæ,
Dignam, vt intelligat, ſe ſanctorum ſorte.
Requiem pro anima tali non cantamus,
Immo eſt introitus Miſſæ, Gaudeamus,
B Quia ſi pro martyre Deum exoramus,
Vt decretum loquitur, ſancto derogamus.
Eia dulcis anima, eia dulcis roſa,
Lilium conuallium, gemma pretioſa,
Cui carnis fœditas extitit exoſa,
Felix tuus exitus morsq. pretioſa.
Felix quæ iam frueris requie cupita,
Inter ſponſi brachia dulciter ſopita,
Eiusq. ſpiritui firmiter vnita,
Ab eodem percipis oſcula mellita.
Iam quieſcunt oculi, ceſſant aquæ ductus,
Nam aperte percipis ſpe tuæ fructus,
C Quia per quem ſæculi euaſiſti fluctus,
Tuos inter oſcula conſolatur luctus.
Dic, dic dulcis anima, ad quid vltra fleres?
Habens cæli gaudium tecum cur lugeres?
Nam ſolus eſt omnium cui tu adhæres,
Et ſi velles amplius certe non haberes.
Sed iam metrum finio, ne ſim tædioſus,
Nam ſi vellem ſcribere quàm delitioſus
Sit hic ſtatus animæ, quamq. glorioſus,
A malignis dicerer fallax & mendoſus.
Quidquid tamen alij dicunt frater chare,
Iſtum nouum martyrem libens imitare,
D Cumq. talis fueris Chriſtum deprecare,
Vt te cantus martyrum doceat cantare.
Frequentemus canticum iſtud ſoror pia,
Ne nos frangat tædio vitæ huius via,
Nam lætantem animam in hac melodia,
Poſt hanc vitam ſuſcipit Ieſus & Maria.
Ergo ſoror tuum cor ita citharizet,
Se baptizet lacrymis, planctu martyrizet,
Chriſto totis viribus ſic nunc organizet,
Vt cum Chriſto poſtea ſemper ſolemnizet.
Tunc ceſſabunt gemitus, & planctus dolorum
Cum adiuncta fueris choris angelorum,
E Nam cantando tranſies ad cæleſtem chorum,
Nupta feliciſſimo Regi ſæculorum. Amen.

Deo gratias.

August. de verb. Apoſtol. ſer. 17. non longe a prin. & refer. ext. de Celebrat. Miſſ. cum Martha. §. vlt.

Finis huius opuſculi.

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS Opuſculum,

De ſeptem verbis Domini in Cruce.

Meditationes carmine exſcriptas in ſeptem verba, quæ Chriſtus Dominus in Cruce protulit, ita hoc opuſculo S. Bonauentura proſequitur, vt ad ſingula ex his ſeptem verba, ſingularem quoque orationem adiungat eius affectus ardore ferventem.

Primum verbum.

IESV ſalutis hoſtia, ſalutis ſacrificium.
Ieſu ſalutis gratia, ſalutis beneficiũ,
Ieſu tuta fiducia, & tutum refugiũ.
Tu pro humano genere, vt captiuum redimeres,
Tu pro humano ſcelere, vt culpas noſtras tolleres,
Tu pro diuino munere, vt nos Deo coniungeres,
Non recuſaſti vincula, non flagella, non verbera,
Non latronum patibula, non liuores, non vulnera;
Sed dum te crux ſuſciperet, & hoſtis in te fremeret,
Dum malleus percuteret, & clauus carnem ſcinderet,
Dum ſenſum dolor angeret, & ſacer ſanguis flueret,
Dum paſſio te premeret, anguſtiaq. creſceret,
Patrem rogaſti precibus, vt tamquam ignorantibus,
Tuis ignoſcat hoſtibus, ac te crucifigentibus,
Luc. 23. e Dicens; *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt,*

Oratio.

O mitis patientia, o manſueta mititas,
O immenſa clementia, o immenſa benignitas,
Qui, vt ouis mitiſſima, non promis querimoniam,
Qui, vt mater chariſſima, iam excuſas iniuriam.
Vt anima dulciſſima, tenes beneuolentiam,
Vt voluntas piiſſima, præbes miſericordiam.
Ad te vadit ſpes animæ, ad te clamant ſuſpiria,
Ad te decurrunt lacrymæ, & pulſant deſideria,
Confidenter dicentia, Ignoſce nobis Domine.

Secundum verbum.

IEſu largitor veniæ Ieſu ſolamen triſtium,
Ieſu laus pœnitentiæ: Ieſu ſpes pœnitentium,
Dum penderes innoxius, horum in pœna ſocius,
Dum te vnus argueret, & ſtulte reprehenderet,
Dum inſultans inſurgeret, & blaſphemando diceret:
Luc. 23. Si tu es Dei filius, ſalua temetipſum & nos,
Eſto tibi propitius, ſicut ſaluaſti alios.
Dum alter hunc corriperet, & hunc ſtultum oſtenderet.
Dum ſe malum concederet, & te iuſtum aſſereret,
Dum ad te ſe conuerteret, & ſupplex tibi diceret,
Ibidem. f Memento mei Domine, dum ad tuum perueneris
Regnum plenum dulcedine, dum te regem oſtẽderis,
Tu amans pœnitentiam, corda trahens per gratiam,
Non ſolum hanc memoriam conceſſiſti, ſed gloriam,
Ibidem. Dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.*

Oratio.

O prompta Dei charitas, prompta miſericordia,
O prompta liberalitas, prompta munificentia.
Ad te currit deuotio, ad te redit memoria,
Coram te fit confeſſio, tibi patent præcordia,
Ideo cum fiducia tibi precamur Domine,
Qui es ſine malitia ſolus, & ſine crimine.
A In tua patientia memento noſtri Domine,

Tertium verbum.

IEſu lux & rex gloriæ fili Dei & hominis,
Ieſu flos pudicitiæ fili Mariæ Virginis.
Dum hæc virgo ſanctiſſima, tota plena doloribus
Genitrix amantiſſima, tot confecta mœroribus,
Tua mater chariſſima, tota percuſſa fletibus,
Nutrix diligentiſſima, tota fracta ſingultibus,
Iuxta crucem aſſiſteret, & te pendentem cerneret,
Dum tormenta conſpiceret, & præ luctu deficeret,
Tu videns matrem flebilem, preſſam amaritudine,
Matrem tuam venerabilem, dignam beatitudine,
Videns quoque diſcipulum, amatum, & amabilem,
B Fidelem Dei famulum Ioannem vita nobilem;
Alloquens ambos dulciter piæ vocis oraculo,
Commendaſti benigniter matrem Chriſti diſcipulo,
Dicens matri: *Mulier, ecce filius tuus,* Ioan. 19. e
Deinde diſcipulo, Ecce mater tua.

Oratio.

O qualis permutatio, o quanta inæqualitas
O qualis deſolatio, o quæ matris acerbitas!
Dum cuſtos matri traditur, pro magiſtro diſcipulus,
Dum per matrem ſuſcipitur, pro Deo vir pauperculus,
Dum matri cuſtos mittitur, pro rege ſimplex famulus,
Sic tuæ Ieſu gratiæ me commendo humiliter,
Tuæq. prouidentiæ me committo perenniter,
C Vt exorante virgine, pro nobis te ſuppliciter,
A peccatorum turbine ſimus ſecuri iugiter.

Quartum verbum.

IEſus patris ingeniti virtus, & ſapientia,
Ieſu cuiuſq. conditi, tenor, & conſiſtentia,
Tu virtute mirabili panes multiplicaueras,
Tu virtute conſimili ſtellam infans duxeras,
Defunctos ſuſcitaueras, opera mira feceras,
Morbos omnes ſanaueras, totum orbem formaueras,
Tu virtute terribili dæmonia eieceras,
Tu virtute conſimili hoſtes tuos proſtraueras,
Sed affixus patibulo patri factus obediens,
Iuſſu patris, vt vinculo vinctus manens, & patiens,
D Qui vult quod hanc anguſtiam, vt infirmus, ſuſtineas,
Neque dictam potentiam te liberans exerceas,
Quapropter tuo ſenſui condolens naturaliter,
Clamorem concitis planctui dicens lamentabiliter,
Eli Eli lamma zabathani, hoc eſt, Deus meus, Mat. 27. e
Deus meus, vt quid dereliquiſti me?

Oratio.

O lamentum mirabile, ſalutem agens hominum,
O innocens cor humile, pœnas deplorans criminum,
Ad te fert me compaſſio, pro me te pati ſentio
Ante te me proiicio, tecumq. luctum facio,
Nam iſte luctus vtilis eſt mihi pro ſolatio,
Qui mihi præmialis ſit in æterno gaudio.

Quintum verbum ſequitur.

IEſu dulcis memoria, ſitibunda dilectio,

Ieſu

Ieſu dulcis fiducia, lætabunda refectio,
Dum extenſus exiſteres ſuper aram patibuli,
Dum immolatus ageres redemptionem populi,
Dum te nudum aſpiceret mundus inſtar ſpectaculi,
Dum lamentum oſtenderet ſuper te vultus ſæculi,
Dum hoſtes de te luderent, & noti tui fugerent,
Dum claui membra tenderent, & neruí ſe contrahe-
rent,
Dum vulnera tumeſcerent, & humores defluerent,
Dum carnes contremiſcerent, & virtutes areſcerent,
Sitim ſumpſiſti feruidam, ſitim amore languidam,
Sitim virtutum cupidam, noſtræ ſalutis auidam,
Ioan. 19. e Benigne dicens: *Sitio*, hominum fidem cupio,
Salutemq. deſidero, pro qua pati me offero.

Oratio.

O ſitis ſaluberrima exoptans amicitias,
O ſitis cordis intima frangens concupiſcentias,
Præſta vt ad te ſitiam, & iſta ſiti vt ardeam,
Prauam ſitim effugiam, donec ad te fontem tranſeam,
Potumq. vitæ hauriam, quo felix ſemper maneam,
Et Deum meum videam, ſanctam ingreſſus patriam,

Sextum verbum.

IEſu noſtra Redemptio, Ieſu Redemptor omnium
Ieſu noſtra dilectio, Ieſu ſalus credentium,
Dum per crucis myſterium diligenter perageres,
Redemptoris officium, vt hominem redimeres,
Suſtinendo ſupplicium, vt inde nos eriperes,
Conſummans ſacrificium tuæ carnis, & ſanguinis,
Conſummans pacis prælium ſalutaris certaminis.
Conſummans tranſitorium curſum huius imaginis,
Conſummans opificium redemptionis hominis,
Dum mortis horam cerneres, dum hac vita deficeres,
Dum finem iam contingeres, dum omnia perficeres,
Vt in ſumma concluderes, dixiſti: *Conſummatum eſt*,
Nam Ieſus crucifixus eſt, & agnus immolatus eſt,
Ioan. 19. Sanguis eius effuſus eſt, & pretium ſolutum eſt.
Diabolus deuictus eſt, & bellum conſummatum eſt,
Chirographum deletum eſt, & homo iam redem-
ptus eſt.

Oratio.

O bonitas bone Ieſu, qui es noſtra iuſtitia,
O veritas vere Ieſu, qui es noſtra ſcientia,
O charitas chare Ieſu, qui es noſtra Redemptio.

A O ſanctitas ſancte Ieſu, noſtra ſanctificatio,
Conſumma nobis gratiam, & conſumma iuſtitiam
Conſumma conſcientiam, & conſumma lætitiam.

Septimum verbum.

IEſu via rectiſſima, Ieſu ſalutis oſtium,
Ieſu porta tutiſſima, Ieſu protector omnium,
Ieſu ſalubris veritas, & lux mentem illuminans
Ieſu vitæ fœlicitas, dulcor in corde iubilans,
Dum in extremis ageres, vt animam deponeres,
Dum hanc vitam deſereres, vt ad limbum deſcen-
deres,
Volens viam oſtendere, per quam debemus pergere,
B Volens cunctos inſtruere, qui facti ſunt de puluere,
Volens illum oſtendere, qui poteſt nos defendere,
In quo debent confidere, qui mortem debent capere,
Tuum ſacratum ſpiritum tuo patri ſanctiſſimo,
Commendaſti per gemitum ſermone deuotiſſimo,
Dicens: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Luc. 23. f
Et inclinato capite fixus in crucis ſtipite,
Acriter cruentato te turpiter & indebite,
Tu emiſiſti ſpiritum, & orbis talem fremitum,
Quòd quiſque per circuitum tuum percepit obitum,
Vt cuncta fletum facerent, & elementa tremerent
C Vt ſaxa ſe dirumperent, & ſepulchra ſe panderent,
Vt terremotus fieret, velum templi ſe ſcinderet,
Vt luna retrocederet, ſolq. contenebreſceret,
Vt mundus ingemiſceret, & natura flens diceret,
Ego lugens deficio, vel Deo ineſt paſſio.

Oratio.

O mors, mors lacrymabilis, ſuper quam plorant
omnia,
O mors, mors lamentabilis, ſuper quam flent innoxia,
O mors, mors admirabilis, qua ſuſcitantur mortui,
O mors, mors amicabilis, qua exaltantur ſtrenui,
O mors ſacra, mors nobilis, per quam delentur ſce-
D lera,
O mors pia, mors vtilis, per quam donantur præmia,
Præſta, vt hæc memoria nos teneat continue,
Et ſtimulet præcordia, corq. pungat aſſidue,
Vt menti lumen influat, & in agendis inſtruat,
Vt nos a culpis exuat, & vitæ donum tribuat. Amen.

Finis opuſculi de ſeptem verbis Domini.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum,
QVOD INSCRIBITVR
Speculum B. Mariæ Virginis.

Sanctus Bonauentura hoc opuſculo ſalutationem Angelicam dilucide explicat, & Sanctiſſimæ Dei genitricis excellentiam miris laudibus effert. Propterea enim opuſculo titulum huiuſmodi præfixit, quia in eo, Beatiſſimæ Virginis gratiæ, virtutes, & dona veluti imagines in lucidiſſimo ſpeculo repræſentantur. Adhibet autem ad hoc comprobandum auctor, Sanctorum Patrum auctoritates varias, quibus totum opuſculum conſperſum eſt, & iiſdem maiori ex parte conquiſitis ſumma cum diligentia, priſtino ſuo ſplendori reſtituimus. Sunt autem decem & octo capita, ad quæ reduci poſſunt omnia, quæ de hoc argumento a Sancto Bonauentura tractantur: ideoq. in lectiones totidem tractatum iſtum diſtinximus.

Singularum lectionum ſumma hæc eſt.

Quòd in ſalutatione Angelica quinque ſententiæ ordinantur, in quibus quinque dulciſſimæ laudes B. Mariæ Virginis inſinuantur. Lectio I.

Quòd B. V. Maria libera fuit a triplici væ culpæ actualis: a triplici væ miſeriæ originalis: & a triplici væ pœnæ gehennalis. Lect. II.

De ſignificationibus nominis, Maria. Et quod B. V. mare amarum, ſtella maris, illuminatrix & Domina conuenientiſſime dicitur. Lect. III.

Nomen Maria, B. Virgini quàm ſit conuenientiſſimum. Et quod eadem omni vitio caruit, & omni virtute claruit. Lect. IIII.

Quòd gratia B. Mariæ ſit vera, immenſa, multiplex, & vtilis valde. Lect. V.

Quòd quadruplex gratia in B. Maria eſt conſideranda ſcilicet donorum, labiorum, priuilegiorum, & præmiorũ, & de earum ſingulis. Lec. VI.

Quòd nouem ſint plenitudines in Maria, quæ nouem ordinum Angelorum plenitudines repræſentant in gloria. Lect. VII.

Quòd Dominus, de quo dicitur B. Mariæ, Dominus tecum, generaliter eſt Dominus vniuerſalis omnium rerum, potentiſſimus, ſapientiſſimus, opulentiſſimus, ac indeficientiſſimus, & cum eo B. Maria etiam talis. Lect. VIII.

Quòd Dominus de quo dicitur B. Mariæ, Dominus tecum, ſpecialiter eſt Dominus creaturæ rationalis pijſſimus, iuſtiſſimus, certiſſimus, ac nominatiſſimus, & talis etiam cum ipſo Beata Maria. Lect. IX.

Quòd Dominus, de quo dicitur B. Mariæ, Dominus tecum, tam ſingulariter eſt cum Maria, vt ipſa eius ſit filia nobiliſſima, mater digniſſima, ſponſa venuſtiſſima, & ancilla deuotiſſima. Le. X.

Quòd Maria propter ſe, & propter nos conuenientiſſime auroræ comparatur. Lect. XI.

Quomodo B. Maria ſit virga, & virga florens. Lect. XII.

Quomodo B. Maria comparetur reginæ, in palatium cum rege ingredienti. Lect. XIII.

Quòd B. Maria ſit benedicta ob plenitudinem gratiæ, ob celſitudinem prolis, ob multitudinem miſericordiæ ſuæ, & ob magnitudinem gloriæ ſuæ. Lect. XIIII.

Quòd Maria ſit benedicta per ſeptem virtutes contra ſeptem capitalia vitia. Lect. XV.

Qui & qualis ſit fructus ventris B. Mariæ. Le. XVI.

Fructus ventris Beatæ Mariæ quorum ſit, & quibus debeatur. Lect. XVII.

Fructus ventris Beatæ Mariæ, ad quos effectus ſit neceſſarius, & de duodecim vtilitatibus eius Lectio XVIII.

PROLOGVS.

Hieron. Epiſt. 10. ad Paulam & Euſtochiũ, ante med. tom. 9.

QVONIAM, vt ait beatus Hieronymus, Nulli dubium eſt, quin totum ad gloriam & ad laudem pertineat Dei, quidquid digne genitrici ſuæ impenſum fuerit: ideo ad laudem & gloriã Domini noſtri Ieſu Chriſti, aliqua de laude, & gloria glorioſiſſimæ matris eius promere cupiens, dulciſſimã eiuſdem matris ſalutationem pro materia aſſumere, dignũ duxi. Sed certe ad hoc opus nimiam omnino fateor eſſe meam inſufficientiam, propter nimiam materiæ tantæ incomprehenſibilitatem: propter nimiam ſcientiæ meæ tenuitatem: propter nimiam linguę meæ ariditatem: propter nimiam vitæ meæ indignitatem, & propter nimiam perſonæ laudandæ laudem & laudabilitatem. Quis namque materiã illam incomprehen-

ſibilem

Ibidem poſt multa.

ſibilem eſſe dubitat, de qua ſanctus Hieronymus ea, (A) quæ ſequuntur dicere, non dubitat? Quod natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cælum, ſtupet terra, creatura etiam miratur omnis cæleſtis, hoc totum eſt, quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur & per Chriſtum adimpletur. Qua de cauſa, de tali tantaq. me loqui indignum fateor. Item quomodo ſcientia mea tenuiſſima, & mens mea obſcuriſſima, dignas Mariæ laudes excogitare ſufficiat; cum in his ille illuminatæ mentis Anſelmus deficiat? Ait enim ſic: Lingua mihi deficit, quia mens meà non ſufficit, Domina. Domina, omnia intima mea ſollicita ſunt, vt tantorum beneficiorum tibi (B) gratias exſoluam. Sed nec cogitare poſſum dignas, & pudet proferre non dignas. Beatus quoque Auguſtinus Mariam alloquens ait: Quid dicam de te pauper ingenio, cũ de te quidquid dixero, minor laus eſt, quàm dignitas tua meretur? Item: Quomodo lingua mea rudiſſima, quomodo interpretatiua mea aridiſſima, in enarrandis Mariæ laudibus non deficiat? cum ille diſertiſſimæ linguæ Auguſtinus dicat: Quid nos tantilli, quid actione puſilli in laudibus Mariæ referemus, cum omnium noſtrum membra ſi in linguas verterentur, eam laudare nullus ſufficere valeret? Item: Cum laus non ſit ſpecioſa in ore peccatoris: quomodo ego miſer (C) peccator homo, quomodo indigniſſimæ vitæ ego homuntio, laudes Mariæ audeam ſonare, cum in his illum digniſſimę vitæ Hieronymum audiam trepidare? Sic nãque dicit: Timeo ſatis & valde pertimeſco, dum veſtris cupio parere profectibus, ne forte ſicut improbus, ita & indignus laudator inueniar. Profecto cum nec ſanctitas, nec facundia ſuppetat, vt beatam & glorioſam virginem digne laudare queam. Item. Ad quid aquæ pauxillum mari addam? Ad quid modicum lapillum monti adijciam? Sed certe cum Maria diuinis & angelicis laudibus nimium magnificata ſit, quid noſtra, quid præcipue mea paruitas eius laudibus adijce- (D) re poſſit? Denique beatus Hieronymus de ipſa loquens, ait: Vt verum fatear, quidquid humanis dici poteſt verbis, minus a laude cæli eſt: quoniam diuinis & angelicis eſt excellentius prædicata, & laudata præconijs. A Prophetis quidem prænunciata, a Patriarchis figuris & ænigmatibus præſignata, ab Euangeliſtis exhibita, & monſtrata, ab angelis venerabiliter atque officioſiſſime ſalutata. Hæc omnia diligenter penſata, pium lectorem, piumq. auditorem mouere debent merito, vt ignoſcat mihi, quidquid inſufficientiæ, quidquid imperitiæ ei occurrerit in hoc ſcripto. Quomodo enim ego tam inſufficiens, cudere valerem (E) ea, quæ tantæ virginis laudibus digna, tantæq. virginis zelatoribus forent accommoda, cum in his ille tantus zelator eius & laudator beatus Bernardus coercetur. Ait enim ſic: Non eſt quod me delectet magis, quàm de gloria virginis matris habere ſermonem. Et cauſam huius ſubiungens, ait: Tanto eam affectu deuotionis amplectuntur, honorant, ſuſcipiunt, vt dignum eſt, vniuerſi, vt licet de ea loqui geſtiant omnes, quidquid dicitur de indicibili, eo ipſo, quo dici potuerit minus gratum ſit, minus placeat, minus accepietur. Hortatur tamen & cõſolatur me beatus Hieronymus dicens: Et ſi ad hoc nemo inuenitur idoneus, votis ta- (F) men omnibus ceſſare nõ debet quilibet peccator a laudibus. Beatus etiam Auguſtinus loquens quomodo Dei filius matri ſuæ fecunditatem veniendo attulit, & integritatem naſcendo non abſtulit poſt pauca ſic intulit, dicens: Tantum quippe donum Dei nec fari poſſumus, ad eius enarrandam magnitudinem paruuli, & tamen laudare compellimur, ne tacendo maneamus ingrati. Et certe vidua paupercula, quæ duo æra minuta Deo gratiſſima obtulit, non propter hoc offerre non debuit, quia magis offerre non valuit, immo offerendo quod potuit, ſummo Deo placuit. Hinc eſt, quòd ego pauper ingenio, immo pauperrimus tam ſcientia quàm eloquentia, hoc exiguum donum, hoc (A) pauperculum ſcriptum ad honorem tantæ Reginæ offerre præſumpſi: vt in ipſo tamquam in quodam obſcuro ſpeculo, ſimpliciores eiuſdem Reginæ amatores, qualis & quanta ſit ſaltem tenuiter ſpeculentur. Et quia idem ſcriptum ad inſtar rudis ſpeculi aliquantum repræſentatiuum eſt vitæ, & gratiæ & gloriæ Mariæ: ideo non inconuenienter appellari poteſt ſpeculum, Maria. Eia ergo benigniſſima Domina mea Maria, illud exiguum munus, quod dat tibi pauper amicus, accipito placide. Te enim cum hoc munuſculo, te cum hoc opuſculo ſalutationis tuæ ſaluto, te genibus flexis, te capite inclinato, te corde, & ore ſaluto ſalu- (B) temq. dico. Aue Maria, &c.

Auguſt. de Sanct. ſer. 35. ante med. tom. 10.

Ibidem.

Hier. epiſt. 10. ad Paul. & Euſtoch. ante med. tom. 9.

Ibid. paulo poſt.

Ber. ſer. 4. de aſſump. B. Mar. circa med.

Hiero. vbi ſupra proxime.

Luc. 21. a

Quòd in ſalutatione Angelica quinque ſententiæ ordinantur, in quibus quinque dulciſſimæ laudes B. Mariæ Virginis inſinuantur. Lect. I.

AVE MARIA *gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Audi dulciſſima virgo Maria, audi noua, audi mira. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Audi Gabrielem nuncium illum glorioſum. Audi fecundationis tuæ modum miraculoſum. Inclina aurem tuam (C) ad conſenſum fructuoſum. Audi certe quod a Deo patre tibi annunciabitur. Vide quomodo filius Dei ex te incarnabitur. Inclina aurem Spiritui ſancto, qui intrà te operabitur. Quia ergo habes aures audiendi audi, & in principio audiendorum audi inauditã hanc ſalutationem: *Aue Maria*. Hoc nomen, Maria, non a Gabriele, ſed a fidelium deuotione & Spiritusſancti inſpiratione interpoſitum eſt. Vltima quoque clauſula videlicet: *Et benedictus fructus ventris tui*, non a Gabriele ſalutante edita, ſed ab Eliſabeth, prophatante addita eſt. Dicamus ergo ſinguli, dicamus vniuerſi: *Aue Maria*, &c. O vere gratioſa, & venerabilis, O (D) vere glorioſa & admirabilis ſalutatio, vt ait Beda, quãto humanæ conſuetudini inaudita, tanto Mariæ dignitati eſt congrua. In hac dulciſſima ſalutatione quinque dulciſſimæ ſententiæ ordinantur, in quibus quinque dulciſſimæ commendationes ſiue laudes virginis inſinuantur. O vere dulcis inſinuatio. Inſinuatur nãque in his quàm puriſſima, quàm pleniſſima, quàm tutiſſima, quàm digniſſima, quàm vtiliſſima fuerit virgo beata Maria. Puriſſima, inquam, propter culpæ carentiam. Pleniſſima, propter gratiæ affluentiam. Tutiſſima propter diuinam præſentiam. Digniſſima propter perſonæ ſuæ reuerentiam. Vtiliſſima, propter (E) prolis ſuæ excellentiam. Quam puriſſima, propter culpæ carentiam fuerit Maria, bene inſinuatur cum dicitur: *Aue*. Recte namque ei dicitur: *Aue*, quæ ab omni væ culpæ immuniſſima fuit. Sic vtique matrem Dei decuit Anſelmo teſte, qui ait: Decebat vt hominis illius conceptio de matre puriſſima fieret, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cui Deus pater vnicũ filium, quem de corde ſuo æqualem ſibi genuit, ita dare diſponebat, vt eſſet vnus atque idem Dei & hominis filius. Item quàm pleniſſima per gratiæ affluentiam fuerit Maria, bene inſinuatur, cum dicitur: *Gratia plena*. Et vere plena, & plus (F) quam plena, ſicut teſtatur Anſelmus, deuotiſſime exclamans & dicens: O femina plena & ſuper plena gratia, de cuius plenitudinis exundantia reſperſa, ſic reuiuiſcit omnis creatura. Item quam tutiſſima per diuinam præſentiam fuerit Maria bene inſinuatur, cum dicitur: *Dominus tecum*. Merito Domino præſente, Domino ſecum exiſtente Maria ſpecialiter tutiſſima eſt: quia Dominus pater, Dominus filius, Dominus Spiritusſanctus ſic ſecum eſt, quòd ipſa ei ſpecialiter familiariſſima eſt, ſicut patet per beatum Bernardum qui ſic dicit: Nec tantum Dominus filius tecum, quem carne tua induis; ſed & Dominus Spiritusſanctus, de quo concipis, & Dominus pater qui genuit, quem concipis. Item quàm digniſſima propter perſonæ ſuæ reueten-

Beda hom. de annũc. B. Ma. to. 5.

Anſel. de concep. Virg. & pecc. orig. c. 18.

Bernar. homi. 3. ſuper Miſſ. eſt, ante med.

uerentiam ſuatis Maria, bene inſinuatur, cum dicitur: *Benedicta tu in mulieribus*: Nequaquam enim perſona eius poſſet non eſſe digniſsima, quæ tanta benedictione eſt reuerendiſſima. Vnde iterum ſtupens, & exclamans dicit Anſelmus. O virgo benedicta & ſuper benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non ſolum a creatore, ſed creator a creatura. Item quàm vtiliſſima per prolis ſuæ excellentiam fuerit Maria, bene inſinuatur cum dicitur: *Et benedictus fructus ventris tui*. Ad ſaluandum namque mundum per hoc vtiliſſima fuit, quòd ipſa fructum ſalutis excellentiſſimum, & potentiſſimum genuit. Ideo idem deuotus Anſelmus ait: Per fecunditatem tuam Domina, B immúdus peccator eſt iuſtificatus, damnatus ſaluatus, & exul reductus. Partus enim tuos Domina mundum captiuum redemit, ægrum ſanauit, mortuum ſuſcitauit. Videtis chariſſimi ergo, quomodo Maria propter culpæ carentiam, & immunitatem, merito per *Aue*, ſalutatur: propter gratiæ affluentiam, & immenſitatem, merito, *Gratia plena* commemoratur: propter diuinam præſentiam, & familiaritatem, merito, *Dominus tecum* inſinuatur: propter perſonæ ſuę reuerentiam & dignitatem, merito, *Benedicta tu in mulieribus* nunciatur: propter prolis ſuæ excellentiam, & vtilitatem, merito, *Benedictus fructus ventris tui* proclamatur. De C his autem ſingulis ſecundum ordinem videamus.

Quòd B. Virg. Maria libera fuit a triplici væ culpæ actualis: a triplici væ miſeriæ originalis: & a triplici væ pœnæ gehennalis. Lect. II.

AVE MARIA *gratia plena, &c.* Verbum bonum & ſuaue perſonemus illud aue, quod initiata eſt noſtra redemptio ab æterno væ. Perſonemus, inquam, ſinguli, perſonemus deuotiſſime vniuerſi, dicentes: *Aue Maria*, Aue, & aue, & iterum aue, & millies aue. Ecce chariſſimi, ſicut ſupradictum eſt, ſan- D ctiſſimæ Virgini Mariæ propter omnimodam culpæ carentiam & immunitatem, propter omnimodam vitę innocentiam, & puritatem, meritò in principio ſalutationis *Aue* dicitur: Aue vtique & abſque væ. Conſiderandum autem eſt, quòd triplex eſt væ, a quo immuniſſima fuit iſta, cui dictum eſt: *Aue*. Eſt autem væ culpæ, væ miſeriæ, & væ gehennæ. Eſt autem væ culpæ actualis, væ miſeriæ originalis, & væ pœnæ gehennalis. De his tribus væ non incongrue intelligimus, quod in Apocalypſi legimus. Audiui, inquit Ioánes, vocē vnius Aquilæ volantis per mediū cælū, dicentis voce magna. Væ, væ væ, habitantibus in terra. Sed ecce E quodlibet iſtorum trium, væ, multiplicatur, heu per tria væ, vt ſic ſimul ſint nouem væ, contra quæ Mariæ recte dicitur: *Aue*. Nam tria culpæ, tria miſeriæ, tria gehennæ ſunt væ, pro quorum carentia, ipſa merito ſalutatur per, *Aue*:

Beata virgo immunis fuit a triplici vę.

Apoc. 8. d

Primo igitur chariſſimi conſiderandum eſt, quòd triplex eſt væ culpæ, videlicet væ culpæ cordis, væ culpæ oris, & væ culpæ operis. De his tribus væ etiam dici poteſt: Væ væ, væ habitantibus in terra. Væ ergo peccatoribus pro culpa cordis, ſicut dicitur in Iſaia: Væ qui profundi eſtis corde, vt a Domino abſcondatis cōſilium, &c. Væ certe profundis corde ad malum, quia F profunda corda malorum, ſunt profundæ ſentinæ diabolorum, & profunda ſepulchra plena fœtoribus vitiorum. Væ ergo eis, vt dicitur in Matthæo: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritę, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus autem plena ſunt oſſibus mortuorū, & omni ſpurcitia. O quàm longe ab iſto væ fuit innocentiſſimum cor Mariæ, teſte Bernardo, qui ait: Proprium delictum Maria non habuit, & ab innocentiſſimo corde eius etiā pœnitentia longe fuit. Vnde ergo cor Mariæ pœnitere debuit, cum numquam dignum aliquid pœnitentia admiſit? Ideoq. mundiſſimum cor eius non fuit ſentina diaboli, nō fuit ſepulchrū vitij, immo

Beata Maria immunis fuit ab omni peccato cordis oris, & operis.

Iſa. 29. e

Matt. 23 b

Bern. ſer. 2. in Aſſump. B. Mariæ poſt medium.

A fuit hortus & paradiſus Spiritusſancti. Iuxta illud Canticorum: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. Hortus, vt ait Hieronymus, hortus deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramēta virtutum. Quia ergo Maria tam longe fuit ab iſto væ, ideo merito dictum eſt ei: *Aue*. Item væ peccatoribus pro culpa oris, ſicut dicitur in Iſaia: Væ qui dicitis malū bonum, & bonum malum. Væ his, væ omnibus, qui ore peccant, ſicut in Pſalmo dicitur: Venenum aſpidum ſub labijs eorum. O quàm longe ab iſto væ fuit ſanctiſſimum os Mariæ, vnde beatus Ambroſius dicit: Nihil toruum in oculis Mariæ, nihil in verbis procax, nihil B in actu inuerecundū fuit. In ore igitur Mariæ nō fuit fel, & venenum diaboli, ſed mel & lac Spiritusſancti. Iuxta illud Canticorū: Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel & lac ſub lingua tua. Nonne Maria mundiſſimum lac habuit ſub lingua, quando caſtiſſimum illud verbum ait: Quomodo fiet iſtud? Nonne etiam Maria dulciſſimum mel ſub lingua habuit, quando illud melliſluum verbum dixit: Ecce ancilla Domini? Quia ergo a Maria tam longe fuit oris væ, ideo merito dictum eſt ei: *Aue*. Item væ peccatoribus pro culpa operis, ſicut dicitur in Eccleſiaſtico: Væ duplici corde, & labijs ſceleſtis & manibus male facientibus. Væ C duplici corde pro culpa cordis: væ labijs ſceleſtis, pro culpa oris: væ manibus male facientibus, pro culpa operis. O quàm longe a tali væ fuit omne opus, & omnis vita Mariæ. Propter quod Bernardus ait: Decuit Reginam virginum, ſingulari priuilegio ſanctitatis abſque omni peccato ducere vitam, vt dum peccati mortis pareret peremptorem, munus vitæ, & iuſtitiæ omnibus obtineret. Nota, nec corde, nec ore, nec opere maculam peccati habuit, nec contraxit, vt vere ei Dominus dicere poſſet: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Sic ergo innocentiſsima, & ſanctiſſima Maria corde fuit abſque væ, ore abſque væ, opere abſque væ, & ideo dictum eſt ei: *Aue*.

Cant. 4 d

Hieron. ad Pau. & Euſtoch. de aſſump. B. M. op. 10. cir. med. 10. 9.

Iſa. 5. e

Pſal. 13. e

Amb. lib. 2. de Virgin. longe ante med. to. 4.

Cant. 4. c

Luc. 1. d

Ibidem.

Eccli. 1. e

Bern. Epiſt. 174. ad Canonic. Lug. cir. med.

Cant. 4. b

Secundo chariſſimi conſiderandum eſt, quòd Maria immunis fuit non ſolum a triplici væ culpæ actualis, ſed etiam a triplici væ originalis miſeriæ: videlicet a væ miſeriæ naſcentium, a væ miſeriæ parentium & a væ miſeriæ morientium. Væ miſeriæ naſcentium eſt væ fomitis naſcentes infirmantis: & væ miſeriæ parientium, eſt væ doloris parentes cruciātis: væ miſeriæ morientium, eſt væ reſolutionis morientes incinerātis. De his tribus væ dici poteſt: Væ væ væ habitantibus in terra. Væ ergo miſeriæ naſcentium, eſt væ fomitis nobis innati, quo ſecundum originalem corruptionem tam E infirmi ad bonum, & tam proni ad malū ſumus, quòd quilibet cum fomite natus, quilibet per fomitem infirmus & plagatus, dicere poteſt illud Hieremiæ: Væ mihi, ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. Ego antē dixi: Plane hæc infirmitas mea eſt, & ego portabo illam. Sed heu, non ſolum ineſt naſcentibus væ infirmitatis & miſeriæ, adultos ad peccatum inclinantis, ſed etiam væ fœditatis & culpæ, paruulos ad iram obligantis. De qua Apoſtolus ait: Omnes naſcimur filij irę. O quàm immunis ab iſto væ naſcentium fuit ſanctiſſima natiuitas Mariæ, quæ non ſolum ab originali culpa, ſed etiam a fomitis miſeria inquantum ad peccatū ductiuus erat, ſic liberata creditur per ſanctificationē F in vtero, vt numquam ad peccatum inclinata fuerit in hoc mundo, teſte Bernardo, qui ait: Puto quòd copioſior gratia ſanctificationis in ipſam deſcenderit, quæ non ſolum ortum eius ſanctificauit, ſed etiam vitam deinceps ab omni peccato cuſtodierit immunē. Quia ergo natiuitas Mariæ, tam longe fuit ab iſto, væ, ideo merito ei dictum eſt: *Aue*. Item væ miſeriæ parientium, eſt illud originalis maledictionis væ, de quo dictum eſt Euæ: In dolore paries filios, &c. De hoc væ pleriſque prægnantibus dici poteſt generaliter quod Dominus de quibuſdam prægnātibus dicit ſpecialiter: Væ autem prægnantibus & nutriētibus in illis diebus. O quàm immunis ab iſto væ fuit prægnans, & pariens

B. Virg. Maria a triplici væ originalis miſeria immunis.

Apoc. 8. d

Hier. 10. e

Epheſ. 2. a

Bern. vbi ſup. proxime.

Gen. 3. c

Mat. 24. b

Auguſt. ſer. 3. de natiu. B. M. prout habetur in Melleloq.

A rient vterus Mariæ, Auguſtino teſte, qui ait: O quàm beata mater iſta eſt, quæ ſine contaminatione cõcepit, mũdi riſũ & ſine dolore peperit medicinam. Quia ergo Maria tam longe fuit ab iſto parientium væ, ideo merito dictum eſt ei, *Aue.* Item miſeriæ væ morientiũ, eſt væ incinerationis, quod homini inflictum eſt, quando

Gen. 3. d

peccanti dictum eſt: Puluis es, & in puluerem reuerteris. Vnde tam de væ morientium, quàm de væ naſcentium, bene intelligi poteſt quod dicitur in Eccle-

Eccl. 41. b

ſiaſtico: Væ vobis viri impij, qui dereliquiſtis legẽ Domini altiſſimi. Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini. & ſi mortui fueritis, in maledictione pars veſtra erit. Certe tam pij, quàm impij naſcuntur in male- B dictione fomitis, & mortui erunt in maledictione pulueris: & tamen ſolis impijs væ vtriuſque maledictionis non inconuenienter hic inculcatur, eo quòd ipſis & fomes periculoſior, & incineratio odioſior eſſe videatur. Denique iniuſtis miſeria fomitis nociuior, &

Corpus B. Virg. ſurrexit glorioſum ante omnem putrefactionem.

memoria incinerationis amarior eſt quã iuſtis. O quàm longe ab iſto incinerationis væ fuit, vt credimus, corpus Mariæ ſanctiſſimum. Hoc enim corpus eſt arca ſanctiſſima Dei, quam decuit non putrefieri, ſed ad inſtar filij ſui ante omnem putrefactionẽ ſuſcitari. Vnde tam de filio, quàm de matre notabiliter ait Propheta:

Pſal. 131 b

C Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Hæc arca de lignis imputribilibus facta eſt, quia caro Mariæ nequaquam, vt credimus, putrefacta

Aug. de Aſſump. Mariæ lib. vni. tõ. 6. 10. 9.

eſt. Ideoq; bene beatus Auguſtinus ait: Tam præclarum theſaurũ dignius eſt cęlum ſeruare quàm terram, tantãq; integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis vlla reſolutio ſequitur. Si ergo Maria, eo modo quo dictum eſt, longe fuit a naſcentium væ, longe fuit etiam a morientium væ, & ideo merito ei dictum eſt: *Aue.*

B. Virg. Maria immunis a triplici væ pœnę gehẽnalis.

Tertio chariſſimi conſiderandum eſt, quòd Maria immunis fuit non ſolum a triplici væ culpæ actualis: non ſolum a triplici væ miſeriæ originalis, ſed etiam a D triplici pœna gehennali. Hoc triplex vę conſiſtit in pœnarum magnitudine, multitudine, & longitudine. Væ ergo damnatis pariter & damnandis, væ, inquam, propter magnitudinem, væ propter multitudinem, væ propter longitudinem tormentorum: De his etiam tribus

Apoc. 8. d

væ dici poteſt: Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Væ ergo gehennæ conſiſtit in pœnarum magnitudine. De

Ezec. 24. b

hoc vę dicitur in Ezechiele: Vę ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. Ciuitas ſanguinum eſt collectio impiorum, cuius grandis erit pyra, in grandi concrematione damnatorum. O quàm longe ab iſto vę grandi magnitudinis pœnę fuit grandis magnitudo E gratiæ & gloriæ Marię: cui contra grandem damnandorum pœnam in inferno, etiam Deus præparauerat grandem gloriam in cælo, vt ſicut fuit grandis in merito, ita etiã grandis eſſet in præmio. Vnde ipſe eſt thro-

3. Reg. 10 c

nus ille grandis, de quo dicitur: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. Thronus verò Salomonis eſt Maria, grandis omnino in gratia & in gloria. Propter

Ber. ſer. 1. in Aſſump. B. Mariæ prope fi.

quod bene beatus Bernardus ait: Quantum gratiæ Maria in terris adepta eſt præ ceteris, tantum in cælis obtinuit gloriæ ſingularis. Quia ergo Maria tam longiſſime fuit ab iſto væ, ideo merito ei dictum eſt, *Aue.* F Item væ gehennæ conſiſtit non ſolum in pœnæ magnitudine, ſed etiam in pœnarum multitudine. Vnde in

Iſa. 3. b

Iſaia dicitur: Væ animæ eorum, quia reddita ſunt eis mala. Pluraliter dicit mala, quia plura: immo plurima mala malis redduntur in gehenna. O quàm longe ab iſto væ multitudinis tormentorum, fuit in Maria multitudo meritorum, & præmiorum, cui contra multa damnatorum mala in inferno, iam Deus præparauerat multa bona in cælo: ita vt nullus angelus, nullus ſanctorum ei ęquari poſſit, in multitudine & congrega-

Prou. 31. d

tione bonorum cæleſtium, iuxta illud Prouerbiorum: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſola ſupergreſſa es vniuerſas. Si filias iſtas intelligamus ſanctas animas, vel intelligentias angelicas, numquid non ſuper- A greſſa eſt diuitias Virginum, Confeſſorum, Martyrũ, Apoſtolorum, Prophetarum, Patriarcharum, & Angelorum? cum ipſa ſit primitiua Virginum, ſpeculum Confeſſorum, roſa Martyrum, regiſtrum Apoſtolorũ, oraculum Prophetarum, filia Patriarcharum, regina Angelorum? Quid enim de diuitijs omnium horum

Hier. epiſt. 10. ad Paul. & Euſtoch. poſt medi. tom. 9.

defuit? Hieronymus enim ait: Mariam ſi diligentius aſpicias, nihil virtutis eſt, nihil ſpecioſitatis, nihil candoris & gloriæ quod in ea non reſplendeat. Quia ergo Maria tam longiſſima fuit a prædicto væ gehennæ ideo merito dictum ei, *Aue* Item væ gehennæ non ſolum in magnitudine, non ſolum in multitudine, ſed B etiam in longitudine, ſiue perpetuitate pœnarum con-

Iuda. c. 1. c

ſiſtit. Vnde in canonica Iudæ dicitur: Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt. *Et poſt pauca ſequitur*: Quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternũ. Nota, quod dicit, in æternum: & penſa quanta ſit illa pœnarum & tenebrarum longitudo, quæ finem non accipit in æternum. O quàm longiſſime ab iſto longiſſimo gehennę væ, fuit longitudo gloriæ Mariæ, cui contra æternas tenebras in inferno, iam Dominus præparauerat æternam lucem in cælo. vt ſicut anima peccatrix ſedes diaboli eſt mirabiliter tenebroſa

Pſal. 88. e

C in æternum: ita Maria mediatrix ſedes Chriſti mirabiliter luminoſa eſt in æternum, iuxta illud Pſalmi: Thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in ęternum Sic ergo beatiſſima virgo Maria longe fuit a triplici vę gehennæ: immo longe fuit a prædictis nouem væ, & ideo merito ei dictum eſt: *Aue.* Nos ergo chariſſimi omnes ei dicamus aue, omneſq; oremus, vt propter ſuum dulciſſimum aue, nos, orei, liberari ab omni vę. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum.

De ſignificationibus nominis Maria. Et quod B. Virgo mare amarum, ſtella maris, illuminatrix, & Domina conuenientiſſime dicitur.

D *Lectio III.*

AVE MARIA. Hoc nomen, ſicut dictum eſt ſupra, non angelus, ſed deuotio fidelium interpo-

Luc. 1. c

ſuit. De hoc beatus Euangeliſta Lucas ſignanter ait: Nomen Virginis Maria. Hoc nomen ſanctiſſimum, nomen dulciſſimum, nomen digniſſimum, tam ſanctiſſimæ, tam dulciſſimæ, tam digniſſimæ virgini conuenientiſſime eſt impoſitum. Maria enim amarum ma-

Quid ſignificat nomẽ Maria.

re, Maria eſt ſtella maris, & Maria illuminata, vel illuminatrix, Maria Domina interpretatur. Maria autem E eſt mare amarum dæmonibus: & ſtella maris hominibus: & illuminata, vel illuminatrix angelicis ſpiritibus, Domina creaturis omnibus. Maria, inquam, dæmonibus eſt mare amarum ſpiritualiter, & Maria hominibus eſt ſtella maris officialiter, & Maria angelis illuminatrix eſt æternaliter, & Maria creaturis omnibus eſt Domina vniuerſaliter.

Maria amarum mare.

Conſiderandum ergo eſt, quòd Maria interpretatur amarum mare: hoc optime ei competit contra diabolum. Sed nota, quomodo Maria ſit mare, & quomodo ſit amara, & quomodo ſimul ſit amarũ mare Maria eſt mare gratia affluendo: & Maria eſt amara F filio compatiendo: & Maria eſt amarum mare diabolum ſubmergendo. Maria vtique eſt mare, per affluentem Spiritusſancti repletionem: Maria eſt amara, per affluentem filij ſui paſſionem: Maria eſt mare amarum, per ſubmergentem diaboli ſuffocationem.

Primo cõſidera chariſſime, quod Maria dicitur mare, propter affluentiam, & copiam gratiarum. Vnde

Eccleſ. 1. b

ſcriptum eſt in Eccleſiaſte: Omnia flumina intrant in mare. Flumina ſunt Chariſmata Spiritusſancti. Vnde

Ioan. 7. d

Ioannes dicit: Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eũ. Omnia ergo flumina intrant in mare, dum omnia chariſmata ſanctorum intrant in Mariam. Flumen enim

gratiæ

gratiæ angelorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Apoſtolorum intrat in Mariam, & flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam, & flumẽ gratiæ Confeſſorum intrat in Mariam, flumen gratiæ virginum intrat in Mariã. Omnia flumina intrant in mare, ideſt omnes gratiæ intrant in Mariam. Vnde ipſa optime dicere poteſt illud Eccleſiaſtici: In me omnis gratia viæ, & veritatis, & in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Quid mirum ſi omnis gratia in Mariam confluxit, per quam tanta gratia ad omnes defluxit? Ait enim beatus Auguſtinus: Gratia es plena Maria, quam apud Dominum inueniſti, & hanc per totum mundum effundere meruiſti.

Eccl. 24. c

Secundo conſidera chariſſime, quod Maria in Paſſione filij ſui valde amara fuit, quando ſuam ipſius animam gladius pertranſiuit. Vnde ipſa bene potuit dicere illud Ruth: Non vocetis me Noemi, ideſt pulchrã, ſed vocate me mara, ideſt amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotẽs. Amara fuit Noemi, quia duo filij ſui fuerunt mortui. Noemi pulchra, & amara, ſignat Mariam, pulchram quidem per Spiritusſancti ſanctificationem, amaram vero per filij ſui Paſſionẽ. Duo autem filij Mariæ ſunt homo Deus, & homo purus, vnius enim corporaliter, alterius ſpiritualiter mater eſt Maria. Vnde beatus Bernardus ait: Tu mater Regis, tu mater exulis, tu mater Dei, tu mater iudicis, & tu mater Dei & hominis, cum mater ſis vtriuſque, diſcordiam inter filios tuos nequis ſuſtinere. Ideo exclamãs, Anſelmus ait: O beata fiducia, o tutum refugium mater Dei, & mater noſtra. Iſti duo filij Mariæ ambo mortui fuerũt in paſſione: Vnus in corpore, alius mente: Vnus crucis acerbitate, alter mentis infidelitate. Et ideo viſcera Mariæ valde repleta fuerunt amaritudine, ſicut Sanctus Auguſtinus teſtatur, dicens: Illa, inquit, pia mater immani dolore eiulans, pectora debilitata contundens, ita ipſius, viſcera omniaq. membra fatigauerat, vt inceſſu deficiens, vix peruenire potuiſſet ad Chriſti funus. Vides modo quomodo Maria ſit mare Spiritusſancti. Vides ſecundo, quomodo ipſa ſit amara pro morte filij ſui.

Ruth. 1. d

Tertio conſidera chariſſime, quòd Maria eſt mare amarum diabolo, & angelis eius per ipſam oppreſſis, quemadmodum mare rubrum amarum fuit Ægyptijs in ipſo ſubmerſis, de quibus habetur in Exodo: Reduxit ſuper eos Dominus aquas maris. O quam amarum & timendum eſt hoc mare Ægyptijs. O quàm amara & timenda eſt hæc Maria dæmonibus. Vnde beatus Bernardus: Non ſic timent hoſtes viſibiles quaſi caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum, patrocinium & exemplum: Fluunt & pereunt ſicut cera a facie ignis, vbicumque inueniunt crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem. Sic ergo vides chariſſime quomodo Maria eſt mare per affluentiam ſuæ repletionis, quomodo Maria eſt mare per vehementiam Dominicæ Paſſionis, & quomodo Maria eſt mare amarum per potentiam diabolicæ ſubmerſionis.

Exo. 15. c

Maria eſt ſtella maris.

Conſequenter conſiderandum eſt, quòd Maria interpretatur ſtella maris. Hoc optime conuenit Mariæ, quæ gerit officium ſtellæ marinæ. Legitur enim & verum eſt, quòd nautarum mos eſt, vt cum in aliquã terram nauigare diſponunt, vnum ſidus eligunt, cuius ſigno luce radiante, in eam, quam deſiderant partẽ poſſunt ſine errore adduci. Tale certe officium eſt ſtellæ noſtræ Mariæ, quæ nauigantes per mare mundi in naui innocentiæ, vel pœnitentiæ, dirigit ad littus cæleſtis patriæ. Propter hoc bene Innocentius, ait ſic: Quibus auxilijs poſſunt naues inter tot pericula pertranſire vſque ad litus patriæ? Certe, inquit, per duo, ſcilicet per lignum & ſtellam, ideſt per fidem crucis, & per virtutem lucis, quam peperit nobis Maria maris ſtella. Bene autem Maria ſtellæ maris comparatur, propter puritatem, propter radioſitatem, & propter vtilitatem. Maria enim eſt ſtella puriſſima, ſtella radioſiſſima, & ſtella vtiliſſima. Maria eſt ſtella puriſſima puriſſime viuendo: & Maria eſt ſtella radioſiſſima, radiũ æternum pariendo: Maria eſt ſtella vtiliſſima, ad littus patriæ dirigendo.

Primo ergo conſidera chariſſime, quòd Maria eſt ſtella puriſſima, ſine peccato puriſſime viuendo. Vnde de ea dici poteſt illud Sapientiæ: Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur purior. Quidam legunt hic prior, quidam purior, vtrúque vero ſtellæ noſtræ competit. Maria enim eſt prior, ideſt potior ſiue dignior. Maria etiam purior eſt Sole, & ſtellis, & luce: quia tam dignitate, quàm puritate, Solem, & ſtellas, & omnem lucem ſuperat corporalem immo etiam ſpiritualem, ideſt angelicam creaturam. De qua dicitur: Diuiſit Deus lucem a tenebris, ideſt angelos ſtantes a cadentibus. Hac vtique luce angelica prior, & purior eſt Maria. Prior dignitate, & purior ſanctitate. Vnde Anſelmus exclamans, ait: O benedicta ſuper mulieres, quæ angelos vincis puritate, ſanctos ſuperas pietate. Vides modo quomodo Maria ſit ſtella puriſſima puriſſime viuendo.

Sap. 7. d

Gen. 1. a

Anſel. in inuocatione matris Virgin. Mariæ & filij eius.

Secundo conſidera chariſſime, quòd Maria eſt ſtella radioſiſſima, radium æternum emittendo, & Dei filium pariendo. Ipſa enim eſt ſtella, de qua dicitur in Numeris: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, &c. Virga iſta eſt Dei filius, qui ſtellæ noſtræ Mariæ eſt radius. Radius vtique de quo cantatur: Sicut ſidus radium, &c. De quo etiam beatus Bernardus ait: Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec virgini filius ſuam virginitatem. O vere beatiſſima, ò vere radioſiſſima ſtella Maria: cuius radius non ſolũ mundum, immo etiam cælum, & non ſolum cælum, immo etiam infernũ penetrauit, ſicut beatus Bernardus ſcribens, ait: Ipſa eſt præclara & eximia ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbẽ illuminat, cuius ſplendor etiam in ſupernis præfulget, & inferos penetrat. Vides modo quomodo Maria eſt ſtella puriſſima, puriſſime viuendo: vides ſecundo, quomodo Maria ſit ſtella radioſiſſima, filium Dei pariendo.

Num. 24. c

Bern. hom. 2. ſup. Miſſ. eſt &c.

Ibidem.

Tertio conſidera chariſſime, quod Maria eſt ſtella vtiliſſima nos ad patriam cæleſtem dirigendo, immo ducendo nos per mare huius ſæculi ad gratiã filij ſui, tamquam ad portum Paradiſi. Vnde ipſa eſt ſtella illa clariſſime fulgens, tres Magos ad Chriſtum rectiſſime ducens. Maria certe eſt ſtella, quæ in fluctibus præſentis vitæ valde eſt neceſſaria. Vnde Bernardus dicit: Ne auertas oculos tuos a fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgunt venti tentationum, ſi incurris ſcopulos tribulationum: reſpice ſtellam, voca Mariam. Igitur chariſſime ne in mari huius mundi demergaris, ſtellam ſequaris, Mariam inuoces. Securiſſimum enim eſt ipſam ſequi, ſicut idem beatus Bernardus teſtatur, dicens: Ipſam ſequens non deuias: ipſam rogans non deſperas; ipſam cogitans non erras. Ipſa tenente non corruis. Ipſa protegente non metuis: ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia peruenis; & ſic in temetipſo experiris, quàm merito dictum ſit, Et nomen Virginis Maria. Sic ergo vides, quomodo Maria eſt ſtella puriſſima a peccato, ſtella radioſiſſima in filio, & ſtella vtiliſſima in mundo.

Ibidem.

Ibidem.

Maria eſt illuminata, & illuminatrix.

His viſis conſiderandum eſt, quòd Maria etiam interpretatur illuminata, vel illuminatrix. Hoc ſimiliter competit tantæ virgini, quæ mirabiliter illuminata eſt per præſentiam Domini, iuxta illud Apocalypſis: Vidi angelum alium deſcendentem de cælo, habentem poteſtatem magnam, & terra illuminata eſt a gloria eius. Filius Dei eſt angelus magni conſilij: terra vero a gloria Dei illuminata eſt Maria, quæ ſicut illuminata fuit a gratia eius in mundo, ita nunc illuminata eſt a gloria eius in cælo, vt ſic illuminata, fieret illuminatrix in mundo & in cælo. Propter quod conſiderandum eſt, quòd

Apoc. 18. a

quòd Maria illuminata, illuminatrix eſt, per exempla, per beneficia, & per præmia: illuminatrix per exempla vitæ ſuæ, illuminatrix per beneficia miſericordiæ ſuæ, illuminatrix eſt Maria per præmia gloriæ ſuæ.

Primo ergo conſidera chariſſime, quòd Maria eſt illuminatrix plurimorũ per exempla lucidiſſimæ vitæ ſuæ. Ipſa eſt cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo. Ipſa eſt cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias: Ipſa enim eſt lucerna Eccleſię ad hoc illuminata a Deo, vt per ipſam contra tenebras mundi illuminaretur Eccleſia. Oret ergo Eccleſia, oret fidelis anima, & dicat:

Pſal. 17. c Quoniam tu illuminas lucernã meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Hanc vere lucernam Dominus illuminauit pleniſſime, & per hanc illuminationem tenebras animarum noſtrarum fugat & fugauit. Hoc bene ſentiens Bernardus ait: O Maria tu virtutum tibi inditarum magnificis exemplis ad imitationem tui nos prouocas, ſicq. noctem noſtram illuminas. Qui enim vias tuas inſectatus fuerit, non ambulat in tenebris, ſed habet lucem vitæ. Vides modo quomodo Maria eſt illuminatrix mundi per exempla lucidiſſimę vitæ ſuæ.

Secundo conſidera, quòd Maria eſt illuminatrix per beneficia lucidiſſimæ miſericordiæ ſuæ: per quam multi in nocte huius ſæculi illuminati ſunt ſpiritualiter, ſicut quandoque filij Iſrael per columnam ignis illuminati fuerunt corporaliter, iuxta illud Pſalmi.

Pſal. 77. b Deduxit eos in nube, &c. Maria eſt nobis columna nubis, quia tamquam nubes protegit ab æſtu Diuinæ indignationis: protegit etiam ab æſtu diabolicæ tenta-

Pſal. 104. d tionis, ſicut iterum dicitur in Pſalmo: Expandit nubem, &c. Maria quoque columna ignis eſt, illuminans nos, immo illuminans mundum multis miſericordiæ ſuæ beneficijs. Quid nos miſeri, nos obtenebrati, quid in nocte huius ſæculi faceremus, ſi tam lucidam lucernam, ſi tam luminoſam columnam non haberemus? Quid enim totus mundus valeret, ſi ſolem non habe-

Ber. ſer. in Nat. B. Maria de Aquaduct. ante med. ret? Propter hoc bene beatus Bernardus ait: Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mũdum, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo inuoluens, vmbra mortis, ac denſiſſimæ tenebræ relinquuntur? Vides modo quomodo Maria eſt illuminatrix, per lucidiſſimam vitam: vides ſecundo quomodo Maria eſt illuminatrix per lucidiſſimam miſericordiam ſuam.

Tertio conſidera chariſſime, quòd Maria etiam eſt illuminatrix per lucidiſſimam gloriam ſuam, quæ per omnia illuminat cælum ſicut Sol mundum, iuxta il-

Eccl. 42. c lud Eccleſiaſtici: Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Sol illuminãs eſt Maria, quæ eſt pulchra vt Luna, electa vt Sol, Pulchra vt Luna per gratiam: electa vt Sol per gloriam. Gloria enim Domini plenum eſt opus eius. Opus Domini excellentiſſimum eſt Maria. Hoc opus ſicut plenum fuit gratia Domini in mundo, ſic plenum eſt gloria Domini in cælo. Sic ergo illuminans Maria in gloria ſua, rutilans per omnia reſpicit, quia per omnes Angelos, & per omnes Sanctos gloriæ ſuæ illuminationem extendit. Quid mirum ſi Mariæ præſentiam totum illuminat cælum, quæ etiam totum illuſtrat or-

Ber. ſer. 1. in Aſſump. B. Mar. ſatim a prin. bem? Ait enim Bernardus: Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis, & ipſa in cæleſtis patriæ clarius rutilat virgineæ lampadis irradiata fulgore. Sic ergo vides quomodo Maria illuminatrix eſt per vitam ſuam lucidiſſimam: quomodo illuminatrix per gloriam ſuam fulgidiſſimam eſt Maria.

Poſt prædicta omnia conſiderandum eſt, quòd Maria interpretatur Domina. Hoc quoque optime competit tantæ imperatrici, quæ te vera Domina eſt cæleſtium terreſtrium, & infernorum. Domina, inquam, Angelorum, Domina hominum, Domina dæmonũ, Domina vtrioſque in cælo, Domina in mundo, Domina in inferno.

Maria cæleſtium, terreſtrium, & infernorum Domina.

Primo conſidera chariſſime, quòd Maria eſt Domi-

A na angelorum, ipſa enim ſignata eſt in Domina Eſther

Eſther. 15. b. Regina, de qua legitur, quòd ſuper vnam famulã ſuam delitioſe innitebatur, altera autem famularum ſequebatur Dominam, defluentia in humum veſtimenta ſuſtentans. Per Dominã Eſther Reginam, intellige Mariam Reginam: duæ famulæ, quarum Domina eſt Regina Maria, ſűt angelica, & humana creatura. O quantum gaudendum eſt nobis, miſeris hominibus, quòd angeli Dominum & Dominam habent, ex hominibus. Veriſsime enim angelorum Domina, eſt Maria.

Auguſt. de ſanct. ſer. 31. ant. medi. to. 10. Vnde Auguſtinus ipſam alloquens, ait: Si te cælum vocem, altior es. Si matrem gentium dicam, præce-

B dis. Si Dominam angelorum nominem, per omnia eſſe comprobaris. Si formam Dei appellem, digna exiſtis. Anima vero humana eſt famula, quæ Dominam ſuam Mariam ſequitur in mundo. Sequitur certe colligens veſtimenta Dominæ, ſcilicet, colligens virtutes & exempla Mariæ. Intelligentia vero angelica eſt famula, ſuper quam Domina ſua Maria innititur in cælo. Innititur certe tamquam familiariſsima ſe angelis ſociando: innititur etiam tamquam delicatiſsima in angelis delitiando: innititur quoque tamquam pleniſsima ſe cum ſua plenitudine angelis communicando: innititur inſuper tamquam potentiſsima, an-

C gelis imperando. Omnibus enim angelis Maria innititur ſuo imperio. Vnde Auguſtinus ait: Michael Dux & Princeps militiæ cæleſtis cum omnibus ſpiritibus adminiſtratorijs, tuis virgo paret præceptis, in defendendis in corpore, & in ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium, ſpecialiter tibi Domina, & die ac nocte ſe tibi commendantium. Vides modo, quomodo Maria eſt Domina angelorum in cælo.

Secundo conſidera chariſsime, quòd Maria eſt Domina hominum in mundo. De hac Domina in Pſalmo dicitur: Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ

Pſal. 122. ſuæ, &c. Ancilla Dominæ Mariæ eſt quælibet anima fi-

D delis, immo etiam Eccleſia vniuerſalis. Oculi huius ancillæ in manibus Dominę ſuę ſemper debent eſſe, quia oculi Eccleſiæ, oculi omnium noſtrum ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius quidquid boni agimus Domino offeramus. Per manus enim huius Dominæ habemus, quidquid boni poſsidemus, teſtante

Ber. ſer. 3. in vig. Natal. Dom. in fine. beato Bernardo, qui ait: Nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non tranſiret. Per manus quoque huius Dominæ offerre Deo debemus, quidquid boni egerimus, quemadmodum beatus Bernar-

Ber. ſer. in Nat. B. Maria de Aquaductu circa fi. dus hortatur, dicẽs: Modicum illud quod offerre deſi-

E deras, gratiſsimis illis, & omni acceptione digniſsimis Mariæ manibus tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam. Bene nobis chariſsimi, bene nobis, quòd talem Dominam habemus, quæ manus tam liberales habet ad nos, & tam præpotens eſt apud filium ſuper nos, vt ſecuri ad ipſam confugere poſsimus omnes nos. Vnde deuotiſsimus Anſelmus ait: Domina magna, cui gratias agit concio læta iuſtorum, ad quam territa fugit turba reorum: ad te præpotens & miſericors Domina ego peccans anxius confugio. Vides modo, quomodo Maria eſt Domina angelorum in cælo. Vides ſecundo quomodo Maria eſt Domina hominum in mũdo.

F Tertio conſidera chariſsime, quomodo Maria eſt Domina dæmonum in inferno, tam potenter eis dominans etiam, vt de ipſa accipi poſsit illud Pſalmi: Vir-

Pſ. 109. a gam virtutis tuæ emittet Dominus, &c. Virga virtutis eſt virgo Maria. Ipſa eſt virga Aaron florida per virginitatem, & fructifera per fecunditatem. Ipſa quoque

Iſa. 11. a eſt virga, de qua dicitur in Iſaia: Egredietur virga de radice Ieſſe. Hæc virga virgo Maria. virga virtutis eſt contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur, & ideo Domina tam magna, tam magnæ virtutis, merito a nobis amatur, merito a nobis laudatur & merito a nobis exoratur, vt nos cõtra inimicos iſtos tueatur. Exemplum dat nobis Anſelmus, qui tantam Dominam alloquens, ait: Te Domina magna & valde

magna,

magna, te vult cor meum amare, te cupit os meum laudare, te desiderat venerari mens mea, te affectat exorare anima mea, quia tuitioni tuæ se commendat tota substantia mea. Sic ergo vides quomodo Maria est Domina angelorum in cælo, Domina hominum in mundo, & Domina dæmonum in inferno. Vides ergo ex prædictis, quòd Maria mare amarum, quod Maria stella maris, Maria illuminatrix, Maria Domina conuenientissime interpretatur. Maria enim amarum mare est dæmonibus peruersis. Maria stella maris est hominibus conuersis. Maria illuminatrix est angelis non auersis. Maria est Dominans creaturis vniuersis. Oremus charissimi, oremus deuotissime, oremus Mariam & dicamus: Eia maris amarum, Maria adiuua nos, vt in vera pœnitentia vtaliter amaricemur. Eia stella maris Maria adiuua nos, vt per mare sęculi spiritualiter rectificemur. Eia illuminatrix Maria adiuua nos, vt in gloria æternaliter illuminemur. Eia Domina Maria adiuua nos, vt tua gubernatione, & dominatione filialiter gubernemur. Per Dominum nostrum, &c.

Nomen Maria, B. Virginis quàm sit conuenientissimum. Et quod eadem omni vitio caruit, & omni virtute claruit. Lect. IIII.

AVE MARIA. Nomen id affectuosum, & dulcissimum, nomen id gratiosum & nobilissimum nomen id gloriosum & dignissimum optime conuenit beatæ virgini Dominę nostræ. Conuenientissime virgo tam pia vocata est Maria. Ipsa enim est Maria, quę & omni vitio caruit, & omni virtute claruit. Ipsa, inquam, est Maria, quæ a septem vitijs capitalibus fuit immunissima. Maria enim contra superbiam profundissima, per humilitatem: contra inuidiam affectuosissima, per charitatem: contra iram mansuetissima, per lenitatem: contra acediam indefessissima per sedulitatem: Maria contra auaritiam tenuissima, per paupertatem: Maria contra gulam temperatissima per sobrietatem: Maria contra luxoriam castissima per virginitatem fuit. Hęc omnia ex illis scripturis colligere possumus, in quibus nomen Mariæ expressum inuenimus.

Primo considera charissime, quòd Maria profundissima apud se fuit per humilitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luca: Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini. O mira & profunda humilitas Marię. Ecce Mariam archangelus alloquitur, Maria gratia plena dicitur, superuentio Spiritussancti præmittitur, Maria in matrem Domini assumitur, Maria iam omnibus creaturis anteponitur, Maria iam Domina cæli & terræ efficitur, & pro his omnibus non extollitur; sed in his omnibus mira humilitate deprimitur, dicēs: Ecce ancilla Domini. Propter hoc bene ait Beda sic: Maria nequaquā se de donis cælestibus quasi a se hæc essent extulit: sed vt magis magisq. donis apta esset diuinis in custodia humilitatis gressum mentis fixit angelo respōdens: Ecce ancilla Domini. Hoc est cōtra multos, qui in prosperis & honoribus, qui in gratijs, & virtutibus non humiliantur cum Maria, & cum Christo, sed intumescunt cum Eua, & Lucifero. Sed certe Mariæ humilitas, non solum in verbo, sed etiam in facto declaratur: non solum in verbo regalis responsionis, sed in facto legalis purgationis: non solum in verbo, quo se humiliauit tamquam ancillam & seruitricem, sed etiam in facto quo se humiliaui tamquam ream & peccatricem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luca: Postquam impleti sunt dies &c. O dura, & infelix superbia, o superba & infelix durities peccatoris: ecce Maria absque omni peccato legem subijt purgationis, & tu miser plenus peccatis non vis legem subire satisfactionis?

Luc. 1. d

B. Marię humilitas.

Beda hom. in æstiu. de sanct. de solemn. desp. quādo visitauit Elisabet non longe a prin.

Luc. 2. e

Vide charissime, quòd Maria affectuosa fuit per charitatem. Ipsa enim est Maria, de qua dicitur in Luca. Exurgens autem Maria, abijt in montana cum festinatione, &c. Abijt, inquam, vt visitaret, vt salutaret, vt

B. Maria affectuosa per charitatē.

Ibidem.

A ministraret Elisabeth. Vide, quomodo illa visitatio Mariæ plena fuit charitate. In descriptione enim illius visitationis Maria quater nominatur, in quo charitas Mariæ ad Deum, & ad proximum plenius declaratur. Charitas proximi debet haberi, & foueri, corde, ore, & opere: Maria autem charitatem proximi habebat in corde. & propter hoc exurgens Maria, abijt in montana cum festinatione. Quid enim eam ad officium charitatis festinare cogebat, nisi charitas quę in corde eius feruebat? Legimus quod pastores venerunt festinātes ad præsepium, & quòd Maria abijt cum festinatione ad obsequium, & quod Zachęus festinans descēdit ad

Luc. 2. b

Luc. 1. d

Luc. 19. a

B hospitandum Dominum: Væ ergo tardis ad opera charitatis. Item Maria charitatem proximi ore fouebat. Ipsa enim est de qua ibidem dicitur: Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, &c. Charitas, inquam, proximi salutationibus, & alijs charitatiuis locutionibus semper fouenda est. Vnde angelus salutauit Mariam: Maria salutauit Elisabet: Filius Marię salutauit Marias euntes de sepulchro, dicens illis: Auete. Væ eis, qui propter odium salutationem proximo negant. Væ & illis, qui dolosè proximum salutant, sicut Iudas cum dixit: Auè Rabbi. O quam dulciter Maria salutare nouit. O Maria digneris nos per gratiā tuam

Mat. 26. f

C salutare. Et certe ipsa nos libenter salutat beneficio & consolatione, si nos eam frequenter salutamus seruitio & oratione. Libenter nos salutat cum gratia, si libenter eam salutamus cum Aue Maria. Item Maria charitatem non solum corde habebat, non solum ore fouebat, sed etiam opere exercebat. Ipsa enim est Maria, de qua ibi dicitur: Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus. Mansit videlicet pro ministerio & consolatione Elisabeth. Vnde Ambrosius: Quæ propter officium venerat, officio inhærebat. Item Maria sicut in omnibus charitatem habuit ad proximum, ita super omnia charitatem habuit ad Deum. Ipsa enim

Luc. 1. f

Ambr. comment. in Luc. lib. 2. c. 1. tom. 5.

D est Maria, de qua ibidem dicitur: Magnificat anima mea Dominum. Anima quod amat hoc magnificat, & in hoc exultat. Idcirco anima Mariæ Deum decentissime magnificauit, & in Deo firmissime exultauit, quia Deum excellētissime amauit. De cuius amore bonum verbum dicit magister Hugo de Sācto Victore. Quia, inquit, in cordu eius amor Spiritussancti singulariter ardebat, ideo in carne eius, virtus Spiritussancti mirabilia faciebat.

Ibidem. e

Hugo de sāct. Vict. de Maria virginitate, perpetua cap. 2. post med.

Tertio vide charissime, quòd Maria mansuetissima fuit per lenitatem, patientissima contra omnem aduersitatem. Ipsa enim est Maria, quam Simeon sic alloque-

E batur, sicut in Luca dicitur: Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui cōtradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hic gladius acutissimam filij sui passionem siue mortem signat. Gladius corporalis animam nec occidere potest, nec vulnerare. sic acutissima Christi passio, licet animam Mariæ per compassionem pertransiuit, ipsam tamen nec per odium occidit, nec per impatientiam vulnerauit. Maria enim interfectores filij sui nūquam odiuit, numquam contra eos impatiens fuit. Nam si alij martyres patientissimi fuerunt in martyrio suo cor-

Mansuetudo, & patiētia B. Mariæ.

Luc. 2. e

F porali, quanto magis martyr nostra Maria in martyrio suo spirituali? De cuius nobili martyrio Hieronymus ait: Quia spiritualiter & atrocius passa est gladio passionis Christi, plusquā martyr fuit. O mira Mariæ patientia & mansuetudo, quæ non solum patientissima fuit, dum corā ipsa filius eius crucifigeretur, sed etiam dum ante crucifixionem, propter ipsam filius eius vilipenderetur, sicut in Euangelio Marci dicitur: Nonne hic est fabri filius, & Mariæ? Vbi post pauca sequitur: Et scandalizabantur in eo. Reuera faber est Christus, sed qui fabricatus est auroram, & Solem. Heu quàm longe a gratia mitissimæ Mariæ sunt, qui tam immites, tam impatientes, tam iracundi sunt sicut commensales, & socij & vicini sæpe sentiunt.

Hieron. ad Paul. & Eust. de Assump. Beatæ Mariæ epistol. 10. post med. tom. 9.

Mar. 6. a

Psal. 73. a

Quarto

B. Mariæ diligentia indefeſſa. Act. 1. g

A Quarto vide, chariſſime, quòd indefeſſiſſima & ſtudioſiſſima fuit, per ſedulitatem in bonis operibus. Ipſa namque eſt Maria illa, de qua dicitur in Actis: Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Ieſu. Maria indefeſſe perſeuerando in oratione exemplum dedit: quam oportet ſequi & non deficere. Et ſi Maria tam ſedule orauit in terris, quomodo non ſedule orabit pro nobis in cælis? Propter hoc nos bene hortatur Auguſtinus dicẽs: Omnes Mariæ patrocinia omni niſu imploremus: vt, dum ſupplici eam obſequio frequentamus in terris, ipſa nos prece ſedula commendare dignetur in cælis. Sed ecce B Maria noſtra non ſolum ore in orationibus, ſed etiam corde in ſanctis meditationibus indefeſſa fuit, & ſedula. Ipſa enim eſt Maria, de qua dicitur in Euangelio Lucæ: Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Quia ergo Maria non fuit acedioſa, ideo non fuit odioſa: & ideo, non ſolum mentem in ſanctis meditationibus, non ſolum linguam in deuotis orationibus; ſed etiã manus in bonis operibus ſedulas habuit. Propter quod bene, ſicut ſupra dictum eſt, manſit Maria cum Eliſabeth tribus menſibus. Ad quid? Reſpondet Beda & ait, Vt mulieri prouectæ ætatis, virgo iuuencula miniſteriũ ſedula impẽderet. Heu quàm C longe a gratia Mariæ eſt miſer acedioſus, cuius & mẽs & manus & lingua ſunt toties a meritis otioſę.

Auguſt. ſer. 35. de ſanc. tir. ſi. tom. 10.

Beda hom. in Solemn. Deip. Virg. quãdo ſalutauit Eliʒabet ante med. to. 7.

Luc. 2. ſ.

B. Mariæ paupertas. Luc. 2. a

Quinto vide, chariſſime, quòd Maria tenuiſſima fuit per paupertatem. Ipſa enim eſt Maria, de qua dicitur: Inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Paſtores pauperes inuenerunt pauperem Mariam matrem & pauperem infantem in paupere loco, non in pompoſa curia, ſed in paupere præſepio. Quæ vtique paupercula mater bonum hoſpitium habuiſſet, ſi pauper non fuiſſet. Iſta dum diligenter attendis, tunc paupertatem Mariæ euidenter perpendis. De qua Ioannes Chryſoſtomus ait: Vide paupertatis Ma- D riæ magnitudinem, & quicumque pauper eſt, accipiat conſolationem. Quicumque certe propter Deum pauper eſt voluntarie, & libenter, vel etiam quicumque pauper eſt neceſſarie & patienter, multum conſolari poteſt de paupertate Mariæ, & de paupere Chriſto. Ab illa conſolatione iniqui diuites longe ſunt, qui longe aliam quærunt. Vnde Saluator dicit: Væ vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Nolo tamen deſperare diuites, quia non ſolum pauperes paſtores, ſed etiam diuites reges pauperem Mariam & pauperem Filium eius inuenerunt, ſicut dicitur in Matthæo: Et intrantes domum inuenerunt, &c. Sic illi di- E uites ipſos inuenerunt, qui munera attulerunt. Pauperes ergo conſolationem iſtam inueniunt per paupertatem, diuites vero per liberalitatem. Dum pauperes per paupertatem Chriſto conformantur, diuites per liberalitatem Chriſto reformantur.

Luc. 6. b

Matt. 2. a.

Beatæ Mariæ ſobrietas. Luc. 1. a

Sexto vide, chariſſime, quòd Maria temperatiſſima fuit, per ſobrietatem. Ipſa enim eſt Maria, cui dicitur: Ne timeas Maria, inuenisti gratiam &c. Nota, quod dicitur: Inuenisti gratiam. Numquam Maria tantam gratiam inueniſſet, niſi gratia Mariam in cibo & potu temperatiſſimam inueniſſet. Non enim ſe compatiuntur gratia & gula: quia impoſſibile eſt, quod homo ſimul ſit per gratiam Deo gratus, & per gulam ingra- F tus. Bonum eſt ergo quærere gratiam & fugere gulam. Dicit enim Paulus: Optimum eſt gratia ſtabilire cor non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Nota etiam quod dicitur: Ecce concipies in vtero. Numquam Maria Deum in vtero concepiſſet, ſi idem vterus contra Deum crapuloſus fuiſſet, & ſi vterus ille mero æſtuaſſet: cum venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. Vterus ergo ille, qui Deo incarnato grauidatus eſt, numquam in cibo & potu intemperato grauatus eſt. Vnde Ioannes Chryſoſtomus ait: Comeſſatrix, aut vinolenta Maria numquam fuit. Heu quàm longe a gratia Mariæ ſunt, qui in cibo, & potu toties excedunt.

Hebr. 13. d

Luc. 1. a

Chryſ. homil. 1. in Matt. oper. imperf. to. 2.

B. Mariæ virginitas. Luc. 1. a

A Septimo, vide chariſſime, quòd Maria caſtiſſima fuit per virginitatẽ. Ipſa eſt Maria, de qua dicitur: Nomen virginis Maria. Eximiæ caſtitatis Mariæ teſtem Euangeliſtam, teſtem ipſam Mariam, teſtem habemus angelicam perſonam. Caſta enim fuit in virginea carne, ſicut Euangelium teſtatur, dicens: Nomen virginis Maria. Caſtior fuit Maria in virginea mente, ſicut ipſamet teſtatur. Ipſa enim eſt, de qua dicitur: Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? id eſt non cognoſcere propono. Caſtiſſima vero fuit Maria in virginea prole, ſicut angelus teſtatur, qui de illa Maria dixit in Matthæo: Io- B ſeph fili Dauid, noli timere. Ex quo Maria Virgo de Spirituſſancto diuina eſt prole fecundata, nequaquam virginitas eius tali eſt prole viciata, ſed mirabiliter eſt in tanta prole glorificata. Nam in prole approbata, in prole conſecrata, in prole nobilitata, in prole ditata, & dotata, conſignata & confirmata eſt tua virginitas o Maria. Propter quod bene ait Auguſtinus: Mariã virginem veraciter prædicamus, & matrem: cuius virginitatem glorificauit vera fecunditas & cuius veram fecunditatem glorificauit intemerata virginitas. Beatus quoque Bernardus ait: Longe glorioſior fuit, virginitas ex fecunditate, & fecunditas ex virginitate. Heu C quàm longe a gratia Mariæ ſunt, quicumque cõtinentes non ſunt, qui caſtitatis inimici ſunt. Cum ergo dulciſsimum nomen Mariæ tanta, vt ſupra dictum eſt, ſit gratia, ideo merito hoc nomen inuocamus orantes, ſecundum quod beatus Bernardus orans, ait: Dulciſsimum Mariæ nomen inuocantibus ſeruulis per te Regina clemens gratiæ ſuæ munera largiatur Ieſus Chriſtus, Filius tuus, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Luc. 1. a

Matt. 1. a

Ber. ſer. de B. Virg. ex verb. Apoc. 12. poſt medium.

Idẽ ſer. 4. ſ Aſſump. B. Mar. in ſi.

Quòd gratia Beatæ Mariæ ſit vera, immenſa, multiplex, & vtilis valde. Lect. V.

D AVE MARIA *gratia plena*. Oſtenſum eſt ſupra, quomodo Maria propter puriſſimam vitæ innocẽtiam merito ſemper, Aue, ſalutatur. Oſtendendum autem eſt nunc, quomodo per pleniſſimam gratiæ affluentiam merito gratia plena fore commemoratur. *Aue ergo gratia plena*. Conſideremus, chariſſimi, gratiam iſtam gratiam Mariæ gratiam admirandã. Conſideremus, inquam, gratiæ Mariæ veritatem, immenſitatem, multiplicitatem, & vtilitatem. Gratia namque Mariæ gratia veriſſima, gratia immenſiſſima, gratia multipliciſſima & gratia vtiliſsima eſt.

Beatæ Mariæ gratia veriſſima.

E Primo conſideremus gratiæ Mariæ veritatem. De hac Gabriel ait: Inuenisti gratiam, &c. Gratia vtique vera eſt, quæ apud Deũ inuenitur, qui veritas eſt, apud Deum dicit, non apud diabolum. Diabolus enim gratiam malę proſperitatis offert, vt eo liberius peccet. Vnde Holofernes, qui diabolum ſignat, ait: Bibe nunc & accumbe in iucũditate, quoniam inuenisti gratiam coram me. Item, *Apud Deum dicit*, non apud mundũ, quia apud mundum, id eſt apud homines mundanos ſæpe valde falſa gratia, falſa cõtritio inuenitur. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Nõ omni homini manifeſtes cor- F tuum, ne forte inferat tibi gratiam falſam & conuitietur tibi. Item, Apud Deum dicit, non apud homines: Ideo beatus Bernardus: Quæramus gratiam, ſed gratiam apud Deum: nam apud homines eſt gratia fallax. Item, Apud Deum dicit, non apud carnem. nam gratia carnis falſa eſt, vtpote carnis pulchritudo, & huiuſmodi. Vnde Salomon: Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, quia gratiſsima virgo Maria falſam gratiam diaboli, falſam gratiam mundi, falſam gratiam carnis, contempſit. Ideo merito apud Deum gratiam inuenit, veram itaque & puram, nulla adulterina mixtura viciatam, vt vere dicere poſsit in Eccleſiaſtico: Quaſi balſamum non mixtũ odor meus. Balſamũ Mariæ eſt vnctio gratiæ, qua Maria copioſiſsime infuſa eſt. Vnde Bernardus loquens de illo verbo, Spirituſſanctus ſuperue-

Iudith. 1.

Eccl. 8. a

Ber. ſer. in Natiu. B. Mariæ de aquæductu ante med.

Prou. 31. a

Eccl. 24. b

Bern. ibidẽ vbi ſup. proxime longe ante med.

peruenit in te, ait. Pretioſum illud balſamum tanta A
Ber. ſer. in Natiuit. B. Mariæ de aquæductu ante med. ſibi copia, tantaq. plenitudine influet, vt copioſiſſime effluat circumquaque. Balſamum miſceri ſolet, & vitiari melle, vel oleo. Sed certe balſamum Spiritusſancti in Maria non fuit mixtum, quia nec melle carnalitatis, & mundanæ conſolationis, nec oleo vanæ laudis, & adulationis fuit vitiatum. Sed quia tam vera & tam pura Mariæ gratia fuit, ideo bene Hieronymus de ipſa
Hieron. in ſer. de Aſſump. B. M. quæ eſt epiſt. 10. to. 9. circ. med. ſic dicit: Quidquid in Maria geſtum eſt, totum puritas, & ſimplicitas, totum gratia & veritas, totum miſericordia & iuſtitia fuit, quæ de cælo proſpexit. Quicumque ergo cum Maria veram gratiam inuenire deſiderant, ipſi cum Maria omni deſiderio omni ſtudio ad eũ, B apud quem inuenitur, accedant: ſicut hortatur Apo-
Hebr. 4. c ſtolus ad Hebræos dicens. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſeri cordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Et nota, quod quicumque vult inuenire, debet quærere, & quicumque vult inuenire, debet ſe inclinare. Inclinet ergo ſe cum Maria per hom[ili]tatem veram, quicũque cum Maria inuenire cupit gratiam veram. Dicitur enim in
Eccli. 3. c Eccleſiaſtico: Quanto magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam. Maria certe quia veriſſime ſe per humilitatem inclinauit, veri[ta]tẽ gratiam inuenit, vt vere dicere poſſit: Reſpexit humilita-
Pſal. 30. b tem meam. C

Beatæ Mariæ gratia immenſa. Secundo cõſideremus, chariſſimi, gratiæ Mariæ immenſitatem. propter hanc dicta eſt gratia plena. Immenſa certe fuit gratia, qua ipſa fuit plena. Immenſum enim vas non poteſt eſſe plenum, niſi im[menſ]um ſit iſtud quo eſt plenũ. Maria autem vas immenſiſſimum fuit, ex quo illum qui cælo maior eſt continere potuit.
3. Reg. 8. c Quis eſt cælo maior? certe ille, de quo Salomon ait. Si cælum & cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui. Non vtique domus per Salomonem ædificata, ſed domus per illam ſignificata Deum capere potuit. Tu ergo immenſiſſima Ma D ria capacior es cælo: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio cõtuliſti. Tu capacior es mundo: quia quem totus non capit orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Si ergo Maria tam capaciſſima fuit ventre, quanto magis mente? & ſi capacitas tam immenſa fuit gratia plena, oportuit vtique quod gratia illa quæ tantam impleuiſſe potuit capacitatem, e[ſſ]et immenſa.
Eccli. 1. a Quis immenſitatem Mariæ poteſt menſurare? [Ec]ce quod dicitur in Eccleſiaſtico, Altitudinem cæli, latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Cælum eſt Maria, tum quia cæleſti puritate, [c]æleſt[i cl]aritate, cæleſtibus alijs virtutibus abundauit. [T]um quia E
Pſal. 102. d ſedes Dei al[tiſſi]mi fuis teſte Propheta, qui [ait: Do]minus in cælo parauit ſedem ſuam. [T]erra quoque Maria fuit, quæ fructum illũ nobis protulit, de quo idem
Pſal. 66. b Propheta ait: Terra dedit fru[ct]us ſuos. Abyſſ[us] etiam eſt Maria, in bonitate & in miſericordia profundiſſima. Vnde etiam profundiſſimam miſeric[ordiam] [illegible]
Pſal. 41. b ſui pro nobis interpellat, quaſi abyſſus abyſſum inuocat. Cælum ergo eſt Maria, terra eſt Maria, abyſſus eſt Maria. Quis huius cæli altitudinem, quis huius terræ latitudinem, quis huius ab[y]ſſi profunditatem, quis inquam, Mariæ imme[n]ſitatem dimenſus eſt, niſi ille ſolus qui ipſam nõ ſolum in gratia & in gloria, ſed etiam F in miſericordia tam altiſſimam, tam latiſſimam, tã profundam operatus eſt? Vnde ſpecialiter de eius miſeri-
Ber. ſer. 4. de aſſumpt. B. Mariæ poſt med. cordia ait beatus Bernardus: Quis miſericordiæ tuæ o benedicta longitudinem, & latitudinem, & ſublimitatem, & profundum queat inueſtigare? Nam longitudo eius, vſque ad nouiſſimum diem inuocantibus eã ſubuenit vniuerſis: latitudo eius replet orbem terrarum, vt ſua quoque miſ[e]ricordia plena ſit omnis terra, ſed & ſu[bl]imitas eiu[s] ſupernæ ciuitatis inuenit reſtaurationem, & profundum eius ſedentibus in tenebris & vmbra mortis [o]btinuit redemptionem.

Tertio conſider[em]us, [c]hariſſimi, gratiæ Mariæ multiplicitatem. de qua ipſa dicere poteſt illud Eccleſia-
Eccli. 24. b c.
ſtici: Ego quaſi terebinthus, extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Terebinthus magna arbor eſt in Syria ſecundum gloſſam & Plinium. & habet ramos multos & extenſos. Maſculus huius arboris *Plin. li. 13. de nat. hiſt. cap. 6.*
non fert fructum, ſed tantum femina. Cuius fructus inuenitur duplex, videlicet rubeus, & pallidus, & eſt iucundi odoris. Arbor iſta arbor procera & creſcens *Beata Maria eſt therebintus.*
in Syria, eſt beata virgo Maria. Syria enim interpretatur humectata. Et vere humectata fuit per gratiam tota vita Mariæ, quæ in humore gratiæ creuit ab vtero matris ſuæ. Quid mirum ſi Maria in humore gratiæ creſcat, cum ſine humore gratiæ, omne ſemen areſcat?
B Vnde de ſemine dicitur in Luca: Natum aruit, quia nõ habebat humorem. Rami huius arboris, rami honoris *Luc. 8. a*
& gratiæ, ſunt virtutes & exempla & beneficia Beatæ Mariæ. Multi enim rami ſunt multæ eius gratiæ m[e]rita, multæ eius virtutes & exempla, multæ eius miſericordiæ, & beneficia. In his ramis libenter habitant, in his libenter iubilant cæleſtes auiculæ, id eſt animæ ſanctæ, vt de ipſis etiam di[ci] poſſit illud Danielis: In ramis *Dan. 4. b*
eius conuerſabantur volucres cæli. O quàm late, quam alte arbor illa magna beata virgo Maria ramos ſuos extendit. Quam late ad homines, quam longe ad angelos, quàm alte ad Deum. Quomodo autem ad hos om-
C nes extẽdit ramos gratiarum & miſericordiarum ſuarum, Bern[ar]dus expon[i]t, dicẽs: Maria omn[ib]us ſinum *Ber. ſer. de B. Maria ex verb. Apoc. 12. ſigo ante med.*
miſeri[c]ordiæ aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi, cap[tiu]us redemptionem, æger [cur]atione, triſt[is con]ſolationem, peccator veniam, iuſtus grati[am], Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filij perſona [carn]is humanæ ſubſtantiam. [F]ruct[us] huius ar- *Luc. 1. a*
boris eſt ille, de quo dicitur: Bened[ict]us [f]ructus ventri[s tui]. Ille fructus rubeus fuit ſanguine, pallidus autẽ morte. Vnde ſponſ[a] De[i], id eſt anima ſancta, ait illud
Cantici: Dilectus meus candidus & rubi[c]undus. iam *Cant. 4. c*
etiam poteſt dicere: Dilectus meus p[all]id[us] & rubi-
D cundu[s]. Ille quoque fructus odore iucundus eſt deuotis a[ni]mabus. Quod bene ſenſerat beatus Ioannes Apoſtolus, qui Domino dixit: Odor tuus in me [c]õcupiſcentias excitauit æternas. O anima, o anima miſericordiæ odorem huius fructus non ſenti[s]? o ſi ſenti res nonne
poſt ipſum curreres, ſicut dicitur in Canticis: Curre- *Cant. 1. a*
mus in odorem vnguẽtorum tuorum. Notabile autem eſt, quod fructum huius terebinthi non maſculus ſed femina huius arboris proferre ſolet. Sic [& v]te [f]ructum vitæ Ieſum C[hr]iſtum, non maſculus ſed femina, non vir, ſed virg[o] protulit. Propter quod bene Auguſtinus ait: Electa eſt virgo mater, quæ ſine co[ncu]p[iſce]ntia
E carn[is], concipere et carnem, & ſine viro pare[ret] virum.

Beatæ Mariæ gratia vtiliſsima ſibi, & nobis. Quarto conſideremus, cha[riſſi]mi, [gratiæ M]ariæ vtilitatem. De hac dicitur: Mulier gra[ti]oſa inueniet gloriam. E[c]ce [tota] gratiæ gratioſæ Mariæ, eſt inuentio gl[o]riæ p[e]rpetuæ. Vtiliſſima certe fuit gratia Mariæ & ſibi & nobis. V[tiliſ]ſima, inquam, fuit gratia Mariæ ſi- *Prou. 11. b*
bi ipſi. [G]ratia en[im] d[e]li[ci]oſam, [g]ratia miraculoſam, gratia glorioſa[m fecit] Mariam. Delicioſam in animo, miraculoſam [in] [illegible], glorioſam in regno. Del[icioſa] fuit Maria in mente ſpirituali, miracul[oſa] in p[arto vir]gin[eo], glori[o]ſa in diademate æternali. Gr[atia] ergo mentem & animam Mariæ fecit del[icioſam] m[ultis] [illegible] ſpi-
F ritualibus, tamquam Dei viui ſpiritualem [illegible], iuxta illud Eccleſiaſtici: Gratia ſicut para[diſus] [illegible] bene- *Eccli. 40. c*
dictionibus. Vere paradiſus De[i] [illegible] [de]lectionibus multiplicium deliciarum ſpi[ri]tual[ium]. De quibus etiam beatus Bernardus [ait]. Quid [de] delitijs dixerim *Ber. ſer. 4. in Aſſump. B. Mar. cir. princ.*
decus virginitatis, cum mune[re] [fecundi]tatis, inſigne humilitatis, d[e]ſ[tl]lantem c[h]arit[ate] fauũ, miſericordiæ viſcera, plenitudinem gratiæ, [p]rogatiuam gloriæ ſingularis? Item, gratia M[ariam] [feci]t miraculoſam in prole, miraculoſ[am] conceptu & partu, dum miraculoſe virgo peperit, & miraculoſius Deum concepit, Deum pe- *Luc. 1. c*
perit. Vnde de [illegible] gratia bene dicitur, Inueniſti *Bern. hom. 3. ſup. Miſ. eſt poſt med.*
gratiam apud Deum, & cetera. De hoc nomine beatus Bernardus ad Mariam loquens, dixit: Intellige prudẽs

virgo,

virgo, quantam ex nomine promiſſi filij, & quam ſpecialem gratiam inueneris apud Deum. Item gratia Mariam fecit glorioſam, propter quod bene ſupra dictum

Prou. 11. b

eſt, Mulier gratioſa inueniet gloriam. O vere felix inuentrix Maria, quæ tam magna in mundo, tam magna in cælo. Nulla pura creatura tantam gratiam in mundo, nulla tantam gloriam in cælo inuenit. Et certe tam gratiam, quàm gloriam inuenit apud Dominum, quia

Pſal. 83. c

ſicut in Pſalmo dicitur: Gratiam & gloriam dabit Dominus. Sed certe chariſſimi gratia Mariæ non ſolum vtiliſſima fuit ſibiipſi, ſed etiam nobis, immo toti humano generi. Gratia enim Mariæ colligit malos, impinguat bonos, liberat vniuerſos. Colligit a culpa, impinguat gratia, liberat a morte æterna. Dico ergo, quòd gratia Mariæ colligit ad miſericordiam, colligit ad Eccleſiam malos. Hoc bene ſignatum eſt in gratia, quam in colligendis ſpicis a meſſoribus derelictis Ruth inuenerat, quando dixit ad Booz: Inueni gratiam in ocu-

Ruth. 2. c

lis Domini mei, &c. Ruth interpretatur videns, vel feſtinans: & ſignat beatam Virginem, quæ vere videns in contemplatione & bene feſtinans fuit in actione. Videns etiam noſtram miſeriam eſt, & feſtinans ad impendendam ſuam miſericordiam. Booz interpretatur vir-

Pſal. 146. a

tus, & ſignat illum, de quo in Pſalmo dicitur: Magnus Dominus, & magna virtus eius. Ruth ergo in oculis

C

Booz, Maria in oculis Domini hanc gratiam inuenit, vt ipſa ſpicas, id eſt animas a meſſoribus derelictas, colligere ad veniam poſſit. Qui ſunt meſſores niſi Doctores & Rectores? O vere magna Mariæ gratia, qua multi ex eis ad miſericordiam colliguntur, qui a Doctori-

Ber. in deprec. et lau. ad Virg. M. non longe a prin.

bus, & rectoribus tamquam incorrigibiles relinquuntur. Et ideo bene beatus Bernardus ait: Maria tu peccatorem toti mundo deſpectum, materno affectu amplecteris, foues, nec deſeris, quouſque horrendo iudici miſerum reconcilies. Item gratia Mariæ bonos impin-

Eccl. 26. c

guat pinguedine gratiæ. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur:

D

Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa

Beda in hom. 8 Sab. 3 aurov. natal. Dñ. to. 7 Hier. 31. d

illius impinguabit. Mulier ſedula Maria fuit: de cuius ſedulitate Beda ait: Maria ſecreta Dei ore tacito, vigili cum corde ſedula ſcrutabatur. Quis huius mulieris eſt vir, niſi ille, quem ipſa circumdedit in vtero? de quo dicit Hieremias: Creauit Dominus nouum ſuper terram, mulier circumdabit virum. Huius viri oſſa, ſunt quicumque in corpore eius, id eſt in Eccleſia fortes ſunt. Iſta oſſa ſuffragante gratia Mariæ, impinguantur vnctionibus gratiæ. Impinguantur, inquam, pinguedine Spiritusſancti, qua & ille impinguari cu-

Pſal. 62. b

piebat, qui dicebat: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. O quis æſtimare valeat, quam multæ

E

animæ opitulante gratia Mariæ, ſint per gratiam impinguatæ, immo certe, quis æſtimare valeat, quanta in ipſa Maria fuit impinguatio gratiarũ, cuius gratia impinguata ſunt tot millia animarum? Cuius enim virtutis pinguedine ipſa caruit, quæ omnium virtutũ pin-

Damaſc. lib. 4. fid. orth. c. 15.

guiſſimum habitaculum fuit? Ait enim Ioannes Damaſcenus: Maria in domo Domini plantata & impinguata ſpiritu, vt oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta eſt. Item gratia Mariæ liberat a morte æterna vniuerſos, qui liberantur. Hoc bene ſignatum

Eſther. 2. c

eſt in Eſther, de qua legitur ſic: Adamauit eam rex,

F

pluſquàm omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius. Huius autem gratiæ quam Eſther coram rege habuit, duplex legitur fuiſſe vtilitas. Vna quod ipſa diadema regni obtinuit: alia quod ipſa gentem ſuam morti addictam a morte eripuit. Sic certe Eſther noſtra beata Maria tantam gratiam coram rege æterno impetrauit, quod per hanc non ſolum ipſa ad coronã peruenit, ſed etiã generi humano, morti addicto ſubuenit. Vnde Anſelmus ait: Quid, inquit, digne referam genetrici Dei & Domini mei? per cuius fecunditatem captiuus ſum redemptus, per cuius partum, de morte æterna ſum exemptus, per cuius prolem, perditus, ſum reſtitutus, & de exilio miſeriæ ad patriã æternæ beatitudinis ſum reductus? O ergo mater gratiæ,

A

fac nos filios gratiæ: fac, vt per gratiam tuam veriſſimam, colligamur ad veniam remiſſionis, impinguemur per gratiam deuotionis, liberemur a morte damnationis. Per Dominum noſtrum, &c.

Quod quadruplex gratia in B. Maria eſt conſideranda ſcilicet donorum, labiorum, priuilegiorum, & præmiorum, & de earum ſingulis.

Lectio VI.

AVE MARIA *gratia plena*. Adhuc chariſſimi, aliqua de gratia dulciſſimæ Mariæ ſunt dicen-

B

da. Conſideranda eſt ergo quadruplex Mariæ gratia, videlicet gratia donorum, gratia labiorum, gratia priuilegiorum, & gratia præmiorum.

B. Maria habuit gratiã donorum, Spiritusſancti.

Primo conſiderate chariſſimi in Maria gratiam donorum Spiritusſancti. De hac gratia Maria gratulabunda dicere poteſt illud Eccleſiaſtici: In me omnis

Eccl. 24. c

gratia vitæ & veritatis. Quid mirum, ſi ipſa eſt gratia

Ioan. 1. b

plena vitæ, & veritatis, quæ mater eſt eius, quem legimus, plenum gratiæ & veritatis? Et quid mirum, ſi in illa virga eſt tanta donorum Spiritusſancti affluentia, in cuius flore Spiritusſanctus requieuit cum tanta donorum ſuorum effluentia? Maria namque eſt illa vir-

C

Iſa. 11. a

ga, & filius Mariæ eſt ille flos de quo dicitur in Iſaia: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus ſciẽtiæ, & pietatis & replebit eum ſpiritus timoris Domini. In hoc flore mira Spiritusſancti effluentia: de quo in omnem Eccleſiam tam mira fit influentia, vt beatus

Ioan. 1. b

Euangeliſta Ioannes dicat: De plenitudine eius, nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Cũ ergo de iſto flore tãta gratia redundet in totũ hortum, quanto magis in ipſam huius floris virgã in ipſam Mariam? dicat ergo Maria, dicat ſecure: In me omnis gratia vitæ &

D

veritatis. Gratia certe vitæ & veritatis conſiſtit in prædictis ſeptem Spiritusſancti donis. Per prædicta enim ſeptem dona, fuit gratia vitę & veritatis in Maria. Gratia veritatis ordinauit Mariam in veritate ſupra ſe, infra ſe, intra ſe, & extra ſe. Gratia, inquam, veritatis ordinauit Mariam in veritate ſupra ſe, per donum ſapientiæ: infra ſe, per donum conſilij: intra ſe, per donum intellectus: extra ſe per donum ſcientiæ. Gratia vtique veritatis ordinauit animam Mariæ in veritate, ſupra ſe, in ſapientiſſima fruendorum contemplatione: infra ſe, in conſultiſſima fugiendorum prouiſione: intra ſe in certiſſima credendorum cognitione: extra ſe, in ra-

E

tionabiliſſima agendorum diſcretione. Gratia autem vitæ, ordinauit vitam Mariæ in bona vita reſpectu diaboli reſpectu proximi, & reſpectu Dei. Gratia, inquã, vitæ ordinauit Mariam in bona vita: erga diabolum, per donum fortitudinis: erga proximum, per donum pietatis: erga Deum, per donum timoris. Gratia vtique vitæ ordinauit vitam Mariæ erga diabolum, in fortiſſima reſiſtẽtia: erga proximum, in piiſſima beneuolentia: erga Deũ, in deuotiſſima reuerẽtia. Hinc eſt, quòd

Beata Maris eſt, domus quam ſibi ſapientia ædificauit.

Spiritusſanctus Mariam, per donum cõuenientiſſime ſignauit, quam ſibi ſapientia increata cum ſeptem columnis ſeptem donorum Spiritusſancti excellẽtiſſime

F

ædificauit. Quicumque ergo columnas Spiritusſancti cooperit deſiderare, ipſe formam columnarum in iſta domo poterit inuenire, quam pro columnis huiuſmodi, debet cum magnis deſiderijs, & precibus conuenire. Similiter quicumque ſeptiformem Spiritusſancti gratiam adipiſci deſiderat, ipſe florem Spiritusſancti in virga quærat. Per virgam enim ad florem, per florem ad ſpiritum, in ipſo requieſcentem, peruenimus. Per Mariam ad Chriſtũ accedimus, & per Chriſtum gratiam Spiritusſancti inuenimus. Propter quod be-

Bernar. de Aduen. Domin. ser. 2. prope fi.

ne Mariam alloquens beatus Bernardus, ait: Per te acceſſum habemus ad filium, o Benedicta inuentrix gratiarum, genitrix vitæ, mater ſalutis, vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.

Secundo conſiderate chariſſimi in Maria gratiam labiorum. de qua in Pſalmo dicitur: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. *Pſal. 44. a* Tanta ſiquidem fuit gratia labiorum in Maria, vt ipſa optime per Iudith ſignari poſſit, de qua dicitur in libro Iudith: *Iudith. 11. d* Non eſt mulier talis ſuper terram, in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborũ. Re vera non eſt, non fuit, non erit mulier talis ſuper terram, qualis Maria fuit in aſpectu clariſſimæ vitæ, in pulchritudine mundiſſimæ conſcientiæ, & in ſenſu verborum diſertiſſimæ linguæ. Gratiam autem verborum labiorum Mariæ videbimus euidenter, ſi verba labiorum eius ex Euangelio colligamus diligenter. Inuenimus autem ſeptem in Euangelio mellifluas ſententias, de mellifluis Mariæ labijs diſtillantes, & mellifluam labiorum eius gratiam optime indicantes iuxta illud Canticorum: *Can. 4. c* Fauus diſtillans labia tua. Septem mellis ſtillæ, ſunt ſeptem dulciſſima verba Mariæ quæ ad angelum, ad hominem, & ad Deum legitur habuiſſe. Duo ad angelum, duo ad hominem, tria ad Deum. Ad angelum Maria habuit verbum caſtitatis, & verbũ humilitatis. Verbum caſtitatis habuit Maria ad angelum in labijs, quando angelo reſpondens dixit: *Luc. 1. d* Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Hoc eſt contra impudicos, qui non caſta, non pudica, ſed impudica, & turpia, & carnalia verba in labijs ſuis habent. Verbum autem humilitatis ad angelum habuit Maria in labijs, quando angelo humiliter reſpondens, dixit: *Ibidem.* Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Hoc eſt contra ſuperbos, & arrogantes, qui de ſe nec humilia ſentiunt, nec loquuntur, ſed verba iactantiæ, & inflationis labijs ſuis habent. Item ad hominem habuit verbum charitatis, & verbum veritatis. Verbum charitatis in ſalutatione, verbum veritatis in inſtructione. Verbum charitatis ad hominẽ Maria in labijs habuit, *Ibidem.* quando matrem præcurſoris iam affectuoſe ſalutauit, quòd etiam infans in vtero eius exultauit. Hoc eſt cõtra rancoroſos, qui proximis ſuis, vel charitatiue non loquuntur, vel omnino eis loqui dedignantur. Verbum veritatis Maria in labijs habuit, quando deficiente vino miniſtris dixit: *Ioan. 2. a* Quodcumque dixerit vobis facite. Hoc eſt contra illos, qui alios non ad bonum ſed ad malum inſtruunt, & malum eis conſulunt. Item ad Dominum tria verba habuit Maria. Plus ergo cum Deo, quàm cum angelo, vel cum homine locuta eſt Maria, ex quo bis angelo, bis homini, ter autem Deo locuta eſt. Heu heu contra multos, qui tam parum cum Deo in orationibus, & tam multum cum hominibus loquuntur in fabulationibus inutilibus, & ſæpe valde nociuis. Habuit autem Maria ad Deũ verbum gratulatiuum, querulatiuum, & compaſſiuum. Gratulatiuum, pro ſui reſpectione; querulatiuum, pro filij amiſſione: compaſſiuum, pro vini defectione. Verbum gratulationis Maria ad Deum habuit in labijs, quando pro eo, quòd Dominus humilitatem ſuam reſpexit, dixit: *Luc. 1. e* Magnificat anima mea Dominum. Hoc eſt contra ingratos, qui, heu, pro multis & magnis beneficijs, paruas Deo gratias agunt, & quandoque per ipſa Dei beneficia contra Deum inſoleſcunt. Verbum querulationis Maria ad Deum habuit in labijs, quando Filio, per triduum amiſſo dixit: *Idem. 2. g* Fili, quid feciſti nobis ſic? ſequitur: Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Hoc eſt contra indeuotos, qui cum dolore Ieſum non quærunt, quando ipſum per ſubtractionem deuotionis per multos dies amiſerunt. Verbum compaſſionis ad Deum habuit Maria, quando in nuptijs Filio dixit, *Ioan. 2. a* Vinum non habent. Hoc eſt contra immiſericordes, quos aliorum defectus ad pietatem non mouent, nec apud Deum, nec apud homines proximo ſuos promouent. Eia nunc aduocata noſtra Maria. Ecce adhuc neceſſe eſt nobis, vt Filio tuo ſuggeras pro nobis, quoniam vinum non habent multi ex nobis, vinum vtique gratiæ Spiritusſancti, vinum compunctionis, vinum deuotionis, vinum ſpiritualis conſolationis. De quo beatus Bernardus ſic ait: *Ber. ſer. 2.* Quoties mihi neceſſe eſt fratres, poſt lacrymoſas querimonias *Dom. poſt oct. Epiph. circa med.* veſtras exorare matrem miſericordiæ, vt ſuggerat benigniſſimo filio ſuo quoniam vinum non habetis: & ipſa, dico vobis chariſſimi, ſi pie a vobis pulſata fuerit, non deerit neceſſitati veſtræ, quoniam miſericors eſt miſericordiæ mater. Nam ſi compaſſa eſt verecundiæ illorum a quibus fuerat inuitata, multo magis compatietur vobis, ſi pie fuerit inuocata. Penſate fratres ex prædictis, quãtus amicus Mariæ Rex regũ fuerit, cum ipſa tantã gratiam labiorum habuerit. Scriptũ quippe eſt in Prouerbijs: *Prou. 22. b* Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum regem.

Tertio conſiderate chariſſimi, in Maria gratiam priuilegiorum. *B. Maria habuit gratiam priuilegiorũ.* De hac quidem gratia dicitur, inueniſti gratiam apud Dominum ecce concipies, in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & Filius altiſſimi vocabitur. Vide quomodo Gabriel, aſſerens Mariam inueniſſe gratiam, ſtatim eãdem gratiam ſpecificans ſubiungit: Ecce, inquit, concipies in vtero, &c. O quam magnum & omnibus ſæculis inauditum priuilegium, quod virgo in vtero concepit, & Filium Altiſſimi peperit. Poſſumus autem notare ſeptem priuilegia Mariæ: Priuilegium, inquam, immenſis gratijs eſſe plenam ſoli Mariæ a Deo cõceſſum. Primum Mariæ priuilegiũ, *Priuilegiũ primum.* eſt quod ſuper omnes homines, ab omni peccato ſit puriſſima. Fuit nãque eam copioſiſſime in vtero ſanctificata, quod etiam ad veniale peccatum, numquam in tota vita ſua fuiſſe creditur inclinata. *Bern. epiſt. 174. ad Canon. Lugdun. ante med.* Vnde Bernardus ait: Decuit Reginam virginum, ſingularis priuilegio ſanctitatis ab omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortiſq. pateret peremptorem, munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtineret. Secundum Mariæ priuilegium eſt, *Priuileg. 2.* quòd ipſa ſuper omnes homines fuit gratia pleniſſima. Vnde Hieronymus: *Hier. ſer. de Aſſump. B. Ma. q eſt ep. 10. c. 10. p. ante med.* Ceteris per partes præſtatur, Mariæ vero ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Et ideo bene beatus idem doctor gratiam Mariæ, gratiæ angelorum conferens, & præferens ait: *Ibidem.* Beatam & glorioſam Virginem Mariã, credendum eſt ampliora promeruiſſe virtutum priuilegia, & percepiſſe etiam gratiam ab angelis collaudatam. Tertium Mariæ priuilegium eſt, *Priuileg. 3.* quòd ipſa ſola mater, & virgo incorruptiſſima eſt. Hoc priuilegium beatus Bernardus commendans, ait: *Bern. ſer. 4. in Aſſump. B. Mar. poſt med.* Optimam partem elegit ſibi Maria, optimam plane: quia bona eſt fecunditas coniugalis, melior caſtitas virginalis: optima virginea fecunditas, ſeu fecunda virginitas. Mariæ priuilegium non dabitur alteri, quia non auferetur ab ea. Quartum Mariæ priuilegium eſt, *Priuilegiũ 4.* quod ipſa ſola mater Filij ineffabiliſſima eſt, ipſa ſola illius Filij mater eſt cuius ſolus Deus Pater eſt. Mirũ ſupra modum quod tam maximum priuilegium creaturæ conceſſum eſt. De hoc etiam priuilegio beatus Bernardus ait: *Ber. ſer. 4. de annun. Dom. circa med.* Ipſa eſt noſtræ virginis gloria ſingularis, & excellens prærogatiua Mariæ, quod Filium ſuum eundem cum Deo Patre, meruit habere communem. Quintum Mariæ priuilegium eſt, *Priuilegiũ 5.* quòd ipſa ſuper omnem creaturam, Deo corporaliter familiariſſima fuit. Nam quod numquam creaturæ conceſſum eſt, nec concedetur in æternum, ipſa Deum nouem menſibus in vtero portauit: ipſa Deum vbere de cælo pleno lactauit, ipſa Deum multis annis dulciter educauit, ipſa Deum ſibi ſubditum habuit, ipſa Deum puerum in amplexibus & oſculis familiariſſime contrectauit, ſicut Auguſtinus euidenter aſſerit, dicens: *Augu. ſer. 35. de Sanct. circ. fi. tom. 10.* Nec mirum, Maria, vt dignetur tibi congaudere Deus regnans in cælis, quem paruulum ex te hominem natum, toties oſculata es in terris. Sextũ Mariæ priuilegium eſt, *Priuilegiũ 6.* quòd ipſa ſuper omnẽ creaturam apud Deum, potentiſſima eſt. Vnde Auguſtinus: *Aug. ibidẽ.* Ipſa meruiſti exiſtere mater eiuſdem Redemptoris. Idem, Impetra, quod rogamus, excuſa quod timemus: quia nec potentiorem meritis inuenimus quàm te, quæ meruiſti exiſtere mater eiuſdem Redemptoris, & iudicis. Grande priuilegium eſt, quod ipſa præ omnibus ſanctis apud Deum, tam potẽtiſſima eſt, ſicut illud Augu-

Aug. ibidē circ.ſi.

ſtinus declarat, dicens: Neque enim dubium, quæ meruit pro liberandis proferre pretium, poſſe plus omnibus ſanctis liberatis impēdere ſuffragium. Sed quid tanta Mariæ potentia prodeſſet nobis, ſi ipſa nihil curaret de nobis? Propter hoc, chariſſimi, ſciamus indubitanter, & pro hoc gratias agamus inceſſanter, quia ſicut ipſa apud Deum omnibus ſanctis eſt potior; ita quoque pro nobis apud Deum omnibus ſanctis eſt ſolicitior, teſtante eodem doctore Auguſtino, qui ſic ait: Te ſolam o Maria, pro ſancta Eccleſia ſolicitā præ omnibus ſanctis ſcimus, quæ impetras indutias tranſgreſſoribus, vt renuncient ſuis erroribus.

Priuilegiū 7.

Hieronym. ſer. de Aſſumpt. B. Mariæ. quæ eſt epiſt. 10. tom. 9. ante med.

Septimum Mariæ priuilegium eſt, quòd ipſa ſuper ſanctos in gloria excellentiſſima eſt. Vnde Hieronymus: Vbique cōfidenter ſancta Dei canit Eccleſia, quod de nullo alio ſanctorum fas eſt credere, vt vltra angelorum, vel archangelorum merita tranſcenderit. Hoc quippe priuilegium quaſi non naturæ, ſed gratiæ, eſt virginis Mariæ. Ecce quàm glorioſum gloriæ Mariæ priuilegium, quòd ipſa in gloria glorioſiſſima eſt poſt Deum. Glorioſum gloriæ Mariæ priuilegium eſt, quòd quidquid poſt Deum pulchrius, quidquid dulcius, quidquid iucundius in gloria eſt, hoc Maria, hoc in Maria, hoc per Mariam eſt. Glorioſum omnino gloriæ Mariæ priuilegium eſt, quod poſt Deum maior gloria noſtra, maius noſtrum gaudium de Maria eſt. Vnde Bernardus: Summa gloria eſt o Maria, poſt Dominum te videre, tibi adhærere, in tuę protectionis munimine demorari. Hæc igitur ſunt ſeptem glorioſiſſima priuilegia Mariæ, quorum gratia obtinemus, vitam gratiæ. Et ideo obſecrare poſſumus Mariam ſicut Abraham obſecrauit Saram, dicens: Dic obſecro, quòd ſoror mea ſis, vt bene mihi ſit propter te, & viuet anima mea ob gratiā tui. O ergo Maria, o Sara noſtra, dic quòd ſis ſoror noſtra, vt propter te bene nobis ſit a Deo, & ob gratiam tui, viuant animæ noſtræ in Deo. Dic, inquam, chariſſima Sara noſtra, quòd ſis ſoror noſtra, vt propter talem ſororem Ægyptij, id eſt dæmones, nos reuereantur, vt etiam propter talem ſororē angeli nobis in acie D coniungantur, vt inſuper propter talem ſororem, Pater, & Filius, & Spiritusſanctus noſtri miſereantur.

Gen. 12. c

B. Maria habuit gratiam præmiorum.

Eccli. 26. c

Quartò conſiderate chariſſimi in Maria gratiā præmiorum: de qua tamen pro parte, in ſeptimo Mariæ priuilegio iam iactum eſt. De hac gratia poteſt accipi, quod dicitur in Eccleſiaſtico: Gratia ſuper gratiam, mulier pudorata, & ſancta. Mulier ſuper omnes mulieres pudorata, ſuper omnes ſancta eſt Maria, in qua eſt gratia ſuper gratiam, gratia gloriæ ſuper gratiam viæ, gratia præmiorum in cælo, ſuper gratiam meritorum in mundo. Hæc autem gratia beatitudinis Mariæ conſiſtit in ſeptem dotibus corporis & animæ.

B. Maria habet dotes beatorum corporum.

Quodlibet E enim corpus glorificatū habet quattuor dotes glorioſas, videlicet dotem miræ claritatis, dotem miræ ſubtilitatis, dotem miræ agilitatis, & dotem miræ impaſſibilitatis, & ſi omnium beatorū corpora, his quattuor dotibus Deus glorificauit, quanto magis corpus iſtud, quod ipſum glorificatorem omnium corporum genuit? Quid mirum, ſi dote claritatis clariſſima ſit in cælo, quæ dono ſanctitatis tam clariſſima fuit in mundo? De ipſa namque beatus Bernardus ait: Adhuc inter peccatores degens, tanta ante Deum claruiſti ſanctitate, vt ſola ſolio æterni Regis approximare meruetis. Item, quid mirum ſi dote ſubtilitatis ſubtiliſſima F ſit, quæ dono humilitatis tam ſubtiliſſima fuit in mundo? Ipſam enim alloquens beatus Bernardus, dicit: Numquam ſupra choros angelorum ſublimata aſcendiſſet, niſi prius infra omnes homines humiliata deſcendiſſet. Item, quid mirum, ſi dote agilitatis velociſſima ſit in cælo, quæ dono pietatis tam velociſſima fuit in mundo? Ipſa namque abijt in montana cum feſtinatione pro officio pietatis, de cuius feſtinationis velocitate Ambroſius ait: Quo tam Deo plena, niſi in montana cum feſtinatione aſcenderet? Neſcit tarda molimina Spiritusſancti gratia. Item, quid mirum, ſi dote

Bern. in deprecatione, et laude ad B. V. Mar. ante med.

Ibidem poſt med.

Amb. Cōm. in Luc. lib. 2. c. 1. edi. Hom. ro. 3.

A impaſſibilitatis impaſſibiliſſima ſit in cælo, quæ dono patientiæ, & æquanimitatis tam impaſſibiliſſima fuit in mundo, vt ipſa nec minimum impatientiæ, vel odij vulnus ſentiret, cum ſuā ipſius animā gladius pertrāſiret? Immo etiam ſignū vulneris, ſignū paſſionis impatiētiæ, nec legimus, nec credimus in Maria quādoque apparuiſſe. Vnde Bernardus ait: Reuolue diligenter Euangelicę hiſtoriæ ſeriem vniuerſam, & ſi quid forte increpatoriū, ſi quid durū, ſi quod denique ſignum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cetero ſuſpectam habeas, & accedere verearis. Ceterum ſi tanta eſt gloria glorioſiſſimi corporis Mariæ, quanta putas B eſt gloria ſuæ beatiſſimæ animæ? Quod licet certe beata anima tres habet dotes ipſam beatificantes, videlicet dotem miræ cognitionis, dotem miræ dilectionis, dotem mirę fruitionis, vel, ſecundum modernos quoſdā, dotem viſionis, fruitionis, & tentionis. quocumque autem modo dotes animæ accipiātur, certum eſt quòd dotes animæ Mariæ omnium animarum dotibus præferantur. Nam ſi omnes beatæ animæ his dotibus beatificantur in cælo, quanto magis anima eius, quæ omnium animarum beatificatorē genuit in mūdo? Quid mirum ſi iam in lucidiſſima cognitione eſt anima Mariæ, quæ iam profundiſſimæ vnita eſt luci æternæ? C Vnde beatus Bernardus ait: Profundiſſimam diuinæ ſapiētiæ, vltra quàm credi valeat, penetrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione creaturæ cōditio patitur, luci illi inacceſſibili videatur vnita. Item, quid mirum ſi iam in ſecundiſſima dilectione eſt anima Mariæ? quid, inquam, mirum ſi præ omnibus diligat, quę præ omnibus eſt dilecta? Vere præ omnibus. Ait enim beatus Auguſtinus ad ipſam: Te ipſe Rex Regum vt matrem veram, & decoram ſponſam, præ omnibus diligēs, amoris amplexu ſibi aſſociat. Item, quid mirum ſi iam in iucundiſſima fruitione ſit anima Mariæ, quæ benedicto fructu ventris ſui paſcitur dulciſſime? Vnde beatus Auguſtinus, ait: Mariæ anima, claritate fruitur Chriſti, & glorioſis eius amplexibus ſemper præſens, D ſemper conſpiciens, ſemper videre ſitiens inæſtimabiliter paſcitur. Igitur ſicut glorioſiſſima Maria omnes ſanctos excedit in gratia viæ, & in gratia meritorum, ita omnes ſanctos excedit in gratia gloriæ, & in gratia præmiorum. Vnde bene ipſa ſignata eſt per Eſther reginam, de qua legitur, quòd ducta ad cubiculum Regis Aſſueri habuit gratiam & miſericordiā coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius. Eſther interpretatur euacuata & eleuata. Hoc optime conuenit Mariæ, de qua beatus Hieronymus ait: Eleuatur ſuper choros angelorū, vt poſſit ſpeciem vultumq. videre Saluatoris, quē amauerat, quē concupierat E ex toto deſiderio cordis. Iſta Eſther Regina beata virgo Maria, ducta eſt in eius aſſumptione in cubiculum regis Aſſueri, regis æterni, in cubiculum vtique, de quo Auguſtinus, Mariam alloquens, ait: Tu in cubiculi regij beatitudine, gemmis, ac margaritis ornata conſiſtis. Ducta itaque in hoc cubiculum quietis æternæ Regina Maria, gratiam regis Aſſueri, id eſt gratiam veri regis habet ſuper omnes mulieres, id eſt ſuper omnes intelligentias angelicas & ſuper omnes beatas animas, vt ſit in Maria gratia, ſuper gratiam omnium beatorum. Nam reuera in capite eius Rex regum diadema regni poſuit. Diadema certe tam impretiabile, diadema F tam delectabile, diadema tam mirabile, quòd hoc omni linguæ inenarrabile, omni ingenio inſcrutabile eſt. Sic ergo, chariſſimi, vidiſtis quanta gratia donorum, quanta gratia labiorum, quanta gratia priuilegiorū, quanta gratia præmiorū affluentiſſima ſit Maria. Rogemus ergo ipſam tantam inuentricem gratiarum, vt & nos faciat inuenire gratiam apud Dominum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Luc. 2. e

Bern. ſerm. de B. Mar. Vir. ex verbis Apoc. 12 non longe a prin.

Ibidem nō multo poſt.

Auguſt. de Sanct. ſer. 35. circa ſi. tom. 10.

Aug. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ libro vnico c. 6. tom. 9.

Eſther. 2. c

Hieronym. ſer. de Aſſump. B. M. Vir. quæ eſt epiſt. 10. to. 9. poſt med.

Auguſt. de Sanct. ſer. 35. circa ſi. tom. 10.

Quod nouem ſint plenitudines in Maria, quæ nouem ordinum angelorum plenitudines repræſentant in gloria. Lect. VII.

AVe *gratia plena*. Non ſufficit Archangelo gratiam Mariæ ſimpliciter commendare, ſed etiam plenitudinem eius voluit ſignanter inſinuare, cum dixit: *Gratia plena*. O vere plena, & plene plena. Adhuc certe non dixerat Gabriel: *Ecce concipies in vtero, &c.* Adhuc etiam non dixerat: *Spiritusſanctus ſuperueniet in te, &c.* Si ergo ante ſuperuentionem Spiritusſancti, ſi ante conceptionem Filij Dei, plena fuit Maria; quanto magis poſt? Propter hoc bene de eius plenitudine, B & de plenitudinis eius gratitudine dicit Anſelmus: Hæc millies pleniſſima ab angelo ſalutata, Spiritu ſancto repleta, plenitudine diuinitatis afflata. Bene ergo plena dicitur Maria. Plena, inquam, illuminatione ſapientiæ, plena inundatione gratiæ, plena poſſeſſione bonæ vitæ, plena vnctione miſericordiæ, plena fecundatione prolis piæ, plena perfectione Eccleſiæ, plena reſperſione odoriferę famæ, plena reſultatione diuinæ gloriæ, plena etiam fruitione æternæ lætitiæ. Has nouem plenitudines conſideremus in Maria, quæ nouem ordinum angelicorum plenitudines repræſentant in gloria. C

B. Maria plena illuminatione ſapientiæ.

Prou. 7. c

Hier. 31. d

Primo conſideremus, chariſſimi, quòd plena eſt Maria illuminatione ſapientiæ, & intellectus. Vnde ipſa bene per lunam plenam ſignari poteſt, de qua dicitur in Prouerbijs: Non eſt vir in domo ſua. abijt via longiſſima: ſacculum pecuniæ ſecum tulit, in die plenæ lunæ reuerſurus. Hic eſt vir ille, de quo Hieremias ait: Creauit Dominus nouum ſuper terram, Mulier circumdabit virum. Mulier Maria: mulier vtique ſexu, non corruptione: mater virtutis Dominum noſtrum circumdedit vtero ſuo, circumdedit habitu noſtro. Hic vir, ſi tamen, vt ait Ioſephus, virum appellari fas eſt, tres domos habet. Imperatoriæ maieſtatis eſt, in pala- D tio habere tres manſiones, videlicet conſiſtorium, cenaculum, & cubiculum. Conſiſtorium eſt domus cauſarum, cenaculum ciborum, cubiculum quietis. Sic Imperator noſter, qui imperat ventis, & mari, habet domum cauſarum, mundum: habet domum ciborum, modo Eccleſiam, olim ſynagogam: habet domú quietis, rationalem animam. Sed heu, vir iſte Dominus virtutum, a domo mundi, a domo ſynagogæ, a domo animæ valde fuit elongatus: quia longe a peccatoribus ſalus. Vir ergo iſte in domo ſua non fuit, quando per Hieremiam conquerendo dixit: Reliqui domú meã, dimiſi hereditatem meam. Sacculum etiam pecuniæ E ſecum tulit: quia theſaurum miſericordiæ, & gratiæ ſuæ a mundo abſcondit. Sed ecce vir iſte in die plenæ lunæ reuerſus eſt, illius, inquam, lunæ, de qua dicitur in Canticis: Pulchra vt luna. Luna ergo eſt Maria. luna plena, Maria plena. Lunæ plenæ Maria bene comparata eſt, quæ lumine ſapientiæ & veritatis a ſole æterno plene illuminata eſt. Vnde Maria bene illuminata interpretatur, ſiue illuminatrix. Ipſa namque luna & lucerna noſtra illuminata fuit a Domino, & illuminatrix fuit mundo, iuxta illud Propheticum: Quoniam tu illuminas lucernam, &c. In huius lunæ plenitudine, vir reuerſus eſt in domum, quãdo Chriſtus per F carnem venit in mundum. O vere mirabilis huius lunæ plenitudo. Ecce ſi Maria plena fuit lumine ſapientiæ, quod a ſole æterno recepit, priuſquam ipſum concepit, quanto plenior fuit dum hunc ſolem tam mirabiliter concepit, & tam totaliter in ſe recepit? Et ideo bene plenitudinem ſapientiæ Mariæ beatus Bernardus commendans, ait: Extruxit in Maria ſibi domum ſapientia cæleſtis: quæ adeo mentem eius repleuit, vt de plenitudine mentis eius fecundaretur, & caro ac virgo ſingulari gratia eandem ipſam ſapientiam, carne tectam pareret, quam prius mente pura conceperat.

Ioſeph. Antiq. Iudaic. lib. 18. c. 4.

Matt. 8. c

Pſal. 118. n

Hier. 12. b

Cant. 6. c

Pſal. 17. e

B. M. plena inundatione gratiæ.

Secundo conſideremus, quòd plena eſt Maria inũdatione gratiæ in affectu. Tanta nempe inundatio A gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt ipſa bene mare plenum dici poſſit, iuxta illud: Tonet mare, & plenitudo eius. Sicut in mari aquarum, ſic in Maria ſunt congregationes gratiarum. Vnde ſcriptum eſt: Congregationesq. aquarum appellauit maria. Dicitur quoque in Eccleſiaſte: Omnia flumina intrant in mare. Omnia flumina ſunt omnia gratiarum dona, quæ intrauerunt in Mariam, iuxta illud Sapientis: In me omnis gratia viæ, & veritatis, & cet. Quàm plenum ſit hoc mare, quàm plena gratia ſit Maria, beatus Hieronymus aperit, dicens: Bene plena, quia ceteris per partes præſtatur: Mariæ vero ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Hoc ergo plenum mare audiamus contra vitia tonare. Tonet ergo mare & plenitudo eius, tonet plenum mare, tonet plena Maria. Tonet contra luxuriam, caſtitatem proponendo, & dicat: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Tonet etiam contra ſuperbiam, humilitatẽ ſentiendo, & dicat: Ecce ancilla Domini, & cet. Tonet quoque contra ingratitudinem, gratias agendo, & dicat: Magnificat anima, & cet. De plenitudine huius maris ſimiliter in Pſalmo dicitur: Moueatur mare, & plenitudo eius. Moueatur mare, moueatur Maria, moueatur certe ſuſpirijs, & caſtigationibus, moueatur lacrymis, & orationibus, moueatur eleemoſynis, & alijs venerationibus. Moueatur, inquam, plene, vt nobis effundat de ſua plenitudine. Attendamus, quid nobis beatus Bernardus de ea loquatur. Ait enim ſic: Vas liquore plenum ſi moueatur, de facili ſubuertitur, & effundit liquorem. Sic beata virgo Maria, ſi moueatur precibus effundit liquorem in nobis.

1. Para. 16. e

Gen. 1. b

Eccleſ. 1. b

Eccli. 24. c

Hiero. ſer. de Aſſump. B. Ma. q eſt ep. 10. n. 9. ante med.

Luc. 1. d

Ibidem.

Ibidem. e

Pſal. 95. c

Maria eſt plena poſſeſſionibus bonæ vitæ.

Tertio conſideremus, quòd plena eſt Maria poſſeſſionibus bonæ vitæ in effectu. De hac plenitudine vere poſſumus dicere: Domini eſt terra, & cet. Per terram bene ſignificatur Maria, de qua ſic legitur in D Iſaia: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Quid terra humilius? quid terra vtilius? Terram omnes ſub pedibus habemus, & de terra omnes vitam fouemus. Vnde enim victum & veſtitum, panem, & vinum, lanam, & linum, & huius vitæ neceſſaria, niſi de terra, & de plenitudine terræ habemus? Quid ergo humilius? quid vtilius terra? Similiter quid humilius, quid vtilius Maria? Ipſa denique humilitate ſua omnium eſt infima. Ipſa plenitudine ſua omnium eſt vtiliſſima. Vitæ namque ſpiritualis neceſſaria habemus de pleniſſima terra Maria. Et ideo bene beatus Bernardus ait: Altius intuemini quanto deuotionis E affectu a nobis voluit honorari Mariam, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria: vt proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea nouerimus redundare. Sed a quo & cuius eſt tanta huius terræ plenitudo? Audi Pſalmiſtam: Domini eſt terra & plenitudo eius. Et iterũ: Meus eſt orbis terrę & plenitudo eius. Plenitudo terræ conſiſtit in fructibus, & diuerſis poſſeſſionibus terræ iuxta illud Pſalmiſtæ: Impleta eſt terra poſſeſſione tua. Fructus autem & poſſeſſiones pleniſſimæ terræ, Mariæ ſunt opera, mores, exempla, & diuerſa merita ſanctiſſimæ vitæ Mariæ. Talibus enim poſſeſſionibus eam F Dominus repleuit, talibus eam bonis impleuit, vt dicitur in Eccleſiaſtico: Dominus in terram reſpexit, & impleuit eam bonis ſuis. De hac eius plenitudine Hieronymus mentionem faciens, inquit: Talibus decebat virginem oppignerare muneribus, vt eſſet gratia plena: quæ dedit cælis gloriam, terris Deum, pacemq. refudit, fidem gentibus, finem vitijs, ordinem vitæ, & moribus diſciplinam.

Pſal. 23.

Iſa. 45. b

Ber. in ſer. Nat. B. M. de aquæductu ante med.

Pſal. 23. & 49. c

Pſal. 103. e

Eccli. 16. d

Hiero. ſer. de Aſſump. B. Mar. quæ eſt epiſt. 10. ro. 9. ante med.

B. Maria plena miſericordia

Quarto conſideremus, chariſſimi, quòd Maria plena eſt vnctione miſericordiæ, plena oleo pietatis. Vnde ipſa ſignata eſſe poteſt per illam mulierem, cui clauſo oſtio domus ſuæ, omnia vaſa intus congregata, facta ſunt miraculoſe oleo plena, ſecundum quod Eliſæus ei prædixerat, dicens: Cum plena fuerint, tolles. Mu-

4. Reg. 4. a

lier

lier iſta eſt Maria, quæ etiam a Filio ſuo mulier appellata eſt in Ioanne, vbi dicitur: Mulier, ecce filius tuus. Huius mulieris vaſa ſunt affectus & effectus, deſideria & beneficia, quæ omnia oleo miſericordiæ plena ſunt in Maria. Vnde de hoc oleo beatus Bernardus bene ait: Nec mirum o Domina, ſi tam copioſo oleo miſericordiæ cordis tui, perfuſum eſt ſanctuarium: cum illud inæſtimabile opus miſericordiæ, quod prædeſtinauit Deus ante ſæcula in redemptionem noſtram, primum ſit in te a mundi artifice fabricatum. Dicamus ergo, chariſſimi, dicamus Mariæ: Date nobis de oleo veſtro. Petamus oleum miſericordiæ eius in mundo, ne fruſtra petamus in iudicio. Quod autem domus, in qua vaſa replebantur, clauſa fuit, hoc optime Mariæ conuenit. de cuius clauſura Ezechiel ait: Porta hæc clauſa erit & non aperietur, & vir non tranſiet per eã: quoniam Dominus Deus Iſrael egreſſus eſt per eam. Porta Mariæ clauſa fuit ſera virginali: vir non tranſiuit per eam, amplexu maritali: Dominus Deus egreſſus eſt per eam, natiuitate ſingulari. Sed certe quia ad multiplicationem olei, vaſa etiam vicinorum nõ pauca collecta fuerunt; ideo quoque per vaſa illa omnes ſignati poſſunt, qui plenitudinis miſericordiæ Mariæ participes ſunt. Qui autem ſint illi, beatus Bernardus declarauit, cum dixit: Maria omnibus ſinum miſericordiæ aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi: captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filij perſona carnis humanæ ſubſtantiam.

Ioan. 19. e
Ber. in deprecatione ad V. M. nõ lõge a prin.
Matt. 25. a
Ezec. 44. a
Bern. ſerm. de B. Virg. M. ex verb. Apoc. 12. ante med.

B. Maria plena fecũditate prolis diuinæ.

Quinto, chariſſimi, cõſideremus, quòd plena eſt Maria fecundatione prolis diuinæ. De plenitudine illa intelligere poſſumus illud Iſaiæ: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, & plena erat domus maieſtate eius. Domus illa in cuius ſolio Dominus ſedit, eſt beata virgo, in cuius mentis ſolio Dominus requieuit. O vere beatiſſimum, o vere ſtabiliſſimum ſolium, ſicut dicitur in libro Regum: Firmiſſimum ſolium tuum in æternum. Hoc ſolium excelſum eſt in intellectu, eleuatum in affectu. Excelſum eſt quoque ſuper homines, eleuatum ſuper homines. Excelſum inſuper eſt gratia, eleuatum in gloria. In ſolio ergo Mariæ, in ſolio, inquam, mentis eius Dominus ſedebit, & domus corporis eius maieſtate verbi incarnati plena erat. De hac ineffabili plenitudine beatus Ambroſius ait: Bene ſola gratia plena dicitur, quæ ſola gratiam, quam nulla alia, conſecuta eſt, vt gratiæ repleretur auctore. O vere felix domus tam felici fecunditate plena. Ait namque beatus Bernardus: Bene gratia plena quæ & virginitatis gratiam tenuit, & fecunditatis gloriam acquiſiuit. Dominus ergo in ſolio mentis Mariæ ſedit per gratiam: & domum corporis eius maieſtate ſua impleuit per aſſumptam naturam. Vnde in tertio Regum dicitur: Impleuerat gloria Domini domum Domini. Tunc ait Salomon: Dixit Dominus, vt habitaret in nebula. Domus ergo Domini Maria impleta eſt gloria diuinæ maieſtatis per nebulam aſſumptæ a Deo humanitatis, illam dico nebulã, de qua dicitur in Eccleſiaſtico: Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. Et iterum: Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, &c. Nam quaſi ſtella in nebula, eſt verbum in carne aſſumpta.

Iſa. 6. a
3. Reg. 8. b
Ambr. cõm. in Luc. lib. 2. c. 1. edit. Rom. to. 3.
Ber. hom. 3. ſup. Miſſus eſt longe ante med.
3. Reg. 8. b
Eccli. 43. e & 50. a

B. Maria plena perfectione vniuerſalis Eccleſiæ.

Sexto cõſideremus, chariſſimi, quomodo Maria fuerit plena perfectione vniuerſalis Eccleſiæ. Diuerſas & mirificas perfectiones & gratias in diuerſis ſanctis ſuis habuit, & habet Eccleſia, in quorum plenitudine videtur detenta fuiſſe Maria, vt vere poſſit dicere illud Eccleſiaſtici: In plenitudine ſanctorum detentio mea. Reuera in plenitudine ſanctorum Mariæ detẽtio fuit: dum in mirifica perfectione ſua, plenitudo perfectionis ſanctorum ſibi non defuit. Sicut beatus Bernardus declarat, cum ait: Merito in plenitudine ſanctorum detentio eius, cui nec defuit fides Patriarcharum, ſpiritus Prophetarum, zelus Apoſtolorum, conſtantia martyrum, ſobrietas confeſſorum, caſtitas virginum, fecunditas coniugatorum, immo nec puritas angelorum. Scriptum enim eſt in Eccleſiaſtico: In plenitudine ſancta admirabitur. Ad hoc certe in plenitudine ſanctorum, nõ in plenitudine impiorum detentio Mariæ eſt: quia apud eos, qui pleni ſunt ſanctitate, non apud eos, qui pleni ſunt iniquitate, Maria libenter eſt. Ipſa quoque non ſolum in plenitudine ſanctorum detinetur, ſed etiam in plenitudine ſanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur. Detinet nimirum virtutes, ne fugiant: detinet merita, ne pereant: detinet dæmones, ne noceant: detinet Filium, ne peccatores percutiat. Ante Mariam non fuit, qui ſic detinere Dominum auderet, teſtante Iſaia, qui dixit: Non eſt, qui inuocet nomen tuum, qui conſurgat & teneat te.

Eccl. 24. b
Eccl. 24. a
Iſa. 64. b

B. Maria plena reſperſione odoriferæ famæ.

Septimo conſideremus, quomodo plena ſit Maria reſperſione odoriferæ famæ. Sicut enim ager plenus odoriferarum ſpecierum odoribus: ſic Maria plena eſt odoriferis famæ ſuæ aſperſionibus. De hac plenitudine accipiamus quod legitur in Geneſi: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ager iſte eſt Maria, in qua theſaurus angelorum, immo totus Dei Patris abſconditus eſt. Felix qui vendit omnia, quæ habet, & emit agrum iſtum. Huius agri pleni plenus odor eſt plena Mariæ fama, plenus honor. De hoc beatus Hieronymus ait: Quia multus repleta erat virtutum odoribus, manans ea ea fragrabat ſuauiſſimus odor ſpiritibus angelicis. De iſto odore ipſa ſancta gloriando dicere poteſt, illud Eccleſiaſtici: Sicut cinnamomũ & balſamum, amœnitatis odorem dedi. Odor Mariæ fuit ſicut cinnamomum exterius, in cortice conuerſationis: ſicut balſamus interius, in vnctione deuotionis: ſicut myrrha, in amaricatione caſtigationis. Fuit quoque odor Mariæ ſicut cinnamomũ in actione: ſicut balſamum in contemplatione: ſicut myrrha in paſſione. O vere diues & nimis diues, quæ præter alia aromata, tã plena fuit odorifero Spiritusſancti balſamo, vt bene de illo ſuper illud, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, beatus Bernardus dicat: Pretioſum illud balſamum, tanta tibi copia, tantaq. plenitudine influet, vt copioſiſſime effluat circumquaque. Bene ergo dicere potuit Deus Pater: Ecce odor Filij mei ſicut odor agri pleni. quaſi dicat: Ecce odor Filij mei, id eſt, honor Filij pleni, ex honore plenæ matris ſuæ eſt & fama. Vnde Hieronymus ait: Honor maternus eius eſt, qui de ea natus eſt.

Gen. 27. d
Matt. 13. f
Hieró. ſer. de Aſſump. B. Ma. q̃ eſt ep. 10. to. 9. ante med.
Eccli. 24. b
Ber. ſer. in Natiuit. B. Mariæ de aquæductu ante med.
Hiero. ibid. vbi ſupra proxime.

B. Maria plena reſultatione diuinæ gloriæ.

Octauo conſideremus, chariſſimi, quomodo plena eſt Maria reſultatione ſiue expreſſione diuinæ gloriæ, iuxta illud Eccleſiaſtici: Gloria Domini, plenum eſt opus eius. Antonomaſtice, opus Domini mirabile eſt Maria, de quo dicitur in Eccleſiaſtico: Vas admirabile opus excelſi. Vere opus mirabile, quia numquam inuenitur ſimile. Vnde de hoc dicitur: Non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. Non vtique in regno cæleſtium, non in regno terreſtrium, non in regno infernorum: quia nullum tale opus in cælo, nullum tale in mundo, nullum tale in limbo fuit. Hoc enim opus plenum eſt Dominica gloria, quia ſuper omnem puram creaturã reſultat, & relucet pleniſſime in Maria. Nam præter aſſumptam a verbo naturam, nullum eſt opus, nulla eſt creatura, in qua tanta diuinæ gloriæ materia reluceat, ſicut in Maria. Gloriam enim de reſtauratione facta in cælo, gloriam de redẽptione facta in mundo, gloriam de liberatione facta in inferno, habet Dominus per Mariam, habet per plenitudinem Mariæ. Et ideo bene ait Anſelmus ſic: Tibi ſolum loquor Domina, beneficijs tuis plenum eſſe mundum, inferna penetrauit, cælos ſuperauit. Per plenitudinem enim gratiæ tuæ, quæ in inferno erant, ſe lętantur liberata, & quæ ſupra mũdum ſunt, ſe gaudent reſtaurata. Plenum ergo eſt gloria Domini opus eius Maria, quia ſicut dicitur in Iſaia: Plena eſt omnis terra gloria eius. Plena vtique eſt omnis terra. plena eſt tota Maria, relucente in ſe pleniſſime diuina gloria. Merito autem omnibus prædi-

Eccli. 42. c
Eccli. 43. a
3. Reg. 10. c
Iſa. 6. b

prædictis gratijs pleniſſima dicitur, quæ omnibus non ingratis gratiſſima creditur, ſicut beatus Bernardus oſtendit, qui de hoc verbo, *Aue gratia plena*, loquens ſic ait: Bene plena gratia, quia Deo, & angelis, & hominibus grata. Hominibus per fecunditatem, angelis per virginitatem, Deo per humilitatem.

B. Maria plena fruitione lætitiæ æternæ.

Ioan. 16. b

Nono conſideremus chariſſimi, quomodo plena ſit Maria fruitione lætitiæ æternæ. Quis enim neſciat, eã ab his non excluſam, quibus Filius eius dixit: Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrum plenum ſit? Si ergo omnium Apoſtolorum, immo omnium cum Deo regnantium gaudium plenũ eſt, quanto matris Dei gaudium pleniſſime eſt plenum? De hac plenitudine beatus Hieronymus inquit: Plena ſi quidem gratia, plena Deo, plena virtutibus, non poteſt non poſſidere pleniter gloriam claritatis æternæ. Quid mirum, ſi lætitiã & gloriam plenam & ſuper plenam habet in regno, quæ gratiam plenam & ſuper plenam, habuit in exilio? Quid certe mirum, ſi tam in cælo quam in mundo eius plenitudo ſuper omnem creaturã ſit, de cuius plenitudine omnis creatura vireſcit? Vnde Anſelmus ait: O femina plena & ſuperplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia, reſperſa reuiuiſcit omnis creatura. Sic ergo chariſſimi videtis in Maria plenitudinem ſapientiæ illuminatiuam, plenitudinem gratiæ inundatiuam, plenitudinem vitæ fructificatiuam, plenitudinem miſericordiæ ſubuentiuam, plenitudinem Eccleſiæ perfectiuam, plenitudinem famæ reſperſiuam, plenitudinem diuinæ gloriæ expreſſiuam, & plenitudinem æternæ lætitiæ ſupergreſſiuam. Eia ergo pleniſſima virgo Maria, nos tam inanes, tam vacuos ſic participes plenitudinis tuæ facias, vt tandem ad æternam plenitudinem pertingere valeamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Hieronym. ſer. de Aſſump. B. M. quæ eſt. epiſto. 10. to. 9. poſt med.

Quòd Dominus, de quo dicitur B. Maria, Dominus tecum, generaliter eſt Dominus vniuerſalis omnium rerum, potentiſſimus, ſapientiſſimus, opulentiſſimus, ac indeficientiſſimus, & cum eo Beata Maria etiam talis.
Lectio VIII.

AVE MARIA *gratia plena*, *Dominus tecum*. Oſtenſum eſt ſupra, quomodo Maria propter puriſſimam vitæ innocentiam merito per, *Aue*, ſalutatur: oſtenſum eſt quoque quo modo propter copioſiſſimæ gratiæ affluentiam merito, *Gratia plena*, commemoratur. Oſtendendum autem nunc eſt, quomodo propter ſpecialiſſimam Dei præſentiam merito Dominus ſecum fore inſinuatur. *Dominus ergo tecum*. O magne Gabriel, magnum, magnæ Mariæ, de magno Domino nuncias. Magnum eſt quod ei dicis, *Dominus tecum*. Sed dic nobis, quantum, vel quomodo ſecum? Et ecce beatus Auguſtinus in perſona Gabrielis ad hoc reſpondens, ait: *Dominus tecum*, ſed pluſquã mecum. *Dominus tecum*, ſed non ſicut mecum. In me licet ſit Dominus, memetipſum creauit Dominus; per te autẽ naſciturus eſt Dominus. Dominus ergo o Maria. ſed quis, vel quantus Dominus? Dominus terræ, & omnium generaliter, Dominus hominum ſpecialiter, Dominus tuos ſingulariter o Maria. Dominus, inquã, creaturæ generaliter vniuerſalis, Dominus ſpecialiter naturæ rationalis, Dominus ſingulariter aulæ tuæ virginalis o Mariã. Conſiderandum eſt ergo, chariſſimi, quòd Dominus iſte de quo dicitur: *Dominus tecum*, ipſe eſt generaliter Dominus creaturæ vniuerſalis. Vnde Iudith: Dominus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ. Et Sapiens: Omnium Dominus dilexit illam. Omnium certe vniuerſaliter, omnium, inquam, viſibilium & inuiſibilium. Iſte vniuerſalis omniũ Dominus ſic cum Maria fuit, quòd etiam ipſam vniuerſalem omnium Dominam fecit. Dominam, inquam, cæli, & Dominam mundi. Propter quod Anſelmus ait: Regina cæli, & Domina mundi, mater eius qui mundat mundum, tibi confiteor, quòd corpus meum nimis eſt immundum. Sed ecce iſte vniuerſalis omnium Dominus, ipſe eſt Dominus potentiſſimus, Dominus ſapientiſſimus, Dominus opulentiſſimus, Dominus indeficientiſſimus. Dominus enim ſine potentia, dominus ſine ſapientia, dominus ſine opulentia, dominus ſine permanentia minus perfectus dominus eſſet. Vnde dominus impotens, dominus inſipiens, dominus indigens, dominus deficiens, ſiue non permanẽs, minus reputaretur. Dominus ergo vniuerſalis, ipſe Dominus eſt potentiſſimus voluntate, Dominus ſapientiſſimus veritate, Dominus opulentiſſimus proprietate, Dominus indeficientiſſimus æternitate.

Verbi illius Dominus, tecum declaratio.

Auguſt. de tep ſer. 18. paulo ante med. to. 10.

Iudith 9. d

Sap. 8. a

Primo attendite, chariſſimi, quòd Dominus vniuerſalis qui cum Maria eſt, cum Dominus potentiſſimus voluntate ſit, bene de illo Propheta ait: Omnia quæcumque voluit Dominus fecit &c. vſque in abyſſis. Ergo nec in cælis, nec in terris, nec in omnibus inferni abyſſis, voluntati tam potentiſſimi Domini reſiſtere quiſquam poteſt, teſte Mardochæo, qui de iſto Domino ait: Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui tuæ reſiſtere poſſit voluntati. Ecce Maria, quantus Dominus eſt, quàm potentiſſimus Dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia Dominus potentiſſimus, potentiſſime tecum eſt; ideo & tu es potentiſſima ſecum, potentiſsima es per ipſum, potentiſſima apud ipſum, ita vt vere dicere poſsis illud Eccleſiaſtici: In Hieruſalem poteſtas mea. Hieruſalem ſignat Eccleſiam triomphantẽ in cælis, ſignat etiam Eccleſiam militantem in terris. Nam vere tam in cælis, quam in terris poteſtatem habet mater potentiſsima creatoris. Quam potentiſsimam cognoſcit Anſelmus, cum orans, ait: Exaudi pia, adeſto propitia, adiuua potentiſsima, vt mundentur ſordes mentis meæ, & illuminentur tenebræ meæ. Dominus ergo tecum ò Maria potentiſsima.

Pſal. 113 b

Eſther. 13. c.

Eccli. 24. b

Secundo attendite, chariſsimi, quòd vniuerſalis Dominus, qui eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus ſapientiſſimus veritate. Ipſe enim eſt Dominus, de quo in Pſalmo dicitur: Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. O quàm ſapientiſsimus Dominus, cuius ſapientiam nihil fallere, nihil latere poteſt: quia omnia manifeſta & occulta nouit. Omnia vtique opera noſtra bona & mala, omnia verba noſtra bona & mala, omnes cogitationes & omnia deſideria noſtra bona, & mala, omnia ſcit Dominus. Vnde Petrus ait: Domine, tu omnia ſcis. Ecce Maria, qualis Dominus eſt, quàm ſapientiſsimus Dominus, qui tecum eſt. Et quia Dominus ſapientiſsimus, ſapientiſsime eſt tecum: ideo tu es ſapientiſsima ſecum, ſapientiſsima es per ipſum. Tu enim ſignata es per illam Abigail, de qua dicitur: Eratq. illa mulier prudentiſsima, & ſpecioſa. Maria tam prudentiſsima tam ſpecioſa fuit, vt Anſelmus de ipſa audacter dicat: Omnes theſauri ſapientiæ, & ſciẽtiæ in Maria. Dominus ergo tecum o Maria ſapientiſsima.

Ioan. 21. e

1. Reg. 25. a

Tertio attendite chariſsimi, quòd Dominus vniuerſalis qui cum Maria eſt, ipſe eſt Dominus opulentiſsimus proprietate, ſicut bene de iſto Domino Propheta teſtatur, dicens: Domini eſt terra, &c. vſque, in eo, Domini certe eſt nõ ſolum terra & plenitudo eius, immo etiam cælum & plenitudo eius. Tui enim Domine ſunt cæli, & tua eſt terra: quia cælum cæli Domino. Domini huius omnia ſunt propria, cælum & terra, corporalia & ſpiritualia, omnis natura, omnis gratia, omnis cæleſtis gloria, omnia ſunt Domini propria. Dominus ergo ditiſsimus eſt, ſicut etiam Apoſtolus, ait: Ideo Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Ecce Maria, quantus Dominus eſt, quàm opulentiſsimus Dominus eſt, qui tecũ eſt. Et quia Dominus opulentiſsimus, opulentiſsime eſt tecum, ideo tu es opulentiſsima ſiue ditiſsima ſecum, ita vt vere tibi dici poſſit illud Prouerbiorum: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Filia Agnes, filia Lucia, filia Cęcilia, filia Agatha, filia Catherina, &

Pſal. 23. a

Rom. 10. c

Prou. 31. d

multæ

multæ aliæ filiæ, & multæ aliæ virgines ſanctæ, mul- A tæ animæ iuſtæ congregauerunt diuitias virtutum, & gratiarum, diuitias meritorum & præmiorum: ſed Maria vniuerſis diuitijs ſupergreſſa es excellentiſsime vniuerſas. O quam diues eſt Maria in gloria, quæ tam diues fuit in miſeria. O quàm diues eſt in cælo, quæ tam diues fuit in mundo. O quàm diues eſt in anima ſua, quæ tam diues fuit in carne ſua, vt etiam beatus Bernardus exclamans, dicat: O diues in omnes & ſuper omnes Maria, de cuius ſubſtantia modica pars aſſumpta, totius mundi ſuffecit ſoluere delicta. Dominus ergo tecum ô Maria opulentiſsima.

Quarto attẽdite, chariſsimi, quòd Dominus vniuer- B ſalis, qui eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus indeficien- *Exod. 15. d* tiſsimus æternitate. Vnde habetis in Exodo, Dominus *Pſal. 101. b* regnabit in æternum, & vltra. Et in Pſalmo: De iſto Domino dicitur: Tu autem Domine in æternum permanes. Ecce Maria quantus Dominus eſt, quàm indeficientiſsimus Dominus eſt qui tecum eſt, & quia Dominus indeficientiſsimus indeficientiſsime eſt tecum, & ideo tu es indeficientiſsime in æternũ ſecum. Tu enim es thronus ille indeficiens, thronus in æternum, thro- *Pſal. 88. e* nus Filij Dei, de quo Pater per Prophetam ait: Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum. & vere in æternum. Vnde non ſolũ C vere dicimus: Tu autem Domine in æternum permanes: ſed etiam vere dicere poſſumus: Tu autem Domina in æternum permanes. Quid mirum ſi Maria ipſa in Filio ſuo permaneat in æternum, cum etiam beneficia Mariæ in ſeruis ſuis permaneant in æternum? Ait *Ber. ſer. 2. de Pentec. cir. med.* enim beatus Bernardus: In te o Maria Angeli lætitiam, iuſti gratiam, peccatores veniam inueniunt in æternũ. Dominus ergo tecum ô Maria indeficiẽtiſsima. Gaude nunc Maria gaude. Ecce Dominus potentiſsimus ſic eſt tecum, quod tu es potentiſsima ſecum. Dominus ſapientiſsimus ſic eſt tecum, quòd tu es ſapientiſsima ſe- D cum. Dominus opulẽtiſsimus ſic eſt tecum, quòd tu es opulentiſsima ſecum. Dominus indeficientiſsimus, ſic eſt tecum, quòd tu es indeficientiſsima ſecum. Eia ergo potentiſsima Domina, eſto nobis impotẽtiſsimis auxiliatrix. Eia ſapientiſsima Domina, eſto nobis inſipientibus auxiliatrix, & conſiliatrix. Eia opulentiſsima Domina eſto nobis indigentibus locupletatrix. Eia indeficientiſsima Domina, eſto nobis deficientibus perpetuatrix in omni bono.

Quòd Dominus de quo dicitur Beata Maria, Dominus tecum, ſpecialiter eſt Dominus creaturæ rationalis piiſsimus, iuſtiſsimus, certiſsimus, ac nominatiſsimus, & talis etiam cum ipſo Beata Maria. Lect. IX.

CONſequenter conſideremus, chariſsimi, quod Dominus iſte de quo dicitur, Dominus tecum, ipſe eſt Dominus ſpecialiter creaturæ rationalis, ſicut ipſa *Pſal. 8.* rationalis creatura in Pſalmo ait: Domine Dominus noſter &c. Dominus omnium vniuerſaliter: Dominus noſter, ſpecialiter. Sit vtique Dominus noſter, ſicut *Iſa. 33. d* dicitur in Iſaia: Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter. Dominus legifer noſter, in mundo: Dominus iudex noſter, in iudicio: Dominus rex noſter, nos coronans in cælo. Iſte ſpecialis noſter Dominus ſic cum Maria fuit, quòd etiam ipſam ſpecialem noſtram Dominam fecit. Quod bene beatus Bernardus recognoſcens, ait: Domina noſtra, mediatrix noſtra, aduocata noſtra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo filio nos repræſenta. Sed ecce iſte noſter ſpecialis Dominus, ipſe eſt piiſsimus, Dominus iuſtiſsimus, Dominus certiſsimus, Dominus nominatiſsimus. Dominus enim qui non eſſet pius in beneficijs, iuſtus in iudicijs, Dominus qui non eſſet certus in promiſsis, Dominus qui non eſſet nominatus in populis, minus reputaretur. Dominus ergo noſter, eſt Dominus piiſsimus liberalitate: Dominus iuſtiſsi- A mus æquitate: Dominus certiſsimus fidelitate: Dominus nominatiſsimus famoſitate.

Primo ergo attendite, chariſsimi, quòd Dominus noſter ſpecialis, qui cum Maria eſt, ipſe eſt Dominus piiſsimus liberalitate miſericordiæ ſuæ infinitæ. Ipſe enim eſt Dominus, de quo Propheta ait: Tu Domine *Pſal. 85. a* ſuauis, & mitis, & multę miſericordiæ, omnibus inuocantibus te. Multæ miſericordiæ Dominus, in multis beneficijs temporalibus, ſpiritualibus, æternalibus, quę ex multa miſericordia ſua contulit nobis, & conferre non ceſſat. Vtinam tantis Domini miſericordijs non ſimus ingrati. Vtinam Domino tam miſericordiſsimo B ſimus valde grati cum Iſaia, qui de Domino ait: Mi- *Iſa. 63. b* ſerationum Domini recordabor: laudabo Dominum ſuper omnibus, in quibus reddidit nobis Dominus. Ecce Maria qualis Dominus eſt, quam piiſsimus, quàm miſericordioſiſsimus Dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia Dominus miſericordiſsimus miſericordiſsime eſt tecum; ideo & tu es miſericordiſsima ſecum, vt vere de te dici poſſit illud Iſaiæ: Præparabitur in miſericor- *Iſa. 16. a* dia ſolium eius, & ſedebit ſuper illud in veritate. Solium diuinæ miſericordiæ eſt Maria, mater miſericordiæ, in quo omnes inueniũt ſolatia miſericordiæ. Nam ſicut miſericordiſsimum Dominum; ita miſericordiſ- C ſimam Dominam habemus. Dominus noſter multæ miſericordiæ eſt omnibus inuocantibus ſe: & Domina noſtra multæ miſericordiæ eſt omnibus inuocantibus ſe. Propter quod optime Bernardus dicit: *Ber. ſer. 4. de Aſſump. B. Mar. cir. fin.* Sileat miſericordiam tuam Virgo beata, qui inuocatam eam in neceſsitatibus ſuis, ſibi meminerit defuiſſe. Dominus ergo tecum ô Maria miſericordiſsima.

Secundo attendite, chariſsimi, quòd Dominus noſter ſpecialis, qui eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus iuſtiſsimus æquitate, ſicut bene de Domino iſto in Pſal- *Pſal. 10. b & 118. ſ* mo dicitur: Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit. Et D iterum: Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum. Iuſtus certe eſt Dominus in omnibus iudicijs ſuis, in omnibus cauſis, in omnibus factis ſuis, ſicut iterum in Pſalmo dicitur: Iuſtus Dominus, in omnibus vijs *Ibid. 144. d* ſuis. Dominus ita iuſtus eſt in omni via iuſtitiæ, quòd propter nullam perſonam declinat a via iuſtitiæ. Et *Sap. 6. b* ideo bene de iſto Domino dicitur, Non ſubtrahet perſonam cuiuſquam Dominus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam, quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Ecce Maria qualis Dominus eſt, quàm iuſtiſsimus Dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia E Dominus iuſtiſsimus eſt tecum, ideo & tu es iuſtiſsima ſecum. Tu enim es virga Aaron recta, florida & fructifera. Recta immo rectiſsima, per iuſtitiam & æquitatem. Florida per virginitatem. Fructifera, per fecunditatem. Quæ enim eſſet virga recta, ſi non virga Aaron eſſet recta? Quæ anima eſſet iuſta, ſi non Maria eſſet iuſta? Hoc eſt quod beatus Bernardus di- *Ber. ſer. in Nat. B. M. de aquæductu ante med.* cit: Quis iuſtus, ſi non Maria iuſta, de qua ortus eſt Sol iuſtitiæ? Dominus ergo tecum, o Maria iuſtiſsima.

Tertio attendite, chariſsimi, quòd Dominus ſpecialis noſter, qui eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus certiſſimus fidelitate, & fideliſsimus certitudine, ſicut Propheta teſtatur, qui ait: Fidelis Dominus in omnibus F verbis ſuis. Recogitate ergo verba iſta, quibus promi- *Pſal. 144. e* ſit coronam iuſtis, & gehẽnam iniuſtis, & ſcitote quòd Dominus fidelis fideliter verba ſua tenebit, fideliter quod locutus eſt implebit, ſicut de iſto Domino dicitur in Ezechiel: Ego Dominus locutus ſum, & faciam. *Ezec. 30. b* Verba vtique ſua Dominus fideliſsimus, fideliſsime tenebit ſicut ipſe in Euangelio ſuo dicit: Cælum & terra tranſibunt & cetera. Ecce Maria, qualis Dominus *Matt. 13. d* eſt, quàm fideliſsimus Dominus eſt, qui tecum eſt. Et quia Dominus fideliſsimus, fideliſsime eſt tecum, ideo & tu es fideliſsima ſecum. Tu enim es illa fideliſsima columba Noe, quæ inter ſummum Deum, & mundum diluuio ſpirituali ſubmerſum, mediatrix fideliſſima extitit. Coruus infidelis, columba vero fidelis fuit,

fuit. Sic & Eua infidelis; Maria vero fidelis inuenta (A) eſt. Eua infideliſſima mediatrix perditionis: Maria vero fideliſſima mediatrix ſalutis fuit. Ideo beatus Bernardus ait: Fidelis mediatrix Maria, quæ ſalutis antidotum viris, & mulieribus propinauit. Dominus ergo tecum o Maria fideliſſima.

Ber. in ſer. de B. Mar. Vir. ex verbis Apoc. 12 non longe a prin.

Quarto attendite, chariſſimi, quòd noſter Dominus ſpecialis, qui cum Maria eſt, ipſe eſt Dominus nominatiſſimus famoſitate. Magni etenim nominis eſt, teſte Hieremia, qui de Domino iſto ait: Non eſt ſimilis tui Domine, & magnus tu, & magnum nomen tuum. Magnum vtique fama & laude nomen Domini eſt in omni populo, ſicut Propheta oſtendit, dicens: Reges (B) terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ. Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini. Nominis autem Domini laus & fama, non ſolum ad omnem populum, ſed etiam ad omne tempus ſe extendit, ſicut per eumdem Prophetam patet, qui ait: Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Item nominis Domini laus, & fama non ſolum ad omnem populum, non ſolum ad omne tempus; ſed etiam ad omnem locum ſe extendit, ſicut iam dictus Propheta declarans, ait: A ſolis ortu vſque ad occaſum laudabile nomen Domini. Ecce Maria quantus Dominus, quam nomina- (C) tus Dominus eſt, qui tecum eſt: & quia Dominus nominatiſſimus ſiue famoſiſſimus, famoſiſſime eſt tecū, ideo & tu es famoſiſſima, & nominatiſſima ſecum. Tu enim bene ſignata es per illam Ruth, de qua legitur ſic: Sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethleem, id eſt in Eccleſia. O celeberrimi nominis Maria, quomodo poſſet nomen tuū non eſſe celebre, quæ etiam deuote nominari non potes ſine nominantis vtilitate? Teſtatur tuus Bernardus, dicens: O magna, o pia, o multum laudabilis Maria, tu nec nominari potes quin accendas: nec cogitari quidem, quin recrees affectus diligentium te: tu num- (D) quam ſine dulcedine diuinitus tibi inſita, piæ memoriæ portas ingrederis. Maria ergo fratres, optime ſignata eſt per illam famoſiſſimi nominis feminam Iudith, de qua ſcriptum eſt: Hæc erat in omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat qui de illa loqueretur verbū malum. Famoſa quidem eſt Maria, propter virtutes & exempla ſua tam laudabilia. Famoſior autem, propter miſericordias, & beneficia ſua tam inenarrabilia. Famoſiſſima vero propter gratias, & priuilegia ſua tam mirabilia. Quid enim mirabilius, quàm eſſe matrem, & virginem, & eſſe Dei matrem? Quid autem mirum ſi Maria, de tantis (E) millibus miſericordiæ ſuæ beneficijs, famoſa eſt in mundo, quæ tam famoſa eſt de vnico beneficio ſuo circa Theophilum exhibito? Ait beatus Bernardus: Famoſum ſummæ tuæ benignitatis teſtimonium eſt, per te reſtauratus Theophilus o Maria. Dominus ergo tecum famoſiſſima o Maria. Gaude nunc o Maria gaude. Ecce Dominus piiſſimus ſic eſt tecum, quòd tu es piiſſima ſecum. Dominus iuſtiſſimus ſic tecum, quòd tu es iuſtiſſima ſecum. Dominus famoſiſſimus ſic eſt tecum, quòd tu es famoſiſſima ſecum. Eia ergo piiſſima Maria, nos impios ſalua per tuam miſeri- (F) cordioſiſſimam pietatem. Eia iuſtiſſima, nos iniuſtos ſalua per tuam iuſtiſſimam æquitatem. Eia fideliſſima Maria, nos perfidos ſalua, per tuam certiſſimam fidelitatem. Eia famoſiſſima Maria, nos infames ſalua, per tuam ſuauiſſimam famoſitatem.

Hier. 10. a — *Pſal. 148. c* — *Pſal. 112. a* — *Ibidem.* — *Ruth 4. c* — *Ber. in deprecatione & laud. ad Virg. Mar. poſt med.* — *Iudith 8. a* — *Ber. ibidem non longe a prin.*

Quòd Dominus, de quo dicitur B. Mariæ, Dominus tecum, tam ſingulariter eſt cum Maria, vt ipſa eius ſit filia nobiliſſima, mater digniſſima, ſponſa venuſtiſſima, & ancilla deuotiſſima. Lect. X.

Post prædicta, chariſſimi, conſiderandum, quod Dominus iſte de quo dicitur: Dominus tecum, non ſolum eſt Dominus generaliter creaturæ vniuer- (A) ſaliter, non ſolum eſt Dominus ſpecialiter creaturæ rationalis: immo ipſe etiam eſt Dominus ſingulariter aulæ virginalis ſuæ ſanctiſſimæ genitricis. Maria ſingulariter tam corpore, quàm anima eſt aula Domini, domus Dei ſanctiſſima, de qua in Pſalmo dicitur: Domum tuam decet ſanctitudo Domine. O vere ſingulariter beatam domum, quæ ſola tam ſingulariter talem meruit habere Dominum. Ecce enim beatus Bernardus ait: Tu ſola digna inuenta es, vt in tua virginali aula Rex Regum & Dominus dominantium a regalibus ſedibus veniens, primam ſibi inter filios hominū manſionem eligeret. Iſte ſingularis Mariæ Dominus, (B) ſic ſingulariter cum Maria fuit, quod etiam ipſam tam ſingulariter Dominam fecit, quòd nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem: dum ipſa ſingulariter Domini filia, Domini mater, Domini ſponſa, & Domini ancilla facta eſt. Maria enim filia Domini ſingulariter, generoſa mater Domini ſingulariter, glorioſa ſponſa Domini ſingulariter, pretioſa ancilla Domini ſingulariter obſequioſa fuit. Si autem illa tribus perſonis diuinis volumus appropriare, poſſumus dicere, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus ſanctus, Dominus trinus & vnus. Ipſe (C) eſt Dominus Pater, cuius Maria eſt filia nobiliſſima. Ipſe eſt Dominus Filius, cuius Maria mater digniſſima. Ipſe eſt Dominus Spiritus ſanctus, cuius Maria ſponſa iuſtiſſima. Ipſe eſt Dominus trinus & vnus, cuius Maria eſt ancilla ſubiectiſſima. Maria certe eſt filia ſummæ æternitatis, mater ſummæ veritatis, ſponſa ſummæ bonitatis, ancilla ſummæ Trinitatis.

Pſal. 92. b — *Bern. ibid. vbi ſupra prox.*

Primo ergo attendite, chariſſimi, quòd Dominus iſte qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus cuius filia nobiliſſima eſt Maria. De iſto enim Domino, & de illa filia accipi poteſt, quod Booz dixit: Benedicta es a Domino filia, quia priorem miſericor- (D) diam poſteriore ſuperaſti. Vere benedicta a Domino filia eſt Maria, a ſummo, inquam, Domino cuius ipſa eſt filia. O vere nobiliſſimi Regis nobiliſſima filia, quæ tam multiplici interius ornata es gloria, vt vere de ea dicere poſsit: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, &c. Ideo tamquam veriſſima Regis filia ad regnum copioſiſſime eſt tracta, teſte beato Bernardo, qui ait: Tu filia delicata & omni gratia plena, chariſſima in delitijs tuis tracta es ad gloriā decoris tui, & in ſignum dilectionis. Iſta benedicta filia priorem miſericordiam poſteriore ſuperauit. Magna enim erga miſeros fuit miſericordia Mariæ, adhuc exulantis in mundo, (E) ſed multo maior erga miſeros eſt miſericordia eius iā regnantis in cælo. Maiorem per beneficia innumerabilia nunc oſtendit hominibus miſericordiam, qui magis nunc videt innumerabilem hominum miſeriam. Vnde pro ſplendore prioris miſericordiæ fuit Maria pulchra vt Luna: pro ſplendore vero poſterioris miſericordiæ, eſt electa vt Sol. Nam quemadmodum Sol Lunam ſuperat magnitudine ſplendoris: ſic priorem Mariæ miſericordiam ſuperat magnitudo poſterioris. Quis eſt ſuper quem Sol non luceat? quis eſt ſuper quem miſericordia Mariæ non reſplendeat? Audi quid de hoc beatus Bernardus ſentiat, ait enim ſic: (F) Quemadmodum Sol oritur ſuper bonos & malos indifferenter: ſic Maria petita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet, omnium denique neceſſitatibus ampliſſimo miſeretur affectu. Dominus ergo tecum o Maria, ſicut pater cum filia nobiliſſima.

Domin' eſt cum Maria, eius filia nobiliſſima. — *Ruth 3. c* — *Pſal. 44. c* — *Ber. in ſer. de B. Mar. Vir. ex ver. Apoc. 12. ante med.*

Secundo attendite, chariſſimi, quòd Dominus iſte qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus cuius mater digniſſima eſt Maria. De iſto Domino & de iſta matre dixit Elizabeth: Vnde mihi hoc, vt veniat mater Domini ad me? Mater Domini, mater & virgo, mater eſt digniſſima. Ipſa eſt mater, quæ tali filio eſt decentiſſima. Ipſa mater eſt, cui talis filius decentiſſimus fuit. Ipſa eſt qua maiorem Deus facere non poſſet.

Luc. 1. e — *Domini, q. eſt ſingulariter cū Maria, ipſa eſt mater digniſſima.*

poſſet. Maiorem mundum poſſet facere Deus, maius cælum poſſet facere Deus: maiorem matrem quàm matrem Dei non poſſet facere Deus. Vnde Bernardus ait: Nec enim decebat Deum alia mater, quàm virgo, nec Virginem alius filius quam Deus: quia nec maior inter matres, nec maior inter filios naſci potuit. Hæc itaque mater eſt flos miſericordię, mater Solis iuſtitię, mater fontis ſapientiæ, mater Regis gloriæ. Mater, inquam, eſt eius, cuius miſericordia ad dilectionem, cuius iuſtitia ad timorem, cuius ſapientia ad agnitionem, cuius gloria ad ſpem nos inducit. Maria ergo mater eius, quę effectiue eſt noſtra dilectio per miſericordiã, noſter timor per iuſtitiam, noſtra agnitio per ſapientiam, noſtra ſpes per gloriam, vt vere ipſa dicere poſſit illud Eccleſiaſtici: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Sed numquid ſolius Chriſti mater eſt Maria? Immo certe, quod iucundiſſimum eſt, Maria non ſolum eſt mater Chriſti ſingularis, ſed etiam mater omnium fidelium vniuerſalis. Vnde beatus Ambroſius ait: Si Chriſtus eſt credentium frater, cur non ipſa, quæ genuit Chriſtum, credentium ſit mater? Eia chariſſimi omnes nunc gaudeamus, nunc omnes gaudendo dicamus: Benedictus frater, per quem Maria eſt noſtra mater: & benedicta mater, per quam Chriſtus eſt noſter frater. Hinc bene Anſelmus ait: Domina mater, per quam talem fratrem habemus, quid gratiarum, quid laudis tibi retribuemus? Deus ergo tecum o Maria, ſicut Filius cum matre digniſſima.

Ber. hom. 2. ſup. Miſſus eſt nõ longe a princ. in ſenſu.

Eccli. 24. c

Maria omniũ fideliũ mater eſt.

Tertio attendite, chariſſimi, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius ſponſa venuſtiſſima eſt Maria. Vnde tam de iſto Domino, quàm de iſta ſpóſa exponi poteſt illud Oſeę: Sponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus. Ecce pulchra ſponſa, pulchra in iuſtitia & iudicio reſpectu ſui, pulchra in miſerationibus & miſericordia reſpectu proximi, pulchra in fide reſpectu Dei. Pulchra vtique in iuſtitia vitæ, & in iudicio conſcientiæ, pulchra in miſericordia in affectu, & in miſerationibus in effectu: pulchra in fide, quã credidit omnia credenda ſupra ſe, & qua credidit omnia perficienda in ſe, iuxta illud: Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur in te ea, quæ dicta ſunt tibi a Domino. Sed ecce ſponſa Spiritusſancti Maria, ſicut formoſiſſima fuit & eſt in conuerſatione, ita etiam dulciſſima eſt in allocutione, ſicut dicitur in Canticis: Fauus diſtillans, &cet. vſque, tua. O quàm melliflua verba ſæpius diſtillauerunt dulciſſima Mariæ labia. Quæ etiam bene lac & mel ſub lingua habuit in duobus verbis, quæ ipſa Gabrieli reſpondit. Nonne Maria lac ſub lingua habuit, quando lacteum illud continentiæ verbum reſpondit: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Nonne etiam mel ſub lingua habuit, quando mellifluum illud dulcedinis verbum reſpódit. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum? De mellifluentia namque huius melliflui verbi, per totum mundum melliflui facti ſunt cæli. Maria inſuper mel ſub lingua habuit, in mellifluis orationibus ad Deum: lac vero ſub lingua habuit, in lacteis collationibus ad proximum. Eia ergo quanti decoris, & quanti dulcoris eſt illa ſponſa ſummi conſolatoris. Quia inquit Auguſtinus: Quæ eſt hęc virgo tam ſancta, vt ad eam venire dignaretur Spiritusſanctus? tam ſpecioſa, vt eam ſponſam eligeret Deus? Dominus ergo tecum o Maria, ſicut ſponſus cum ſponſa delicatiſſima.

Oſeæ 2. d

Luc. 1. e

Cant. 4. c

Luc. 1. d

Auguſt. de ſanct. ſer. 35 ante med. to. 10. & de temp. ſer. 10.

Quarto attendite, chariſſimi, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius ancilla deuotiſſima eſt Maria, ſicut ipſamet teſtatur, dicens: Ecce ancilla Domini. Maria ancilla eſt Domini Patris, Domini Filij, & Domini Spiritusſancti. Quid mirum, ſi Maria ſit huius Domini ancilla, cum etiam Filius Mariæ ſit huius Domini ſeruus ſecúdum aſſumptam a matre naturam? Ipſe enim in Pſalmo confitetur, dicens: O Domine, quia ego ſeruus, ego ſeruus tuus, & Filius ancillæ tuæ. O quàm bona ancilla, & bonus ancillæ Filius. Heu quot ſunt malæ ancillæ, & mali ancillarum filij. Sed quid dicit ſcriptura? Ejice ancillam & filium eius: Legitur in Geneſi de ancilla Saræ, quod concepiſſe ſe videns, deſpexit Dominam ſuam. Mala ergo ancilla Agar de fecunditate inflatur, bona vero ancilla Maria de humilitate fecundatur. Ancilla illa ſuperba dominam deſpexit: ancillam iſtam humilem Dominus reſpexit, ſicut ipſa humiliter recognoſcens dicit: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. O anima Chriſtiana Domini ancilla, ſic cum Maria amplectere fecunditatem, vt nequaquam deſeras humilitatem. Vt ergo de boni operis fecunditate non inflatis, ſed magis de humilitate fecunderis; attende humilem ancillam, reſpice humilem Mariam. Ecce, ait, ancilla Domini, vnde Ambroſius: Vide, inquit, humilitatem, vide deuotionem. Ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur Domini. nec repentino exaltata promiſſo eſt. O vere admiranda humilitas. Ecce non ſolum Domini ancilla, ſed etiam ſeruorum Domini ancilla, quodam modo dignatur eſſe Maria. Ipſa namque ſignata eſt per illam Abigail, pro qua adducenda, cum Dauid nuncios miſiſſet, reſpondit: Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Per benedictam ancillam Mariam quaſi tot ſerui Domini loti ſunt, quot fideles eius ſuffragijs a peccatis mundati ſunt. Ipſa enim quaſi tot ſeruorum Domini pedibus aquam obtulit, quot pœnitentibus lacrymas compunctionis obtinuit. Dominus ergo tecum o Maria, tamquam cum ancilla deuotiſſima. Dominus Pater tecum, Dominus Filius tecum, & Dominus Spiritusſanctus tecum. Vnde Bernardus: Pater, inquit, tecum, qui ſuum Filium facit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile ſacramentum, miro modo & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat virginale ſignaculum. Spiritusſanctus tecum, qui cum Patre & Filio tuum ſanctificat vterum. Dominus ergo tecum. Dominus certe cuius filia es, qua nulla nobilior: Dominus cuius mater es, qua nulla mirabilior: Dominus cuius ſponſa es, qua nulla amabilior: Dominus, cuius ancilla es, qua nulla humilior vmquam fuit, nec eſt, nec erit in æternum. Eia ergo Domina, quia Dominus tantus ac talis, tantum ac taliter eſt tecum, fac vt etiam ipſe per gratiam ſit nobiſcum.

Domini, q eſt ſingulariter cũ Maria ipſa eſt ancilla deuotiſſima.

Gen. 16. a. b

Luc. 1. e

Amb. lib. 2. com. ſ Luc. cap. 1. to. 5. edit. Rom.

1. Reg. 25. g

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt ante med.

Quòd Maria propter ſe, & propter nos conuenientiſſime auroræ comparatur. Lect. XI.

DOMINVS *tecum*. His dulciſſimis verbis ille deuotus Beatę Mariæ Anſelmus deuote alludens, ait ſic: Maria obſecro te per gratiam, qua ſic Dominus eſſe tecum, & te voluit eſſe ſecum, fac propter ipſum, ſecundum eamdem ipſam gratiã miſericordiam tuam mecum: fac vt amor tui ſemper ſit mecum, & cura mei ſemper ſit tecũ: fac vt timor neceſſitatis meę quamdiu ipſa perſiſtit tecum, & reſpectus pietatis tuę quamdiu ego ſubſiſto, ſit mecum: fac vt congratulatio beatitudinis tuæ ſemper ſit mecum, & compaſſio miſerię meæ ſemper quantum mihi expedit ſit tecum. Dominus ergo tecum o Maria. Tecum certe tecum. Tecum fuit, tecum eſt, tecum erit. Tecum vtique ſicut Sol cum aurora ipſum præueniente: tecum ſicut flos cum virga ipſum producente: tecum ſicut Rex cum Regina ad ipſum ingrediente. Sol namque omnibus luminibus luminoſior, flos omnibus floribus pretioſior, Rex omnibus regibus glorioſior eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Aurora vero hunc Solem clariſſima irradiatione præueniens, virga hunc florem mirabiliſſima emiſſione producens, Regina ad hunc Regem ſolemniſſima proceſſione ingrediens, eſt beatiſſima virgo Maria. De his ſingulis per ordinem videamus.

B. Maria auroræ comparatur.

Dominus tecum. Tecum certe ſicut Sol cum aurora de

ra de Sole procedente, & ortum Solis præueniente, & lumine Solis diem initiante. Reuera enim aurora mũdi Maria a Sole æterno ſingulariter præparata progrediens, eiuſdemq. Solis ortum mirabiliter irradiata præueniens, diem gratiæ tantæ Solis mundo feliciter initiauit, teſtante beato Bernardo, qui ait: Sicut aurora valde rutilans in mundo progreſſa es o Maria, quando veri Solis ſplendorem tantæ ſanctitatis iubare præcurriſti, vt vere diem ſalutis, diem propitiationis, diem quam fecit Dominus, a tanta claritate initiari dignum fuerit. Maria ergo aurora, de qua dicitur: Quæ eſt iſta quæ progreditur, vſque, conſurgens. Bene auroræ comparata Maria, tam propter ſe, quàm propter nos. propter ſe ſpecialiter, propter nos generaliter. Maria propter ſe bene comparatur auroræ ſecundum ſcripturam. Primo propter abſceſſum noctis culpæ. Secundo propter proceſſum lucis gratiæ. Tertio propter ortum Solis iuſtitiæ. Quarto propter locum ſedis gloriæ. Primum in pleniſſima eius ſanctificatione. Secundum in clariſſima eius conuerſatione. Tertium in mirabiliſſima Filij eius generatione. Quartum in glorioſiſſima eius Aſſumptione attendamus.

Ber. in deprec. et laud. ad B. V. M. poſt med.

Cant. 6. d

B. Maria aurora ob abſceſſum noctis culpæ.

Primo attendite, chariſſimi, quod quædam felix aurora eſt Maria, propter felicem abſceſſum noctis culpæ in ſua ſanctificatione. Vnde Iob, maledicens nocti, in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo, ait: Obtenebrentur ſtellæ eius caligine. Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ. Quid hic per ſtellas, quid per lucem, quid per auroram ſignatur? Dico, quòd per ſtellas, animæ ſanctorum, per lucem ſanctus ſanctorum, per auroram Regina ſanctorum deſignatur. Stellæ vtique omnes ſancti ſunt, qui ordinem morum & diſciplinæ, curſum quoque feruoris & bonæ vitæ non relinquunt & ſic contra diabolum vi pugnaturi ſunt. Vnde de his ſtellis bene legitur in libro Iudicum: Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt. Siſara interpretatur rollens recedentem, & ſignat diabolum, qui quemlibet recedentem a Deo tollit. Per lucem quoque ſanctus ſanctorum Ieſus Chriſtus ſignatur, ſicut ipſe oſtendit, dicens: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Sequamur fratres, ſequamur hanc lucem, ne in tenebris ambulantes, cadamus in lutum peccati, & in foueam inferni. Sequamur autem non claudicando, ſecundum quod dicitur: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Per auroram autem, cuius ortum nox non vidit, beata Virgo ſignificatur, cuius natiuitatem nox originalis culpæ nõ initiauit. Nox enim cui Iob maledicit, nox in qua conceptus eſt homo, peccatum originale eſt, in quo omnes concipimur. Vnde Pſalmiſta: In peccatis concepit me mater mea. Quia ergo vere omnes ſancti in peccato concipiuntur, & in peccato naſcuntur, ideo bene hic dicitur, quòd ſtellæ per hanc noctem obtenebrantur. Sed quia Chriſtus nec conceptus, nec natus in peccato fuit, ideo bene hic dicitur, quòd nox iſta lucem non vidit. Quia vero beata Virgo in peccato concepta fuit, ſed ſine peccato nata; in peccato orta non fuit: ideo non auroram, ſed ortum auroræ dicitur nox iſta non vidiſſe. Hoc eſt contra illos, qui ipſam nõ ſolum ſine peccato natam, ſed etiam ſine peccato conceptã dicunt. Contra quos beatus Bernardus arguens ait: Si ante conceptum ſuum Maria ſanctificari non potuit, quoniam non erat, ſed nec in ipſo conceptu propter peccatum, quod inerat; reſtat vt poſt conceptum in vtero iam exiſtens, ſanctificationem accepiſſe credatur, quæ excluſo peccato, ſanctam fecerit natiuitatem, non tamen conceptionem.

Iob 3. a

Iud. 5. c

Ioan. 8. a

3. Reg. 18. c

Pſal. 50. b

Ber. ep. 174 ad Can. Lug. poſt med.

Secundo attendite, chariſſimi, quod quædam felix aurora eſt Maria propter felicem eius progreſſionem in luce gratiæ, iuxta illud: Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora, *& cetera*. Sicut enim lux auroræ

Cant. 6. d

A progreditur creſcendo in claritate: ſic Maria progrediebatur proficiendo in claritate gratiæ, & bonæ vitæ. Progrediebatur vtique proficiẽdo in omnibus virtutibus vniuerſaliter, vt in omni virtutum claritate eſſet quaſi aurora conſurgens apud ſe, pulchra vt Luna apud proximos, electa vt Sol apud Deum. Progrediebatur quoque proficiendo in quibuſdam virtutibus ſpecialiter, de quibus beatus Bernardus, ait ſic: Feruebat in quærendo gratiam Mariæ charitas, ſplendebat in carne virginitas, in obſequio humilitas eminebat. Harum itaque virtutum claritate, Maria fuit quaſi aurora conſurgens in rutilanti virginitate, pulchra vt B Luna in micanti humilitate, electa vt Sol in radiante charitate. Felix qui hos tres fulgores, has tres virtutes Mariæ ſecutus fuerit, per quas ipſa Deum & magiſtrum omnium virtutum concepit, teſtante iterum beato Bernardo, qui ait: Hanc inuenit gratiam plena iam gratia, vt charitate feruida, virginitate integra, humilitate deuota, fieret ſine virili commixtione grauida, ſine muliebri dolore puerpera.

Ber. ſer. in Natiuit. B. M. de aquæductu ante med.

Ber. ibidem cir. med.

B. Maria aurora ob ortum Solis iuſtitiæ.

Tertio attendite, chariſſimi, quòd quædam felix aurora eſt Maria, propter felicem ortum Solis iuſtitiæ. Sol namque iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, mediante aurora ſua Maria ortus eſt in mundo, ortus vn-C que abſque vllo peccati nubilo, propter quod aurora illa valde rutilans fuit oriente Sole ſuo, iuxta illud: Sicut lux auroræ oriente Sole mane abſque nubibus rutilat, *& cetera*. Lux igitur auroræ eſt ſanctitas Mariæ, qua ipſam irradiare dignatus eſt, proceſſurus de ipſa Sol Iuſtitiæ. De hoc bene beatus Bernardus, ait: Recte quidem o Maria auroræ officium impleſti. Ipſe enim Sol Iuſtitiæ de te proceſſurus ortum ſuum quadam matutina irradiatione præueniens, in te lucis ſuæ radios copioſe transfudit. Lux huius auroræ mirabiliter rutilabat, oriente Sole abſque nubibus, id eſt naſcente Chriſto abſque originalis peccati obſcuritati-D bus. Ecce hic dicitur, quòd Sol abſque nubibus oritur: & in Exodo dicitur, quòd rubus abſque cõbuſtione ignitur: & in Daniele dicitur, quòd lapis ſine manibus abſcinditur. Quid ergo per Solem, quid per ignẽ, quid per lapidem niſi Chriſtus ſignatur? Ipſe enim eſt Sol illuminans intellectum, ignis accendens affectum, lapis firmans nos contra defectum. Dico, quòd Chriſtus Ieſus eſt Sol illuminans intellectum, iuxta illud Malachiæ: Orietur vobis timentibus nomen meum, Sol Iuſtitiæ. Vide ergo ſi timeas Dominum, ſcriptum quippe eſt: Qui timet Deũ, nihil negligit. Item Chriſtus eſt ignis accendens affectum, vt dicit Apoſtolus ad E Hebræos, Deus noſter ignis conſumens eſt. Hic ignis non ſolum fuit in rubo vteri virginalis, ſed etiam in rubo deuoti cordis eſt. Hunc namque ignem ſenſerunt, qui dixerunt: Nonne cor *& cetera*. Item Chriſtus eſt lapis firmans nos contra defectum, ſi bene fundati fuerimus ſuper ipſum. Vnde dicitur in Matthæo: Deſcendit pluuia, venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. fundata enim erat ſupra petram. Ecce nec pluuia hæreticæ eloquentiæ, nec flumina mundanæ concupiſcentiæ, nec venti humanæ violentiæ, nocere poſſunt domui mentis ſupra petram Chriſti fundatæ. Quid ergo eſt F quòd Sol ſine nube oritur, rubus ſine combuſtione ignitur, lapis ſine manu abſcinditur; niſi quod Chriſtus, qui eſt Sol veritatis, ignis charitatis, lapis firmitatis, ſiue æternitatis, ipſe concipitur & naſcitur ſine nube peccati originalis, ſine combuſtione concupiſcentiæ carnalis, ſine manibus amplexus maritalis? In conceptione enim Chriſti nec peccatum prolis, nec concupiſcentiam matris, nec amplexus patris inuenies. Quod autem Virgo tam miraculoſe concepit, hoc ille facere potuit, qui præludentia huic miraculo mirabilia multa præmiſit, ſicut Beatus Auguſtinus teſtatur, qui ſic dicit: Qui ſcripſit lapideas tabulas ſine ferro, ipſe grauidauit Mariam Spiritu ſancto. Et qui produxit panem in eremo ſine aratione, ipſe

Exod. 3. a

Dan. 2. e

Mala. 4. a

Eccl. 7. c

Heb. 12. g

Luc. 24. e

Matt. 7. c

Auguſt. de tẽp ſer. 18. poſt med.

2. Reg. 23. a

Ber. in deprecatione & laud. ad B. V. Mar. cir. fin.

im-

imprægnauit virginem ſine corruptione. Et qui fe- A cit virgam ſine pluuia germinare, ipſe fecit filiam Dauid ſine ſemine generare.

B. Maria aurora ob eius locum in gloria.

Quarto attendite chariſſimi, quòd quædam felix aurora eſt Maria, propter felicem locum eius in gloria. & ſecundum hoc bene de aurora dicitur a Iob: Numquid oſtendiſti auroræ locum ſuum? Iam certe aurora noſtra Maria ſublimiter locata in cælo locum tenet viciniſſimũ Soli æterno. Conſiderare autem poſſumus triplicem Mariæ locum notabilem. Primus eſt, quo ipſa Dominum ſuſcepit ſpiritualiter. Secundus eſt, quo Dominum ſuſcepit corporaliter. Tertius eſt, quo ipſam Dominus recepit æternaliter. Ecce triplex B locus Mariæ. Dico quòd primus locus, quo Maria Dominum ſuſcepit ſpiritualiter, eſt mens Mariæ pacificata & quietata, ſecundum quod Pſalmiſta dicit: Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quod interpretatur, vel ſpeculum, vel ſpeculatio. Ecce quicumque Deum mente ſpeculari deſiderat, oportet vt ei in pace mentis locum faciat. Nam ſine pace mentis nemo venit ad ſpeculationem cõtemplationis, Vnde Apoſtolus: Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. O quis enarrare, vel etiam cogitare ſufficiat, in qualibus quotidie ſpeculationibus ſancta illa Sion, ſancta illa mens Mariæ fuerit: dum omnia illa myſteria præ omnibus mortalibus ſibi nota, feruentiſſima ſibi mente reuolnit? De hoc bene Beatus Hieronymus ait: Si qua ſunt in vobis viſcera pietatis, conſiderate quo cruciabatur amore, quove deſiderio æſtuabat hæc virgo, dum reuolueret animo cuncta, quæ audierat & viderat, quæ cognouerat, quantisve mouebatur, repleta Spiritu ſancto, cæleſtium ſecretorum incitamentis. Item locus, quo Maria concepit corporaliter, eſt vterus Mariæ, de quo accipi poteſt illud Geneſis: Fluuius qui egrediebatur de loco voluptatis, Ieſus Chriſtus de vtero virginis ad irrigandum Paradiſum. Pa- D radiſus ſpecialis eſt Maria; vniuerſalis, eſt Eccleſia. Felix irrigatio vtriuſque paradiſi, per fluuium ventris Mariæ Ieſum Chriſtum, qui ait: Dixi irrigabo hortum plantationum mearum. Hinc eſt quòd bene ſanctus Hieronymus loquens de illis verbis: Vidi ſpecioſam aſcendentem deſuper riuos aquarum, ait: Bene deſuper riuos aquarum, quia ſuper aquam refectionis educauerat eam Dominus & nutrierat, de qua multi educti riui, omnem irrigant terram deliciarum, & infundunt hortum voluptatis. Item locus quo Mariam Dominus ſuſcepit manſuram æternaliter in cælo, eſt locus gloriæ, de quo Dominus ad Iob loquitur: E Numquid oſtendiſti auroræ locum ſuum? quaſi dicat, non tu, ſed ego. Non ad te pertinet oſtendere auroræ Mariæ locum ſuum in cælo, ſed ad me: Bene autem dicit ſuum, quaſi appropriando, & diſcernendo illum ab aliis omnium ſanctorum locis. Hinc etiam bene legitur: Intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum. Hic certe locus eſt ſuper omnes choros Angelorum. Hic denique locus eſt in cælo digniſſimus, teſtante beato Bernardo, qui ait: Nec in mundo locus dignior virginalis vteri thalamo, in quo Filium Dei Maria ſuſcepit; nec in cælis regali ſolio, quo Mariam Mariæ Filius ſublimauit. Sic ergo F Maria propter ſe bene comparatur auroræ. Primo propter terminationem noctis culpæ, in pleniſſima eius ſanctificatione. Secundo propter progreſſionem lucis gratiæ, in clariſſima eius conuerſatione. Tertio propter productionem Solis iuſtitiæ, in mirabiliſſima Filij eius generatione. Quarto propter appropriationem loci gloriæ, in glorioſiſſima eius aſſumptione.

Iob 38. a — *Pſal. 75. a* — *Hebr. 12. d* — *Hiero. ſer. de Aſſum. B. M. quæ eſt epiſ. 10. co. 9. longe poſt med.* — *Gen. 2. b* — *Eccli. 24. d* — *Hier. ibid. vbi ſupra poſt pauca.* — *Iob. 38. a* — *3. Reg. 8. a* — *Ber. ſer. 1. in aſſump. B. M. circa med.*

B. Maria etiam propter nos auroræ comparatur.

Deinde conſiderandum eſt, quòd lucidiſſima virgo Maria, non ſolum propter ſe, ſed etiam propter nos bene comparatur auroræ. Nam ſicut in Scriptura per auroram ſignatum eſt, ipſa nobis eſt ad Deum mediatrix, ad Angelos pacificatrix, ad dæmones defenſatrix, ad nos ipſos illuminatrix.

B. Maria mediatrix inter nos & Deum.

Primo attendite, quòd aurora noſtra Maria nobis eſt ad Deum mediatrix, ſicut in Pſalmo ſignatum eſt, vbi dicitur: Tuus eſt dies, & tua eſt nox, tu fabricatus es auroram & Solem. Sicut bene beatus Gregorius ait: Dies vita iuſti, nox vero vita accipitur peccatoris. Et ideo bene Dominus filios Iſrael præcedebat per diem in columna nubis, per noctem vero in columna ignis: quia ab ardore iræ ſuæ tamquam nubes pios protegit, & tamquam ignis impios vrit. Vnde bene Sol intelligitur Chriſtus, Sol vtique iuſtitiæ, qui illuminat electos, & vrit reprobos. Grauiter quandoque vrit in mundo, grauius autem in iudicio, grauiſſime autem in inferno. De hac triplici vſtione intelligi poteſt illud Eccleſiaſtici, Tripliciter Sol exurens montes, id eſt, ſuperbos peccatores. Propter hoc bene refrigeratrice, mediatrice inter nos & ſolem iuſtum, indigemus. Et ideo bene Pſalmiſta in prædicto verſu, auroram inter noctem & ſolem ponit mediam, quæ certe etiam ordine naturali media eſt. Aurora itaque eſt beatiſſima virgo Maria, quæ inter noctem & ſolem, inter hominem & Deum, inter hominem iniuſtum, & Deum iuſtum eſt optima mediatrix, optima iræ Dei refrigeratrix. Teſtatur beatus Bernardus, dicens: Securum iam habet homo acceſſum ad Deum, vbi me- C diatorem cauſæ ſuæ Filium habet ante Patrem, & ante Filium matrem. Filius nudato corpore Patri oſtendit latus & vulnera. Maria Filio pectus & vbera. Non poteſt vllo modo fieri repulſa, vbi concurrunt & perorant tanta charitatis inſignia.

Pſal. 73. c — *Eccli. 43. a*

B. Maria quomodo pacificatrix.

Secundo attendite chariſſimi, quòd aurora noſtra Maria nobis eſt ad Angelos pacificatrix, ſicut ſignatũ eſt in Geneſi, vbi legitur, quòd Angelus qui cum Iacob luctabatur, benedixit eum in aurora. Dicente namque Angelo: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora; non dimiſit eum Iacob, niſi ipſum benediceret. In aurora lucta fuit inter Angelum & Iacob, diſcordia D fuit inter Deum, Angelos, & homines. Homo enim peccando offenderat creatorem. Offenſo autem creatore, omnis offenditur creatura, quanto magis illa quæ creatori magis eſt coniuncta. Illa ergo lucta ponit huius diſcordiæ eſſe figura. Sed certe adueniente aurora, adueniente Maria, pacificati ſunt Angelus atque homo, ita quòd in ipſa aurora, in ipſa virgine Maria Angelicam benedictionem conſecutus eſt homo. Angelus namque dixit, Benedicta tu in mulieribus ad virginem, & per hanc benedictionem virginis, homo conſequitur benedictionem pacis, & ſalutis in filio virginis, benedictionem vtique illam, de E qua Apoſtolus ait: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione in cæleſtibus in Chriſto, quam etiam benedictionem ipſe benedictus Filius benedictæ Virginis cõfirmabit, quando dicet: Venite benedicti patris, &c. Iacob ergo auroræ aſcendenti, & nos Mariæ aduenienti gratias agamus pro benedictione, qua cum Angelo pacificati ſumus. Merito certe per auroram, merito per Mariam homines cum Angelis pacificantur, ex quo per Mariam ab hominibus Angelorum chori reintegrantur, ſicut Anſelmus inſinuat, dicens: O femina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, F per quam elementa renouantur, inferna remediantur, homines ſaluantur, Angeli reintegrantur.

Gen. 32. e — *Epheſ. 1. a* — *Matt. 25. c*

B. Maria defendit nos a dæmonibus.

Tertio attendite chariſſimi, quòd aurora noſtra Maria nobis eſt contra dæmones defenſatrix, ſicut ſignatum eſt in Iob, vbi de homicida, & de fure, & de adultero dicitur: Perfodiunt in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis. Homicida diabolus, fur diabolus, adulter diabolus eſt. Homicida, inquam, eſt, quia genus humanum occidit. Fur, quia quæcumque poteſt, nobis bona ſubtrahit. Adulter, quia ſponſam Dei animam corrumpit. Heu quanta nobis mala huiuſmodi malefici, quanta nobis mala ſpiritus maligni faciunt. Perfo-

Iob 24. c

A diunt namque in tenebris ignorantiæ, in tenebris obſcuritatis, interiores domos mentium noſtrarum, domos vtique, de quibus in Pſalmo dicitur: Deus in domibus eius cognoſcetur. *Pſal. 67. a* Perfodiunt certe tentationibus perforatiuis domos illas, in quibus ille libenter habitat, qui dicit: Hodie in domo tua oportet me manere. *Luc. 19. a* Perfoſſis autem domibus, perforatis vſque ad infelicem peccati conſenſum mentibus, heu quanta mala malefici iſti occidendo, furando, adulterando committunt in animabus. Ad euadenda ergo tanta pericula, vtinam nobis aurora appareat, vtinam nobis Maria ſuccurrat. Si enim ſubito apparuerit aurora, ſi cito nobis aduenerit, & ſuperuenerit Mariæ gratia & miſericordia, B arbitrantur vmbram mortis, id eſt ſic timēt homines, ſic trepidant, ſic fugiunt, ſicut homines timent, & fugiunt vmbram mortis. Propter hoc bene beatus Bernardus ait: Non ſic timent hoſtes viſibiles, quamlibet caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aereæ poteſtates Mariæ vocabulum & exemplum. fluunt & pereunt ſicut cera a facie ignis, vbicumque inuenerint crebram huius nominis recordationem, deuotam inuocationem, ſolicitam imitationem.

B. Maria illuminat nos. Quarto attendite chariſſimi, quòd aurora noſtra Maria nobis eſt, quo ad noſipſos illuminatrix ad bene operandum. C Operarij ab aſcenſu auroræ incipiunt operari. Vnde in Neemia dicitur: *Neem. 4. d* Noſipſi faciemus opus, media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra. Duo nobis neceſſaria ſunt, videlicet, vt bonis operibus inſiſtamus. & ideo bene aiunt ædificantes: Noſipſi faciemus opus. Quod opus? niſi de quo Apoſtolus ait: *Gal. 6. c* Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Bene autem dicunt, Noſipſi faciemus noſipſi, non noſtri vicarij. Vnde alibi ait: *2. Cor. 6. a* In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros. Sed certe Maria non nutricem aliam, non vicariam, ſed ſemper ſemetipſam exhibuit Dei miniſtram, ſicut beatus Au- D guſtinus teſtatur, dicens: *Aug. de Aſſump. B. M. lib. vnico. cap. 7. to. 9.* Maria abſque dubio operi miniſtratrix extitit, quæ hunc vtero geſſit, partuq. profuſum aluit, & fouit, in præſepio reclinauit, & a facie Herodis abſcondit fugiens in Ægyptum, & omnem infantiam eius pio matris affectu eſt proſecuta, ita vt vſque ad mortem crucis, ab eius indubitanter non receſſerit conſectatu, nō ſolum greſſibus pedum, tamquam pro amore Filij, verum etiam imitatione morum tamquam pro reuerentia Domini. Neceſſarium etiam nobis eſt, vt non ſolum bonis operibus inſiſtamus, ſed etiam vt vitijs reſiſtamus. & ideo bene additur de lanceis tenendis. E Tenere enim debemus lanceam zeli contra impetum vitij, contra impugnationem diaboli, carnis & mundi. De his lanceis bene dicitur in Hieremia: *Hier. 46. a* Polite lanceas, induite vos loricis. Lorica iuſtitiæ a malo protegimur: ſed lancea zeli malum impugnamus. Si lanceam zeli contra vitia non extendis in mundo, Deus lanceam iræ ſuæ contra te extendet in iudicio. Vnde in Sapientia dicitur: *Sap. 5. d* Acuet iram diram in lanceam. O qualis bellatrix fuit Maria, cui ſancta zeli ſui lancea. Vnde Bernardus: *Ber. in deprecatione & laud. ad Mar. Virg. poſt med.* Tu bellatrix egregia, primo eum qui primus Euam ſupplantauit, expugnare viriliter aggreſſa es. Vt ergo bonis operibus fideliter inſiſtamus, & malis viriliter reſiſtamus, F neceſſariū nobis eſt, vt Mariæ exemplum inſpiciamus, Mariæ ſuffragium imploremus. Tunc quaſi ab aſcenſu auroræ operamur, quando irradiante exemplo & vita Mariæ, quando irradiante patrocinio & miſericordia Mariæ, ad bene operandum incitamur. Bene autem operari debemus, donec egrediantur aſtra, hoc eſt, donec animæ noſtræ lucidæ tamquam aſtra, exeuntes de corporibus, euolent ad aſtra. Sed ſuper omnia aſtra iam egreſſa, vel adhuc egreſſura ad aſtra, ſplendidiſſimum aſtrum eſt aurora noſtra Maria, teſtante beato Bernardo, qui ait: *Ber. ibid.* Tu veri ſolis expreſſiſſima imago, inter millia aſtrorū Deo aſſiſtentium, virginali puritate in cælis glorioſa præfulges. Sic ergo, chariſſimi, vidiſtis, quam conuenienter aurora dicta ſit Maria. Dominus ergo tecum o Maria, ſicut Sol cum aurora. Eia ergo Domina aurora ſuauiſſima, Domina Maria dulciſſima, fac etiam nobiſcum eſſe Solem iuſtitiæ, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui cum Patre, & Spirituſſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Quomodo B. Maria ſit virga, & virga florens. Lectio XII.

DOminus tecum. Viſo quomodo Dominus fuit cum Maria, ſicut Sol cum aurora ipſum præueniente, B videamus nunc quomodo Dominus ſit cum Maria, ſicut flos cum virga florente. Maria enim eſt illa virga, de qua dicitur in Iſaia: *Iſai. 11. a* Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. His verbis oculum mentis apponamus, & primo ad virgam, ſecundo ad florem conſiderationem noſtram dirigamus.

Primo conſideremus chariſſimi, quòd virga iſta virga regia eſt, virgo Maria, ſicut patet per beatum C Doctorem Ambroſium, qui beatam Virginem alloquens, ait: *Ambr. ſer. de Purific. B. M. Virg. to. 6. edit. Rom.* Tu ipſa, quæ Dominum genuiſti, ex populo Iſrael, in virgam creuiſti, virga de radice Ieſſe ſurrexiſti & floruiſti, virga Aaron fronduiſti & peperiſti. Eſt autem Maria virga fumea, virga lignea, virga aurea, virga ferrea. *B. Maria virga fumea incipientibus.* Maria eſt virga fumea incipientibus, virga lignea proficientibus, virga aurea conſummantibus, virga ferrea incorrigibilibus & dæmonibus.

Dico quòd virgo Maria eſt virga fumea incipientibus, & pœnitentibus. De hac virga dicitur in Canticis: *Cant. 3. b* Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut D virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Deſertum eſt cor peccatoris, quod vtique deſertum eſt a gratia & virtutibus. Fumus aromaticus, fumus ſuauis animæ, eſt aſpiratio ſpei veniæ. Beata itaque virgo Maria per deſertum quaſi virgula fumi aſcendit, quando ipſa ſuffragante, cor peccatoris fumum ſpei veniæ ſuſcepit. Hic autem fumus generatur ex aromatibus myrrhæ in contritione, & thuris in confeſſione, & vniuerſi pulueris pigmentarij, in multimoda ſatisfactione. Nullum piiſſima virgo Maria deſertum abhorret, nullum peccatorē deſpicit, ſed quocumque pertranſierit ſua- E uiſſimum ſpei veniæ fumum reſpergit. Vnde optime beatus Bernardus ſic ait: *Ber. vbi ſupra prox. in princ.* Peccatorem quantumcumque fœtidum non horres, non deſpicis, ſi ad te ſuſpirauerit, tuumq. interuentum pœnitenti corde flagitauerit; tu illum de deſperationis barathro pia manu retrahis, ſpei medicamen aſpiras, ac toti mundo deſpectum materno affectu amplecteris, foues, nec deſeris, quouſque tremendo iudici miſerum reconcilies.

B. Maria virgo florida proficientibus. Item virgo Maria eſt virga lignea, virga florida proficientibus. De hac virga dicitur in Numeris, quòd virga Aaron, quæ vtique lignea fuit, flores ſimul & fru- F ctum habuit. *Num. 17. e* Per flores virtutes ſignantur, quæ poſt tranſitum diabolicæ hiemis in cordibus oriuntur, ſicut bene de his floribus dicitur in Canticis: *Cant. 2. e* Iam hiems tranſijt, &c. vſque, Noſtra. Tranſeat ergo hiems, tranſeat torpor, quo charitas refrigeſcit, & tunc iterum flores virtutum appareant. O quantis floribus virgo florida abundauit, teſte beato Bernardo, qui ipſam alloquens ait: *Bern. ibid. cir. med.* Tu ſanctorum areola aromatum, a cæleſti conſita pigmentario, virtutum omnium floribus delectabiliter vernans es. Sicut autem per flores virtutes, ita per fructus opera virtutum ſignantur. De his bene dicitur: *Matth. 7. b. c* A fructibus eorum cognoſcetis eos. Quando ergo in virtutibus, & in virtutum operibus, per exempla & merita Mariæ proficimus, tunc

virga

virga lignea florida, & fructifera nobis eſt virgo Maria. A

Beata Maria virgo aurea perfectis.

Item, virgo Maria eſt virga aurea perfectis & contemplatiuis. De hac virga legitur, quod Eſther cum duabus puellis ingreſſa eſt ad regem Aſſuerum, cum præ nimio ſtupore pene exanimata fuiſſet, extendit ad eam Rex virgam auream ad confortandum ipſam.

Eſther.15.c

Pſal.30.d

Eſther interpretatur, eleuata vel abſcondita, & ſignat animam contemplatiuam, quam in contemplatione eleuat Deus, & abſcondit in abſcondito faciei ſuæ a conturbatione hominum. Iſta per contemplationē ingreditur ad Regem Chriſtum. Duæ puellæ cum quibus ingreditur, ſunt duæ vires animæ, videlicet intellectiua, quæ præcedit per cognitionem; & affectiua, quæ ſe- B quitur per dilectionem. Anima autem, quæ ſic ad Chriſtum bene ingreſſa fuerit, ipſa præ ſtupore quandoq. a ſe deficit, dū inacceſſibilem diuinæ gloriæ claritatem, vel terribilē diuinæ iuſtitiæ ſeueritatē attendit. Virga aurea, virga regia eſt illa aurea, illa regia virgo Maria. Aurea quidem charitate, regia vero nobilitate. Aurea quoq. per munditiam, regia vero per iuſtitiam. Aurea inſuper per incorruptionem & integritatem virginalem, regia vero per dominationem & poteſtatem regalem. Hæc eſt felix virga, quæ ad animam contemplatiuam confortandam clementer extenditur, quando ſe lux virgo Maria contemplationi & deuotioni eiuſdem C animæ tam pia & dulcis ingeritur, quòd ex hoc ipſa anima contra terrorem diuinæ iuſtitiæ, & ad ſplendurem diuinæ gloriæ confortatur. Hanc virgam illa contemplatiua Anſelmi anima ad ſe extendi deſiderauit, quando tam deuote exclamans dicit: O pulchra ad intuendum, amabilis ad contemplandum, delectabilis ad amandum, quæ euadit capacitatem cordis, nunc præſtolare Domina infirmam animam te ſequentem.

B. Maria eſt virga ferrea dæmonibus.

Pſal. 2. b

Item virgo Maria eſt virga ferrea dæmonibus, & incorrigibilibus. De hac virga non incongrue accipi poteſt illud Pſalmi: Reges eos in virga ferrea. O Maria virga aurea perfectis, virga ferrea duris, virga aurea ho- D minibus, virga ferrea & dura dæmonibus, arceas dæmones a nobis. Hoc Domina petimus, & deuote petimus, cum Innocentio petente & dicente ſic: Aue Dei mater alma, quæ ex dignitate qua Dei mater es, imperare potes dæmonibus. Compeſce dæmones, ne nobis noceant. Præcipe Angelis, vt nos cuſtodiant. Sic ergo beata virgo Maria eſt nobis virga fumea in noſtra conuerſione: virga florida in noſtra conuerſatione: virga aurea in noſtra contemplatione: virga ferrea in noſtra defenſione. Hanc virgam vere contemplans, & digne admirans beatus Bernardus ait: O virgo virga ſublimis, ad quantam celſitudinem verticem E ſanctum erigis, vſque ad ſedentem in throno, vſque ad thronum maieſtatis, quoniam in altum mittis radices humilitatis. Conſequenter cōſideremus chariſſimi florem huius virgæ: conſideremus, inquam, in virga regia, & in virgine Maria quadruplicem florem, videlicet florem pretioſæ virginitatis, florem virtuoſæ honeſtatis, florem miraculoſæ fecunditatis, & florē glorioſæ immortalitatis.

Ber. ſer.2. de Aduen. Dom. poſt med.

In B.Maria fuit flos virginitatis.

Iſa. 35. a

De flore primo cōſideremus chariſſimi in Maria florem pretioſæ virginitatis, qui eſt ipſa virginitas. De hoc dicitur in Iſaia: Exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Maria conuenienter ſolitudo dici potuit, quæ tam libenter ſolitaria fuit, F quam etiam tamquam libenter ſolitariam Angelus viſitauit. Ideoq. bene beatus Ambroſius ait: Solam in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus autem reperit ſolam ſine comite, aut ſolam ſine teſte. quomodo autem iſta ſolitudo, quomodo Maria virgo exultauerit ipſa dicat, ipſam audiamus. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Hæc terræ ſolitudo floruit quaſi lilium per virginitatem. O lilium Angelicum, o flos cæleſtis. O vere flos cæleſtis, quem tantum dilexit apis illa ſupercæleſtis. Dicit enim beatus Bernardus: Apis illa quæ paſcitur inter lilia, quæ florigeram inhabitat patriam, quando ad ciuitatem Nazareth, quod interpretatur flos, aduolauit &

Amb.lib.2. comment. in Luc.c.1. to. 3.edit. Ro.

Luc. 2. e

Ber. ſer.2. de Aduen. Do.cir.me.

A ad ſuaue olentem perpetuæ virginitatis florem peruenit, illi inſedit, illi inhæſit. Flos virginitatis quaſi tot habet folia, quot virginitas conditiones & præconia. O quantum huius floris coronę per Mariam ſunt multiplicatæ. Vnde beatus Ambroſius ait: Cum in toto mundo virgineus flos Maria immarceſcibiles coronas innectat, & ſeptigeram pudoris aulam immaculato conſeruet affectu, quouſque integritas perſeuerauit ad palmam, vt in puellis trophæum ſanctitatis arriperet, & per veſtigia matris virginis ad cæleſtem thalamum perueniret.

In B.Maria flos honeſtatis.

Eccle.24.e

Secundo conſideremus chariſſimi in Maria florem B virtuoſæ honeſtatis, morum, & vitæ, & de hoc quid ipſa dicat audiamus. Flores mei, inquit, fructus honoris & honeſtatis. O quàm pulcher eſt virtuoſæ & honeſtæ vitæ flos morum, & diſciplinæ. Sed certe pluraliter dicitur, Flores mei. ideo dicamus, quòd tot ſunt in moribus flores quot virtutes. Tot ſunt honeſtæ vitæ flores, quot ſunt virtutes vitam honeſtantes. De his floribus dicitur: Flores apparuerunt in terra noſtra. De his etiam dicitur: Lectulus noſter floruit. Ecce flores in terra, flores in lectu inuenimus. Terra mens actiuorum, lectus autem mens contemplatiuorum. Terra, inquam, eſt mens fructificans in bona actione. C Lectulus autem mens quietem ſonens in contemplatione. Siue ergo ſit mens actiua ſiue contemplatiua, ſemper debet floribus eſſe venuſta. Hoc quoque notandum eſt, quòd flos honeſtatis, immo flos cuiuſlibet virtutis, quaſi tot habet folia, quot bona & meritoria habet opera. O quàm florida fuit terra, quàm floridus fuit lectus Mariæ, quæ in floridæ vitæ honeſtate florebat omnium virtutum venuſtate, ſicut teſtatur beatus Bernardus, dicens: Tu ſanctorum areola aromatum o Maria, a cæleſti conſita pigmentario, virtutum omnium ſpecioſis floribus delectabiliter vernans, inter quorum pulcherrimos trium in te miramur excel- D lentiam: viola humilitatis, lilium caſtitatis, roſa charitatis hi ſunt.

Can. 2. c

Can.1. d

Ber. in depræc.& lau. B. V. Mar. cir. med.

In B.maria flos fecunditatis.

Iſa. 11. a

Iob.14.a

Tertio conſideremus chariſſimi in Maria florē miraculoſæ fecunditatis. Hic flos eſt ipſe Filius virginis, de quo ſpecialiter dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcēdet, &c. Eia quàm pulcher hic flos egreſſus eſt ſine peccato naſcendo, & quàm miſere cōtritus eſt quaſi peccator moriendo, iuxta illud: Quaſi flos egreditur & conteritur. O quàm candidus in egreſſione, & quàm rubicundus in contritione fuit flos iſte. Flos, inquam, Angelis delectabilis, flos hominibus ad vitam perutilis. Vnde Bernardus ait: Flos eſt E Filius virginis, flos candidus & rubicundus electus ex millibus, flos in quem deſiderant Angeli proſpicere, flos ad cuius odorem reuiuiſcunt mortui. Felix ſilua, quæ producit huius floris virgam. Felix magis virga quæ producit hunc florem in ſilua. Felix ſuper omnia flos, ſine quo nulla ſilua nec virga felix eſſe poteſt. Vere feliciſſimus flos, in quo ſpiritus Domini ſic requieuit, vt ſine ipſo nullus gratiam Spiritusſancti habere poſſit. Teſtatur hoc beatus Hieronymus, dicens: Spiritusſanctus, qui in magna ſilua humani generis requiē non inuenerat, tandem ſuper hunc florē requieuit, ita quòd abſque Chriſto nec ſapiēs quis eſſe poteſt, F nec intelligens, nec cōſiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec plenus timoris Domini. Hic flos, quaſi tot habet folia, quot ſunt miniſteria & exempla. Si hunc florē habere deſideras, virgam floris precibus flectas. Si flos eſt nimis altus diuinitate, virga tamen eſt flexibilis pietate. Et ſi flos eſt rariſſimus, quia in cælo & in terra non inuenitur niſi vnicus, eſt tamē communiſſimus tāquam flos non in horto clauſus, ſed in campo omnibus tranſeūtibus expoſitus. Et ideo bene dicere poteſt Chriſtus illud: Ego flos campi. Vnde flos campi dicitur non ſolū propter hoc quòd omnibus patulus exponitur: ſed etiam propter hoc quòd ſine omni cultura humana producit. Hoc bene beatus Bernardus meminit, cum dixit: Campus ſine omni humano floret adminicu-

Ber.ſer.2. de Aduen. Dom. circa med.

Hiero. lib. 4.comment. in Iſai. c. 11.to.4.

Can. 2. a

Ber.ſer.1.2 adu. Dom. poſt med.

lo, non ſeminatus ab aliquo, nô defoſſus ſarculo, nô impinguatus fimo: ſic omnino ſic virginis aluus floruit, ſic inuiolata & integra caſta Mariæ viſcera tamquam paſcua æterni viroris protulere, cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in perpetuum non marceſcat.

In 4. Maria flos immortalitatis. *Num. 17. b*

Quarto conſideremus, chariſſimi, florem glorioſæ immortalitatis. De hoc ſignatum eſſe poteſt in libro Numerorũ, vbi dicitur, quòd virga Aaron flores ſimul & fructũ habuit. In virga Aaron recta, virgo Maria poteſt eſſe figurata. In virga namque, Mariæ rectitudo, in flore autem corporis glorificati pulchritudo, in fructu vero animæ eius beatitudo poteſt eſſe ſignata. B Notandum enim eſt, quòd caro floret in iuuentute, ſicut in Pſalmo dicitur: Mane floret & tranſit. Flos autem perit in morte, ſicut dicitur in Iſaia: Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Refloret &, in glorioſa reſurrectione, iuxta Pſalmiſtam: Refloruit caro mea. Iſte flos glorificationis corporis quaſi tot habet folia, quot corpus glorificatum habet dotes & præmia. Et certe quidam ſancti doctores probabiliter ſentire videntur, & rationabiliter probare nituntur, & fideles hunc ſenſum pie amplectũtur, videlicet quòd beata Maria iam cum corpore ſit aſſumpta, & corpus iam omnino cum anima ſit glorificatum. C De hoc namque Auguſtinus ſic ait: Vera ratione confitendum cenſeo, Mariam in Chriſto, & apud Chriſtum eſſe. In Chriſto, quia in ipſo viuimus, mouemur, & ſumus: apud Chriſtum, ad gloriam æternitatis aſſumptam. Vnde digne credimus lætari Mariam lætitia inenarrabili, anima & corpore in proprio filio per filium proprium, nec vllã ſequi corruptionis ærumnam, quam nulla ſecuta eſt tantum filium pariendo integritatis corruptio, quæ omnium integram, perfectamq. genuit vitam: ſit cum illo quem in ſuo geſſit vtero: ſit apud illum illa, quæ genuit, fouit, & aluit. Illa Maria Dei genitrix, Dei miniſtratrix, Dei nutrix, & Dei ſecutrix. D De qua quia aliter ſentire, quàm dixi non debeo, aliter dicere non præſumo. Secundum hoc ergo Maria iam dicere poteſt: Refloruit caro mea. Et ſecundum hoc etiam, florem & fructum ſimul habet. Florem, inquam, corporis glorificati, & fructum ſpiritus glorificati. Florem vtique in glorioſa corporis pulchritudine, fructum vero in voluptuoſa animæ beatitudine. Notãdum etiam eſt, quòd ſecũdum quadruplicem florem prædictum, virgo Maria quadruplicem ſimul habuit florem virginitatis, & fructum fecunditatis, ſimul habuit florem honeſtatis, & fructum humilitatis, ſimul habuit in prole florem humanitatis, & fructum diuinitatis, E ſimul habuit florem immortalitatis in corpore, & fructum beatæ voluptatis in anima. Hos igitur flores chariſſimi in virga virginea diligamus, & illos nouos gaudiorum flores de horto virgineo colligamus quos vidit, quos collegit, quos nobis cõmendauit beatus Bernardus, cum ad Mariam loquens dixit: Hortus deliciarum nobis eſt tuus ſanctiſſimus vterus o Maria: quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus, quoties recolimus mente, quàm magna multitudo dulcedinis immenſo orbi inde profluxerit. O igitur dulciſſima virgo Maria, ecce vere Dominus tecum, ſicut flos cum virga ipſum producente. F Fac ergo vt etiam Dominus ſit mecum, immo nobiſcum, communiceq. nobis florem iſtum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

B. Maria corpore & anima aſſumpta in cælo.

Pſal. 89. c *Iſa. 40. b* *Pſal. 27. c* *Aug. de Aſſump. B. M. lib. 1. c. 8. et, 9.* *Ber. in depre. & lau. B. V. Mar. circa med.*

Quomodo B. Maria comparetur regina, in palatium cum rege ingrediens. Lect. XIII.

DOminus tecum o Domina Domino chariſſima, Domino familiariſſima. *Dominus tecum* o Domina aptiſſima, Domino digniſſima, *Dominus tecum*. Tecum certe, ſecundum quod ſupra dictum eſt, ſicut Sol cum aurora ipſum præueniente, ſicut flos cum virga ipſum producẽte, ſicut rex cum regina in palatium A ingrediente. Viſo ergo quo modo Maria ſit aurora ſolem æternum, ſolem iuſtitiæ præueniens: viſo quoque quo modo Maria ſit virga florem æternum, florem miſericordiæ proferens; videamus modo, quo modo Maria ſit Regina ad Regem æternum, ad Regem gloriæ ingrediens. Maria ergo, chariſſimi, eſt Regina illa ingrediens, de qua dicitur, quòd ingreſſa eſt Regina Sabba in Hieruſalem cum comitatu multo & diuitijs. Vere Regina eſt Maria, teſtante beato Auguſtino, qui ait: Hanc vere fateamur Reginam cælorum, pro eo quòd Regem peperit Angelorum. ſed do hac Regina diſſerui in ſermone, Aſtitit Regina, &c. B ideo nunc de eius ingreſſu diſſerendum eſt. Conſiderandum eſt ergo, quòd Mariam ingredientem, egredientem, progredientem, & ſupergredientem inuenimus. Egreſſus eſt naturæ, progreſſus gratiæ, ingreſſus gloriæ, ſupergreſſus abundantiæ. Egreſſa eſt naſcendo, progreſſa proficiendo, ingreſſa perueniendo, ſupergreſſa omnes ſanctos excedendo. Egreſſa eſt ſine peccato, progreſſa ſine exemplo, ingreſſa ſine obſtaculo, ſupergreſſa ſine termino.

3. Reg. 10. a *Auguſt. de ſanct. ſer. 35. paulo poſt princ. 10. 10.*

Primo conſidera chariſſime, quòd inuenimus Mariam egredientem per natiuitatem ſuam ſine peccato. Ipſa namque poteſt eſſe vas illud, de quo dicitur: C Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Rubigo fuit ablata de argento, quando ab originali peccato Maria ſanctificata fuit in vtero, & certe ſic egreſſa eſt, tamquam vas puriſſimum. Hic diſtinguendum eſt vas purum, vas purius, & vas puriſſimũ. Vas purum in ingreſſu fuit, quicumque ex vtero ſic ſanctificatus proceſſit, quod tamen fomes tam ad mortale, quàm ad veniale peccatum in ipſo remanſit, ſicut quidam dicunt fuiſſe in Hieremia. Vas autem purius, in egreſſu fuit, quicumque ex vtero ſic ſanctificatus proceſſit, quòd in ipſo fomes ſecundum quòd ductiuus eſt ad effectum mortalis peccati extinctus fuit, ſed D ad veniale remanſit, ſicut in beato Ioanne Baptiſta; de quo canit Eccleſia: Ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet. Vas ergo in egreſſu puriſſimum fuit beata virgo, quæ ex vtero ſic ſanctificata proceſſit, quòd in ea, vt creditur, fomes ad effectum tam mortalis, quàm venialis peccati non remanſit. Propter hoc beatus Bernardus ait: Ego puto, quòd copioſior benedictio ſanctificationis in eam deſcenderit, quæ non ſolum eius ortum ſanctificauerit, verũ etiam vitam eius deinceps ab omni peccato cuſtodiuit immunem. Ablata ergo rubigine originalis peccati, egreſſum eſt ex vtero vas purum in Hieremia, vas purius in Ioanne Ba- E ptiſta, vas puriſſimum in Maria.

Prou. 25. a *Hieremias Ioannes & beata Virgo diuerſimode fuerunt in Materno vtero ſanctificati* *Bern. epiſt. 174. ad Can. Lugd. circa med.*

Secundo conſidera chariſſime, quòd inuenimus Mariam progredientem ſine exemplo per gratiam. Vnde in Canticis: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol. His tribus luminoſis, videlicet auroræ, Lunæ, & Soli, bene comparatur Maria, propter tria in ipſa lucidiſſime excellentiſſima. Fuit enim in corde & mente eius, excellenter lucida virginitas. Fuit in virginitate excellenter lucida fecunditas. Fuit in fecunditate eius excellenter lucida ſingularitas. Aurora refrigeratiua & auibus grata, fuit iſta virgo Maria. Ipſa enim virginitate ſua carnis F ardorem refrigerauit, teſte beato Bernardo, qui ad eam loquens ait: Tu ardorem vetitæ concupiſcentiæ virtute caſtitatis in tua virginea carne eatenus extinxiſti, vt is in cuius conſpectu, nec aſtra munda ſunt, tantæ munditiæ carnem tuam iudicauerit, vt eam ſuæ diuinæ puritati agglutinare [illegible] deſpexerit. Ipſa enim virginitate ſua auibus cæli, id eſt Angelis Dei, grata fuit: quia vt Hieronymus ait: Semper eſt Angelis cognata virginitas. Propter hoc bene legitur, quòd Angelus in aurora benedixit Iacob. Hic Iacob ſpiritum caſtum poteſt ſignare, qui fratrem ſuum id eſt corpus ſuum ſupplantauit. Hic non ſolum a patre, ſed etiam ab Angelo benedicitur in aurora, hoc eſt in caſtiſſima virgine Maria, cui Angelus dixit:

Gratiam, & priuilegia, quæ habuit Maria in vita. *Can. 6. c* *Ber. in depre. & lau. B. M. V. poſt med.* *Hiero. ſer. de Aſſum. B. M. quæ eſt epiſt. 10. ante med.* *Gen. 32. f*

Luc. 1. d

xit: Benedicta tu in mulieribus. Item, pulchra vt Luna fuit virgo Maria, in luminoſa virginitatis fecunditate. Pulchritudo enim Lunæ conſiſtit in lumine recepto a Sole. Penſa igitur, quàm pulchra Luna fuerit Maria, quando æternus ille Sol, totus receptus, & conceptus eſt in ipſa. Maria ergo eſt illa Luna, in cuius plenitudine ille vir Eccleſiæ rediȷt, de quo dicitur: In die plenæ Lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam. Beata virgo fuit Luna plena, quando ei dictum fuit: Aue gratia plena. Item electa vt Sol fuit Maria, in lucidiſſima fecunditatis ſingularitate, quando non homo purus, non Angelus verus; ſed ipſe Dei filius, ipſe Sol iuſtitiæ in Sole poſuit tabernaculum ſuum, dum in Maria conceptus fuit. Valde certe ſingulare fuiſſet, ſi virgo purum hominem concepiſſet. multo autem ſingularius fuiſſet, ſi virgo Angelum concepiſſet. ſed ſupra omnia ſingulariſſimum fuit, quòd virgo Deum concepit, Deum peperit. Propter quod bene beatus Auguſtinus ait: Merito beata Maria ſingulari a nobis præconio extollitur, quæ ſingulare commercium mundo præbuit, cum tantum ſe ad cæli faſtigia ſublimauit, vt verbũ in principio apud Deum manens, de ſuperna cæli arce ſuſciperet. Beata igitur virgo Maria progreſſa eſt quaſi aurora conſurgens, in imitanda carnis & mentis virginitate, electa vt Sol, in adoranda partus virginalis diuinitate.

Prou. 7. c — *Auguſt. de SAR. ſerm. 38. ante med. to. 10.*

Tertio conſidera chariſſime, quòd inuenimus Mariam ingredientem ad gloriam cæleſtem ſine obſtaculo. Quis enim obſtare poſſet tantæ Reginæ cum tanto comitatu progredienti? Ipſa namque ſignata eſt per Reginam Sabba, de qua dicitur: Et ingreſſa Hieruſalem cũ comitatu multo & diuitȷs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas. Conſidera in his verbis gloriam ingredientis Mariæ in cæleſtem Hieruſalem. Conſidera, dico, ingredientis excellentiam, ingredientis potentiam, ingredientis opulentiam. Conſidera excellentiam in principatu, potentiam in comitatu, opulentiam in apparatu. Conſidera certe excellentiam principatus Reginæ noſtræ Mariæ in eo, quod dicitur: Regina Sabba, quod interpretatur clamor. Maria enim eſt Regina mundi, vbi eſt clamor gemebundus. Eſt etiã Regina cæli, vbi eſt clamor iucundus. Clamãt enim in cælo ſicut dicitur in Apocalypſi: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens. Hæc & ipſa Regina clamãtium cũ ceteris clamantibus clamare non ceſſat, teſtante Auguſtino, qui ait: Tu Maria conciuis cæli ciuibus, ſine fine choris coniuncta Angelicis, Archangeliſq. ſociata, indefeſſa voce, Sanctus, Sanctus, Sanctus, clamare non ceſſas. Hæc vtique eſt Regina, quam Pſalmiſta deſcribens, ait: Aſtitit Regina, & cetera, vſque, *Varietate*. Hanc Reginam ad regnum ſequi poſſunt fiducialiter quicumque et in mundo ſeruierint fideliter. Vnde beatus Bernardus: Præceſſit nos Regina noſtra, præceſſit, & tam glorioſe ſuſcepta eſt, vt fiducialiter ſerui ad Dominam clamantes, Trahe me poſt te, dicant. Item conſidera in ingreſſu Reginæ noſtræ potẽtiam comitatus ipſam ſtipantis, in eo quod dicitur: Comitatu multo. Ingreſſa enim eſt Maria cæleſtem Hieruſalem, cum comitatu multo potentium Angelorum. Vnde beatus Hieronymus ait: Legimus quam ſæpe ad funera & ſepulturas quorumlibet ſanctorum Angelos aduenisse, & animas electorum vſque ad cælos cum hymnis atque laudibus detuliſſe. *Et poſt pauca*: Quanto magis credendum eſt militiam cælorum cum ſuis agminibus, feſtiue obuiam veniſſe Genitrici Dei, eamq. ingenti lumine circumfulſiſſe, & vſque ad thronum olim ſibi ante mundi conſtitutionem paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe? Itẽ conſidera in Maria opulentiam meritorum, in apparatu munerum pretioſorum. Attulit namque ſecum aurum infinitum dilectionis Dei & proximi, gemmas pretioſas virtutum & donorum, aromata bonorum operum & exemplorum. Parum eſt enim, quod de theſauris Mariæ dico,

B. Maria quomodo ingreſſa fuit cælum. — *3. Reg. 10. a* — *Apoc. 4. c* — *Augu. vbi ſupra proxime circa fi.* — *Pſal. 44. b* — *Ber. ſer. 1. in Aſſump. B. M. ante med.* — *Hiero. ſer. de Aſſump. B. Ma. q eſt ep. 10. to. 9. ante med.*

reſpectu eius, quod beatus Bernardus Mariam alloquens, dixit: In manibus, inquit, tuis ſunt omnes theſauri miſerationum Domini. Abſit vt ceſſet manus tua, neque enim gloria tua minuitur, ſed augetur cum pœnitentes ad veniam, iuſtificati ad gloriam aſſumuntur. Ingreſſa igitur eſt mater Domini ad gloriam, tamquam Regina cælorum, ingreſſa eſt cum multo comitatu Angelorum, ingreſſa eſt cum diuitȷs innumerabilium meritorum.

Quarto conſidera chariſſime, quòd inuenimus ſupergredientem omnes ſanctos in ſuperabundantia meritorum, & præmiorum ſine termino, iuxta illud: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Supergreſſa vtique es, ſupergreſſa certe es in natura, ſupergreſſa es in gratia, ſupergreſſa es in gloria, vniuerſas filias, vniuerſas animas, vniuerſas intelligentias Angelicas o Maria. Dico, quòd Maria in natura ſupergreſſa eſt vniuerſas filias hominum, dum quod natura non admittit, virgo concepit, & virgo peperit, iuxta illud: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et non ſolum hoc, quòd virgo filium, ſed etiam quòd Deum peperit ſuper omnem naturam eſt. Ideoque beatus Hieronymus ſic ait: Quod natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cælum, ſtupet terra, creatura etiam omnis miratur cæleſtis, hoc totum eſt quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur, & per Chriſtũ adimpletur. Item ſupergreſſa eſt Maria in gratia vniuerſas animas ſanctorum, dum non ſolum gratia plena, ſed etiam ſuperplena fuit, teſte Gabriele, qui prius dixit: *Aue gratia plena*. Et poſtea ſubiunxit: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Si autẽ gratia plena fuit, ergo quidquid ſibi ſuperueniens poſtea Spiritus contulit, in hoc vtique pluſquam plena, in hoc certe ſuperplena fuit. Vnde beatus Bernardus ait: Veniente iam Spiritu ſancto plena ſibi, eodem quoque ſuperueniente nobis ſuperplena & ſupereffluens fit Maria. Item ſupergreſſa eſt Maria in gloria vniuerſas intelligentias Angelicas. Ipſa enim eſt thronus ille ſapphireus, qui ſicut in Ezechiel legitur ſuper firmamentum Angelicum exaltatus eſt. Propter hoc beatus Bernardus bene ait ſic: Aſcendit plane Maria ſuper omne humanum genus, aſcendit vſque ad Angelos, ſed & ipſos quoque tranſcendit, & cæleſtem omnem ſupergreditur creaturam. Sic ergo, chariſſimi, Maria egreſſa, & progreſſa, & ingreſſa, & ſupergreſſa eſt. Egreſſa, inquam, eſt naſcendo ad vitam miſerorum: progreſſa eſt proficiendo in gratia priuilegiorum: ingreſſa eſt perueniendo ad regnum cælorum: ſupergreſſa eſt excedendo gloriam omnium beatorum. Ecce igitur dulciſſima virgo Maria, ecce vere Dominus tecum, ſicut Sol cum aurora progrediente, ſicut flos cum virga florente, ſicut Rex cum Regina ingrediente. O igitur aurora ſuauiſſima fac, vt etiam nobiſcum ſit Sol ſapientiæ. O virga ſublimiſſima fac etiam, vt nobiſcum ſit flos gratiæ. O regina potentiſſima fac, vt etiam nobiſcum ſit rex gloriæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

B. Maria ingreditur cælum meritis & præmiȷs ſuperans omnes ſanctos. — *Prou. 31. d* — *Iſa. 7. c* — *Hieronym. ſer. de Aſſump. B. M. qua eſt ep. 10. tom. 9. ante med.* — *Ber. ſer. 2. in Aſſump. B. Mar. non longe a prin.* — *Ezech. 1. g* — *Ber. ſer. in Natiuit. B. M. de aqua ductu cir. med.*

Quòd B. Maria ſit benedicta ob plenitudinem gratiæ, ob celſitudinem prolis, ob multitudinem miſericordiæ ſuæ, & ob magnitudinem gloriæ ſuæ.

Lectio XIIII.

B*Enedicta tu in mulieribus*. Oſtenſum eſt ſupra, quo modo Maria propter puriſſimam vitæ innocentiam merito per Aue ſalutatur: oſtenſum quoque eſt quo modo Maria propter copioſiſſimam gratiæ affluentiam merito gratia plena commemoratur: oſtenſum inſuper eſt, quo modo Maria propter ſpecialiſſimam Dei præſentiam merito Dominus ſecum fore inſinuatur. Oſtendendum autem nunc eſt, quo modo propter gratiſſimam perſonæ ſuæ reuerentiam, benedicta in mulieribus nunciatur. Ecce igitur glo-

rioſus ille Archangelus Gabriel, glorioſam virginem A Mariam ſalutans glorioſa ſalutatione ipſam decentiſſime conſummauit in benedictione, dicens: *Benedicta tu in mulieribus*, ideſt benedicta pluſquam omnes mulieres. Ac per hoc quidquid maledictionis infuſum eſt per Euam, totum abſtulit benedictio Mariæ. Dicat ergo Gabriel, dicat: *Benedicta tu in mulieribus*. Benedicta, inquam, propter plenitudinem gratiæ in te venerandæ, benedicta propter multitudinem miſericordiæ per te præſtandæ, benedicta propter celſitudinem perſonæ ex te incarnandæ, benedicta propter magnitudinem gloriæ ſuper te cumulandæ.

B. Maria benedicta propter gratiam quam in ſe habet.

Primo penſate chariſſimi, quo modo vere benedicta eſt Maria propter plenitudinem gratiæ in ipſa venerandæ, ſicut apte oſtendit Gabriel, dicens: *Aue gratia plena, Dominus tecum, Benedicta tu in mulieribus*. Benedicta tu, quia plena es tu. Inueniſti enim gratiam apud Dominum, & ideo tu es benedicta apud Dominum. Vnde beatus Bernardus optime de hac benedictione Mariæ, dicit: Per te acceſſum habemus ad Filium, o benedicta inter mulieres, inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis: Benedicta tu Maria propter gratiam. Benedicta, inquam, propter gratiam cordis, propter gratiam oris, propter gratiam operis. Benedicta vtique in corde, propter gratiam donorum. C Benedicta in ore, propter gratiam labiorum. Benedicta in opere, propter gratiam morum. Vere benedicta eſt Maria propter gratiam cordis, propter gratiam donorum in corde, propter quam cor eius fuit delitioſiſſimum ſicut paradiſus Dei, ita vt de hac benedictione merito intelligi poſſit Eccleſiaſticus: Gratia ſicut paradiſus in benedictione. Ibi dicit interlinearis: Fructificans diuerſas ſpecies virtutum. De his felicibus gratiarum & virtutum benedictionibus Apoſtolus dicit: Qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. Si ergo gratia mentem humanã in benedictionibus virtutũ delitioſam facit ſicut paradiſum Dei: quanto magis delitioſiſſima anima Mariæ fuit ſicut paradiſus Dei in benedictionibus donorum D Spiritusſancti? Immo certe paradiſus Dei non ſolum mente, ſed etiam ventre fuit Maria, continens in ſe lignum vitæ Ieſum Chriſtum. Vnde beatus Bernardus ait: Vere paradiſus Dei tu es, quæ mundo lignum vitæ contuliſti, de quo qui manducauerit, viuet in æternum. Heu quam longe eſt ab hac benedictione Mariæ, cuiuſcumque mens non eſt paradiſus Dei in benedictionibus gratiæ, ſed eſt ſentina diaboli in maledictionibus malitiæ. Talis enim ſicut in Pſalmo dicitur: Dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Bern. ſer. 2. de Aduen. Dom. circ. fin.

Propter gratiam cordis.

Eccli. 40. c

Epheſ. 1. a

Bern. in deprec. et laud. ad B. V. M. circ. med.

Pſal. 108. c

E Item chariſſimi, benedicta eſt Maria nõ ſolum propter gratiam donorum cordis, ſed etiam propter gratiam labiorum oris, iuxta illud Pſalmi: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. O quanta in orationibus deuotiſſimis, quanta in collationibus vtiliſſimis gratia in labijs Mariæ fuit, & quanta ad homines, quanta ad Angelos, quanta ad Dominum gratia ſemper fuit in labijs Mariæ. Ipſe namque Deus verba labiorum eius libẽter audiuit, teſtante beato Bernardo, qui alloquens ipſam dicit: Cui placuiſti ex ſilentio, iam magis placebis ex verbo: cum ipſe tibi clamet e cælo: O pulchra inter mulieres, fac F me audire vocem tuam. Eia quàm veraciſſima, quàm ſinceriſſima ſemper fuerunt Mariæ labia, & ideo vere benedixit eam Deus in æternum. Heu quàm longe ab hac Mariæ benedictione illi ſunt, quorum labia labijs Mariæ diſſimilia ſunt. Illi, inquam, in quorum labijs non eſt gratia diffuſa, ſed malitia confuſa eſt: propterea non benedixit, ſed maledicet eos Deus in æternum.

Pſal. 44. a

Bern. hom. 4 ſuper Miſſus eſt, poſt med.

B. Maria benedicta propter gratiam operationum.

Item, chariſſimi, benedicta eſt Maria nõ ſolum propter gratiam donorum cordis, non ſolum propter gratiam labiorum oris, ſed etiam propter gratiã morum conuerſationis, Et de hac benedictione accipi poteſt, A quod dicitur in Hieremia: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ mons ſanctus. Mons ſanctus eſt ſancta Maria, quæ bene mons dicitur, propter excellentiã meritorum, propter altitudinem vitæ & morum. Hic eſt mõs, de quo, ſicut in Daniele legitur, Lapis ſine manibus abſciſſus eſt, dum Chriſtus de Maria ſine opere maritali natus eſt. Pulchritudo huius montis, pulchritudo, inquam, iuſtitiæ, pulchritudo vitæ & morum Mariæ tanta fuit, vt merito in Canticis de ipſa dici poſſit: Tota pulchra es amica mea, &c. Pulchra vtique in vita, pulchra in morum diſciplina, & tota pulchra. Tota certe tota. Quomodo tota? Audi Hieronymum, ait B enim ſic: Quidquid in Maria geſtum eſt, totum puritas & ſimplicitas, totum gratia & veritas fuit, totũ miſericordia & iuſtitia, quæ de cælo proſpexit. Tali pulchritudini Mariæ Dominus merito benedixit. Heu quàm longe eſt ab iſta benedictione Mariæ, quicumque talis eſt in opere, quòd ſicut Mariæ dicitur: Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ: ſic ei dici poteſt: Maledicat tibi Dominus, turpitudo iniuſtitiæ. O quanta maledictio erit, cũ dicetur: Diſcedite a me maledicti in æternum. Ecce vidimus o chariſſima Maria, quòd tu es vere benedicta propter plenitudinẽ gratię. Benedicta, inquam, propter gratiam conſcientiæ & do C norum, benedicta propter gratiam linguæ, & labiorum, benedicta propter gratiam vitæ & morum.

Hier. 31. e

Dan. 2. e

Cant. 4. b

Hieron. in Aſſump. B. Mariæ cap. 10. 10. 9.

Matt. 25. d

B. Maria benedicta propter prolem.

Secundo penſate chariſſimi, quomodo vere benedicta ſit Maria propter celſitudinem ſuæ benedictæ prolis, propter benedictum fructum ſui ventris. Merito enim terra illa benedicta eſt, quæ tam benedictum fructum profert. Vnde Pſalmus: Benedixiſti Domine terram tuam. Terra illa eſt Maria, de qua in eodem Pſalmo dicitur: Veritas de terra orta eſt. Veritas eſt Chriſtus, qui ait: Ego ſum via, veritas, & vita. Benedicta eſt ergo hæc terra, propter benedictum fructum; Benedicta eſt Maria propter benedictum Filium. Vnde beatus Bernardus dicit: Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus ventris tui: ſed D quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu benedicta. Igitur Maria propter prolem piam benedicta. Benedicta, inquam, à Domino, ab Angelo, ab homine. Propter prolem vtique benedicta eſt a Domino, benedictionem eius operante, benedicta ab Angelo benedictionem eius nunciante, benedicta ab homine benedictionem eius prophetante. Vere benedicta propter prolem eſt Maria a Domino, benedictionem eius operante ſiue donante. Hoc bene ſignatum eſt in ſecundo Regum, vbi legitur, quòd benedixit Dominus Obededom propter Arcam. Obededom interpretatur ſeruus ſanguineus. Et bene ſignat E Chriſtum, qui ſeruus noſter factus eſt, ſeruiens nobis miſeris vſque ad ſanguinem. Propter nos enim ſeruus, propter nos ſanguineus factus eſt Chriſtus. Sanguineus in dorſo per flagella, ſanguineus in capite per ſpinas, ſanguineus in latere per lanceam, ſanguineus in manibus & pedibus per clauos. Huius ſerui domus fuit Maria, de qua in Pſalmo dicitur: Replebimur in bonis domus tuæ. Arca in hac domo locata, Chriſtum ſignat: Chriſtus enim ſeruus noſter, Chriſtus vita noſtra eſt. In Arca vrna aurea & manna. Arca ſancta carnem ſanctam, vrna aurea animam Chriſti pretioſiſſimam, manna vero diuinitatem dulciſſimam F ſignat. Propter hanc Arcam, propter Ieſum Chriſtum Filium Mariæ, Dominus benedixit domui Mariæ. O vere domus benedicta, ex qua omnium proceſſit vita. Ait enim Auguſtinus: Benedicta tu in mulieribus, quæ vitam viris & mulieribus peperiſti.

Pſal. 48.

Ioan. 14. a

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt ante med.

2. Reg. 6. b

Pſal. 64. a

Aug. ſerm. 21. de temp. circa med. to. 10. & de ſanct. ſer. 18. non longe a princ. eod. tomo.

Item chariſſimi propter prolem benedicta eſt Maria, non ſolum a Domino benedictionem eius operante, ſed etiam ab Angelo benedictionem eius nunciante, ſicut patet in Gabriele dicente: *Dominus tecum*; *Benedicta tu in mulieribus*. Quomodo tecum? Auguſtinus ait: Tecum in corde, tecum in ventre. Ideo

Ibid. ante med.

bene-

benedicta tu ſecum, quia ſic eſt tecum. Tecum vtique (A) tecum non tantum ſicut creator cum creatura, ſed etiã ſicut partus cum paritura. Propter partum enim benedicta es ante partum, propter partum benedicta es in partu, propter partum benedicta eſt poſt partum. Vere benedicta quæ ſic partum effudiſti, quòd ante partum, & in partu, & poſt partum virgo permanſiſti: & ideo præcipue benedicta dici meruiſti, quia non hominem purum, non Angelum verum, ſed hominem & Angelorum Dominum tuo peperiſti. Propter quod bene, ait Beda ſic: Vere benedicta in mulieribus, quæ ſine exemplo muliebris conditionis, cum decore virginitatis gauiſa eſt honore parentis, quodq. Virginem (B) matrem decebat, Deum Filium procreauit.

Beda in hom. & ſanct. in feſt. Annun. B. M. Virg. to. 7.

Item, chariſſimi, benedicta propter prolem eſt Maria, non ſolum a Domino benedictionem eius operante, non ſolum ab Angelo benedictionem eius nunciante, ſed etiam ab homine benedictionem eius prophetante, ſicut patet in Elizabeth, quæ exultante in vtero eius infante, repleta Spiritu ſancto, prophetando exclamauit, dicens: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ideo vtique benedicta, quia benedictus fructus ventris tui. Sicut ager, ideo benedictus, quia benedictus fructus eius eſt. Maria enim, fratres, eſt ager ille benedictus, de quo dicitur in (C) Geneſi: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. De hoc beatus Hieronymus, ait ſic: Bene ager plenus dicitur, quia Maria plena gratia pronunciatur, de cuius vtero credentibus fructus vitæ proceſſit. O vere ager ſuper omnes agros benedictus, propter fructum. O vere mater ſuper omnes matres benedicta propter Filium, ſecundum quod etiam exclamans beatus Auguſtinus, ait: O femina ſuper feminas benedicta, quæ virum omnino non nouit, & virum ſuo vtero circumdedit. Ecce vidimus o dulciſſima Maria, quia tu propter benedictum Filium ventris (D) tui, es vere benedicta benedictione diuina, angelica, & humana. Heu quàm longe ab iſta benedictione Mariæ ſunt, qui propter maledictum fructum operis ſui, maledictionem incurrunt diuinam, angelicam, & humanam: dum maledicti a Deo, maledicti ab Angelis, maledicti ab hominibus erunt in æternum.

Luc. 1. d
Gen. 27. d
Hieron. ſer. de Aſſump. B. Ma. q̃ eſt ep. 10. to. 9. poſt med.
Aug. ſer. 9. de temp. cir. med. to. 10.
B. Ma. benedicta propter miſericordiã, quã nobiſcum operatur.

Tertio penſate, chariſſimi, quo modo vere benedicta ſit Maria, propter multitudinem miſericordiæ ſuæ. Ipſa namque per illam Ruth ſignatur, de qua dicitur: Benedicta es a Domino filia, quia priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti. Prior Mariæ miſericordia fuit, quam exhibuit, dum adhuc viueret in mundo: (E) poſterior vero eius miſericordia eſt, quam iam amplius, quàm per mille ducentos annos exhibuit de cælo. Poſterior namque priorem ſuperauit, quia iſta illam multitudinem innumerabiliũ beneficiorum excellit. Quis æſtimare poſſit, quàm inæſtimabiliter Maria propter miſericordiam ſuam ſit benedicta, cum inæſtimabilis ſit ipſa eius miſericordia? Et quis æſtimare poteſt, quàm inæſtimabilis ſit Mariæ miſericordia propter quam ipſa tam inæſtimabiliter eſt benedicta? Hinc eſt, quod beatus Bernardus, exclamans dicit: Quis miſericordiæ tuæ o benedicta, longitudinem, & latitudinem, & ſublimitatem, & profunditatem (F) queat inueſtigare? Benedicta ergo eſt Maria pro multiplici miſericordia, quam per eam homo recepit. Benedicta vtique, quia per eam Deus homini placabilis eſt: Benedicta quoque eſt, quia per eam homo Deo acceptabilis eſt. Benedicta inſuper eſt, quia per eam diabolus homini ſuperabilis eſt. Dico, chariſſimi, quòd Maria benedicta eſt, quia per eam Deus homini placabilis eſt, ſicut ſignatum eſt in Abigail, de qua legitur, quòd cum Dauid offenſus occidere vellet Nabal ſtultum, Abigail occurrens offenſo, placauit eum. Qui placatus dixit: Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me, ne irem hodie ad ſanguinem, & vleiſcerer me manu mea. Nabal ſtultus ſignat peccatorem. Omnis enim peccator

Ruth 3, b
Ber. ſer. 4. in Aſſump. B. M. cir. fi.
1. Reg. 25. f

(A) ſtultus eſt. Sed heu, ſicut dicitur in Eccleſiaſte: Stultorum infinitus eſt numerus. Abigail Mariam ſignat, interpretatur enim Patris exultatio. O quanta Patris cæleſtis in Maria, & Mariæ in Patre cæleſti fuit exultatio, cum ipſa dixit: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Sicut autem Abigail Dominam noſtrã, ſic Dauid Dominum noſtrum ſignat. Dauid autem offenſus eſt ſtulto Nabal, quando Dominus offenſus eſt homini impio. Dauid Nabal ſtulto per Abigail placatur, quando Dominus impio per Mariam reconciliatur. Abigail placauit Dauid verbis & muneribus, Maria placat Dominum precibus & meritis. Abigail vl- (B) tionem temporalem: Maria vero æternalem conuertit: dum illa humanum, iſta vero diuinum gladium conuertit. Propter hoc bene ait Bernardus: Nemo tam idoneus Domina, qui gladio Domini pro nobis manum obijciat, vt tu Dei amantiſſima, per quam primum ſuſcepimus miſericordiã de manu Domini Dei noſtri. Item, chariſſimi, Maria non ſolum benedicta eſt, quia per eam Deus homini placabilis eſt, ſed etiam ideo benedicta eſt, quia per eam homo Deo acceptabilis eſt, eo quòd per ipſam benedictam homo benedictus eſt. Vnde bene in Iſaia dicitur, quòd erit Iſrael benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus (C) exercituum, dicens: Benedictus populus meus, *&c.* Medium terræ cui benedixit Dominus, dici poteſt beata Virgo, in quo terræ medio inchoata eſt ſalutis noſtræ benedictio, iuxta illud Pſalmi: Deus autem Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem, *&cetera*. De hoc terræ medio beatus Bernardus, ſic ait: Maria mirabili proprietate terræ medium appellatur. ad illam enim ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui habitant in cælo, & qui habitant in inferno, & qui nos præceſſerunt, & qui nos ſequuntur. Illi (D) qui ſunt in cælo, vt reſarciantur: qui in inferno, vt eripiantur: qui præceſſerunt Prophetas, vt fideles inueniantur: qui ſequuntur, vt glorificentur. In hoc ergo benedicto terræ medio, benedictus eſt Iſrael, benedictus eſt Dei populus, dum per benedictã Dei matrem Deo eſt acceptus. Quid mirum ſi per benedictam Mariam, benedicta & accepta Deo ſit creatura rationalis, cum etiam per ipſam benedicta ſit creatura vniuerſalis? Vnde Anſelmus exclamans dicit: O virgo benedicta, & ſuperbenedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura, non ſolum creatura a Creatore, ſed Creator a creatura.

Eccleſ. 1. d
Luc. 1. e
Ber. in deprecatione & laud. ad B. V. Mar. fere ĩ prin.
Iſa. 19. d
Pſ. 73. b, c
Ber. ſer. 2. de Pentec. cir. med.

(E) Item, chariſſimi, Maria non ſolum benedicta eſt, quia per eam Dominus homini placabilis eſt: non ſolum quoque benedicta eſt, quia per eam homo Deo acceptabilis eſt. ſed etiam ideo benedicta eſt, quia per eam diabolus homini ſuperabilis eſt. Vnde ipſa per Iudith ſignata eſt, de qua dicitur: Benedixit te Dominus in virtute ſua, qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Inimici noſtri ſunt dæmones, quos beata Virgo ad nihilum redegit dum & in ſe, & in multis alijs vires eorum confregit, ſicut beatus Bernardus teſtatur, cum ait: Tu bellatrix egregia, & infra: Omnis ante faciem tuam militia ſpiritualium nequitiarum in fugam eſt conuerſa. Fugiamus ergo fratres, & con- (F) fugiamus ad auxilium matris Domini, in omnibus vexationibus & impugnationibus diaboli. Ipſa namque eſt inimicis animarum noſtrarum terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Et heu, quia multiplex eſt noſtra miſeria pro qua benedictione Mariæ indigemus & miſericordia, ideo hanc benedictionem inuocemus cum beato Bernardo, qui ſic ait: Sit pietatis tuæ Virgo benedicta, ipſam quam apud Deum meruiſti, gratiam notam facere mundo, reis veniam, ægris medelam, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, peregrinantibus adiutorium & liberationem, ſanctis tuis precibus obtinendo. Ecce vidimus o dulciſſima Maria, quia tu es vere benedicta pro tua multiplici miſericordia. Benedicta, inquam, es, quia per te Deus homini placatus.

Iudith 13. c
Ber. in deprecatione & laud. ad Virg. Mar. poſt med.
Ber. ſer. 4. in Aſſump. B. Mar. cir. fin.

placatus. Benedicta es, quia per te homo Deo gratificatur: Benedicta, quia per te diabolus ab homine ſuperatur. Heu quàm longe ab hac Mariæ benedictione eſt, cuicumque Deus placatus non eſt, quicumque Deo gratus non eſt, quicumque a diabolo ſubiugatus eſt: & ideo talis a Deo maledictus eſt.

B. Ma. benedicta propter magnitudinē gloriæ ſuæ.

Ezec. 3. b

Quarto penſate chariſſimi, quomodo vere benedicta ſit Maria propter magnitudinem gloriæ ſuæ, iuxta illud Ezechielis: Benedicta gloria Domini de loco ſuo. Gloria Domini eſt glorioſa mater Domini, quæ vere benedicta eſt propter gloriam, quam habet de loco ſuo duplici. Benedicta, inquam, de loco quo Filius eius apud ipſam requieuit in vtero. Benedicta eſt de loco quo ipſa apud Filium requieſcit in cælo. Vterque enim locus digniſſimus eſt, ſicut patet per beatum Bernardum dicentem ſic: Nec in mundo locus dignior virginalis vteri thalamo, in quo Filium Dei Maria ſuſcepit. nec in cęlis regali ſolio, in quo Mariam Filius Mariæ ſublimauit. Benedicta ergo eſt Maria propter gloriam ſuam. benedicta vtique propter gloriam ſuam ſublimiſſimam, copioſiſſimam, & ſtabiliſſimam. Benedicta, dico, propter gloriam ſuam ſublimiſſimam dignitate, benedicta propter gloriam ſuam copioſiſſimam immenſitate: benedicta propter gloriam ſuam ſtabiliſſimam perpetuitate. Dico, chariſſimi, quòd benedicta eſt Maria propter gloriam ſuam excellentiſſimam dignitate. De hac benedictione accipi poteſt verbum Pſalmi, dicentis: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Nota quòd eſt annus æquanimitatis, annus ſeueritatis, & annus benignitatis. Primus annus exultantium in mundo. Secundus eiulantium in inferno. Tertius exultantium in cælo. Primus annus habet dies & noctes. Secundus habet noctes & non dies. Tertius habet dies & non noctes. Dico, quòd primus annus habet dies & noctes, ideſt, bonos & malos, qui ſimul in hoc mundo ſunt. Tot autem ſunt dies & noctes in hoc anno, quot ſunt boni & mali in mundo. Secundus annus habet ſolas noctes, ideſt, ſolos peccatores noctibus tenebroſiores. Tot autem ſunt noctes in hoc anno, quot ſunt peccatores in inferno. Tertius annus habet ſolos dies, ſcilicet ſolos bonos die clariores. Tot autem ſunt dies in hoc anno, quot ſunt iuſti in cælo. In primo anno æquanimitatis, boni & mali æquanimiter tolerantur. In ſecundo anno ſeueritatis, mali ſeueriſſime cruciantur. In tertio anno benignitatis, boni benigniſſime coronantur. Huius autem anni benedicti corona eſt benedicta virgo Maria. Ipſa certe eſt corona omnium dierum huius anni: quia ipſa eſt corona omnium ſanctorum cæli. Corona enim ſuper caput poni ſolet: ſic Maria quaſi ſuper capita omnium ſanctorum locata eſt, ſicut teſtatur beatus Hieronymus dicens: Exaltari meruit ſuper choros Angelorum, & peruenit vltra quàm noſtræ humilitatis eſt natura. Filius certe Mariæ eſt ſumma ſanctorum corona: Maria vero corona ſub corona. Patet ergo, quàm ſublimiter benedicta ſit corona noſtra, mater noſtra Maria. Omnes ergo tam ſublimiter benedictam ſequamur, benedictam vtique de qua beatus Bernardus, ait: Non eſt nobis hic manens ciuitas, ſed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta peruenit.

Ber. ſer. 1. de Aſſump. B. Mar. poſt med.

Pſal. 64. c

Hieron. ſer. de Aſſump. B. Mar. quæ eſt epiſt. 10. ſe. 9. ante med.

Ber. ſer. 2. in Aſſump. B. Mar. ab ſige a prin.

Item, chariſſimi, benedicta eſt, Maria, non ſolum propter gloriam eius excellentiſſimam dignitate, ſed etiam propter gloriam eius copioſiſſimam immenſitate: cuius copia tanta eſt, quod ad omnes diſtenditur, & ideo merito ab hominibus benedicitur: ſecundum quod de ipſa per ſignificationem dicitur in libro Iudith: Benedixerunt eam omnes vna voce dicentes: Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri. Benedixerunt eam vtique omnes. Nota, quod dicitur omnes, nam omnis eſt ſignum vniuerſale, requirens tria appellata. Et ecce quaſi tria appellata ſunt, Deus, Angelus, & homo, qui Mariam benedixerunt. Deus vtique benedixit Mariam: Pater benedixit Mariam: Spiritusſanctus benedixit eam, omnes tres perſonæ benedixerunt eam. Angelus etiam benedixit Mariam. Prima hierarchia benedixit eam, ſecunda benedixit eam, tertia benedixit eam, omnes Angeli benedixerunt eam. Homo quoque benedixit Mariam, coniugati benedixerunt eam, viduæ benedixerunt eam, Virgines benedixerunt eam, omnes benedixerunt eam. Benedixerunt autem eam, dicentes: Tu gloria Hieruſalem triumphantis, gloria, inquam, omnium ſanctorum, tu lætitia Iſrael Deum contemplantis: tu lætitia, inquam, omnium Angelorum, tu honorificentia populi peregrinantis, honorificentia, inquam, omnium in mundo iuſtorum. Benedictus ergo ſit dulciſſimus Filius tuus o Maria, qui de copioſiſſima benedictione tua, tanta præſtat bona in cælo & in terra: vt tam Angeli quàm homines gratulari poſſint cum Anſelmo, qui ait: Hæc tanta bona per benedictum fructum benedicti ventris benedictæ Mariæ prouenerunt.

Iudith 15. d

Item, chariſſimi, Maria non ſolum benedicta eſt propter gloriam eius ſublimiſſimam dignitate, non ſolum benedicta eſt propter gloriam eius copioſiſſimā immenſitate: immo etiam benedicta eſt propter gloriam eius ſtabiliſſimam perpetuitate. Ipſa namque per domum illam ſignatur de qua primi Paralipomenon dicitur: Te Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum. Vere in perpetuum, ſicut etiam in Pſalmo dicitur: Propterea benedixit te Deus in æternum. Si ergo o dulciſſima virgo Maria, tu es vere in mulieribus & ſuper mulieres, immo etiam ſuper viros, immo etiam ſuper Angelos benedicta. Benedicta, inquam, propter plenitudinem gratiæ quam inueniſti: benedicta propter celſitudinem perſonæ quam genuiſti: benedicta propter multitudinem miſericordiæ quam exhibuiſti: benedicta propter magnitudinem gloriæ quam percepiſti. Te igitur o nimis benedicta inuocamus, te imploramus, te oramus cum beato Bernardo, qui te benedictam orans, ait: Fac o benedicta per gratiam, quam inueniſti, per prærogatiuam, quam meruiſti, per miſericordiam, quam peperiſti, vt qui mediante te fieri dignatus eſt particeps infirmitatis & miſeriæ noſtræ, te quoque intercedente, participes nos faciat beatitudinis & gloriæ ſuæ. Amen.

1. Para. 17. d

Pſal. 44. a

Ber. ſer. 2. de Aduētu prope fin.

Quòd Maria ſit benedicta per ſeptem virtutes contra ſeptem capitalia vitia. Lect. XV.

BENEDICTA *tu in mulieribus*. De benedictione noſtræ Virginis benedictæ adhuc dicamus, adhuc audiamus. Felix Maria benedicta, infelix vero omnis anima maledicta, omnes quibus dicetur: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum. Maledicta certe omnis anima vitioſa: benedicta tu vero Maria virtuoſa. Maledictionem per ſeptem vitia capitalia mundus incurrit: benedictionem autem per virtutes contrarias Maria obtinuit. Benedicta ergo tu in mulieribus o Maria. Benedicta vtique pro humilitate contra ſuperbiam, pro charitate contra inuidiam, pro lenitate contra iracundiam, pro ſtrenuitate contra acediam, pro liberalitate contra auaritiam, pro ſobrietate contra gulam, benedicta pro caſtitate contra luxuriam.

Matt. 25. d

B. Ma. benedicta p humilitatē cōtra ſupbiā.

Pſal. 118. c

Primo audiamus, chariſſimi, quomodo benedicta ſit Maria pro humilitate contra ſuperbiam. Superbi enim maledicti ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Increpaſti ſuperbos, maledicti, qui declinant a mandatis tuis. Contra hanc ſuperbiæ maledictionem, Maria obtinuit humilitatis benedictionem. Vnde ipſa per vallem illam ſignari poteſt, de qua in libro Paralipomenon dicitur: Vocauerunt locum illum vallem benedictionis. Si omnis humilis eſt quædam Dei vallis, iuxta illud Iſaiæ, Omnis vallis exaltabitur: quanto magis, vallis fuit Maria, quæ tanta fuit humilitate profunda. Quid mirum ſi ipſa fuit vallis vallium, quæ fuit humillima humilium? O quantis hæc vallis benedicta benedictionibus

2. Paralip. 20. c

Iſa. 40. a

eſt

eſt exaltata pro humilitate ſua, tam profunda, tam vtili, tam grata. Vnde beatus Auguſtinus ait: O vere beata humilitas Mariæ, quæ Dominum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Vallis quanto humilior, tanto receptibilior eſt aquarum: ſic & Maria gratiarum. Vallis autem irrigationes aquarum recepit, quandoque a ſuperiori, quandoque ab inferiori. A ſuperiori quidem, per pluuias de monte defluentes: ab inferiori vero, per aquas de fonte effluentes. Similiter humilis Maria quaſi de ſuperiori, & inferiori, quaſi de monte & fonte irrigata eſt, cum de diuina & humana Filij ſui natura, tanta gratiarum benedictione infuſa eſt. Hæc itaque benedictio eſt, de qua legitur in libro Iudicum, quod cum Axa diceret patri ſuo: Da mihi benedictionem; dedit ei pater ſuus irriguum ſuperius & inferius. Axa Mariæ typum gerit, quæ irriguam a Patre cæleſti benedictionem ſuſcepit. Dedit enim ei Deus pater irriguum ſuperius in Chriſti diuinitate, inferius vero in Chriſti humanitate. Item ſuperius in mente, inferius in ventre. Item ſuperius in charitate Dei, inferius in charitate proximi. Item ſuperius in contemplatione, inferius in actione. Vel certe Pater eius cæleſtis dedit ei benedictionem ineffabilis irrigui ſuperius in cælis, inferius in terris: vt in cælis benedictionem gloriæ, in terris vero benedictionem gratiæ poſſidens, benedicta eſſet tam in cælo, quàm in terra, ſecundum quod beatus Bernardus, innuens dicit: Memento Maria, quod Chriſtus maledictionem pertulit crucis, qui te ſuam matrem benedixit in cælis. Sed & in terris ab Angelo benedicta, & a cunctis terræ generationibus merito benedicta prædicaris.

Auguſt. ſer. 35. de SS. poſt med. to. 10. — *Iud. 1. c* — *Ber. hom. 3. ſuper Miſſ. eſt cir. med.*

B. Maria benedicta per charitatem contra inuidiam.

Secundo, chariſſimi, audiamus, quomodo benedicta eſt Maria pro charitate contra inuidiam. Inuidi namque maledicti ſunt, ſicut de inuido Caim dicitur: Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Contra inuidiæ maledictionem, Maria obtinuit charitatis benedictionem. Vnde ipſa bene per Saram ſignari poteſt, de qua Dominus dixit: Benedicam ei, & ex illa dabo tibi Filium, cui benedicturus ſum. Sara interpretatur carbo. Hoc bene Mariæ conuenit, quæ tamquam carbo ardore charitatis ignita fuit. Propter quod etiã ipſa bene per rubum ardentem ſignatur, per quam fideli cuilibet benedictio gratiæ miniſtratur. Vnde in Deuteronomio dicitur: Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph. Ioſeph interpretatur augmentum, & ſignificat quemlibet fidelem diuina gratia adauctum. Benedictus rubus, & benedictus qui per incarnationem apparuit in rubo, per quẽ tanta venit ſuper capita fidelium benedictio. Et o vere benedictus carbo, tam benedictam flammam producens, benedicta Maria tam benedictam prolem gignens. Ex illa, inquit Dominus, dabo tibi Filium, cui benedicturus ſum. Penſa ergo quantam Maria charitatem ad Deum habuerit, cum Deus Filius eius ſit corporaliter. Penſa etiam quantam ad proximum habuerit, cum bonus proximus Filius eius ſpiritualiter ſit. Si autem filij eius ſumus, ergo & fratres Filij eius ſumus. Et ideo bene de iſta matre benedicta dicit Anſelmus: O benedicta & exaltata, non tibi ſoli, ſed etiam nobis, quid eſt quàm magnum eſt, quam amabile eſt, quod video per te euenire nobis, quod vidẽs gandeo, quod gaudens dicere non audeo? Si enim tu Domina eſt mater Dei, nonne & alij filij tui ſunt fratres Dei?

Gen. 4. b — *Gen. 17. c* — *Deut. 33. c*

B. M. benedicta p mã ſuetudinẽ contra irã.

Tertio, chariſſimi, audiamus, quomodo benedicta ſit Maria pro lenitate, & manſuetudine contra iracundiam. Iracundi enim maledicti ſunt, ſicut ſcriptum eſt in Geneſi: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Contra hanc iræ maledictionem, Maria obtinuit manſuetudinis benedictionem. Cuius reuera tanta fuit manſuetudo, quod non ſolum propria ira caruit, ſed etiam iram Domini ad manſuetudinem conuertit. Vnde ipſa bene per Abigail ſignatur, cui Dauid dixit: Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me ne irem hodie ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea. Proprium eſt hoc manſuetorum, manſuetis verbis frangere iram offenſorum, iuxta illud Prouerbiorum: Reſponſio mollis frangit iram. Manſueta Abigail manſuetam Mariam ſignat. Vis noſſe quàm manſueta fuerit Maria? audi beatum Bernardum: Reuolue, inquit, diligentius Euangelicæ hiſtoriæ ſeriem vniuerſam, & ſi quid forte increpatorium, ſi quid durum, ſi quod denique ſignum, vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cetero ſuſpectam habeas, & accedere verearis. Quòd ſi plena magis omnis pietatis & gratiæ, plena manſuetudinis & miſericordiæ inueneris, quæ ad eam pertinent: gratias age ei, qui talem tibi mediatricem benigniſſima miſeratione prouidit, in qua nihil poſſit eſſe ſuſpectum. Dauid Chriſtum ſignat, qui per manſuetiſſimam Mariam manſueſcit & placatur: ne ſe de peccatore per mortem æternam vlciſcatur. Omnis enim anima morti æternæ obnoxia, anhelare non ceſſet ad tantam Mariæ manſuetudinem: pro qua ipſa merito eſt benedicta. Dico ergo: Omnis ſpiritus moribundus dicat cum Anſelmo, dicente ſic: O tu benedicta ſuper mulieres, quæ Angelos vincis puritate, ſanctos ſuperas pietate, anhelat moribũdus ſpiritus meus ad tantæ benignitatis reſpectum, ſed erubeſcit ad tanti nitoris aſpectum.

Gen. 49. a — *1. Reg. 25. f* — *Prou. 15. a* — *Ber. ſer. de B. Virg. ex verb. Apoc. c. 2. non longe a prin.*

B. M. benedicta p ſtrenuitatẽ cõtra acediã.

Quarto audiamus, chariſſimi, quomodo benedicta ſit Maria pro ſtrenuitate contra acediam. Acedioſi enim maledicti ſunt, qui opera Dei ſtrenue & fideliter non agunt. Vnde Hieremias dicit: Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter. Contra torporis maledictionem, Maria meruit rigoris benedictionem. Ipſa namque per illam Iahel ſignata eſſe poteſt, quæ clauo Siſaram interfecit. Propter quod in libro Iudicum dicitur: Benedicta inter mulieres Iahel &c. Iahel interpretatur aſcendens, quod conuenit Mariæ, quæ non ſicut acedioſi deſcendit: ſed ſtrenue de virtute in virtutem, de inferioribus ſemper aſcendit. Iuxta illud Canticorũ: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi? Iſta benedicta Iahel quid fecit? certe clauo tabernaculi Siſaram interfecit. Siſara excluſio gaudij interpretatur; & bene diabolum ſignat: quia a gaudio cæleſti excluſus etiam alios excludere feſtinat. Immo heu nos omnes excluſerat per matrem generis humani, cuius excluſionis maledictio, excluſa eſt per benedictam matrem Saluatoris. Vnde bene venerabilis presbyter Beda ait: Benedicta tu inter mulieres, per cuius partum virgineum, a natis mulierum maledictio primæ matris excluſa eſt. Sed quid per clauum ſignatur quo caput Siſaræ perforatur? Quis eſt clauus iſte, niſi rigor diſciplinæ? Quid eſt enim rigor diſciplinæ acedioſis, niſi quaſi quidam clauus in oculis? Rigor vtique diſciplinæ clauus eſt diabolum acerrime pungens, clauus eſt diabolum rigidiſſime configens. Benedicta itaque Iahel caput Siſaræ clauo interficiente confixit, quando benedicta Maria virtutem Satanæ rigore diſciplinæ in ſe extinxit. Benedicta ergo inter mulieres Iahel, benedicta inter mulieres Maria. Inter quas mulieres? audi Bedam qui dicit: Non ſolum benedicta tu in mulieribus, ſed inter mulieres benedictas, maiori benedictione ſpecialiter inſignis.

Hier. 48. d — *Iud. 5. d* — *Cant. 3. b* — *Beda hom. Aeſt. in ſolem. Deip. V. M. quando ſalutauit Elizabet. ante med. to. 7.* — *Beda ibid.*

Quinto audiamus, chariſſimi, quomodo benedicta ſit Maria pro liberalitate cõtra auaritiam. Auari enim maledicti ſunt, vt Petrus ait: Cor exercitatum auaritia habentes maledictionis filij, &c. Contra hanc auari maledictionem, Maria meruit largitatis & profuſionis benedictionem. Ipſa tamquam vera fontana ſemper fuit effluens, ſemper larga: & ideo vere benedicta, iuxta illud: Sit vena tua benedicta. In temporalibus vena illa Maria plus quàm larga fuit, quia largè & perfecte omnia contempſit. Vnde ſecundum expoſitionem

2. Pet. 2. c — *Prou. 5. c*

Haymo. in Apoc. ca.

tionem Haymonis, Beata Dei genitrix Lunam ſub pedibus habuit, quia cuncta temporalia deſpexit. O quantæ gratiæ per hanc venam ad homines defluxerunt. Sit ergo o Eccleſia vena tua benedicta, per quam tibi tanta affluunt bona. Vere vena nobilis, vena Spiritu ſancto plena, vena fontis vitæ, vena ſalutis noſtræ Maria. Per hanc namque venam fons vitæ Chriſtus ad nos venit, & per hanc ad fontem vitæ Ieſum Chriſtum etiam nos venimus: & ideo vere eſt benedicta. Vnde beatus Bernardus ait: Per te acceſſum habemus o benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis: vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.

Ber. ser. 2. de Aduen. circ. fin.

B. Maria benedicta per temperātiā cōtra gulā.

Sexto audiamus, chariſſimi, quomodo benedicta ſit Maria pro ſobrietate contra gulam. Guloſi namque maledicti ſunt, ſicut patet in gula primorum parentum: pro qua & ipſi & totum genus humanum maledictionem incurrerunt. Contra hanc gulæ maledictionem, Maria obtinuit abſtinentiæ & omnis temperantiæ benedictionem. Merito enim contra maledictiones gulæ in paradiſo materiali, abundauerunt benedictiones temperantiæ in paradiſo ſpirituali, iuxta illud Eccleſiaſtici: Gratia quaſi paradiſus in benedictionibus. Tanta gratiarum copia in Maria abundauit, vt etiam ipſa gratioſa Virgo gratia quodam modo dici poſſit. Hæc autem gratia, videlicet gratioſiſſima Virgo Maria, fuit quaſi paradiſus in benedictionibus. Sicut enim in paradiſo materiali, gula Euæ meruit maledictiones pœnarum: ſic in paradiſo ſpirituali, temperantia Mariæ meruit benedictiones gratiarum. Vnde Auguſtinus ait: Maledictio Euæ in benedictionem vertitur Mariæ. Sicut autem gula Euæ non ſolum maledictionem in anima, ſed etiam in corpore: ſic Maria non ſolum benedictionem in corpore, ſed etiam in anima, non ſolum benedictionem ſpiritualem, ſed etiam corporalem obtinuit. Maledictio enim Euæ guloſæ, fuit parere cum dolore: benedictio autem Mariæ temperatæ, fuit parere ſine dolore, teſte beato Bernardo, qui ait: Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euaſiſti, qua dictum eſt: In dolore paries filios; & nihilominus illam qua dictum eſt, Maledicta ſterilis in Iſrael: ac ſingularem conſecuta es benedictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cum dolore parias.

Eccli. 40. c

August. de sanct. ser. 18. paulo post princ. tom. 10.

Bern. ho. 3. sup. Miss. est circ. med.

Gen 3. c

B. M. benedicta per caſtitatē contra luxuriā.

Septimo audiamus, chariſſimi, quomodo benedicta eſt Maria per caſtitatem contra luxuriam. Luxurioſis dicitur: Maledictus qui dormit cum vxore alterius proximi ſui, & dicit omnis populus: Amen. Sic dicitur in Deuteronomio. Contra hanc incontinentiæ maledictionem Maria meruit continentiæ benedictioné: ſicut ſignatum poteſt eſſe in libro Iudith, vbi dicitur: Benedixerunt eam vna voce dicentes: Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi, quæ feciſti viriliter & confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum aliū neſcieris. Ideo manus Domini confortauit te, & eris benedicta in æternum. In hac caſta Iudith benedictione, poteſt benedictio Mariæ non ſolum ſignari, ſed etiam per locum a maiori probari. Si enim ſic benedicta eſt vidua caſta, quanto magis virgo caſta? Maxime talis virgo, quæ Deum parere & certe ſic parere meruit, quod virginitatem non amiſit. Propter quod bene Beda dicit: Benedicta eſt incomparabiliter, quæ & Diuini germinis gloriam ſuſcepit, & coronam virginitatis ſeruauit. Notādum autem eſt, quod in ſcripturis inuenimus benedictam coniugatam, benedictā viduam, & benedictam Virginem. Benedicta coniugata fuit Sara, de qua dicitur in Tobia: Dicatur benedictio ſuper vxorem Tobiæ. Benedicta autem vidua fuit Iudith, ſicut oſtenſum eſt. De vidua quoque benedicta in Pſalmo dicitur: Viduam eius benedicens benedicam. Benedicta vero fuit virgo Maria, teſte Angelo qui dixit: Benedicta tu in mulieribus. Benedicta ergo quę coniugalem, benedicta magis quę vidualem, benedicta maxime, quæ virginalem amauerit caſtita-

Deut. 27. d

Iudith. 15. d

Beda vbi sup. prox.

Tob. 9. d

Psal. 131 c

A tem. Benedicta certe quæ cum Sara & Suſanna fuerit caſta coniugaliter: benedicta magis quæ cum Iudith & Anna fuerit caſta vidualiter: benedicta maxime quæ cum Maria fuerit caſta virginaliter. Propter quod beatus Auguſtinus dicit: Bonum Suſannæ in coniugali caſtitate laudamus; ſed tamen ei bonum viduæ Annæ, ac multo magis virginis Mariæ anteponimus. Vere dignum & iuſtum eſt hoc. Dignum eſt, vt benedicta ſit, quæ cum viro ſuo virum alium non nouit. Iuſtum magis eſt, vt benedicta ſit, quæ nec cum viro ſuo, nec poſt, virū alium non nouit. Dignū & iuſtum eſt, vt maxime benedicta ſit, quæ nec ſuū, nec alium virum nouit, & ta-

B men virum tam immenſum concepit. Ideoque Auguſtinus exclamans, dicit: O femina ſuper feminas benedicta, quæ virum omnino non nouit, & virum ſuo vtero circumdedit. Sic ergo, chariſſimi, pro humilitate benedicta, benedicta pro charitate, benedicta pro lenitate, benedicta pro ſtrenuitate, benedicta pro liberalitate, benedicta pro ſobrietate, benedicta pro caſtitate Maria merito fuit: quæ humilitate excellentiſſima, charitate opulentiſſima, lenitate patientiſſima, ſtrenuitate feruentiſſima, largitate affluentiſſima, ſobrietate abſtinentiſſima, virginitate continentiſſima fuit. Eia ergo tu tam multipliciter benedicta, tu tam

Aug. ser. 8. de temp. circ. med. to. 10.

C feliciter ſuper benedicta Maria, oramus, vt tua benedictione nos miſeros abſolutos ab omni maledictione, dignos reddas diuina benedictione. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *& cetera*.

Quis & qualis ſit fructus ventris Beatæ Mariæ. Lect. XVI.

BENEDICTVS *fructus ventris tui.* Oſtenſum eſt ſupra, quomodo Maria propter puriſſimam vitæ innocentiā merito per *Aue*, ſalutatur: quomodo propter copioſiſſimam gratiæ affluentiam, merito gratia

D plena commemoratur: quo modo propter familiariſſimam Dei præſentiam Dominus ſecum fore inſinuatur. Oſtendendum autem nunc eſt, quomodo propter vtiliſſimam prolis ſuæ excellentiam, merito benedictus fructus ventris ſui proclamatur. *Benedictus*, ergo, *fructus ventris tui*, o benedicta mater filij Dei. Hic eſt ille fructus, de quo Propheta dicit: Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructus ſuos. Quod exponens Beda dicit: Dedit Dominus benignitatem, quia in ingreſſu vnigeniti ſui, virginalis vteri templū, Spiritusſancti gratia, conſecrauit. Et terra noſtra dabit fructum ſuum, quia eadem Virgo, quæ de terra cor-

Psal. 84. c

Beda vbi sup. prox.

E pus habuit, Filium genuit diuinitate quidem Deo Patri coæqualem, ſed ſibi carnis veritate conſubſtantialē. Conſiderandum autem eſt, quod fructus iſte fructus generoſiſſimus, fructus delitioſiſſimus, fructus virtuoſiſſimus, fructus copioſiſſimus eſt. Fructus, inquam, generoſitate ſublimiſſimus, fructus delectabilitate deſiderabiliſſimus, fructus virtuoſitate vtiliſſimus, fructus copioſitate vniuerſaliſſimus.

Fructus vteri virginalis generoſiſſimus.

Primo conſideremus chariſſimi, quomodo fructus vteri virginalis generoſiſſimus ſit. Generoſus quidem eſt, quia de vtero regali eſt. Generoſior autem eſt, quia de vtero virginali eſt. Generoſiſſimus certe eſt,

F quia de vtero paternali, de vtero, inquam, Patris æterni eſt. Dico, chariſſimi, quòd generoſus eſt fructus ille, quia de vtero regali, de vtero, inquam, regis Dauid prodijt, ſicut ſibi Dominus promiſerat, dicens in Pſalmo: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Hoc autem promiſſum Apoſtolus teſtatur, dicens ad Romanos: Qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Et certe fructus iſte generoſus & nobilis eſt, non ſolū propter Regem Dauid, ſed & propter omnes illos nobiles Reges, progenitores ſuos: per quos ſecūdum genealogiam a Matthæo deſcriptam propagatus in mundum venit, iuxta illud Sapientiæ: A regalibus ſedibus venit. Item, chariſſimi, Fructus iſte licet generoſus ſit propter vterū regalem, generoſior tamen eſt

Christus e stirpe regia.

Psal. 131. b

Rom. 1. a

Sap. 18. c

propter

Chriſt' ex virgine. propter vterum virginalem, de quo dicitur: *Benedictus fructus ventris tui*: ventris vtique qui ſecundum quod in virga Aaron ſignificatum fuit, florem virginitatis ſimul cum fructu fecunditatis retinuit. Propter quod

Ber. ſer. 2. de Circum ciſ. Domini cir. med. bene beatus Bernardus ait: Naſcitur Chriſtus ex muliere, ſed cui fecunditatis fructus ſic accedat, vt non decidat flos virginitatis. Iſta fructus virginalis nobilitas ſicut mirabilior, ita excellentior eſt, quàm prima, plus quàm cæli exaltentur a terra. O vere mirabilis & inaudita nobilitas, o vere nobilis de Virgine natiuitas. Nobilitas, inquit Auguſtinus, fuit naſcẽtis in virginitate parientis, & nobilitas parientis in Diuinitate naſcentis. Item, chariſſimi, fructus iſte licet generoſus ſit propter vterum regalem, generoſior autem propter vterum virginalem, generoſiſſimus tamen propter vterum paternalem. Vnde de iſto fructu accipi poteſt il-

Oſea 14. c lud Oſeæ: Ex me fructus tuus inuentus eſt. Originale habet, tuus, ſed ſeptuaginta habent, eius. Dicat ergo Deus Pater ad Mariam, dicat ad fidelem animam, dicat ad Eccleſiam: Ex me fructus tuus inuentus eſt, tuus o Maria, ad hunc fructum producendum electa. Tuus o anima, ad hunc fructum diligendum illecta. Tuus o Eccleſia, ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus, inquam, tuus. Tuus certe corporaliter per aſſumptam naturam, tuus ſpiritualiter per gratiã, tuus ſacramentaliter per Euchariſtiã, tuus æternaliter per gloriam. Ex me tamen tuus eſt, quia ex meo vtero

Pſal. 109. a genitus eſt ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt: Ex vtero ante luciferum genui te. O vere nimis admiranda, nimiſq. veneranda nobilitas, quod fructus ventris materni eſt Filius vteri æterni, & ſapientia cordis paterni,

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt cir. med. ſicut & beatus Bernardus de iſto fructu, ait: Illius o Maria eris mater, cuius Deus eſt Pater, Filius Paternæ charitatis, erit corona tuæ caſtitatis: ſapientia paterni cordis, erit fructus vteri virginalis. iſta ergo fructus generoſiſſimi huius nobilitas, primam & ſecundam in infinitum ſua dignitate præcedit, & omnem intellectũ humanum & angelicum cum ſua ſublimitate excedit.

Iſa. 4. a Ideoq. bene de hoc fructu dicitur ab Iſaia: Erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis. In magnificentia, propter regalem, in gloria, propter virginalem, ſublimis propter æternalem ſiue paternalem generoſitatem.

Fructus vteri virginalis delitioſiſsimus. Secundo conſideremus, chariſſimi, quo modo fructus vteri virginalis delitioſiſſimus ſit. Delitioſus quidem eſt in odore, delitioſior in ſpecie, delitioſiſſimus vero in ſapore. Decorem autem eius fide, odorem ſpe, ſaporem eius charitate percipimus. Dico, chariſſimi, quod fructus Mariæ delitioſus eſt ſuaui odore. Vnde de ipſo bene poteſt dicere mater eius illud Eccleſiaſti-

Eccli. 24. c ci: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris Fructus vitis, eſt proles Virginis. Quod tamen vere mirũ

Auguſt. de tẽp. ſer. 9. ante med. tom. 10. eſt, & mire verum eſt, teſte Auguſtino, qui de hoc fructu ſic ait: De creatura Creator omnium procreatus naſcitur, de riuulo ſuo fons magnus educitur, radix omnium de virgulto ſuo naſciturus & vitis vera palmitis ſui fructus efficitur. Fructus vitis vinum eſt, odor vini delectabilis eſt. Sic certe odor exemplorum Chriſti, odor conſolationum Chriſti, odor promiſſionum Chriſti valde delectabilis eſt animæ Chriſtum ſitienti. Et ideo ſicut odor vini ſitientem, ſic odor Chriſti

Cant. 1. a trahit poſt ipſum currentem & dicentem: Trahe me poſt te, *&c.* Quòd nos miſeri heu non currimus, ſed via ſerpimus, ſignum eſt, quod de odore huius fructus heu parum ſuſcepimus. O ſi olfactum Iſaac habeuemus, qui huius fructus odorem tam longe præ-

Gen. 27. d ſenſit, teſte beato Bernardo, qui ſic dicit: Huius odo-

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt an. med. riferi fructus fragrantiam ſentiebat, qui dicebat: Ecce odor Filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Item, chariſſimi, fructus iſte non ſolum delitioſus eſt odore, ſed etiam delitioſior eſt ſpecie & de-

Leu. 23. g core. De hoc nota quod dicitur in Leuitico: Sumetiſq. die primo fructus arboris pulcherrimæ. Primus dies animam illuminans eſt fides. Et certe ſi ſumere debemus fructus arboris pulcherrimæ, arbor pulcherrima eſt Maria, pulchra quidem in folijs oris. Pulchrior autem in floribus cordis. Pulcherrima vero in

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt paulo ante med. pulcherrimo fructu ventris. De quo beatus Bernardus infert ſic: Si, inquit, fructus ille mortis non ſolum ſuauis fuit ad veſcendum, ſed etiam, teſte ſcriptura, delectabilis aſpectu: quanto magis huius vitalis fructus

1. Pet. 1. c viuificũ decorem debemus inquirere? illum, inquam, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Pulcher vtique

Pſal. 44. a fructus Chriſtus eſt, qui ſpecioſus forma præ Filijs hominum eſt. Si autem plenius cognoſcere volumus fructus huius pulchritudinem, recurramus ad ipſam arborem pulcherrimam, requiramus ipſam pulcherrimam eius matrem, & dicamus illud Canticorum:

Cant. 5. c Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum? Et ecce ipſa reſpondens ſtatim dicit: Dilectus

Ibidem. meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Ipſe candor lucis æternæ. Candidus quidem eſt diuinitate, rubicundus autem humanitate. Candidus quoque conuerſatione, rubicundus paſsione. Ecce quàm

Auguſt. de tẽp. ſer. 13. circa med. tom. 10. pulcher fructus, propter hoc bene de ipſo dicit Auguſtinus: Pulcher in cælis, pulcher in terris, pulcher in Patre verbum, pulcher in matre caro & verbum. Hæc autem pulcherrima arbor Maria, non ſolum habet pulcherrimum fructum ventris, ſed etiam pulcherrimos

Galat. 5. d habet fructus mentis. De quibus Apoſtolus ad Galatas ſcribens, ait: Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Item, chariſſimi, fructus iſte non ſolum delitioſus eſt odore, & delitioſior decore, ſed etiam delitioſiſſimus eſt ſapore. Quod bene illa ſancta anima ex-

Cant. 2. a perta fuit, quæ in Canticis dicit: Sub vmbra illius, quem deſiderabam, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quid mirum ſi fructus iſte tam dulcis eſt, qui tam altus eſt? Dicit enim beatus Bernardus: Fructus quanto altior, tanto dulcior, ergo tu ſolus dulciſſimus, quia tu ſolus altiſſimus. Quo modo autem poteſt Altiſſimus eſſe ille fructus, cuius breuiſſima eſt arbor? Sed certe arbor huius fructus Maria, & altiſſima ſimul eſt, & breuiſſima. Altiſſima dignitate, breuiſſima humilitate. Altiſſima in oculis Domini, breuiſſima in oculis ſuis. quæ licet huc modo ſit breuis, fructus ta-

Eccli. 11. a men eius eſt valde dulcis. Vnde in Eccleſiaſtico dicitur: Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Si igitur fructus ventris Mariæ in olfactu, in viſu, & in guſtu delitioſiſſimus eſt,

Bern. ho. 3. ſup. Miſſ. eſt ante med. ideo vere benedictus eſt. Sicut etiam beatus Bernardus, teſtatus eſt dicens: *Benedictus fructus ventris tui.* Benedictus in odore, benedictus in ſapore, benedictus in ſpecie.

Fructus virginalis vteri virtuoſiſſimus. Tertio, chariſſimi, conſideremus, quo modo virginalis vteri fructus ſit virtuoſiſſimus. Nam reuera virtuoſus eſt ad perditorum ſaluationem, ad ſaluandorum multiplicationem, & ad multiplicatorum conſeruationem. Dico, chariſſimi, quòd fructus iſte benedictus virtuoſus eſt ad ſaluandũ ſiue ad ſalutem, prop-

Eccli. 1. c ter quod etiam fructus ſalutis dicitur. Vnde Eccleſiaſticus ait: Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem & ſalutis fructum. Quid eſt, quod dicit pacem & fructum? fructus ſalutis noſtræ & pax noſtra ille eſt, qui fecit vtraque vnum Ieſus Chriſtus. Et certe hunc fructum, hanc pacem timor Domini repleuit:

Iſa. 11. a teſte Iſaia, qui ait: Et repleuit eum ſpiritus timoris Domini. Bene autem dicitur fructus ſalutis, ſine quo nul-

Act. 4. c la ſalus eſt nobis: iuxta illud. Non eſt in aliquo alio ſalus. Et Anſelmus: Non eſt, inquit, ſalus, niſi quem tu virgo peperiſti. Tu igitur o Maria vere es arbor ſalutis, quæ mundo portaſti fructum ſalutis. Sicut bea-

Ber. ſer. 2. de Aduen. Dom. poſt med. tus Bernardus exclamans dicit: O vere cæleſtis planta pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis. O vere lignum vitę, quod ſolum fuit dignum, portare ſalutis fructum. Sed heu multi fructum iſtum ſalutiferum faciunt mortiferum, fructumq. tam melliferum ſibi conuertunt

in ab-

Amos 6. d in abſynthium æternum, ſicut in Amos dicitur: Conuertiſtis in amaritudinem iudiciũ, & fructus iuſtitiæ in abſynthium. Item, chariſſimi, fructus iſte valde eſt virtuoſus, non ſolum virtute ſaluatiua, ſed etiam virtute multiplicatiua. Vnde etiam in bono exponere *Pſal. 4. b* poſſumus, quod ſcriptum eſt: A fructu frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt, vt frumentum ad corpus Chriſti, oleum ad animam Chriſti, vinum ad diuinitatẽ Chriſti referamus. Fructum quoque frumenti ad ſacramentum corporis Chriſti, fructum autem vini ad ſacramentum ſanguinis Chriſti, fructum vero olei, ad vngnẽtum Spiritusſancti referre poſſumus. Ab hoc ergo fructu multiplicati ſunt filij in Eccleſia, & multiplicata eſt Eccleſia in filijs. Nam omnes filij ventris Eccleſiæ, ſunt hereditas & merces fructus ven- *Pſal. 126. b* tris Mariæ, ſicut in Pſalmo dicitur: Ecce hereditas Domini filij merces, fructus ventris. De hoc quoque bea- *Hieron. in Pſal. 126. tom. 7.* tus Hieronymus ait: Ipſe Dominus natus ex Virgine, factus eſt fructus ventris, cuius aſſumpta humanitas hanc accepit mercedem, vt gentes vocatæ in filijs ſint hereditas eius. Item, chariſſimi, fructus iſte benedictus, non ſolum virtute ſaluatiua virtuoſus, non ſolum virtute multiplicatiua virtuoſior, ſed etiam virtute cõſeruatiua virtuoſiſſimus eſt. Vnde de hoc fructu poſ- *Prou. 11. d* ſumus accipere illud Prouerbiorum: Fructus iuſti, lignum vitæ. Sicut enim lignum vitæ, quod fuit in medio paradiſi terreſtris, virtutem habuit ſeruandi vitam naturæ, ſic certe fructus ventris Mariæ, qui eſt lignum vitæ, & fructus vitæ in medio paradiſi Eccleſiæ, conſeruat vitam gratiæ, in medio paradiſi cæleſtis patriæ, vitam gloriæ. Conſeruat quidem vitam gratiæ a corruptione culpæ, vitã vero gloriæ a corruptione om- *Beda hom. Aeſt. in ſolem. Deip. V. M. quando ſalutauit Elizab. ante med. to. 7.* nis miſeriæ, vt ſic recipiamus in fructu Mariæ quod amiſimus in fructu Adam & Euæ, ſicut bene notauit Beda, dicens: Benedictus fructus ventris illius, per quem & ſemen incorruptionis in agro ſupernæ hereditatis, quam in Adam perdidimus, fructum recepimus. Sit ergo benedictus fructus Mariæ ſalutem dando ſpiritualiter, ſaluandos multiplicando vniueſaliter, D multiplicatos conſeruando æternaliter virtuoſiſſimus.

Fructus virginalis ventri copioſiſſimus. Quarto conſideremus chariſſimi, quo modo virginalis ventri fructus ſit copioſiſſimus. Reuera enim tam copioſus eſt, quod animã plene poteſt reficere: tam copioſus eſt, quod omnibus poteſt ſufficere: tam copioſus eſt, quod numquã poteſt deficere. In primo quidẽ copioſus, in ſecundo copioſior, in tertio copioſiſſimus *Chriſtus ſolus animã ſatiare poteſt.* eſt. Dico, chariſſimi, quod fructus iſte benedictus tam copioſus eſt, quod animam rationalem, quam totus mundus omniſq. creatura ſatiare non poteſt, fructus iſte ad ſatietatem reficere poteſt. Vnde ſcriptum eſt: *Pſal. 103. b* De fructu operum tuorum ſatiabitur terra. Fructus E ventris Mariæ, eſt fructus operum tuorum Domine. Tuorum vtique tuorum, non humanorum, non mortalium, ſed tuorum. Tuum enim Domine opus eſt tantæ virginis præparatio, tuum opus eſt Gabrielis miſſio, tuum opus Spiritusſancti ſuperuentio, tuum opus eſt verbi & carnis vnitio. Talium operum tuorum Domine eſt fructus iſte, quia de talibus operibus, quaſi de quibuſdam floribus proceſſit fructus iſte. Vnde etiam in Nazareth, quod flos interpretatur, bene appa- *Bern. hom. 2. ſup. Miſſ. eſt cir. med.* ruerunt flores iſti. Dicit enim beatus Bernardus: In Nazareth nunciatur Chriſtus naſciturus, quia in flore ſperatur fructus proceſſurus. Terra quæ iſto fructu F ſatiatur, eſt anima humana, quæ ad modum terræ ſemper eſt germinatiua, ſiue vtilium, ſiue inutilium herbarum, ideſt, cogitationum & deſideriorum. Iſta, inquam, terra fructu Mariæ ſatiatur, ſicut ſcriptum eſt: *Pſal. 16. c* Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quid mirum ſi in gloria ſatientur hoc fructu fruentes, cum etiam in *Caſſiod. in pſal. 1.* miſeria ſatientur credentes? Vnde Caſſiodorus exclamans dicit: O fructus ille mirabilis, qui humanum genus dulciſſima credulitate ſatiauit. Vnde non guſtare peccare eſt. Vide ergo quàm copioſus iſte fructus eſt, qui animam ſatiare poteſt, quam totus mundus

A ſatiare non poteſt. Item, chariſſimi, fructus iſte benedictus non ſolum tam copioſus eſt, quod animam inſatiabilem poteſt plene reficere: ſed etiam tam copioſus eſt, quod vniuerſitati ſaluandorum poteſt bene ſufficere. Hic enim eſt fructus arboris illius glorioſæ, de qua dicitur: Fructus eius nimius, eſca vniuerſorum *Dan. 4. d* in ea. Vniuerſorum certe in Domino viuentium, quieſcentium, & reſurgentium. Sicut pulchre ſignatum poteſt eſſe in Leuitico, vbi dicitur: Dabo vobis bene- *Leu. 25. c* dictionem meam anno ſexto, & faciet fructum trium annorum. Annus ſextus ætatem ſextam, ſeptimus ſeptimam, octauus octauam ſignat. Iſte annus ſextus, eſt B annus plenitudinis, ſecundum illud Apoſtoli: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, *&c.* Hic itaque annus protulit fructum Dei Filium, *Gal. 4. a* fructum vtique tam copioſum, quod per ipſum, anno ſexto viuentium, anno ſeptimo quieſcentium, & anno octauo reſurgentium, habemus omnes fructus animarum noſtrarum. Ipſe ergo eſt fructus ſufficiens vniuerſitati animarum noſtrarum, quia eſt Dominus ſufficiens vniuerſitati creaturarum. Hic autem eſt fructus ventris Mariæ, teſte Auguſtino, qui ait: Illa Virgo ſingulari gratia præuenta eſt atque repleta, vt ipſum haberet ventris ſui fructum, quem ex initio habet C vniuerſitas Dominum. Item, chariſſimi, fructus noſter benedictus, non ſolum in hoc copioſus eſt, quod animas ſatiandas poteſt ad ſatietatem reficere, non ſolum in hoc copioſior eſt quod animarum ſatiandarum poteſt vniuerſitati ſufficere, ſed etiam tam copioſiſſimus eſt, quod ſatiandis animabus & Angelis numquã poteſt deficere, iuxta illud Ezechielis: Non deficiet *Ezech. 47. c* fructus eius. O infinita copia, o copia defectus neſcia. Deficere vtique non poteſt copia huius fructus in æternum, cum ſit copioſiſſime benedictus in æternum. Ait enim beatus Bernardus: *Benedictus fructus ventris tui*, qui eſt benedictus in æternum. Sic ergo fructus *Ber. ſer. 3. ſuper Miſſ. eſt, an. me.* iſte benedictus copioſus eſt, dum ad ſatietatem reficit: copioſior dum ſatiandorum vniuerſitati ſufficit: copioſiſſimus, dum ſatiandis in perpetuum non deficit. Vides nunc o lector, vides o auditor, quàm generoſiſſimus, quàm delitioſiſſimus, quàm copioſiſſimus ſit fructus ventris Mariæ benedictus. Vides, inquam, quo modo ſit generoſus ex vtero regali, generoſior ex virginali, generoſiſſimus ex paternali. Vides etiam quo modo delitioſus ſit odore, delitioſior decore, delitioſiſſimus ſapore. Vides nihilominus quo modo virtuoſus ſit ad curandum, virtuoſior ad multiplicandum, virtuoſiſſimus ad conſeruandum. Vides inſuper quo modo copioſus ad ſatietatem, copioſior ad vniuerſitatem, copioſiſſimus ad perpetuitatem. Hæ duodecim E cõditiones huius fructus ſignari poſſunt per illos duodecim fructus, de quibus in Apocalypſi dicitur, quòd *Apoc. 22. a* Angelus Ioanni oſtendit lignum vitæ afferens fructus duodecim. Et quia fructus iſte fructus vitæ, lignum vitæ, omnibus hominibus ad vitam producitur, ideo merito omnis homo ad laudandum huius fructus auctorem inducitur, ſicut ſcriptum eſt: Confiteantur *Pſal. 66. b* tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum. Eia nunc benedicta mater huius benedicti fructus, fac vt hoc fructu fruamur in æternum. Per eundem fructum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Amen.

Fructus ventris Beatæ Mariæ quorum ſit, & quibus debeatur. Lect. XVII.

BENEDICTVS *fructus ventris tui.* Poſtquam tenuiter vidimus de fructu ventris Mariæ, qualis & quantus ſit & credatur: videamus modo quorum ſit, & quibus debeatur. Fructus namque iſte, non ſolum *Amb. lib. 2. commen. in Luc. cap. 1. Rom. edit. to. 3.* eſt fructus ventris, ſed etiam mentis. Fructus eſt ventris ſolius Mariæ, fructus autem mentis cuiuſlibet fidelis animæ. Fructus ventris per carnem, fructus mentis per fidem. Vnde ſanctus Ambroſius, ait: Si ſecun-

dum

dum carnē vna mater eſt Chriſti, ſecundū tamen men-A tem omnium fructus eſt Chriſtus. Omnis enim anima concipit Dei verbū, ſi tamen immaculata & immunis vitijs. igitur ſecū dum Ambroſium, quæcumque mens hunc fructum ſibi voluerit adeſſe, debet a vitijs immunis eſſe. Chriſtus enim fructus eſt mentis non vitioſæ, ſed virtuoſæ: non vitioſæ per ſeptem vitia capitalia, ſed virtuoſæ contra ſeptem vitia capitalia. Fructus ergo iſte eſt fructus humilium cōtra ſuperbiam, fructus amantium contra inuidiam, fructus mitium contra iram, fructus laborantium contra acediam, fructus liberalium contra auaritiam, fructus abſtinentium contra gulam, fructus continentium contra luxuriam.

Fructus ventris Mariæ eſt humiliū contra ſuperbiam.

B Primo, chariſſimi, videamus, quo modo fructus iſte benedictus ſit humiliū cōtra ſuperbiam. De hoc enim accipere poſſumus, quod dicitur in libro Regū: Quodcumque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum. *4. Reg. 19. f* De domo Iuda fuit beata Maria; de domo Iuda eſt quælibet fidelis anima. Illa corporaliter, iſta ſpiritualiter. Illa per carnem, iſta per fidem. Et ideo non ſolum Maria, ſed etiam quilibet fidelis volens facere fructum ſurſum, debet radicem mittere deorſum. Radix autem deorſum mittenda, humilitas eſt: quæ ad modum radicis ſemper ad ima tendens eſt. Huius benedictæ ra-C dicis arbor, quanto fuerit procerior, tanto radix ipſa debet eſſe profundior, iuxta illud Eccleſiaſtici: *Eccli. 3. e* Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Alioquin arbor quanto maior eſſet, tanto citius vento inflationis ſubuerteretur, ſi non magna & profunda humilitatis radice firmaretur. Penſemus ergo quantum illius virgæ radix profunda fuerit, quæ ſic in ſublime excreuit, quod fructum Angelis altiorem ferre meruit. fructum vtique de quo beatus Ambroſius ait: *Amb. vbi ſup. prox.* Ipſe fructus eſt flos radicis. De qua Iſaias: *Iſa. 11. a* Exiet, inquit, virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Quæcumque anima hanc humili-D tatis radicem deorſum miſerit, ipſa hunc ſurſum habebit. Surſum, inquam, in alto intellectu, ſurſum in alto affectu, ſurſum in contemplatione, ſurſum in dilectione. Sic ergo fructus iſte benedictus humilium eſt. Ideo Maria ſuper omnes homines fuit hoc digniſſima, quia ſuper omnes homines humilitate fuit radicatiſſima. Propter quod bene beatus Bernardus exclamans, dicit: *Ber. ſer. 2. de Aduen. Domini poſt med.* O virgo virga ſublimis, ad quantam celſitudinem verticem ſanctam erigis; vſque ad thronum maieſtatis, quoniam in altum mittis radicem humilitatis.

Secundo videamus, chariſſimi, quo modo fructus iſte benedictus ſit amantium Deum & proximum, E contra inuidiam. De hoc accipere poſſumus illud Pſalmi: *Pſal. 126. b* Ecce hereditas Domini filij merces, fructus ventris. Hoc exponens beatus Ambroſius ait: *Amb. ſim. in Luc. lib. 2. cap. 1. edit. Rom. to. 3.* Hereditas Domini, filij ſunt, quæ merces ſunt fructus illius, qui de Mariæ ventre proceſſit. Multi ergo filij ſunt merces vnici filij, qui eſt fructus ventris benedicti. Sed vbi, vel quando meruit hanc mercedem? Meruit certe naſcendo, meruit in præſepio iacendo, meruit circumciſionem ſuſtinendo, meruit docendo, meruit opera ſalutis noſtræ exercendo, meruit moriendo. Meruit, inquam, nobis, triginta tribus annis nobis ſeruiendo. Et propter hoc iuſtiſſime hanc mercedem F exigit, dicens: *Zach. 11. c* Si bonum eſt in oculis veſtris, afferte mercedem meam. Sed certe non ſolum filij ſunt merces fructus ventris, ſed ipſe fructus ventris ſanctiſſimi, eſt merces filij cuiuſlibet adoptiui. Qui autem ſunt iſti filij? audi. Filiorum eſt diligere patrem, & patris filios. Filij ergo Dei & filij Eccleſiæ ſunt, quicumque Deum & proximum diligunt. Vnde Apoſtolus ad Epheſeos: *Epheſ. 5. a* Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, &cet. Et in Matthæo dicitur: *Matt. 5. g* Diligite inimicos veſtros, bene facite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cælis eſt, &cet. Tales ergo filij, videlicet amatores Dei & proximi, A ſunt merces huius fructus benedicti, taliumq. filiorum merces eſt ipſe fructus benedictus. Sic igitur fructus iſte diligentium eſt, & ideo Maria ſuper omnes homines fuit hoc fructu digniſſima. quia ſuper omnes homines fuit charitate affectuoſiſſima. Propter quod bene ait beatus Auguſtinus ſic: Quis dubitare poterit omnino in affectionem charitatis tranſiſſe viſcera Mariæ, in quibus ipſa, quæ Deus eſt, charitas, nouem menſibus corporaliter requieuit?

Tertio, chariſſimi, videamus, quo modo fructus Mariæ benedictus ſit patientium, & mitium contra iram. De hoc accipiamus quod dicitur in libro Iob: *Iob 22. e* Acquie-B ſce ergo illi & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Acquieſcere & pacem habere, eſt mitium & patientium. Qui autem tales ſunt, ipſi per hæc fructus optimos habebunt. Duo autem optimi ſunt fructus, vnus virtutis, alter ventris. Optimus fructus mentis eſt charitas, de qua Apoſtolus ait: *Galat. 5. d* Fructus autem ſpiritus, &cet. Fructus qui ibi enumerantur, alij quidem ſunt boni, alij vero meliores: ſed primus qui eſt charitas optimus eſt, per quē alij omnes ſicut oſtendit Auguſtinus boni ſunt. Optimus autem fructus ventris, eſt Chriſtus. Ille namque bonus fructus ventris eſt, quicumque in ventre ſanctificatus eſt. Ideoque bo-C nus eſt fructus ventris Elizabeth, melior autem fructus ventris Annæ, optimus autem fructus ventris Mariæ. Bonus autem fructus ventris Elizabeth Ioannes, melior fructus Annæ Maria, optimus fructus Mariæ IESVS. Penſa frater, quis ſit iſte fructus, & de qua terra ſit productus, & videbis quòd eſt optimus. Audi Hieronymum, qui ait: *Hieron. in Pſ. 66. to. 7.* Fructus eſt virgo de Virgine, Dominus de ancilla, Deus ex homine, Filius ex matre, fructus ex terra. O felices, qui in omnium caſtigationum diſciplina, animum tam patientem habent, & tam paratum, quod ex hoc iuſtiſſime conſequuntur fructum patientium, fructum pacatiſſimum, de quo D ad Hebræos Paulus loquitur: *Heb. 12. c* Omnis, inquit, diſciplina in præſenti quidem non videtur eſſe gaudij, ſed mæroris, poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Exercitatam ergo patientiam habentes, fructum optimum referunt iuxta illud Lucæ: *Luc. 8. b* Fructum afferunt in patientia. Sicut ergo fructus iſte benedictus eſt patientiū & mitium, & ideo Maria ſuper omnes homines fuit hoc fructu digniſſima, quia ſuper omnes homines fuit mitiſſima, ita vt nec oculo, nec verbo, nec facto tenuiſſimum impatientiæ ſignum oſtenderit, & patientiſſima teſte Ambroſio, qui ait: *Amb. lib. 2. de Virg. ante med. to. 4. edit. Rō.* Nihil toruum in oculis Mariæ, nihil in verbis procax, E nihil in actu inuerecundum.

Quarto, chariſſimi, videamus, quo modo fructus Mariæ ſit exercentium ſe & laborantium, contra acediam. De hoc dicitur in Sapientia: *Sap. 3. d* Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Quærendus ergo eſt fructus iſte cum exercitio laboris, ſecundum quod apis quærit fructum mellis. Fructum, inquam, de quo Eccleſiaſticus dicit: *Eccli. 11. a* Breuis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Cōſidera, chariſſime, quo modo apis de horto ad hortum, de arbore ad arborem, de flore ad florem diſcurrit pro fructu mellis: ſic & tu meditationibus & deſiderijs & zelo imitandæ vir-F tutis, diſcurre circa exempla iuſtorum, & maxime perfectorum. Diſcurre, inquam, de horto ad hortum, ideſt de ſtatu ad ſtatum. Diſcurre de arbore ad arborem, ideſt de iuſto ad iuſtum. De flore ad florem, ideſt de virtute ad virtutem, de exemplo ad exemplum. Diſcurre maxime ſuper illum florem, in quo inuenies totum diuini mellis fructum, ſuper illum vtique florem, qui eſt & flos & fructus. De quo beatus Ambroſius ait: *Amb. ſim. ſ Luc. lib. 2. cap. 1. to. 3.* Flos Mariæ Chriſtus eſt, qui veluti bonæ arboris fructus, pro noſtræ proceſſu virtutis nunc fructificat in nobis. Laboremus fratres bene pro hoc fructu, quia bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Nota ergo: non quorumcumque laborum, ſed tantum bonorum laborum eſt fructus iſte. non enim

eſt illorum laborum, de quibus dicitur in Sapientia: Sapientiam qui abijcit & diſciplinam infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu. Sic ergo fructus iſte benedictus exercentium ſe in bono, contra acediam. Et ideo Maria ſuper omnes homines fuit hoc fructu digniſſima, quia ſuper omnes homines in bono fuit exercitatiſſima, ſicut bene oſtendit Beda, qui ſuper hoc verbo, Magnificat anima mea Dominum, inducit ipſam ſic loquentem: Totum animi affectum in agendis gratiarum laudibus offero, totum quod viuo, quod ſentio, quod diſcerno in eius magnitudine contemplanda, totum in eius præceptis obſeruandis impendo.

Sap. 3. e

Beda lib. 1. in Luc. c. 1. to. 5.

Fructus ventris Mariæ eſt liberalium côtra auaritiam.

Can. 8. d

Quinto videamus chariſſimi, quo modo fructus Mariæ ſit liberalium contra auaritiam, & maxime illorum liberalium, qui pro hoc fructu renunciant omnibus temporalibus, iuxta illud Canticorum: Vir afferr pro fructu eius mille argenteos, relinquendo ſcilicet omnia, dicit interlinearis. Et iterum Gloſſa dicit: Per mille perfectio, per argentum omne mundanum accipitur. Qui ergo perfecte omne mundanum pro Chriſto relinquit, ipſe quaſi mille argenteos pro hoc fructu tradit. Sed ecce qui date noluerit mille omnia relinquendo, det ſaltem aliqua pro hoc fructu pauperibus ſubueniendo, vt ſit ſicut oliua fructifera, fructum miſericordiæ ferendo. Quia vero ſummus miſericordiæ fructus eſt ſumma miſericordia, quæ eſt Deus; ideo Maria, quæ habet miſericordiæ fructum copioſiſſime tulit. Ipſa ſicut oliua fructifera, ipſa quaſi oliua ſpecioſa in campis, conuenientiſſime fuit. Propter quod bene Ioânes Damaſcenus dicit: Maria in domo Domini plâtata, & impinguata Spiritu ſancto, vt oliua fructifera omnis virtutis habitaculum facta eſt. Heu quàm longe ab iſto fructu miſericordium, & terrena non concupiſcentium, ſunt animæ auarorum. De quibus dicitur: Ab ſolicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitę euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. Dicitur quoque in Eccleſiaſte: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Sic ergo fructus iſte benedictus liberalium, & temporalia contemnentium eſt. & ideo Maria ſuper omnes homines fuit hoc fructu digniſſima, quia ſuper omnes homines in côtemptu temporaliû fuit liberaliſſima teſtante beato Bernardo, qui ait: Quidquid Maria honoris in populo, quidquid rerum terrenarum de paterna domo habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt quaſi ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret.

Damaſc. fid. orthod. lib. 4. c. 15.

Luc. 8. b

Eccleſ. 5. b

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt an med.

Sexto videamus, chariſſimi, quo modo fructus Mariæ ſit abſtinentium contra gulam. Et de hoc notemus quod dicitur a Salomone: De fructu oris ſui ſatiabitur bonis. Fructus Mariæ fructus oris dici poteſt, non ſolum, quia oris oratione & doctrina, ſed etiam, quia oris abſtinentia acquiritur. De iſto fructu ſatiabitur ſpiritualibus, qui pro iſto fructu abſtinens eſt a bonis temporalibus. Satiabitur bonis de iſto fructu, quicumque eſurit & ſitit corporaliter, magis autem ſpiritualiter pro iſto fructu. Vnde beatus Bernardus ait: Bonus fructus eſt, qui animarum eſurientium & ſitientium iuſtitiam, eſca & potus eſt. Bene qui pro hoc fructu eſuriunt in mundo, quia de ipſo ſatiabuntur in cælo, iuxta illud Saluatoris: Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini. Hic ergo pro hoc fructu abſtinentes, ibi erunt de iſto fructu comedentes. Vnde Iſaias dicit: Dicite iuſto, quoniam bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Si ergo fructus iſte benedictus eſt abſtinentium contra gulam, & ideo Maria ſuper omnes homines fuit contra gulam temperatiſſima. Propter quod bene Ioannes Chryſoſtomus ait: Comeſſatrix aut vinolenta numquam Maria fuit, non leuis, non iocoſa, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, talia certe intemperantiam ſequi ſolent.

Prou. 13. a

Ber. vbi ſu pra proxi.

Luc. 6. c

Iſa. 3. b

Chryſoſt. hō. 1. oper. imp. in Matthæū 1o. 2.

Septimo, chariſſimi videamus, quo modo fructus ventris Mariæ ſit continentium contra luxuriam. De A hoc enim dicit Sapiens: Felix ſterilis & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. In reſpectione, inquam, per gratiam, magis autem in reſpectione per gloriam. Et certe fructus ventris altiſſimi, fructus ventris virginalis merito eſt fructus continentium ſpecialis. Cum enim per fructum Virginis benedictum, benedicantur omnes fideles generaliter, merito continentes benedicentur per ipſum ſpecialiter, per quem etiam continentium Regina benedicta eſt præ omnibus, vt dicit beatus Bernardus declarans: Vere benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ ſunt om- B nes gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepiſti cum ceteris, & etiam differentius a ceteris. Væ luxurioſis, qui nullam partem habent in fructu virgineo: væ miſeris, qui nullum habent ramum, qui poſſit ferre fructum virgineum. Vnde de adultera dicitur in Eccleſiaſtico: Rami eius non dabunt fructum. Igitur fructus iſte benedictus eſt continentium contra luxuriam, & ideo Maria ſuper omnes fuit hoc fructu digniſſima, quia ſuper omnes homines fuit caſtiſſima, ſicut bene teſtatur Chryſoſtomus, dicens: O ineffabilis laus Mariæ, magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quàm vtero eius, & plus gratiæ quàm naturæ, poſſi- C bilius credebat mulierem ſine viro concipere, quàm Mariam poſſe peccare. O igitur Maria feliciſſima, quæ vere tamquam virtuoſiſſima fructu diuino fuiſti digniſſima, adiuua nos, vt virtutibus ad hunc fructum pertingere valeamus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Amen.

Sap. 3. c

Bern. ho. 3. ſup. Miſſ. eſt ante med.

Eccli. 23. d

Chryſoſt. ibid. vbi ſupra proxi.

Fructus ventris Beatæ Mariæ, ad quos effectus ſit neceſſarius, & de duodecim vtilitatibus eius.

Lectio XVIII.

BENEDICTVS *fructus ventris tui*. Vidimus de benedicto fructu ventris Marię quis & qualis fuit, vidimus quoque quorum, & qualium ſit: videamus D nunc ad quos & ad quales effectus neceſſarius ſit. Nam fructus iſte contra malum, fructus ad bonum neceſſarius eſt. Neceſſarius eſt quidem propter ſex effectus contra malum, neceſſarius eſt etiam propter ſex effectus ad bonum. Huius itaque benedicti fructus ſunt duodecim effectus valde vtiles, ſiue vtilitates valde notabiles, pro quibus merito eiuſdem fructus laudant omnes homines, iuxta quod ſcriptum eſt in Pſalmo: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum. Primus ergo fructus effectus, eſt expiatio culpæ mortalis, ſecundus pacificatio inimicitiæ capitalis, tertius ſanatio pla- E gæ originalis, quartus releuatio inediæ mentalis, quintus euitatio iræ iudicialis, ſextus elongatio pœnæ gehennalis, ſeptimus renunciatio ſubſtantiæ temporalis, octauus locupletatio animæ rationalis, nonus conſummatio vitæ ſpiritualis, decimus multiplicatio Eccleſiæ vniuerſalis, vndecimus reintegratio ruinæ empyrealis, duodecimus perpetuatio gloriæ æternalis.

Fructus virginis, nempe filius eius 12. vtilitates habet.

Pſal. 66. b

Primo ergo, chariſſimi, fructus Mariæ benedictus, neceſſarius eſt ad expiationem culpæ mortalis. De hoc exponi poteſt, quod dicitur in Iſaia: Iſte omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Omnis fructus in- F telligi poteſt ille de quo beatus Bernardus loquens, ait: In cruce pendet omnis fructus vitæ, quia ipſa arbor vitæ in medio paradiſi. Omnis ergo fructus eſt totus fructus, totus ille. Hic fructus ad hoc datus eſt ad hoc natus eſt, ad hoc paſſus eſt, vt auferatur peccatû hominis. Ipſe enim, ſicut Angelus inquit apud Matthæû, ſaluum fecit populum ſuum a peccatis eorû. Ipſe quoque eſt, de quo Ioannes dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iſte ergo agnus, iſte certe fructus tollit peccata mundi, tam mortalia quàm venialia: vt qui per hunc fructum purgatus a mortalibus eiuſdem fructum portat, purgetur, & a venialibus, vt fru-

Fructus ventris Mariæ neceſſarius ad expiationem culpæ mortalis.

Iſa. 27. c

Matt. 1. d

Ioan. 1. d

ctum

Ioan. 15. a ctum abundantius ferat, iuxta illud: Omnem, qui facit fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.

Secundo, chariſſimi, fructus Mariæ benedictus, neceſſarius eſt ad pacificationem inimicitiæ capitalis, quę fuit inter Deum, & hominem, inter Angelos, & homines Vnde Iſaias ait: *Iſa. 57. d* Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt, & qui prope eſt. Fructus ventris Mariæ bene poteſt dici fructus labiorum Mariæ: quia dum de labijs ſuis ſtillauerunt melliſtua verba illius; *Luc. 1. d* Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, ſtatim concepit melliſluum fructũ ſuum. *Cant. 4. a* O vere melliflua labia, ſicut dicitur in Canticis: Fauus diſtillans labia tua ſponſa. Horum ergo labiorum fructum Ieſum Chriſtum, Deus Pater creauit ſiue fecit pacem, pacem, inquam, ei qui longe eſt per culpam, vt fiat prope per gratiam, pacemq. ei qui prope eſt per gratiam, ne fiat longe per culpam. Ipſe enim, ſicut *Epheſ. 2. c* Apoſtolus ait, eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Fructus iſte etiam factus eſt pax inter homines, quæ longe eſt in mundo, & inter Angelum qui prope eſt in cælo. vtroſq. enim pacificauit in patibulo, iuxta illud Apoſtoli: *Coloſſ. 1. c* Pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Itaque fructus iſte pax hominis ad hominem, pax hominis ad Angelum, & pax hominis ad Deum factus eſt. Quid mirum ſi per hunc fructum pacem habeat homo cum Deo, cum ipſe fructus pacificans ſit Deus & homo? Teſtatur Beda, qui ait: Terra noſtra dabit fructum ſuum, quia Virgo Maria quæ de terra corpus habuerat, Filium genuit, diuinitate quidem Deo Patri coæqualem, ſed ſibi carnis veritate conſubſtantialem.

Beda hom. Aeſt. in feſto. Deip. V. M. quando ſalutauit Elizabeth. to. 7.

Fructus ventris Mariæ neceſſarius ad curationem plagæ originalis.

Tertio, chariſſimi, fructus Mariæ benedictus, neceſſarius eſt ad curationem plagæ originalis: graui enim plaga, immo grauibus plagis homo incidens in latrones, vulneratus eſt, dum per originale peccatum tam cæcus ad verum, tam infirmus ad bonum, tam pronus ad malum factus eſt. Sed hæ plagæ per hunc fructum ſanantur. In hac quidem vita in parte ſanantur per gratiam, In futura vero tota in toto ſanabuntur per gloriam. *Apoc. 22. a* Vnde bene legitur in Apocalypſi, quod Angelus oſtendit Ioanni lignum vitæ, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium. Lignum vitæ eſt mater vitæ Maria: vel lignum vitæ, eſt lignum crucis; vel etiam lignum eſt ipſe auctor vitæ Ieſus Chriſtus, qui eſt fructus vitæ: huius folia ſanatiua ſunt verba, & documenta ædificatiua. Si autem ſanatiua ſunt folia eius, quanto magis ſanatiuus eſt ipſe fructus? Vt ergo per hunc fructum ſanemur, accedamus ad arborem eius, accedamus, inquam, ad Mariam orantes cum Anſelmo, qui orans, ait: Exaudi me Domina, ſana animam ſerui tui peccatoris per virtutem benedicti fructus ventris, qui ſedet in dextera omnipotentis Patris ſui.

Quarto, chariſſimi, fructus Mariæ benedictus neceſſarius eſt ad releuationem inediæ ſiue famis mentalis, ne propter defectum nutrimenti deficiant animalia Dei. *Ioelis 2. e* Propter quod benedicitur a propheta Ioele: Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, & lignum attulit fructum ſuum. Deſertum quod ſine cultura germinat & profert paſtum animalium, ſignare poteſt Mariam, quæ ſine cultura maritali protulit Filium, qui eſt paſtus omnium fidelium. *Ezec. 36. g* Ideo bene de ipſa dici poteſt illud Ezechielis: Terra illa inculta, facta eſt vt hortus voluptatis. Specioſa huius felicis deſerti ſunt ſpecioſa germina cæleſtium deſideriorum, ſpecioſæ herbæ operum bonorũ, ſpecioſi flores virtutum, & donorum, ſpecioſa folia vtilium verborum, & certe ſpecioſus fructus ventris ſui, qui eſt paſtus omnium iuſtorum. Maria eſt deſertum hoc ſpecioſum, Maria quoque eſt lignum hoc fructuoſum, *Ioel. 2. e* de quo dicitur: Et lignum attulit fructum ſuum. O vere mirabilem fructum, per quem tam fames quam ſitis releuatur animarum, ſicut teſtatur beatus Bernardus dicens: Bonus fructus, qui animarũ eſuA rientium, & ſitientium eſca & potus eſt. Nolite ergo timere animalia Dei, nolite timere fideles Chriſti, quod inedia deficiatis, cum plenã paſcua in deſerto plenum fructum in ligno, plenum etiam pabulum in præſepio habeatis. Ait enim beatus Bernardus: Natus reclinatur in præſepio, vt fideles omnes velut facta animalia carnis ſuæ alimento reficeret. Et beatus Auguſtinus ait: O præſepe ſplendidum, in quo non iacuit fenũ animalium, ſed Angelorum inuentum eſt pabulum.

Ber. hom. 3. ſup. Miſſ. eſt ante med.

Auguſt. de temp. ſer. 9. poſt med. to. 10.

Quinto, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus ad euitationem iræ iudicialis, quam vtique certam habet omnis iniuſtus, ſicut fructum, quo iram B iudicij euadere certum vtique habet omnis iuſtus. Vnde in Pſalmo dicitur: *Pſal. 57. b* Si vtique eſt fructus iuſto, vtique eſt Deus iudicans eos in terra, eos, ideſt iniuſtos, ſicut exponit Gloſſa. Iniuſtos namque iudicabit Deus in terra, dum in iudicio iuſti in aere erunt: iniuſti vero in terra remanebunt, quia terrenis contra Deum adhæſerunt, ita vt dicere poſſent: *Pſal. 43. d* Adhæſit in terra venter noſter. Dominus ergo ibi ſicut vtique eſt fructus ſuauis iuſto, ſic vtique erit iudex grauis iniuſto. Væ ergo eis, qui fructum tam ſuauiſſimum conuertunt ſibi in iudicium amariſſimum, ſicut dicitur in Amos: *Amos. 6. d* Conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtiG tiæ in abſynthium. Fructus iuſtitiæ fructus iuſti. Iuſtus eſt fructus Mariæ de quo certe Pſalmiſta ait, *Pſal. 66. a* iuſtũ fructum dedit terra virgo, quia veritas de terra orta eſt.

Sexto, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad elongationem ſiue declinationem pœnæ gehennalis, ſiue mortis æternalis, de quo exponere poſſumus, quod dicitur in libro Regum: *4. Reg. 18. g* Transferam vos in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis, & olei ac mellis, & viueris & non moriemini. In terram Mariæ vel in terram Eccleſiæ transferentur, qui toto corde ad ipſam conuertuntur. Hæc autem terra valde eſt fructifera, ferens fructum panis, vini, olei, D & mellis, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ipſe namque nobis eſt fructus panis confortantis, contra defectum: ipſe nobis eſt fructus vini, ad perfectum: ipſe quoque nobis eſt fructus olei illuminantis intellectum: ipſe inſuper nobis eſt fructus mellis, dulcorantis affectum. Per huiuſmodi certe fructum, viuetis chariſſimi, non moriemini morte æterna. Benedicta ſit terra huius fructus, benedictus ſuper omnia ſit ipſe fructus, per quem exempti ſumus a tantis malis, ſicut etiam bene declarauit Anſelmus, cum dixit: Quid digne referam genitrici Dei & Domini mei, & per cuius fecunditatem captiuus ſum redemptus, per cuius parE tum, de morte æterna ſum exemptus, per cuius prolem perditus ſum reſtitutus, & de exilio miſeriæ ad patriam ſum reductus? *Benedicta in mulieribus*, hæc omnia mihi dedit benedictus fructus ventris tui in regeneratione baptiſmatis ſui. Vę ergo omnibus ab iſto fructu alienis. Scriptũ namque eſt: *Matt. 3. c* Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Septimo, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad renunciationem ſiue contemptum ſubſtantiæ temporalis. Vnde in Canticis dicitur: *Cant. 8. d* Vir affert pro fructu eius mille argenteos, Relinquẽdo temporalia, dicit Interlinearis. Nam ſicut alia gloſſa diF cit, per mille perfectio, per argentum vero omne mundanum accipitur. Vnde quaſi mille argenteos pro hoc fructu dat, quicumque perfecte omnibus temporalibus pro Chriſto renunciat: & vere merito pro hoc fructu omnia temporalia feruenter vilipendit, quicumque quam pretioſiſſimus ſit ille fructus diligenter attendit dicens illud Prouerbiorum: *Prou. 8. b* Melior eſt fructus meus auro & lapide pretioſo, & gemma mea auro electa. Vir certe eſt, quicumque tam virilis eſt; vir autem ille viriliter pro hoc fructu contemnere debet non ſolum res, & diuitias, ſed etiam honores & potentias, dicens illud Iudicum: *Iudic. 9. b* Non poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſq. dulciſſimos, & ire vt inter cetera ligna promouear. Suauiſ-

ſimi ſunt fructus Chriſti, & charitas. Ligna ſiluarum, ſicut dicit Gloſſa, ſunt homines infructuoſi, æterno incendio præparati. Igitur propter fructus illos ſuauiſſimos viriliter contemnat honores, ſuper ligna ſiluarum periculoſiſſimos: viriliter contemnat omnia, propter fructum benedictum, qui eſt ſuper omnia benedictus Deus in ſæcula.

Octauo, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad locupletationem ſiue repletionem animæ rationalis. Vnde dicitur in Prouerbijs: De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis. Dominum Ieſum non ſolum fructum ventris, ſed etiam fructum oris non incongrue fateamur: quia ipſius oris prædicatione oris confeſſione & oris oratione meremur. Ipſum quoque ore exteriori ſumimus ſacramentaliter, ore quoque interiori ſpiritualiter. Propter quod Hieronymus ait: Flos Mariæ factus eſt fructus, vt nos illum comederemus. De iſto fructu oris vnuſquiſq. replebitur fidelis bonis ſpiritualium diuitiarum, bonis, inquam, virtutum & gratiarum. De talium bonorum repletione Apoſtolus dicit: Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis, in ſpe & virtute Spiritusſancti. O vere beata huius fructus plenitudo, qua repletus eſt non ſolum ager Virginis hunc fructum producentis, ſed etiam ſaccus vniuſcuiusq. fidelis hunc fructum continentis, ſicut patet per beatum Hieronymum, qui ait: Bene ager plenus dicitur, quia plena virgo Maria pronunciatur, de cuius vtero credentibus fructus vitæ proceſſit, & nos omnes de plenitudine eius, accipimus gratiam pro gratia.

Prou. 12. c — *Hieron. in Pſal. 66. tom. 7.* — *Rom. 15. c* — *Hiero. ſer. de Aſſump. B. Virg. q. eſt ep. 10. ſe. 9. poſt med.*

Nonò, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad perfectionem vitæ ſpiritualis. Vnde de viro perfecto bene in Pſalmo dicitur: Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, *&c. vſque*, proſperabuntur. Quid intelligere debemus per decurſus aquàrum, niſi irrigationes gratiarum, per quas homo dat ſiue profert fructum ſuum Dominum Ieſum Chriſtum? Tres autem hic conditiones perfectæ vitæ inſinuantur, quæ hominem hoc fructu fructiferum comitantur. Perfectorum namque eſt tempus ſuum non negligere, propter quod bene dicitur: Fructus ſuos dabit in tempore ſuo. Perfectorum quoque eſt in verbis inutilibus non defluere, propter quod bene additur: Et folium eius non defluet. Perfectorum inſuper eſt quæ ſpiritui proſpera ſunt non omittere, propter quòd bene ſubiungitur: Omnia quæcumque faciet, proſperabuntur. Vel certe ei qui hunc fructum per charitatem tulerit omnia proſperabuntur, quando ſibi omnia in bonum cooperantur, ſicut ſcriptum eſt: Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Beatus vir qui iam perfecte tulerit fructum iſtum, vt tempus ſuum non tranſeat infructuoſum, vt verbum ſibi non defluat otioſum, vt opus ſibi non pereat virtuoſum, ſicq. ſit tamquam lignum fructiferum ſpiritualiter, quemadmodum etiam Maria fuit corporaliter, de qua beatus Bernardus, ait: O vere lignum vitæ, quod ſolum dignum fuit, portare ſalutis fructum.

Pſal. 1. a — *Ibidem.* — *Rom. 8. e*

Fructus Mariæ neceſſarius ad Eccleſiæ multiplicationem.

Decimo, chariſſimi, neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad multiplicationem Eccleſiæ vniuerſalis. Vnde dicitur: De fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Dominus Ieſus ſicut bene dicitur fructus ventris, quia ventre concipitur, & ſicut bene fructus oris dicitur, quia ore ſumitur; ita bene fructus manuum dicitur, quia manibus bonorum operum acquiritur, manibus quoque ſacerdotalibus miniſtratur. Vnde fructus iſte pleniſſime eſt fructus Mariæ, fructus certe ventris eius eſt, quia de ventre eius ſingulariſſime natus eſt. Fructus etiam oris eius eſt, quia ore eius dulciſſime communicatus eſt: fructus quoque manuum eius eſt, quia manibus eius deuotiſſime attrectatus eſt. De iſto itaque manuum fructu, Maria, vel primitiua Eccleſia, ſicut exponit gloſſa, plantauit vineam, id eſt, Eccleſiam vniuerſalem per orbem diffuſam. O quo modo palmites huius vineæ, videlicet fideles Eccleſiæ, per hunc fructum multiplicati ſunt, dum rectores Eccleſiæ in cordibus fidelium eumdem fructum ſpiritualiter naſci fecerunt. Hinc bene in Pſalmo dicitur: Fecerunt fructum natiuitatis, & benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis. Et quia Eccleſia de omnibus generationibus eſt per hunc fructum multiplicata, ideo virgo hunc fructum producens, merito ab omnibus generationibus prædicatur beata. Propter quòd bene ipſa ait: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. De quibus verbis loquens Bernardus, inducit Mariam loquentem ſic: Ecce iam video, quod futurum eſt in me, quis fructus procedat de me, quot & quanta bona non mihi ſoli, ſed omnibus generationibus prouenient per me.

Prou. 31. c — *Pſal. 106. d*

Fructus Mariæ neceſſarius ad reſtaurationem ruinæ empyrealis.

Vndecimo, chariſſimi neceſſarius eſt fructus Mariæ benedictus, ad reſtaurationem ruinæ empyrealis, ruinæ, inquam, factæ in cælo empyreo. De hoc notare poſſumus, quod Dominus de medulla cedri plantare volens, dixit per Ezechielem: In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet vt germen, & faciet fructum. Mons ſublimis, eſt ſublimis illa manſio, ſublimis illa ſocietas Angelorum, quæ bene mons Iſrael dicitur, quia Iſrael viſio Dei interpretatur. Et ecce Angeli ſemper ſunt in viſione Dei, teſtante eo, qui ait in Euangelio Matthæi: Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cælis eſt. In iſto ſublimi monte, in iſta ſublimi Angelorum ſocietate Deus plantauit illud, quod de maſſa perditionis elegit, plantauit, inquam, medullam cedri, medullam generis humani, id eſt omnes electos Dei, quorum quidam in re, quidam in ſpe plantati iam ſunt in Angelico monte. O vere ſuper omnia diligendus fructus, propter quem tam ſublimiter plantatur omnis electus. Libenter hûc fructum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum portare poſſumus, propter quem inter Angelos iam in ſpe plantati ſumus. huic etiam fructui ſemper gratias agimus, cuius gratia Angelorum vniuerſitatem reintegramus. Vnde huius fructus mater Maria bene poteſt gloriari, & dicere verba illa, quæ beatus Bernardus, quaſi ex ore Mariæ loquens, ait: Angelicarum generationum numerus per meum generatum reintegrabitur, & hominum generatio per Adam maledicta, per benedictum fructum ventris mei ad æternam beatitudinem regenerabitur.

Ezec. 17. g — *Matth. 18. b*

Fructus Mariæ neceſſarius ad perpetuitatem gloriæ.

Duodecimo, chariſſimi, neceſſarius eſt Mariæ fructus benedictus, ad perpetuationem gloriæ æternalis, quæ æterna non eſſet, niſi per hunc fructum conſeruaretur. Vnde dicitur in Prouerbijs: Fructus iuſti lignum vitæ. Optime fructus iſte dictus eſt lignum vitæ, quia ſicut lignum fuit ad conſeruandam vitam naturalem in paradiſo terreſtri, ſic Chriſtus eſt ad conſeruandam vitam æternalem in paradiſo cæleſti. Hæc ergo tanta bona, quæ per benedictum Mariæ fructum conſequimur, benedictus ille Anſelmus bene aduertit, cum dixit: Hæc tanta bona per benedictum fructum benedicti ventris benedictæ Mariæ peruenerũt.

Prou. 11. c

Epilogus.

Sic ergo chariſſimi audiſtis, quo modo benedictus fructus Mariæ neceſſarius omnino eſt. Primo ad expiandam culpam mortalem. Secundo ad pacificãdam inimicitiam capitalem. Tertio ad ſanandam plagam originalem. Quarto ad reuelandam inediam mentalem. Quinto ad vitandam iram iudicialem. Sexto ad declinandam pœnam gehennalem. Septimo ad contemnendam ſubſtantiam temporalem. Octauo ad locupletandam animam rationalem. Nono ad conſummandam vitam ſpiritualem. Decimo ad multiplicandam Eccleſiam vniuerſalem. Vndecimo ad reparandam ruinam empyrealem. Duodecimo ad conſeruandam gloriam æternalem. Et ecce hi duodecim effectus, ſiue vtilitates huius fructus, ſignari poſſunt, per duodecim fructus ligni vitæ, quos omnes habemus in fructu ventris Mariæ. De quibus duodecim

fructi-

Apoc.22.a fructibus legitur in Apocalypſi, quod Angelus oſtendit Ioanni lignum vitæ, aſſerens fructus duodecim. Adiuua ergo nos o benedicta in mulieribus, vt per benedictum fructum ventris tui, benedictionem horum duodecim fructuum conſequamur. Adiuua o Virgo fructifera, vt per fructum tuum his fructibus, ita fru- A ctuoſi efficiamur, quòd per hos fructus fructu tuo frui perpetuo mereamur. Adiuua o dulciſſima, vt nobis concedat dulcedine ſua frui, ille liberaliſſimus communicator ſui benedictus fructus ventris tui. Qui cum Patre, & Spirituſancto viuit, & regnat Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

SANCTI BONAVENTVRÆ EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS DE COMPASSIONE B. MARIÆ VIRGINIS

Officium.

Officium de Compaſſione Beatæ Mariæ Virginis, a Matutino ad Completorium vſque deuote concinnauit Auctor, ſicut illud de Paſſione Domini, quod habetur ſupra pagina 436. huius tomi. Exprimit in eo Matris mæſtiſſima pientiſſimos affectus ob dilectiſſimi Filij paſſionem & mortem. Cui quidem ſanctiſſimæ Matri compati, eamdemq. precari nos docet, vt impetret nobis a Filio ſuo Domino noſtro veram cordis compunctionem, qua peccati grauitatem ſentientes, eluamus pœnitentia lacrymis noſtra delicta, ob quæ idem Dominus mortem Crucis pertulit. Dum vero S. Bonauentura B. Virginis Matris de morte Filij conceptum dolorem per varios mæſtitiæ affectus exaggerat; in ipſius Sancti Doctoris verbis potius eſt attendendus feruor piæ deuotionis, quam rigor propriæ locutionis. Quamuis enim Virgineus dolor plene enarrari, aut concipi non poſſit; niſi tantum fuiſſe credamus, quantum vnquam dolere potuit de tali Filio talis Mater: Verumtamen, *ait Bernardus de lamentatione Virginis,* rectum erat amoris & mæroris continens modum. Non deſperabat, ſed pie & iuſte dolebat, ſperans tamen firmiterq. tenens ipſum ſecundum promiſſum ſuum tertia die reſurgere. *Hæc Bernardus. Cuius documentum apponere hic viſum eſt in vtilitatem concionatorum, qui in enarrandis doloris affectibus ipſius Sanctiſſimæ Virginis eam moderationem adhibere debent, ne dum acerbitatem doloris Virginei ponderant, & amplificant, eius dignitati & excellentiæ quidquam derogent.*

AD MATVTINVM.

DOMINE labia mea aperies. ℟. Et os meum, *&c.*

℣. Deus in adiutorium meum in. *&c.*

℟. Domine ad adiuuandum me, *&c.*

Inuitat. Cum Maria virgine feruide ploremus in ſepulchro poſitum. Venite adoremus.

Pſalmus.

VEnite mares feminęque, ploremus cum Maria Virgine, planctibus fruamur intimis, facies rigando lacrymis. Cum Maria. Cor noſtrum ploret, & oculus noſter purgetur amoris ſtimulo: heu mater carens contagio, tam dulci priuatur filio. Venite. Innocens & expers criminis, moritur miſertus hominis, mæroris ſimus conſocij, cum ſimus cauſa ſupplicij. Cum Maria. Gloria Virginis Filio, qui in hoc exilio, ſe dedit tormentis aſperis, vitam reddendo miſeris. Venite adoremus. Cum Maria Virgine.

Hymnus.

IMPERATRIX clementiæ,
Rorem infunde gratiæ:
In meum cor tam aridum,
Vt tibi fiat placidum.
Largire, quod concipiam
Tecum cordis anguſtiam,
Flens mortem, quam Rex patitur,
Per quem mundus conſtruitur.
Tuus tractatur Filius,
Longe quàm latro vilius:
Irriſus fert ludibria,
Gente vallatur impia.

A Sit honor laus deuotio,
Ieſu Mariæ Filio,
Tenſo crucis patibulo,
Pro redimendo populo. Amen.

Antiphona. Noctem. *Pſalmus.*

POſuerunt me in lacu inferiori. Super me confirmatus eſt furor. Longe feciſti notos meos, *&c.* Traditus ſum, & non egrediebar, oculi languerunt præ inopia. Gloria patri. *Antiphona.*

Noctem, qua Chriſtus capitur, abſque ſomno duxiſti, & ſoporatis ceteris, flens vigil permanſiſti.

℣. Ceteri cum inter fletus obdormirent.

B ℟. Tu ſola mæſtas celebraſti vigilias. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas, *&c.*

℟. Sed libera nos, *&c.* *Abſolutio.*

Noli me relinquere Ieſu Fili bone, fac vt tecum moriar tali paſſione. Amen.

Iube Benedi. Pro nobis ora crucifixum Virgo decora. Amen.

Lectio prima.

PRolem in cruce pendentem mœſta mater aſpiciens, lacrymatur inceſſanter: pectus ſacrum percutiens, plures mouit ad mærorem, ſuo ploratu querulo, natum videns cruentatum crucis tenſum patibulo, animam mæſtæ parentis tunc pertranſiuit acrius, iuxta verbum Simeonis heu paſſionis gladius: ſic dum plorat mortem prolis, quem blaſphemauit populus, ſolus erat conſolator eius cuſtos & diſcipulus. Tu autem.

C ℟. Conſolari mater non potuit, ſic tractatum videns, quem genuit. Hæc dolorem maiorem habuit, quàm Saluator qui tot ſuſtinuit. ℣. Mortem Dei videns quem aluit, nulla mater ſic vnquam doluit. Hæc do.

Iube Benedi. Mors prolis Dei Patris, vita nobis ſit precibus piæ Matris.

Lectio ſecunda.

DVm de cruce depoſitus ad tumulum portatur, inter dolores anxios, portantes ſic affatur: Suſtinete paululum, quod dolorem meum plangam, & meum dilectiſſimum deoſculer, mihi meum dilectiſſimum ſubtrahere nolite. Si ſepeliri debeat me ſecum ſepelite. Acceſſit ſic exanimis, ſe ſuper corpus iecit, & ſacrum vultum lacrymis rigando madefecit. Tu autem. ℟. Dum videret ſupplicia prolis exquiſita, torquetur & anguſtia mater infinita. Triduano ſpatio dum langueret ita; ſqualet eius facies nuper tam polita. ℣. Pœna tam exaſperans nunquam eſt audita: longe ſibi charior erat mors quam vita. Squalet.

Iube Benedi. Sic nobis pacifica tremendum Virgo pudica. Amen.

Lectio tertia.

FIlij præſentia mater deſtituta, Gabrielem Angelum ſic eſt allocuta: Aue plena gratia, mihi protuliſti, nunc amaritudine ſum repleta triſti, ſubſequenter, inquiens, Dominus eſt tecum, heu iacet in tumulo, nec eſt vltra mecum, omnis benedictio quam m ſpondiſti mihi ſit contraria propter mortem Chriſti. Tu autem. ℟. Cum videret, quod clauſo tumulo priuaretur iam dulci ſpeculo, prædilecto ſtans cum diſcipulo, corde plorat magis, quam oculo. ℣. Lacrymarum fluente riuulo, fletum mouit aſtanti populo. Corde. Gloria patri, & filio, &cet. Corde.

Ad laudes.

Deus in adiutorium meum intende, &cet.

Antiphona. Fit vox. *Pſalmus.*

EGo ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

Omnes videntes me deriſerunt me: locuti ſunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiet eum, ſaluum faciet eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero. Gloria Patri. *Antiphona.*

Fit vox nimis flebilis vox nimis amara matris, quando capitur ſua proles chara. *Capitulum.*

CVm audiſſet Virgo, quod Filius eius captus eſſet a Iudæis, & ad Annam duceretur ianuis clauſis, ſacrum pectus tundere & lacrymas effundere non ceſſauit. *Hymnus.*

O Glorioſa Domina,
Quæ tua cruciamina,
Cum Barrabas dimittitur,
Et pœnas Chriſtus patitur?
Paſtorem heu percutiunt,
Oues diſperſæ fugiunt:
Te ſola cum diſcipulo,
Manente ſub patibulo.
Nec mirum ſi ſis anxia,
Viſa crudeli furia:
Te ſciens puram Virginem
Genuiſti Deum, & hominem.

Sit honor. ℣. Numquam mater pertulit tam anxios dolores. ℟. Vt Maria conſiderans Filij liuores.

Ad benedictus Antiphona. Tamquam latro capitur, vndiq. conſtrictus cæditur, conſpuitur alapis afflictus, o matris anguſtiæ cum audiret ictus, pro nobis hæc tolerans ſit rex benedictus. *Pſalmus.*

Benedictus, &c. ℣. Domine exaudi. *Oratio.*

PRopter terrores illius commotionis, quo cor tuum contremuit Virgo beatiſſima, quando audiſti Filium tuum dilectiſſimum ab impijs captum, ligatum, & ad ſupplicia tractum, & traditum, adiuua nos vt cor noſtrum nunc pro delictis noſtris terreatur, & moueatur ad pœnitentiam, ne mortis in hora ad occurſum aduerſarij paueat, aut ad aſpectum tremendi iudicis accuſante conſcientia contremiſcat, ſed potius faciem ſuam videns in iubilo delectetur, ineffabiliterq.

A lætetur. Præſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & Spirituſancto viuit, & regnat.

Ad primam.

Deus in adiutorium. *Hymnus.*

IEsv nate de Virgine,
Ex myſtico ſpiramine:
Qui mortem crucis pateris,
Confoſſus plagis aſperis.
Amore matris anxiæ,
Noſtræ parcas miſeriæ:
Suique fletus copia,
Perducat nos ad gaudia.

B Sit honor. *Antiphona.*

Stabat Maria. *Pſalmus.*

Aſtiterunt reges terræ & princi.
Dirumpamus vincula eorum.
Qui habitat in cælis irridebit eos:
Tunc loquetur ad eos in ira ſua.
Gloria patri, & Filio, &cet. *Antiphona.*

Stabat Maria mater pia foris plorãs acriter, Regem mundi, furibundi dum tractarent viliter. *Capit.*

SItiuarum obſecro lacrymarum riuus in corde meo lapideo mæroris motiuus. ℟. Deo gratias.

C ℣. Per Mariæ lacrymas Pater pietatis. ℟. Nobis veram gloriam confer cum beatis.

℣. Domine exaudi. *Oratio.*

PRopter gemitus & lacrymas, quibus afficiebaris Virgo dulciſſima, quando vidiſti Filium tuum dulciſſimum iudici præſentari, acriter flagellari, varijs illuſionibus, & opprobrijs affici, impetra nobis dolorem pro peccatis noſtris, & lacrymas ſalutiferæ contritionis, & adiuua nos, ne nobis poſſit inimicus illudere, neque diuerſis pro libitu ſuo tentationibus flagellare, deuictosq. ſtatuere terribili iudici, ſed magis ipſi accuſemus, & indicemus noſmetipſos de exceſſibus noſtris, & veræ pœnitentiæ diſciplinis flagellemus, vt veniam & gratiam in tempore neceſſitatis tribulationis, & anguſtiæ inueniamus, præſtante eodem, &cet.

D

Ad tertiam.

℣. Deus in adiutorium, &cet. *Hymnus.*

Ieſu nate de Virgine. *Antiphona.*

Quam putamus. *Pſalmus.*

QVoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis & peregrinus Filijs matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.

E Et operui in ieiunio animam meam, & factum eſt in opprobrium mihi.

Gloria patri, & filio, &cet. *Antiphona.*

Quam putamus matris mæſtitiam, cum videret prolis anguſtiam? non dolor eſt, vt matris Virginis plorantis Dei & hominis. *Capitulum.*

DVm Chriſtus ad locum Caluariæ duceretur, & crucem ſibi baiularet, ſequebatur eum mater meſtiſſimas voces emittens, & vberes effundens lacrymas, pectus ſacrum percutiens. ℣. Quæſo mihi miſero virginum Regina. ℟. Tecum flendi lacrymas vberes propina. *Oratio.*

F PRopter anguſtias & cruciatus, quos cor tuum ſuſtinuit Virgo beatiſſima, quãdo audiſti Filium tuum dilectiſſimum adiudicatum morti & crucis ſupplicio, ſuccurre nobis tempore infirmitatis noſtræ, quando corpus noſtrum dolore infirmitatis cruciabitur, & ſpiritus noſter hinc propter inſidias dæmonum, illinc propter terrorem diſtricti iudicis anguſtiabitur, ſubueni, inquam, nobis Domina tunc, ne damnationis æternæ contra nos proferatur ſententia, aut ne flammis gehennalibus tradamur æternaliter cruciandi. Præſtante eodem.

Ad ſextam.

Deus in adiutorium meum. *Hymnus.*

Ieſu nate de Virgine. *Antiphona.* Ad locum.

Pſalmus.

ARuit tamquam teſta virtus mea, lingua mea adhęſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Ipſi vero conſiderauerunt & inſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Gloria Patri, & Filio, &cet. *Antiphona.*

Ad locum ſupplicij Virgo cum veniſſet, poſtquam ſuum Filium & crucem cõſpexiſſet, augentur planctus & lacrymæ, multiplicantur dolores & anguſtiæ.

Capitulum.

ERecta cruce Ieſus aſcendit & extendit brachia, manus & pedes clauantur, quę videns piiſſima Mater præ dolore defecit. ℣. Roſa rubens vertitur, heu mortis in pallorem. ℟. Cum in terram fluere ſacrum videret cruorem. *Oratio.*

PRopter doloris gladium, qui pertranſiuit animam tuam Virgo dulciſſima, quando Filium tuum dilectiſſimum cernebas nudum in cruce leuatum, clauis perforatum, ac per omnia laceratum plagis ac verberibus, necnon & vulneribus, adiuua nos, vt cor noſtrum nunc compaſſionis, & compunctionis gladius perfodiat, diuinique amoris lancea vulneret, ita vt omnis peccati ſanguis effluat a pectore noſtro, & a noxijs vitijs emundemur, virtutum indumentis decoremur, ſemperq. mente ac corpore de hac valle miſeriæ leuemur ad cæleſtia, quo tandem cum promiſſus dies aduenerit, peruenire ſpiritu & corpore mereamur. Pręſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio tuo, qui cum Patre. *Ad nonam.*

Deus in adiutorium meum intende. &cet. *Hymnus.*

Ieſu nate de Virgine, &cet. *Antiphona.*

Agnus mitis, &cet. *Pſalmus.*

TV ſcis improperiũ meum, & confuſionem meam, & reuerentiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes, qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miſeriam.

Et ſuſtinui, qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, & qui conſolaretur, & non inueni.

Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. *Antiphona.*

Agnus mitis caput excutiens, Heli clamat in cruce moriens, plorat mater, cum ipſo patitur, ad clamorem eius fere commoritur. *Capitulum.*

CLamor Chriſti matrem anguſtiat, nullus planctus plangentem ſatiat, eſt vtriuſque compaſſio, nam præceſſit ſumma dilectio. ℣. Virgo Filium tuum in cruce conclauatum. ℟. Redde tuis precibus miſeris placatum. *Oratio.*

PRopter grauamen & tormentum, quo torquebatur ſpiritus tuus Virgo ſanctiſſima, quando iuxta crucem Filium tuum præ doloribus voce magna clamantem te matrem dilectam Ioanni commendatam, in mãnusq. Dei Patris ſpiritum commendãtem attendebas, ſuccurre nobis in fine vitæ noſtræ, & maxime tunc, quando lingua noſtra nequiuerit ſe ad te inuocandum mouere, cum oculi noſtri lumine priuabuntur, aures ſurdeſcent, & obturabuntur, omneſq. vires ſenſuum noſtrorum deficient. Memẽto piiſſima Domina tunc, quod nunc fundimus preces ad aures tuæ pietatis & clementiæ, & ſubuem nobis in illa hora extremæ neceſſitatis, ac Filio tuo dilectiſſimo commenda ſpiritum noſtrum, per quem tuo interuentu a tormentis & terroribus omnibus eruamur, & ad deſideratam cæleſtis patriæ requiem perducamur. Præſtante eodem.

Ad Veſperas.

Deus in adiutorium meum intende. *Pſal.*

SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.

A Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.

Veni in altitudinẽ maris, & tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.

Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Gloria Patri, & Filio, &cet. *Antiphona.*

Omnis ætas defleat mortem Saluatoris, glorioſæ Virginis prætextu doloris. *Capitulum.*

MIhi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. ℟. Deo gratias. *Hymnus.*

CAſtæ parentis viſcera,
Pœna torquentur aſpera:
B Dum illum quem conceperat,
Verbo peruerſi verberant.
Illum tractant crudeliter,
Cædunt, cruentant acriter.
Hæc audiens anxiæ,
Matrix creſcunt anguſtiæ.
Sed cum ad mortem ducitur,
Hunc mater triſtis ſequitur:
Pectus perfundens fletibus,
Afficiens liuoribus.
In cruce dum extenditur,
Videns mater, quod moritur:
C Nullus dolor amarior,
Nam nulla proles charior.

Sit honor laus. ℣. Nulla nouit genitrix anguſtias tam duras. ℟. Cum plagas inſpiceret, & capitis puncturas. *Ad Magnificat Antiphona.*

Virgo paſſo Filio pœnas cordis indicat, & plebis in medio dolorem cordis replicat, vrgente ſupplicio mæſta voce ſupplicat, quæ quondam præ gaudio cęcinit Magnificat. *Pſalmus.*

Magnificat. ℣. Domine exaudi. *Oratio.*

PRopter planctum acerbi eiulatus, quem profundo pectoris fonte manente abſcõdere non valebas Vir
D go caſtiſſima, quando, vt pie creditur, in amplexus ruebas exanimis corporis Filij tui de cruce depoſiti, cuius genas ante nitentes & ora rutilantia, mortis conſpiciebas perfundi palloribus, ipſumq. totum concuſſum cernebas liuidum liuoribus, ac conciſum vulnere ſuper vulnus: auxiliare nobis, vt nunc ſic noſtra plangamus facinora, & emplaſtrix pœnitentiæ peccatorum curemus vulnera, dum corpus noſtrum morte deformatur, noſtra tunc rutilet anima candore innocentiæ, quatenus digniſſimus frui mellifluis oſculis, conſtringamurq. amoroſis amplexibus ſuper omnia dulciſſimi Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui, &cet.

E *Ad Completorium.*

Conuerte nos Deus ſalutaris. ℟. Et auerte iram tuam.

Deus in adiutorium meum intende. &cet. *Antiphona.*

Nos matris compaſſio. *Pſalmus.*

ADuerſum me ſuſurrabant omnes. Verbum iniquum conſtituerunt. Etenim homo pacis meæ.

Tu autem Domine miſerere. Gloria Patri, &cet. *Antiphona.* Nos matris compaſſio Ieſu Rex inſignis, ſeruet a voragine gehennalis ignis. *Hymnus.*

O Genitrix egregia,
Cum Iudæos in furia,
Chriſtum videres capere,
F Cor tuum cœpit tremere.
Alta ducens ſuſpiria,
Tu ſequebaris anxia:
In fletibus exuberans,
Ad templum vſque properans.

Sit honor laus. *Capitulum.*

SEpulto Domino diſperſiſque diſcipulis, fides vniuerſalis Eccleſię ſolum in Domini matre manebat.

℣. Poſt mortem Filij, Virgo cum Ioanne permanebat.

℟. Parata ſemper ad carcerem & ad mortem.

Ad nunc dimit. Antiphona.

Paſſionis gladius Virgo carens crimine, tuam pertranſiuit animam, omni cum grauamine, quod promiſit Simeon plenus ſacro flumine, cum in templo dixit:

Nunc

Nunc dimittis Domine. *Oratio.*

PRopter ſingultus & ſuſpiria, indicibiliaque lamenta, quibus affligebantur intima tua Virgo glorioſiſſima, quando Filium tuum vnigenitum animæ tuæ ſolatium tibi ſublatum atque ſepultum videbas, ad nos exules filios Euæ ad te clamantes & ſuſpirantes in hac valle lacrymarum, illos tuos miſericordes oculos conuerte, & Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende, tuiſque ſuffragantibus meritis, eccleſiaſticis ſacramentis muniri, & bene beato conſummari, & æterno iudici tandem miſericorditer præſentari. Præſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio tuo, qui cum Patre & Spirituſancto viuit, &cet.

SANCTI BONAVENTVRÆ

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

OPVSCVLVM QVOD INSCRIBITVR

Corona B. Mariæ Virginis.

Tractatus iſte pulchre corona Beatæ Virginis inſcribitur: cum non abs re ſit, precationes, quæ ad Virginem fiunt, hoc nomine prænotari, ſiue quia ſertum ex varijs floribus confectum Corona ſignificat, ſiue quia quaſi rota voluitur, & circumfertur. Vtraque enim ſignificatio huic rei bene aptatur. Offerre ſiquidem B. Virgini Mariæ preces varias tanquam ſuaues & odoriferos flores, ſiue eaſdem frequenter repetere, & in modum rotæ, iterare, ad eiuſdem B. Virginis patrocinium nobis conciliandum, plurimum valet. Modus autem iſte recitandi coronam, a S. Bonauentura traditus, paucis præpoſitis, vel poſtpoſitis, ſimilis eſt illi, quem a S. Iordano excogitatum narrat Surius die xiij. Februarij to. 7. de Vit. Sanc. Sanctus enim Iordanus, præmiſſo Hymno, Aue Maris ſtella, *ſingulis quinque elementis nominis Maria, ſingulos quoque aptauit Pſalmos. Pro primo, ſcilicet elemento M.* Magnificat, *pro ſecundo A,* Ad Dominum cum tribularer, *pro tertio R,* Retribue, *pro quarto I,* In conuertendo, *pro quinto A.* Ad te leuaui oculos meos, *deuote recitabat.*

CVM iucunditate memoriam nominis Mariæ celebremus, vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

GAude virgo Maria mater Chriſti,
Quæ per aurem concepiſti:
Gabriele nuncio.
Ieſus fructus ventris tui,
Per te detur nobis frui,
In perenni gaudio, Amen.

Antiphona. Aue Maria. *Pſal.* Magnificat.

MEdiatrix Dei & hominum, tu digne magnificas Dominum, quæ ſola concepiſti Filium, qui eſt vera ſalus humilium. hinc omnium Deum quærentium generatio, te beatam dicere, & deuote ſalutare debet dicens: Aue Maria, *vſque* tui. ℟. Et beatus venter, qui te portauit Domine Ieſu Chriſte, & beata vbera, quæ ſuxiſti.

C O Igitur mediatrix noſtra Maria mater gratiæ mater miſericordiæ, pro nobis quæſumus intercede, vt veræ compunctionis & deuononis gratiam nobis inſpirare dignetur dilectiſſimus Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Qui cum, &cet.

Gaude, quia Deo plena,
Peperiſti ſine pœna,
Cum pudoris lilio.
Ieſus fructus ventris tui, &cet.

Antiph. Alma. *Pſal.* Ad Dominum cum.

D ALma Redemptoris mater eximia, qui tua egreſſus clauſtra virginea, cum his pacificus factus eſt incola, a quibus dura perpeſſus eſt verbera. vnde digna es o virgo puerpera, vt omnis creatura te veneretur, & benedicat dicens: Aue Maria, &cet.

℟. Et beatus venter, qui te portauit, &cet.

O Igitur alma virgo Maria mater Dei digniſſima, pro nobis quæſumus intercedere digneris, vt

A ſanctum propoſitum, quod Deo inſpirante concepimus, ad effectum ſalubriter perducere valeamus. Præſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto benedicto Filio tuo. Qui cum Patre & Spirituſancto, &cet.

Gaude quia tui nati,
Quem dolebas mortem pati,
Fulget reſurrectio.
Ieſus fructus ventris tui, &cet.

Antiphona. Regina cæli, &cet. *Pſalmus.* Retribue ſeruo, &cet.

B REgina cæli lætare cum iubilo: nam qui pendebat in crucis patibulo, ſurrexit vere ſummo diluculo, omni ablato contemptus opprobrio. Vnde digne omnis homo, cum gaudio tibi congratulari, & benedicere debet, dicens: Aue Maria, &cet.

℟. Et beatus venter, &cet.

O Igitur Regina cæli digniſſima, ora pro nobis Deum, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt nos reſurrectionis ſuæ participes efficiat, in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Qui cum, &c.

C Gaude Chriſto aſcendente,
Et in cælum te vidente,
Motu fertur proprio.
Ieſus fructus ventris, &cet.

Antiph. Imperatrix. &c. *Pſal.* In conuertendo.

IMperatrix & mundi Domina, tuus natus cum quanta gloria, noſtræ carnis ſumpta materia, capta præda conſcendit æthera, hinc os cordis plenum lætitia, & lingua noſtra exultatione, te collaudet & benedicat, dicens: Aue Maria. ℟. Et beatus venter, &cet.

D O Igitur imperatrix & Domina noſtra beniguiſſima, iure matris impera tuo dilectiſſimo Filio Domino noſtro Ieſu Chriſto, vt mentes noſtras ab amore terreſtrium, ad cæleſtia deſideria erigere dignetur. Qui viuit & regnat, &cet.

Gaude quæ poſt Chriſtum ſcandis,
Et eſt honos tibi grandis
In cæli palatio.

Ieſus fructus ventris tui, &cet. *Antiph.* Aduocata. *Pſalmus.* Ad te leuaui.

ADuocata miſerorum, ad te ſunt oculi ſeruorum, te aſſumpſit Rex cælorum, ſuper choros Angelorum, vbi cœtus beatorum, te digne veneretur, & benedicit in æternum, dicens: Aue Maria, &cet.

℟. Et beatus venter, qui te portauit, &cet.

O Igitur glorioſiſſima Domina excelſa ſuper ſidera, piiſſima aduocata noſtra ſuſcipe laudum precamina, quæ ad honorem quinque vulnerum Filij tui, & ad laudem ſancti nominis tui decantauimus, & pro nobis quæſumus intercedere feſtina quatenus dulciſſimus Filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam magnam miſericordiam, a vinculis peccatorum noſtrorum nos eripiat, & in ſuo ſancto ſeruitio nos conſeruet, confortet, ac finaliter perſeuerare faciat. nam te nihil negans honorat. Qui cum Deo Patre, &cet.

SANCTI BONAVENTVRÆ

EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS

CARMINA SVPER CANTICVM

Salue Regina.

Salue Regina ſic diſpoſitum eſt a Sancto Bonauentura, vt ſingulis vocibus quattuor adhibeat carmina B. Virginis laudes vberius explicantia: id quod optime præſtitit Doctor Sanctiſſimus, cum vere religioſus eſſet & affectione ſancta ferueret: non enim niſi ab iis, qui eiuſmodi ſunt, canticum hoc ſubtiliter intelligi, aut efficaciter poterit decantari. De quo Bernardus, aut quiſquis alius eſt auctor, in Salue Regina ſer. 1. non longe a principio ſic loquitur: Tam ſuaue eſt ad gratiam, tam fecundum ad ſenſum, tam etiam profundum ad myſteria, quod a nobis conſiderari, & diſcuti, prout dignum eſt, non valeat. Ex eo autem, quod ſuauiter ſonat, mulcet affectum, & de ſenſuum vbertate mentem impinguat, & in Sanctam Sanctorum, aduocatam ſcilicet noſtram, dum eam, quaſi præſentem ſalutat, omnia interiora noſtra medullitus inflammat. *Hæc ille. Ex quibus manifeſte apparet præſtantia huius Cantici, quod Auctor noſter deuote canendo, ad frequentem illius meditationem animos legentium accendit.*

Salue.

SALVE Virgo Virginum ſtella matutina.
Sordidorum criminum vera medicina,
Conſolatrix hominum, qui ſunt in ruina:
O vere peccaminum vere draconina.

Regina.

Regina regnantium Virgo puellaris,
Peperiſti Filium Mater ſingularis,
Sacratum palatium Dei conuocaris,
Diuinum auxilium nobis largiaris,

Miſericordia.

Fons miſericordiæ dici meruiſti,
Atque mater gratiæ, quæ concepiſti
Summum regem gloriæ, quem poſt peperiſti,
Largitutem veniæ mundo contuliſti.

Vita.

Vita, via, veritas eſt de terra nata,
Et tua virginitas reſtat illibata,
Nam tua humilitas fuit operata,
Quòd in te diuinitas eſſet incarnata.

Dulcedo.

Dulcedo dulcedinis fructus benedictus,
Ventris tui Virginis agnus Dei dictus,
Cuius vnda ſanguinis homo derelictus,
Lotus labe criminis eſt, & dæmon victus.

Et ſpes noſtra.

Et ſpes noſtra ſolida es virgo Maria,
Iſa.11.a Virga Ieſſe florida vt in Iſaia,
A Rore cæli madida dicit prophetia,
Pulchra vt nix candida mater Dei pia.

Salue.

Salue lux fidelium fulgens vt aurora,
Quæ es ſupra lilium pulchra & decora,
Omne quod eſt noxium tolle ſine mora:
Et Dei auxilium pro nobis implora.

Ad te.

Ad te clamamus miſeri multum deſolati.
Nobis aures aperi pectoris ſacrati:
B Vt a fauce inferi per te liberati,
Conſequamur liberi viam tui nati.

Clamamus.

Clamamus deuotius ad te ſuſpirantes,
Et affectuoſius te pie precantes.
Dele quod interius male cogitantes
Geſſimus exterius opere peccantes.

Exules.

Exules exilio omnes ſumus dati,
Pro parentum vitio gloria priuati
C Paradiſi gaudio & exorbitati
Tuo beneficio ſumus reparati.

Filij.

Filij ſuſpirijs prodere coguntur,
Mundi pro miſeria per quam inuoluuntur.
Ad damnata vitia ſæpe dilabuntur.
Sed miſericordia tua fulciuntur.

Euæ.

Euæ lapſus intulit damnum deſperatum.
Et a nobis abſtulit gaudium beatum.

Et

Et poſt Euam contulit Virgini incarnatum.
Quo modo mortem ſuſtulit, diluit peccatum.

Ad te.

Ad te clamant iugiter tui famulantes,
Et in te fideliter omnes ſuſpirantes.
Inuamen humiliter tuum implorantes,
Quos miſericorditer audias clamantes.

Suſpiramus.

Suſpiramus fletibus noſtris pro peccatis
Et multis gemitibus per nos perpetratis.
Sed in te confidimus mater pietatis.
Vere pœnitentibus veniam da gratis.

Gementes.

Gementes recolimus mala retroacta.
Quæ inique geſſimus mente non coacta.
Sed in te confidimus Maria intacta,
Vt a te, quæ petimus, ſint in nobis facta.

Et flentes.

Et flentes doloribus mente verecunda,
Lumen noſtris cordibus infunde facunda:
Vitiorum ſordibus benigne tu munda,
Iunge nos cæleſtibus Maria iucunda.

In hac valle.

In hac valle miſera multum tenebroſa,
Hominum ſunt genera multum fœdoſa.
Nam eorum opera ſunt contagioſa,
Propter facta ſcelera & opprobrioſa.

Lacrymarum.

Lacrymarum cumuli non proſunt vel aquæ:
Cum ſenes & paruuli & plebs vnaquaque
Timeant quod æmuli quærunt circumquaque,
Et fratres huius ſæculi trahunt vſquequaque.

Eia ergo.

Eia ergo digne ad te noſtras mentes,
Atque lapſus erige: conforta trementes,
Et errantes corrige te pie quærentes,
Miſeros nos dirige in te confidentes.

Aduocata.

Aduocata libera coram Saluatore:
Poſtulare propera conſuetoque more,
Et pro gente miſera benigno fauore,
Natum tuum mitiga materno amore.

Noſtra.

Noſtra ſpes fidelium ſemper fuit talis,
A Eſt & erit, omnium mater virginalis,
Vt nobis præſidium ciuitas regalis,
Sit atque remedium pulſis procul malis.

Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte.

Illos pios oculos & miſericordes
Conuerte ad famulos in bono diſcordes:
Et ad malum ſedulos fortius concordes,
Noſtræ carnis ſtimulos deleas & ſordes.

Et Ieſum benedictum fructum.

B Et Ieſum vnigenitum fructum benedictum,
Monſtra nobis inclytum pium & non fictum:
Per quem genus perditum a Deo in æuum victum,
Datum in interitum reuixit inuictum.

Ventris tui.

Ventris tui viſcera Ieſum portauerunt,
Et beata vbera ipſum lactauerunt,
Cui Iudæi vulnera dira intulerunt,
Et ipſum poſt verbera cruci tradiderunt.

C *Nobis poſt hoc exilium oſtende.*

Nobis poſt hoc exilium, benignum oſtende
Ieſum tuum Filium, & nobis impende
Verum patrocinium, & maternum extende,
Et cum ad iudicium erimus defende.

O clemens.

O clemens clementia ſummæ bonitatis,
Adonai filia flos virginitatis,
Damnatorum venia mater pietatis,
Virginum lætitia ſtola charitatis.

D *O pia.*

O pia piiſſima Regina cælorum,
Omnium digna ditiſſima Dei ſæculorum,
Virgo prudentiſſima gemma confeſſorum,
Atque iucundiſſima laus Apoſtolorum.

O dulcis.

O dulcis dulciſſima, ſuper fauo, melle,
Columba caſtiſſima, carens omni felle,
Mater benigniſſima, iuxta noſtrum velle,
E Cuncta fœtidiſſima a nobis repelle.

Maria.

Maria eximia, natum deprecare.
Vt quicumque omnia hæc vult recitare,
In tui memoria, & te collaudare,
Dignetur in gloria ſua collocare.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum inſcriptum:
LAVS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Opuſculum hoc, quod Laus Beatæ Virginis Mariæ appellatur, Salutationem Angelicam continet, ſcilicet Aue Maria: ita tamen vt iuxta ſingulas litteras eiuſdem octonis verſibus Virginis laudes celebret Auctor, & vnumquemque octonarium ordiatur a litteris Salutationis Angelicæ, donec tota compleatur. Præterea XIX. ſacræ Scripturæ locis Beatiſſimam Dei genitricem Mariam docet adumbratam, vt ex contextu apparet. Harum figurarum ſeries eſt quæ ſequitur.

I. Figurata fuit per fontem, qui aſcendebat de terra vt habetur. Gen. 2.

II. Figurata fuit per lignum vitæ plantatum in medio paradiſi, Gen. 2.

III. Figurata fuit per paradiſum rigatũ a fluuio voluptatis. Gen. 2.

IV. Figurata fuit per arcam Noe, per quam fuit genus humanum tempore diluuij conſeruatum. Gen. 6. & 7.

V. Figurata fuit per arcum, quem Dominus dedit Noe. Gen. 9.

VI. Figurata fuit per ſcalam, quam Iacob in ſomnijs vidit. Gen. 28.

VII. Figurata fuit per rubum, qui ardebat, nec comburebatur. Exod. 3.

VIII. Figurata fuit per vas, in quo ſeruatum fuit Manna. Exod. 16.

IX. Figurata fuit per virgam Aaron, quæ habuit fructum præter opus naturæ. Num. 17.

X. Figurata fuit per ſtellam, & per virgam de quibus prophetauit Balaam. Num. 24.

XI. Figurata fuit per concham Gedeonis, de qua habetur. Iudic. 6.

XII. Figurata fuit per domum Domini, quam ædificauit Salomon, & gloria Dei eam impleuit. 3. Reg. 6.

XIII. Figurata fuit per Abigail, quæ fecit pacem inter Nabal & Dauid. 1. Reg. 25.

XIV. Figurata fuit per Iudith, quæ Holofernem peremit, & populum liberauit. Iudith. 13.

XV. Figurata fuit per Eſther, quæ Aman fecit ſuſpendi, & Mardochæum cum populo liberari. Eſther. 7.

XVI. Figurata fuit per columbam, quæ attulit ramum oliuæ Noe, & filijs ſuis in arcam. Gen. 8.

XVII. Et per perticam, quæ tulit ſerpentem æneum in deſerto. Num. 21.

XVIII. Figurata fuit per Portam clauſam, per quam vir non tranſiuit. Ezech. 44.

XIX. Figurata fuit per mulierem, quam vidit Ioannes. Apoc. 12.

AVE cæleſte lilium, A
Aue roſa ſpecioſa,
Aue Mater humilium,
Superis imperioſa,
Deitatis triclinium.
Hac in valle lacrymarum,
Da robur, fer auxilium,
O excuſatrix culparum.

Virgo pia ſine pare,
Gabriele nunciante,
Quæ meruiſti portare B
Chriſtum, flatu ſacro flante,
Virgo partum poſt, & ante,
Refugium ſingulare,
Hac in vita vacillante,
Tuos ſeruos conſolare.

Ecce ſtupet humanitas,
Quod ſis Virgo puerpera.
Scire nequit fragilitas
Tantæ virtutis opera. C
Fides tranſcendens æthera,
Confitetur & veritas.
Ex te mater Chriſtifera,
Carnem ſumpſit diuinitas.

Mater Natum, Patrem nata,
Stella Solem genuiſti,
Increatum res creata,
Fontem riuus emiſiſti.
Vas figulum peperiſti,
Virgo manens illibata,
Per te nobis Mater Chriſti,
Eſt perdita vita data.

Almiſſima ſunt viſcera,
Quæ Domini ſunt conclaue,
Sanctiſſima ſunt vbera,
Quæ ſuxit, & lac ſuaue,
Quo lactatur. Mater Aue,
Quæ regnas ſuper ſidera,
Perpetuæ mortis a væ
Nos & a malo libera.

Roſa decens, roſa munda,
Roſa recens ſine ſpina,
Roſa florens, & fecunda,
Roſa gratia diuina.
Facta cælorum Regina,
Non eſt, nec erit ſecunda.
Tibi. rei medicina
Noſtris cœptis obſecunda.

In ſcrip-

In ſcripturis figurata,
Multis locis oſtenderis,
Ænigmatibus monſtrata,
Sacris vt patet literis,
Teſtamentorum veteris.
Et noui iure prælata,
Mulieribus ceteris,
Super omnes eleuata.
Ante mundi originem
Te Dominus ordinauit,
Dum cæli latitudinem
Sapienter fabricauit.
Ex tunc ſancta mente cauit
Per te Matrem & Virginem,
Protoplaſti, qui peccauit,
Expirare voraginem.
Gaude Virgo, Mater gaude,
Per te mundus reſtauratur,
Cum ciuibus cæli plaude,
Qui honor tibi datur.
Decus decenter ſoluatur,
Tibi, maius omni laude,
Qui per te liberatur.
Omnis homo facta fraude.

I. Figurata fuit per fontem qui aſcendebat de terra, vt habetur Gen. 2.

Rigans mundum nouo rore,
Nouæ prolis nouitate,
Noua facis, nouo more,
Cuncta mira claritate.
Ex diuina bonitate
Fons aſcendens in honore,
Rigans terram charitate,
Dei creſcens in amore,

II. Figurata fuit per Lignum vitæ plantatum in medio paradiſi Gen. 2.

Arbor & lignum vitale
In paradiſi medio,
Plantaris ſpirituale,
Cuius fructus fruitio,
Replet omnia gaudio,
Numquam fuit, nec eſt tale,
Nec deerit proculdubio,
Lignum ita commodale,

III. Figurata fuit per paradiſum rigatum a fluuio voluptatis, Gen. 2.

Caſta Virgo te fluuius
Voluptatis irrigauit
Paradiſi, dum Filius
Dei corpus habitauit
Tuum. terra tunc donauit
Noſtra fructum vberius,
Et naturam reformauit
Noſtram Deus in melius.
In paradiſo poſuit
Deus hominem Filium
Suum, cuſtodem poſuit
Tuum corpus egregium
Per Gabrielem nuncium
Dum viſitare voluit,
Redemptorem eximium
Nobis eum exhibuit.

IV. Figurata fuit per arcam Noe, per quam fuit genus humanum tempore diluuij conſeruatum, Gen. 6. & 7.

Arcam Noe fabricauit
Sed de lignis leuigatis,
Fabricatam ſubintrauit
Cum vxore & cum natis.
De parentibus beatis
Sibi Matrem te formauit,
Dominus, & a peccatis
Te ſubintrans conſeruauit.

A *V. Figurata fuit per arcum quem Dominus dedit Noe, Gen. 9.*

Pactum ſuum antiquitus
Deus promiſit Patribus,
Arcum ſuum diuinitus
Oſtendendum in nubibus,
Qui fœderis eſt omnibus
Signum promiſſum cælitus.
A Deo pax hominibus
Datur in eo penitus.
Labor & timor fugiunt
Arcu monſtrato fœderis,
B Spes & gaudium veniunt
peccatoribus miſeris,
Qui de reatu ſceleris
Flentes arcum conſpiciunt,
Per promiſſum de ſuperis
Se conſolatos ſentiunt.
Eſt in arcu cæruleus
Color, qui virginitatis
Typum gerit: & rubeus
Euam, qui charitatis
Formam notat: puritatis
Tuæ demonſtrat aqueus
C Notam, & humilitatis;
Quam elegit in te Deus.
Nubibus cæli cerneris
Arcus, quæ nos illuminas,
Refulgens morum miſeris
Exempla cunctis ſeminas.
Hæreſes omnes terminas,
Et hæreticos conteris,
In Chriſto quando geminas
Naturas ſimul congeris.
Arcus inſuperabilis,
Arcus potens, arcus fortis,
D Arcus dulcis, amabilis,
Arcus patens cæli portis.
Poſt præſentis metam mortis
Nobis ineuitabilis,
Fac conſortes tuæ ſortis
Nos Virgo venerabilis,

VI. Figurata fuit per ſcalam, quam Iacob in ſomnis vidit. Gen. 28.

Dormiens Iacob ſomnio
Scalam vidit contingentem
Cælum: cuius confinio
Deum vidit innitentem,
E Angelorum deſcendentem
Cœtum vidit. Promiſſio,
Terræ ſanctæ per potentem
Datur, & benedictio.
O Maria figuraris
Scala, ſed ſcalam ſuperas,
Ab Angelo ſalutaris,
Deum hominem generas.
Super virtutes ſuperas,
Per Angelos collocaris,
Genus humanum liberas,
Ergo longe plus bearis.

F *VII. Figurata fuit per Rubum, qui ardebat nec comburebatur. Exod. 3.*

Mater, tua virginitas,
Rubo montis oſtenditur
Oreb, cuius viriditas
Per ardorem non vritur.
Sic nec tua corrumpitur
Virginalis integritas,
Dum ventre tuo iungitur
Humanitati deitas.

VIII. Figurata fuit per vas, in quo ſeruatum fuit Manna. Exod. 16.

In vaſe Manna poſitum
Vt ſeruetur, legitur.

Iſraelitis traditum.
Neque vas Manna frangitur.
In te Chriſtus concipitur
Virgo per ſanctum Spiritum,
Neque tuæ minuitur
Virginitatis meritum.
Nobis Manna mirificum
Seruaſti mirabiliter,
Manna terminans typicum
Figuratum veraciter,
In ſe miſericorditer
Per illud Manna cælicum,
Quod datur communiter
Iſrael in viaticum.
Vetuſtum manna nouitas
Tuæ gratiæ terminat.
Figurarum antiquitas
Fugit, & lux illuminat.
Noua, quas lex diſcriminat.
Noua. Ceſſat obſcuritas,
Purgat, mundat, eliminat.
Antiqua noua claritas.
Summus artifex omnium
Te prouidit vas nobile,
Vas dignum, vas egregium,
Vas gratum, vas laudabile,
Vas cunctis venerabile
Famulis, vt edulium
Miniſtres delectabile,
Panemque cæli ciuium.
Tu miniſtras hominibus
Verum panem Angelorum,
Tuis natum viſceribus
Pro ſalute peccatorum.
Hic eſt panis viatorum:
Qui non eſt dandus canibus,
Qui eſt ſalus miſerorum,
Præſtans omnibus panibus.
Ecce panis dulciſſimus,
Ecce panis amplectendus,
Ecce panis pinguiſſimus,
Ecce panis diligendus,
Ecce panis recolendus,
Ecce panis præoptimus,
Cibus cunctis præferendus,
Et præ cunctis gratiſſimus.
Cibus iſte nos reficit,
Recreat, & regenerat,
Et ſibi mentem allicit,
Dirigit, & confœderat.
Omne bonum exaggerat,
Et omne malum abijcit.
Vincit, regnat, & imperat,
Auget, alit, & perficit.
Viuus panis, & vitalis,
Via veritas & vita,
Eſt hic panis immortalis,
Et bonitas infinita:
Quo refulget præmonita
Noua ſponſa ſpiritualis,
Synagoga definita,
Perit, & vmbra legalis.
Manna ceſſat, & cælitus
Nobis panis præponitur,
Panis verus viuificus
Nobis de cælo mittitur,
Chriſtianis conceditur
Solis panis hic myſticus,
Quibus communius traditur
Verus panis Angelicus.

IX. Figurata fuit per virgam Aaron, qui habuit fructum præter opus naturæ. Num. 17.

Beatus tabernaculo
Moyſes virgam poſuit,
A Aaron, ſed pro titulo
Sacerdotis: quæ fronduit,
Floruit, fructum habuit,
Euidenti miraculo.
Sacerdotis obtinuit
Ius Aaron in populo.
Ecce valde mirabilis
Res & miranda nouitas,
Floret ſiccitas ſterilis,
Gignit ſicca ſterilitas.
Parturit virgæ ſiccitas
Fructum profert, & fertilis
B Efficitur ſterilitas.
Non fuit ante ſimilis.
Notat virga florigera,
Quæ naturæ non opere
Efficitur fructifera,
Sed puro Dei munere,
Quòd debebas concipere,
Virgo noua puerpera,
Nouum fructum parere,
Poſt partum virgo libera.
Ergo vere virgo parens,
Germinaſti campi florem,
C Dei Patris verbum parens,
Mundi patris Saluatorem,
Puritatiſque decorem.
Non amittis, ſorde carens.
Charitatis fundens rorem,
Quo rigatur mundus arens.

X. Figurata fuit per ſtellam & per virgam, de quibus prophetauit Balaam. Num. 24.

De Iacob exoritura
Noua ſtella prædicitur,
D Ex Iſraele naſcitura
Virga nobis oſtenditur,
Per quam Moab percutitur.
Te præſignat hæc figura,
De qua virga producitur
Chriſtus mirante natura.
Iſta ſtella clariſſima,
Quam non violat radius,
Luce nitens puriſſima,
Cryſtallo fulgens clarius,
Te ſignificat verius
Virgo ſemper caſtiſſima,
E Quam non violat Filius,
Naſcens ex te mundiſſima.
Conſurgens virgo florida,
Ex Iſraele prophetice,
Promiſſa virgo nitida,
Diceris virga myſtice,
Egrediens de radice
Ieſſe, potens & valida,
Florem profers mirifice
Virgo materque grauida.
Tu es virga, tu es ſtella,
Tu es gratiæ fluuius,
F Deitatis munda cella,
Genitrix, cuius Filius
Flos dicitur, & radius,
Charitatis fundens mella,
Cælo lucens ſuperius
Mundum ſeruans a procella.
Aue virgo fertilior
Vniuerſis arboribus.
Aue Stella fulgidior
Vniuerſis ſideribus,
Factis dictis, virtutibus,
Vniuerſis præſtantior,
Creaturis, hominibus,
Cuſtos, & quies tutior,

XI. Figurata fuit per concham Gedeonis, de qua habetur. . Iudicum 6.

Tu Gedeonis rorida
Concha cæleſtis diceris,
Rore manans & fluida
Lana compreſſa velleris,
Diuini dono muneris.
Tu ſemper manes madida,
Solatium das miſeris,
Sed terra manet arida.
Verus cæleſtis fluminis,
Tuam Concham munditiæ,
Ros repleuit, dum numinis
Sacri munere gratiæ,
Plena Solis iuſtitiæ,
Mater Dei, & hominis,
Fis, flore pudicitiæ
Vernans matris & virginis.

XII. Figurata fuit per domum Domini, quam ædificauit Salomon, & gloria Dei eam impleuit. 3. Regum. 6.

Impleuit domum Domini,
Superoi Regis gloria,
Suo ſacratam nomini,
Salomonis induſtria.
Dum te ſuperna gratia
Gabrielis affamini,
Parentem virgo Maria
Replet dicatam numini,
Notat hic Dei Filium
Salomon rex pacificus,
Qui fecit thronum regium,
Vt hic artifex cælicus.
Et nuncius angelicus
præparauit hoſpitium,
Noſtræ ſalutis pıſticus,
Verum deferens gaudium.
Maria mater gratiæ,
Mater & fons bonitatis,
Mater miſericordiæ,
Fons, & fomes pietatis,
Triclinium Deitatis,
Mater Solis iuſtitiæ,
Perpetuæ claritatis
Confers lumen & gloriæ.

XIII. Figurata fuit per Abigail, quæ fecit pacem inter Nabal & Dauidem. 1. Reg. 25.

Vxor Nabal cum Dauide
Pacem datis muneribus,
Nabal reformat ſolide
Benigniſſimis precibus.
Licet Nabal ſermonibus,
Dictis, factiſque ſtolide,
Meruiſſet doloribus
Vitam finire turbide.
Larga Nabal conuiuia
Suo faciens tonſori,
Quærendo temporalia,
Gulæ vacans & honori,
Comparatur peccatori,
Dei danti conuiuia,
Seruis: vnde morte mori
Debent propter hæc vitia.
Iſte deſiderabilis
Vultu Dauid gratioſus,
Rex nulli comparabilis,
Manu fortis, bellicoſus,
Clemens, pius, amoroſus,
Chriſtus eſt immutabilis,
Qui ſemper eſt glorioſus

A In ſanctis & mirabilis,
Es tu Abigail ſapiens,
Dauid deferens munera,
Nabal & Dauid faciens
Precibus tuis fœdera:
Dum pia lactis vbera
Chriſto dediſti nutriens,
Hinc peccatoris ſcelera
Tuis meritis leniens.
Regina virgo regia
De genere Dauid Regis,
Dei mater & filia
B Chriſtum parens, Chriſtum regis,
Noſtra mater noſtræ legis
Gaudium & lætitia,
Peccatoris fortis ægis,
Decus, honor, & gloria.
In te ſola ſpes figitur
Omnis humani generis,
Per te ſolam deſtruitur
Adæ peccatum veteris.
Vitæ portus es miſeris,
Per te ſalus acquiritur.
Neſcit reatum ſceleris,
C Qui te deuote ſequitur.
Bonum eſt ergo ſubdere
Seſe tuæ ſeruituti,
Secundum te ſe regere,
Diſponendo ſe virtuti.
Namque tui ſerui tuti
Per te poſſunt aſcendere
Cælum, vitam aſſecuti,
Tecum ſemper & viuere.

XIV. Figurata fuit per Iudith, quæ Holofernem peremit, & populum liberauit. Iudith. 13.

D Volens mundum ſæuitia
Principis Aſſyriorum,
Subijcere: nefaria
Manu collecta vitiorum,
Magnam plebem Iudæorum
Obſedit in Bethulia,
In mortem mæſtam eorum
Mente debacchans impia.
Sancta Iudith pro populo
Saluando ſe præparauit,
Nocte ſurgens de lectulo,
Vocans Abram properauit,
E Holoferni præſentauit,
Se, pro gentis periculo,
Necans eum, liberauit
Ciues a mortis iaculo.
Eſt ciuitas Bethulia,
Quam obſidet diſſenſio,
Dæmoniſque perfidia,
Et hæreſis deceptio.
Coniuncta tuo Filio,
Noſtra mater Eccleſia,
F Tuo tuta ſubſidio,
Munita tua gratia.
Tu es Iudith pulcherrima,
Quæ liberas Eccleſiam,
Holofernis acerrima,
Vt per diuinam gratiam
Hæreſiſque perfidiam,
Confutas . . . .
Spem certiſſimam,
Fundens ſuper familiam.
Benignus ſapientiæ
Spiritus, & dulcedinis,
Conſilij, ſcientiæ,
Timoris, fortitudinis,
Lumen diuini numinis,
Omnis genere gratiæ,

Te te-

Te repleuit vt hominis
Cauſa ſis indulgentiæ.

XV. Figurata fuit per Eſther, quæ Aman fecit ſuſpendi, & Mardochæum cum populo liberari. Eſther 7.

Ediſſa per connubium
Aſſuero coniungitur,
Thalamum ſubit Regium,
Coronatur, præficitur,
Cunctis. Vaſti deponitur,
Amittit regni ſolium.
Superba Vaſti tollitur.
Eſther habet dominium.
Notat Eſther humile
Cor contritum humiliter,
Cor dulce, cor amabile,
Cor diligens veraciter,
Cor contemplans ſublimiter.
Vaſti notat cor fragile,
Exaltans ſe perniciter
Superbum & indocile.
Et te quid eſt humilius
Per cuncta mundi climata?
Dulcius, amabilius,
Deſtruens cuncta ſchiſmata?
Te ſacra probant dogmata
Nil eſſe gratioſius,
Sacra probant ænigmata
Te nihil eſſe mundius.
Deſignat Eſther igitur
Te, qua numquam humilior
In creaturis legitur,
Fuiſſe: nec ſuauior,
Pulchrior, amabilior,
Dulcior nulla dicitur.
Et propter hoc ſublimior
Eſſe nulla te noſcitur.
In Iudæos inuidia
Sæuit Aman peruerſitas,
Damnat eos perfidia,
Crudeliſque doloſitas.
Mardochæi benignitas,
Eſther ſcribit euprepia,
Mutetur vt crudelitas
Decreti Regis impia.
Condolet Eſther fratribus
Totius ſui generis,
His auditis rumoribus,
Regem adit, qui fœderis,
Signum dedit peſtiferis,
Morti datis complicibus,
Damnatur Aman ſceleris,
Eius notis criminibus.
Tu es Eſther, perfidiam
Aman reprimens grauiter,
Famulorum miſeriam,
Exterminans benigniter.
Regi ſummo feliciter,
Deſponſata per gratiam,
Coronata perenniter,
Regiam tenes potentiam.
Vere notat inimicum
Aman humani generis,
Dirum ſerpentem lubricum,
Iure pulſum de ſuperis,
Condemnatum in inferis,
Accuſatorem iniquum,
Quem tu calcas & conteris,
Deum reddis pacificum.
Sicut pupillam oculi,
Seruos, ſeruas, ſeruo Regis.
Tu ſolamen es ſeculi,
Refugium tui gregis.

A Summa ſponſa, ſummi Regis,
Caput conteris zabuli.
Tu es verus liber legis,
Tu arca tabernaculi.
Flos vernalis, flos lilij,
Flos florum, decus Virginum,
Diceris, & auxilij,
Fons plenus, cuſtos hominum:
Cuius attraxit Dominum,
Et Angelum conſilij,
Dulcis odor, vt terminum
B Nobis daret exilij.

XVI. Figurata fuit per columbam, quæ attulit ramum oliuæ Noe & filijs ſuis in Arcam. Gen. 8.
XVII. Et per perticam, quæ tulit ſerpentem æneum in deſerto. Num. 21.

Ramum ferens virentibus,
Ore columba proprio.
Folijs fructuantibus,
Generali diluuio,
Quos turbarat vndatio,
Noe, natis, coniugibus,
Refouit eos gaudio;
C Salutis intuitibus.
Vna ſerpentem pertica
Deſerto tulit æneum,
Vt ſi intus vis toxica,
Quemquam læſerat Hebræum,
Sanaretur videns eum,
Ope Dei mirifica.
Propellente vipereum,
Virus virtute myſtica.
Columba tu ſimplicior
Omni, turrix humilium,
Salus hominum tutior,
D Mundo tuliſti gaudium,
Enixa Dei Filium,
Omni veneno fortior,
Medicina peccantium,
Signo Serpentis promptior.

XVIII. Figurata fuit per portam clauſam, per quam Vir non tranſiuit. Ezec. 44.

Tu es porta, quæ clauditur,
Apertionis neſcia,
De qua propheta loquitur,
E Hominum nulli peruia.
Quia Dei ſapientia
Ingreditur, & egreditur
Semota violentia
Per egreſſum non frangitur.
Virginitas eſt ianua,
Qua cælis fulgens altius,
Cæli non linquens ardua,
Meſſias Dei Filius,
Conceptus eſt. exterius
Carne tectus exigua,
Corpus ſumens perfectius
Ex te virgo præcipua.
F Sicut ſidus perluitur,
Infuſo ſolis lumine,
Et eo lux emittitur
Sine ſideris fragmine:
Sic ſine carnis crimine
Chriſtus in te concipitur,
Ex te manente Virgine
Super naturam oritur,

XIX. Figurata fuit per mulierem, quam vidit Ioannes. Apoc. 12.

Vidit Ioannes myſticum
Signum quoddam mirabile,
Quod in cælo propheticum

Apparuit notabile.
Numquam fuerat fuiſſe
Prophetis ænigmaticum
Signum datum, quod vtile,
Præcedens vt mirificum.
Erat patens cæleſtibus
Amicta ſolis lumine
Mulier, Lunam pedibus
Supponens, cuius culmine
Capitis pro tegmine,
Duodecim ſideribus,
Sertum fulgebat numine,
Suis plenis viſceribus.
Nihil te magis proprie
Per iſtam intelligitur
Mulierem, quæ ſerie
Prophetæ nobis panditur.
In te namque concipitur,
Et oritur iuſtitiæ
Verus Sol, vnde oritur
Regnum cæleſtis curiæ.
Tuis Luna ſupponitur
Pedibus, & militia
Cæli tota per te regitur,
Caput duodenaria,
Patriarcharum gloria,
Quæ per te benedicitur,
Et biſſena victoria
Apoſtolorum texitur.
Repleris plenitudine
Generis omnis gratiæ,
Totaque multitudine
Virtutum & potentiæ,
Tu decus excellentiæ,
Tu lux carens fuligine
Culpæ: ſplendor gloriæ
Mundum decorans lumine,
In te totum perficitur,
Quidquid verbis propheticis,
De te virgo prædicitur,
Et legis ænigmaticis:
Siue quidquid angelicis
Tibi verbis exprimitur,
Finitis verbis typicis
Res manifeſta cernitur.
Salue ſolamen hominum,
Salue munda ſtella maris,
Salue purgatrix criminum,
Salue virgo ſingularis.
Conſortio carens maris,
Concipis, paris Dominum.
Tu lapis es angularis,
Quæ das figuris terminum,
Tu ſupra cæli ſolium
Ad dexteram Dei reſides,
Iuxta proprium Filium
Cæli Regina præſides,
Confirmans mentes deſides,
Præſtans eis auxilium,
Et tuis ſeruis prouides
A Impetrando ſubſidium.
Vbi namque ſanctiſſima.
Caro, quam Dei filius
Sumpſit ex te mundiſſima.
Inthronizatur celſius,
Creatis glorioſius,
Ratio vult certiſſima.
Eſſe te non inferius,
Vel ſede magis infima.
Ibi mater cum Filio
Gaudes cæli patria,
Trinitatis conſortio,
B Creata ſuper omnia.
Tua benigna gratia
Felicitatis gaudio
Nos coronat, & gloria,
Beatorumque præmio. Amen.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis matris Mariæ corpus & animam, vt dignũ Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante præparaſti, da, vt cuius commemoratio-
C ne lætamur, eius pia interceſſione ab inſtantibus malis, & a morte perpetua & ſubitanea liberemur. Per Chriſtum Dominum, &c.

ALIA ORATIO.

DEus, qui beatiſſimam Virginem Mariam, matrem tuam in Annunciatione, Viſitatione, & Aſſumptione multiplici gaudio lætificaſti, tribue quæſumus: vt eius precibus & omnibus ſanctis tuis interuenientibus ad inæſtimabile gaudium, quo nunc tecum ſine fine gaudent, peruenire mereamur. Per
D Chriſtum Dominum, &cet.

HAs videas laudes,
Qui ſacra Virgine gaudes,
Et venerando piam
Studeas laudare Mariam.
Virginis intactæ
Dum veneris ante figuram,
Prætereundo caue,
Ne ſileatur Aue,
Inuenies veniam,
Sic ſalutando Mariam,
Aue Maria gratia, &cet.
E Vilis homo materiæ
Surge de mortis tumulo,
Dum ſpes eſt adhuc veniæ.
Te ſubtrahe periculo,
Excutere de puluere,
Dum opus eſt remedio,
Surge, curre pro brauio,
Dum licet comprehendere,
Viam quærens in inuio
Malorum reminiſcere,
Ad Patriam reuertere
Cum pœnitente filio.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum nuncupatum:
PSALTERIVM MINVS B. MARIÆ VIRGINIS.

Opuſculum hoc, Pſalterium minus B. Mariæ Virginis prænotatur, quia quilibet quaternarius rithmicus aliquid continet ad imitationem Pſalmorum Dauidis in ordine: ita vt primus quaternarius verſuum aliquid primi Pſalmi redoleat, ſecundus aliquid ſecundi, & ſic de ſingulis. Diuiditur Opuſculum in quinquagenas tres iuxta numerum Pſalmorum centum quinquaginta, & B. Virginem initio cuiuſlibet quaternarij deuote per Aue ſalutat S. Bonauentura, eidemq. eiuſdem B. Virginis laudes decantat, necnon partem recenſet beneficiorum, quæ per talem mediatricem in genus humanum contulit omnipotens, & miſericors Deus: vt hac ſalutationis forma affectus deuotorum Sanctiſſimæ Mariæ Virginis magis, ac magis erga ipſam excitetur.

PRIMA QVINQVAGENA.

AVE Virgo vitæ lignum,
Quæ perenni laude dignum,
Saluo voto quod vouiſti,
Mundo fructum attuliſti.
Aue cui ſine fine
Reges aſtant & Reginæ,
Tu Regina ſæculorum,
Regum princeps, & regnorum.
Aue Dauid germen iuſtum,
Vt vitalem Dei guſtum
Mereamur experiri,
Fac de monte nos audiri.
Aue virgo Deo digna,
Serua ſeruos, & conſigna
Luce tuæ faciei,
Et ſplendore vultus Dei.
Aue Mater noui moris,
Nec conceptu Redemptoris,
Neque ortu deflorata
Scuto Dei obumbrata.
Aue Virgo, quæ furorem
Conditoris in amorem
Tua forma conuertiſti,
Votis iram extinxiſti.
Aue virgo, quam Saluator,
Renum teſtis, & ſcrutator,
Quem non fallit nox erroris,
Laudat intus atque foris.
Aue virgo plena bonis
Gratiarum diues donis,
Opus Dei digitorum,
Grande nimis & decorum.
Aue virgo poſt & ante,
Pro me ſemper te pugnante,
Vertat hoſtis mihi dorſum,
Et conuerſus ſtet retrorſum.
Aue porta libertatis,
Aula ſummæ Trinitatis,
Et ſolemne Dei templum,
Salus orbis & exemplum.
Aue virgo flos regalis,
Mulierum nulla talis,
Verba cuius ſunt argentum,
Lingua laudis inſtrumentum.
Aue virgo, cui plaudo,
Tibi canto te collaudo,
Bona mihi tribuentem,
Serua virgo me canentem.

A Aue virgo, Deo chara,
Pulchra ſuauis prudens clara,
Sola Dei ſalutare,
Digna mundo generare.
Aue virgo virtus mea,
Natum Deum poſce dea,
Vt in arce Sion clare
Nos concedat habitare.
Aue virgo forma morum,
Cui Chriſtus Rex cælorum,
Mundi curis expeditæ
Notas fecit vias vitæ.
B Aue virgo cuius ori,
Voci verbis & clamori,
Dei aures inclinatæ
Sunt, præſtandi largitate.
Aue virgo diligenda,
Laude cunctis præferenda,
Radix ſancta ſemen verum,
Flos & gemma mulierum.
Aue, cuius prouocatus
Forma Deus Deo natus,
Pugnaturus non expauit,
Sed vt gigas exultauit.
C Aue ſcala cælum tangens,
Ad te virgo clamo plangens,
Vt a malo ſtella maris,
De Sion me tuearis.
Aue Ieſſe ſtirps beata,
Virgo voto non fraudata,
Tui cordis & tuorum,
Voluntate labiorum.
Aue, cuius quæ naſcetur
Claritatem gens loquetur,
Cuius honor non decreſcit,
Et poteſtas finem neſcit.
D Aue digna omni laude,
Caſta Dei Mater gaude,
Et admitte vota precum,
Vſis virgo ſemper mecum.
Aue virgo cuius manus,
Non fœdauit actus vanus,
Sed ab omni prauitate,
Innocentes ſunt ſeruatæ.
Aue virgo ſpecioſa,
Cuius quaſi recens roſa,
Spirat caro, cor lætatur,
Mens in bonis demoratur.
Aue virgo, quæ iam audis,
Coram throno vocem laudis,

Iube ſimul nos aſtare,
Dei laudes enarrare.
Aue virgo rumpe moras,
Et ad omnes ſemper horas,
Mihi cuſtos & adiotrix,
Eſto digna Dei nutrix.
Aue virgo vernans flore,
Guſtu cuius & odore,
Rurſum homo iuueneſcit,
Et ad vitam reuireſcit.
Aue virgo & appare,
Iube tecum nos regnare,
Et ad Chriſtum, quo abiſti,
Poſt te trahe Mater Chriſti.
Aue virgo fauus mellis,
Cedit ecce Sol cum ſtellis,
Tui vultus claritati.
Tu decoris conſummati.
Aue virgo finis iræ,
Purga culpas & largire,
Nos peracto curſu mundi
Pro peccatis non confundi.
Aue virgo pulchra viſu,
Deprecor te toto niſu,
Me clamantem quotidie
Clemens Mater audi pie.
Aue Mater virgo tamen,
Poſce ſemper ſacrum flamen,
Ad munimen nobis dari,
Et a verbo nos firmari.
Aue virgo ruga carens,
Da intacta Dei parens,
Vt laus tua cum dulcore
Meo ſemper ſit in ore.
Aue Mater expers viri,
Fac me dignum inueniri,
Quem digneris adiuuare,
Noli virgo iam tardare.
Aue virgo vena munda,
Per te viui fontis vnda
Mihi ſemper irroretur,
Quo cor meum decoretur.
Aue virgo vitæ via,
Salue mundi ſpes Maria,
Cuius legem cor rimatur,
Os ſophiam meditatur.
Aue virgo mundi decus,
Tibi cedens Iudex æquus
Eſt oblitus iræ ſuæ,
In aſpectu formæ tuæ.
Aue virgo mundi ratis.
Da, vt igni charitatis
De te mihi ſemper creſcat,
Cor amore incaleſcat.
Aue virgo lux aſtrorum,
Educ, quæſo, vitiorum
Lotulenta me de fæce,
Pro me Deo fuſa prece.
Aue virgo fac dignare,
Te laudantem me ſanare,
A languore nimis graui,
Quem peccando comparaui.
Aue virgo, da quod cernis,
Vt contempler in ſupernis,
Epulantis turbæ ſonum,
Et cantantis ante thronum.
Aue virgo ſingularis,
Vera veri ſalutaris,
Et emiſſæ lucis mater,
Cui Deus verus Pater.
Aue virgo, tu quietem,
Fac frementis mundi fretum,
Ieſus naui ſoporatus,
A te ſurgat excitatus.

A Aue virgo digna coli,
Quæ diuinæ tuæ proli,
In feſtiua claritate,
Veſtis aſtas deauratæ.
Aue virgo mundi lumen,
Quæ a Patre verbi flumen,
Tibi miſſum & infuſum,
Effudiſti præter vſum.
Aue virgo Mater agni,
Ieſu Chriſti regis magni,
Qui eſt pius & benignus,
Et honore ſummo dignus.
B Aue virgo formæ ratæ,
Cuius vultus ſingulare
Viſum iubar ſunt mirati
Reges cælo congregati.
Aue virgo, veta mentem,
Te laudando diligentem.
Deputari inter reos,
Vbi mors depaſcet eos.
Aue veris claritudo,
Tecum agri pulchritudo,
Quæ perfuſa cæli rore,
Vernans orto Saluatore.
C Aue Mater orphanorum,
Miſerere miſerorum,
Tollens ſordes & peccata,
Super niuem dealbata.

SECVNDA QVINQVAGENA.

AVe virgo primiuua,
Virgo ferax vt oliua,
Quæ diuini germen floris,
Attuliſti noſtris oris.
Aue, ſchema clarum Dauid
D Mundus omnis acclamauit,
Sola Deum requiſiſti,
Nec ad probra deſcendiſti.
Aue virgo noui voti,
Poſce bona mundo toti,
Tuum omnes adiuuamen,
Sentiamus ſemper, amen.
Aue virgo columbina,
Fac vt mundi de ſentina,
Illuc volem datis pennis,
Vbi quies eſt perennis.
Aue virgo, da, te duce,
E Me viuorum frui luce,
In qua raptus ad ſuperna,
Vita viuam ſempiterna.
Aue virgo ſpecialis,
Foue tuis me ſub alis,
Sede fruar, vt amœna,
Et quiete pace plena.
Aue decus puellarum,
Virga Iudæ ſemen clarum
Patris parens, natæ prolis,
F Dei domus, aula ſolis.
Aue virgo flos de ſpina,
Quod rogamus, da regina,
Surge nobis in occurſum.
Præbe dextram, trahe ſurſum.
Aue virgo lacte lota,
Paſce ſemper nos & pota,
Deitatis fonte trino,
De compunctionis vino.
Aue turris noſtræ ſpei:
Eſto virgo memor mei,
Et cantorem laudum harum.
Salua princeps feminarum.
Aue virgo ſine dolo,
Cuius omnis ſpes in ſolo
Creatore ſemper manſit:

Non

Non in mundo, qui pertranſit.
Aue virgo, caro cuius
Ridens dapes vitæ huius,
Solum Deum concupiuit,
Et eum mente ſitiuit.
Aue virgo recti cordis,
Nec vllius vnquam ſordis
Inquinata fœditate,
Dono prolis illibatæ.
Aue ſalus ex Iudæis,
Votis virgo faue meis,
Vt in Sion reddam illa,
Dum reſurgam de fauilla.
Aue virgo par argento,
Quæ pudoris detrimento,
Igne mundi non arſiſti,
Quem illæſa pertranſiſti.
Aue parens abſque pare,
Mater Dei deprecare,
Deum mihi miſereri,
Et cum iuſtis me cenſeri.
Aue virgo Deo iuncta,
Te tollente mala cuncta,
Viæ meæ proſperentur,
Res aduerſæ ſecundentur.
Aue virgo per quam volens,
Pauper ille fit, & dolens,
Quo iubente dolor cedit,
Et paupertas retro redit.
Aue virgo Dei cella,
Quem pro nobis interpella,
Placa natum ne moreris,
Quæ repulſam non vereris.
Aue norma caſtitatis,
Eſto virgo pro peccatis,
Ne deſcendam ad tormentum;
Forte mihi firmamentum.
Aue virgo vitæ portus,
Porta clauſa clauſus hortus,
Vellus clari Gedeonis,
Veri thronus Salomonis.
Aue virgo cuius lotus
Pes peccando non eſt motus;
Ergo firma vacillantes,
Leua lapſos, tene ſtantes.
Aue decus diſciplinæ,
Stella lucis matutinæ,
Veri ſolis tu aurora,
Tu pro nobis ſemper ora.
Aue virgo, quam laudamus,
Da ſecuri videamus,
Hora Chriſti iudicantis,
Et poſt ſemper imperantis.
Aue virgo, ſed fecunda,
Firma vagos, fœdos munda;
Et qui aufert regum flatum,
Regem nobis fac placatum.
Aue virgo Dei quies,
Tu antiquos mihi dies,
Et per Euam quam amiſi,
Redde lucem paradiſi.
Aue virgo quæ rogaſti,
De ſecreto ventris caſti,
Super ora peccatorum
Verum panem Angelorum.
Aue templum impollutum,
Cuius mundo cor exutum,
Nulla vnquam ſeculari
Lue, quiuit inquinari.
Aue mundi medicina,
Miſce potum & propina,
Fletum mihi menſurate,
Pro peccati quantitate.
Aue virgo flos ætatis,

A Tu diuinæ ſuauitatis,
Mel & Manna ſuſcepiſti,
Et hæc nobis porrexiſti.
Aue virgo fuga mortem,
Serua reos, & in ſortem
Transfer Dei filiorum,
Reparatrix perditorum.
Aue virgo admiranda,
Tibi nulla comparanda,
Nulla talis in puellis,
Vniuerſas tu præcellis.
B Aue virgo quæ de triſti,
Valle fletus emerſiſti.
Orta terris & in mare,
De excelſo rutilare.
Aue terra fructuoſa,
Ieſu mater generoſa,
De qua nobis modo miro,
Vir proceſſit ſine viro.
Aue grandis & puſilla,
Dei mater & ancilla,
Tu regina reginarum,
Honor cæli, laus terrarum.
Aue virgo mundi vita,
C Tu cum nato da petita,
Vt me Dei ciuitatis
Ciuem eſſe faciatis.
Aue virgo dies feſta,
Per te ſaluer a moleſta
Paupertate, qua laboro,
Mater abſque viri thoro.
Aue virgo & lætare,
Te in cælis imperare,
Gens, & lingua omnis ſciat.
In æternum fiat fiat.
Aue virgo, cuius oris,
D De ſplendore conditoris,
Splendor clare reſplendeſcit,
Lucet corpus, cor clareſcit.
Aue virgo decus rerum;
Te iubente me dierum
Comitetur longitudo,
Et ſalutis plenitudo,
Aue cedrus exaltata,
Virgo palmæ coæquata,
Premens arce dignitatis
Cuncta ligna voluptatis.
Aue virgo quæ decorem
E Induiſti, Creatorem
Præcinxiſti pulchre Deum,
Carne munda velans eum.
Aue virgo gratioſa,
Tuque mitis, & formoſa,
Super omnes es puellas,
A te numquam me repellas.
Aue virgo vincens ſolem,
Cuius infans terræ molem,
Fundat, librat, & appendit,
Fines manu comprehendit.
F Aue virgo vitæ rectæ,
Fac peccata nos perfecte
Confitendo, decorari,
Da te ſemper venerari.
Aue virgo vellus roris,
Tu dilecta Saluatoris,
Tu cor habes liquefactum,
Ad ignitum Dei tactum.
Aue ſponſa regis almi,
Pſalle Deo voce pſalmi,
Et fer opem, quam precamur,
Ne in culpa moriamur.
Aue nubes pluuialis,
Quæ percuſſa mille malis,
Corda noſtra refeciſti,

Quibus Deum infudiſti.
Aue virgo nec morare,
Surge portas reſerare,
Quas obſtruxit homo primus,
Vt intrare nos poſſimus.
Aue virgo, quam inuiſi
Nuſquam tangit baſta niſi.
Tota felix, oec aduſta,
Qualicumque te inuiſta.

TERTIA QVINQVAGENA.

AVE virgo mundi ſidus,
Domus, tectum, mons, & nidus,
Vbi paſſer ſolitaris
Ieſu Chriſte demoraris.
Aue virgo delicata,
Mater virum dedignata,
Per te datur vitæ dator,
Et perennis miſerator.
Aue virgo terra bona,
Tu petenti mihi dona,
Panem de te procreatum,
Viuum vera vite natum.
Aue mater Ioſeph veri,
Ab interna qui tueri,
Semper fame nos dignetur,
Per te illud impetretur.
Aue virgo, ac præbeto,
Vnam mihi rem, quam peto,
Me in tuo ſalutari,
Ad ſalutem viſitari.
Aue virgo fons ſignatus,
Cuius numquam violatus
Venter fudit Redemptorem,
Oppreſſorum ereptorem.
Aue virgo & implora,
Vt cor meum omni hora,
Præparatum, leue, pronum,
Gaudens fit ad omne bonum,
Aue virgo vitæ datrix,
Ad te diues Imperatrix,
Clamo pauper & egenus,
Et ærumna multa plenus.
Aue virgo & ne ſinas,
Sion muros, & ruinas,
Sine nobis reparari,
Fac ad illam nos quadrari.
Aue virgo cuius vultus,
Mores, modus, forma, cultus,
Cuncta placent ad perfectum,
In te nihil eſt neglectum.
Aue virgo agni nupta,
Opto mater incorrupta,
Larga nimis & felici
Tua manu benedici.
Aue virgo nauta mondo,
Ne mergamur in profundo,
To deporta nos ad portum,
Ad æterni ſolis ortum.
Aue virgo, quam ſincero
Semper eſſe corde ſpero,
Vitæ meæ protectricem,
Credo Dei genitricem.
Aue virgo lætabunda,
Per te viuam cum iucunda
Electorum concione,
In viuorum regione.
Aoe virgo virens ſalix,
Fauua vnà fons & calix,
Quæ prophetæ protoplaſti,
Nectar orbi propinaſti.
Aue virgo virga Ieſſe,
Dona nobis tecum eſſe,

A Vt affectu quo debemus,
Io æternum te laudemus.
Aue virgo Glorioſa,
Fac virtutem virtuoſa,
Et me iube ſemper frui
Viſione vultus tui.
Aue virgo meque doce,
Intus ſono ſine voce
Bonitatem diſciplinam,
Et ſcientiam diuinam.
Aue virgo tota lenis,
Salues, oro, me a pœnis
B Grauis huius incolatus,
Et æterni cruciatus.
Aue parens abſque næuo,
Ad te cor & vultum leuo,
Vt me quoque conſoleris,
Quæ cunctorum miſereris.
Aue virgo lux iuſtorum,
Tu conuexa ſuperorum
Glorianter introiſti,
Et, vt regnes, reſediſti.
Aue, cui dominator
Rex cælorum habitator,
C Io perenni dedit iure,
Omnis ſceptra creaturæ.
Aue virgo benedicta,
Quam noo traxit ad delicta
Rerum iſte torrens vanus,
Ros decurrens flos mundanus.
Aue Sioo mons ſublimis,
Eleuata virgo nimis,
Et in cælis principatum,
Ius vſurpans & primatum.
Aue virgo, quam perflauit,
Et perflando fecundauit,
D Aoſter fructu ſpiritali,
Chriſto flore virginali.
Aue plena gratiarum,
Domus ſeptem columnarum,
Dei manu fabricata,
Nec ab eo violata.
Aue palmes vitis veræ,
Bona Sion me videre
Conctis virgo fac diebus,
Vt abundem lætis rebus.
Aue virgo maris ſtella,
Dona vires, doce bella,
E Fac me dote præliari,
Et ne ſinas expugnari.
Aue virgo ſpes humana,
Preme ventos, fluctus plana,
Vt euictis mundi vndis,
Emergamus de profundis.
Aue virgo cuius ſenſus,
Numquam fuit deprehenſus
Arroganter eleuari,
Aut iniuſte gloriari.
Aue virgo diua poli,
Cuius Deus ſibi ſoli
F Habitandum cor elegit,
Et libenter ibi degit.
Aue virgo vas vnguenti,
Iam io oram veſtimenti,
Vnctionem qua abundas,
Sopplicamus vt infundas.
Aue virgo, quæ ad pura
Adolendum precum thura
Deo manus extuliſti,
Cui mater extitiſti.
Aue virgo pia tota,
Da vt mente te deuota,
Et amore ſemper puro,
Laudem nunc & in futuro.

Aue

Aue cælum ſpiritale,
Summum intellectuale,
Tu mons ille non inciſus,
Tu cæleſtis paradiſus.
Aue Mater virgo vera,
Doce mente me ſincera,
Sion ſemper recordari,
Non de mundo meditari.
Aue noui mater Adam,
Cuius precor vt euadam,
In me iuſtam vltionem,
Pro me reddas rationem.
Aue mater pietatis,
Per te noſtræ cæcitatis
Nox, vt dies, illuſtretur,
Malum omne propulſetur.
Aue digna prædicari,
Non me ſinas ſupplantari,
Et ne ruant ad exceſſus,
meos virgo rege greſſus.
Aue virgo cor ornatum,
Vera, quæſo, ne peccatum
Verbis parem excuſare,
Doce linguam refrenare.
Aue virgo da poſt luctum,
Mundi huius hinc eductum
Phœbi vultu clariora,
Me videre Chriſti ora.
Aue Regum alta proles,
Tu me virgo ſicut ſoles,
Ad te ſalua fugientem,
Serua tibi procidentem.

A Aue arbor mire culta,
Virgo pollens laude multa,
In qua Deus cum deſcendit,
Fœdum nihil deprehendit.
Aue virgo, quæ lactaſti,
Suaue lumen quod guſtaſti,
Et in cælo mente fixa,
Stella Solem es enixa.
Aue botrum ferens vitis,
Per quam pulſa mundi ſitis,
Lux eſt cæcis reſtaurata,
Et libertas vinctis data.
B Aue felix in ſeptenas,
Sparſa ſtellas, quas ſerenas,
Chriſtiani orbis rura,
Luce numquam occaſura.
Aue rerum potens dina,
Menſæ Dei tu conuiua,
Tu medullam da frumenti,
Tecum mihi diſcumbenti.
Aue tota dealbata,
Virgo cui comparata,
C Luna nigra reputatur,
Sol cum ſtellis obſcuratur.
Aue virgo, quæ lætaris,
Et exultans gloriaris
De virtutum tot vigentis,
In cubili tuæ mentis.
Aue ſidus principale,
Alma Dei mater vale,
In æternum æternorum,
Digna ſono cymbalorum. Amen.

SANCTI BONAVENTVRÆ
EXIMII ECCLESIAE DOCTORIS
Opuſculum, quod inſcribitur:
PSALTERIVM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Sequens Opuſculum, cui titulus eſt Pſalterium B. Virginis, artificioſe inſtar Dauidici Pſalterij Sanctus Bonauentura compoſuit. Sunt autem in eo centum quinquaginta pſalmi, quorum initia coherent cum pſalmis Dauidis: quæ vero ſubſequuntur verba Beatæ Virgini pulchre aptantur. Continet etiam Cantica octo, inſtar ſcilicet Canticorum Iſaiæ, Ezechiæ, Annæ, duorum Moyſi, Habacuc, trium puerorum, & Zachariæ. Præterea, Hymnum, Te matrem Dei laudamus ſimilem illi, qui Ambroſio, & Auguſtino tribuitur, denique Symbolum, Quicumque vult, ad imitationem Symboli Athanaſij. Quis vero fuerit Auctoris Scopus in hoc Opuſculo ex præfatione in ipſum ſatis apparet.

PRÆFATIO.

Prou. 4. b ARRIPE *illam & exaltabit te, & glorificaberis ab ea, cum illam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te*, ait Sapiens. Gloria in excelſis Deo & gratiarum actio & vox laudis, qui nunc per prophetica myſteria, nunc per oracula de cælis lapſa, nunc per lectionem Euangelicam, nunc per Apoſtolicam tubam multifarie multisque modis ad honorem Virginis Mariæ Reginæ cælorum ac Angelorum ſinceriſſime nos inuitat, ac incitat vt per ipſius ſancta merita, omni acceptione digniſſima, ex infernorum clauſtris arreptos, Angelicæ militiæ nos adſcribat. Vnde licet Salomon verba prædicta de Sapientia protulerit; Spiritus tamen ſanctus illa ad

A Virginem præcellentem Mariam intellectu myſtico reflectit. In quo verbo vos, amicæ chariſſimæ, ad ipſius amorem eſt alliciens, veſtrumque cor ad ipſius amplexum, varijs promiſſionibus attrahens, & demulcens. Aſſignat autem vobis aſſecutura quattuor dona mirifica, ſi tam præclara puella nexu ſpirituali vobis fuerit coniuncta, & brachijs deſideriorum feruentium a vobis cum magna reuerentia & deuotione amplexata. Primo affert vobis exaltationem, ibi: *Et exal-*
B *tabit te*. Secundo glorificationem, ibi: *Et glorificaberis ab ea*. Tertio gratiarum abundantiam, ibi: *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum*. Quarto viriditatis perpetuæ immarceſcibilem coronam, ibi: *Corona inclyta proteget te*. Vnde rogo chariſſimæ & deſiderantiſſimæ, ne tam nobilem & ſpecioſiſſimam Virginem repellatis, ne tam admirandam reuerendiſſimam Reginam

ginam Virginem Mariam vilipendatis: ne ſi a vobis contemptam ſe viderit, non dico tantis fraudemini, verum, quod abſit, mala perpetua incurratis. Quapropter ad obſequendum ei, ſinum mentis extendatis, ad laudandum & glorificandum eam cor præparate, linguam laxate, ac celeri famulatu illi placere feſtinate. Conſtat enim, quòd ex ipſius acceſſu remanebitis deuotiores, ex ipſius tactu mundiores, ex ipſius amplexu virtute & gratia profuſiores & nitidiores. Et, vt tantorum bonorum vobis aliquam occaſionem cõferam, mitto vobis ipſius Virginis ſacratiſſimæ Pſalterium, ex ſcintillula meæ pauculæ intelligentiæ, gratia & adiutorio illius conditum & compactum: in quo diuerſis præconijs eam extolletis, nunc ipſius virginitatem & caſtimoniam; nunc eius fecunditatem & ſanctimoniam, nunc eius largitatem ſiue clementiam. Ibi efferetis eam velut plenam omni gratia, velut repletam omni ſcientia, velut illuſtratam omni ſapientia & intelligentia. Ibi benedicetis fructum ſui ventris glorioſi, membra corporis ſancti, & prærogatiuas animæ, omni ſanctitate pollentes. Ibi ad ipſius laudem inuocabitis choros Angelorum, & ſanctorum nationes hominum, inſulas gentium, cælum, & pulchritudinem luminarium, ac totum orbem terrarum. Ibi eam rogabitis, vt deſtruat vires ſpiritualium hoſtium, vt vobis impetret veniam peccatorum, vt vobis reddat placabilem terribilem iudicem, & vt veſtrum finem ſua illuſtret præſentia, vobiſque obtineat gaudia ſine fine manſura. Igitur o chariſſimæ, hoc tantillum meum munuſculum primum vobis oblatum gratanter ſuſcipite, fructumque ex eo proferre ſatagite, & in eo matrem Dei frequentius collaudate: ſi forte pijſſima ſuper vos ſuum conuertat amabilem vultum, ad ſuum amorem vos recipiens, veſtram animam in præſenti recreans & reficiens, & in futura gloria coronam de lapide pretioſo veſtro capiti ſuperponens.

PSALTERIVM
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Pſalmus 1.

BEATVS vir qui diligit nomen tuum Maria virgo: gratia tua animã eius confortabit.

Tamquam aquarum fontibus irrigatum vber: in eo fructum iuſtitiæ propagabis.

Benedicta tu inter mulieres: per credulitatem cordis ſancti tui.

Vniuerſas enim feminas vincis pulchritudine carnis: ſuperas Angelos & Archangelos excellentia ſanctitatis.

Miſericordia tua & gratia vbique prædicatur: Deus operibus manuum tuarũ benedixit. Gloria patri, &c.

Pſalmus 2.

QVare fremuerunt inimici noſtri: & aduerſum nos meditati ſunt inania?

Protegat nos dextera tua mater Dei: vt acies terribilis confundens & deſtruens eos.

Venite ad eam, qui laboratis & tribulati eſtis: & dabit refrigerium animabus veſtris.

Accedite ad eam in tentationibus veſtris: & ſtabiliet vos ſerenitas vultus eius.

Benedicite illam in toto corde veſtro: miſericordia enim illius plena eſt terra. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 3.

DOmina, quid multiplicati ſunt qui tribulant me? in tempeſtate tua perſequeris & diſſipabis eos.

Diſſolue colligationes impietatis noſtræ: tolle faſciculos peccatorum noſtrorum.

Miſerere mei Domina & ſana infirmitatem meam: tolle dolorem, & anguſtiam cordis mei.

Ne tradas me manibus inimicorum meorum: & in die mortis meæ conforta animam meam.

A Deduc me ad portum ſalutis: & ſpiritum meum redde factori & creatori meo. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 4.

CVm inuocarem exaudiſti me Domina: & e ſublimi ſolio tuo, mei dignata es recordari.

A rugientibus præparatis ad eſcam: & de manibus quærentium me liberabit gratia tua.

Quoniam benigna eſt miſericordia & pietas tua: in omnes, qui inuocant nomen ſanctum tuum.

Benedicta ſis Domina in æternum: & maieſtas tua in ſæculum.

Glorificate eam omnes gentes, in virtute veſtra: B & cuncti populi terræ extollite magnificentiam eius. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domina: & ne auertas a me ſpecioſitatem vultus tui.

Conuerte luctum noſtrum in gaudium: & tribulationem noſtram in iubilationem.

Corruant ante pedes noſtros inimici noſtri: virtute tua eorum capita conterantur.

Benedicat te omnis lingua: & nomen ſanctum tuum confiteatur omnis caro.

Spiritus enim tuus ſuper mel dulcis: & hereditas ſu-
C per mel & fauum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 6.

DOmina ne in furore Dei ſinas corripi me: neque in ira eius iudicari.

Propter honorem nominis tui Domina: propitietur nobis fructus glorioſi ventris tui.

De porta inferi, & de ventre abiſſi: tuis ſanctis precibus libera nos.

Aperiantur nobis ianuæ ſempiternæ: vt enarremus in æternum mirabilia tua.

Quia non mortui, neque qui in inferno ſunt, laudabunt te Domina: ſed, qui tua gratia vitam æternam
D obtinebunt. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 7.

DOmina mea in te ſperaui: de inimicis meis libera me Domina.

Conclude ora leonis & dentes eius: & labia perſequentium conſtringe.

Non moreris propter nomen tuum: facere nobis miſericordiam tuam.

Splendor vultus tui fulgeat ſuper nos: vt ſeruetur conſcientia noſtra apud Altiſſimum.

Si perſequatur inimicus animam meam, Domina adiutorio tuo confortet: ne vibret gladium ſuum
E contra me. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 8.

DOmina, Dominus noſter factus eſt frater noſter: & Saluator noſter.

Virgo in rubo & ros in vellere: deſcendit in te æternum verbum Dei.

Spiritusſancto fecundante: obumbrauit tibi virtus Altiſſimi.

Benedictus ſit mundiſſimus conceptus tuus: benedictus ſit partus tuus virgineus.

Benedicta ſit munditia carnis tuæ: benedicta ſit dul-
F cedo miſericordiæ cordis tui. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 9.

COnfitebor tibi Domina in toto corde meo: & narrabo in populis laudem & gloriam tuam.

Tibi enim debetur gloria, & gratiarum actio: & vox laudis.

Inuenient gratiam peccatores apud Deum: per te inuentricem gratiæ, & ſalutis.

Reſpirent ad indulgentiam humiles pœnitentes: ſana contritiones cordis eorum.

In pulchritudine pacis, & requie opulenta: cibabis nos poſt laborem peregrinationis noſtræ. Gloria. &c.

Pſalmus 10.

IN Domina confido: propter dulcedinem miſericordiæ nominis ſui.

Oculi

Oculi eius in pauperem reſpiciunt : & manus eius [A] ad pupillum & viduam ſunt extentæ.

Eſquirite illam a iuuentute veſtra : & glorificabit vos ante faciem populorum.

Miſericordia illius noſtrorum auferat multitudinem peccatorum : & fecunditatem nobis conferat meritorum.

Extende ad nos brachium tuum virgo glorioſa : & ne auertas a nobis glorioſum vultú tuum. Gloria. &c.

Pſalmus 11.

SAluum me fac mater pulchræ dilectionis : fons clementiæ & dulcor pietatis.

Gyrum terræ ſola circuis : vt ſubuenias inuocantibus te. [B]

Pulchræ ſunt viæ tuæ : & ſemitæ tuæ pacificæ.

In te refulget ſpecies caſtitatis : lumen iuſtitiæ, & ſplendor veritatis.

Amicta ſolari lumine ſicut veſtimento : duodecim ſtellarum corona rutilans radianti. Gloria patri. &c.

Pſalmus 12.

VSquequo Domina obliuiſceris me : & non liberas me in die tribulationis?

Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? potentia virtutis tuæ conterere ipſum.

Aperi oculos miſericordiæ tuæ: ne inimicus noſter, [C] aduerſus nos præualeat.

Magnificamus te gratiæ inuentricem : per quam ſæcula reparantur.

Exaltata ſuper choros Angelorum : ante thronum Dei ora pro nobis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 13.

DIxit inſipiens aduerſarius noſter in corde ſuo: perſequar & comprehendam, & interficiet eum manus mea.

Exurge Domina & præueni eum, & ſupplanta eum: deſtrue omnes conatus illius.

Tuam pulchritudinem Sol & Luna mirantur : tibi [D] Angelicæ poteſtates ſeruiunt & famulantur.

Tuo tactu leniſſimo ſanantur infirmi : tuo odore roſeo mortui reuiuiſcunt.

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis : in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 14.

DOmina quis habitabit in tabernaculo Dei? aut quis requieſcet cum ſenatoribus populi?

Pauperes ſpiritu, & mundi corde : mites, pacifici, atque lugentes.

Recordare Domina, vt loquaris pro nobis bona : & indignationem Filij tui auertas a nobis. [E]

Amplectamur Mariæ veſtigia peccatores : & eius beatis pedibus prouoluamur.

Teneamus eam fortiter, nec dimittamus : donec ab ea meruerimus benedici. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 15.

COnſerua me Domina, quoniam ſperaui in te : mihique tuæ ſtillicidia gratiæ impartire.

Aluus tuus virginalis & viſcera tua : Filium altiſſimi genuerunt.

Benedicta ſint vbera tua : quibus lacte Deifico Saluatorem enutriſti.

Confitemini laudes Virgini glorioſæ : quicumque [F] apud eam gratiam & miſericordiam inueniſtis.

Date magnificentiam nomini eius : & collaudate in ſæculum conceptum, atque partum eius. Gloria. &c.

Pſalmus 16.

EXaudi Domina iuſtitiam meam & amorem : amoue a me tribulationem meam.

Confitebor tibi in voce exultationis, cum magnificaueris ſuper me miſericordiam tuam.

Imitamini eam ſanctæ Virgines Dei : vt imitatæ ſunt Agnes, Barbara, Dorothea, & Catharina.

Honorificate eam in voce labiorum veſtrorum : per hoc eius gratiam Agatha, Lucia, Margarita, & Cæcilia ſuſceperunt.

[A] Sponſum dabit vobis Patris Filium : & de Paradiſi lilijs coronã incomparabiliter radiantem. Gloria. &c.

Pſalmus 17.

DIligam te Domina cæli & terræ : & in gentibus nomen tuum inuocabo.

Confitemini illi tribulati corde, & roborabit vos contra inimicos veſtros.

Stilla nobis Domina gratiã vberũ tuorũ: ex manante lacte dulcedinis tuæ refice viſcera pectorũ tuorum.

Religioſi omnes honorare illam : quia ipſa eſt adiutrix, & veſtra ſpecialis aduocata.

Eſto refrigerium noſtrum glorioſa mater Chriſti : [B] quia tu es totius religionis mirabile firmamentum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 18.

CÆli enarrant gloriam tuam : & vnguentorum tuorum fragrantia in gentibus eſt diſperſa.

Reſpirate ad illam perditi peccatores : & perducet vos ad indulgentiæ portum.

In hymnis & pſalmis & canticis pulſate viſcera eius : & ſtillabit vobis gratiam dulcedinis ſuæ.

Glorificate eam iuſti ante thronum Dei : quia fructu ventris eius eſtis iuſtitiam operati.

Laudate eam cæli cælorum : & nomen eius glorifi- [C] cet omnis terra. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 19.

EXaudias nos Domina in die tribulationis : & precibus noſtris conuerte clementem faciem tuam.

Ne proijcias nos in tempore mortis noſtræ: ſed ſuccurre animæ cum deſeruerit corpus ſuum.

Mitte Angelum in occurſum eius: per quem ab hoſtibus defendatur.

Oſtende ei sereniſſimum Iudicem ſæculorum : qui ob tui gratiam veniam ei largiatur.

Sentiat in pœnis refrigerium tuum : & concede ei locum inter electos Dei. Gloria patri, &cet.

[D] *Pſalmus* 20.

DOmina in virtute tua lætabitur cor noſtrum: & in dulcedine nominis tui cõſolabitur anima noſtra.

De ſedibus mitte nobis ſapientiam : per quam in omni veritate dulciter illuſtremur.

A carnalibus deſiderijs concede gratiam abſtinendi : vt lumen gratiæ in noſtris cordibus oriatur.

Quam dulcia diligentibus te eloquia tua Domina: quàm ſuauia ſunt tuarum ſtillicidia gratiarum.

Gloriam & honorem pſallam tibi: & in nomine tuo gloriabor in ſæculum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 21.

[E] DEus Deus meus : reſpiciat in me meritis tuis virgo ſemper Maria.

Domina mea clamaui ad te per diem & noctem : & feciſti cum ſeruo tuo miſericordiam tuam.

Quia ego ſperaui in miſericordia tua: ſempiternum a me opprobrium abſtuliſti.

Deriſerunt me inimici mei vndique : tu autem ſub vmbra manus tuę contuliſti mihi refrigerium bonum.

Adorent te familiæ gentium : & glorificent te omnes ordines Angelorum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 22.

DOminus regit me, virgo Dei genitrix : quia tu [F] amabilem vultum eius ad me conuertiſti.

Benedicti ſunt oculi tui ſplendidiſſimi : quos digneris miſericorditer conuertere ſuper nos peccatores.

Benedictum ſit lumen & ſplendor faciei tuæ : benedicta ſit gratia vultus tui.

Benedicta ſit miſericordia manuum tuarum : benedicta ſit emanatio virginei lactis tui.

Benedicant te Apoſtoli tui, & Prophetæ Dei : Martyres, Confeſſores, & Virgines pſallant tibi. Gloria. &c.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra & plenitudo eius : tu autem ſanctiſſima mater cum eo regnas in æternum.

Gloriam & decorem induiſti : omnis lapis pretioſus amictus & operimentum tuum.

Splen-

Splendor Solis ſuper caput tuum: lunaris pulchritudo ſub pedibus tuis.

Sidera micantia ornant ſedile tuum: aſtra te glorificant iugiter matutina.

Memento noſtri Domina in beneplacito tuo: & fac nos dignos glorificandi nomen tuum. Gloria, &cet.

Pſalmus 24.

AD te Domina leuaui animā meam: in iudicio Dei, tuis precibus non erubeſcam.

Neque illudant mihi aduerſarij mei: etenim præſumentes de te roborantur.

Non præualeant aduerſum me laquei mortis: & caſtra malignantium non impediant greſſus meos.

Collide impetum eorum in virtute tua: & cum manſuetudine occurre animæ meæ.

Ductrix mea eſto ad patriam: & me cœtui Angelorum digneris aggregare. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 25.

IVdica me Domina, quoniam ab innocentia mea digreſſus ſum: ſed quia ſperaui in te non infirmabor.

Vre cor meum igne amoris tui: & cingulo caſtitatis reſtringe renes meos.

Quoniam miſericordia tua & clementia tua ante oculos meos: & delectatus ſum in voce laudis tuæ.

Domina dilexi decorem faciei tuæ: & veneratus ſum ſanctam maieſtatem tuam.

Confitemini nomini eius, quoniam ſanctum eſt: enarrentur in ſæculum mirabilia eius.

Pſalmus 26.

DOmina illuminatio mea ſit ſplendor faciei tuæ: & ſerenitas tuæ gratiæ refulgeat menti meæ.

Exalta caput meum, & ego pſallam: pſalmum nomini tuo decantabo.

Ne auertas faciem tuam a me: quia ſpeciem & decorem tuum a iuuentute mea concupiui.

Te amaui & exquiſiui Regina cælorum: miſericordiam tuam & gratiam tuam ne ſubtrahas a ſeruo tuo.

Confitebor tibi in nationibus: & thronum gloriæ tuæ honorificabo. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 27.

AD te Domina clamabo & exaudies me: in voce laudis tuæ lætificabis me.

Miſerere mei in die anguſtiæ meæ: & in luce veritatis tuæ libera me.

Benedicta ſis o Domina: in finibus omnibus orbis terræ.

Sanctuarium, quod firmauerunt manus tuæ: eſt ſanctum templum corporis tui.

Conſcientia tua munda, & immaculata eſt: locus propitiationis & habitaculum ſanctum Dei. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 28.

AFferte Dominæ noſtræ filij Dei: afferte Dominæ noſtræ laudem & reuerentiam.

Da virtutem ſanctis tuis mater ſancta: & benedictionem laudantibus atque glorificantibus te.

Exaudi gemitus ſuſpirantium ad te: & ne ſpernas vota inuocantium nomen tuum.

Sit manus tua ad ſuccurrendum mihi parata: & auris tua intendens ad deprecationem meam.

Benedicant tibi cæli, & terra: mare & orbis terrarum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 29.

EXaltabo te Domina, quoniam ſuſcepiſti me: ab iniquo aduerſario liberabis me.

Conuerte ad me & viuifica me, de portis mortis reduc me: & de fluctibus tribulationum quæ circumdederunt me.

Propter imperium, & magnificentiam dexteræ tuę: contere & diſſipa omnes aduerſarios meos.

Et ego offeram tibi ſacrificium laudis: & gloriam tuam deuotius exaltabo.

Exultate cæli & iucundare terra: quia conſolatur

A Maria ſeruos ſuos, & pauperum ſuorum miſerebitur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 30.

IN te Domina ſperaui non confundar in æternum: in gratia tua ſuſcipe me.

Tu es fortitudo mea & refugium meum: conſolatio mea & protectio mea.

Ad te Domina clamaui, dum tribularetur cor meū: & exaudiſti me de vertice collium æternorum.

Educas me de laqueo, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es adiutrix mea.

In manus tuas Domina commendo ſpiritum meum:
B totam vitam meam & diem vltimum meum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 31.

BEati, quorum corda te diligunt virgo Maria: peccata ipſorum a te miſericorditer diluentur.

Sancta, caſta & florigera vbera tua: quæ florem viriditatis perpetuæ eruperunt.

Decor pulchritudinis tuæ corruptionem non videbit: & vultus tui gratia in perpetuum non marceſcet.

Benedicta tu virga Ieſſe ſublimis: qua te vſque ad ſedentem in throno dilataſti.

O virgo Regina, ipſa es via: per quam nos ſalus de
C ſupernis ſedibus viſitauit. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 32.

EXultate iuſti in Virgine Maria: & in rectitudine cordis collaudate eam.

Accedite ad eam cum reuerentia, & deuotione: & delectetur cor veſtrum in ſalutatione eius.

Impendite illi ſacrificium laudis: & inebriamini ab vberibus dulcoris illius.

Influit enim vobis radios ſuæ pietatis: & clarificabit vos fulgoribus miſericordiæ ſuæ.

Suauiſſimus eſt fructus illius: in ore & in corde ſapientis dulceſcit. Gloria patri, &cet.

D *Pſalmus* 33.

BEnedicam Dominam in omni tempore: & non deficiet laus eius in ore meo.

Magnificate eam mecum omnes: qui impinguati eſtis melle, & lacte recreationis eius.

In periculis in rebus dubijs inuocate eam: & in neceſſitatibus inuenietis auxilium, & refrigerium dulce.

Sumite exemplum conuerſationis eius: & æmulamini ſtudia charitatis & humilitatis illius.

Quia ergo Domina humillima fuiſti: verbum increatum ex te carnem ſuſcipere coegiſti. Gloria, &cet.

Pſalmus 34.

E IVdica Domina nocentes me: & contra eos exurge, & vindica cauſam meam.

Anima mea in te lætabitur: & tuis beneficijs deuotus exultabo.

Gratia & dulcedine tua pleni ſunt cæli & terra: vndique tuis beneficijs irretiti nos ſemper.

Quocumque enim pergimus: occurrit nobis diffuſio tui vteri virginalis.

Curramus ergo chariſſimi, & ita nobilem & dulciſſimam Virginem ſalutemus: vt in ſuæ dulcedinis gremio quieſcamus. Gloria patri, &c.

Pſalmus 35.

F DIxit iniuſtus, vt peccet in abſcondito: per ſe a malo propoſito diſcedat mater Dei.

Inclina vultum Dei ſuper nos: coge illum peccatoribus miſereri.

Domina in cælo miſericordia tua: & gratia tua diffuſa eſt ſuper terram.

Potentia & virtus in brachio tuo: robur & fortitudo in dextera tua.

Benedictum ſit imperium tuum ſuper cælos: benedicta ſit magnificentia tua ſuper terram. Gloria, &cet.

Pſalmus 36.

NOli æmulari in malignantibus Domina: furorem eorum dulcifica per gratiam tuam.

Sperate in illa religioſi & clauſtrales: confidite

in illa

in illa clerici & ſæculares.

Delectamini in laudibus illius: & exaudiet petitiones cordis veſtri.

Melius eſt modicum cum gratia illius: quàm theſauri argentei & lapides pretioſi.

Gloria ſemper ſit tibi o Regina cælorum: & in vllo tempore noli nos obliuiſci. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 37.

DOmina ne in furore tuo arguat me Dominus: nobis veniam obtine de peccatis.

In conſpectu tuo ſit omne deſiderium noſtrum: ſpes noſtra & confidentia noſtra.

Cor meum conturbatum eſt in me: recedit lux de viſceribus meis.

Illumina ſplendore tuo cæcitatem meam: dulcifica dulcore tuo contritionem meam.

Ne derelinquas nos Domina mater Dei: gratia tua & virtus ſit a dextris meis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 38.

DIxi cuſtodiam vias meas o Domina: cum per te gratia Chriſti mihi fuit data.

Dulcore tuo liquefactum eſt cor meum: amore tuo inflammata ſunt viſcera mea.

Exaudi orationem meam Domina, & deprecationem meam: & contabeſcant aduerſarij mei.

Miſerere mei de cælis & de altitudine throni tui: & ne permittas me in valle miſeriæ conturbari.

Cuſtodi pedem meum ne lædatur: & in fine meo ſit gratia tua. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 39.

EXpectans expectaui gratiam tuam: & feciſti mihi ſecũdum multitudinem miſericordiæ nominis tui.

Exaudiſti preces meas: & eduxiſti me de lacu miſeriæ, & de fouea inimici.

Multa & mirabilia ſunt dona tua Domina: incomparabilia ſunt munera gratiarum tuarum.

Exultent & lætentur ſuper te omnes qui diligunt te: qui oderunt nomen tuum corruant in infernum.

Benedicta ſis in æternum Domina: in ſæculum & in ſæculum ſæculi. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 40.

BEata Maria intelligit ſuper egenum & pauperem: in eius laudibus permanentem.

Domina Angelorum Regina mundi: munda cor meum igne amoris & charitatis tuæ.

Tu es mater illuminationis cordis mei: tu es nutrix refouens mentem meam.

Te cupit os meum collaudare: te affectat mens mea affectuoſiſſime venerari.

Te deſiderat anima mea exorare: quia tuitioni tuæ ſe commendat tota ſubſtantia mea Gloria patri, &cet.

Pſalmus 41.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita ad amorem tuum anhelat anima mea.

Quia tu es genitrix vitæ meæ: & altrix reparatoris carnis meæ.

Quia tu es lactatrix Saluatoris animæ meæ: initium & finis totius ſalutis meæ.

Exaudi me Domina, mundentur ſordes meæ: illumina me Domina, vt illuſtrentur tenebræ meæ.

Accendatur amore tuo tepor meus: gratia tua expellatur torpor meus. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 42.

IVdica me Domina, & diſcerne cauſam meam de gente peruerſa: a ſerpente maligno & a dracone peſtifero libera me.

Sancta fecunditas tua diſperdat eum: beata virginitas tua conterat caput eius.

Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum: ſancta merita tua exinaniant virtutem eius.

Perſecutorem animæ meæ mitte in abyſſum: puteus infernalis deglutiat eum viuentem.

Ego autem & anima mea in terra captiuitatis meæ

A benedicam nomen tuum: & glorificabo te in ſæcula ſæculorum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 43.

DOmina auribus noſtris audiuimus: & patres noſtri annunciauerunt nobis.

Quia ineffabilia ſunt merita tua: & valde ſtupenda mirabilia tua.

Domina innumerabiles ſunt virtutes tuæ: & inæſtimabiles miſericordiæ tuæ.

Exulta anima mea, & lætare in illa: quia multa bona ſunt laudatoribus præparata.

B Benedicta ſis Regina cælorum, & Angelorum: & benedicantur a Deo laudatores magnificentiæ tuæ. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 44.

ERuctauit cor meum verbum bonum Domina: cum rore melliſluo extitit dulcoratum.

Per tuam ſanctitatem peccata mea purgentur: per tuam integritatem mihi incorruptibilitas condonetur.

Per tuam virginitatem anima mea a Chriſto adamatur: & ſibi amoris vinculo ſociatur.

Per tuam fecunditatem ego captiuus ſum redemptus: per tuum partum virgineum de morte perpetua ſum ereptus.

C Per tuam prolem digniſſimam perditus ſum reſtitutus: & de exilio miſeriæ in patriam beatitudinis ſum reductus. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 45.

DOmina refugium noſtrum tu es in omni neceſſitate noſtra: & virtus potentior conterens inimicũ.

Beneficijs tuis plenus eſt mundus: ſuperant cæleſtia, penetrant & inferna.

Plenitudine gratiæ tuæ, quæ in inferno erant: ſe lætantur liberata.

Obtentu fecunditatis tuæ virgineæ, quæ ſupra mundum ſunt: ſe gaudent reſtaurata.

D Per glorioſum tuæ virginitatis ſanctiſſimæ partum: homines Angelorum fiunt ſocij & concines. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 46.

OMnes gentes plaudite manibus: pſallite in iubilo virgini glorioſæ.

Quoniam ipſa eſt porta vitę, ianua ſalutis: & via noſtræ reconciliationis.

Spes pœnitentium, ſolamen lugentium: pax beata cordium atque ſalus.

Miſerere mei Domina miſerere mei: quia tu es lux

E & ſpes omnium confidentium in te.

Per tuam ſalutarem fecunditatem placeat: vt peccatorum venia mihi concedatur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 47.

MAgna es Domina & laudabilis valde in ciuitate Dei cæli: in vniuerſa Eccleſia electorum eius.

Aſcendiſti, alternantibus hymnidicis Angelicis choris: Archangelis conſtipata, roſis & lilijs coronata.

Occurrite illi Poteſtates & Principatus: obuiate ei Virtutes & Dominationes.

Cherubim & Throni & Seraphim exaltate eam: & conſtituite eam a dextris ſponſi amantiſſimi filij eius.

F O quam læto animo, quàm ſereno aſpectu ſuſcepiſti eam Angelorum & hominum Deus: & dediſti ei principatum ſuper omnem locum dominationis tuæ. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 48.

AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite, qui ingredi cupitis regnum Dei.

Virginem Mariam honorate: & inuenietis vitam & ſalutem perpetuam.

Pauperes ſeruos tuos Domina: felici confœderatione coniunge Chriſto.

Eſuriem paruulorum tuorum: fructu ventris tui refice & ſuſtenta.

Remanſiſti enim incorrupta poſt partum: & inuiolata poſt Filium. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 49. A

DEus deorum, Mariæ locutus eſt: per Gabrielem nuncium ſuum dicens.

Aue gratia plena, Dominus tecum: per te ſalus mundi reparatur.

Speciem & decorem tuum: Altiſſimi Filius concupiſcit.

Adorna thalamum tuum Sion: præparare in occurſum Dei tui.

Per Spiritum enim Sanctũ concipies: qui tuum partum faciet virgineum & iucundum. Gloria patri, &c.

Pſalmus 50.

MIſerere mei Domina: quæ mater miſericordiæ nuncuparis. B

Et ſecundum viſcera miſericordiarum tuarum: munda me ab omnibus iniquitatibus meis.

Effunde gratiam tuam ſuper me: & ſolitam clementiam tuam ne ſubtrahas a me.

Quoniam peccata mea confitebor tibi: & coram te me accuſo de ſceleribus meis.

Fructui ventris tui me reconcilia: & pacifica me ei, qui me creauit. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 51.

QVid gloriaris in malitia: o maligne ſerpens & draco infernalis? C

Submitte caput tuum mulieri: cuius fortitudine demergeris in profundum.

Contere eum Domina pede virtutis tuæ: exurge & diſſipa malitiam eius.

Extingue potentiam eius: & virtutem illius redige in fauillam.

Vt viuentes exultemus in nomine tuo: & læto animo dicamus tibi laudem. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 52.

DIxit inſipiens inimicus in corde ſuo: Hominem eijciam de tabernaculo filiorum Dei.

Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore ſerpentis: & per feminam eijciam virum, virum eius. D

Sicut exaltantur o miſer cæli a terra: ſic exaltatæ ſunt cogitationes Dei a cogitationibus tuis.

Noli extolli de caſu mulieris: quia mulier conteret caput tuum.

Tu illi foueam præparaſti: & in ſagena illius capieris. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 53.

DOmina in nomine tuo ſaluum me fac: & ab iniuſtitijs meis libera me.

Vt non noceat mihi calliditas inimici: ſub vmbra alarum tuarum protege me. E

O Domina mea adiuua me: gratiam tuam largire animæ meæ.

Voluntarie offeram tibi ſacrificium laudis: & confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione liberabis me: & inimicos meos deſpiciet oculus meus. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 54.

EXaudi Domina orationem meam: & ne contemnas deprecationem meam.

Contriſtatus ſum in cogitatione mea: quia iudicia Dei perterruerunt me.

Tenebræ mortis venerunt ſuper me: & pauor inferni inuaſit me. F

Ego autem in ſolitudine expecto conſolationem tuam: & in cubili meo attendo miſericordiam tuam.

Glorifica manum & dexteram brachium tuum: vt proſternantur a nobis inimici noſtri. Gloria patri, &c.

Pſalmus 55.

MIſerere mei Domina, quoniam conculcauerunt me hoſtes mei quotidie: omnes cogitationes eorum in malum contra me.

Excita furorem & memento belli: & ſuper eos effunde iram tuam.

Innoua ſigna, & immuta mirabilia: ſentiamus adiutorium brachij tui.

Glorifica nomen tuum ſuper nos: vt cognoſcamus quoniam in ſæculum miſericordia tua.

Stilla nobis guttam ſuauitatis tuæ: quia tu es pincerna gratiæ dulcoris. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 56.

MIſerere mei Domina miſerere mei: quia paratum eſt cor meum exquirere voluntatem tuam.

Et in vmbra alarum tuarum requieſcam: quia delectabile eſt mihi refrigerium tuum.

Manus tuæ diſtillant myrrham primam: & digiti tui vnguentis gratiarum.

Et fragmenta mali punici eſt guttur tuum: & ſpiramen oris tui ſuaue compoſitum Thymiama.

Tu enim es mater pulchræ dilectionis & anchora ſpei: portus indulgentiæ, & ianua ſalutis. Gloria, &c.

Pſalmus 57.

SI vere vtique iuſtitiam loquimini: iuſtitiæ & miſericordiæ honorate Reginam.

Ad laudem enim & gloriam pertinet Saluatoris: quidquid honorificum ſuę impenſum fuerit genitrici.

Roſę Martyrum te circumdant o Regina: & lilia virginum ambiunt thronum tuum.

Laudate eam ſimul aſtra matutina: concentum illi facite omnes filij Dei.

Glorificate eam cæli & terra: mare & flumina ac fundamenta orbis. Gloria patri, &cet.

ERipe me de inimicis meis Domina mundi: exurge in occurſum meum Regina pietatis.

Aurum Obrizum in ornamentis tuis: Sardius & Topazius in diademate tuo.

Iaſpis & Amethyſtus in dextera tua: Berillus & Chryſolitus in ſiniſtra tua.

Hyacinthus & Achates in pectore tuo: Carbunculi ſcintillantes in monilibus tuis.

Myrrha, thus & balſamus in manibus tuis: Sapphyrus & Smaragdus in digitis tuis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 59.

DEus repuliſti nos propter peccata noſtra: & miſertus es nobis per Virginem Mariam.

Intercede pro nobis ſalutifera mater Dei: quæ Angelorum & hominum ſalutem peperiſti.

Tu enim mæſtis exultationem infundis: & mærentibus lætitiam & dulcorem.

Lætifica nos dulciſſimo ſono oris tui: & liquore tuo roſeo perfunde corda noſtra.

Tonate illi deſuper, & date illi laudem: glorifica illam terra cum omnibus habitatoribus tuis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 60.

EXaudi Domina orationem meam: ſuper firmam petram ſtabilias mentem meam.

Eſto mihi turris fortitudinis: me tuearis a facie crudelis vaſtatoris.

Vt caſtrorum acies ſis illi terribilis: & viuus corruat in profundum inferni.

Tu enim es rutilans & decora: nubes rorifera & conſurgens aurora.

Pulchra es & clara, vt Luna pleniſſima: & tamquam Sol refulget ſacer aſpectus tuus. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 61.

NOnne Domina tibi ſubiecta erit anima: quæ Saluatorem omnium genuiſti?

Memento noſtri perditorum Saluatrix: exaudi planctus cordis noſtri.

Infunde gratiam de theſauris tuis: & vnguentis tuis placa dolorem noſtrum.

Da nobis gaudium & lætitiam: vt confundas bonorum inimicos.

Ablue omnia peccata noſtra: ſana omnes infirmitates noſtras. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 62.

DEus Deus meus: per matrem te glorificabo.

Virginaliter enim te concepit: & ſine anguſtia te parturiuit.

Bene-

Benedicta ſis o Domina noſtra: & pro nobis aſſiſte A ante thronum Dei.

Species & claritas: in conſpectu tuo.

Cuſtodi animam meam Domina: vt numquam corruat in peccata. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 63.

EXaudi Domina orationem meam cum deprecor: a pauore crudelis libera animam meam.

Impetra nobis pacem & ſalutem: in die nouiſſimo.

Benedicta ſis ſuper mulieres: & benedictus ſit fructus ventris tui.

Illumina Domina oculos meos: & illuſtra cæcitatem meam.

B Da mihi in te confidentiam bonam: in vita & in fine meo. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 64.

TE decet hymnus Domina noſtra, in Sion: laus & iubilatio in Hieruſalem.

Benedictionem omnium gentium dedit tibi Dominus: laudem & gloriam ante conſpectum populorum.

Benedixit te Dominus in miſericordia ſua: & thronum tuum conſtituit ſuper ordines Angelorum.

Gratiam & decorem poſuit in labijs tuis: & pallio gloriæ induit corpus tuum.

C Coronam radiantem poſuit in capite tuo: & virtutum monilibus te decenter ornauit. Gloria pa. &c.

Pſalmus 65.

IVbilate Dominæ noſtræ omnis terra: pſallite hymnũ nomini eius, date honorificentiam maieſtati eius.

Benedictum ſit cor tuum Domina: cum quo ardenter & ſinceriter Filium Dei dilexiſti.

Reſpice paupertatem meam glorioſa Virgo: miſeriam & anguſtiam meam, ne tardes remouere.

Aufer tribulationẽ meam: dulcifica languorẽ meũ.

Benedicat te omnis caro: glorificet te omnis lingua. Gloria patri, &cet.

D *Pſalmus* 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: per illam quæ eum genuit.

Miſerere noſtri Domina, & ora pro nobis: in lætitiam bonam conuerte mæſtitiam noſtram.

Illumina me Stella maris: clarifica me Virgo clariſſima.

Extingue ardorem cordis mei: refrigera me gratia tua.

Protegat me ſemper gratia tua: præſentia tua illuſtret finem meum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 67.

E EXurgat Maria, & diſſipentur inimici eius: conterantur omnes ſub pedibus eius.

Impetum inimicorum noſtrorum diſſipa: deſtrue omnem iniquitatem eorum.

Ad te Domina clamaui in tribulatione: & ſerenaſti conſcientiam meam.

Non deficiat laus tua in ore noſtro: & amor tuus de viſceribus noſtris.

Pax multa diligentibus te Domina: anima eorum non videbit mortem in æternum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 68.

F SAluum me fac Domina: quoniam intrauerunt concupiſcentiarum aquæ vſque ad animam meam.

Infixus ſum in limo peccati: & aquæ voluptatis circumdederunt me.

Plorans plorauit in nocte: & dies lætitiæ ortus eſt mihi.

Salua animam meam Genitrix Saluatoris: quia per te vera ſalus data eſt omni mundo.

Dum annunciante Angelo fuiſti obumbrata: & Patris Sapientia prægnans & grauidata. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 69.

DOmina in adiutorium meum intende: & luce miſericordiæ tuæ illuſtra mentem meam.

Doce nos exquirere bonitatem tuam: vt enarremus mirabilia tua.

A Oſtende potentiam tuam contra inimicos noſtros: vt ſanctificeris in nationibus procul.

In ira flammæ tuæ mergantur in infernum: & qui conturbant ſeruos tuos inueniant perditionem.

Miſerere ſeruorum tuorum, ſuper quos inuocatum eſt nomen tuum: & ne ſinas anguſtiari eos in tentationibus ſuis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 70.

IN te Domina ſperaui non confundar in æternum: in tua miſericordia libera me & eripe me.

Propter multitudinem iniquitatum mearum: oppreſſus ſum vehementer.

B Facti ſunt hoſtes mei in capite meo: ſubſannauerunt & deriſerunt me quotidie.

Vide Domina quoniam tribulor: expande manus tuas ſuccurre pereunti.

Ne moreris, propter gratiam nominis tui: vt efficiaris mihi in gaudium & ſalutem. Gloria patri, &c.

Pſalmus 71.

DEus iudicium tuum Regi da: & miſericordiam tuam Reginæ matri eius.

In manu tua ſalus & vita conſiſtunt: lætitia perpetua & æternitas glorioſa.

C Reſperge cor meum dulcedine tua: fac me obliuiſci miſerias huius vitæ.

Trahe me poſt te vinculis miſericordiæ tuæ: & fomentis gratiæ & pietatis tuæ ſana dolorem meum.

Concupiſcentias ſempiternas excita in animam meam: & de gaudio paradiſi inebria mentem meam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 72.

QVam bonus Iſrael Deus: his qui colunt matrem ſuam, & venerantur.

Ipſa eſt enim ſolatium noſtrum: in laboribus ſubuentio optima.

D Obiexit caligine animam meam hoſtis: in viſceribus meis Domina lumen fac oriri.

Auertatur a me ira Dei per te: placa eum meritis & precibus tuis.

In iudicio pro me aſſiſte: coram eo ſuſcipe cauſam meam, & mea ſis aduocata. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 73.

VT quid Domina repuliſti nos: nec ſubuenis in die tribulationis?

Ingrediatur oratio mea in conſpectu tuo: & voces gementium ne deſpexeris.

Tetendit arcum ſuum contra nos inimicus: firmauit dexteram ſuam & non eſt conſolator.

E Diſrumpe in nobis ligaturam malitiarum ſuarum: & libera nos dextera tua.

Repelle eum in locum perditionis: ſempiterna damnatio ſuſcipiat eum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 74.

COnfitebimur tibi Domina & laudabimus nomen tuum: fac nos in tuis laudibus delectari.

Cantate ei habitatores terræ: & laudem eius in populis nunciate.

Confeſſio & magnificentia coram illa: fortitudo & exultatio in throno illius.

F Adorate illam in decore illius: glorificate opificem pulchritudinis illius.

Recordamini in ſempiternum miſericordiæ illius: retinete in mẽte virtutes & mirabilia illius. Gloria. &c.

Pſalmus 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael honorificentia matris eius.

Dulcis eſt memoria eius ſuper mel, & fauum: & amor eius ſuper omnia aromata.

Salus & vita in domo illius: & in tabernaculo eius pax & gloria ſempiterna.

Honorificate illam cæli & terra: quia ſummus artifex hanc mirabiliter honorauit.

Date illi omnes creaturæ laudem: & ſtupendam miſericordiam eius extollite gratulãter. Gloria patri, &c.

Pſalmus 76.

VOce mea ad Dominam clamaui: & ſua gratia intendit mihi.

Abſtulit a corde meo mæſtitiam & mærorem: & ſuauitate ſua cor meum dulcorauit.

Formidinem meam erexit in confidentiam bonam: & ſuo aſpectu mellifluo mentem meam ſerenauit.

Adiutorio ſancto ſuo euaſi pericula mortis: & de manu crudeli ſubterfugi.

Gratias Deo & tibi mater pia, de omnibus quæ aſſecutus ſum: de pietate & miſericordia tua. Gloria, &c.

Pſalmus 77.

ATtendite popule Dei præcepta Dei: & Reginæ gratiæ nolite obliuiſci.

Aperite cor ad inueſtigandum eam: & labia ad glorificandum illam.

Deſcendat amor eius in cordibus veſtris: concupiſcite placere illi.

Pulchritudo eius vincit Solem & Lunam: compoſitio eius ad ornamenta virtutum.

Miſerere mei Regina gloriæ & honoris: & ab omni periculo cuſtodi mentem meam. Gloria patri, &c.

Pſalmus 78.

DOmina venerunt gentes in hereditatem Dei: quas in meritis tuis Chriſto confœderaſti.

Sit eloquium tuum dulce coram ipſo: & coniunge me illi, qui me redemit.

Extende brachium tuum contra hoſtem crudelem: & denuda mihi verſutiam illius.

Vox tua dulcis ſuper omnem melodiam: harmonia Angelica ei non valet comparari.

Diſtilla mihi ſuauitatem gratiarum tuarum: & ſuorum chariſmatum fragrantiam & odorem. Gloria. &c.

Pſalmus 79.

QVi regis Iſrael intende ad me: matrem tuam collaudare.

Expergiſcere de puluere anima mea: perge in occurſum Reginæ cæli.

Solue vincula colli tui paupercula anima mea: & glorioſis laudibus accipe illam.

Odor vitæ de illa progreditur: & omnis ſalus de corde illius ſcaturizat.

Chariſmatum ſuorum fragrantia ſuaui: animę mortuæ ſuſcitantur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 80.

EXultate Dominæ adiutrici noſtræ: iubilate in lætitia cordis veſtri.

Accendantur affectus veſtri in illam: & inimicos veſtros induet confuſione.

Imitemur humilitatem eius: obedientiam & manſuetudinem illius.

Omnes gratiæ radiant in illa: capaciſſima enim fuit capacitas illius.

Currite ad illam cum deuotione ſancta: & de bonis ſuis participabit vobis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 81.

DEus in ſynagoga Iudæorum: de qua vt roſa de ſentibus progeſſa eſt mater Dei.

Terge fœditatem meam Domina: quæ ſemper rutilas puritate.

Fonte vitæ infunde in os meum: ex quo viuentes aquæ profluunt & emanant.

Omnes ſitientes venite ad illam: & de fonte ſuo gratanter vos potabit.

Qui hauriet ex eo, ſaliet in vitam æternam: & qui bibit ex eo, non ſitiet vmquam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 82.

DOmina mea, quis ſimilis erit tibi: quæ gratia & gloria ſupereminés vniuerſos.

Sicut exaltantur cæli a terra: ſic tu præcelſior cunctis & nimis exaltata.

Vulnera cor meum charitate tua: fac me dignum gratia & muneribus tuis.

Liqueat cura mea in timore tuo: & concupiſcen-

A tia tua cor meum inflammetur.

Fac me deſiderare honorificentiã & gloriam tuam: vt per te recipiar ad pacem Ieſu Chriſti. Gloria pa. &c.

Pſalmus 83.

QVam dilecta tabernacula tua Domina virtutum: quam amabilia tentoria redemptionis tuæ.

Honorate illam peccatores: & impetrabit vobis gratiam & ſalutem.

Super tus & balſamum oratio eius incenſum: preces eius non reuertuntur vacuæ nec inanes.

Intercede pro me Domina apud Chriſtum tuum: neque derelinquas me in morte neque in vita.

B Benignus eſt enim ſpiritus tuus: gratia tua replet orbem terrarum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 84.

BEnedixiſti Domina domum tuam: conſecraſti habitationem tuam.

Hæc eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem: cuius memoria eſt in benedictione.

Beatiſſimam prædicauerunt illam Angeli ſancti: glorificate illam Virtutes & Dominationes.

Populi gentium exquirite prudentiam eius: & inueſtigate theſauros miſericordiæ illius.

Sentite de illa in bonitate: & in ſimplicitate cordis

C exquirite illam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 85.

INclina Domina aurem tuam & exaudi me: conuerte vultum & miſerere mei.

Diſtillatio dulcoris tui oblectat animas ſanctorum: & infuſio charitatis tuæ ſuper mel dulciſſimum.

Irradiatio gloriæ tuæ dilucidat intellectum: & lux miſerationum tuarum perducit ad ſalutem.

Fons bonitatis tuæ inebriat ſitientes: & aſpectus faciei tuæ retrahit a peccato.

Scire & cognoſcere te, eſt radix immortalitatis: & enarrare virtutes tuas eſt via ſalutis. Gloria patri, &c.

D *Pſalmus* 86.

FVndamenta vitæ in anima iuſti: perſeuerare in charitate vſque in finem.

Gratia tua reuelat pauperem in aduerſitate: & inuocatio tui nominis immittit ei confidentiam bonam.

Miſerationibus tuis repletur paradiſus: & a terrore tuo hoſtis confunditur infernalis.

Qui ſperat in te inueniet theſauros pacis: & qui te nõ inuocat in hac vita, non perueniet ad regnum Dei.

Fac Domina vt viuamus in gratia Spiritusſancti: & perduc animas noſtras ad ſanctum finem. Gloria. &c.

Pſalmus 87.

E DOmina auxiliatrix ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te.

Ingrediatur oratio mea in conſpectu tuo: conſolare cum facie tua mæſtitiam meam.

Multiplicata ſunt mala in anima mea: expurga eam de ſordibus, & peccatis.

Virtus tua perſequatur inimicos noſtros: ne nos impediant ad ſalutem.

Confer gratiam animæ ad reſiſtendum eis: conforta cor noſtrum contra concupiſcentias carnis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 88.

F MIſericordias tuas Domina: in ſempiternum decantabo.

Vnguento pietatis tuæ medere contritis corde: & oleo miſericordiæ tuæ refoue dolores noſtros.

Gratioſus tuus vultus mihi appareat in extremis: formoſitas faciei tuę lætificet ſpiritum meũ egredientem.

Excita ſpiritum meum ad amandum bonitatem tuam: excita mentem ad extollendam nobilitatem & pretioſitatem tuam.

Libera me ab omni tribulatione mala: & ab omni peccato cuſtodi animam meam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 89.

DOmina refrigerium facta es nobis: in cunctis neceſſitatibus noſtris.

Diffuſio gratiæ tuæ producit operationes tuas: &

ſtilli-

ſtillicidium dulcoris tui affectiones facit ſanctiſſimas.

Miſerationum tuarum Domina recordabor: ſacrificium laudis, & carmen lætitiæ pſallam tibi.

Qui honorant te, coronam perennem pro cinere obtinebunt: & pallium laudis pro ſpiritu mœroris.

Qui ſperant in te, amicti lumine induentur: gaudium & perpetuam lætitiam ſortientur. Gloria, &cet.

Pſalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Matris Dei: in protectione ipſius commorabitur.

Concurſus hoſtis non nocebit ei: ſagitta volans non tanget eum.

Quoniam liberabit eum de laqueo inſidiantis: & ſub pennis ſuis proteget eum.

Clamate ad illam in periculis veſtris: & flagellum non appropinquabit tabernaculo veſtro.

Fructus gratiæ inueniet, qui ſperauerit in illa: porta paradiſi reſerabitur ei. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 91.

BOnum eſt confiteri Virgini Mariæ: & pſallere illi gloriam, proſperitas eſt mentis.

Annunciare merita eius, lætificat intellectum: & imitari opera eius, exhilarat Angelos Dei.

Qui acquirit gratiam eius: agnoſcetur a ciuibus paradiſi.

Et qui habuerit characterem nominis eius: annotabitur in libro vitæ.

Exurge Domina & iudica cauſam noſtram: & ab inſurgentibus in nos, libera nos.

Ne retrahas a peccatore dexteram tuam: & excipe gladio tuo iacula vaſtatoria. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 92.

DOminus regnauit decorem induit: matremque ſuam ornamento coronauit virtutum.

Adimpleat propitiationem ſuam in nobis mater pacis: & viam æquitatis doceat ſeruos ſuos.

Qui deſideratis ſapientiam Chriſti: ſeruite Matri eius animo reuerenti.

Quis ſatisfaciet enarrare opera tua Domina? & quis inueſtigabit theſauros miſericordiæ tuæ?

Suſtine deficientes in tentationibus ſuis: deſtina illos in ſortem veritatis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 93.

DEus vltionum Dominus: ſed tu Mater miſericordiæ ad miſerandum inflectis.

Magnificentia tua Domina prædicatur in ſæculum: qui autem colunt te inuenient viam pacis.

Seruite illi reuerenter exultantes: & ſanabit vos benedictus fructus caſtiſſimi ventris illius.

Reſpice Domina humilitatem ſeruorum tuorum: & laudabunt te in generationibus ſæculorum.

Magnifica nomen tuum in multiplicatione gratiarum tuarum: & ne ſinas ſeruos tuos ſubiacere periculis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 94.

VEnite exultemus Dominæ noſtræ: iubilemus ſalutiferæ Mariæ Reginæ noſtræ.

Præoccupemus faciem eius in iubilatione: & in canticis collaudemus eam.

Venite adoremus & procidamus ante eam: confiteamur illi cum fletibus peccata noſtra.

Impetra nobis indulgentiam plenam: aſſiſte pro nobis ante tribunal Dei.

Suſcipe in fine animas noſtras: & introduc nos in requiem æternam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 95.

CAntate plenæ gratiæ canticum nouum: cantate Mariæ omnes terrigenæ orbis.

Quoniam omnes Angelos ſanctitate præcellit: & natos mulierum virtutibus mirabilibus & ſignis.

Formoſitas & gloria in vultu illius: & gratia in oculis eius.

Afferte illi gloriam Patriæ gentium: exultate in ea omnes creaturæ Dei.

A Admirabile commercium habetis per eam: ex qua vocati eſtis filij Dei excelſi. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 96.

DOminus regnauit: exultet Maria in omni imperio dominationis ſuæ.

Adorate eam ciues curiæ paradiſi: exaltate eam Virgines ſpecioſæ filiæ eius.

Quoniam eleuata eſt ſuper principatus & dominationes: exaltata eſt ſuper Angelorum & Archangelorum legiones.

Patriarchæ & Prophetæ concrepate illi laudem: concentum illi facite Apoſtoli, Martyreſque Chriſti.

B Confeſſores cum Virginibus de canticis Sion dicite canticum ei: & regratiamini ei Monachi ſancti de acceptis triumphis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 97.

CAntate Dominæ noſtræ canticum nouum: quia mirabilia fecit.

In conſpectu gentium reuelauit miſericordiam ſuam: in extremis terræ auditum eſt nomen eius.

Recordare Domina pauperum & miſerorum: & ſuſtenta eos ope refrigerij ſancti tui.

Tu autem Domina ſuauis & verax: patiens nimis & miſeratione plena.

C Conculca hoſtes animarum noſtrarum: & contumaciam illorum elide brachio ſancto tuo. Gloria, &cet.

Pſalmus 98.

DOminus regnauit iraſcantur populi: Maria ſub Cherubim ſedet a dextris.

Magna eſt in Sion gloria tua Domina: & in Hieruſalem magnificentia tua.

Cantate ante eam chori virginales: & adorate thronum eius, qui ſanctus eſt.

In dextera eius ignea lex: & in circuitu eius ſanctorum millia.

Mandata eius ante oculos eius: & iuſtitiæ regula in

D corde eius. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 99.

IVbilate Dominæ noſtræ homines terræ: ſeruite illi in lætitia & iucunditate.

In toto animo veſtro accedite ad illam: & in omni virtute veſtra conſeruate vias eius.

Inueſtigate illam & manifeſtabitur vobis: eſtote mundi corde, & apprehendetis eam.

Quibus auxiliata fueris Domina, erit refrigerium pacis: & a quibus auerteris vultum tuum, non erit ſpes ad ſalutem.

Recordare noſtri Domina, & non apprehendent

E nos mala: ſuccurre nobis in fine, & inueniemus vitam æternam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 100.

MIſericordiam & iudicium cantabo tibi Domina: pſallam tibi in exultatione cordis, cum lætificaberis animam meam.

Laudabo nomen tuum & gloriam: & præſtabis refrigerium animæ meæ.

Zelatus ſum amorem tuum & honorem: ideo defendas cauſam meam ante iudicem ſæculorum.

Allectus ſum gratia & bonitate tua: oro, ne frauder a ſpe & confidentia bona.

F Conforta animam meam in nouiſſimis: & in carne iſta fac me conſpicere Saluatorem. Gloria patri, &c.

Pſalmus 101.

DOmina exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas ſacrum aſpectum tuum a me: neque abomineris me propter immunditiam meam.

Non derelinquas me in cogitatu & conſilio inimicorum meorum: & ne ſinas me cadere in exprobrationem illorum peſſimam.

Qui confidunt in te, non timebunt colubrum tortuoſum: & qui exaltant te præconijs, euadunt manus Acherontis.

Per virginalem conceptum tuum da mihi in te con-

ſideutiam bonam : & per admirabilem partum tuum A
lætifica animam meam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 102.

BEnedic anima mea matri Ieſu Chriſti : & omnia præcordia mea glorificate uomen eius.

Ne obliuiſcaris beneficia eius : nec gratiam & conſolatus illius.

Gratia eius peccata relaxantur : & miſericordia eius ægritudines reparantur.

Benedicite ei omnes virtutes cælorum : glorificate eam chori Apoſtolorum & Prophetarum.

Benedicite ei mare & inſulæ gentium: hymnum dicite ei cæli & habitatores eorum.

Gloria patri, &cet.

Pſalmus 103.

BEnedic anima mea Virgini Mariæ : honor & magnificentia eius in perpetuum.

Formoſitatem & pulchritudinem induiſti : amicta eſt Domina fulgenti veſtimento.

De te procedit peccatorum medela: & pacis diſciplina, ac feruor charitatis.

Imple nos ſeruos tuos virtutibus ſanctis : & ira Dei non appropinquet nobis.

Iucunditatem æternam da ſeruitoribus tuis : & noli eos obliuiſci in certamine mortis. Gloria patri, &c. C

Pſalmus 104.

COnfitemini Dominæ noſtræ & inuocate nomen eius : cantate ei glorioſe, uarrantes virtutes eius.

Laudate & exultate eam Virgines filiæ Sion : quia deſponſabit vobis Regem Angelorum.

Honorate Reginam plenam omni gratia: & contemplamini cum reuerentia ſanctiſſimum vultum eius.

Salus ſempiterna in manu tua Domina : qui te digne honorificauerint, ſuſcipient illam.

Clementia tua non deficiet a ſæculis æternis: & miſericordia tua a generatione in generationem.

Gloria patri, &cet.

Pſalmus 105.

COnfitemini Dominæ noſtræ, quoniã bonũ eſt: per cunctas tribus terræ enarrate miſericordias eius.

Longe eſt ab impijs conuerſatio eius: a via Altiſſimi uon declinauit pes eins.

Fons irrigãtis gratiæ procedit de ore illius : & emanatio virginalis ſanctificans animas caſtas.

Spes de gloria paradiſi in corde illius : quæ deuoto animo honorificauerit illam.

Miſerere noſtri fulgentiſſima Regina cæli: & præſta conſolationem de gratia tua. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 106.

COnfitemini Domino quoniam bonum : confitemini matri eius, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Innocentiam & viam prudentiæ oſtende nobis Domina : & viam intelligentiæ indica ſeruis tuis.

Timor Dei illuſtrat intellectum : & amor tuus exhilarat illum.

Beatus vir, cuius eloquium eſt tibi gratum : illius oſſa impinguabuntur adipe & pinguedine.

Eloquium tuum ſuſtentat animam imbecillem : & labia tua eſurientem animum refocillant.

Gloria patri, &cet.

Pſalmus 107.

PAratum cor meum Domina paratum cor meum : laudes tibi pſallere & cantare.

Maior eſt charitas tua cunctis diuitijs : & gratia tua ſuper aurum & lapidem pretioſum.

Beatitudo & iuſtitia donantur a Deo : qui autem de peccatis conuerſi fuerint ad te, pœnitentiæ remedium conſequentur.

Emiſſiones tuæ gratia & pax : qui autem tibi placuerit, procul fiet a perditione.

Eſto vmbraculum protectionis in tentationibus noſtris : expanſio alarum tuarum defendat nos a deuorante. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 108.

DOmina laudem meam ne deſpexeris : & hoc dedicatum tibi pſalterium digneris acceptare.

Reſpice voluntatem cordis mei : & affectionem meam fac tibi beneplacentem.

Propera ad viſitandum ſeruos tuos : ſub tegumento manus tuæ illæſi conſeruentur.

Illuminationem Spiritusſancti per te ſuſcipiant : & refrigerium contra cupiditatis æſtum.

Medere contritis corde Domina : & refoue eos Vngueuto pietatis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 109.

B DIxit Dominus Dominæ noſtræ : ſede mater mea a dextris meis.

Bonitas, & ſanctitas placuerunt tibi : ideo regnabis mecum in æternum.

Corona immortalitatis in capite ſancto tuo : cuius fulgor & claritas non extinguetur.

Miſerere noſtri Domina mater luminis & ſplendoris : illumina nos Domina veritatis & virtutis.

De theſauris tuis infunde nobis ſapientiam Dei : & intellectum prudentiæ, ac formam diſciplinæ. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 110.

COnfitebor tibi Domina in toto animo meo : glorificabo te in tota mente mea.

Opera gratiæ tuæ commorabuntur : & teſtamentum miſericordiæ tuæ ante thronum Dei.

Per te miſſa eſt redemptio a Deo: populus pœnitens habebit ſpem ſalutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus te : & ſors illorum inter Angelos pacis.

Glorioſum & admirabile eſt nomen tuum : qui illud tenent, non expaueſcent in puncto mortis.

Gloria patri, &cet.

Pſalmus 111.

D BEatus vir qui timet Dominam : & beatum cor quod diligit illam.

Iucundus homo, qui non ſatiatur laude tua : & a relatu virtutum tuarum non fatigatur.

Exortum eſt in corde illius lumen Dei : Spiritusſanctus illuminat intelligentiam eius.

Diſperge Domina gratiam tuam pauperibus tuis : eſurientes refoue & egenos.

In memoria æterna fiunt per te nomina : ab auditu terribili non trepidet cor noſtrum. Gloria patri, &c.

Pſalmus 112.

E LAudate pueri matrem Dei : glorificate ſenes nomen eius.

Benedicta ſit Maria mater Chriſti: ipſa enim eſt via ad patriam ſanctitatis.

Excelſus ſuper Cherubim thronus eius : & ſedes eius ſuper cardines cæli.

Super humiles, vultus eius : & ſuper confidentes in eam aſpectus illius.

Miſericordia eius ſuper omnem carnem : & eleemoſyna illius vſque ad extremum terræ. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 113.

F IN exitu animæ meæ de hoc mundo : occurre illi Domina, & ſuſcipe eam.

Conſolare eam vultu ſancto tuo : aſpectus dæmonis non conturbet illam.

Eſto illi ſcala ad regnum cælorum : & iter rectum ad paradiſum Dei.

Impetra ei a patre indulgentiam pacis: & ſedem lucis inter ſeruos Dei.

Suſtine deuotos ante tribunal Chriſti : ſuſcipe cauſam eorum in manibus tuis. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 114.

DIlexi matrem Dei Domini mei : & lux miſerationum eius infulſit mihi.

Circumdederunt me dolores mortis : & viſitatio Mariæ lætificauit me.

Dolo-

Dolorem & periculum incurrit: & recreatus ſum gratia illius.

Nomen eius & memoriale illius ſit in medio cordis noſtri: & non nocebit nobis ictus malignantis.

Conuertere anima mea in laudem ipſius: & inuenies refrigerium in nouiſſimis tuis. Gloria patri, &c.

Pſalmus 115.

CRedidi propter quod locutus ſum: gloriam tuam Domina orbi terræ.

Compatere animæ meæ & dirige illam: dignare beneplacitum tuum inſinuare illi.

Statue illi teſtamentum pacis & dilectionis tuæ: præbe illi ingenuam memoriam nominis tui.

De benedictione ventris tui da mihi ſuſtentationem: & de pinguedine gratiæ tuæ dulcora animam meam.

Diſrumpe vincula peccatorum meorum: & de virtutibus exorna faciem animæ meæ. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 116.

LAudate Dominam noſtram omnes gentes: glorificate eam omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos gratia: & miſericordia eius, & veritas illius permanet in æternum.

Qui digne coluerit illam, iuſtificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis ſuis.

Labia angelorum enarrabunt ſapientiam eius: & omnes ciues paradiſi cantabunt eius laudem.

Bono animo accedentes ad illam: non capientur ab Angelo deuaſtante. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 117.

COnfitemini Domino quoniam bonus: confitemini matri eius, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Amor illius expellit peccatum e corde: & gratia illius expiat conſcientiam peccatoris.

Via veniendi ad Christum eſt appropinquare ad illam: qui autem fugerit eam, non inueniet viam pacis.

Qui obduratus eſt in peccatis, ſæpe inuocet illam: & lux in ſuis tenebris orietur.

Qui triſtatur in corde ſuo clamet ad illam: & dulcorantis ſtillicidio inebriabitur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 118.

BEati immaculati in via: qui matrem Domini imitantur.

Beati imitatores humilitatis eius: beati participes charitatis illius.

Beati perſcrutatores virtutum illius: beati conformes imagini illius.

Beati qui conceptum & partum illius venerantur: beati qui deuote ei famulantur.

Beati qui in ea habent ſpem & confidentiam: beati qui per illam ſuſcipient felicitatem ſempiternam. Gloria patri, &cet.

REtribue ſeruo tuo Domina: viuifica me & faciam voluntatem tuam.

Incola ego ſum in terra: nihil abſcondas mihi de amore tuo.

Concupiuit anima mea: laudem tuam deſiderare omni tempore.

Tu enim ſalus mea in Domino: quæ me morti adiudicatum liberaſti.

Quid pro his retribuam tibi, niſi me totum? Domina ſuſcipe me. Gloria patri, &cet.

LEgem pone mihi, Domina, voluntatis tuæ, ſanctarum ſanctiſſima: & exquiram eam ſemper.

Deduc me in ſemitam miſerationum tuarum mulierum pulcherrima: quia ipſam volui.

Inclina animam meam ad ſupernorum amorem Domina: & non ad impudicitiam.

Ecce concupiui caſtimoniam tuam a iuuentute mea: in miſericordia tua confirma me.

Et obſeruabo viam teſtimoniorum tuorum in ſæ-

A culum: & ſcrutabor mandata Filij tui, quæ dilexi. Gloria patri, &cet.

MEmor eſto verbi tui Dominarum primiceria: in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc in tempeſtatum fluctibus potenter tenuit me: quia eloquium tuum viuificauit me.

Circumdederunt me viri mendaces, & congregata ſunt ſuper me flagella: & ecce manus tua eripuit me.

Communicaui in bonis omnibus timentibus te: & cuſtodientibus obnixe mandata tua.

B Miſerationibus tuis plena eſt terra: ideo viam iuſtificationum tuarum exquiſiui. Gloria patri, &cet.

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo Domina: de qua gaudent Angeli.

Diſciplinam morum tuorum & æquitatem tuam doce me: quia verbis tuis præ cunctis credidi.

Bonum mihi, quia onere tuo humiliaſti me: vt ſequar conuerſationem tuam.

Qui amant ſeruientes tibi venerabuntur: qui autem abominatus fuerit eos, ruet in æternum.

Veniant mihi ſemper deſuper guttæ clementiæ tuæ

C & viuam: quia lex tua ſancta meditatio mea eſt. Gloria patri, &cet.

DEfecit in ſemitis tuis anima mea Domina: & niſi miſeratio maxima eſſet, perijſſem, vſque in infirmitate mea.

Defecerunt oculi mei in contemplatione tua: velut vter in pruina a te viſa eſt anima mea.

Secundum bonitatem tuam viuifica me: & non obliuiſcar ſermones tuos, quia tibi adhærere bonum eſt.

Diſpoſitione tua perſeuerat mundus: quem & tu cum Deo fundaſti ab initio.

D Tuus totus ego ſum Domine ſaluum me fac: quoniam deſiderabiles erant laudes tuæ in tempore peregrinationis meæ. Gloria patri, &cet.

QVomodo dilexi legem tuam Domina: in conſpectu meo ſemper.

Suauitatum tuarum affluentia cor meum alienauit a me: & caro mea mirabiliter exultauit in te.

Quam dulcia peccatoribus eloquia tua Domina: ſuper omnem melodiam refectio tua dulcis ori meo.

Illuminatio greſſibus meis verbum tuum: & lumen ineffabile ſemitis meis.

E Quoties exaſperauerunt me peccatores inferni, quia a charitate tua declinare nolui: ego autem ſperaui in te Domina. Gloria patri, &cet.

INiquos odio habui: & viam tuam dilexi Domina gratioſa.

Adiuua me & ſaluus ero Domina mundi: & meditabor honorificentiam mandatorum tuorum.

Fac me ſemper ſtare in timore tuo: & non tradas me Virgo calumniantibus me.

Vernaculus tuus ſum ergo: minimus in familia tua.

F Cuſtodi me Domina a negligentibus iudicia iuſtitiæ tuæ.

Contemnes omnes diſcedentes a ſeruitio tuo: quia iniuſta eſt conuerſatio eorum. Gloria patri, &cet.

MIrabilia tua teſtimonia mater alma: & ſermonibus tuis illuminatum eſt cor meum.

Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filiæ regum collaudant faciem tuam.

Ardens verbum labiorum tuorum vehementer: qui ad te properat percipiat illud.

Arundo agitata ſum in conſpectu tuo: tene me Domina ſub iugo tuo & non confundar.

Seruientes tibi plus alijs inuadunt dracones inferni: ſed tu Domina defende nos. Gloria patri, &cet.

CLamaui in toto corde meo ad te Domina: de neceſſitatibus meis clementer eripe me.

Vocem gemitus mei exaudi Domina mea: doce me quid acceptum ſit apud te omni tempore.

Longe a neſcientibus te ſalus: qui autem præſtat in obſequio tuo procul fiat a perditione.

Miſericordia tua rigat vniuerſum: Domina in ſalutari tuo viuifica me.

Initium eloquiorum tuorum veritas in æternum: & legem tuam immaculatam non ſum oblitus. Gloria patri, &cet.

PRincipes perſecuti ſunt me gratis: & ab inundatione nominis tui trepidat ſpiritus malignus.

Pax multa obſeruantibus nomen tuum mater Dei: & non eſt illis ſcandalum.

Septenis horis decantaui tibi laudes Domina: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Intret oratio mea in conſpectu tuo, vt non derelinquam te Domina cunctis diebus vitæ meæ: quoniam viæ tuæ miſericordia & veritas.

Concupiſcam in æternum laudare te Domina: cum docueris me iuſtificationes tuas. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 119.

AD Dominam cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.

Domina libera nos ab omni malo: cunctis diebus vitæ noſtræ.

Contere caput inimicorum noſtrorum: pede inſuperabilis virtutis tuæ.

Vt exultauit ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo: ſic veram digneris infundere lætitiam cordi meo.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis: vt per te noſtra peccata deleantur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 120.

LEuaui oculos meos ad te mater Chriſti: per quam venit ſolatium omni carni.

Auxilium tuum & gratiam tuam nobis impende: in omni tribulatione noſtra.

Cuſtodi nos Domina virgo Maria: ne peccatorum laqueo capiamur.

Non dormit neque dormiet pupilla oculi tui: vt tua ſemper cuſtodia protegamur.

Angelorum & hominum te laudat omnis lingua: & ante te omnia genua curuantur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in te Regina cæli: quia te duce in domum Domini ibimus.

Hieruſalem cæleſtis ciuitas: ad Mariæ præmia veniamus.

Pacem & indulgentiam virgo nobis impetra: & palmam de hoſtibus & triumphum.

Conforta & conſolare cor noſtrum: tuæ dulcedine pietatis.

Sic Domina nobis infunde clementiam: vt deuote in Domino moriamur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 122.

AD te leuaui oculos meos Regina, quæ regnas in cælis.

Adiutorium noſtrum in virtute ſit nominis tui: per te omnia opera noſtra dirigantur.

Benedicta ſis in cælo, & in terra: in mari & in omnibus abiſſis.

Benedicta ſit fecunditas tua: benedicta ſit virginitas, & munditia tua.

Benedictus ſit corpus tuum ſanctum: benedicta ſit anima tua ſanctiſſima. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 123.

NIſi quia Domina noſtra erat in nobis: inueniſſent nos pericula multa.

Eſto virgo defenſatrix noſtra: & ante Deum aduocata propitia.

Oſtende nobis Domina miſericordiam tuam: &

A conforta nos in ſeruitio ſancto tuo.

Benedicant te ſancti Angeli in cælo: benedicant te omnes homines ſuper terram.

Non tradas beſtijs animas confitentium tibi: ora te canentium non obturentur. Gloria patri, &c.

Pſalmus 124.

QVi confidunt in te mater Dei: non timebunt a facie inimici.

Gaudete & exultate omnes qui diligitis eam: quia adiuuabit vos in die tribulationis veſtræ.

Reminiſcere miſerationum tuarum Domina: & tolera peregrinationem incolatus noſtri.

B Conuerte amabilem vultum tuum ſuper nos: confunde & deſtrue omnes inimicos noſtros.

Benedicta ſint omnia opera manuum tuarum Domina: benedicta ſint omnia ſancta miracula tua. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 125.

IN conuertendo faciem tuam ſereniſſimam ſuper nos: lætificabis nos virginea mater Dei.

Benedicta ſis o ſacrarium Chriſti: præ cunctis mulieribus ſuper terram.

Benedictum ſit glorioſum nomen tuum: quod os Domini mirabiliter nominauit.

C Non deficiat laus tua de labijs noſtris: nec charitas tua de præcordijs noſtris.

Qui te diligunt benedicantur a Deo: & qui te volunt diligere non defraudentur a fide. Gloria patri, &c.

Pſalmus 126.

NIſi Domina ædificauerit domum cordis noſtri: non permanebit ædificium eius.

Ædifica nos gratia & virtute tua: vt maneamus firmi in perpetuum.

Benedictum ſit eloquium tuum: & benedicta ſint omnia verba oris tui.

D Benedicantur a Deo qui te benedicunt: & in iuſtorum numero computentur.

Benedic Domina te benedicentes: & ne vnquam auertas ab eis gratioſum vultum tuum. Gloria, &cet.

Pſalmus 127.

BEati omnes qui timent Dominam noſtram: & beati omnes qui ſciunt facere voluntatem tuam & beneplacitum tuum.

Benedicti ſunt pater & mater qui te genuerũt: quorum memoria permanet in ſæculum.

Benedictus eſt venter qui te portauit: & benedicta ſint vbera, quæ te lactauerunt.

E Conuerte miſericordiam tuam ſuper nos: & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Intuere, & reſpice opprobrium noſtrum: aufer a nobis cunctas iniquitates noſtras. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 128.

SÆpe expugnauerunt me a iuuentute mea inimici mei: libera me Domina & vindica me ab ipſis.

Ne des illis poteſtatem in animam meam: cuſtodi omnia interiora & exteriora mea.

Obtine nobis veniam peccatorum: per te Spiritusſancti gratia nobis detur.

Fac nos digne, & laudabiliter pœnitere: vt beato fine ad Deum veniamus.

F Placatum tunc & ſereniſſimum nobis oſtende: glorioſum fructum ventris tui. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domina: Domina exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem laudis & glorificationis tuæ.

Libera me de manu aduerſariorum meorum: confunde ingenia, & conatus eorum contra me.

Erue me in die mala: & in die mortis ne obliuiſcaris animæ meæ.

Deduc me ad portum ſalutis: inter iuſtos ſcribatur nomen meum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 130.

DOmina non eſt exaltatum cor meum: neque ſublimati ſunt oculi mei.

Benedixit te Dominus in virtute ſua: qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros.

Benedictus ſit qui te ſanctificauit: & mundam de matris vtero te produxit.

Benedictus ſit qui te obumbrauit: & ſua gratia te fecundauit.

Benedic nos Domina, & conforta nos in gratia tua: vt per te ante conſpectum Domini præſentemur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 131.

MEmento Domina Dauid: & omnium inuocantium nomen tuum.

Da nobis in nomine tuo fiduciam: & confundantur aduerſarij noſtri.

Conſolare nos in terra peregrinationis noſtræ: & releua paupertatem noſtram.

Da nobis panem lacrymarum virgo ſancta: & dolorem peccatorum in terra incolatus noſtri.

Redde nobis propitium benedictum fructum ventris tui, vt Spiritusſancti gratia repleamur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 132.

ECce quàm bonum & quàm iucundum Maria: diligere nomen tuum.

Vnguentum effuſum & aromaticum eſt nomen tuum: diligentibus ipſum.

Quoniam magna multitudo dulcedinis tuæ Domina: quam præparaſti diligentibus & ſperantibus in te.

Eſto refugium pauperum in tribulatione: quia tu es baculus pauperum & miſerorum.

Inueniant, quæſo, gratiam apud Deum: qui te in ſuis neceſſitatibus inuocabunt, Gloria patri, &cet.

Pſalmus 133.

ECce nunc benedicite Dominam: omnes qui ſperatis in nomine ſancto eius.

Gaudete gaudio magno, qui exultatis & glorificatis eam: quia lætabimini ab vbertate conſolationis eius.

Ecce nunc inundante vbertate declinabit in vos: ad conſolandum & lætificandum corda veſtra.

Benedicite illam omnes ſerui eius: & memoriale ſit in deſiderio animæ veſtræ.

Benedicite illam omnes Angeli & ſancti Dei: laudate in ſecula mirabilia eius. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 134.

LAudate nomen Domini: benedicite nomen Mariæ matris eius.

Mariæ precamina frequentate: & ſuſcitabit vobis voluptates ſempiternas.

In anima contrita veniamus ad illam: & non ſtimulabit nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in tranquillitate mentis: inueniet dulcorem & requiem pacis.

Reſpiremus ad illam in ſuſpiratione noſtra: & reſerabit nobis atria triumphantium. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 135.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam per ſuam dulciſſimam matrem Virginem Mariam datur miſericordia eius.

Impetra nobis Domina amicitiam Ieſu Chriſti: & cuſtodi nos, ne perdamus innocentiam noſtram.

Comprime hoſtem noſtrum imperio tuo: ne feriat in nobis virtutem charitatis.

Bona naturalia conſerua in nobis: & bona gratiæ per te multiplicentur.

Illumina vias & ſemitas noſtras: vt noſcamus quæ beneplacita ſunt Deo. Gloria patri, &c.

Pſalmus 136.

SVper flumina Babylonis fleuerunt Hebræi: nos vero ſuper iniquitates noſtras lugeamus.

A Clamemus humiles ad puerperam Virginem: offeramus ei planctus & ſuſpiria noſtra.

Non inuenitur propitiatio ſine illa: nec ſalus ſine fructu illius.

Per illam peccata purgantur: & per fructum illius, animæ dealbantur.

Per illam fit ſatisfactio peccatis: per fructum illius, ſanitas condonatur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 137.

COnfitebor tibi Domina in toto corde meo: quia per te expertus ſum clementiam Ieſu Chriſti.

Audi Domina verba mea & preces meas: & in con-

B ſpectu Angelorum cantabo tibi laudes.

In quacumque die inuocauero te, exaudi me: & multiplica virtutem in anima mea.

Confiteantur tibi omnes tribus & linguæ: quia per te ſalus reſtituta eſt nobis.

Ab omni perturbatione libera ſeruos tuos: & fac eos viuere ſub pace & protectione tua. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 138.

DOmina probaſti me, & cognouiſti me: ruinam & tranſgreſſionem meam.

Copioſa facta eſt ſuper me miſericordia tua: & di-

C latata eſt ſuper me clementia.

Imperfectum meum aſpexit oculus tuus: & palpebræ tuæ nouerunt vias meas.

Affluentiam deſiderij ſancti habeamus a Spiritu ſancto: & macula peccati non turpet conſcientiam noſtram.

Serenet corda noſtra lux miſericordiæ tuæ: & recreet nos tuæ pacis dulcedo. Gloria patri, &c.

Pſalmus 139.

ERipe me Domina ab omni malo: & ab hoſte inferni defende me.

Contra me tetendit arcum ſuum: & in fraude ſua

D inſidiatur mihi.

Conſtringe vires eius malignas: & obtunde potenter aſtutias eius.

Conuerte iniquitatem ipſius in verticem illius: & in foueam quam fecit cadat feſtinanter.

Nos autem exultemus in ſeruitio tuo: & in tuis laudibus gloriemur. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 140.

DOmina clamaui ad te exaudi me: intende orationi meæ & poſtulationi meæ.

Dirigatur obſecratio mea velut incenſum coram facie tua: & in tempore ſerotini ſacrificij & matutini.

E Non declinet cor meum in verba malignantibus: & nequitiæ cogitatus non ſubuertant ſenſum meum.

Fac me aſſentire beneplacito cordis: & tuis actionibus conformari.

Gladio intelligentiæ reuerbera cor meum: & igniculo charitatis inflamma mentem meam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 141.

VOce mea ad Dominam clamaui: ipſamque humiliter deprecatus ſum.

Effudi in conſpectu eius lacrymam meam: & dolorem meum ſibi expoſui.

F Inſidiatur hoſtis calcaneo meo: extendit contra me rete ſuum.

Adiuua me Domina, ne corruam coram eo: fac vt conteratur ſub pedibus meis.

Educ de carcere animam meam: vt confiteatur tibi, & pſallat Deo forti in perpetuum. Gloria pat. &cet.

Pſalmus 142.

DOmina exaudi orationem meam: percipe tuis auribus ſupplicationem meam.

Perſecutus eſt malignus vitam meam: depoſuit in terra conuerſationem meam.

Denigrauit me caligine ſua: & anxiatus eſt nimis ſpiritus meus.

Ne auertas faciem tuam a me: vt non corruam cum deſcen-

deſcendentibus in lacum.

Emitte lucem tuam & gratiam tuam: & repara denuo vitam meam & conſcientiam meam. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 153.

BEnedicta ſis Domina quæ inſtruis ſeruos tuos ad prælium: & eos roboras contra inimicum.

Fulgure & corruſcatione diſſipa illum: mitte iacula tua vt confundas illum.

Clarifica de alto manum tuam: & cantent ſerui tui laudem & gloriam tuam.

Eleua de terrenis affectionem noſtram: de ſempiternis delitijs refice viſcera noſtra.

Concupiſcentiam ſupernorum accende in cordibus noſtris: & de gaudijs paradiſi velis nos recreare.

Exaltabo te mater filij Dei: & per ſingulos dies cantabo laudes tuas.

Generatio & populi laudabunt opera tua: & miſericordiam tuam inſulæ expectabunt.

Abundantiam dulcoris tui Angeli eructabunt: & ſuauitatem tuam ſancti pronunciabunt.

Oculi noſtri ſperant in te Domina: mitte nobis cibum & eſcam delectantem.

Laudationem tuam loquatur lingua mea: & benedicam te in ſæculum ſæculi. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 145.

LAnda anima mea Dominam: glorificabo eam quamdiu vixero.

Nolite ceſſare a laudibus eius: & per ſingula momenta recogitate illam.

Cum exierit ſpiritus meus Domina ſit tibi commendatus: & in terra ignota præſta illi ducatum.

Non conturbent eum culpæ prius commiſſæ: nec inquietent ipſum occurſus malignantis.

Perduc eum ad portum ſalutarem: ibi præſtoletur ſecure aduentum Redemptoris. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 146.

LAudate Dominam, quoniam bonus eſt pſalmus: iucunda & decora ſit illi noſtra laudatio.

Ipſe enim medetur contritis corde: & refouet eos vnguento pietatis.

Magna eſt virtus illius: & clementia eius nullum habebit finem.

Præcinite ei in iubilatione: & in confeſſione pſalmum canite illi.

Beneplacitum eſt ei ſuper timentes Deum: & in eis qui ſperant in miſericordia eius. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 147.

LAuda Hieruſalem Dominam: glorifica illam etiam o Sion.

Ipſa enim conſtituit muros tuos: & filios tuos benedicit.

Gratia ſua te impinguat: pacemque donat terminis tuis.

Emiſit verbum ſuum altiſſimus: & virtus eius obumbrauit illi.

Leuemus corda noſtra cum manibus ad illam: vt ſuam influentiam ſentiamus. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 148.

LAudate Dominam noſtram de cælis: glorificate eam in excelſis.

Laudate eam omnes homines & iumenta: volucres cæli & piſces maris.

Laudate eam Sol & Luna: ſtellæ, & circuli planetarum.

Laudate eam Cherubim, & Seraphim: Throni, & Dominationes, & Poteſtates.

Laudate eam omnes legiones Angelorum: laudate eam omnes ordines ſpirituum ſupernorum. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 149.

CAntate Dominæ noſtræ canticum nouum: laus eius in congregatione iuſtorum

Lætentur cæli de gloria eius: inſulæ maris & totus orbis.

Aqua & ignis laudent eam: frigus & æſtus, ſplendor & lumen.

Exultationes eius in gutture iuſtorum: & laudes eius in coetu triumphantium.

Ciuitas Dei iucundare in illa: & pro incolis tuis frequenta illi carmen. Gloria patri, &cet.

Pſalmus 150.

LAudate Dominam in ſanctis eius: laudate eam in virtutibus & miraculis eius.

Laudate eam coetus Apoſtolorum: laudate eam chori Patriarcharum, & Prophetarum.

Laudate eam exercitus Martyrum: laudate eam turmæ Doctorum, & Confeſſorum.

Laudate eam in collegio virginum, & continentium: laudate eam ordines Anachoritarum, & Monachorum.

Laudate eam conuentus religioſorum omnium: laudate eam omnes animæ ciuium ſupernorum.

Omnis ſpiritus: laudet Dominam noſtram. Gloria patri, &cet.

CANTICA

AD B. VIRGINEM.

Canticum inſtar illud Iſaiæ 12.

CONFITEBOR tibi Domina: quoniam per te placatus eſt mihi Dominus, & conſolata eſt me.

Ecce Domina ſaluatrix mea: fiducialiter agam in te & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea in Domino es tu: & facta es mihi in ſalutem.

Hauriam aquas in gaudio de riuulo: & ſemper inuocabo nomen ſuum.

Notas facite in populis virtutes Dominæ noſtræ: quia excelſum eſt valde nomen eius.

Exulta & lauda totum genus humanum: quia talem dedit tibi mediatricem Dominus Deus tuus. Gloria patri, &c.

Canticum inſtar illud Ezechiæ. Iſa. 38.

EGo dixi circa dimidium dierum meorum: vadam ad Mariam, vt me Chriſto reconciliet.

Quæſiui reſiduum annorum meorum: in amaritudine animæ meæ.

Generatio mea ablata eſt, quia pater, & mater, & omnia dereliquerunt me: Maria autem aſſumpſit me.

Sperabam in illa mane, ſero, & meridie: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa peccatorum meorum.

Et tu Domina eruiſti animam meam, vt non periret: & de manu canis vnicam meam.

Domina ſaluum me fac: & laudem tuam cantabo cunctis diebus vitæ meæ, o pia mater Domini mei. Gloria patri, &cet.

Canticum inſtar illud Annæ, 1. Reg. 2.

EXultauit cor meum in Domino: & exaltatum eſt cornu meum in Domina mea.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: per Mariam matrem eius.

Non eſt ſancta vt eſt Domina noſtra: quæ ſola ſupergreſſa eſt vniuerſas.

Recedant ergo vetera de ore noſtro: & linguis loquamur nouis.

Exulta & lauda Mariam Sion & Hieruſalem: quia maxima in dominabus Iſrael.

Ipſa pauperem facit, & ditat: humiliat, & ſublimat.

Altior

Altior cælo, terra latior: eſt hæc Domina noſtra. Gloria patri, &cet.

Canticum inſtar illius Mariæ, Exod. 15.

CAntemus Dominæ glorioſæ Virgini Mariæ: in hymnis & confeſſionibus benedicamus eam.

Domina noſtra omnipotens poſt Deum nomen eius: currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.

Dextera tua Domina magnificata eſt in fortitudine: quia in multitudine miſericordiæ tuæ ſtrauiſti aduerſarios meos.

De ore leonis liberaſti me Domina: & tamquam infantem gentrum mater ſuſcepiſti me.

O Domina chariſſima mea: velut gallina tege me mirabili poſſeſſione tua.

Tuus totus ego ſum: & omnia mea tua ſunt virgo ſuper omnia benedicta.

Ponam te ſicut ſignaculum ſuper cor meum: quia fortis eſt, vt mors dilectio tua. Gloria patri, &cet.

Canticum inſtar illius Habacuc 3.

DOmina audiui auditionem tuam & obſtupui: conſideraui opera tua, & expaui.

Domina opus tuum: circa medium annorum viuificaſti illud.

Confitebor tibi Domina quia abſcondiſti hæc a ſapientibus: & reuelaſti ea paruulis.

Operuit cælos gloria tua: & miſericordia tua plena eſt terra.

Egreſſa es Virgo in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo.

O benedicta, in manibus tuis eſt repoſita noſtra ſalus: recordare pia paupertatis noſtræ.

Quem vis, ipſe ſaluus erit: & a quo auertis vultum tuum, vadit in interitum. Gloria patri, &cet.

Canticum inſtar illius Moyſi, Deut. 32.

AVdite cæli quæ loquar de Maria: audiat terra verba oris mei.

Magnificate ipſam mecum ſemper: & exaltemus nomen eius in ſæculum ſæculi.

Generatio praua atque peruerſa: agnoſce Dominam noſtram ſaluatricem tuam.

Numquid non ipſa eſt mater tua, quæ poſſedit te: & in fide generauit te?

Si hanc dimittis non es amicus ſummi Cæſaris: quoniam ipſe ſine ea non ſaluabit te.

Vtinam ſaperes, & intelligeres: ac nouiſſima prouideres.

Quemadmodum infans ſine nutrice non poteſt viuere: ita nec ſine Domina noſtra potes habere ſalutem.

Sitiat ergo anima tua ad ipſam, tene eam nec dimitte: donec benedixerit tibi.

Repleatur os tuum laude ſua: decanta tota die magnificentiam eius. Gloria patri, &cet.

Canticum inſtar illius trium puerorum, Dan. 3.

BEnedicite omnia opera Dominæ glorioſæ: laudate & ſuperexaltate eam in ſæcula.

Benedicite Angeli Dominæ noſtræ: benedicite cæli Dominæ noſtræ.

Benedicat omnis creatura Dominam noſtram: quam Rex ſic voluit benedici.

Benedicta ſis o ſummi Regis filia: quæ odore præis cuncta lilia.

Benedicta ſis corona Dominarum omnium: benedicta ſis gloria Hieruſalem.

Odor tuus ſicut agri pleni, cui benedixit Dominus:

A qui in benedicentes te redundat irrigans omnia intima eorum.

Qui benedixerit tibi o Virgo beata: ſit ille iugiter benedictus.

Qui maledixerit tibi roſa candidiſſima: ſit ille maledictus.

Non recedat de domo ſeruorum tuorum: vini & olei abundantia.

In nomine tuo omne genuflectatur: cæleſtium terreſtrium & infernorum.

Benedicamus Deum qui te creauit: benedictus vterque parens qui te generauit.

B Benedicta ſis Domina in cælo & in terra: laudabilis & glorioſa & ſuperexaltata in ſæcula. Gloria, &cet.

Canticum inſtar illius Zachariæ, Luc. 1.

BEnedicta ſis Domina & mater Dei mei Iſrael: qui per te viſitauit & fecit Redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit vnicornu ſalutaris caſtitatis tuæ: in domo Dauid pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os Iſaiæ: & aliorum ſanctorum prophetarum eius.

Salutem ex inimicis præſta Virginum virgo: de ma-
C nu omnium qui nos oderunt pacem nobis tribue.

Et fac miſericordiam pro parentibus & nobis: vt memor ſis teſtamenti omnipotentis Dei.

Quod iurauit ad patres noſtros: Abraam & ſemini eius in ſæcula.

Sic ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: quiete ſeruiemus illi.

In ſanctitate, & iuſtitia coram te omnibus diebus noſtris.

Et tu Maria propheta Dei vocaberis: quoniam nouiſti, quód reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.

Per quam dedit ſcientiam ſalutis plebis eius: in re-
D miſſionem peccatorum.

Per viſcera multitudinis miſericordiæ tuæ: viſita nos ſtella matutina oriens ex alto.

Illumina tenebras ſedentium in vmbra mortis: & eas luce dilectiſſimi filij tui digneris inſtillare.

Miſerere miſericordiæ mater nobis miſeris peccatoribus, qui retroacta peccata pænitere negligimus: ac multa quotidie pænitenda committimus. Gloria patri, & cet.

Hymnus inſtar illius, qui aſcribitur Ambroſio, & Aug.

E TE matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem profitemur.

Te æterni patris ſponſam omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli & Archangeli: tibi Throni, & Principatus fideliter deſeruiunt.

Tibi omnes Poteſtates, & omnes virtutes cælorum: & vniuerſæ Dominationes obediunt.

Tibi omnes Chori, tibi Cherubim & Seraphim exultantes aſſiſtunt.

Tibi omnis Angelica creatura inceſſabili voce proclamat.

Sancta, ſancta, ſancta Maria Dei genitrix mater
F & virgo.

Pleni ſunt cæli & terra maieſtatis gloriæ fructus ventris tui.

Te glorioſus Apoſtolorum chorus, ſui Creatoris matrem collaudat.

Te beatorum Martyrum cœtus candidatus, Chriſti genitricem glorificat.

Te glorioſus Confeſſorum exercitus, Trinitatis templum appellat.

Te ſanctarum Virginum chorea amabilis, Virginitatis & humilitatis exemplum prædicat.

Te tota cæleſtis curia Reginam honorat.

Te per vniuerſum orbem Eccleſia inuocando concelebrat.

Matrem

Matrem diuinæ maieſtatis.

Venerandam te veram Regis cæleſtis puerperam, ſanctam quoque dulcedinem & piam.

Tu Angelorum Domina, tu paradiſi ianua.

Tu ſcala regni cæleſtis & gloriæ.

Tu thalamus, tu arca pietatis & gratiæ.

Tu vena miſericordiæ, tu ſponſa & mater Regis æterni.

Tu templum & ſacrarium Spiritusſancti, totius beatiſſimæ Trinitatis nobile triclinium.

Tu mediatrix Dei & hominum, amatrix mortalium cæleſtis illuminatrix.

Tu agonizatrix pugnantium, aduocata pauperum, miſeratrix, & refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum, ſeparatrix, ac terror dæmonum, & ſuperborum.

Tu mundi Domina cæli Regina, poſt Deum ſola ſpes noſtra.

Tu ſalus te inuocantium, portus naufragantium, miſerorum ſolatium, pereuntium refugium.

Tu mater omnium beatorum, gaudium plenum poſt Deum, omnium ſupernorum ciuium ſolatium.

Tu promotrix iuſtorum, congregatrix errantium, promiſſio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, præconium & doctrix Apoſtolorum, magiſtra Euangeliſtarum.

Tu fortitudo Martyrum, exemplar Confeſſorum, honor & feſtiuitas Virginum.

Tu ad liberandum exulem hominem, Filium Dei ſuſcepiſti in vterum.

Per te expugnato hoſte antiquo, ſunt aperta fidelibus regna cælorum.

Tu cum Filio tuo ſedes ad dexteram Patris.

Tu ipſum pro nobis roga virgo Maria, quem nos ad iudicandum credimus eſſe venturum.

Te ergo poſcimus nobis tuis famulis ſubueni, qui pretioſo ſanguine Filij tui redempti ſumus.

Æterna fac pia Virgo, cum ſanctis tuis nos gloria munerari.

Saluum fac populum tuum Domina, vt ſimus participes hereditatis Filij tui.

Et rege nos, & cuſtodi nos in æternum.

Per ſingulos dies o pia te ſalutamus.

Et laudare te cupimus vſque in æternum, mente & voce.

Dignare dulcis Maria, nunc & ſemper nos ſine delicto conſeruare.

Miſerere pia nobis, miſerere nobis.

Fiat miſericordia tua magna nobiſcum, quia in te virgo Maria confidimus.

In te dulcis Maria ſperamus, nos defendas in æternum.

Te decet laus; te decet imperium, tibi virtus & gloria in ſecula ſeculorum amen.

Symbolum inſtar illius Athanaſij.

QVicumque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt: vt teneat de Maria firmam fidem.

Quam niſi quiſque integram inuiolatamque ſeruauerit: abſque dubio in æternum peribit.

Quoniam ipſa ſola Virgo manens peperit: ſola cunctas hæreſes interemit.

Confundatur, & erubeſcat Hebræus: qui dicit Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natum.

Confundatur Manichæus: qui dicit Chriſtum fictum habere corpus.

Palleat omnis, qui hoc ipſum aliunde, non de Maria dicit aſſumpſiſſe.

Idem namque Filius qui eſt Patris in diuinis vnigenitus: eſt & verus vnigenitus Virginis Mariæ filius.

In cælis ſine matre, in terris ſine Patre.

Nam ſicut anima rationalis & caro propter vnionem de homine vere naſcitur: ita Deus & homo Chri-
A ſtus, de Maria Virgine vere generatur.

Induens carnem de carne Virginis: quia ſic genus humanum redimi congruebat.

Qui ſecundum diuinitatem æqualis Patri: ſecundum vero humanitatem minor patre.

Conceptus in vtero Virginis Mariæ Angelo annunciante de Spiritu ſancto: non tamen Spiritusſanctus eſt pater eius.

Genitus in mundum ſine pœna carnis Virginis matris: quia ſine delectatione carnis conceptus.

Quem lactauit mater: vbere de cælo pleno.

Quem circumſtant Angeli obſtetricum vice: nun-
B ciantes paſtoribus gaudium magnum.

Hic a Magis muneribus adoratus, ab Herode in Ægyptum fugatus, a Ioanne in Iordane baptizatus: traditus, captus, flagellatus, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

Cum gloria reſurrexit: ad cælos aſcendit.

Spiritum ſanctum in diſcipulos, & in matrem miſit.

Quam demum ipſe in cælum aſſumpſit: & ſedet ad dexteram Filij, non ceſſans pro nobis Filium exorare.

Hæc eſt fides de Maria Virgine: quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſaluus eſſe non po-
C terit.

LITANIA BEATAE MARIAE VIRGINIS.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
D Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Mariæ conditor glorioſus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Mariæ nobilis fecundator, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Mariæ mirabilis obumbrator, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, qui Mariam glorificas, miſerere nobis.
Sancta Maria, quæ totum mundum illuminas, ora pro nobis.
Sancta Maria, quæ tuos ſeruos exaltas, ora pro nobis.
E Sancta Maria, quæ pro peccatoribus ſupplicas, ora pro nobis.
Sancta Maria illuminatrix cordium, ora pro nobis.
Sancta Maria fons miſericordiæ, ora pro nobis.
Sancta Maria ſplendor ſanctæ Eccleſiæ, ora pro nobis.
Sancta Maria flumen ſapientiæ, ora pro nobis.
Sancta Maria ab Angelo ſalutata, ora pro nobis.
Sancta Maria per Spiritum ſanctum obumbrata, ora pro nobis.
Sancta Maria in cælis glorificata, ora pro nobis.
Sancta Maria roſa veris ſpecioſa, ora pro nobis.
Sancta Maria vitis frondens generoſa, ora pro nobis.
F Sancta Maria dulcis virgo & ſpecioſa, ora pro nobis.
Sancta Maria a Deo patre ſponſa electa, ora pro no.
Sancta Maria verbi Dei mater prælecta, ora pro no.
Sancta Maria a Spiritu ſancto protecta, ora pro no.
Sancta Maria quæ Deum in vtero concepiſti, ora pro nobis.
Sancta Maria, quæ Deum & hominem genuiſti, ora pro nobis.
Sancta Maria virgo virginum ſignifera, ora pro nobis.
Sancta Maria virga Ieſſe Chriſtifera, ora pro nobis.
Sancta Maria arbor vitæ fructifera, ora pro nobis.
Sancta Maria feminarum pulcherrima, ora pro nobis.
Sancta Maria humilium humillima, ora pro nobis.
Sancta Maria ſanctarum ſanctiſſima, ora pro nobis.

Sancta

Sancta Maria ſuper omnes diligentius amanda, ora pro nobis.

Sancta Maria ſuper omnes excellentius magnificanda, ora pro nobis.

Sancta Maria mater conditoris, ora pro nobis.

Sancta Maria mater Redemptoris, ora pro nobis.

Sancta Maria mater Saluatoris, ora pro nobis.

Sancta Maria mater mundo deſiderabilis. ora pro no.

Sancta Maria inferis terribilis, ora pro nobis.

Sancta Maria mater amabilis, ora pro nobis.

Sancta Maria virgo plena gratia, ora pro nobis.

Sancta Maria virgo plena clementia, ora pro nobis.

Sancta Maria pia fundens ſolatia, ora pro nobis.

Sancta Maria flos & decus virginalis, ora pro nobis.

Sancta Maria fluuius ſapientialis, ora pro nobis.

Sancta Maria ſplendor & lux Orientalis, ora pro no.

Sancta Maria virtutum cæli Regina, ora pro nobis.

Sancta Maria domus Dei cypreſſina, ora pro nobis.

Sancta Maria cæli feneſtra cryſtallina, ora pro nobis.

Sancta Maria perpetuæ lucis aurora, ora pro nobis.

Sancta Maria virgo pulchra & decora, ora pro nobis.

Sancta Maria melodia dulcis & ſonora, ora pro nobis.

Sancta Maria delitiarum Dei dapifera, ora pro nobis.

Sancta Maria cæleſtis curiæ pincerna, ora pro nobis.

Sancta Maria paradiſi porta peruia, ora pro nobis.

Sancta Maria placitum Dei vmbraculum, ora pro no.

Sancta Maria virginum noua exultatio, ora pro nobis.

Sancta Maria mulierum prima benedictio, ora pro nobis.

Sancta Maria miſerorum pia conſolatio, ora pro no.

Sancta Maria vera ſalus & beatitudo, ora pro nobis.

Sancta Maria charitatis magnitudo, ora pro nobis.

Sancta Maria pietatis latitudo, ora pro nobis.

Sancta Maria mater orphanorum, ora pro oobis.

Sancta Maria mammilla orphanorum, ora pro nobis.

Sancta Maria mammilla paruulorum, ora pro nobis.

Sancta Maria conſolatio afflictorum, ora pro nobis.

Sancta Maria cui Angeli obediunt & obſecrantur, ora pro oobis.

Sancta Maria nobilis Regina cælorum, ora pro oobis.

Sancta Maria cui Sancti & Sanctæ congaudent, & gratulantur, ora pro nobis.

Sancta Maria quam omnia laudant & venerantur, ora pro nobis.

Propitia eſto, parce oobis Domina.

Propitia eſto, libera nos Domina.

Ab omni malo, libera nos Domina.

Ab omni mala tentatione, libera nos Domina.

Ab ira & indignatione Dei, libera nos Domina.

A periclitatione & deſperatiooe, libera nos Domina.

A ſuperbia præcipitante, libera nos Domina.

Ab auaritia deuaſtaote, libera nos Domina.

A peccato iræ & inuidię cruciãte, libera nos Domina.

A carnis tentatione vndiqoe anxiante, libera oos Domina.

A peccato gulæ & caſtrimargiæ commaculante, libera nos Domina.

Ab incurſo hoſtis malignantis, libera nos Domina.

Per dulcorem & gaudium de Chriſti incarnatione, libera nos Domina.

Per dolorem & anguſtiam de illius paſſione, libera nos Domina.

A Per gaudium & miraculum de illios reſorrectione, libera nos Domina.

Per fidem tuam de Spiritusſancti miſſione, libera nos Domina.

Per gaudium & lætitiam de illius Aſcenſione, libera nos Domina.

Per gaudium & lætitiam de tua coronatione, libera nos Domina.

In hora mortis deſtituente, libera nos Domina.

In iudicio diſtricto examine, libera nos Domina.

Ab inferni horribili cruciamine, libera nos Domina.

Peccatores, te rogamus audi nos.

B Vt ſanctam Eccleſiam piiſſima Domina conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt iuſtis gloriam, peccatoribus gratiam impetrare digneris, te rogamus audi nos.

Vt tribulatis cõſolationem, captiuis liberationem impetrare digneris, te rogamus audi nos.

Vt famulos & famulas tibi deuote ſeruientes conſolari digneris, te rogamus audi nos.

Vt populum Chriſtianum filij tui pretioſo ſanguine redemptum conſeruare digneris, te rogamus audi nos.

Vt cunctis fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos.

C Mater Dei, te rogamus audi nos.

Mater chariſſima & Domina noſtra, miſerere nobis, & dona nobis perpetuam pacem, Amen.

Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem.

℣. Ego dixi Domina miſerere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi.

℣. Conuerte miſericordiam tuam ſuper nos.

D ℟. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

℣. Oſtende potentiam tuam contra inimicos noſtros.

℟. Vt iuſtificeris in nationibus populorum.

℣. Miſerere ſeruorum tuorum, ſuper quos inuocatum eſt nomen tuum.

℟. Et oe ſinas anguſtiari eos in tentatiooibus ſuis.

℣. Ne proijcias nos in tempore mortis noſtræ.

℟. Et ſuccurre animæ cum deſeruerit corpus ſuum.

℣. Eſto nobis Domina turris fortitudinis.

℟. Et petra duriſſima contra inimicum.

℣. Adiuua me Domioa, ne corruam coram eo.

E ℟. Fac vt conteratur ſub pedibus meis.

℣. Exaudi orationem meam, & deprecationem meã.

℟. Et conteſpeſcant aduerſarij mei.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qoi pro nobis de caſtiſſima Virgine Maria naſci dignatus es, fac nos tibi caſto corpore ſeruire, & humili mente placere.

ORamus etiam te piiſſima virgo Maria, mundi Regina & Angelorum Domina, vt eis quos in purgatorijs ignis examinat, impetres refrigerium, peccatoribus indolgentiam, & iuſtis perſeuerantiam in bono: nos quoque fragiles ab omnibos inſtantibus defende periculis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Finis huius Pſalterij Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & tomi ſexti, qui continet primam & ſecundam partem Opuſculorum Sancti Bonauenturæ.

ELENCHVS
OPVSCVLORVM,
QVÆ HOC TOMO SEXTO
CONTINENTVR.

OPVSCVLA PRIMÆ PARTIS.

DE reductione artium ad Theologiam. 1
Breuiloquium. 5
Centiloquium, quod compendium Theologiæ dicitur. 58
Pharetra. 103
Declaratio Terminorum Theologiæ. 209
Compendioſum principium in libros ſententiarum. 213
Sententiæ ſententiarum carmine digeſtæ. 215
De quattuor virtutibus Cardinalibus. 234
De ſeptem donis Spiritusſancti. 237
De reſurrectione a peccato ad gratiam. 277
De tribus ternarijs peccatorum infamibus. 279
Diæta ſalutis. 285

OPVSCVLA SECVNDÆ PARTIS

MEditationes vitæ Chriſti. 349
Lignum vitæ. 421

De

De quinque feſtiuitatibus pueri Ieſu. 430
Officium de Paſsione Domini. 436
Opus contemplationis. 440
Laudiſmus de ſancta Cruce. 443
Philomena. 445
De ſeptem verbis Domini in cruce. 448
Speculum B. Mariæ Virginis. 450
Officium de compaſsione B. Mariæ Virginis. 485
Corona B. Mariæ Virginis. 488
Carmina ſuper Canticum Salue Regina. 489
Laus B. Virginis Mariæ. 491
Pſalterium minus B. Mariæ Virginis. 497
Pſalterium B. Mariæ Virginis. 501

Errata ſic emenda.

Pag. 213. in argum. lin. 26. *Graec*, corrige, *Graece*. Pag. 445. col. 2. verſu. 13. *logi*, corrige *elogi*. Pag. 484. col. 2. lin. 63. [illegible] ſandam corrige, [illegible]. Pag. 514. col. 2. lit. c. d. ſ. in titulis, [illegible] corrige, [illegible]; Pag. 525. col. 1. lin. 3. *Marie*, corrige, *Moyſ*.

Regeſtum.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu.

Omnes ſunt terniones præter V u, quod eſt quaternio.

R O M Æ
Ex Typographia VATICANA.
M. D. XCIII.